Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes



DICTIONARIVM,
seu Latinæ linguæ Thesaurus,

Non singulas modò dictiones continens, sed integras quoque Latinè & loquendi, & scribendi formulas ex optimis quibusque authoribus accuratissimè collectas. ~~per Robertu Stephanu~~

Cum Gallica ferè interpretatione.

T. I.v)



PARISIIS
Ex officina Roberti Stephani.
M. D. XXXI.

Cum priuilegio Regis.

Ipsius priuilegii exemplum in calce operis perscriptum inuenies.

V

FB 1859

Robertus Stephanus ſtudioſis lectoribus S.D.

NE forte mirum ſit vobis, Lectores beneuoli, cur poſt tam multas, támque varias dictionariorum editiones, poſt tot libros elegãtiarum, tot virorum illuſtriũ annotationes, collectanea, flores, miſcellanea, vocabulorũ differẽtias, caſtigationes, epítomas, ſpicilegia, racemationes, denique poſt tot in omne genus authorũ commentarios cum ampliſſimis indicibus, nũc audeamus hoc nouũ opus edere de verborũ Latinorũ ſignificatione, atque vſu multiplici: inſtituti cõſilíique noſtri rationẽ, niſi vobis moleſtum eſt, paucis accipite. Trienniũ eſt, aut eo amplius, cum à me cõplures efflagitabãt, vt Calepini dictionariũ, iuxta poſteriorẽ ipſius authoris recognitionẽ, ſuæ integritati reſtituerẽ: reſtitutúmque, meis typis caſtigatius ac diligentius, quàm vulgò haberetur, excuderem. Quod cum ſæpe negauiſſem me facturũ (multis enim de cauſſis id ipſum præſtare poſſe diffidebam) tandẽ victus tot importunis clamoribus, re ter quater tentata, nihilóminus incœpto deſiſtere coactus fui. Cum enim vniuerſum opus diligenter inſpectũ, animo perluſtraſſem, adhibitis etiam in conſilium viris prudentiſſimis: reperiebam, me in eo genere citra infinitum laborem parum reipublicæ profuturũ eſſe. Talis enim mihi occurrebat eius libri facies, tanta vbique deprauatio, tantum (vt ita dicam) chaos, & rerum omnium cõfuſio, etiam in iis codicibus, qui minus corrupti vulgò ferebãtur: vt omnino deſperarẽ, opus illud à me corrigi atque inſtaurari poſſe: niſi (qui labor, præſertim in tãtis occupationibus meis, vehemẽter me abſterrebat) totum exẽplar mea ipſe manu cõſcriberem. Neque enim res cõmodè fieri aliter poſſe videbatur, cũ propter innumerabiliũ errorum emendationem: tũ vt (quod in dictionariis plurimum probatur) exactius omnia in ſuũ quæque ordinẽ referrentur. Huc accedebat, quòd in illa etiam poſteriore authoris recognitione, plurima vel in primis neceſſaria, deſyderantur: plurima item inſunt nec ſatis pura, nec bene Latina. Ex quo ſequebatur, partim addẽda illuc eſſe permulta, partim detrahenda. Quod quidem ſi feciſſem, exclamaſſent plærique (id quod in eiuſmodi factis

euenire ſolet)authori factam eſſe iniuriam:& me alienorũ operum quaſi cõtaminatorẽ dictitaſſent. Ob eas atque alias cauſſas,Calepini opus nõ modo typographorũ negligentia,ſed etiã quorundã correctorũ,quos verius corruptores dixeris, temeritate corruptũ, ac paſſim multis modis laceratũ,nos prorſus quale fuit reliquimus. At verò nihilominus inſtabãt quotidie ſtudioſi,aſſiduo clamore poſtulantes,vt exquiſitius aliquod dictionarium ex optimis quibuſque linguæ Latinæ authoribus,& eorũ commentariis atque interpretibus,aut colligendũ curarẽ:aut ego ipſe meo labore colligerem.Quorũ votis vt aliqua ex parte ſatiſfacerẽ, & pro virili parte rem iuuarẽ literariam,egi ſæpius cũ aliis atque aliis doctiſſimis hominibus, vt eam ſuſciperent prouinciam: eos omni modo ſolicitaui:præmiis etiam non mediocribus ad id faciẽdum inuitaui. Cæterum,cũ omnes hoc negotium detrectarent,partim laborem reformidãtes,& rei pondus ac magnitudinem,partim ſuis ſtudiis plus æquo addicti:haud diutius cunctandum ratus,me accinxi egomet ipſe operi: & iam inde,cæteris omnibus poſthabitis, nihil penè aliud agebam.

In primis itaque duos Latinæ linguæ authores & copia,& elegantia,& verborũ proprietate præſtantiſſimos,Plautum ac Terentium diligenter euolui, atque perlegi:in quibus etiam minutiſſima quæque adeò ſcrupuloſè annotaui, vt nullũ ferè verbum prætermiſerim: quod ad Latinè tũ loquẽdum,tum ſcribendũ,commodũ eſſe exiſtimarẽ. Eas deinde annotationes,vt eſſent veluti ſylua quædã,& quaſi materies futuri dictionarii,protinus excribendas curaui,& cũ omni diligentia in ordinem alphabeticũ redigendas.Poſtremò cœpi ex omni ſcriptorũ genere dictiones cũ ſuis interpretamentis ſtudioſè colligere:dictionariumque ipſum tale ab exordio texere,& ordinare: quale nunc,ô Lectores optimi, noſtris characteribus,noſtra opera,noſtris ſumptibus hîc excuſum videtis. Eius autẽ incœpti operis cũ iam duos aut treis(vt appellant)quaterniones paratos haberem:placuit mihi rem ipſam communicare cum viris eruditis. Quibus cum laborẽ noſtrum haudquaquã diſplicere animaduerterẽ:iique ſummopere me ad perſeuerandũ hortarẽtur:eos iam ſpõte currenti ſtimulos addiderunt, vt nõ ſolum rem domeſticã, ſed & curã corporis in totũ ferme negligerẽ. Sic igitur confirmatus,annos circiter duos in hoc opere dies noctéſque deſudaui: quo animo,nouit deus: tanto certè quidẽ labore, vt mihi in opere,niſi ope diuina ſuſtẽtatus eſſem,aut occumbendũ, aut oneri ſuccumbẽdum fuerit. Reputate enim prudẽtiſſimi Lectores ,quantus fuerit labor in excutiẽdis,ac toties voluendis & reuoluendis tot immenſis authorum voluminibus , tot commentariis, indicibus, fragmentis, annotationibus: non modo vt dictio-

nes & varias loquendi formulas, earúmque interpretationes vndique in vnum veluti corpus congererem: verum etiã vt integra, quoad liceret, reponerem ſignificationum teſtimonia, paſſim apud ipſos deprauata & mutilata linguæ Latinæ interpretes. Quoties toto mihi oppido curſitandum fuit, vt ex doctiſſimis viris modò hunc, modò illum de dubiis ſúbinde conſulerem? Quid, quòd ne vllum quidem verbum in hoc tanto eſt opere, quod mea ipſius manu perſcribendum non fuerit? Præterea quòd inter hæc omnia ſic mihi ſemper laborandum fuit, vt materiã duobus prælis quotidie penè ſufficerem. Horum omnium teſtes ſunt amici: qui me & labori propemodum immorientem, ſæpe inuiſerunt: & in tanto mari non ab re fluctuantem, frequentiſſimè confirmarunt. Nec verò querelæ gratia, iſta vobis expono iucundiſſimi lectores, quaſi me pœniteat exhauſti laboris: ſed vt intelligatis quid lupinis æra diſtent: hoc eſt, quantum à Calepino, cæteríſque dictionariis differat hoc noſtrum omnino recens opus: in quo tot labores, tot vigiliæ, tot ærumnæ, penè dixerim Herculeæ, fuerũt exantlandæ. Itaque ingenuè fateor, nihil hîc ineſſe de meo: præter laborem ac diligentiam, & Gallicæ declarationis bonam partem. Siqua igitur interpretatio lectorem forte offendet, is non mihi, ſed iis potius authoribus, ex quibus ad verbum omnia tranſcripſi, ſuccenſere debebit. Non enim (vt cum Plinio loquar) in hiſce rebus fidem noſtram obſtringimus: ſed ad ipſos authores, qui aut ſcripſere, aut aliorũ ſcripta interpretati ſunt, relegamus. Quod ſupereſt, de diligentia noſtra in ſingulis vocibus curioſiſſimè ordinandis, déque iis omnibus, quæ ad noſtræ artis decôrum pertinent, vos ipſi videritis inter legendũ. In ſumma, quiſquis aliquo iudicio præditus opus ipſum acrius inſpexerit, omnia opinione maiora reperiet. Quamobrem lectores ſtudioſiſſimi, ſatis ſit conſilium noſtrum, & labores in hoc opere inſumptos vobis aperuiſſe. Nam res (vt ſpero) bonitate ſua ſatis ipſa ſeſe legentibus probabit. Sed tamen vt eius rei fructus magis eſſet in promptu, præcipuas libri huius commoditates ad epiſtolæ calcem adiiciendas putauimus. Valete beneuolẽtiſſimi lectores: & nos, ſiquid bene meremur de ſtudiis veſtris, viciſſim amate. Ex noſtra officina libraria, IIII Cal. Octob. M. D. XXXI.

Huius operis præcipua hæc ſunt commoda.

Hîc inſunt ordine alphabetico, quàm fieri potuit cõmodiſſimè ac diligẽtiſſimè, Latinæ dictiones, & peregrinæ duntaxat à Latinis vſurpatæ, quotquot ex aliquo authore recepto probari à nobis potuerũt. Et in nominibus quidem, genus annotatũ eſt: in verbis autem præteritum & ſupinum, quemadmodum Grammatici tradiderunt. In nominibus, declinatio patet ex genitiuo ſequẽte nominatiuum: In verbis autem coniugatio aut ex ſecunda perſona, aut ex infinitiuo.

Poetica ab oratoriis nuſquã ſecreuimus, ſuũ cuique lectori iudicium relinquentes.

Hîc vnicuique ſeu dictioni, ſeu locutioni redactæ in ordinem alphabeticum, ferè ſubeſt Latina & Gallica, aut certè alterutra, interpretatio, idoneis authorũ teſtimoniis comprobata. Et latina quidem interpretatio ex optimis quibuſque linguæ Latinæ interpretibus deſumpta eſt: Gallica verò non ſine iudicio addita: vtpote quæ ferè pendeat ex Latina declaratione, aut ex vſu doctiſſimorum, aut certè ex aliqua euidentiſſima cõiectura. Quòd autem huic operi Gallicum ſermonem inſeruimus, nec exemplo caret, nec ratione. Exemplo quidem, quia ſummi viri, quos in hac re authores habemus, ſimile factitarũt: Ratione autem, quia permultæ ſunt & dictiones, & locutiones eiuſmodi, vt vix vlla declaratione Latina, etiã à mediocriter doctis, intelligi poſſint: quæ ſi vernaculo ſermone propriè reddẽtur, eius linguæ peritis ſtatim patebunt.

Vbicunque autem deeſſe omnino videbis interpretationem, memineris illud à nobis conſulto factum eſſe: ſiue quia ex ſubiectis exemplis eam facilè colligi poſſe videbamus: ſiue quòd in quibuſdam nulla occurrebat nobis ex authore declaratio. Eam itaque lectoris iudicio maluimus diuinandam relinquere, quàm temerè ex noſtro Marte atque ingenio apponere.

Hîc vocabulorum variæ ſignificationes, non in vnum confuſum aceruum indifferenter congeſtæ: ſed ita diſtinctæ, vt ſingulæ à principio verſiculorum vbique incipiant: etiamſi viginti, aut plures, fuerint varietates.

Hîc ex ea ſerie, & pulchra diſtinctione, annotata eſt non modo conſtructionũ, ſed etiam locutionum varietas, certo quodam loquẽdi more apud idoneos authores obſeruata.

Conſtructionum varietas, vt cum dicimus, Timeo te: Timeo tibi: Timeo à te.

Locutionum, vt Facere argẽtariam: Facere bellũ: Facere caſtra. Et in his quidem alphabeticus ordo ſeruatus eſt, etiam in ſecunda dictione.

Itaque, ob tantam formularũ Latinè loquendi copiam & varietatem, non ab re doctiſſimis quibuſdam placuit, hoc noſtrum opus appellari linguæ Latinæ Theſaurũ: quaſi Latini ſermonis quoddam promptuarium.

Hîc ineſt multiplex teſtimoniorũ copia & varietas, ad ſingulas etiam dictiones aut locutiones probãdas. Sed quid, inquis, illud prodeſt? Nempe, quia ſermonis vſus, & vis, & proprietas ſæpe fit manifeſtior ex tot congeſtis in eundem locum exemplis, quàm ex vlla interpretum expoſitione, quantunlibet curioſa.

Hîc authorum teſtimonia, quæ ſæpe corrupta leguntur in dictionariis, non ſine maximo labore, quam fideliſſimè potuit fieri, penè omnia reſtituta ſunt.

Hîc pro teſtimoniis authorum minus idoneorum, quibus frequenter vſus eſt Calepinus, inſunt exempla ex probatiſſimis.

Quas autem dictiones nullo teſtimonio fultas inueneris, eas habeto dubias & ſuſpe-

ctas, donec poſſis authoritate certa firmare. Nudas quidem illas in dictionariis inuénimus: ſed non ſtatim damnandas putauimus.

Hîc inſunt plurima quidem obſoleta: ſed ea omittere quaſi in religionem vertebamus, propterea quòd eorũ interpretatio, quæ magna ex parte eſt ex Feſto Pompeio, aut Nonio Marcello, non parum confert, maximè ad intelligendas Plauti comœdias, & huiuſmodi reliquias antiquitatis.

Hîc compoſita ex verbis, omnia in ordine ſuo alphabetico inueniuntur: vt iam nõ ſint quærenda in ſuis ſimplicibus.

Quædam tamen eiuſmodi compoſitorum, quæ opere abſoluto nobis excidiſſe deprehendimus, inuenies ad calcem operis adiecta, cum aliquot aliis dictiunculis.

In Terentianis teſtimoniis fermè vbique tres numeri ſignati ſunt: quorum primus actum ſignificat: ſecũdus, ſcenam: tertius, verſiculũ: hoc eſt (vt vulgus dicit) lineam. In Plautinis duo: prior deſignat quamlibet comœdiæ diuiſionem (hoc eſt, vel argumentum, vel prologum, vel ſcenam) poſterior, verſiculum.

In teſtimoniis ex Plinii epiſtolis vnicus eſt numerus, idémque epiſtolam denotans. Sic enim hos treis authores noſtris expreſſos charactéribus per numeros diſtinximus: vt ſiquis locum ex dictionario conferre velit, id facere nullo negotio queat. At cur, inquiet percontator, nõ idem feciſti in omnibus authoribus? Quia nondum ſub noſtrum prælum venerunt.

Nomina propria nulla ferè in hoc opere inuenies. Hæc enim petenda reliquimus, partim ex poetico illo dictionario à nobis fideliter emendato, quod Elucidarium carminũ vocant: partim ex Antonii Nebriſſenſis doctiſſimi viri opuſculo de locorũ nominibus: quem libellum alibi vænalem reperies. Sed cur, inquis, nulla hîc ſunt propria nomina? Ne rebus aut parum neceſſariis, aut alibi facilè inueniendis, volumen in magnitudinem quaſi portentoſam excreſceret: quæ res & onere, & pretio futuros emptores grauaret.

Ex quibus potiſſimum Grammaticis, aliiſve ſcriptoribus ſumpta ſint dictionum huius operis interpretamenta.

Ex Acrone.
Aſconio Pædiano.
Aulo Gellio.
Budæo.
Calepino.
Capro.
Catone.
Cicerone.
Columella.
Diomede.
Donato.
Eraſmo.
Feſto Pompeio.
Laurentio Valla.
Linacro.
Macrobio.
Nonio Marcello.
Ex Pandectis iuris ciuilis.
Perotto.
Plinio maiore.
Porphyrione.
Priſciano.
Probo.
Quintiliano.
Seruio.
Varrone.
Vegetio.

Ex ipſo autem Budæo, quem noſtra ætate præcipuum omnis eruditionis lumen optimus quiſque iudicat, tam multa ad verbū tranſcripſimus, vt penè omnia & rara & exquiſita, illi in hoc opere debeantur.

De erratis, quibus tantum opus omnino carere non poteſt, proxima te admonebit epiſtola.

LECTORI.

EA eſt humanæ conditionis imbecillitas, vt nemo vnquam tam circunſpectus ſit, cui non aliquando errare contingat. Cæterum prudẽtis eſt, nõ in errore perſiſtere: ſed ſeſe corrigere, errorémque retractare. Cum igitur hoc noſtrum dictionarium, opere finito, curſim cum amicis recognoſcerem: deprehendimus, in aliquot locis erratũ eſſe, partim operariorum noſtrorum incuria: partim Calepini vitio (cuius errorem ſpecie recti ſecutus, multa huic operi vocabula inſerueram, ab illo ſumpta ex deprauatis authorũ locis: quibus poſtea diligẽtius inſpectis, animadúertimus deceptum eſſe illum, ideóq; plurima eiuſmodi delenda, ſubnotaui) partim etiam hallucinatione mea. Nõ enim me talem eſſe profiteor, vt humano more nihil interim peccare queam. Et quî obſecro fieri potuit, vt in tãto labore nuſquam dormitatum fuerit? Vtcunque eſt, malui ex alieno iudicio & admonitione inſigniores eiuſmodi errores annotatos, hîc emendare: quàm iis diſſimulatis, lectoribus imponere. Oro igitur boni conſulas optime lector: & ſiquid præterea in hoc opere te offenderit, aut feras æquo animo: aut arbitrio tuo corrigas, ſed tacitus ac ſine ſtomacho: atque interim memineris & agnoſcas, te ipſum quoque eſſe hominem. Vale.

Abortus, abortus, abortui, m.g. Auortement. Dictus
ABROTONVM, abrótoni,
ACER, aceris, m.g. Paille Dele hæc verba.
In dictione ADCENSI, lege ſubrogabantur. dicti ita,
ADINEO, adinis, Dele totam hanc dictionem. nam apud Columellam, adobruito legitur.
ADOLEO, &c. adolere, Creſcere, Croiſtre,
Adoleſco, ἀδολέσχω
AEdilitium ædilitij, Dele hos duos verſus.
Affinis ſuſpicionis. Pro gallicis quæ in fine verſuum ſunt, repone hæc latina, Id eſt, ad quos pertinet hæc ſuſpicio.
Affinis ſceleris, Dele hanc dictionem barbare.
Agrarius, agrarii, m.g. Suffragator legis agrariæ. Qui fauoriſe a vne loy impoſee pour la diuiſion des terres, comme iadis on faiſoit a Rõme. Cic. Num rurſum improbos decuriabit? num ſolicitabit agrarios?
Ambulatio, Corrige ſic exemplũ ex Columella adductũ, Ambulationes meridianò æquinoctiali
ANDRONITES, andronitæ, m.g. & andronitis andronitidis, f.g. & androniti.
Anima, ire. Plaut. Animam comprime. Dele hæc.
ANTEGREDIOR, antegrederis,
ANTAE, antarum, Lapides ſunt qui vtrunque latus oſtii muniunt, authore Victruuio.
ANTESTOR, anteſtaris
Aqua intercus, aquæ intercutis
Areator areatoris, Dele hos tres verſus. legitur enim apud Columellam, arator.
ARISTA, ariſtæ, f.g. La barbe dung eſpic de blé. Cic.
ARTOCREAS, artocreatis, n.g. Græca dictio, Vng
Aſpectus aſpectus aſpectui, m.g. Veue, regard. Virg. Téque aſpectu ne ſubtrahe noſtro.
Auertere ab aliquo loco, Dele hæc tria verba gallica, Chaſſer, mettre hors.

Auferre pignora, Executer aucun pour debte, ou autre choſe.
Auferre alicui tacita. Sic legendum, Auferre aliquid tacitum, Nen eſtre point deſcouuert, ou accuſé. Plautus in Aſin. 14.7, Suſpendas potius me, quàm tacita hæc auferas. Tu me pendrois plus toſt que ie me teuſſe de cela.
Aurium vigor. Plin.
pas d'apostrophe. Règle générale. Auricula auriculæ, La partie de loreille qui eſt dehors. Cic.
Authoritas, Iouyſſance Lege, Vſus, & authoritas, pro eo quod iuriſconſulti vſucapionē dicūt. Cic. pro Cecinna, Lex iubet vſum & authoritatem fundi eſſe bienniū: ac vtimur eodem iure in ædibus, quæ in lege non appellātur. Idem in

B

BALNEVM, balnei, & balnea balneorum, n.g. & balneæ balnearuum, f.g.
Balneator balneatoris, comm. generis, ſecundum Seruium, Le
Barbatuli muli,
BVCVLA, buculæ, diminutiuum à boue. Vne ieune vache, vne geniſſe. Plin.

C

Cadere cauſſa, Perdre le proces. Cic. de
CAEREMONIA, cæremoniæ, & Cæremoniæ cæremoniarum,
CAETERA, f.g. & Cæterum, n.g.
CALLVS, calli, m.g. & callum calli, n.g. Vtroque modo dicitur, Eſt
Calx pro fine, maſc. g. Le bout & fin. Cicero, Quoniam ſumus ab ipſo calce
CARPENTVM, Dele hæc verba, Vne brouette, ou petit
Caryon caryi, n.g.
CATAPHRACTVS, cataphracti, m.g. Armé de toutes pieces. Scribe vbique, & pro tt gemino.
accent, malgré le z. Cataphractarij, Qui ſont armézz de toutes pieces.
CHARACATAE vineæ, Vignes accouſtrees a eſchallas.
CHRYSOCOLLA, chryſocollæ,
CINNVS, cinni, m.g. Plurium commiſtio.
CIO, cis, ciui, cîtum. Vide CIEO
Circūſcribere teſtamentum, Id eſt, inducere, ac delere, Effacer vng teſtament.
Clauicula, clauiculæ, Ceſt ce de quoy
Climactericus, climacterica, climactericum
CLVEO, clues, cluere,
COALESCO, coaleſcis, coalui, coaleſcere, Se ioindre & vnir en vng, Se prendre.
COEPIO, cœpis, cœpi, cœptum
COGNOMEN, cognominis, n.g. Vng ſoubbriquet.
Cognitor cognitoris, Olim dicebatur qui nunc procurator iudicialis, Vng procureur dõne pour plaider & pourſuyure la cauſe daucun.
COLIS, huius colis, m.g. Vitis robur, inquit Nonius. Le tronc. Varro,
COLLICIAE, colliciarum,
COLLABELLARE,
COLLIBERTVS, colliberti, m.g. Qui a eſte mis en liberté par vng meſme patron.
COLLIMO, collimas, collimare, Toucher le but. Quod
COLLINEO, collineas, collineare, Tirer droit au but. Cic.
Comare dicuntur etiam arbores & herbæ, Auoir fueilles. Virg.
Comparare inter ſe, Accorder enſemble. Liuius,
COMPERNIS, huius compernis,
Conflagrare inuidia, Eſtre enuié.
pas de cédille. CONSCIO, legendum eſt CONSCIVS, conſcia, conſcium, Qui ſcait quelque choſe entre luy & vng autre, Qui ſcait les
CONSEPIO, conſepis, conſepſi,
CONSERO, conſeris, conſeui, conſitum,
CONSEDIT terra, Gallice ſcribatur, La terre ſeſt ouuerte & enfondree.
Conſtituere vadimonium, Faire promeſſe de comparoir en iugement pour vng autre.
CONTROVERSVS, cõtrouerſa, cõtrouerſum, De quo controuerſia eſt, quod in cõtrouerſiã venit. De quoy on eſt en doubte & debat. Gellius, Argumẽta autem cenſebat aut probabilia eſſe debere, aut perſpicua, & minime controuerſa. Id eſt, certa & omnibus confeſſa.

Conuector, conuectoris, m.g. Qui in eadem nauigat naui. Cic.
Corácinus corácina corácinum,
Coronamentum coronamenti, n.g. Bouquetz & chappeaux de fleurs. Plin.
Cruſtula cruſtulæ, Dele exemplum ex Iuuenali.
Cubile cubilis,
Cum imperio eſſe, Auoir charge & puiſſance. Dicebatur
Curiales, Qui ſunt ex eadem curia. Plaut.

D

Deceſſit Romæ. Dele hos quatuor verſus.
Décorum décori, Dele hos duos verſus.
DECVRIO decurionis, m.g. Magiſtratus municipij alicuius. Eſcheuin. Cicero
Deinceps, aduerbialiter. Lung apres lautre. Propriè ſignificat gradatim, per ordinem, ſiue quod dicere
DELINIO, delinis, deliniui, delinitum, delinire, Adoulcir, & frotter doulcement.
Dentio dentis, dentiui, dentire, Emittere dentes. Verbum neutrum.
DEPVNIO, lege DEPVVIO, depuuis, depuui, depuuire, Cædere. ex de, & puuio compoſitum. Lucilius, Palmíſque miſellam Depuuit me. Id eſt, verberauit.
Deſini diſciplinam tibiis canendi.
Deſyderari, per tranſlationem pro Et paulò pòſt deſyderari in.
DETRAHO, detrahis, detraxi, detractum, detrahere, Arracher, oſter. Terent.
DIACONVS, diaconi, à
Diæta apud Græcos ſumitur pro arbitrio.
Diætetæ, à Græcis
Dicere pro teſtimonio, Depoſer, Dire en teſmoingnage, ou pour teſmoingnage. Cic.
Diurnus diurna diurnum, Qui ſe faict de iour. Cic.
Digitum tranſuerſum. In interpretatione Gallica, lege La largeur dung doigt.
DIMITTO, dimittis, dimiſi, dimiſſum, dimittere, Enuoyer en diuers endrois.
DISCEPTO, diſceptas, diſceptare, Diſputare, contendere, diſcordare, Se debatre daucune choſe auec vng autre, agiter quelque matiere, & la traicter pour ſauoir que ceſt, ou quil en eſt de faire. Salluſt. in Iugurtha, Poſtquam illi more regio iuſta magnificè fecerant, reguli in vnũ conuenêre, vt inter ſe de cunctis negotiis diſceptarent.
Diſceptare cõtrouerſias aliquorũ, Componere, & dijudicare, Eſtre iuge, diſcerner. Cic. lib. 4. Tuſcul. Itaque illius veræ, elegantíſque philoſophiæ, quæ ducta à Socrate, in Peripateticis adhuc permanſit, & idem alio modo dicentibus Stoicis, cum Academici eorum controuerſias diſceptarent, nulla ferè ſunt aut pauca admodum latina monimenta.
Diſcutere, Verbum eſt medicinale, Remouere, ſeu reſoluere, Reſouldre aucun humeur, & ne le laiſſer apoſtumer.
Diſcuſſorius diſcuſſoria diſcuſſorium, Qui ſert a reſouldre aucun humeur.
Diſcuſſoria medicamenta dicta, quæ Græci diaphoretica adpellant. Quelque medecine a faire reſouldre quelque humeur.
Diſſilire, propriè in diuerſas partes ſalire, Saulter en diuers lieux ça & la. Plin. lib. 36. cap. 18. Lunenſem ſilicem ſerra ſecari, at Tuſculanum diſſilire igni.
DISSOCIO, diſſocias, diſſociare, Deſioindre, deſaccoupler. Cic.
Diuitias facere, Sentrichir.
Dare aliquem alteri in manum: In fine paginæ deſunt hæc verba, commando fidei.
Dare operam abortioni, Eſſayer & mettre peine a ſe faire auorter.
Dare promiſſa, Spondere.
DOCVS, doci, m.g.
Dolentia dolentiæ, Idem quod dolor. Quod inuſitatum eſt. Huius compoſitum
Dolet dictum. Terent. in Eunucho, 3.1.40, Dolet dictum imprudenti adoleſcenti & libero. Ie ſuis marri que tu as dict cela a ce ieune filz.
Domumitio domumitionis,

E

Edere iudiciũ. Pro his ſex verſibus, hos quatuor ſic ſcribe, Edere indicium, Rapporter, encuſer. Cic. pro P. Sylla, Sed tamen abs te Torquate quæro, cum indicatus tuus inimicus eſſet, & eſſet eius rei frequens ſenatus, & recẽs memoria teſtis, tibi meo familiari & contubernali prius etiã edituri fuerint indiciũ ſcribæ mei ſi voluiſſes, quàm in codicem retuliſſent, &c.

ELVRVS, vide AELVRVS. nam per AE ſcribendum eſt.
EMBRYON, embryi,
Enim copulatiua
EPIGLOSSIS, huius epigloſſidis,
EREMODICIVM. Eremodice, vadimonium deſertum dicitur à Demoſthene. Default, contumace. Vnde
EXCERNO, excernis, excreui, excretum, excernere, Extra cernere, ſeparare, purgare. Colu.
EXCIDO, éxcĭdis, éxcĭdi, excídere,
Excidet nuntius calamitatis ſuæ. Dele hos tres verſus.
Excudere etiam gallinæ dicuntur oua, Eſclorre. Quod

F

Facere diuiduum. Et in exemplo Terentii, lege diuiduum face.
Facultates in plurali, Diuitiæ,
FAVCES, faucium, plur. nu. f. g. La
FOEMEN, fœminis, vſus obtinuit vt per œ ſcriberetur.
Ferè quiſque. Lege, Ferè, Conſtumierement, preſque touſiours. Salluſt.
Ficulnea ficulneæ, Dele hũc verſum. Nã in exẽplo Plinii rectꝰ dixeris adiectiuũ, ficulnea ligna.
Fides apud te nulla mihi, Tu ne te fie point en moy.
Fiſſilis & hoc fiſſile, Fendu en pieces, ou aiſé a fendre. Plaut.
Firmare fidem alicui rei, Facere vt magis credatur. Terent.
Flexanima oratio,
Fori, Oppidani. Virg. lib. 7, Caſperiámq; colũt, Forulos & flumen Hymelæ. Dele hũc verſum.
Frequens comparebo tibi res benefactis. Dele hæc, & iunge Plauti exemplum præcedẽtibus.
Frondo frondas, frondare, Frondes amputare. à quo frondator.
Funambulus funambuli, m. g. Græcè ſchœnobates. Vng danſeur par

G

Gelicidium, gelicidij
Genethlia genethliorum,
GLOMVS glomi, m. g. & glomus glomeris, n. g. Eſt
Gratioſus gratioſa gratioſum, Qui ha force amis. Gell.
Gratuita mulier, Qui recompenſe & recongnoit le plaiſir que on luy a faict. Dele hæc, & iunge Plauti exemplum præcedentibus.

I

Idololatra εἰδωλολάτρης, εἰδωλολάτρου.
Imminens ingenium, Lege, Imminens auaritia. Et dele Gallica.
Impluuium impluuij, n. g. Vne petite court pour receuoir la pluye. Locus
Dele hæc verba, Vne lucarne. Et paulò pòſt, Vne goutiere.
Inducere iniuriam. Plaut. in Pœn. 19.57, Quia iniuriam multò induci ſatius eſt. Il vault mieulx que liniure ſoit effacee & miſe en oubli.
INHOSPITVS, inhoſpita, inhoſpitum. Vnde
Inimicior. Cic. Et in exemplo Ciceronis lege inimiciorem
INOCRO, lege INOCCO, inoccas, inoccare. Et in exemplo Columellæ, inoccatum
Inter cæſa & porrecta. Cic. Attico, Et multa, immò omnia. Quorũ περιφάλαιον, ne quid inter cæſa & porrecta, vt aiũt, oneris mihi addatur, aut tẽporis. Videtur ſignificare cunctationẽ, & ancipitẽ hæſitationẽ, ac velut interuallũ illud inter omittendũ, quod cœptũ eſt, & incipiendũ quod nouari oportet. Sumptũ eſt autẽ è priſco auſpiciorũ ritu, in quibus inter cæſa & porrecta ſacerdos cæremonias quaſdã agebat, quẽadmodũ teſtatur Varro libro de lingua latina ſecũdo. Nã flamen Dialis (inquit) auſpicatur vindemiã, & vt iuſſit vinũ legere, agna Ioui facit, inter cuius exta cæſa & porrecta, flamen prorſus vinũ legit.
INTERCVS, intercutis, o. g. Inteſtinꝰ. Cato, Intercutibꝰ ſtupris obſtinatis. Gelliꝰ lib. 13, Intercutibus vitijs madentes. Plaut. Num eum veternum aut aqua intercus tenet?
Internectiuus, Legendum vbique internecinus. & internecinum bellum.
Intritum intriti. Lege in gallicis, Comme vng hachis ou farce auec aulx.
INTERORDO, Dele hæc verba, Idem, Macro ſolo quiuis ſedibus inter ordines omiſſis, mediocriſenis.
INTERPENSIVA, Apud Victruuium, Perticarum, tigillorum,
INTERPOLO, Sunt qui hoc verbum nunquam interrumpere vel intermittere affirment

ſignificare: legántque in exemplis citatis, interpellare.
IVGERVM, iugeri, vel iugeris à nominatiuo iuger,
Iuramentum iuramenti, n.g. Iurement. Dele hæc verba.

L

Lachrymo lachrymas, lachrymare, neutrum: &
Leo marinus, ex cancrorum genere. Vne eſcreuiſſe de mer. Plin. lib. 32. cap. xi.
Libella libellæ. Dele hæc Gallica, Vng tournois.
Licitator licitatoris, m.g. Qui offre, & met lenchiere. Cic.
LICHEN, huius lichenis,
AEſtimare litem, Taucer deſpens, dommages & intereſts.
Lite cecidiſſe,
Lumina præferre.
LVSCIOSVS. quos Græci nyctalopas
LVTEVS color, à luce, Eſt dilutior
LIENTERIA, lienteriæ, f.g. Inteſtinorum læuor. Repone in L ante I.

M

Macror, macroris, maſc.g. Maigreté. Pacuuius,
Macereſco macereſcis.
MACERIA, maceriæ, Lege in ſecundo verſu, compactorum ſine cæmento, aut alio genere ferruminis,
Machæropeos
MAGAR, magaris, n.g.
Maior amita, aui & auiæ amita. Feſtus.
Imminuere maieſtatem, vel minuere, Faire, commettre, ou endurer aucune choſe eſtre faicte, derogante a la maieſté. Cic. derogant, gdv?
Malè cogitare de aliquo, Id eſt, maleuolo in aliquem animo eſſe, Luy braſſer, ou machiner aucun mal. Ouid.
MALACHE, malaches,
MAMMA, mammæ, f.g. La mamelle.
Mancipes (inquit Pædianus) erant publicanorum principes
Manſum, Lege Manſus manſa manſum, Quod
MANSVETVS, In ſecundo verſu, lege Natura fera, manuum præmulſione
Manicula maniculæ, Parua manica, Braſſelet. Plaut.
MATEOLA, mateolæ, Genus eſt farculi. Cato
Meliturgus meliturgi,
MELANCHOLIA, melancholiæ, f.g. Latinè dicitur nigra bilis, hoc
Melancholicus, melancholica, melancholicum, Qui nigram bilem habet,
Mentem deponere in aliqua re. Cic.
Menſtrua menſtruorum, ſubſtantiuum, plu.n. Mulierum Et in ſequentibus verſibus ſcribe menſtrua patitur
Mercatus mercatus, mercatui, m.g. Dele exemplum Liuij, & ſequentibus adſcribe.
Mercatus mercati, Lege, Mercatus mercatus, & mercati antiquè, Locus
Merito meritas, meritare, Gaingner de louage, & eſtre loué. Cic. gaingner, congroistre
Millium millij, Dele hos duos verſus.
Moduli aquarij à
MOLOR THVS, Vng niueau.
Mortifer mortifera mortiferum,
MVLLVS, mulli, Piſcis genus. De quo
Mus araneus
Mutuo mutuas, mutuare, Emprunter pour rendre vne choſe ſemblable. Cæcil.
Myrteus myrtea myrteum,

N

NAENIA, næniæ, vel neniæ næniarum,
NARCISSVS, narciſſi, Lilij genus. Plin.
NARCISSITES, narciſſitæ, m.g.
NAVSTIBVLVM, nauſtibuli. n.g. Alueus ad nauis ſimilitudinem factus.

Noſter, πρὸς ἀντιβλεπόλλω, qui
NYCTILOPS, nyctilopis, o.g. Qui videt interdiu, occidente autem ſole cernit exiliter.

O

OBAVDIO, obaudis, obaudiui, obauditum, obaudire, Faire ſemblant de ne point ouyr.
OBIVRO, Dele exemplum Ciceronis pro Cælio, in eo enim legendum obiurgauit.
OBNVIT, Lege OBNVBIT
OBSECVNDO, obſecũdas, obſecũdare, Ex ob & ſecundo ſecundas, Eſt omnia ad alterius
Dele duos verſus præcedentes.
Obſtipare verticem, Baiſſer la teſte, ployer le col. Plaut.
OBTHVRO, θύρας.
OBTORPEO, In tertio verſu ſic lege, Tant eſtre eſtonnee, coye, & eſlourdie
OBTVNDO In ſecundo verſu, rumpere, craſſum, hebetémque
Obuiam eſſe, Eſtre en voye, au deuant
OCCA, In tertio verſu, Ab occído.
Odi, Iay, ou iay eu en hayne.
OEſtrum In fine, Vne mouche qui tormente les cheuaulx, Vng tahon.
Omni quinquennio, Id eſt, toto quinquennio, Les cinq ans durans. Plin.
ONYCHES, Dele hæc, & exemplum Plinij adſcribe ſubſequentibus. nam in eo exemplo,
onyches, eſt accuſatiui caſus.
Operam grauari, Aider
OPIPARVS, opipara, opiparum, Quod eſt magnarum

P

Pandus, panda, pandum, Incuruus. Virg. Iunge verbo PANDO, pandas.
Pantherinum, Quod pantheræ ſimile eſt, & varium. Plaut.
Pappus, Lánugo helxines herbæ. Plinius
PARADIASTOLE, dici poteſt per dilatationem:
PARADOXVM, paradoxi, n.g. Præter ſententiam,
PARASTAS, paraſtadis, Paraſtades.
Párere, per tranſlationem dicitur interdum de ijs qui non concipiunt, pro acquirere, ſiue
PENDEO, pendes,
PENTACONTARCHVS,
PERCITVS, percita, percitum, à per & cieo cies,
PEROGIGAMVS, perogigami, à Varrone peroriga dicitur, lib. 2. de re ruſtica, cap. 7,
Admittere (inquit) oportet, cum tẽpus anni venerit, bis die, mane & veſpere. Peroriga enim
appellatur, quiſquis admittit: eo enim adiutãte equa alligata celerius admittitur:
Perplexus perplexa perplexum, Intricatus, Entremellé.
PERSONATA, Dele exemplum Plinij, nam apud Plinium legitur perſolata.
PHALANGA, phalangæ, f.g. Phalangæ, Ligna
PHALERAE, ἀπὸ τοῦ φαλοῦ Græco verbo quod illuſtre ſignificat.
Phroneſis, huius Phroneſis, Græci φρόνησιμ
Pigredo, pigredinis, &
PINSO, in primo verſu, lege Pilo tundere,
Piſtura piſturæ, Id eſt piſtio, Mouldrure. Plin. lib. 18, Piſtura nõ omnium facilis, quippe & He-
truria ſpicam farris toſti pinſente, pilo præferrato.
PIO, pias,
Plagiarius, Qui liberum
PLATANVS, à πλάτος latitudo.
Pleruſque, ἀπὸ τοῦ πλῆρες fit,
POGONIA, vel pogonias, pogoniæ, m.g. Dici poteſt barbatus: vt cometa pogonias. πώγων enim, barba. Plin. libro 2. cap. 25, Idem pogonias vocant, quibus inferiore ex parte in
ſpeciem barbæ longæ promittitur iuba.
POLVBRVM, polubri, n.g. Vas trulleum,
POMIFER,
PORPHYRITES, porphyritis, m.g.
PORRICIO, porricis, porricere,
PORTICVS, porticus, f.g. Vne gallerie couuerte.

PORTITOR, portitoris, m.g. Qui traducit homines, ac vehit, vel ad nauim de litore, vel ad litus de naui, vel ad vlteriorem fluminis, ſtagni, aut lacus ripam. Item qui vectigal portus, id eſt, portorium conduxit. Le fermier des ports. Plaut.

PORTORIVM. portorii, n.g. Merces quæ portitoribus datur. Item vectigal quod ſoluitur portitori. Le peage. Lucilius, Facit idem quod illi qui inſcriptum è portu exportant clanculum, ne portorium dent. Plaut.

PRAEFVLCIO, præfulcis, præfulſi, præfultum,

Prædes etiam interdum pro bonis prædibus accipiuntur.

PRAGMA, pragmatis, n.g.

PROCIEO, procies, prociui, prócitum, procière, Petere.

PRODICO, prodicis, Dele hos duos verſus. nam apud Ciceronem legitur prodierint.

Prodigaliter, Dele hos duos verſus. Apud Columellam enim legitur prodigialiter.

PROFLVBEO, proflubes, Dele hos tres verſus. Nam apud Columellam legitur profluit.

Propalo propalas, Dele hos tres verſus. Nã in libro 13, Columellæ, cap. 7, legitur propagetur.

PROPENDEO, propendes, propendi, propenſum, propendère, Significat in anteriorem partem pendère, Pancher en auant. ſicut dependere, Retrorſum, ſiue in poſteriorem partem pendere. Plaut in Aſin. 7.39, Vbi manus manicæ cõplexæ ſunt, atque adductæ ad trabem, nec dependes, nec propendes quin malus, nequámque ſis. Tu es droictement mauuais. alludit ad libram, quæ tum in æquilibrio eſt, cum neque dependet, neque propendet, Quant elle ne panche ne auant, ne arriere.

Propendere, Diu vel &c. Dele hos duos verſus. nã apud Quintilianũ legitur perpenderem.

PROSPICA & deſpica, Intenta, & contempta, verba

PROTOPLASTES, protoplaſtæ, m.g. Qui primo fingit, Qui faict le moulle. & protoplaſtus.

PVLEX, pulicis, m.g. Vne pulce. Dictus

PVS, puris, maſcul. gen. & neut.

Putator putatoris, m.g. Arborum purgator.

PYRETHRVM, pyrethri, n.g. Herba

PYXIS, pyxidis, f.g. Grecũ nomẽ, ἀπὸ τοῦ πύξος, quod latinè buxũ ſignificat. Vaſculũ eſt exiguũ, quod vulgo nõ ineptè, à buxo, buxulũ nũcupam⁹: quoniã primo ex eo ligno fieri cœpit.

R

RAPA, rapæ, f.g. Vne groſſe raue, comme celles de Limoſin, & de Sauoye.

RAPHANVS, raphani, m.g. Genus radicis notæ. Vne raue. Plin.

RECRVDESCO, recrudeſcis, recrudui, recrudeſcere, Renouari.

REDORMIO, redormis, redormiui, redormitũ, redormire, Rurſum dormire, Se rẽdormir.

Redormitio redormitionis, f.g. Rendormiſſement. Plin.

REFERIO, referis, repercuſſi, repercuſſum, referire,

REMENDO, remendas, Dele hos quatuor verſus. Nam apud Columellam aliter legitur.

REPRAESENTO, repræſentas Duos poſtremos verſus ſic ſcribe,

Repræſentare, Auancer argent, ou autre choſe, faire quelque choſe deuãt le terme. Cic. Neque expectare temporis medicinam, quam repræſentare ratione poſſumus. Plin. lib. xxi, Repræſentare aliqua eorum quæ ſuis locis dicenda ſunt.

RESTIPVLOR, reſtipularis, reſtipulari, Dicitur is qui cum eo certat, qui ſponſione prouocauit. Id eſt, viciſſim ſtipulari, & mutuam ſponſionem exigere. Sic

RETVNDO lege, Refouler, & reboucher.

ROTVNDVS, rotunda, rotundum,

In tertio verſu lege, à retundendo,

RVBVS, rubi, maſc. g. vel fœm. Vne ronce. Horatius,

S

SABVLVM, ſabuli, n.g. Arena craſſior. Sable, ou ſablon. Columella

Sabuloſus, ſabuloſa, ſabuloſum, Plein de ſablon. Et in Saburrare, lege Rempliſſent de ſablon.

Sagati etiamnum erant

SALGAMA

Salto ſaltas, ſaltare, frequentatiuum, Tripudiare, Dancer. Et in Saltatio, dele Sault.

Sanguiſuga ſanguiſugæ, f.g. Vermis qui & hirudo dicitur.

SCAPVS, Dele hæc verba gallica, Le pauot.

Scapi, in quibus Dele hæc verba gallica, Les coſſes du raiſin.

SCOLOPENDRA, Dele hæc gallica, Vng maquereau, & adſcribe dictioni SCOMBRVS.
SCRIBLIGO
SCVTELA.
SECVBO, ſecubas, ſecubui, ſecubitum, ſecubare, Separatim ſiue
SEDEO, ſedes, ſedi, ſeſſum, ſedere, Eſtre aſſis.
Seducere aliquem ab altero, Lege Seducere aliquem, Le tirer a part. Cic.
SEMPERVIVVM, ſemperuiui, Herba quæ græcè dicitur aizoon. Iombarde. Plin.
Simulatio ſimulationis, f.g. Faintiſe.
Siniſtimum
Sodoma & Sodomito, Dele hos tres verſus. nuſquã enim ſodomitare apud Ciceronem legitur.
Sophiſtas Græci vocant declamatores.
SOPHRON, ſophronis, m.g. temperãs. & Sophroſine ſophroſines, f.g. temperãtia dicitur,
Specito ſpecitas, ſpecitare, Frequentatiuum à ſpecio. Plaut.
Specillum dicitur auricularium inſtrumentum, quod curandis auribus adhibetur.
STERILIS, στερτικὸς, ſterilis.
Stillicidium ſtillicidii, n.g. Quaſi ſtillarum cadium,
Stipendiarius Lege Tributaire, qui payt tribut au Roy, ou autre prince.
Stlatarius ſtlatarii,
Struma (inquit Celſus) extantia quædam in tergo.
SVBNITOR, ſubniteris, ſubnixus ſum, ſubniti, Sappuyer, ſoy tenir ferme.
SVCCVSSO, lege SVCCVTIO, ſuccutis,
SVDVM, ſudi, n.g. quaſi ſine vdo. eſt
SVGILLO, ſcribe duplici ll vbique.
SVPPEDITO, ſuppeditas, ſuppeditare, Subminiſtrare, ſuggerere, actiuum, Adminiſtrer. à ſub & pes pedis. Plaut. in Aſin. 14. 10, Luxuriæ
Suppeditare, neutrũ abſolutũ, id eſt ſufficere, ſatis eſſe. Plau. in Aſin. 9. 17, Clamore ac ſtomacho nõ queo labori ſuppeditare, Ie ne peulx fournir au labeur de crier, ou endurer la peine
Suſpendere, Mediocriter. Dele hos duos verſus. Nam ſuppellere legitur apud Ciceronem.
SYNCACEOSIS, Lege SYNOECEOSIS.
SYNTECXIS Scribe SYNTEXIS.

T

Tabificus tabifica tabificum, Qui tabem inducit.
Tantum abeſt, ſignificat
Tenus quodam. Lege, Tenus prodire dixit Horatius, Eſt quiddam prodire tenus, ſi non datur vltra. Id eſt, aliquouſque.
TERMES, termitis,
Terminalis, & hoc terminale, Terminalis lapis,
Teſſerulæ, Lapilli ad cõficiẽda, ſternẽdáque pauimẽta. Quarreaux. Cic. lib. 3. de Orat. Quàm lepidè lexeis compoſtæ vt teſſerulæ omnes Arte pauimento atque emblemate vermiculato.
Toreutes toreutis, m.g. à
TRVTINA, Horatius, Trutina pendêris eadem.
Penſiculor, Lege, Trutinor, trutinaris, trutinari, Deponens.
Turunda apud Catonem, cap. 157, ſignificat linamentum

V

Vadimonium conſtituere, Aſſigner iour pour comparoiſtre en iugement. Cic.
Ventriculus ventriculi, m.g. Diminutiuum, Leſtomac. Cornelius Celſus,
Villicus villici, m.g. Villæ,
Vinolentus, vinolenta, vinolentum, Ebrius, qui vino ſe ingurgitauit. Yure. Plaut.
Vi ſumma,
VITILIVM, Lege VITILIS, & hoc vtile, Quicquid
Vnctum vncti, n.g. Pingue illud quod in porci dorſo eſt mollius. Le gras du lard. Columella
VTVT, ſignificat vtcunque, ſiue
VVLTVR, Vng duc. Plaut.

A

A, Præpoſitio, ablatiuo caſui

ſeruiẽs, ſeparatim poſita ſignificat Dè, Du lieu. Ter. in Adel. 4. 2. 2, Præterea autẽ dũ illũ quę ro, à villa mercenariũ vidi: is filiũ negat eſſe ruri. Qui eſtoit de la metairie, ou qui en venoit.

A Roma venit. Cic. lib. 1. Acad. quæſt. in principio, Nuntiatum eſt nobis à M. Varrone, veniſſe eum à Roma pridie veſperi.

A legione remiſſus. Plaut. in Epid. 5. 23, Animum aduortite: à legione omnes remiſſi ſunt domũ Thebis. Toute la legion a eſte renuoye chaſcun a ſa maiſon.

A cœna nõ rediit, Il neſt point retourné de ſouper. Terent. in Adel. 1. 1. 1, Storax. nõ rediit hac nocte à cœna AEſchinus.

A me ſentit, Il eſt de mon opinion, des miens, & pour moy. Plaut. in Rud. 24. 56, Omnia iſtæc ego facilè patior, dum hic hinc à me ſentiat.

A ſenatu ſtat, Il eſt de la partie du ſenat. Cic. in Bruto, Nec verò M. Cæliũ prætereundum arbitror, quæcũque eius in exitu, vel fortuna, vel mens fuit: qui quandiu authoritati meæ paruit, talis tribunuſplæbis fuit, vt nemo contra ciuium perditorum, popularem, turbulentámque dementiam à ſenatu, & à bonorum cauſſa ſteterit conſtantius.

A ientaculo, Apres deſiuner. Plaut. in Curcul. 2. 73, Quid antepones Veneri à ientaculo?

A funere, Apres les funerailles. Suet. in Cæſare, Plæbs ſtatim à funere, ad domũ Bruti & Caſſii cum facibus tẽtendit. Idem in Tiberio, A commeatu caſtra repetentes.

A facundia multum poteſt: Il eſt beau parleur, il eſt facond. Terẽt. in prolog. Heaut. 13, Sed hic actor tantum potuit à facundia, quantum ille potuit cogitare commodé. Par ſon beau parler. Græcè, Δεινότατος λέγειν.

A me pudica eſt, De par moy, ou quãt eſt de moy ie ne luy ay touché. Plaut. in Curc. 2. 51, Tã à me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit. Terẽt. Narrátque vt virgo à ſe integra etiã tum ſiet.

A me dabo chlamydem, De ches moy. Plaut. in Pſeud. 10. 45, Etiã opus eſt chlamyde, & machæra, & petaſo. CH. à me poſſum dare. Terẽt. in Heaut. 3. 1. 85, A me neſcio quis exit. Idem in Eun. 4. 5. 7, Sed Thais multò antè venit? P. an abiit iam à milite? C. iamdudũ ætatem. Idem in And. 4. 1. 59, Hem: ſed mane, concrepuit à Glycerio oſtium.

A lenone illã aſſerito manu, Mets la en liberte hors des mains du maquereau. Plaut. in Perſa, 4. 81, Continuò tu illam à lenone aſſerito manu.

A portu excitauit me, Il ma faict leuer du port ou ieſtoie aſſis. Plaut. in Amphit. 4. 11, Qui hoc noctis à portu ingratis excitauit.

A fundamento vſque mouiſti, Tu las meu du fin parfond. Plaut. in Rud. 13. 56, Qui à fundamento mihi vſque mouiſti mare.

A ſũmo cadus plen⁹, Plein iuſques au ſõmet. Plau. in Mil. 11. 40, Ibi erat bilibris aqualis hic propter cados, eáq; ſæpe decies cõplebatur die. eã plenã atque inanẽ fieri, plenã à ſummo.

A ſummo cõmittere ludos, Cõmẽcer le ieu dung bout a lautre. Plaut. in Perſ. 12. 24, Age puer, à ſummo ſeptenis cyathis cõmitte hos ludos.

A mane vſq; ad veſperã, Depuis le matin iuſques au veſpre. Plaut. in Mil. 9. 23, Lõgũ, diutinúmque à mane vſque ad veſperũ, quòd meas cõfregiſti imbrices & tegulas ibi.

A morbo valui, ab animo æger fui, Ie ſuis gueri quant a la maladie: mais au cueur meſt demeuré vne triſteſſe & ennuy. Plaut in Epid. 3. 26, Benène vſque valuiſti? S. à morbo valui, ab animo æger fui.

A cæteris ſilentiũ, Quant eſt des autres choſes on ſe taiſt, On ne parle dautre choſe, ou on ne parle que de cecy. Cic. de Orat. Hæc cum Craſſus dixiſſet, parumper & ipſe conticuit, & à cæteris ſilentium fuit.

A ſenibus otiũ vix habeo ad potandũ, A grand peine me baillẽt ils le loiſir de boire. Terẽt.

A tergo, Derriere le dos. Iuuenalis, Scriptus & à tergo nondum finitus Oreſtes.

A trapezita dabo tibi viaticũ, Ie te bailleray argẽt pour la deſpenſe du chemin, par les mains du banquier. Plaut. in Capt. 7. 90, Sequere me, viaticum vt dem à trapezita tibi. Cic. pro Flacco, Si prætor dedit vt eſt ſcriptũ, à quæſtore numerauit. Quæſtor à mẽſa publica: menſa autẽ ex vectigali, aut ex tributo, à quæſtore numerauit. Id eſt, à quæſtore acceptam.

A morte eius hic tertiꝰ ãnus, Ceſtuy cy eſt le troiſieme an depuis quil eſt mort. Cic. de Senect.

A matre pulli, Les petits venans de deſſoubs la mere. Columella lib.9, Verum ſuburbanis locis, vbi à matre pulli nõ exiguis pretiis væneunt, nec plerunque intereunt, probãda eſt æſtiua educatio. Id eſt, recentes à nido accepti.

A paruis, Des mon enfance. Terent. in And. 3.3.8, Quæ incepta à paruis, cum ætate accreuit ſimul.

A paruulo. Terent. in And. 1.1.8, Ego poſtquam te emi à paruulo, vt ſemper tibi apud me iuſta, & clemens fuerit ſeruitus, ſcis.

A puero. Terent. in Adel. 3.3.86, Vah, homo amicus nobis iam inde à puero. Cic. in Tuſcul. Homini præſertim docto à puero, inſtitutis & artibus ingenuis erudito. Liuius, Ita ſe à puero aſſuetos.

A puero paruulo. Plaut. in Merc. 3.89, Seruũ vnà mittit, qui olim à puero paruulo mihi pædagôgus fuerat.

A pueris. Terent. in Heaut. 2.1.2, Qui æquũ eſſe cenſent, nos iam à pueris ilicò naſci ſenes. Idem in Adel. 3.4.48, Vnà à pueris paruuli ſumus educati.

A pueritia. Terẽt. in Heaut. 1.2.9, Nam mihi magna cum eo iam inde vſque à pueritia ſemper fuit familiaritas.

A puſillo puero. Plaut. in Sticho, 4.22, Quia iam inde à puſillo puero ridiculus fui.

A prima adoleſcentia. Cicero. Idem, à prima ætate dixit.

A teneris, Apud Virgilium.

A cunabulis. Plaut. in Pſeud. 11.48, Sed iſtic ſeruus ex Chariſto hic qui aduenit, quid ſapit? CH. vſque à cunabulis.

A primo homo inſanibat. Terẽtius. Des le cõmencemẽt. Idem in Phor. 4.2.14, Petam hinc vnde à primo inſtitui. Cic. Attico, Nec verò ille vrbem reliquit qui eam tueri non poſſet: nec Italiam, quòd ea pelleretur: ſed hoc à primo cogitauit, omnes terras, omnia maria mouere. Ibidẽ, Tuas nũc epiſtolas à primo lego: hæ me paulũ recreãt. Eidem, Vtinam à primo tibi eſſet viſum. Idem de finibus, Nũc verò à primo quidem mirabiliter occulta natura eſt.

A principio. Plaut. in Trucul. 8.18, Vtinã à principio, rei ita parſiſſem meæ. Terẽ. in Heçyra. 3.3.21, Hãc habere orationẽ mecũ à principio inſtitit. Idem in Phor. 4.3.45, Ego inquit à principio amici filiam, ita vt æquũ fuerat, volui vxorem ducere. Idem in And. 4.5.46, Audiui inquã à principio. Cic. Attico, Sed ego à principio, cum diuinare de belli diuturnitate poſſem. Eidem, Sed hæc à principio tibi præcipiens, quantũ profecerim, nõ ignoro. Eidem, Noſmetipſi qui Ligurgei à principio fuiſſemus, quotidie demitigamur. Eidem, Ac vellem à principio te audiſſe.

A gente, pro de gente. Suet. in Veſp. cap. 23. Nam cum inter prodigia cætera mauſoleũ Cæſarũ de repentè patuiſſet, & ſtella in cælo crinita apparuiſſet, alterũ ad Iuniã Caluinã à gente Auguſti pertinere dicebat: alterum ad Parthorum regem, qui capillatus eſſet.

A terra ad cælum percontari, Senqueſter de puis vng bout iuſques a lautre. Plaut. in Perſa, 16.136, Hoſpes volo ego hanc percontari.

A ſtudiis alicui eſſe, Eſtudier pour aucũ, Cõme font aucuns, auſquels cõſiliers & autres, dõnẽt la charge de veoir quelque matiere, laquelle apres leur referẽt. Suet. in Claud. Super hos Polybiũ à ſtudiis, Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantẽ à rationib⁹, quos decreto quoq; ſenatus, nõ præmiis modo ingẽtibus, ſed & quæſtoriis, prætoriiſque ornamẽtis ornari libẽter paſſus eſt. Ab epiſtolis, Qui ha la charge & loffice deſcrire les lettres du prince, ou autre. Apud Suetonium, in præcedentibus ipſius verbis.

A voluptatibus, Qui ha le ſoing des menus plaiſirs du prince. Qui ſtudium habet inueniendi voluptates. Nam olim Xerxes edixit ſe præmium daturum ei qui nouum voluptatis genus reperiſſet. Suet. in Tib. Dẽique officium inſtituit à voluptatibus præpoſito equite Ro. T. Cæſonio Priſco.

A manu, Qui eſcript ſoub aucun, qui ſert a eſcrire lettres ou autre choſe au prince. Scribæ quorũ manu ad literas ſcribẽdas principes vti ſolent. Suet. in Veſpa. Poſt vxoris exceſſum Cænidẽ Antoniæ libertã adamauit: & à manu dilectã quõdã ſibi reuocauit in cõtuberniũ.

A manu ſeruus, Idem. Suet. in Cæſare, Nunquam nocere ſuſtinuit Philomenem à manu ſeruum, qui necem ſuam per venenum inimicis promiſerat.

A pedibus ſeruus, Vng laquais. Cic. Attico, Pollucem ſeruũ à pedib⁹ Romã miſſum. Martialis, Cur non menſa tibi ponitur à pedibus?

A præpoſitio, cõpoſita cum altera dictione ſeparationem notat. vt, Amouere, Oſter dung lieu.

A B, præpoſitio, eadem ferè ſignificat quæ A. Ab Roma, De Rõme. Liuius, Flauius ſupplemẽtum ab Roma abduxerat.

Ab Epheſo profectus. Cic. Attico, lib. 3, Neque de illius itinere quicquam certi habebamus, niſi eum ab Epheſo antè aliquando profectum. Idem lib. xv. epiſt. Catoni, Qui circiter Idus Sextilis ab Epheſo in Syriam nauibus profectus erat.

Ab re diuina, Apres le diuin ſeruice. Plaut. in Pœnulo, 9.4, Iam ab re diuina credo apparebunt domi.

Ab labore, Apres auoir beſongné, & trauaillé. Terent. in And. 1.1.51, Ita vt ingenium eſt omnium hominum ab labore procliuè ad libidinem.

Ab hoc, Apres ceſtuy. Columella lib. xi, cap. xv, Poſt hæc quæ diximus, ouillum, & ab hoc caprinũ eſt, mox cæterorum iumentorum, armentorúmque.

Ab re conſulit, Il dõne conſeil inutílle, non ſeruant au propos. Plaut. in Trin. 5.12, Subdolè blanditur, abs re conſulit, blandiloquentulus.

Ab re ne quid ores. Plautus in Captiuis.

Haud ab re aucupis. Plautus in Aſin.

Ab re tua. Terẽt. in Heaut. 1.1.23, Tantúmne eſt ab re tua otii tibi, aliena vt cures, eáque nihil quæ ad te attinent? As tu tant de loiſir de ta beſogne, ou as tu bien tant de loiſir de te meſler des affaires dautruy?

Ab re, Præter rẽ, præter rationẽ & propoſitũ, ſine cauſſa. Suet. in Auguſto, Et quãdo ad hoc vẽtum eſt, nõ ab re fuerit ſubtexere, quæ ei priuſquã naſceretur in ipſo natali die deinceps euenerint. Liuius, Hæc ſi omnis diuini humaníque iuris memoria aboleuit, noua peregrináque omnia priſcis ac patriis præferẽdo, haud ab re duxi, verbis quoque ipſis, vt tradita, nuncupatáque ſunt, referre. Iay pénſe eſtre choſe conuenante, & bien vtille.

Ab ſe cãtat cuia ſit: Delle meſme elle dict a qui elle eſt. Plaut. in Rud. 12.20, Nam hæc literata eſt, ab ſe cantat cuia ſit.

Ab auo eſt. Plaut. in Truc. 10.47, Quid ita? P. ab auo eſt quod idem dictũ ſuperfert, campas dicit abaui. Ce que ceſtuy dit tant ſouuent, eſt tout vieux, ceſt du temps de nos grands peres, du temps iadis.

Ab infimo. Plaut. in Moſtell. 10.40, Hercle quin multò improbiores ſunt, quàm à primo credidi. TE. Quapropter? TR. quòd ædepol ambo ab infimo terram ſecãt. Tout du plus bas, par deſſoub.

Ab Andria eſt ancilla hæc. Terẽt. in And. 3.1.3, Ab Andria eſt ancilla hæc. Donatus, Simpliciter dixit, ab Andria eſt: pro, Andriæ eſt. nã & vſu ſic dicere ſolemus. Ergo ab Andria eſt, hoc eſt, Andriæ fauet, Andriæ eſt. vt cum dicimus, Ab illo eſt: hoc ſignificamus, illi fauet, illi accommodat ſuffragium. Elle eſt du parti dandrie, ella la ſoubtient.

Ab illo es, Tu es des ſiens, de ſes gens, de ſa bãde. Plaut. in Curcul. 8.81, Credo hercle te eſſe ab illo: nam ita nugas blattis.

Ab ea egreſſus. Terent. in And. 1.3.21, Sed Myſis ab ea egreditur. Elle ſort de ches elle. Plaut. in Trucul. 17.74, Omnem rem palàm. ſed nimium pol opportuna ecce ab ſe egreditur foras. De ches ſoy.

Ab nobis hinc domo eſt. Plaut. in Ciſtel. 9.6, Quid agis Lãpadio? L. hæc ciſtella, númnam hinc à nobis domo eſt?

Ab animo perit, Le courage luy default. Plaut. in Trucul. 3.20, Si raras noctes ducit, ab animo perit: ſi increbuit, ipſus gaudet, res perit.

Ab re atque animo perit, Le cueur & les iambes luy faillẽt: il perd cueur & cheuãce. Plaut. in Trucul. 3.19, Bis perit amator, ab re, atque animo ſimul.

Ab oculis doleo. Plaut. in Ciſtell. 2.50, Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine. Iay mal aux yeulx.

Ab animo otioſus, Qui na ſouci daucune choſe, qui ſe dõne du bon tẽps, qui ne prẽt point les matieres a cueur. Terẽt. in Phor. 2.2.26, Tene aſymbolum venire vnctũ, atque lautũ è balneis, otioſum ab animo: cũ ille & cura & ſumptu abſumitur: dũ tibi ſit quod placeat?

Abſtinere manus diis. Plaut. in Pœn. 4.61, Deos quoque ædepol & amo, & metuo: quibus ego tamen abſtineo manum. Idem in Truc. Abſtine hoc mulier manum. Cic. in Verrem, Qui Capitolio manus abſtinere potuerit.

Abſtineas me manum, Gárde de me frapper. Plau. in Rud. 11.11, Potín' vt me abſtineas manum?

Abſtinere manũ ab aliquo. Plaut. in Amphit. Qui poſſim huic videri fortis, vt à me abſtineat manum. Cic. in Vatinium teſtem, Vt manus à te homines vix abſtinere poſſint. Idem in Tuſcul. Vt Alexandrum regem videmus, qui cum interemiſſet Clytum familiarẽ ſuum, vix à ſe manus abſtinuit. Idem in Verrem, Manus à ſodalis filio abſtinere nõ potuiſti? Ibidem, Nihil ægrius factũ eſt multo labore meo, quàm vt manus ab illo appellatore abſtinerentur. Idem in Antoniũ, Nunquã profectò à me ſacrilegas atque impias manus abſtinebit. Liuius, Vt vix ab iis abſtineret manus.

Abſtinuit ſeſe muliere, Il ſeſt paſſe de femme, Il ſeſt garde datoucher femme. Terent. in Hecyra, 1.2.64.

Abſtinet me factis impudicis, Il ſe garde de me faire choſe impudique. Plaut. in Amphit. 10.46.

Abſtinuit diu publico, Il fuſt long temps ſans ſe monſtrer. Suet. in Claud. Senatum per præcones propere conuocauit, lachrymiſque & vociferatione miſeratus eſt conditionem ſuam, cui nihil tuti vſquam eſſet, ac diu publico abſtinuit.

Abſtines te rebus vrbanis: Tu ne te meſle point des affaires de la ville. Plaut. in Caſ. 3.12.

Abſtinere verbis, Se garder de parler. Plin. epiſt. 79.a.

Abſtinuit inſpectione rerũ ſuarum, Il ſeſt tenu de reſgarder a ſes beſongnes. Plin. epiſt. 264.

Abſtinuit pactione & dono: Il ſeſt garde de faire cõuẽtiõs & faire preſens. Plin. epiſt. 109.c.

Abſtine riſus, Gárde toy de rire. Terent. in Heaut. 2.3.133, Inuerſa verba, euerſas ceruices tuas, gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus abſtine.

Abſtine ſermonem de rebus iſtis, Laiſſe ces propos, parle dautre choſe. Plaut. in Moſtell.

Abſtinere irarum. Horat. lib. 3. Car. Mox vbi luſit, ſatis abſtineto dixit irarum.

Abſtinuit quo minus de ea re ſcriberet: Il ſeſt abſtenu deſcrire de ceſte affaire. Suet. de claris grammat. 3.

Abſtinebis illud facile. Plaut. in Aulul. 10.19, Ibi ſi periit quippiã (quod te ſcio facile abſtinere poſſe) ſi nihil obuiam eſt, dicant, coqui abſtulerunt.

Abſtinere præfari. Suet. in Tib. Cæſ. cap. 23, Tiberius Cæſar mihi ex parte dimidia & ſextante hæres eſto, quo & ipſo aucta eſt ſuſpicio opinãtium, ſucceſſorem aſcitũ eum neceſſitate magis, quàm iudicio, quando ita præfari non abſtinuerit.

Abſtineat mihi inuidere, Quil laiſſe a me porter enuie. Plaut. in Curcul. 4.25.

Abſtinens abſtinentis, Qui ſe abſtient. Participium.

Abſtinens alieni, Nomen, Qui ſe garde fort dauoir de lautruy. Plin. epiſt. 94.b, Homo eſt alieni abſtinentiſſimus, ſui diligens, nullis quæſtibus ſuſtinetur.

ABSTRAHO abſtrahis, abſtraxi, abſtractum, abſtrahere, Per vim, aut arte aliqua auferre. Retraire, ſeparer.

Abſtraxit nos à bonis. Cic. lib. 1. Tuſcul. Certè ſi tunc occidiſſemus, mors nos à malis, nõ à bonis abſtraxiſſet.

Abſtraxi me illinc. Terẽt. in Hecyra, 3.1.17, Vix me illinc abſtraxi, atque impeditum in ea expediui animum meum. A grand peine me ſuis ie retire de la. Idem in Adelph. 5.3.52, Et iſtam pſaltriam vnà illuc mecum hinc abſtraham.

Abſtraxit me ab. Terẽt. in And. 3.2.38, Quis igitur eum ab illa abſtraxit, niſi ego? Ibidẽ, 1.5.8, Itáne obſtinatè operam dat, vt me à Glycerio miſerum abſtrahat?

Abſtrahit à rebus gerendis ſenectus. Cic. de Senect. 14, A rebus gerendis abſtrahit ſenectus: quibus? an iis quæ iuuentute geruntur & viribus?

ABSTRVDO abſtrûdis, abſtrûſi, abſtrûſum, abſtrudere, Abſcõdere vel claudere. Cacher, mettre dehors de la voie, enfermer. Plaut. in Merc. 4.75, Quin abſtrudebas, ne cõſpiceret eã pater? Ibidem, 7.20, Abſtruſam habebã illã. Abſtrudere theſaurũ. Plaut. in Aulul. 16.47.

Abſtrudit foris aurum. Plaut. in Aulul. 2.6.

Abſtruſi ſunt alicubi in ſolo loco, Ils ſont cachés en quelque lieu deſtourné ou ſolitaire. Plau. in Rud. 24.141, Aut cum excepi, qui non alicubi in ſolo abſtruſi loco?

Abſtrudam colaphos in cerebro tuo, Ie te bailleray des coups de poing ſur ta teſte. Plaut. in Rud. 23.68.

Abſtruſus atque abditus abſtineas comitiis. Plin. in Paneg. 108.

ABSVM abes, abfui. abeſſe, Longè eſſe, Eſtre loing.

Abſum ab domo: Ie ſuis hors de ma maiſon. Plaut. in Epid. 14.16, Num abſum ab domo? num ab oculis conceſſi tuis?

Abſum abs te. Terent. in Heaut. 2.4.19, Nam dum abs te abſum, omnes mihi labores fuere quos cepi leues, præterquàm tui carendum quòd erat. Moy eſtant loing dauec toy.

Abeſſe à ſignis. Plin. epiſt. 239, Et quantũ fieri poteſt, curãdum eſt ne milites à ſignis abſint.

Abeſt longè à me. Cic. de Senect. 51, Cuius quidem ego villam contemplãs (abeſt enim longè à me) admirari ſatis non poſſum. &c.

Abſunt à lupis haud lõgè oues, Les brebis ne ſont pas loing des loups. Plaut. in Truc. 13.9.

Abeſt hinc haud longè, Il ny a pas loing dicy. Plaut. in Amphit. 4.168, Hei nunquã obolui. M. atque haud longè abeſſe oportet. Idem in Merc. 22.53, Non longè hinc abeſt à nobis. c. quin ergo commonſtras ſi tu vides?

Abeſſe hinc longius nõ cogitas? Ne penſes tu pas quil y a loing dicy la? Terẽt. in Heaut. 2. 2. 10, Non cogitas hinc longius abeſſe? & noſti mores mulierum, dum moliuntur. &c.

Abeſt lõgius hoc rus, Ce villaige eſt aſſes loing. Terẽt. in Adel. 4. 1. 8, Et illud rus nulla alia cauſſa tã malè odi, niſi quia propè eſt. quòd ſi abeſſet lõgius, prius nox oppreſſiſſet illic. &c.

Non aberit lõgius. Terẽt. in Heaut. 5. 2. 31, Abiit, ac rogaſſe vellem. Et paulò pòſt, Et quã tum intelligere poſſum. CL. quid? s. non aberit lõgius. Il nen ſera point loing, ou il ne ſen tirera point loing.

Abeſt lõgius à periculo: Il eſt loing du danger, ou il na garde du danger. Plin. in Paneg. 121, Neque enim ab vllo periculo fortuna principum longius abeſt.

Abeſt tres menſes, Il y a trois mois que il eſt abſent. Terent. in Heaut. 1. 1. 66, In Aſiam ad regem militatũ abiit Chreme. C. quid ais? L. clam me profectus, menſes tres abeſt.

Abſit: dũmodo recipiat ſe domũ, Quil ſoit dehors tãt quil vouldra, pourueu quil ſe retire en la maiſon. Plaut. in Amphit. 8. 13, Abſit: dũmodo laude parta domum recipiat ſe.

Romana caſtra viginti miliũ ſpatio aberãt: Le camp eſtoit loing leſpace de vingt mile. Liui⁹.

Aberam bidui à caſtris: Ieſtoie a deux iournees du camp. Cic. Attico, Nos in ea caſtra properabamus, quæ aberant bidui, Eidem, Hæc dictaui ſedens in rheda, cum in caſtra proficiſcerer, à quibus aberam bidui.

Tabulata inter ſe minus trinis pedibus abſint. Id eſt diſtantia ſint. Quil y ait moins de trois pieds deſpace entre les planchiers. Columella lib. 6.

Abeſt mihi animus, Ie nay point de cueur, ne de courage. Plaut. in Amphit. 17. 29, Væ mihi Amphitruo, ita mihi animus etiam nunc abeſt.

Abeſſe nũmus hinc non poteſt: Il ne fault point quil ſen faille vng denier de la ſõme. Plaut. in Perſa, 16. 193, Habe tibi centũ mnis. D. nimiũ eſt. S. octoginta. D. nimiũ eſt. S. nũmus abeſſe hinc non poteſt quod nunc dicam. Ie ne ten ſauroie rabbaſtre vng denier de ce que ie te diray. Idem in Rud. 30. 40, Non poteſt triobolum hinc abeſſe.

Id abeſt: aliud nihil abeſt: Cela ſen fault, & riens autre choſe. Plaut. in Sticho, 14. 28, AEdepol conuiuii ſat eſt, modo noſtra huc amica accedat: id abeſt, aliud nihil abeſt.

Abeſt vnũ à prætura tua, lictores duo: Vne choſe default en ta preture, ce ſont deux ſergens. Plaut. in Epid. 2. 25.

Id enimuero hic nunc abeſt: Ceſt certes ce quil ſen fault icy pour le preſent. Terẽt. in And. 5. 2. 7, Vbi voles, accerſe. S. bene ſanè: id enimuero hic nunc abeſt.

Quid abeſt huic homini? Queſt ce qui default a ceſt hõme la? Cic. pro Cor. Balbo, Quid abeſt huic homini, quod ſi adeſſet, iure hoc, & tribui, & concedi putaremus?

Quid huic abeſſe poterit de maxima rerũ ſcientia? Que ſen pourra il faillir quil nait parfaicte ſcience de toutes choſes? Cic. de Oratore.

Abfuit Antonio, Scyllam defendit: Il a defailli a Antoine, & a deffendu Sylla. Cic. pro P. Sylla, Sed ego nondum vtor hac voce ad hunc defendendum: ad purgandum me potius vtor: vt mirari Torquatus deſinat me, qui Antonio abfuerim, Syllam defendere.

Abſit verbo inuidia: modus loquendi apud veteres, vt cum quid erant dicturi quod arrogans videri poſſet, quaſi excuſando dicerent: abſit verbo inuidia, Id eſt, odium. nam quandoque eo nomine inuidia nuncupatur. Liuius ab vrbe cond. Abſit verbo inuidia, & ciuilia bella ſileant. Idem, Abſit inuidia verbo. Idem de bello Maced. Abſit verbo inuidia.

Abeſſe res videtur (inquit Paulus) ſi veſtimentum ſciſſum reddatur, vel res corrupta reddita ſit, veluti ſcyphi colliſi, aut tabula raſa, pictura, quoniã earum rerum pretium non in ſubſtantia, ſed in arte ſit poſitum. Item ſi eam dominus rem, quæ ſibi furto aberat, ignorans emerit, rectè dicitur res abeſſe, etiam ſi id poſtea ita eſſe ſcierit: quia videtur res ei abeſſe, cui pretium abeſt. Abeſſe etiam ſcribit Caius, quæ in rebus humanis non ſunt.

Abſens abſentis, o.g. Vlpianus, Abſentem accipimus eum qui non eſt in eo loco, in quo petitur. non enim trans mare abſentem deſyderamus. & ſi fortè extra cõtinentiã vrbis ſit, abeſt. Plaut. in Sticho, 3. 42, Cum tamen abſentes viros perinde habetis, quaſi præſentes.

Abſente me: Moy abſent, en mon abſence. Plaut. in Trinũmo, 4. 95, Quia rure dum ſum, ego vnos ſex dies, me abſente atque inſciente, incõſultu meo ædes venales haſce inſcripſit literis. Terent. in Heaut. 2. 2. 2, Sed vereor ne me abſente mulier corrupta ſit.

Abſente nobis. Plaut. in Amphit. 8. 193, Si in actione hanc abſente nobis inuenerit puer? Terent. in Eunucho, 4. 3. 7, Neſcio quid profectò abſente nobis turbatum eſt domi.

Abſento abſentas, abſentaui, abſentatum, abſentare, Abſentem facere. Claud. Et dura de matre queri, quæ tale receſſu Maluerit damnare decus, vetitámque dearũ Colloquio patris procul abſentauerit aſtris.

ABSVMO abſumis, abſumpſi, abſumptum, abſumere, Deſpendre, conſumer. Plaut. in Moſtell. 16.19, Fœnori argentum ſumpſiſſe, id eſſe abſumptum prædico.

Abſumuntur corpora. Plin. lib. 26, Corpora defunctorum condita in eo, abſumi conſtat intra quadrageſimum diem.

Abſumpſit multas domos incẽdium, Le feu a cõſume beaucoup de maiſons. Plin. epiſt. 250, Vaſtiſſimum incendium multas priuatorum domos, & duo publica corpora, quanquam via interiacente, Geruſiam & Iſſum abſumpſit. Iuſtinus, Huius temporibus aquarũ illuuies, maiorem partem Græciæ abſumpſit.

Abſumere diem rebus frigidis: Emploier tout le iour en choſes vaines & de peu de valeur. Plin. in epiſtolis.

Abſumpti ſumus, pater adeſt: Noſtre pere eſt venu, ceſt faict de nous, nous ſommes perdus. Plaut. in Moſtell. 6.18, Pater adeſt. PHILO. quid ego ex te audio? T. abſumpti ſumus.

Abſumitur cura & ſumptu. Terent. in Phor. 2.2.26, Otioſum ab animo, cum ille & cura, & ſumptu abſumitur. Se conſume de ſouci quil prent, & des frais quil faict.

Abſumedo abſumedinis, f.g. Deſpence, degaſt. Plaut. Quanta ſumini abſumedo! Quel degaſt de lars a eſte faict!

ABSVRDVS abſurda abſurdum, Diuerſum, abhorrens, inconueniens, ſtultum, odioſum. Choſe quil neſt point digne deſtre ouye, impertinente.

Abſurda ratio. Terẽt. in Adel. 3.3.22, Eſt hercle inepta, ne dicam dolo, atque abſurda.

Abſurdius nihil eſt. Cic. de Senect. 60, Poteſt enim quicquam eſſe abſurdius, quàm quòd viæ reſtat minus, eò plus viatici quærere?

Abſurdum atque alienũ à vita mea. Terent. in Adel. 5.8.22, Etſi hoc mihi prauum, ineptũ, abſurdum atque alienum à vita mea videatur.

Abſurdum illud, quòd. Cic. de Amicitia, 76, Atque illud abſurdum eſt, quòd hi ſcilicet, qui monentur, eam moleſtiã quam debent capere, non capiunt: eam capiunt qua debẽt carere.

Abſurdè, aduerbiũ, Sans propos. Plau. in Epid. 7.6, Abſurdè facis, quæ angas te animi. Idem in Capt. 3.3, Scio abſurdè dictum hoc deriſores dicere.

ABSYNTHIVM abſynthii, n.g. herba amara & calida. Alluyne. Vide Plinium lib. 27 cap. 7. Plaut in Trin. 13.87, Non illa vbi thus gignitur, ſed vbi abſynthium fit.

ABVNDO abundas, abũdare, Affluere, & ſupra modũ aliquem quippiam poſſidere, Abonder, auoir abondance. Ex ab, & vndo vndas compoſitum. Tractum ab amnibus: qui quo magis augentur imbribus, eo maioribus & crebrioribus vndis eriguntur.

Abundare diuitiis, Eſtre fort riche. Terent. in Heaut. 3.2.17, Atqui ſi is non diuitiis abundet, gnatus eius profugit inopia.

Abundat villa porco. Cic. de Senect. 52, Abundat porco, agno, hœdo, gallina, lacte, caſeo, melle. Il y a force porcs en la metairie.

Abundas amore, Tu es fort amoureux. Terent. in Phor. 1.3.11, Aliis quia deſit quod amãt, ægrè eſt: tibi quia ſupereſt, dolet. Amore abundas Antiphõ.

Abundare ingenio, Auoir grand eſperit, Apud Ciceronem legitur.

Abundat pectus lætitia, Iay le cueur plein de ioye. Plaut. in Sticho, 5.6, Profectò amœnitates omnium Venerum & venuſtatum affero, nimíſque ſuperat mihi, atque abundat pectus meum lætitia

Abundare vitiis. Quintil. Abundat dulcibus vitiis.

Abundare rerum. Lucilius, Quarum abundemus rerum, & quarum indigeamus.

Abundans abundantis, Abondant. Participium, abundans lacte.

Abundans lactis, nomen. Virg. Quàm dives pecoris, niuei tam lactis abundans.

Abundantia abundantiæ, Abondance.

Abundanter, aduerbium, Abondamment, Largement.

Abundè aduerbium, Largement, grandement, abondamment.

Abundè eſt alterũ efficere, Ceſt grandemẽt aſſes den faire lung. Plin. epiſt. 103.b. lib. v, Sed vtrunque tam magnum eſt, vt abundè ſit alterum efficere. Idem epiſt. 122, Abundè eſt ſi epiſtolæ ſunt moleſtæ.

Abundè libertatem rati. Salluſt. in Oratione ad plæbem, Cunctáque præſenti ignauia mutaſtis, abundè libertatem rati, quia tergis abſtinetur.

Abundè habere. Salluſt. in Iugurtha, Dein quòd parentes abundè habemus.

Abundè magnum. Salluſt. in Iugurth. Abundè magna præſidia nobis in veſtra amicitia fore.

Abundè potiri. Cic. de Senect. 44, Deinde his quibus ſenectus, etiam ſi non abundè potitur, non omnino caret.

Abundè cum genitiuo, abundè gloriæ. Suet. in Iulio Cæſ. cap. 86, Alii ferunt dicere ſolitũ, non tam ſua, quàm reip. intereſſe, vti ſaluus eſſet, ſe iãpridem potentiæ, gloriáque abundè adeptum.

Abundè eſt fraudis, Apud Virgilium.

ABVERTO abuertis, abuerti, abuerſum, abuertere, Deſtourner. Plautus, Ab ſaxo abuertit fluctus ad litus ſcapham. Le flot a deſtourné la naſſelle du roc a la riue de la mer.

ABVSQVE, aduerbium. Plaut. in Amphit. 4. 99, Hæc illic pugnata eſt pugna abuſque mane ad veſperam.

ABVTOR abuteris, abuti, Conſumer quelque choſe par ſouuent en vſer. Plaut. in Aſin. 5. 44, Vbi quæ dedi antè ſ. c. abuſa. Tout eſt conſumé.

Abuſus eſt rem patriam. Il a deſpendu ſon patrimoine. Plaut. in Trinũmo, 10. 56, Me qui abuſus ſum tantam rem patriam. Idem in Bacchid. 5. 125, Quũ ſe excucurriſſe illuc fruſtra ſciuerit, nóſque aurum abuſos? Idem in Perſa, 7. 10, Nam hoc argentũ alibi abutor.

Abutitur operam, Il pert ſa peine. Terẽt. in prolog. And. 5, Nam in prologis ſcribundis operam abutitur.

Abuti patientia alterius: Abuſer de la patience dautruy. Cicero, Noli abuti nimis patientia noſtra. Donatus, Vtimur cũ honore, abutimur cum iniuria. Vtimur his rebus quæ nobis vtentibus permanent. Abutimur his quæ nobis vtentibus pereunt.

Abuti iure ſuo, Ne vſer point de ſon droit comme il fault. Plin. epiſt. 150, Accedunt querelæ ruſticorum, qui auribus meis poſt longum tempus ſuo iure abutuntur.

Abuſus abuſus, abuſui, m. g. Luſance de quelque choſe, comme de vin, dhuyle, & telles choſes qui ſe conſument en vſant. Cicero, Non debet ea mulier, cui vir bonorum ſuorum vſum legauit; cellis vinariis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere. vſus enim, nõ abuſus legatus eſt.

ABYSSVS abyſſi, f. g. Abyſme, lieu ſans fond.

A C

AC, coniunctio copulatiua. Terent. Parcè ac duriter vitam agebat.

Boni aliquid faciam ac lubens. Terent. in Heaut. 4. 5. 15, Faciam boni tibi aliquid pro iſtac re, ac lubens. Voire & de bon cueur.

Ac dabo operam, Et y mettray peine. Terent. Faciam ſedulò, ac dabo operam.

Ac memoriter. Terent. in Eunucho, 5. 3. 6, Iámne oſtendiſti ſigna nutrici? c. omnia. P. ámabò quid ait? cognoſcítne? c. ac memoriter. Ouy, & par cueur.

Bene dixti: ac mihi iſtuc non in mentem venerat. Terent. in Eunucho, 3. 1. 61. Tu dis bien: & certes ie ne meſtoie point auiſe de cecy.

Ac ne hoc neſciatis, Pythias, dico, edico vobis noſtrum eſſe illum herilem filium. Et affin que ne ſoyes ignorans de ce, ie le vous dis. Terent. in Eunucho, 5. 5. 20.

Ac potius, Aincois. Terent. Lachrymas mitte: ac potius porrò cõſule. Ne pleure plus: aincois pouruois a laduenir.

Ac primum, Et tout premierement. Plín. epiſt. 144, Ac primũ, conſpicuus forma, omnes ſermones malignorum & puer & iuuenis euaſit.

Ac non. Terent. in Adel. 3. 3. 39, Nimium inter vos Demea, ac non quia ades præſens, dico hoc, pernimium intereſt. Idem in Eunucho, 1. 2. 60, Ait, ſi fidem habeat, ſe iri præpoſitum tibi apud me: ac non id metuat, ne vbi acceperim, ſefe relinquam. Ibidem, 3. 1. 61, Neſcio quid tibi ſum oblitus ac volui, dicere. Pro, aliter quàm: Iay oublie a te dire quelque choſe, ce que ie ne voulois faire. Terent. in And. 5. 1. 22.

ACADEMIA academiæ, Locus nemoroſus, ab Athenis mille paſſibus diſtans: ab Academo heroe, vt Eupolidi placet, ſic appellatus: Atque inter ſyluas Academi quærere verbũ. Ibi natus eſt Plato. vbi cum philoſopharetur, ſtudendi vſu, & diſcipulorũ frequentia, morúmque celebritate inſignis fuit. Vnde Academici Philoſophi, ſicut & Areopagitæ ab Areopago. Cic. in Acad. Nam cum Speuſippõ ſororis filiũ Plato Philoſophiæ quaſi hæredem reliquiſſet:

duos item præſtãtiſſimos ſtudio atq; doctrina Xenocratẽ Calcedoniũ & Ariſtotelẽ Stagiritẽ, qui erant cũ Ariſtotele Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabãt inambulãtes in Liceo: illi autẽ qui Platonis inſtituto in Academia quod eſt alterũ gymnaſiũ, cœtus erãt & ſermones habere ſoliti, ex loci vocabulo nomen habuerũt. Plura vide in Academicis Ciceronis quæſtionibus. Academia vocari poteſt quælibet ſchola.

Academia, villa etiam fuit memoratu digna, ab Auerno lacu Puteolos tendẽtibus, impoſita litori, celebrata porticu & nemore, quam Cicero Academiã vocabat ab exemplo Athenarum, ibi compoſitis voluminibus, eiſdem nominibus, in qua & monumẽtũ ſibi extruxerat.

ACANTHIS acãthidis, & acãthitis, f.g. Vng chardõneret. Auis ſtridula, quæ & carduelis: quæ ſpinis & carduis paſcitur. Virg. lib. 3. georg. Reſonant & acanthida dumi. Plin. lib. x. cap. 74, Et acanthis in ſpinis viuit, idcirco & aſinas ipſa odit, flores ſpinæ deuorantes.

ACANTHVS acanthi, m.g. Genus herbæ: de qua Plinius lib. 22. cap. 22, Acanthos eſt topiaria & vrbana herba, elato, longóque folio, crepidines marginum, aſſurgentiúmque puluinorum toros veſtiens. Duo genera eius ſunt, aculeatum & criſpum, quod breuius. Alterum lene, quod aliqui pæderotam vocant, alii melãphyllum. Seruius in Pollione, dicit eſſe herbam ſemper florentem, quaſi ſpinis plenam. Virg. libro 2. georg. Et baccas ſemper frondentis acanthi.

ACAPNA acapnorum, Dicuntur ligna quæ ad ignem ſicca habentur, quòd ſint ſine fumo. καπνὸς latinè fumus dicitur. Bois ſec qui ne rend point de fumee.

ACARVS acari, m.g. Animal minimum. Ciron. ἀπὸ τοῦ ἀκαρὴς, quod indiuiſibilis & inſectilis Græcis eſt.

ACATIVM acatii, Græcum verbum, Vne ſorte de petit bateau.

ACATIA acatiæ, f.g. Genus ſpinæ, cuius ſemen lenticulæ ſimile: minor tamen eſt, & grano & folliculo. Hæc Perottus.

ACCEDO accedis, acceſſi, acceſſum, accedere, Sapprocher. Terent. in Phor. 5. 6. 27, Hoc vbi ego audiui, ad fores ſuſpenſo gradu placidè ire perrexi: acceſſi, aſtiti.

Accedere propè. Plaut. in Rud. 18. 3, Iſtuc volueramus: iube modo accedat propè. Terẽt. in Hecyra, 3. 1. 36, Agedum ad fores accede propius.

Accedere propè ad. Plaut. in Milite, 18. 55, Verbum hercle facere non potis, ſi acceſſerit propè ad te.

Acceſſi intrò, Ie ſuis entre dedens. Terent. in And. 2. 2. 28, Video exire neminem, matronã nullam, in ædibus nihil ornati, nihil tumulti. acceſſi intrò: aſpexi.

Accedam ad hominem. Plaut. in Milite, 9. 14, Quãtum hunc audiui facere verborum ſenem, accedam ad hominem. Ie iray deuers luy. Terent. in Heaut. 3. 3. 22. Verum dico quod videtur. CL. nónne accedam ad illos? Cic. Ad quem cum acceſſiſſemus. Terent. Si ad matris mammam non accedet.

Cœpi rurſum vorſum ad illas pauxillatim accedere: Ie commẽcay a mapprocher peu a peu delles. Plaut. in Epid. 5. 64.

Accedam ad ædes. Plaut. in Amphit. 4. 110, Neque ego hũc hominem hodie ad ædes has ſinã vnquam accedere. Terent. in Adel. 4. 4. 23, Nunc hoc primũ eſt, ad illas ibo vt purgem me: accedam ad fores. Ie mapprocheray de la porte.

Accedamus hâc obuiam, Allons au deuant par ce chemin cy. Plautus.

Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis: Approche de ce feu cy. Terẽt. in Eun. 1. 2. 5.

Cum ad Heraclíam noctu accederem. Cicero.

Accedit ad deorum poteſtatem veſtra poteſtas. Cic. pro C. Rabirio, Deinde vos Quirites, quorum poteſtas proximè ad deorum immortalium accedit, oro, atque obſecro. Qui aues preſque auſſi grande puiſſance que les dieux. Idem de Amicitia, 36, Ex hoc numero nobis exempla ſumenda ſunt, & eorum maximè qui ad ſapientiam proximè accedunt, Qui retirent le plus pres de ſapience. Qui ſont les plus ſages.

Acceſſit ad vanitatem authoritas. Cic. de Amicitia, 78. Multi ſunt gnatonũ ſimiles, cũ ſint loco, fortuna, fama ſuperiores. Horũ eſt aſſentatio moleſta, cum ad vanitatem accedit authoritas. Quant il aduient que ceſte menſonge ha authorite, ou ha foy, & eſt tenu pour verite.

Accedebat ad ſenectutem eius, vt cæcus eſſet: Auec ce quil eſtoit vieux, encores eſtoit il aueugle. Cic. de Senect. 15, Ad Appii Claudii ſenectutem accedebat etiam vt cæcus eſſet.

Accedit ad hæc mala. Terẽt. in And. 1. 3. 10, Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam: hæc Andria, ſiue iſta vxor, ſiue amica eſt, grauida è Pamphilo eſt. Auec ſes maulx ce cy me aduient de ſurcroiſt.

Nam ad amorem quidẽ nihil poterat accedere. Cic. epiſt. lib. xv, in fine. Idem Attico, lib. 14, Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? Qui euſſe penſe que ie te euſſe ſceu plus aimer que ie te aimoye?

Accedit malum mihi ad malum, Il me vient mal ſur mal. Plaut. in Menæh. 3. 6, Nam homini miſero malũ ſi accedit ad malum, maior lubido eſt fugere.

Acceſſit ad meam ſententiam, Il eſt de mon opinion. Plaut. in Aulul. 13. 13, Poſtquam hanc rationem cordi, ventríque edidi, acceſſit animus ad meam ſententiam, quàm minimo ſumptu filiam vt nuptum darem.

Accedere, ad cauſſam, Id eſt adiungere ſe ad cauſſam. Se adioindre a la cauſe, Ou venir au point. Cicero.

Acceſſit voluntas veſtra ad poetam. Terẽt. in prolog. Phor. 30, Volũtas veſtra ſi ad poetam acceſſerit, date operam, Si le poete a acquis voſtre faueur, Si vous luy fauorisés.

Acceſſit ſermo ad aures. Terẽt. in Hecyra, 3. 5. 32, Pamphile, ad aures haud inuito ſermo mihi acceſſit tuus. Iay voulentiers ouy ton propos.

Hæc tibi à me dotalia dona accedent. Ie te bailleray dauantage ces dons de douaire. Liuius.

Accede adiutare, Approche me aider. Plaut. in Trucul. 9. 25, Accede adiutare: ſic decet puerperam.

Acceſſit adiutor. Plin. epiſt. 80. d, Si dénique precibus meis tu potiſſimus adiutor acceſſeris, cuius ſenatus & ſuffragio libẽtiſſimè indulgeat, & teſtimonio plurimum credat.

Acceſſit aliquid noui. Cic. Torquato, lib. v 1. epiſt. Siue tum opus fuit, illud ſatis eſt, præſertim cum acceſſerit nihil noui. Veu quil neſt rien ſuruenu de nouueau.

Accedant decem minæ, Bailles par deſſus, ou oultre ce dix mines. Plaut. in Perſa, 16. 198, Heus tu, etiam pro veſtimẽtis decem accedãt minæ. Idem in Epid. 10. 38, Atque etiam fides ei quæ acceſſère, tibi addam dono gratis, Quelle a eu oultre, & par deſſus.

Accedunt amori hæc. Plaut. in Merc. 3. 24, Sed amori accedunt etiam vltra hæc, quæ diximus, inſomnia, ærumna, &c.

Acceſſit vobis paulum pecuniæ. Terẽt. in Hecyr. 3. 5. 56, Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ, ſublati animi ſunt. Pourtant quil vous eſt venu quelque peu dargent dauantage.

Acceſſit tibi ſtultitia. Plautus in Amphit. 8. 75, Nunc tibi aut ſtultitia acceſſit, aut ſuperat ſuperbia?

Accedit huc, Dauantage, Auec ce, Oultre tout cecy. Plin. epiſt. 82. a, Eſt mihi quidem cum iſto, contra quem me aduocas, non planè familiaritas, ſed tamen amicitia. Accedit huc dignitas hominis, atque hic ipſe cui deſtinatus eſt honor. Idem epiſt. 114. a, Hæc tibi ſedulò expoſui, quo magis ſcires quàm multa vnus mihi, & quàm iucũda miniſteria præſtaret. Accedit huc longa iam charitas hominis, quam ipſa pericula auxerunt.

Accedit eôdem. Plaut. in Merc. 13. 8, Nequeo mecaſtor, tantum hoc oneris eſt, quod fero. D. quid oneris? s. annos octoginta & quatuor. & eôdem accedit ſeruitus, ſudor, ſitis.

Acceſſit obuiam. Plaut. in Trinũmo, 17. 15, Modo mihi aduenienti nugator quidam acceſſit obuiam. Meſt venu au deuant.

Accedere infamiam, Venir en diffame, eſtre diffamé. Plaut. in Trinummo, 4. 63, Non vti in eandem accederes infamiam, malúmque eius cum tuo miſceres malo.

Accedere periculum, Se mettre en danger. Plaut. in Epid. 3. 46, Ne feceris: ego iſtuc accedã potius periculum atque audaciam.

Accedere alicui, Aſſentiri, Saccorder a aucun. Fabius, Nec Celſo accedo.

Acceſſio acceſſiônis, f. g. Surcroiſt, crue, augmentation.

Acceſſio paucorũ annorum. Cic. de Amicitia, 10, Quid igitur hunc paucorum annorum acceſſio iuuare potuiſſet?

Quinque ſeſtertios acceſſionis cogebantur dare, Ils eſtoient cõtrains de bailler cinq ſeſterces denchere. Cicero. Idem in Verrem, act. v, Quas cum addixiſſet eidem illi Docimo, hoc eſt tritici modios quinque millia, & acceſſionem aſcripſiſſet HS M. D. coegit Segeſtences à Docimo tãtundem publicè accedere. Idem in eundem, act. 4, Ad ſingula medimna multi ſeſtertios duos, multi quinque acceſſionis cogebantur dare. Idem, Nec nummorum acceſſionem cogebatur arator dare, nec ternas quinquageſimas frumenti addere.

Eorum neque acceſſione vitã meliorem fieri, neque deceſſione peiorem: Par lauantage de ces choſes la vie nen eſt de rien meilleure: ne auſſi par default dicelles, pire. Cicero.

Acceſſio morbi. Suet. in Veſpaſiano, cap. 23, Prima quoque morbi acceſſione, vt inquit, puto, deus fio.

Acceſſio, Allee, venue. Plaut. in Trinũmo, 10.83, Quid tibi interpellatio, aut in conſilium huc acceſſio eſt?

ACCELERO acceleras, accelerare, Soy haſter, ou auancer. Neutrum.

Accelerare, Haſter quelque choſe. Actiuum.

ACCENDO accendis, accendi, accenſum, accendere, Allumer. Ignem excitare, inflammare. Virg. Hic accenſa ſuper.

Accendere, Animare, Inſtigare. Enflamber, inciter, bailler courage. Virg. Martémque accendere cantu.

Accenſus accenſa accenſum, Allumé, Irrité.

ACCENSVS accenſi, pluraliter accenſi accenſorum, à Cenſeo cenſes, Genus militiæ erat, vt Marcellus ſcribit, adminiſtrantibus proximũ, dicti quòd ad neceſſarias res ſæpius acciirentur, veluti accerſiti. Feſtus verò ſic, Accenſi dicebantur qui in locum mortuorum militum ſubrogabantur, & ad cenſum adiiciebantur. Sed Varro rectius ſentire videtur, qui docet accenſos miniſtratores fuiſſe magiſtratuum, ab acciendo dictos: id eſt vocando. nam accenſus inſtar præconis acciebat iuſſu cõſulis Quirites ad cõcionem. Plin. lib. 7, Poſt aliquot annos adiectus eſt & meridies, accenſo conſulũ id pronuntiãte. Erant ſinguli præſidibus prouinciarum accẽſi: quod munus nemini, niſi libertis deferebatur, ſicut ſcripſit Cicero ad Q. fratrem, dicens, Accenſus ſit eo etiã numero, quo eum maiores noſtri eſſe noluerunt, qui hoc non in beneficii loco, ſed in laboris, ac muneris, non temerè niſi libertis deferebant. Aſconius autẽ ſic habet, Accenſus eſt nomen ordinis promotionis in militia, vt nunc dicitur princeps, vel commentarienſis, aut cornicularius. Accenſi, Quidam miniſtri magiſtratuũ Romæ erant, vt ſentit Varro. Auiourdhuy ſe peuuent appeller les adioincts des conſeilliers enuoyes en commiſſion par la court.

ACCENTVS, accentus, accentui, m. g. Dicitur quaſi adcantus, hoc eſt iuxta cantum: quia ad cantilenam vocis nos cognoſcere facit ſyllabas. Le ton de chaſcun mot. Græci proſodiam vocant. A Latinis Tonus & Tenor dicitur, quia ibi ſonus creſcit & deſinit. Definitur à quibuſdam quòd ſit anima verborum. Ab aliis, quòd ſit vox ſyllabæ. Hos, veteres nunc moderamenta, nunc accentiunculas, nunc voculationes appellabant. Sunt autem tres accentus, acutus ´, grauis `, circũflexus ^. De his apud omnes grammaticos.

ACCERSO, accerſis, accerſiui, accerſitum, accerſere. & accerſio accerſis, accerſiui, accerſitum, accerſire, apud Ciceronem, Appeller aucun, ou aller appeller.

Accerſo obſtetricem, Ie men vois appeller la ſage femme. Terent. in And. 1.5.63, Sed cur tu abis ab illa? M. obſtetricem accerſo. P. propera.

Accerſas hinc me, Appelle moy de la. Plaut. in Caſina.

Accerſitus ſum domo. Plaut. in Sticho, 13.3, Domo dudũ huc accerſita ſum. On ma appellé de la maiſon pour venir icy.

Accerſita ſum ad matrem. Plaut. in Ciſtell. 2.96. On ma appelle pour aller ches ma mere.

Accerſe vbi voles, Appelle les quant tu voudras. Terent. in And. 5.2.7.

Accerſi à matre ſe ſimulat ad rem diuinã, Elle faict ſemblãt que ſa mere la mande pour aller au diuin ſeruice. Terent. in Hecyra, 1.2.109.

Accerſi cupio, Ie vouldroie que on leuſt appellé. Plaut. in Amphit. 14.50.

Accerſitur virgo lauatum, On appelle la vierge a ſe baigner. Terent. in Eunucho, 3.5.44.

Accerſi iube filiam, Commande que on voiſe querir ta fille. Terentius.

Quod tum magis inuidioſo crimine, quàm vero accerſeretur, Cicero in Verrem, act. 4. Pourtant quil eſtoit accuſe plus pour le bruit & malvueillance du commun, que pour choſe quil euſt faict.

Accerſio, accerſis, accerſiui, accerſitum, accerſire, Idem quod accerſere.

Accerſi hoſtias. Plautus in Pſeud. 5.93, Pſeudole accerſi hoſtias, victimas. Fais venir, ou amaine les beſtes pour ſacrifier. Cicero libro quarto Tuſcul. Quem Cæcilius deum, qui non ſummum putet, aut ſtultum, aut rerum eſſe imperitum exiſtimet, cui in manu ſit, quem eſſe dementem velit, quem ſapere, quem ſanare, quem in morbum iniici,

quem cõtrà amari, quem expeti, quem accerſiri. Liuius lib. 4, Placere itaque patrem accerſire. Salluſt. circa finem Iugurthæ, Poſtremo Syllam accerſiri iubet.

Accerſire ambitus crimine, Accuſer aucun dauoir faict brigues & menees par corruption. Cic. pro M. Cælio, Nec ſi ſibi ſemel periculum ambitus ſubeundum putaret, ipſe alterum iterum ambitus crimine accerſiret.

Accerſitor accerſitoris, m. g. Qui appelle, ou va appeller ou hucher aucun.

Accerſitor nemo eſt ex proximo, Il ny a perſonne cy aupres qui mappelle. Plin. epiſt. 101. p. lib. v, Nam ſuper illa quæ retuli, altius ibi otium, & pinguius, eóque ſecurius: nulla neceſſitas togæ, nemo accerſitor ex proximo.

ACCIDO ácidis, ácidi, accaſum, accidere, Eſchoir, tomber entour quelque choſe. Terẽt. in Hecy. 3. 3. 18, Nam vt limen exirem, ad genua áccidit. Il ſe ietta a mes genoux, me priant que ie ſortaſſe. Suet. in Cæſare, Ad genua ſibi vltrò accideret.

Accidit ſonitus aures meas. Plaut. in Sticho, 3. 31, Certo enim mihi paternæ vocis ſonitus aures accidit. Certainemẽt la voix de mon pere me frappe aux oreilles.

Accidit clamor auribus noſtris. Plin. in Paneg. 150, Et incerti ex vtra parte maior auribus noſtris accidat clamor.

Quò áccidam? Salluſtius, Ou me laiſſeray ie cheoir?

Accidit tibi iſtud verbum verè, Ceſte parolle teſt fort conuenante. Terent. in And. 5. 3. 14, Eodem die iſtuc verbum verè in te accidit.

Acciderit interea aliquid boni, Ce temps pendant il ſuruiendra quelque choſe de bon. Terẽt. in And. 2. 3. 24, Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, neglegentẽ feceris: aliam otioſus quæret, interea aliquid acciderit boni.

Accidet nihil quicquam horum, Rien naduiendra de cecy. Terent. in Phor. 2. 120, Horũ nihil quicquam accidet animo nouum.

Accidunt nec opinanti. Terent. in Hecyra, 3. 3. 2, Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidunt, partim quæ perſpexi his oculis, partim quæ accepi auribus. Qui ſuruiẽnent ſans que on y penſe.

Accidit fortuitũ, Il eſt aduenu par cas fortuit. Plin. epiſt. 190. h, Accidit fortuitum, ſed non tanquam fortuitum, quod editis libris, Certus intra pauciſſimos dies implicitus morbo deceſſit.

Hoc incertum quorſum accidat: Il eſt incertain ou cherra cecy. Terent. in And. 1. 5. 29, Miſera timeo, hoc incertum quorſum accidat.

ACCIDO accîdis, accîdi, accîſum, accîdere, Ex ad, & cædo cædis. Extenuare, oblineare, Affoiblir, & corrompre. Liuius, Ita prælio vno accîdit Veſtinorum res, vt ne vallo quidem freti, in oppida dilaberẽtur. Dune bataille il affoiblit fort la puiſſance des Veſtins.

Accîſus accîſa accîſum, Debilité, Diminué. Liuius, Accîſæ à Camillo Volſcorum res.

ACCIO accis, accîui, vel accii, accîtum, accire. Vel, Accieo accies, acciui, áccitum, acciêre. Appeller, ou hucher aucun. Plaut. in Milite, 12. 61, Vos modo curate, ego illum probè iam oneratum huc acciebo.

ACCINGO accingis, accinxi, accinctũ, accingere, Ceindre ſa robbe. Ceſt auſſi ſoy appreſter & mettre en ordre pour faire quelque choſe.

Illi ſe prædæ accingunt, Ils ſappreſtent a la proie. Virg.

Accingere, Appreſte toy. Terent. in Phor. 2. 2. 4, Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendũ: accingere. Idem in Eunucho, 5. 9. 30, Si hoc efficio, poſtulo vt mihi tua domus te præſente abſente pateat, inuocato vt ſit locus ſemper. T. do fidem ita futurum. G. accingar.

Accinctus accincta accinctũ, Ceinct, ou tout preſt & appareillé. Plin. in Paneg. 32, Ad hoc comitatus accinctus & parens.

ACCINO áccinis, áccini, accentũ, accinere, Chanter ſa partie, chanter quant & vng autre.

ACCIPIO accipis, accepi, acceptum, accipere, Prendre.

Accipe à me hunc ocyus, atque ante noſtram ianuam appone. Terent. in And. 4. 3. 3, Prens ceſtuy ſoudainement dentre mes mains.

Ab eo argentum accipies. Plaut. in Pſeud. 15. 53, Tu receueras argent de luy.

Accipere ex. Plaut. in Aſin. 13. 20, Ni quatriduo abalienarit, quo ex te argentum acceperit. Idem in Amphit. 8. 130, Ego quidem ex te audiui, & ex tua accepi manu páteram.

Accipite veterem orationem Architæ, Eſcoutés, Oyés. Cic. in Catone.

Accepi hinc quid diceres. Terent. in Hecy. 4.3.1, Quem cum iſtoc ſermonem habueris, procul hinc ſtans accepi vxor. Iay bien entendu dicy queſt ce que tu diſois.

Accepi te ferre æquo animo, Iay entendu que tu le portes patiẽment. Terent. in And. 2.3.23, Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, neglegentem feceris.

Accepiſti aliorſum atque ego: Tu las prins autrement que ie ne lentendoie. Terent. in Eunucho, 1.2.2, Miſeram me, vereor ne illud grauius Phædria tulerit, néve aliorſum, atque ego feci, acceperit.

Accipis aliter tuũ amorem atque eſt, Tu penſes de tes amours autrement quil neſt. Terẽt. in Heaut. 2.3.23, Hic de noſtris verbis errat videlicet, quæ hic ſumus locuti. Clinia, aliter tuũ amorem, atque eſt, accipis. nã & vita eſt eadem, & animus te erga idem, ac fuit.

Accipere aliquem regio apparatu, Traicter aucun cõme vng roy. Cic. in ſomnio Scipionis, Poſt autem regio apparatu accepti, ſermonem in multam noctem produximus.

Accepit nos hilari ingenio & lepido, Il nous a traicte auec bõne grace. Plau. in Moſtel. 5.5.

Accipere hilare & ampliter, Traicter aucun ioyeuſemẽt, & magnifiquement. Plaut. in Menæch. 3.98. Cic. de Orat. Ego verò atque hilare acceptus, inquit.

Accipere bene & cõmodé. Plaut. in Caſ. 21.1. Traicter bien & a point.

Accipit hominem nemo melius & prolixius: Onques homme ne traicta mieulx vng autre, ne a plus grande largeſſe, que ceſtuy cy faict. Terent. in Eunucho, 5.2.52.

Accipere aliquẽ in prandio lepidè & nitidé, Faire vng hõneſte banquet a aucun. Terẽtius.

Haud accipiam te inter oratores. Plaut. in Sticho, 8.38, Ergo oratores populi ſummates viri ſummi accumbent, ego infimatis infimus. E. haud æquum eſt, te inter oratores accipi. Ce neſt pas raiſon que tu ſois receu comme orateur.

Accipere aliquem hoſpitio, Receuoir ou loger aucun. Plaut. in Amphit. 4.9, Hoſpitio publicitus accipiar. Varro de re ruſtica, Et me, abſente patrono, hoſpitio accipiebat. ^ Virg. Accipit hoſpitio.

Accipi hoſpitio pugnæ. Plaut. in Amphit. 4.142, Prò dentes pruriunt, certè adueniẽte hic me hoſpitio pugnæ accepturus eſt.

Accipere aliquem pro malefactis, Traicter aucun ſelon ſes meſfais. Plaut. in Amphit. 4.132, Ego pol te iſtis tuis pro dictis & malefactis furcifer accipiam.

Accipere hominem quibus dictis meret, Parler a aucun cõme il luy appartient. Plaut. in Menæh. 16.7, Adibo: atque hominem accipiam quibus dictis meret.

Accipere male verbis aliquem, Dire mauuaiſes parolles & iniurieuſes a aucun. Cic. in Verrem, Epicrates homines multis verbis male acceptos dimiſit. Ibidem, Male accipit verbis Rabonium.

Accipiẽre haud familiariter, niſi hinc abis: Si tu ne te pars dicy, tu ſeras traicté non point comme amy. Plaut. in Amphit. 4.201.

Accipere aliquem cruciatu, Battre aucun, ou le tormenter. Plaut. in Pſeud. 14.45, Niſi effecero, cruciatu me accipito.

Acceptus ſum indignis modis, Iay eſte traicté en ſorte que ie ne deuois, ou que ie nauoye pas deſerui. Terẽt. in Adelph. 2.1.12, Iuſiurandum dabitur te eſſe indignum iniuria hac, indignis cum egomet ſim acceptus modis.

Accipere grauiter ſenectutem, Se meſcontenter fort de ſa vieilleſſe. Plin. epiſt. 163, Igitur vt neceſſe eſt, grauiter accipias ſenectutem tuam, quaſi paratis poſteris deſtitutam.

Accipiam hanc litem ad me, Ie prendray ce debat comme mien, Ien feray ma propre cauſe. Plaut. in Moſtell. 16.24, Ego iſtic aſſedero maximè, & accipiam hanc ad me litem: enim iſtic captio eſt.

Accipere omnia ad contumeliam, Prendre tout a iniure. Terent. in Adel. 4.3.15, Suſpicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis propter ſuam impotentiam, ſe ſemper credunt negligi.

Accipere auribus, Eſcouter. Plaut. in Caſina, 22.5, Operã date dum mea facta itero, eſt operæ auribus accipere, ita ridicula auditu, iteratu ea ſunt.

Accipere æquis auribus laudes alterſus: Ouyr voulentiers les louanges dautruy. Plin. epiſt. 8.c, Etenim ſi alienæ quoque laudes parum æquis auribus accipi ſolent, quàm difficile eſt obtinere, ne moleſta videatur oratio de ſe, aut de ſuis differentis?

Accipere beneficium, Receuoir aucun bien faict. Terent. in Adelph. 2.3.1, Abs quiuis homine, cum eſt opus, beneficiũ accipere gaudeas. Cic. de prouinciis conſularibus, Sed non

is ſolum gratus eſſe debet, qui accepit beneficium, verũetiam is cui poteſtas accipiundi fuit. Idem de Amicitia, 28, Quanquã cõfirmatur amor & beneficio accepto, & ſtudio perſpecto.

Accipere cauſſam: Receuoir pour excuſe, Auoir, ou tenir pour excuſé. Cicero Tironi, 383, Et ſi ob eam rem moraris, accipio cauſſam: ſi te id non tenet, aduola.

Accipere cladem. Liuius ab vrb. cond. Poſt acceptã proximæ pugnæ cladem. Ibidem, Ex inſidiis propè magna accepta clade. Apres auoir receu grand perte ou dommage a la prochaine bataille.

Accipere conſulatum. Plin. in Paneg. 109, Alii conſulatum antè, quàm acciperent: tu & dum accipis meruiſti.

Accipere corde. Plaut. in Caſ. 4. 14, Hoc quid eſt? dic idem hoc obſecro: nã pol haud ſatis meo corde accepi querelas tuas. Ie nentens point encore aſſes tes complaintes.

Accipere detrimentum, Receuoir dõmage. Cæſar in cõment. Quod detrimentũ culpa & temeritate legati ſit acceptum. Cic. pro L. Manilia, Nam in cæteris rebus cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur. Ibidem, Neque eos quicquam aliud aſſequi claſſium nomine, niſi vt detrimentis accipiendis maiore affici turpitudine videremur.

Accipere conditionem, Et, Accipere conditionem ab aliquo, Prendre le parti, ou loffre. Plaut. in Caſina, 6. 13, Optio hæc tua eſt: vtram harum vis cõditionem accipe. Idem in Aulul. 7. 60, Tu conditionẽ hanc accipe. Terent. in And. 1. 1. 52, Sed poſtquam amans acceſſit pretium pollicens, vnus & item alter, accepit conditionem. Cæſar in Cõment. Reſpondit non eſſe conſuetudinem populo Romano, accipere ab hoſte armato conditionem.

Accipere dolorẽ morte patris, Eſtre dolent de la mort de ſon pere. Cic. de Amicitia, 7, Sed ego id reſpõdeo, quòd animaduerti te dolorẽ, quẽ acceperis, tum ſũmi viri, tum amãtiſſimi morte, ferre moderatè. Idem pro domo ſua, Accepi pontifices magnũ, atq; incredibilẽ dolorẽ.

Accipere excuſationẽ alicuius, Approuuer ſon excuſe. Cic. de Amicitia, 38, Turpis enim excuſatio eſt, & minimè accipienda, cum in cæteris peccatis, tum ſi quis cõtra rẽp. ſe amici cauſſa feciſſe fateatur.

Accipere fœnore, Prendre a vſure. Plaut. in Curcul. 9. 19, Ibi ſunt qui dant, quique accipiunt fœnore.

Accepêre imperium cæteræ ciuitates, Les autres citees obeirẽt aux cõmãdements, ſe mirent en obeiſſance. Liuius, Quo metu perculſæ cæteræ ciuitates, imperium acceperunt.

Accipere incõmoditates. Terẽt. in Heaut. 5. 1. 59, Quot incõmoditates in hac re accipies, niſi caues! Tu receueras beaucoup de faſcheries & de deſplaiſirs en ceſte choſe.

Accipere in ſe contumeliam. Terẽt. in Eunuch. 4. 7. 1, Hanccine ego vt cõtumeliam tam inſignem in me accipiam gnato! Endureroye ie vne ſi grande iniure!

Accipere in deditionem, Prendre par compoſition, ou prẽdre a mercy. Plin. de viris illuſt. 17, Ducem eorũ in deditionem accepit, & in triumphi die ante currum egit. Ibidem, 37, Hierona regem prælio apud Syracuſas in deditionem accepit.

Accipio & volo in eam partem. Terẽt. in Eunuch. 5. 2. 37, Quid ſi hoc quiſpiam voluit deus? T. equidem pol in eam partẽ accipióque & volo. Certainemẽt ie le prens, & lentens ainſi: ou le veulx, & deſyre en ceſte ſorte.

Accipere iniuriam ab aliquo, Receuoir iniure daucun, Eſtre iniurié. Terent. in Phor. 5. 2. 4, Nonne id ſat erat, accipere ab illo iniuriam? etiam argẽtum eſt vltrò obiectum ei. Idem in Adelph. 2. 1. 53, Verùm cogito id, quod res eſt, quando eum quæſtum occœperis, accipiunda & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt. Idem in Eunucho, 4. 6. 19, Malo ego nos proſpicere, quàm hunc vlciſci accepta iniuria.

Accipere iniuriam, Receuoir, ou auoir dõmage en quelque choſe. Cic. in Verrem, Nulla priuatim accepta iniuria. Idem Q. fratri, Qui accepta iniuria, illa ſpectacula quærebat. Cæſar in Cõment. Ne quam noctu oppidani à militibus iniuriam acciperent.

Accipere lætitiam, Receuoir ioye. Plaut. in Capt. 13. 103, Nunc hanc lætitiã accipe à me, quã fero: nam filium tuum modo in portu Philopolemon viuum, ſaluum, & ſoſpitem vidi in publica celoce.

Accipis leges amandi, non das: Tu permets a vng chaſcun de taimer ſelon ſa fantaſie, tu ne cõtrains perſonne. Plin. in Paneg. 143, Ipſum quidem quis mediocriter diligat, cũ leges amandi non det, ſed accipiat?

Accipit liquorem terra. Plin. epiſt. 101. c, Quia deuexa terra, quicquid liquoris accepit, nec abſorbuit, effundit in Tyberim.

Accipere malum, Receuoir mal. Plin. epiſt. 53. a, Dedi malũ & accepi: ſed Marium vna ciuitas publicè, multíque priuati reum peregerunt.

Accepi illã mãcupio, Ie lay receu cõme mienne, & telle ma eſte pluuie. Plau. in Merc. 7. 106, Non ego illam mancupio accepi, ille illam accepit.

Accepit ædes mancupio: Il a achette maiſon par tel ſi que on luy garantira. Plau. in Merc. 8. 15, Et ille ædes abs te mancupio accepit.

Accipere memoriam de aliquo, Ouyr faire memoire daucun. Cic. de Amicitia, 36, Sed loquimur de his amicis, qui ante oculos ſunt, quos videmus, aut de quibus memoriam accepimus, aut quos nouit vita communis.

Accipere metum, Receuoir paour, Auoir paour. Terent. in Heaut. 2. 3. 96, Nihil ſatis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum.

Accipere nomen, pro eo quod vulgus dicit Recipere ad monſtram. quod & Rationem habere dicitur. Liuius lib. 7, ſecundi belli Punici, Itaque ſi ſuum nomen dictator acciperet, ſe comitiis interceſſuros tribuni dixerunt, Si aliorum præterquàm ipſius ratio haberetur, comitiis ſe moram non facere. Idem lib. 4, Vicerunt patres, quia plæbs patritiis ſeu hunc, ſeu illum delatura honorem, fruſtra certare ſuperſedit. Et principes plæbis ea comitia malebant quibus non haberetur ratio ſui, quàm quibus vt indigni præterirentur.

Accipere aliquem obſidem, Le prendre pour oſtage. Plin. de viris illuſt. 51, Filiũ eius Demetrium obſidem accepit, quem pecunia multatum in regnum reſtituit. Ibidem, 12, Qua re ille territus, bellum acceptis obſidibus, depoſuit.

Accipere pecuniam aduerſus legem. Plaut. in Trucul. 16. 46, Aduorſum legem accepiſti plurimis pecuniam.

Accipere plagã, Receuoir plaie, ou dõmage. Varro de re ruſt. Si qua in tõſura plagã accepit, eum locũ alligato pice liquida. Cic. Attico, Atque ille locus inductus eſt à me diuinit⁹, ne vna plaga accepta, P. C. cõciderẽt. Idem Tironi, Maximã plagã accepit, quòd is qui ſummam authoritatẽ in illius exercitu habebat, Titus Labienus eius ſocius ſceleris eſſe noluit. Eidem, Nihil video quod ſperandum putem, iure præſertim, cum ea plaga in Aſia ſit accepta. Idem de fato, Eam plagam potius accipiã, quàm fato omnia fieri cõprobem. Idem in Verrem, Tu inquam tantam plagam tacitus accipere potuiſſes.

Accipere poteſtatẽ, Auoir puiſſance. Plin. de viris illuſt. 12, Accepta poteſtate, in caſtra Porſenæ venit, ibíque purpuratum pro rege deceptus, occîdit.

Accipio mihi ſalutem & tibi, Ie recois le ſalut pour moy & pour toy. Plaut. in Epid. 11. 21, Heus tu, ſalua ſis. M. ſalutem accipio mihi & meis.

Accipere ſermonem alicuius. Plaut. in Aſin. 12. 15, Sermoni iam finẽ face tuo, huius ſermonem accipiam.

Accipere ſæuerè facinus alterius, alterius nõ curare, Prendre garde de pres au faict de lung, & ne tenir cõpte du faict de lautre. Cic. pro M Cælio, An ille vir illa humanitate prædit⁹, illis ſtudiis, artibus, atque doctrina, illius ipſius periculũ, quem propter hæc ipſa ſtudia diligebat, negligere potuiſſet? & quod facinus in alienum hominem illatum ſæuerẽ acciperet, id omiſiſſet curare in hoſpite?

Accipere iuſtum tempus. Plin. epiſt. 20. d, Sequitur ergo vt actio ſit abſolutiſſima, quæ maximè orationis ſimilitudinem expreſſit, ſi modo iuſtum & debitum tempus accipiat.

Accipere vires, Se renforcer, Prendre force. Plin. epiſt. 53. c, Mox ne gratia ſingulorũ collata, atque permiſta, pro ſingulis quoque vires omnium acciperet.

Accipere vulnus, Receuoir plaie. Cic. in Philipp. Ipſéque Caius Panſa cõſul, imp. cum inter media hoſtium tela verſaretur, vulnera acceperit. Idem pro Milone, Primũ illud vulnus accepit, quo teterrimam mortem obiret. Idem in Catilinam, Illetum graue vulnus accepit. Idem in Verrem, Si illum locum aperuimus ſuſpicioni aut crimini, accipiendum eſſe ſtatim vulnus. Idem Seruio Sulpitio, Nunc autem accepto hoc tam graui vulnere, etiam illa quæ conſenuiſſe videbantur, recrudeſcunt. Cæſar in Cõment. Cum circũuentus multis vulneribus acceptis cecidiſſet. Liuius, Vulnere accepto, ægrè à circũſtantibus ereptus eſt. Idem de bello Punico, Sub caudis qua maximè mollis cutis, vulnera accipiunt.

Acceptus accepta acceptum, Receu.

Accepta & grata dona tua habeo, Tes dons me ſont aggreables. Plaut. in Trucul. 11. 56.

Acceptum id eſt animo, Ce meſt aggreable. Plaut. in Merc. 12. 70.

Acceptiſſimus apud me ſeruus. Plaut. in Capt. 12. 56.

Acceptum ferre, vel referre, Quitter, tenir pour receu, eſcrire que on a receu quelque choſe, & en bailler acquiſt, deſcharge, ou quittance. Cic. in Verrem, Si mihi acceptum non retuliſſet, putabat ſe aliquid defenſionis habiturum. Sil ne men euſt faict quittance. Idem in eundem, Sexcenta millia accepta pupillo Malleolo rettulit. Il a faict quittãce au nom de Malleólus orphelin de ſix cens mille.

Acceptum referre, per tranſlationem dictum. Cic. Omnia quæ vidimus, ſi rectè ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio. Si nous faiſons bien noſtre compte, nous eſtimerons, & penſerons que Antoine a eſte cauſe de tous ces maulx. Idem Attico, Te etiam atque etiã oro, vt me totũ tuendũ ſuſcipias: vt ſi hi ſalui erũt, quibus curæ ſum, vnà cum his poſſim incolumis eſſe, ſalutémque meam beneuolentiæ tuæ acceptam referre. Eidem, Vt ita diceret, ſe quòd eſſet ſenator, quòd ciuis, quòd liber, quòd viueret, mihi acceptum referre. Idem pro Cluentio, Voluit eum aliquid acceptum referre liberalitati ſuæ. Idem pro eodem, Verum omnem tranquillitatem & quietem ſenectutis refert acceptam clemẽtiæ tuæ. Liuius ab vrbe condita, Nec ſenatui, ſed familiæ Liciniæ acceptum referebant.

Quòd viuit, mihi acceptum refert, Il confeſſe tenir ſa vie de moy. Cicero. Plin. epiſt. 120, Sed licet ceſſauerint illæ tempeſtate detentæ, tu tamen meruiſti vt acceptum tibi fieret, quòd quo minus exhiberes, non per te ſtetit.

Accepti & expenſi ratio inter vos conuenit, Vous eſtes entre vous daccord quant aux miſes & receptes. Plaut. in Moſtell. 4. 147.

Accepti ratio hic ſcribitur, Icy on eſcript les receptes, ce que on recoit. Plaut. in Trucul. 16. 35.

Acceptilatio acceptilationis, f. g. Quictance, acquiſt.

Acceptor acceptoris, m. g. Plaut. Illorum verbis falſis acceptor fui. Ie eſtoie receueur a leur menſonge.

Acceptrica acceptricæ, f. g. Celle qui prent. Plaut. in Truc. 11. 17, Des quantum vis, nuſquam apparet, neque datori, neque acceptricæ.

Accepto acceptas, acceptare, Frequentatiuum. Plaut. in Pſeud. 9. 17, Quid dubitas dare? H. tibi ego dem? P. mihi hercle verò, qui res rationéſque heri Ballionis curo, argentum accepto, & quoi debet dato.

ACCIPITER accipitris, m. g. Vng faulcon. Terent. in Phor. 2. 2. 16, Non rete accipitri tenditur, neque miluio.

Accipiter humipeta, Vng auſtour. Oyſeau qui ne volle que contre terre.

Accipiter ſublimipeta, Tous autres faulcons qui vont querir leur proie en lair.

Accipiter hierax, Vng ſacre.

Accipiter pecuniarum, Vng rauiſſeur dargent. Plaut. in Perſa, 12. 5.

Accipitrarius accipitrarii, Vng faulcõnier.

ACCLAMITO acclamitas, acclamitare, Crier. Plaut. in Amphit. 10. 3, Ea quæ ſunt facta, infecta eſſe acclamitat.

ACCLIVIS & hoc accliue, Leuiter erectum & accumulatũ. & proprie de aſcenſu dicitur, quaſi in cliuum accuminatum, & pendulum ſurſum. Choſe couchee en pendant, toute choſe penchante.

Acclîuus, acclîua, acclîuum, Idem.

Accliuitas accliuitatis. Cæſar, Ab eo flumine pari accliuitate collis naſcebatur.

ACCOLO áccolis, áccolui, accultũ, accólere, Apud, ſiue iuxta colere, & de aquis, mõtibúſq; dicitur. Habiter enuiron quelque lieu. Liuius lib. 4, Hi dimiſſis circa omnes populos legatis, qui Hetruſcũ mare, quíque Tyberim áccolunt, ad frumentũ mercandum. Plin. lib. 4, Perſæ Rubrum mare ſemper accoluêre.

Ad vnũ idem ſentiũt, Ils ſont tous dune opinion. Cic. de Amicit. De amicitia verò omnes ad vnum idem ſentiunt. Virg. Iuppiter omnipotens ſi nondum exoſus ad vnum Troianos, ſi quid pietas antiqua labores Reſpicit humanos, da flammam euadere claſſi Nunc pater.

Ad aſſem impendium reddes: Tu rendras ce que aura eſte deſpendu iuſques au dernier denier. Plin. epiſt. 15, Heus tu, promittis ad cœnam, nec venis. dicitur ius: ad aſſem impendiũ reddes: nec id modicum.

Ad tria millía nummorũ Philippeum dabo. Ie bailleray iuſques a trois mille Philippus, non plus. Plaut. in Trinummo, 4.84. Terent. in Heaut. 1.1.93, Quaſi talenta ad quindecim coegi. Plaut. in Epidico, 5.108, Quanti emi poteſt minimo? E. ad quadraginta fortaſſe eam poſſe emi minimo minas. Ie penſe que pour le moins elle ſe pourra acheter quarante mines.

Ad annos ſedecim. Plau. in Rud. 31.66, Verùm ſi voletis plauſum fabulæ huic clarum dare, comeſſatum omnes venitote ad me, ad annos ſedecim. Dici a ſeize ans.

Ad rauim poſcere: Tant demander que on en ſoit enroue. Plaut. in Aulul. 10.10, Vbi ſi quid poſcamus, ad rauim poſcamus prius, quàm quicquam detur.

Aduſque langorem. Plaut. in Pſeud. 4.81, Vbi tu haud capias ſomnum, ſed vbi languorem aduſque. Iuſques au languir. Apuleius, Iam aduſque amnem peruenimus.

Ad tibicinam immolare. Cicero pro Lege agraria, Erant hoſtiæ maiores in foro cõſtitutæ, quæ ab his prætoribus de tribunali, ſicut à nobis conſulibus de conſilii ſententia probatis, ad præconem & ad tibicinam immolabantur. Les hoſties eſtoient immolees au cri du crieur, & au ſon du haulbois.

Ad vnguem, Id eſt exquiſita diligentia, atque exactiſſima cura. A marmorariis ſumpta metaphora, qui ſuperinducto vngui commiſſuras explorant marmorũ. Horatius, Cocceius ad vnguem Factus homo. Id eſt, abſolutus. Idem in arte, Carmen reprehendite, quod non Multa dies, & multa litura coercuit, Atque perfectum decies non caſtigauit ad vnguem.

Ad votum, Id eſt, ex animi ſententia, Selon mon vouloir.

Ad obiurgandum ſatis cauſſæ. Terent. in And. 1.1.111, Nec ſatis ad obiurgandum cauſſæ. Pour tenſer. Plaut. in Truculento, 2.6, Ad negandum vt celeri lingua vtamini. Quant ſe viendra a nier.

Ad tuam formã illa vna digna eſt: Elle ſeulle eſt digne pour ta beaute. Plaut. in Mil. 13.21.

Ad faciem quum aſpicies eorum, haud videtur mali: Si tu regarde a leur face, ils ne ſemblent point mauuais. Plaut. in Pſeud. 4.8.

Ad mandata es claudus: Tu es boiteux, quant ce vient a faire ce que on te commande. Plautus in Mercatore, 12.45.

Ad iſtoc non dedi. Plaut. in Perſa, 4.47, Filiam tuam vtendam mihi da. S. nunquam ædepol quoiquam etiam vtendam dedi. T. non ad iſtoc quod tu inſimulas.

Ad carnificem te dabo, Ie te bailleray entre les mains du bourreau. Plaut. in Capt. 19.23.

Ad aliud ne te occupes negotium, Ne te empeſche point a vng autre affaire. Plaut. in Pſeudolo, 7.136.

Ad reſtim res rediit, La choſe eſt venue iuſques a ſe pẽdre. Terent. in Phor. 4.4.5, Quid ergo narras? A. quid ego narrem! opera tua ad reſtim mihi quidem res rediit planiſſumé.

Ad virtutem ſunt hæc omnia, Toutes ces choſes ſont vertueuſes. Terent. in Heaut. 1.2.33, Præbent exiguè ſumptum, & ea ſunt tamen ad virtutem omnia.

Ad rem ſuam ſapere, Eſtre ſage a ſon prouffit. Plaut. in Trucul. 18.1.

Ad portam præſtolabatur eam, Il lattendoit a la porte. Plaut. in Epid. 5.38.

Ad ripam: Au pres de la riue. Curtius, Erat ad ripam fluminis ingens arbor.

Ad quam rem iſtuc refert? Pourquoy dit il cecy? A quoy faire? A quelle intention? Plautus in Caſina, 5.88, Quam ad rem iſtuc refert? vt ei præſtines argento, priuſquam veniat filius.

Ad vxores vbi ventum eſt, Quant ce vient à prendre femme. Terent. in Phorm. 5.9.21, An quicquam hodie eſt factum indignius? qui mihi, vbi ad vxores ventum eſt, tum fiunt ſenes.

ADAEQVO adæquas, adæquare, Egualizer.

Adæquare, Eſtre egual. Cicero, Vrna equitum adæquauit. Les opinions des cheualliers ont eſte egualles.

Adæquè aduerbium, Eguallement. Plaut. in Capt. 13.58, Quoi hominum adæquè nemo viuit fortunatior. Nul hõme ne vit auſſi eureux que ceſtuy. Ibidem, 19.2, Verũ enimuero nullus adæque eſt Acherons, atque vbi ego fui in lapicidinis. Il ny a point de plus vray enfer, que la ou iay eſte.

ADAGIVM adagii, Dictum eſt prouerbium, quaſi circũ agiũ, inquit Varro, quòd per ora hominum circunferatur. Prouerbe. Plaut. in Amphit. 15.40, Vetus eſt adagium, Fames & mora bilẽ in naſum conciunt. Gellius, Hinc natum eſt frequens apud Græcos adagium, Nõ cuiuis homini cõtingit adire Corinthum. Idem, Vetus adagiũ eſt, Nihil cũ fidibus graculo.

ADAMAS adamantis, n.g. Vne pierre pretieuſe fort dure, nommee diamant. Vide Pliniũ libro 37. cap. 4.

Adamántinus, adamántina, adam'ntinum, Vel, Adamantêus adamantêa adamantêum, Faict de diamant. ou fort & dur comme diamant. Propertius, Colchis flagrantes adamantina ſub iuga tauros. Ouid. lib. 7, Metamorph. Ecce adamantêis vulcanum naribus efflant.

ADAMO adamas, adamare, Fort aimer. Cicero lib. 3. de Orat. Deinde ab Antiſthene, qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone adamarat.

ADAQVO adaquas, adaquare, Abruuer. Suet. in Galbà, Ita decreuit, vt ad locũ vbi adaquare ſolebat inuentum duceretur inuoluto capite.

ADAVGEO, adauges, adauxi, adauctũ, adaugere. Augmẽter accroiſtre. Terent. in Heaut. 3.1.26, Tũ hoc timet, ne tua duritia illa antiqua, etiam adaucta ſit. Plaut. in Sticho, 6.62, Decumam eſſe adauctam tibi, quam noui, gratulor.

Adaucto adauctas, adauctare, Frequentatiuum ab augeo, inquit Nonius, Augmenter. Actius, Quibus rem ſuam & patriam noſtram adauctauit pater.

ADBIBO adbibis, adbibi, adbibitũ, adbibere, Boire oultre meſure. Terẽt. in Heaut. 2.1.8, Is mihi vbi adbibit plus paulo, ſua quæ narrat facinora! Plaut. in Sticho, 6.58, Euge quando adbibero, alludiabo.

ADCENSI, authore Feſto, dicebantur qui in locum mortuorum militum ſubito ſubrogabantur dicto. ita, quia ad cenſum adiiciebantur.

ADDECET, addecebat, Impersonale, Il conuient. Plaut. in Amphit. 12.21, Meo meæquũ eſt morigerũ patri, eius ſtudio ſeruire addecet. Idem in Caſina, 15.23, Malum, peſſimúmque hic apud nos intus tua ancilla hoc pacto exordiri cœpit, quod haud Atticam addecet diſciplinam. Ibidem, 4.21, Nam peculi probam nihil habere addecet clam viro. Il neſt point honneſte, Il nappartient point, que vne preudefemme ait vng cabinet, quelque bien ſepare de celuy de ſon mari.

ADDICO addicis, addixi, addictum, addicere, Eſt licitanti rem auferendam permittere, Deliurer la marchãdiſe au dernier encheriſſeur. Cic. pro A. Cecinna, Ebutio negotiũ datur. adeſt ad tabulã: licetur Ebutius, deterrẽtur emptores multi partim gratia Ceſenniæ, partim etiam pretio: fundus addicitur Eubutio. Plaut. in Mercat. 12.31, Cui eſt empta? E. neſcio: iam addicta, atque abducta erat cum ad portum venio.

Addicere, Eſt etiam auctionem facere, hoc eſt bona ſua proſcribere, & licitantibus obiicere, Vendre au plus offrant. Quintil. Omnes facultates in pretia collegi.rus, ſeruulos, & omnia

vtiliora properanti festinatione parentis addixi. Cic. in Verrem, act. v, Addicitur medimnis MM dimidio ferè pluris, quàm superiore anno. Suet. in Cæs. Bello ciuili super alias donationes, amplissima prædia minimo addixit. Quo in loco nummo recte quidam legunt. Est enim prouerbiale, addicere nummo, quod nostrates dicũt, Bailler pour vng morceau de pain. Fragmento panis vendere: quod donationis est instar, cum obtentu vẽditionis rem donantes, inuidiam donationis vitamus: aut pudori accipientis consulimus.

Plin. Tabulas inde omnes ex publico propter æs alienum ciuitatis addictas, Scauri ædilitas Romam transtulit. Plautus, Addice mihi tuam minusculam metetricem, Vens la moy.

Addicere, inquit Festus, proprie est idem dicere, & approbare dicendo. Aliâs addicere, damnare est. Cõdamner & destiner. Vt addicere morti. Cic. lib. 3. de off. Cum is qui morti addictus esset, paucos dies commendandorum suorum gratia postulasset. De duobus Pythagoricis loquens. Idem in Pisonẽ, Huius ipsius domum euertisti, cuius sanguinem addixeras, eúmque seruis symphoniacis, & aliis muneribus acceptis timentem, & multum dubitantem confirmasti. Qui auois ia assigne & adiuge son sang a ceulx qui le vouloient tuer. Plin. de viris illustr. 21, Pater re cognita, cum ipso iudicii die superueniisset, & filiam iam addictam videret.

Addicere se alicui, Se donner a aucun. Plin. in epistolis. Plaut. in Bacchid. 23.84, Ducite nos quocũque lubet, tanquam vobis addictos quidem. Comme tenus, & obligés a vous, comme vostrés. Idem in Pœnulo, 7.18, Ne tuo nos amori seruos esse addictos cẽseas.

Addicam meis me legibus, Ie feray de moy comme ie lentenderay. Plaut. in Capt. 4.78, Quasi fundum vendam, meis me addicam legibus.

Addicere animũ amabilitati, Saddõner a estre amoureux. Plau. in Pœnulo, 18.1, Fuit hodie operæ pretium qui amabilitati animum addiceret, oculis epulas dare.

Addicere prætor dicebatur, quando debitorem tradebat creditori, vt in eum & vitæ & necis haberet potestatem, cum soluendo nõ esset. Plaut. in Pœnulo, 3.58, Vbi in ius venerit, addicet prætor familiam totam tibi. Il tadiugera, & par sentence te baillera toute la famille. Idem in Rud. 20.53, Veruntamen ibo: ei aduocatus vt siem: si quidem mea opera citius addici potest.

Addicere in augurali disciplina aues dicũtur, id est approbare facienda. Liuius, Fabio auspicanti aues semel atque iterum non addixêre.

ADDISCO addiscis, addidici, addiscere. Apprendre.

ADDO, addas, addare. Plaut. in Truc. 19.17, Ad omne maius istuc positum parum est: tuo arbitratu quod iubebis addabitur. Ce que tu commanderas, te sera deliure a ton plaisir.

ADDO, addis, addidi, additum, addere, Adiouster.

Addere de suo. Plau. in Menæh. 4.38, Ecquid audes de tuo istuc addere? Cõment oses tu adiouster ce du tien que lautre na pas dict? Cic. de Arusp. respõsis, Aruspicum verba sunt hæc omnia: nihil addo de meo.

Addebat hoc mercator, è prædonibus vnde emerat, se audisse abreptam è Sunio. Le marchãt disoit dauantage, quil auoit ouy dire de &c. Terent. in Eunuch. 1.2.34.

Addere ditioribus. Terent. in Phorm. 1.1.8, Quàm iniquè comparatum est, hi qui minus habent, vt semper aliquid addant ditioribus! Que les poures dõnent tousiours aux riches.

Addere ad aliquid. Cic. Appio Pulchro, Illud velim sic habeas, quòd intelliges hac re nouata additum potius aliquid ad meũ erga te studium, cui nihil videbatur addi posse, quàm quicquam esse detractũ. Idem ad Rufum, Etsi meo iudicio nihil ad tuum prouinciale officiũ addi potest. Plaut. in Asinaria, 12.20, Iam ipse vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam?

Adde ad istã gratiã vnũ: Fais auec ce plaisir encore vne autre chose. Plaut. in Trin. 6.101.

Addere animum alicui: Luy bailler courage. Plaut. in Amphit. 4.96, Perduelles penetrãt se in fugã: vbi nostris animus additus, vertentibus Telebois, telis complebantur corpora.

Addere dieculam: Bailler vng iour dauantage. Terent. in And. 4.2.27, Eho tu impudens: nõ satis habes, quòd tibi dieculam addo? Plaut. in Trucul. 3.15, Adduntur noctes.

Addere dono gratis. Plaut. in Epid. 10.38, Atque etiã fides, ei quæ accessêre, tibi addã dono gratis. Ie te les bailleray en don par dessus le marche. Idem in Merc. 7.92, Eccillum video, iubet quinque me addere etiam nunc minas. Que ie baille dauantage, oultre.

Addere ad compendium. Plaut. in Casina, 11.4, Curam erue, curam exime, castigare, id ponito ad compendiũ: cano capite, ætate aliena, ea addito ad cõpendium. Dis le moy pour le

plus court, en brieues parolles.

Addidit me ei cuſtodem: Il ma donne la charge de le garder. Plautus in Milite, 9.69, Sed meã eſſe herilem, cõcubinam cenſui: cui me cuſtodẽ herus addidit miles meus. Idem in Aulul. 16.20, Quam quondam Ioni Iuno cuſtodem addidit.

Addebat fidem. Plin. epiſt. 248, Addebat fidem, quod credibile erat, neminem hoc auſum ſine authore. Cela me le faiſoit croire dauantage, quil neſtoit vray ſemblable que aucun euſt oſe ce faire, ſans laueu de quelcun, ſans que aucun le feiſt faire.

Addere gradum, Sauancer. Plin. epiſt. 106.d, Deinde manum eius amplexus, addere gradũ cogo: paret ægre.

Addere laborem. Plaut. in Trinũmo, 14.17, Quid ego, quod periit, petam? niſi etiam laborẽ addam? Si ie ne mets de la peine dauantage.

Addunt mihi laſſitudinem tua verba: Tes parolles me font lache. Plaut. in Menæh.

Addita eſt vobis manus lepidé. On a bien mis la main ſur vous: vous aues eſte bien frottés. Plaut. in Caſina, 23.30, Quid nunc? ſatín' lepidè addita vobis manus meritó? Idem in Perſa, 13.22, Quo modo me hodie verſauiſti! vt me in tricas cõieciſti! quo modo de Perſa manus addita eſt!

Addere moleſtias: Moleſter dauantage. Terent. in Eunucho, 1.1.33, Si ſapis, neque præterquàm quas ipſe amor moleſtias habet, addas, & illas quas habet, rectè feras.

Addere operam, Aider. Plaut. in Pœnulo, 14.48, Vt ego hanc familiam interire cupio: addè operam ſi cupis. Idem in Perſa, 16.159, Optata vt conueniant, operam addito. Mets y peine dauantage.

Addere preces. Plin. epiſt. 5.d, Exponit Reguli mandata, addit preces ſuas, vt decebat optimum virum pro diſſimillimo.

Addere vitium pudicitiæ, Deſpuceler vne vierge. Plaut. in Amphit. 8.177, Perii miſer, quia pudicitiæ huius, vitium, me hic abſente, eſt additum.

Addere vitium ædibus. Plaut. in Moſtellaria, 3.17, Atque vbi illò immigrat nequã homo indiligens cum pigra familia, immundus, inſtrenuus: hic iam ædibus vitium additur, bonæ cum curantur malé.

Addere multũ reip. Salluſt. in Iugurtha, Nam poſtquã Tiberius & C. Gracchus, quorum maiores Punico, atque aliis bellis multũ reip. addiderant, vindicare plebem in libertatem &c.

Additus, addita, additum, Adiouſté.

Additus, Inimicus. Virg. Nec Teucris addita Iuno Vſquam aberit.

ADDOCEO addoces, addocui, addoctum, addocere, Enſeigner. Horat. Sollicitis animis onus eximit, addocet artes.

ADDORMIO, addormis, addormiui, addormitum, addormire, ſiue Addormiſco addormiſcis, addormiſcere: Sommeiller. Suet. in Claudio Cæſare, cap. 8, Et quoties poſt cibum addormiſceret (quod ei ferè accidebat) olearum, ac palmularum oſſibus inceſſebatur. Toutes & quãteſfois quil ſommeilloit, ou dormoit apres mãger. Quędã exẽplaria legũt obdormiſceret.

ADDVBITO addubitas, addubitare, Se doubter, Doubter aucunement. Cic. Volumnio, epiſt. 104, Quòd ſine prænomine familiariter vt debebas ad me epiſtolã miſiſti, primũ addubitaui num à Volumnio ſenatore eſſet. Idem Cæcinnæ, Habes augurium meum: quo ſi quid addubitarem, non potius vterer, quàm illa conſolatione. Liuius, Proditoribus extẽplo in vincla coniectis, de legatis paululum addubitatum eſt. La choſe a eſte vng peu en doubte.

ADDVCO, adducis, adduxi, adductũ, Plautus adducitũ dixit: adducere, Amener. Terent. in Phor. 5.6.41. Denique ego ſum miſſus te vt requirerẽ, atque adducerẽ. Ibidem, 2.1.79, Abi Phædria, eum require, atque adduce huc. Plaut. in Trucul. 4.30, Quia te adduciturum huc dixeras eum ipſum.

Adducere ante oculos. Terent. in Heaut. 5.4.18, Non mihi per fallacias adducere ante oculos? Idem in Eunucho, 4.1.9, Miles verò ſibi putare adductum ante oculos æmulum.

Adducere corám. Terent. in And. 5.3.29, Sine me expurgem, atque illũ huc corã adducã.

Adducere ante oculos corám. Terent. in Eunucho, 4.7.24, Quid tũ poſtea? THR. rogitas, quæ mihi ante oculos amatorem corám adduxiſti tuum?

Adducere à foro, Amener du marche. Plau. in Milite, 11.43, Abi abi intrò iam, vos in cella vinara batchanal facitis: iam hercle ego herum adducam à foro.

Adducere ad ſe ad prandium: Mener aucun diſner ches ſoy. Plaut. in Pœnulo, 19.3, Etiã me

ad prandium ad ſe adduxit ignauiſſumus. Idem in Menæh. 24.83, Meretrix hæc ad prã-dium me adduxit, me ſibi dediſſe aiebat. Terent. in Heaut. 1.2.9, Aduenientem è naui egredientem ilico adduxi ad cœnam.

Adducito me ſeruitum tibi, ni fecero: Ie ſuis content de perdre ma franchiſe ſi ie ne le fais. Plaut. in Pſeudolo, 7.105.

Adduxit puero nutricem. Terent. in Hecyra, 5.2.4, Noſter ſocer video venit, puero nutri-cem adduxit.

Adducit me domum. Plaut. in Aſinaria, 16.87, Indicatum me vxor adducit domum. Me meine en la maiſon.

Adducta in hanc viciniam. Plau. in Mercatore, 18.25, Dic tu Lyciſſa, num in hanc viciniam adductam autumant?

Adducere intrò in ædes. Plaut. in Mercatore, 17.11, Tuus pater belliſſimus amicam ad-duxit intrò in ædes.

Adducere in diſcrimen, Mettre en danger. Plin. epiſt. 53.m, Atque vt eſt vehemens & diſer-tus, in diſcrimen adduxit: protexi viros optimos. Idem in Paneg. 18, Augebat authori-tatem iubentis, in ſummum diſcrimen authoritas eius adducta. Ibidem, 104, Cum hoſtis in proximo, & in ſummum diſcrimen adducta reſp. expertum honoribus virum poſceret, non conſulatus homines iiſdem, ſed iidem homines conſulatibus reddebantur.

Adducere in periculum, Mettre en danger. Plin. epiſt. 163, Quem errorem magnis documẽ-tis expiauit, in ſummum periculum adducta.

Adducor in ſpem, Ieſpere, iay eſperance. Plin. epiſt. 84.b, His ex cauſſis in ſpem certiſſimam adducor, perpetuam nobis, maiorémque in dies futurã eſſe cõcordiam. Idem epiſt. 62.c, Ac ſicut olim theatra male muſicos canere docuerunt, ita nunc in ſpem adducor poſſe fie-ri, vt eadem theatra bene canere muſicos doceant.

Adducere in anguſtum, Amener a leſtroict, & reſerrer. Cic. de amicitia, 18. Ita contracta res eſt & adducta in anguſtum, vt omnis charitas aut inter duos, aut inter paucos iungeretur.

Adducere ad miſericordiam, Eſmouuoir a miſericorde. Terent. in Heaut. 5.2.41, Suſpicio-nem iſtam ex illis quære: rem profer palàm: ſi non eſt verum, ad miſericordiam ambos adduces cito.

Adducere ad nequitiam: Induire aucun a meſchantete, le deſbaucher. Plaut. in Bacch. 2.4, Ita me dii ament, Lycurgus (vt mihi quidem videtur) poſſet hic ad nequitiam adducier.

Adducere habenas, Retirer la bride, tenir de court. Virgilius, Ipſe ter adducta circum caput egit habena.

Adducere habenas amicitiæ. Cic. de Amicitia, 42, Quàm commodiſſimum eſſe laxiſſimas habenas habere amicitiæ: quas vel adducas cum velis, vel remittas.

Adduci nõ poteſt, On ne peult faire quil ſi accorde. Terent. in Phormione, 5.3.16, Quid ait tandem? c. adduci nõ poteſt. Cic. Nullo imbri, nullo frigore adduci poteſt, vt capite oper-to ſit. Nonius Marcellus interpretatur cogi.

Adducere, Producere, extendere. Virg. Ocyus adducto torquens haſtile lacerto. Nonius Mar-cellus producto interpretatur, Soudain lanceant vng dart dung bras eſtendu.

Adductus adducta adductum, Amene.

Adductus, Attraict, eſmeu. Cic. de Amicitia, 30, Sic amicitiam nõ ſpe mercedis adducti, ſed quòd omnis eius fructus in ipſo amore ineſt, expetendam putamus.

ADDVPLICO, adduplicas, adduplicaui, adduplicatum, adduplicare, Doubler. Plaut. in Pœnulo, 7.61, Milphionem quæri cenſebit tuum, adduplicabit omne furtũ, leno addicetur tibi. Tu renforciras le larrecin au double.

ADEDO adedis, adêdi, adeſum, adédere, Ronger, manger peu a peu. Virgil. Nam ſæpe fa-uos ignotus adedit Stellio.

ADEO, aduerbium. Plaut in Capt. 2.61, Si erit, ego faciam vt pugnam ſpectet non bonam, adeo vt ſpectare poſtea omnes oderit. Tellement que &c.

Adeò vt. Plaut. in Aulul. 12.26, Adeò vt tu meam ſententiam noſcere poſſis, ſi ad ianuã huc acceſſeris, niſi iuſſero, propius, ego te faciã, miſerrimus mortalium vti ſies. Or affin que &c. Idem in Curc. 15.37, Nunc adeò vt tu ſcire poſſis leno meam ſententiam, libera hæc eſt.

Adeò perfidioſe, Si meſchamment. Plautus.

Intra mœnia: atque adeò in ſenatu, Dedens les meurs, voire iuſques au ſenat. Cic. in Catil.

Eorum autem caſtrorum imperatorem, ducémque hoſtium intra mœnia, atque adeò in ſenatu videtis inteſtinam aliquam quotidie perniciem reip. molientem. Et qui plus eſt. Inſector, poſco, atque adeò flagito. Cic. pro Planco.

Eſurio, atque adeò haud parũ ſitio: Iay fain: & dauantage, iay grand ſoif. Plautus in Caſina.

Memini: atque adeò longum eſt expectare: Ien ay memoire: mais nous lattenderions trop longuement. Terentius.

Cum magno detrimento, atque adeò exitio vectigalium: Auec grand perte: voire qui plus eſt, auec la totalle deſtruction du demaine & reuenu de la choſe publique. Cic. in Verrẽ.

At quam legem corrigit, atque adeò totam tollit? Cic. in Verrem. Liuius, Non petentem, atque adeò abſentem etiam creatum credidêre.

Adeò res rediit. La choſe eſt venue iuſques la. Terẽt. in Heaut. 1. 1. 61, Poſtremo adeò res rediit, adoleſcentulus ſæpe eadem, & grauiter audiendo, victus eſt.

Id adeò ſcio, qui maximè animum aduorterim: Pour ce le ſcay ie, que ie y ay prins garde. Plaut. in Epid. 5. 32. Id adeò te oratum aduenio, vt animo æquo ignoſcas mihi. Pource te ſuis ie venu prier. Plaut. in Aulul. 26. 9.

Hoc adeò hoc commemini magis, quia illo die impranſus fui. Plautus in Amphit. 4. 100.

Ei adeò obſonii hinc dimidium iuſſit dari. Plaut. in Aulularia, 9. 12, Pource a il commãde.

Adeò nobilis. Terent. in Eunucho, 1. 2. 124, Nam me eius ſpero fratrem propemodum iam repperiſſe adoleſcẽtem adeò nobilem. Donatus, Adeò pro nimis poſitũ, aut pro expletiua particula. Vng iouuenceau fort ou trop noble. Idem in Adelph. 1. 1. 15, Is adeò diſſimili ſtudio eſt iam inde ab adoleſcentia. Donatus, Aut abundat, aut nimium ſignificat.

Adeò à teneris aſſueſcere multum eſt. Virgil. lib. 2. georg. Ceſt ſi grande choſe de ſaccouſtumer des lenfance.

Adeò, ſuperfluũ & abundans aliquãdo in oratione, authore Donato. Terẽt. in And. 3. 3. 48, Tute adeò iam eius audies verba. heus euocate hûc Dauum.

Ea lege adeò hoc faciam, ſi faciat quod ego hunc æquum cenſeo, Voyre mais ie feray cela par telle condition, ſi &c. Terent. in Heaut. 5. 5. 10.

Niſi adeò admonitus. Plaut. in Pſeud. 20. 3, Immemor eſt officium ſuum facere: niſi adeò admonitus. Au moins ſil nen eſt aduerti. Voyre ſi &c.

Ego adeò hanc primus inueni viam: Iay certainement &c. Terent. in Eunucho, 2. 2. 16.

Magis id adeò. Terent. in Andria, 1. 1. 135, Quem ego credo manibus pedibúſque obnixè omnia facturum, magis id adeò mihi vt incommodet, quàm vt obſequatur gnato. Voire plus toſt pour me faire deſplaiſir.

Neque adeò iniuria. Plau. in Epidico, 4. 10, Cuius, quoties vides ſepulchrum, ſacrificas horco ilicò hoſtias. neque adeò iniuria: quia licitum eſt eam tibi viuendo vincere.

Aut ſi adeò, bidui, aut tridui hæc moleſtia eſt. Ou bien, ſil ya de la faſcherie, elle neſt que pour deux ou trois iours. Terent. in And. 2. 6. 9.

Adeóne rem rediiſſe, vt periculum etiam fame mihi ſit? Queſt ce cy? la choſe eſt elle iuſques la venue, que ie ſoie en danger de mourir de faim? Terent. in Heaut. 5. 2. 27.

Adeóne hominem eſſe inuenuſtum, aut infœlicem quenquam vt ego ſum? Ia il aucun qui ait moins de grace, & ſoit plus maleureux que moy? Terent. in And. 1. 5. 10.

ADEOVSQVE. Plautus in Aſin. 7. 62, Adeouſque mãſero dum peris. Ie demoureray iuſques a ce que tu ſoies peri.

ADEO adis, adiui, vel adii, aditum, adire, Aller vers aucun.

Adito tu prior. Terent. in Phormione, 1. 4. 53, Nunc prior adito tu: ego in inſidiis hic ero ſuccenturiatus, ſi quid deficies. Donne laſſault le premier: ie feray icy le guet, ou ie ſeray a lembuſche.

Adire aliquem, Aſſaillir aucun en champ de bataille. Virgil. Nec quiſquam ex agmine tanto Audet adire virum.

Adi nos: Viens vers nous. Plaut. in Trucul. 4. 23, Dinarchúſne illic eſt? atque is eſt. Adi nos: ſi iturus, fer contrà manum, & pariter gradere.

Adii te heri de filia: Hier ie allay par deuers toy, pour te communiquer de la fille. Terentius in Hecyra, 2. 2. 9.

Adiit patrem poſtulatum: Il ſen eſt alle plaindre a ſon pere. Plaut. in Bacch. 8. 38, Cum patrẽ adeas poſtulatum, puero ſic dicit pater, Noſter eſto, dum te poteris defenſare iniuria.

Adi huc modo, Viens icy maintenant, approche toy. Plaut. in Truc. 11.60, Accede huc modo, adi huc modo. s. etiam ſcelus minitare?

Adit ad me recta: Il ſen vient droit a moy. Plaut. in Pſeudolo, 15.11. Idem in Aſin. Adi ad me viciſſim. Viens vers moy ta fois.

Adire ad hominem. Plaut. in Bacchid. 17.4, Nunc eſt mihi adeundi ad hominem tempus. Idem in Menæh. 11.21, Adibo ad hominẽ: nam turbare geſtio. Idem in Caſina, 2.40, Cum conſpicatus eſt primo crepuſculo puellam exponi, adit extemplo ad mulierem. Cic. pro L. Flacco, Ad quem adit? Idem in Verrem, Seſe à ſuis ciuibus hæc habere mãdata vt ad Verrem adirent. Ibidem, Cæteri hæredes adeunt ad Verrẽ. Ibidem, Cum ad prætorem in ius adiſſemus. Idem, Aditũ eſt ad libros Sibyllinos. Terent. in And. Quid tibi videtur, adeón' ad eum? Liuius, Scriba ad tribunos plæbis adiit.

Adi actûtum ad fores. Plaut. in Bacchid. 12.6. Idem in Aulul. 5.24, Nam ad ædeis noſtras nuſquam adiit quaquam propé. Idem in Rudente, 19.50, Heus vos, nũ nam moleſtia eſt, me adire ad illas propius? Cic. in Verrẽ, Homines tenues, obſcuro loco nati, adeunt ad ea loca quæ nunquam antea viderunt. Liuius de bello Punico, Qui ad lacum Auerni adiſſent.

Adire ad remp. Cic. pro lege Manilia, Qui omnium mentes eorum qui ad rempub. adeũt, maximè perſpiciunt.

Adire ad pactionem. Plaut. in Aulul. 7.25, Nunc hic eam rem vult, ſcio, mecum adire ad pactionem. Il veult venir a appointement auec moy.

Adire blandis verbis, Aller par beau parler. Plaut. in Pſeud. 7.35, Nam quãto ſatius eſt adire blandis verbis, atque exquirere ſint illa, nécne ſint, quæ tibi renuntiant?

Adire contrá, Aller au deuant. Plaut. in Rud. 6.18, Cõſequamur gradu vocem. vbi es? P. ecce me. adi contrá, Idem in Bacchid. 11.6, Is eſt, adibo contrá, & tollam gradum.

Adire diſcrimen. Se mettre en dãger. Plin. epiſt. 199, Gratulare mihi, gratulare etiam literis ipſius, quæ ex periculo eius, tantũ diſcrimen adierunt, quantũ ex ſalute gloriæ cõſequẽtur.

Adire hæreditatem, Se porter pour heritier. Plin. epiſt. 296, Rogauit enim teſtamẽto vt hæreditatem ſuam adirem: cerneremque.

Adire manũ alicui, Luy fournir le poingnet. Plaut. in Pœnulo, 6.11, Eo pacto auaræ Veneri pulchrè adii manum. Idem in Aulul. 13.8, Abeo iratus illinc, quoniam nihil eſt quî emãta illis impuris omnibus adii manum. Il ma fallu fonſer a lappointement.

Adire periculum, Se mettre en danger. Terent. in And. 5.1.2, Satis pericli cœpi adire: orãdi iam finem face. Ibidem, 4.1.53, Hoc tibi pro ſeruitio debeo, conari manibus, pedibus, noctéſque & dies capitis periculum adire, dum proſim tibi. Me mettre en dãger de perdre hõneur & cheuance. Cic. lib. 1. de off. Vix inuenitur qui laboribus ſuſceptis, periculiſque aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam.

Adire periculũ in eo literæ bonæ videtur. Plin. epiſt. 22.a, Nihil eſt enim illo grauius, ſanctius, doctius: vt mihi non vnus homo, ſed literæ ipſæ, omnéſque bonæ artes in vno homine ſummum periculum adire videantur. Sil ha mal, les lettres ſeront en danger deſtre perdues.

Adeor adiris. Columella, lib. 1, Sed granaria ſcalis adeantur, & modicis feneſtellis aquilonibus inſpirentur.

Aditus, aditus, aditui, m. g. Entree. Virg. Aditúmque per auia quærit.

Aditus mortis. Plin. epiſt. 25.b, Vſus eſt firma valetudine: niſi quod ſolebat ei manus tremere, citra dolorẽ tamen. aditus tantum mortis durior, longiórque: ſed hic ipſe laudabiliſ.

Aditus ad eum difficiles, Il eſt difficile de parler a luy. Cicero.

Aditio aditionis, f. g. Allee. Plaut. in Trucul. 11.62, Quid tibi hanc aditio eſt? Quas tu affaire daller a ceſte cy? Vbi eſt dignum notatu, caſum verbi additũ eſſe nomini, vt apud Ciceronẽ, Domum reuerſio, & ſexcenta talia.

Adito aditas, aditare, Frequẽtatiuum ab adeo adis. Diomedes, Adeo adis: hoc iteramus, adito aditas dictitantes. Plaut. in Capt. 11.74, Si adites propius.

A D E P S adipis, maſ. & fœm. g. Graiſſe, & ſain. Plin. lib. 3, Protinꝰ vel ptiſanæ, vel alicæ, vel orizæ cremor dandus eſt, cũ quo recens adeps cocta ſit. Idem, Folia cum vrſino adipe trita imponunt podagricis. Idem lib. 28. cap. 9, Proxima in communibus laus eſt adipi, ſed maxime ſtillo apud antiquos etiam religioſus erat. Certe nouæ nuptæ intrantes, etiamnum

ſolenne habent poſtes eo attingere. Inueteratur duobus modis: aut cum ſale, aut ſyncerus: tanto vtilior, quanto ſit vetuſtior. Axungiam etiam Græci appellauere in voluminibus ſuis.

Adeps, Pingue illud ad ſimilitudinem reticuli inteſtina continens. Gellius lib. 4, Cõtegit verò omnia hæc omentum exteriore parte, leue & ſtrictum, ex ſuperiori mollius, cui adeps pars quoque innaſcitur.

Adipatus, adipata, adipatum, Gras, plein de ius, & de ſubſtance. Iuuenalis, Feruent adipata veneno.

Adipata dictio. Cicero Aſciuere ſuis artibus opimum quoddam, & tanquam adipatæ dictionis genus.

Adipalis & hoc adipale, Pinguis. Vnde Feſtus adipales cœnas ſacerdotum vocat.

ADEQVITO adequitas, adequitare, Iuxta equitare. Cheuaucher aupres. Liuius, Adequitauit deinde ſenſim portis.

ADHABITO adhabitas, adhabitare, Iuxta habitare, vel iuxta ponere. Plaut. in Captiuis, AEdepol nanque ſi adhabites propius, os denſabit tibi.

ADHAEC, aduerbium, Oultre ce, Auec ce, Dauantage. Salluſt. Adhæc, ſciẽtia belli, Gallos ante Romanos fuiſſe. Quidam hæc legunt adhoc. Plin. in Paneg. 129, Adhæc, tã aſſiduus in tribunali, vt labore refici, non reparari videretur.

ADHAEREO adhæres, adhæſi, adhæſum, adhærêre, Fixũ manere, arctiſſimè inſidere, Tenir contre quelque choſe fort ſarré. Plaut. in Sticho, 4. 82, Adhæſit mihi ad infimum ventrẽ fames. La fain me tient iuſques au fond du ventre. Cæſar, Hæc caſu ad turrim adhæſit, Elle ſattacha par cas fortuit a la tour.

Adhæreſco adhæreſcis, adhæreſcere, Idem quod adhærere. Plaut. in Pœnulo, 6.32, Ne ad fundas his viſcus adhæreſceret. Cic. pro P. Sextio, Ad columnam adhæreſcere. Idem de finibus, Vt homines ad eorũ ſaxa diſcendi cupiditate adhæreſcerent. Idem in Acad. Quaſi tẽpeſtate delati, ad eam tanquam ad ſaxum adhæreſcunt. Idem ad Pont. Ne in hanc tantam materiem ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret. Idem de natura deorum, Quot genera, quámque diſparia partim ſubmerſarum, partim fluitantium, & innantium beluarum, partim ad ſaxa natiuis teſtis adhærentium! Idem de Orat. Et ad genus id, quod quiſque veſtrum in diſcendo probaret, adhæreſcerent.

ADHALO adhalas, adhalare, Hallener. Plin. Nunc quidem ſi ſerpẽtis cauerna iuxta fuerit, ſi pateſcentes primo adhalauerit capaci venenorum contagione ad virus accipiendum.

ADHAMO adhamas, adhamare, Prendre a lameſſon.

Adhamare honores. Cic. Qui enim ſerius honores adhamauerunt, vix admittuntur ad eos, nec ſatis commendati multitudini poſſunt eſſe. Ceulx qui ont accroche les honneurs trop tard. ceulx qui tirent ou tendent trop tard aux eſtats.

ADHIBEO adhibes, adhibui, adhibitum, adhibere, Bailler, mettre.

Adhibere animum, Entendre a quelque choſe, prendre garde. Plaut. in Sticho, 3.46, Nũquis hic eſt alienus noſtris dictis auceps auribus? P A. nullus præter nos, téque. A. veſtrum animũ adhiberi volo: nam ego ad vos nunc imperitus rerum &c.

Adhibere aures: Eſcouter. Plaut. in Caſina, 10.39, Enimuero huc aures ſunt magis adhibẽdæ mihi. Idem in Pſeudolo, 4. 20, Huc adhibete aures, quæ ego loquar. Idem in Milite, 12.10, Poſtquam adhibere meas aures ad tuam moror orationem.

Adhibere authoritatem ad monendum, Admonneſter auec authorite. Cic. de Amicitia, 41, Plurimum in amicitia amicorum bene ſuadentium valeat authoritas. eáque adhibeatur ad monendum, non modo apertè, ſed etiam acriter, ſi res poſtulabit.

Adhibere in conſilium aliquem, Demander conſeil a aucun. Plin. epiſt. 96. b, Adhibui in cõſilium duos, quos tunc ciuitas noſtra ſpectatiſſimos habuit.

Adhibere cibum & potionem, Boire & manger. Cic. de ſenect. 32, Tantum cibi & potionis adhibendum vt reficiantur vires, non opprimantur.

Adhibere curã. Plaut. in Milite, 3.41, Nouiſſe mores me tuos meditatè decet: curámque adhibere, vt præuolet mihi quò tu velis.

Adhibere diligentiam: Mettre peine, & diligẽce. Cic. de Amicitia, 54, Illud potius præcipiẽdum fuit, vt eam diligentiam adhibeamus in amicitiis præparandis, vt nequãdo amare inciperemus eum, quem aliquando odiſſe poſſemus. Idem Fabio, Adhibui diligentiã, quotieſcunque ſenatus fuit, vt adeſſem: plurimúmque in eo negotii habui.

Adhibere metum ſibi comitem, Auoir touſiours crainte pour ſuyte, & compaignie, Auoir crainte touſiours deuãt les yeulx. Plaut. in Menæhmis, 21.14, Ego ero ita vt me eſſe oportet: metum comitem mihi adhibeam, vt culpa abſtineam.

Adhibere modum, Mettre fin, moderer. Plin. in Paneg. 91, Quo temperamento & nobis, & ærario prodes, quòd ſumptibus eius adhibes modum. Idem epiſt. 114, In poſterum, niſi adhibueris modum, ego adhibebo.

Adhibere parſimoniam, Eſpargner. Plau. in Moſtell. 4.78, Iam iſta quidẽ abſumpta res erit, quando dies, noctéſque eſtur, bibitur: neque quiſquam parſimoniam adhibet.

Adhibere ſermonem. Cic. de Amicitia, 80, His fictus ad eorum voluptatem ſermo cum adhibetur, orationem illam vanam, teſtimonium eſſe laudum ſuarum putant. Quant on leur tient propos ou ils prennent plaiſir.

Adhibere ſermonem in poculo: Deuiſer, ou entremeſler parolles en beuuant. Cic. de ſenectute, 43, Et is ſermo qui more maiorum, à ſummo magiſtro adhibetur in poculo, & pocula, ſicut in Sympoſio Xenophontis, minuta atque rorantia &c.

Adhibere ſolatia: Conſoler, & donner ſoulas a aucun. Plin. epiſt. 12.e, Proinde adhibe ſolatia mihi, non hæc, Senex erat, infirmus erat: hæc enim noui.

Adhibere teſtes. Terent. in Phor. 4.5.2. Hoc temere nũquam amittam ego à me, quin mihi teſtes adhibeam: cur dem, & quamobrem dem commemorabo. En preſence de gens.

Adhibere tympanum. Plaut. in Pœnulo, 19.38, Cur non adhibuiſti, dum hæc loqueris, tympanum? Que nas tu ioue du tabourin?

Adhibere vim. Cic. de ſenect. 65, Senes autem ſic, vt ſua ſponte, nulla adhibita vi, cõſumptus ignis extinguitur, Sans faire aucune violence.

ADHINNIO, adhinnis, adhinniui, adhinnitum, adhinnire, Eſt equorum, Quant les cheuaulx henniſſent apres les iuments.

Adhinnire ad orationem alicuius, per metaphoram dixit Cicero in Piſonem, Itaque admiſſarius iſte ſimulatque audiuit à philoſopho voluptatem tantoperè laudari, nihil expiſcatus eſt: ſic ſuos ſenſus voluptarios omnes incitauit, ſic ad illius hanc orationẽ adhinniit, vt non magiſtrum virtutis, ſed authorem libidinis à ſe illum inuentum arbitraretur. Il fut ſi aiſe & ſi ioyeulx des parolles de ceſtuy.

ADHOC, aduerbium, Oultre ce, Auec ce, Dauantage, En oultre. Salluſt. in Catil. Præterea omnes vndique parricidæ, ſacrilegi, conuicti iudiciis, aut pro factis iudicium timentes: adhoc quos manus atque lingua periurio aut ciuili ſanguine alebat. Ibidem, Præterea ex equeſtri ordine M. Fuluius nobilior. L. Statilius, P. Gabinius Capito, Cn. Cornelius. Adhoc multi ex coloniis, & municipiis domi nobiles erant.

ADHORTOR adhortaris, adhortari, Enhorter. Terent. in Heaut. 1.1.8, Quod mihi vidêre præter ætatem tuam facere, & præterquam res te adhortatur tua. Idem in Eunucho, 3.5.35, Continuò hæc adornant vt lauet: adhortor properent.

ADHVC, aduerbium, Iuſques cy. Plaut. in Trucul. 17.18, Iam liuorem ſcapulis iſtoc cõcinnas tuis. conueniunt adhuc vtriuſque verba. Iuſques cy les parolles de tous deux conuiennẽt & ſaccordent. Terent. Ceſſatum eſt vſque adhuc: Iuſques cy on a eſte negligent. Idem in Adelph. 4.4.12, Satis diu verba dediſti nobis: ſatis adhuc tua fruſtrata eſt fides. Ta foy nous a aſſes iuſques cy abuſe. Idem in Phorm. 5.8.11, Heus heus, quanta hæc mea paupertas eſt, tamen adhuc curaui vnum hoc quidem vt mihi eſſet fides. Quelque grande que ſoit ma pourete, touteſſois iuſques cy iay eſte ſongneux deſtre homme de parolle: a quil lon deuoit croire. Cic. Adhuc quæ dicta ſunt, arbitror mihi conſtare cum cæteris artis ſcriptoribus. Ie penſe quelon maccorde tout ce que iay dict iuſques cy.

Adhuc alto meridie: Il eſtoit encore hault iour. Plaut. in Pſeud. 20.69, Túne hodie ex Sicyone huc peruenîſti? H. alto adhuc meridie. Terent. in Phorm. 3.1.15, Sic habent principia ſeſe vt dico, adhuc trãquilla res eſt. Idem in Hecyra, 1.2.101, Quid adhuc habẽt infirmitatis nuptiæ? Cic. de ſenect. 25, Quod quidẽ non amiſi adhuc. Plaut. in Amph. 15.63, Diſpeream, ſi aut intus adhuc fui, aut ſi hunc miſerim.

Remiſſius iſtud contenderemus, ſi adhuc non ſciremus qualis eſſet futurus. Plin. in Paneg. 131, Si nous ne ſcauions bien &c.

Adhuc locorum: pro adhuc. nam LOCORVM ornatus cauſa ponitur. Plaut. in Capt. 7.26,

Ergo animum aduortas volo, quæ nuntiare hinc te volo in patriam ad patrem. P. vt adhuc locorum feci, faciam ſedulo.

ADIACEO adiaces, adiacui, adiacêre, Iuxta iacêre, Geſir aupres. Columella in præf. An putem fortunatius à cathenato repulſum ianitore ſæpe nocte ſera foribus ingratis adiacêre, miſerrimóq; famulatu per dedecus, faſciũ decus, & imperiũ profuſo tamẽ patrimonio mercari?

ADIGO adigis, adegi, adactum, adigere, Concitare, Compellere, Eſmouuoir, Inciter, contraindre. Terent. in Adelphis, 1.2.31, Prò Iupiter tu homo adiges me ad inſaniam. Tu me feras deuenir fol. Idem in Eunucho, 2.1.13, Aut mox noctu te adigent horſum inſomnia. Incontinent tes ſonges te rachaſſeront deca.

Adigebantur in verba in quæ paulò antè ipſe iurauerat princeps: Ils eſtoient contrains de faire le ſerment, lequel vng peu deuant on auoit faict faire au prince. Ou, on les faiſoit iurer es parolles quæ le ſeigneur auoit peu auãt iurer. Plin. in Paneg. 129. Tacit. in XVII, Imminere Narbonenſi prouinciæ verba Vitellii adactæ.

Iureiurando adegit neminem Romæ regnare paſſuros: Il leur feit faire le ſerment. Liuius libro primo. Idem lib. 7, Adigere ſacramento dixit, Dictator cum tumultus Gallici cauſſa iuſtitium edixiſſet omnes iuniores ſacramento adegit.

Adigere oues? Chaſſer les montons? Plaut. in Bacchid. 23.3. Quid hoc eſt negotii? nam ámabo quis has huc oues adegit?

Cuneum adige inter lignũ, cum findere velis. Enfonce, ou fiche a force le coing entre le bois. Columella.

ADIICIO adiicis, adieci, adiectum, adiicere, Adiungere, Mettre auec. Plin. in Paneg. 122, An ſi poſſes in fine votorum adieciſſes, vt ita precibus tuis dii annuerent, ſi iudiciũ noſtrum mereri perſeueraſſes?

Venus mihi hæc bona dat, cum hos huc adiicit lucrifugas: Quant elle enuoie icy ces gaudiſſeurs. Plaut. in Pſeud. 20.26.

Adiicere calculum album alterius errori, Approuuer lerreur daucun. Plin. epiſt. 2.b, Si modo tu fortaſſe errori noſtro album calculum adieceris.

Adiicere animũ ad virginem, Mettre ſon cueur en vne vierge. Terent. in Eunucho, 1.2.63, Velle ſe illam mihi dare: verùm id vereri. ſed ego quantum ſuſpicor, ad virginem animum adiecit. Plaut. in Merc. 6.62, Sed præcauto opus eſt, ne ad illam me animum adieciſſe aliquà ſentiat. Idem in Milite, 12.35, Quaſi militi animum adieceris, ſimulare ſic futurum, quaſique hæc res per me interpretem, & tuam ancillam curetur.

Adiicere oculos in aliquem, Ietter ſa veue ſur aucun. Plaut. in Aſin. 13.24, Apud forum ne quem oculos adiiciat ſuos. Id eſt, ne in aliquem.

Adiicere oculũ vel oculos, Eſt cupiditate rei viſæ teneri. Cic. pro L. Agraria, An vos aliter exiſtimabitis, cum ad omnia veſtra pauci homines cupiditatis adieciſſent, non eos imprimis id acturos.

Adiicere oculũ hæreditati. Cic. in Verrem, Partim planè videbant adiectum eſſe oculum hæreditati. Ils veoyent quil auoit marchande a vſurper lheritage.

Adiicere authoritatem alicui rei, & pulchritudinem: Donner authorite a quelque choſe, & beaute, ou lembellir. Plin. epiſ. 20.b, Quinetiam voluminibus ipſis authoritatem quandam & pulchritudinem adiicit magnitudo.

Adiitiales cœnæ, Gros banquets des preſtres du temps paſſe. Varro de re ruſtica, Primus, Hortenſius pauones augurali adiiciali cœna poſuiſſe dicitur. Plin. lib. 29. cap. 4, Adiicialibus quidem epulis catulinam celebrem fuiſſe Plauti fabulæ ſunt indicio.

ADIMO adimis, ademi, ademptum, adimere, Quaſi diminuere, & auferre. Terent. in And. 4.2.14, Hanc mihi expetiui, contigit. conueniunt mores. valeant qui inter nos diſſidium volunt. Hanc, niſi mors mihi adimet nemo. Perſonne ne me loſtera. Plautus in Milite, 22.5, Quin iãdudum geſtit mœcho hoc abdomen adimere, Il a fain & deſir de eſſimer le ribault.

Adimit ægritudinem dies. Terentius in Heaut. 3.1.13, Aut illud falſum eſt, quod vulgo audio dici: diem adimere ægritudinẽ hominibus. Que le temps oſte lennuy aux gens. Ou, que par ſucceſſion de temps lennuy ſe paſſe.

Adimere animam, Tuer, faire mourir. Plautus in Milite, 11.136, At qui improbi & ſceleſti, iis adimerent animam citó. Idem in Trinũmo, 14.80, Adimit animam mihi ægritudo. Ennuy me faict mourir.

Adimere cauſſam quamobrem. Terent. in Hecyra, 4.4.58, Nunc poſtquam ademptam quoque hanc tibi cauſſam vides. &c. Idem in And. 5.1.18, Vbi ea cauſſa quamobrem hæc faciunt, erit adempta his: deſinent.

Adimere curam alicui. Terent. in Phorm. 5.7.3, Summa eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes, & Phædriæ curam adimere argentariam. Le ietter hors du ſouci quil ha dauoir argent. Idem in Hecyra, 5.3.19, Quot commodas res attuli! quot autem ademi curas!

Adimere conſuetudinem. Terent. in Phor. 1.3.9, Dum expecto quàm mox veniat, qui adimat hanc mihi conſuetudinem. Qui moſte ceſte familiarite & conuerſation.

Adimat diem nox. Plautus in Capt. 7.58, Si ego item memorem quæ me erga multa feciſti bene, nox diem adimat. Le iour ne ſeroit point aſſes grand a raconter les biens que tu mas faict.

Adimere formam alicui, Le deffigurer. Plaut. in Amphit. 16.33, Prò ſumme Iupiter vbi hodie mihi formam adimis, pergò quærere.

Adimere gladium alicui. Plaut. in Caſ. 15.55.

Adimere ius. Plin. de viris illuſt. 34, Appius Claudius Cæcus in Cenſura libertinos quoque in ſenatũ legit: epulandi, decantandique ius tibicinibus in publico ademit. Il interdit de ne plus chanter par les rues.

Adimere metum. Terent. in And. 2.2.2, Sed vbi inueniam Pamphilum, vt metũ in quo nũc eſt, adimam, atque expleam animum gaudio? Que ie luy oſte ceſte crainte ou il eſt.

Adimere nomen alicui. Plaut. in Epid. 5.51, Cani quoque ademptum eſt nomen. E. quî? P. vocant Laconium.

Adimere ſoccos pedibus, Tirer les botines des pieds. Plautus in Epid. 13.21, Di immortales ſoccos iuſſi adimere pedibus.

Adimere ſpolia: Deſpouiller, Prẽdre la deſpouille. Plaut. in Amphit. 16.46, Regem mactaui Pterelam, ſpolia ademi, & pateram.

Adimere ſuum alteri: Oſter aux autres le leur. Plaut. in Trinũ. 6.34, Ne noctu irem obambulatum, neu ſuum adimerem alteri.

ADINEO adinis, adiniui, adinitum, adinire, Intus vel iuxta mittere. Columella libro tertio, Quum ferula fuerit enata, eam findito, & in medullam eius nucem græcam vel auellanã abſcondito, & ita adinito. hoc ante Calendas Martias facito.

ADINVENIO adinuenis, adinueni, adinuentum, adinuenire, Cõtrouuer & inuẽter quelque choſe apres y auoir bien penſé & fantaſié.

Adinuentum adinuenti, Inuention. Plautus in Curcul. 4.35, Iam huic voluptati hoc adinuentum odium eſt.

ADIPISCOR adipiſceris, adeptꝰ ſum, adipiſci, Attaindre la choſe deſyree, acquerir, obtenir. Terent. in Phorm. 2.3.65, An, ne hoc quidem adipiſcar ego, quod ius pubicum eſt? Ne obtiendray ie point meſmement ce que eſt a chaſcun loiſible, ce que les loix permettent?

Adipiſci cibum æternum, Auoir ſa vie a iamais. Plau. in Capt. 13.13, Speróque me ob hunc nuntium æternum adepturum cibum.

Adipiſci diuitias. Plaut. in Epid. 10.14, Nempe quem in adoleſcentia memorant apud reges armis arte duellica, diuitias magnas ſibi adeptũ. Que on dict quil a acquis grandes richeſſes par combat, pour auoir ſceu combatre homme a homme.

Adipiſci laudem, gloriam, &c. Plaut. in Sticho, 5.8, Nunc poteſtas tibi adipiſcẽdi eſt gloriã, laudem, decus.

Adipiſci iudicium. Terent. in Phorm. 2.3.59, Quandoquidem ſolus regnas, & ſoli licet, hic de eadem cauſſa bis iudicium adipiſcier. Obtenir deux ſentences.

Adipiſci nuptias. Terent. in And. 2.1.34, Nuptias effugere ego iſtas malo, quàm tu adipiſcier. Iay plus denuie de me deffaire de ce mariage, que tu nas de y paruenir.

Adipiſci ſenectutem: Paruenir a vieilleſſe. Cic. de Senect. 4, Quo in genere in primis eſt senectus: quam vt adipiſcantur, omnes optant: eandem accuſant adeptam.

Adipiſci ſapientiam. Plaut. in Trinummo, 6.85, Non ætate, verum ingenio adipiſcitur ſapientia. Sageſſe ſacquiert par entendement.

Adipiſci vitam deorum. Terent. in Heaut. 4.3.15, Deorum vitam adepti ſumus.

Adipiſci aliquem, Lacconſuyuir, ou rattaindre. Plaut. in Epid. 2. 13, Di immortales te infœlicitẽt, vt tu is gradibus grandibus. nam vt apud portum te conſpexi, curriculo occœpi ſequi, vix adipiſcendi poteſtas modo fuit. A grand peine tay ie peu rattaindre. Cic. Nã medio itinere eum adeptus, amplexus ſum.

A D I V D I C O adiudicas, adiudicare, Adiuger, attribuer par ſentence.

Adiudicato cum vtro hanc noctem ſies: Donne ta ſentence auec lequel tu coucheras ceſte nuyt. Plaut. in Menæh. 5. 6.

A D I V G O adiugas, adiugare, Cõiungere, ad aliquid iungere. Accoupler, aſſembler, ioindre. Plaut. Mater eſt terra, ea parit corpus: mater anima adiugat voluntatem.

A D I V N G O adiungis, adiunxi, adiunctum, adiungere, Adioindre.

Adiungas huc animum, Mets, ou appliques icy ton cueur. Terent. in Hecyra, 4. 4. 61, Aliquando tandem huc animum vt adiungas tuum.

Adiungere animum ad aliquod ſtudium, Appliquer ſon entendemẽt a quelque eſtude. Terent. in And. 1. 1. 29, Quod plerique omnes faciunt adoleſcẽtuli, vt animum ad aliquod ſtudium adiungãt, aut equos alere, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos. Sappliquent a ſuyure les philoſophes.

Adiungere ſibi ſociũ ad malã rem: Prendre vng compaignon pour mal faire. Plaut. in Aſin. 7. 22, Hic homo ſocium ad malam rem quærit, quem adiungat ſibi.

Adiungere ſibi imperium amicitia, Gaigner la maiſtriſe par amitie. Terent. in And. 1. 1. 43, Et errat longè, mea quidem ſententia, qui imperiũ credat grauius eſſe, aut ſtabilius vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.

Adiungere aliquem ſibi beneficio, Attirer a ſoy aucun par luy bien faire, le gaigner. Terẽt. in Adelph. 1. 1. 47, Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit, ſtudet par referre.

Adiungere ſe propinquitate ad probos, Se ioindre & tirer pres des bons. Plaut. in Aulul. 7. 59, Quàm ad probos propinquitate proximè te adiunxeris, tam optumũ eſt. Cæſar ſe ad neminem adiunxit. Cic. in Philipp.

A D I V R G I V M adiurgii, n. g. Noiſe, Debat, diſſention. Plaut. in Menæh. 17. 15, Nec pol filia vnquam accerſit patrem ad ſe, niſi quid commiſſi iurgii eſt cauſſa.

A D I V R O adiuras, adiurare, Faire ſerment. Pro eo quod eſt, iuſiurandum exigere, exemplum nullum inueni apud authorem duntaxat idoneum.

Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deſerturũ. Ie te iure. Terent. in And. 4. 2. 11.

Sanctè adiurat, non poſſe apud vos Pamphilo ſe abſente perdurare. Terent. in Hecyra, 2. 2. 26.

Adiurauit, ſi cuiuſquam nuptum ſuarum competeret ætas, oblaturum ſe fuiſſe eam. Cicero.

Adiurati, Allies & ioincts enſemble par ſerment.

Adiuratiſſimi authores. Plin. in prolog. Scito enim conferentem me authores deprehendiſſe ab adiuratiſſimis & proximis veteres tranſcriptos ad verbũ, neque nominatos, nõ illa Virgiliana virtute vt certarent, non Ciceroniana ſimplicitate, qui in libris de rep. Platonis ſe comitem profitetur.

A D I V V O adiuuas, adiuui, adiutum, adiuuare, Aider. Plaut. in Pœnulo, 14. 61, Tu autem, ſi quid tu adiuuas, eo facilius facere poteſt. Si tu luy fais quelque aide. Ibidẽ, 2. 128, Quod reſtat, alii iam vobis facient palám: valete atque adiuuate, vt vos ſeruet ſalus. Terent. in Phor. 3. 3. 4, Itáne hunc patiemur Geta fieri miſerrimum, qui me dudum, vt dixti, adiuuerit comiter? Ibidem, 1. 4. 27, Fortes fortuna adiuuat.

Adiuuare auxilio. Plaut. in Rudente, 6. 30, Aut aliquo auxilio vt adiuuet. Quil baille quelque aide.

Adiuuare conſilio. Terent. in Heaut. 5. 2. 29, Irrides in re tanta, neque me quicquam conſilio adiuuas?

Adiuuare in rebus omnibus. Plaut. in Amphit. 3. 3. Terent. in And. 3. 3. 11, Cuius tibi poteſtas ſumma ſeruandi datur, vt me adiuues in hac re.

Adiuuare factis. Plaut. in Caſina, 6. 7, Sed nihil eſt cupere me factum, niſi tu factis adiuuas. Si tu ny mes la main. ſi tu ny aides.

Adiuuare opera. Terent. in Phor. 5. 3. 3, Pariter nunc opera me adiuues, ac dudum re opitulata es. Aide moy maintenant de ta peine, comme tu as parauant faict de ton bien.

Adiuuare facultates alicuius, Augmenter les biens daucun. Plin. epiſt. 159. c, Fideliſſimique

cuſtodis principalium opum facultates adiuuare contigiſſet.

Adiuuare hæredem. Terent.in Hecyra,3.5.10, Qui ſic ſunt,haud multum hæredem adiuuant. Telles gens nenrichiſſent gueres leur heritier.

Adiuuare inſaniam alterius. Plaut. in Amphit.8.164, Hei mihi, iam tu quoque huius adiuuas inſaniam. Tu luy augmente ou entretiens ſa folie.

Adiuuare voluntatem alterius, Aider aucun a exploicter ſa volunte. Cic.de Amicitia,54, Vt etiam ſi qua fortuna acciderit, vt minus iuſtè amicorum voluntates adiuuãdæ ſint, in quibus eorum, aut de capite agatur, aut fama.

Perge facere ita, vt facis, & id ſpero adiuturos deos. Terent.in And.3.2.41.

Adiutor adiutoris, m.g. Aíde.

Adiutor ad hanc rem. Terẽt.in Phor.3.3.28, Sed opus eſt mihi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.

Adiutores ad iniuriam. Cic.de Amicitia,33, Vt aut libidinis miniſtri, aut adiutores eſſent ad iniuriam.

Adiutor in pſaltria emunda. Terent. in Adelphis,5.9.10, Poſtremo, hodie in pſaltria iſta emunda hic adiutor fuit.

Adiutor iracundiæ. Terent.in Adelphis,1.2.66, Verùm ſi augeam, aut etiã adiutor ſim eius iracundiæ, inſaniam profecto cum illo.

Adiutrix adiutricis, f.g. Terent.in Heaut.5.2.39, Matres omnes filiis in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria ſolent eſſe. Idem in Hecyra, Adiutrix noſtræ induſtriæ.

Adiumentum adiumenti, n.g. Aíde. Cic.de Amicitia,42, Quem locũ breuiter perſtrinxi paulò antè, præſidii, adiumentique cauſſa, non beneuolentiæ, neque charitatis amicitias eſſe expetandas.

Adiumentum ad pulchritudinem. Terent.in Phor.1.2.55, Et quo magis diceres, nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem.

Adiutorium adiutorii, n.g. Aíde. Aſinius Pollio, authore Suetonio de claris grãmat.10, Adiutorium fecit in eam rem.

Adiuto adiutas, adiutare, Frequentatiuum, Fort aider, Donner grande aíde. Terent.in Heaut. 3.2.35, At te adiutare oportet adoleſcentuli cauſſa. Idem in And.1.3.4, Nec quid agam certum eſt: Pamphilúmne adiutem, an auſcultem ſeni.

Id ámabo adiuta me, quò id fiat facilius. Terent.in Eunucho,1.2.70.

Adiutare funus: Aider a faire les funerailles. Terẽt.in Phor.1.2.99, Neque cognatus, extra vnam aniculam quiſquam aderat, qui adiutaret funus.

Adiutare onus. Terent.in Hecyra,3.2.24, Tu pueris curre Parmeno obuiam, atque his onera adiuta. Aides les a porter leurs charges.

APPROBVS, approba, approbum, Fort bon. Gellius, Et in versu est Cæcilij poetæ Comici, Herocles hospes, est mihi adolescens approbus.

APPROBO approbas, approbare, Appouuer. Plaut. Hæc vt me vultis approbare, adniti lucrum vt perenne vobis suppetat. Idem, Verum si vultis applaudere, atque approbare hunc gregem & fabulam, in crastinum vos vocabo. Terent. Non sat tuum te officium fecisse, si non id fama approbat?

Approbare, Prouuer et mõstrer estre vray, & faire que on approuue quelque chose. Tacitus, Quã to laudabilius periturus dum amplectitur remp. dum maioribus, dum posteris, si vita præriperetur, mortem approbaret? Valerius Max. Lex tantum meos tibi præfiniuit oculos, quibus formam tuam approbares.

APPROPINQVO appropinquas, appropinquare, Approcher. Suet. Iámque equites appropinquabant, quibus præceptum erat, vt viuum eum attraherent.

Appropinquare, Estre prochain, approcher. Suet. Cõsulenti quoque de genitura, Suilla mathematicus certissimã necẽ appropinquare affirmauit. Idem, Quare in breui spatio tantũ amoris fauorisque collegit, vt cum profectum eũ Hostiam perijsse, ex insidijs nũtiatum esset, magna cõsternatione populum & militem quasi proditorem, & senatum quasi parricidam diris execrationibus incessere non antè destiterit, quàm vnus atque alter, & mox plures à magistratibus in rostra producti, saluum & appropinquare confirmarent.

Appropinquatio, appropinquationis, Approche. Cic. Quarta restat causa, quæ maxime angere, atque solicitam habere nostram ætatem videtur, appropinquatio mortis.

APPROPERO approperas, approperare, Se haster dappocher. Plau. Curate istuc, atque apropere vos, ne mihi moræ sit quicquam. Idem, Ne subito metus exoriatur scapulis, stultitiã abde, gradum appropera: iamdudum seculũ est quum abisti domo. Idem, At trepidate saltem: nam vos approperare haud postulo. Idem, Nam si quid sceleste fecit, lingua pro illo pierat. L. approperabo: ne post tempus, prædæ præsidium parem. Idem, Intrò abi, appropera. Idem, Enim iam magis, iam appropero magis, iam lubet in Casinam irruere. Terent. Postquam ante ostium me audiuit stare, approperat. Cic. Cum hic insidiator qui iter illud ad eædem faciendam approperasset.

APRICVS, aprici, m. g. Vng lieu expose au soleil, ou le soleil est tout le iour. Varro, Aprica sit terra vbi seras violam, & hortos facias, quòd ea sole nutricantur.

Apricus homo, Qui sesiouyt destre au soleil. Et aprica auis. Virg. Et apricis statio gratissima mergis.

Apricor, apricaris, apricari, Estre au soleil, prendre la chaleur du soleil. Varro, Licet videre multos quotidie in hyeme in sole apricari. Plin. Apricantur aliæ scalpentes sese.

Apricatio aprications, f. g. Cic. Vbi enim potest illa ætas æque calescere, aut apricatione melius, aut igni, aut vicissim vmbris aquisque refrigerari salubrius?

APRVNVS apruna aprunum, vel aprugnus a. um. denominatiuũ ab apro. Plau. Quæ dixi vt nũtiares, satin' ea tenes? s. magis calleo, quàm aprugnum callum callet. Idem, Iam tenes præcepta in corde? c. pulchre. M. Vide sis calleas. c. quid opus est verbis? callum aprunum calle re æque non sinam. Festiue ità respõdet, ludens homonymia huius dictionis calleo, quæ & scire, & callosum esse significat.

APSIS apsidis, f. g. Le tour dune roue.

APTVS, apta, aptum, Qui est propre & conuenant a quelque chose, sortable, & bien ioincte a icelle sans difformite. Festus Pompeius. Persius, Non ego cum scribo, si forte quid aptius exit. Cic. Catonem induxi senem disputantem: quia nulla videbatur aptior persona, quæ de illa ætate loqueretur.

Aptus ad consilia. Cic. Itaque natura sumus apti ad totius consilia ciuitatis.

Aptus verbis. Cic. Ita porrò verbis est aptus, & pressus, vt nescias vtrum res oratione, an verba sententijs illustrentur.

Apta compositio membrorum. Cic. Vt enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos & delectat.

Aptus, Lie & ioinct ensemble. Varro, Vbi lucus opacus teneris fruticibus aptus. Cic. Quis enim hominum hunc dixerit, qui cum tam certos cæli motus, tam statos astrorum ordines, támque inter se omnia annexa & apta viderit, neget ijs vllam inesse rationem? Idem, Fulgentem gladium è lacunari, seta equi aptum demitti iussit. Idem, Quòd si concedatur

nihil poſſe euenire niſi cauſſa antecedente, quid proficient ſi non ea cauſſa æternis cauſſis apta ducatur? Idem, Atque his tribus generibus honeſtorum notatis, quartum ſequitur aptum ex illis tribus. Idem, Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qui eſt totus aptus ex ſeſe, quique in ſe vno ſua ponit omnia.

Apto, aptas, aptare, Ioindre proprement quelque choſe a vne autre, & luy approprier, appareiller quelque choſe. Virg. Interea claſſem velis aptare iubebat Anchiſes. Idem, Proiecto dum pede leuo aptat ſe pugnæ. Cic. Cuius denique fortunæ, ſtudia tam laudi & gratulationi tuæ ſe non aptarint?

A P V D præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruiens.

Apud aliquem, ches, ou en la maiſon, ou auec aucun. Plaut. Herilis noſter filius apud veſtram perit, Le fils de noſtre maiſtre ſe pert ches voſtre maiſtreſſe. Terent. Erat ei de ratiuncula iampridē apud me reliquum pauxillulū nummorum, Ches moy, auec moy, entre mes mains. Idem, Vt ſemper tibi apud me iuſta & clemēs fuerit ſeruitus ſcis. Auec moy. Plaut. Nō diu apud hunc ſeruies, Tu ne luy ſeruiras point long temps. Idem, Apud fratrē cœno in proximo. Ches mon frere. Terent. Apud Glycerium eſt nunc. Idem, Apud nos hic mane, Demeure icy auec nous.

Apud me domi. Ches moy en ma maiſon. Terent. Vbinam eſt quæſo? c. Apud me domi. Idem, Iamdudum domi præſtò apud me eſſe aiunt. Idem, Apud Antiphonem vterque mater & pater quaſi dedita opera domi erant.

Apud te, Enuers toy, pardeuers toy. Plau. Immò hoſpes magis quum periculum facies, magis noſces meam comitatem merito te amantem. P. quid opus nota noſcere? P E. Quum apud te exemplum experiendi habeas, non eges foris, Puis que tu le peulx eſprouuer, ou experimēter enuers toy. Terent. Eadémque vt eſſet apud te ob hoc quàm gratiſſima, Quel te fuſt agreable. Idem, Aut quia ſum apud te primus, Ie ſuis ton principal mignon. Idem, Ait ſe iri præpoſitum tibi apud me, Il dit que ie le præfere a toy. Idem, Hæream in parte aliqua tandem apud Thaidem. Idem, Apud me priores partes habet. Idem, Facio te apud illum, deum, Ie fais quil teſtime comme dieu. Plaut. Iam hercle apud omnes magiſtratus faxo erit nomen tuum, Ie te accuſeray par deuers tous les magiſtrats. Terent. Per eam te obſecramus ambæ, ſi ius, ſi fas eſt, vti aduerſa eius per te tecta, tacitáque apud omnes ſint, Par deuers tous, Que perſonne ne ſache rien de partoy de ſon inconuenient.

Apud aliquē mentiri, Mentir a aucun. Plau. Cur ego apud te mentiar? amo immodeſte, Pourquoy te mentiroy ie? Idem, Non habeo vllam occaſionem vt apud te falſa fabuler, Ie nay aucune cauſe de te dire choſe faulſe. Idem, Amphitruo, miſerrima iſtæc miſeria eſt ſeruo bono, apud herum qui vera loquitur, ſi id vi verum vincitur. Qui luy dit verite.

Apud nos eſt imperium tuum. Plaut. Abi cito, adorna te. P L. nunquid aliud? P A. hæc vt memineris. P L. abeo. P A. Et vos intrò abite actûtum: nam illum huc ſat ſcio iam iam exiturū eſſe intus. A. apud nos imperium tuum eſt. P A. agite, abſcedite ergo, Nous auons memoire de ce que tu nous as commande.

Apud animum meum, En moymeſme. Salluſt. Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo, malum facinus in ſe admittere, qui incommodo reip. gratiam ſibi conciliet.

Apud pro In poſitum. apud forum, Au marche. Plaut. Poſtquam obſonauit herus, & conduxit coquos, tibicinásque haſce, apud forum edixit mihi, vt diſpartirem obſonium hic bifariam.

Apud has ædes. Plaut. Quod apud haſce ædes negotium eſt tibi? Quas tu affaire en ceſte maiſon? Idem, Quò properas? A. Bene vale, apud horcum te videbo. Terent. Si apud forum eſt, conueniam. Idem, Noſtin' porticum apud macellum hanc deorſum? Idem, Apud ipſum lacum eſt piſtrilla. Cic. Cœnam iſti dabat apud villam in Tyndaritano.

Apud aliquem euomere virus ſuum, En la preſence daucū deſcharger ſon cueur, tout ce quon ha ſus le cueur. Cic. Quinetiā ſi quis aſperitate ea eſt & immanitate naturæ, vt congreſſus & ſocietatē hominū fugiat atque oderit, qualē fuiſſe Athenis Timonē neſcio quem accepimus: tamē is ille pati non poſſit vt non acquirat aliquem, apud quē euomat virus acerbitatis ſuæ.

Apud maiores noſtros, Ou temps de nos peres. Cic. Scimus L. Attilium apud patres noſtros appellatum eſſe ſapientem.

Apud ſe eſſe, Ches ſoy, en ſa maiſon. Cic. Marcus verò Scaurus, quem non longe ruri apud ſe eſſe audio.

Apud ſe non eſſe, Neſtre point ches ſoy per metaphoram, quant lhomme eſt ſi trouble quil ne ſcet ou il eſt. Plau. Perij: ſed ſúmne ego apud me? P Y. ne timeas voluptas mea. P A. quid iſtuc

eſt negotij? PY. animus hãc modo reliquerat. Terẽt. Vix ſum apud me, ita animus cõmotus eſt metu, ſpe, gaudio, mirãdo hoc tãto, tã repentino bono. A grãd peine ſuis ie a moymeſme. Idem, Præ iracũdia Menedeme nõ ſum apud me. Ie ne ſcay que ie fais, tant ſuis courrouce.

Apud te ſis. Terent. Venit meditatus alicunde: ex ſolo loco orationem ſperat inueniſſe ſe, qua differat te: proin tu face apud te yt ſies. Penſe a toy, Garde que tu ne te troubles.

Apud ignẽ, Aupres du feu. Siſenna, Dũ priſtinũ vinum apud ignẽ per ſudorẽ corpore exhauſerunt. Cic. Cuius forũ mirari ſolitus Cato, apud quẽ ille ſedens Samnitum quondam hoſtium tũ iã clientiũ ſuorũ munera repudiauerat. Idem, Cũ etiã, tũ in lecto Craſſus eſſet, & apud eũ Sulpitius ſederet. Salluſt. Cæterũ apud aquã Syllã cũ equitibus nocte agitari iubet.

A Q

AQVA aquæ, f.g. Eaue. Plaut. Nã ego hominẽ homini ſimiliorẽ nunquã vidi alterũ, nec aqua aquæ, nec lacte lacti, crede mihi vſquã ſimilius. Terent. Congrum iſtũ in aqua ſinito ludere.

Aquula, aquulæ, diminutiuum. Plaut. Suffundã aquulam. P. Vidén' vt anus medicinã facit? ea merum quũ didiſcit bibere, foribus dat aquam quam bibant. Cic. Quæ mihi videtur non tã ipſa aquula, quæ deſcribitur, quàm Platonis oratione creuiſſe. Idem, Vbi non ſecluſa aquula teneatur, ſed vnde vniuerſum flumen erumpat.

Aquarius, aquaria, aquarium, Ce qui appartient a eaue, vt cos aquaria, vne queue a eaue, ſur laquelle on iette de leaue en affillant, ou aguiſant. Plin. Quippe cum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ differant: oleo delicatior ei fiat acies.

Res aquaria. Gellius, Re aquaria defectos.

Aquarius ſulcus, Rayon faict au trauers dune terre pour ſen eſcouller leaue. Columella, Crebróſque ſulcos aquarios, quos & nonnulli elices vocant.

Aquaticus, aquatica, aquaticum, Choſe qui vit en leaue. Plin. Terreſtres & aquatici piſces.

Aqualis huius aqualis, f.g. Vng pot a eaue, eſguiere. Plaut. Datíſne iſti ſellam, vbi aſſidat cito, & aqualem cum aqua? Idem, Ibi erat bilibris aqualis hic propter cados: eáque ſæpe decies complebatur die: eam plenam atque inanem fieri, plenam à ſummo &c.

Aqualicus, aqualici, La penſe, la partie du ventre ou eſt la graiſſe. Apicius, Reple aqualicum ſi quod laxamentum habet, ne diſſiliat in coctura. Farcis luy le ventre.

Aqualiculus, diminutiuum ab aqualicus. Perſius, Nugaris, quum tibi Calue Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet.

Aquilex aquilegis, m.g. Fõtenier, qui cerche les ſources des fontaines, & les cõduit par tuiaux en quelque lieu. Varro, At hoc pacto vtilior te Thuſcus aquilex. Plin. Silueſtris vbi naſcitur, ſubeſſe aquas credunt, & hoc habent ſignum aquileges. Plin. in epiſt. In primis neceſſarium eſt, mitti à te vel aquilegem, vel architectum.

Aquilegium aquilegij, Aſſemblee ou amas deaue en facon de ciſternes. Plaut. Si pluet, aquilegio me iuuabo.

Aquariolum vel aquarium, Vng eſuier par lequel eaues ſeſcoullent.

Aquor aquaris, Aller a leaue, prendre de leaue. Curtius, Cum miles aquatum profectus eſſet. Virg. Sub mœnibus vrbis Aquantur.

Aquoſus, aquoſa, aquoſum, Qui ha abundãce deaue, vt hyems aquoſa, Iuer pluuieux. Columella, Locis frigidis, & autumni temporibus aquoſis præcoques ſerito.

Aquainterc⁹, aquæintercutis, f.g. Hydropiſie, maladie deaue entre cuyr & chair. Cic. Si quis me dicamẽtũ cuipiã dederit ad aquãintercutẽ. Plin. hũc morbũ aquæ ſubter cutẽ fuſæ nominat.

Aquil⁹ color, Couleur obſcure, entre noir & blanc. P. Sed earũ nutrix qua ſit facie mihi expedi. M. Statura haud magna, corpore aquilo. Suet. Colorẽ inter aquilũ cãdidúmq;, ſtaturã breuẽ, quã tamẽ Iulius Maratus libertus etiã in memoria eius quinque pedũ & dodrãtis fuiſſe tradit.

AQVILA, aquilæ, f.g. Vne aigle. Ter. Viſa verò eſt, quod dici ſolet, aquilæ ſenectus.

Aquilinus, aquilina, aquilinum, Appartenant, ou reſemblãt a vne aigle. Plaut. An tu inuenire poſtules quenquam coquum, niſi ſit miluinis, aut aquilinis vngulis?

AQVILO aquilonis, Le vent de biſe.

A R

ARA araæ, f.g. Autel. Terent. Ex ara hinc ſume verbenas.

ARANEA araneæ, f.g. & araneus aranei, m.g. Araignee. Virg. Laxos in foribus ſuſpendit aranea caſſes. Ouidius, Stamen & antiquas exercet aranea telas. Plautus, Sticho, Vt operam omnem araneorum tergam, & texturam improbam, deijciámque eorum telas. Idem, Aſinaria, Iuſſín' columnis deijci operas araneorum? In his duobus Plauti locis, etiã fœminino ge-

nere in quibuſdam exemplaribus legitur.

Araneolus, diminutiuũ ab araneus. Virg. de Culice, Atq; vt araneoli tenuẽ formauimus orſum.

ARATRVM aratri, n. g. Vne charrue.

ARBITER arbitri, m. g. Arbitre, iuge prins du conſentement de parties pour iuger ſelon ſa conſcience. Plaut. Tu iſtunc hodie non feres, niſi das ſequeſtrũ aut arbitrũ, cuius hæc res arbitratu fiat. Tu ne lemporteras point ſi ce neſt par ſentence darbitre. Terent. Symus & Crito vicini noſtri hic ambigunt de finibus: me cepere arbitrũ. Pource quils ont differant des lornes de leurs terres: ils mont prins pour arbitre. Plaut. Itaque æqui & iuſti hic eritis omnes arbitri. Idem, Ibo domum ego tecum bellator, arbitrum æquum ceperim. Idem, Hic quidem pol certe nihil ages ſine me arbitro. Terent. Adelph. poſtremo, aut deſine: aut cedo quemuis arbitrum. Ou confeſſe que tu as tort, ou bien nomme pour arbitre qui tu vouldras.

Sine arbitris loqui. Parler ſans teſmoings, ſans eſcoutes. Plaut. Vnum exorare vos ſinito nos. L. id quidnã eſt? C. vt ſine hiſce arbitris, atque vobis, nobis detis loquendi locum. Que vous nous laiſſes parler enſemble ſeulets. Idem, Cauto eſt opus, vt ſobrie, ſinéque arbitris accurate hoc agatur. Il fault ſe dõner garde que perſonne ne nous voye faire cecy. Idem, In latebras abſcondas pectore penitiſſimo tuam ſtultitiam, ſola facite vt ſcias ſine arbitris. Que perſonne ne le ſache que toy.

Arbitris omnibus procul amotis, ibi orationem habuit. Apres quil eut dechaſſe tous ceulx qui euſſent peu rapporter quelque choſe. Salluſt. Catil.

Per deos fœderũ arbitros & teſtes. Qui ſont preſens es traictemẽs de paix, & teſmoings. Liuius.

Arbiter initiationis, Parain & maraine es fons de bapteſme.

Arbitrium arbitrij, n. g. La ſentence de larbitre, arbitrage. Terent. Heaut. Arbitrium veſtrum, veſtra exiſtimatio valebit. Cic. Ad arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum quantum poſtulauimus conſequamur.

Arbitrarius, arbitraria, arbitrariũ, Choſe qui neſt point tenue pour certaine, de laquelle on nen ha autre ſcience, ſinon quon la penſe telle. P. Hoc quidẽ profecto certũ eſt, nõ eſt arbitrarium, Nunc pol ego perij certo, haud arbitrariò, Ie ſuis perdu, ceſt vne choſe toute aſſeuree.

Arbitratus arbitratus arbitratui, m. g. Aduis, opinion, ſentence. Plaut. Ni quatriduo abalienauit quo ex te argẽtum acceperit, tuus arbitratus ſit, comburas ſi velis. Si dedãs quatre iours apres quelle aura receu argent de toy, elle ne la vent, fais comme il te ſemblera de la paincture. Idem, Dedúntque ſe diuina, humanáque omnia, vrbem & liberos in ditionem, atque in arbitratũ cuncti Thebano populo. Ils ſe rendent aux Thebains a leur voulente, pour en faire comme bon leur ſemblera.

Verba facimus, it dies, videſis cuius arbitratu rem nos facere vis? G. Viduli arbitratu? Regarde, a qui ten rapporte tu de ceſt affaire? P.

Arbitratu tuo iuſiurandum dabo, me meam pudicam eſſe vxorem arbitrarier. Ie feray tel ſerment que tu auras aduiſe. P. Age age, manſero tuo arbitratu, vel adeò vſque dum peris, Or ſus ie demoureray puis quil te plaiſt, voire iuſques a ce que tu ſeras du tout peri. P.

Arbitratu meo. Plaut. Tandem ſola ſum: nunc quidem meo arbitratu loquar libere quæ volã, & quæ lubebit huichomini amanti, Ie diray ce que bon me ſemblera, ce quil me plaira. Cic. Cuius diſputationis ſentẽtias memoriæ mandaui, quas in hoc libro expoſui meo arbitratu. Comme il ma ſemble, ſelon mon aduis, cõme ie penſoie quil eſtoit de faire.

Arbitror arbitraris. arbitrari, Penſer, eſtimer. Plaut. Mane, arbitratu tuo iuſiurandum dabo, me meã pudicã eſſe vxorẽ arbitrari. Cic. Credo hæc eadem Indutiomarũ in teſtimonio timuiſſe, aut cogitaſſe: qui primum illud verbũ conſideratiſſimũ noſtræ conſuetudinis, arbitror, quo nos etiam tũc vtimur, cum ea dicimus iurati, quæ cõperta habemus, quæ ipſi vidimus, ex toto teſtimonio ſuo ſuſtulit, atque omnia ſe ſcire dixit. Plaut. Næ tu me ædepol arbitrare beluam, qui quidem non nouiſſe poſſim quicum ætatẽ exegerim. Idem, Si me arbitrabere iſto pacto vt prædicas, cur conducebas? Si tu auois ceſte fantaiſie de moy que ie fuſſe tel.

Loqueris nunc nugas ſciens. P. Si pergis parum mihi fidem arbitrarier, tollã ego te in collum, atque intrò hinc auferã. Si tu perſeuere de iuger que ie ne ſoie creable, ou digne de foy. P.

Cedo manus igitur tu. E. morantur nihil, atque arcte colliga. P. nihil eas verò obnoxias. E. facto opere in me arbitrare nũc. Apres que ceſt tout faict, bailles ſentence contre moy telle que tu veulx maintenant. P.

Te arbitrari id quod res eſt velim. Ie vouldroye que tu penſaſſes la choſe comme elle va. T.

Arbitrari, Congnoiſtre, ouyr, & entẽdre. Plaut. Nũc ſine omni ſuſpicione in ara hic aſſidã ſa-

cra:hinc ego huc & illuc potero, quid agant, arbitrarier. Dici ie pourray de couſte & dautre eſpier, & ouyr queſt ce quils font. Idem, Secede huc nũc iã, ſi videtur, procul: ne arbitri dicta noſtra arbitrari queãt, Néve permânet palàm hæc noſtra fallacia. Affin quon ne puiſſe eſcouter nos propos.

Arbitrari opus, Diuiſer quelque ouurage.

ARBOR arboris, f. g. Vng arbre.

Arbor fici, Vng figuier. Cic. Homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam vidiſſet, fiſcinã ficorum obiecíſti. Columella, Tum arborem fici detrunca.

Arbuſcula, arbuſculæ, Petit arbre.

Arboreus, arborea, arboreum, Qui eſt dung arbre. Virg. Arborei fœtus alibi.

Arborator, arboratoris, m. g. Boſcheron, qui coupe les arbres. Plin. Frondem medio die arborator ne cædito.

Arboreſco arboreſcis, arboreſcere, Deuenir arbre, & croiſtre en arbre. Plin. Tradũt authores in Arabia maluas ſeptimo menſe arboreſcere.

Arboretum arboreti, Vng parc darbres.

ARBVTVS arbuti, f. g. Arbor folio citro ſimili, ſed raris frondibus, Virg. Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra.

Arbutum arbuti, n. g. Pomme de boſchet, pomme ſauuage, aigre de ſorte que on nen peut menger. Virg. Dant arbuta ſiluæ.

ARBVSTVM arbuſti, Lieu ou quel ſont plantés arbres par rengees ſur leſquels montent les vignes, & ſallíent a iceulx, cõme lon fait en Italie. Columella, Qui vineam vel arbuſtum conſtituere volet, ſeminaria prius facere debebit. Idem, Arbuſtũ inter quadragenos pedes diſpoſitum eſſe conuenit. ſic enim & ipſæ arbores, & appoſitæ vites conualeſcunt.

Arbuſtiua vitis, Vigne quon laiſſe croiſtre & mõter ſur les arbres. Paladius, Locum quem arbuſtiuis vitibus deſtinabis implere.

Arbuſto arbuſtas, arbuſtare, Faire plantis darbres auſquels ſe allíẽt & ſe ioignẽt les vignes. Plin. Trãſpadana Italia præter ſupradicta, corno, populo, tília, arcere, orno, calpino, arbuſtat agros.

ARCA arcæ, f. g. Coffre.

Arca lapidea, Vng tombeau. Plin. de viris illuſt. Abſumptus eſt, poſitus apud Libyſſam in arca lapidea.

Arcula arculæ, diminutiuum, f. g. Coffret. Plaut. Cedo mihi ſpeculum, & cum ornamẽtis arculam actûtum. Cic. Præmittebátque de ſtipatoribus ſuis qui ſcrutarẽtur arculas muliebres: & ne quod in veſtimentis telum occultaretur exquirerent.

Arcella arcellæ diminutiuum ab arca, vt ait Feſtus Pompeius.

ARCANVM arcani, n. g. Secret, & caché. Virg. Solam nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere ſenſus. Idem, Longius & voluens fatorum arcana mouebo.

Arcanus homo, Qui eſt ſecret, qui cele bien ce que on luy dit. Plaut. Dixiſti arcano ſatis.

Arcana cubilia. Plin. in paneg. Dimouit, perfregítque cuſtodias pœna, anguſtóſque per aditus & obſtructos, nõ ſecus ac per apertas fores, & inuitantia limina irrupit: longéque tunc illi diuinitas ſua, longe arcana illa cubilia, fæuíque ſeceſſus, in quos timore & ſuperbia & odio hominum agebatur.

ARCAERA arcæræ, f. g. ab arca, Plauſtrum tectum vndique ex tabulis, quaſi arca quædam magna veſtimentis inſtrata, vt inquit Aſconius, quo vehiculi genere ſenes & ægroti cubantes vectabantur. Vne lectiere.

ARCEO arces, arcui, arcitum, Garder que aucun nentre en quelque lieu. Liuius, Ad arcendam vim aduenarũ, armati ex vrbe atque agris cõcurrũt. Idem, Cæteros, metus, non curia modo, ſed etiam foro arcebat. Idem, Inde ad leuam verſi, quia dextra Tiberis arcebat, cum magna trepidatione agreſtium populabantur.

Arcere. Eſtraindre, ſerrer. Virg. Teneras arcebant vincula palmas. Plaut. Si poſthac te prehendero hic, arcebo teſtibus.

Quæ vis eſt quæ magis arceat homines ab improbitate, quàm ſi ſenſerint nullũ in delictis eſſe diſcrimẽ? Quelle choſe y a il qui ait plus de puiſſance de garder les hõmes dentrer en meſchanſte, de eſtre meſchans, &c.

Arcere, Faire enfouyr. Columella, Sic emunita ſola & latera horreorum prohibent curculionẽ, quod genus exitij cum incidit, multi opinantur arceri poſſe.

Arcte, aduerbium. Eſtroictement, & bien ſerré. Plaut. AEdepol tibi etiã, opinor, vni locum con-

ſpicor, vt accubes, ſi arcte poteris accubare.

Cedo igitur manus. E. morantur nihil, atque arcte colliga. P.

ARCESSO arceſſis, arceſſiui, arceſſitum, arceſſ'ire, & arceſſo arceſſis arceſſere. Appeller, hucher aucun. Plaut. Sed quæſo hominem vt iubeas arceſſi. Idem, Euocate huc Soſiam gubernatorem qui in mea naui fuit, Blepharonem arceſſat, qui nobiſcum prandeat. Terent. Obſtetricem arceſſe.

Cicero, Non patiar rem in id tempus adduci, vt Siculi, quos adhuc ſerui deſignatorum conſulum non mouerunt, cum eos nouo exemplo arceſſerent, eos tum lictores conſulum vocent. vt homines miſeri, antea ſocij atque amici populi Ro. nunc ſerui ac ſupplices, non modo ius ſuum, fortunáſque omnes eorum imperio amittant, verumetiam deplorandi ſui iuris poteſtatem non habeant.

Arceſſere, Attirer, procurer, pourchaſſer. Plaut. Illic homo à me ſibi malã rem arceſſit iumento ſuo, Il pourchaſſe que ie luy face quelque mal. Valerius Maximus, Vt nimia pietate cauſam ſibi mortis arceſſerit.

Cum autẽ à genere ducitur argumẽtum, non erit neceſſe id vſque à capite arceſſere. Il ne fera point de neceſſite de lemmener, ou de le tirer de ſa ſource, & du cõmencement. Metaphora à riuis, qui à capite, id eſt à fonte ipſo deriuantur, & deducuntur. Cic.

Arceſſere, Accuſer aucun. Cic. Arceſſitur Cepio maieſtatis. Idem, Atque etiam hoc præceptum officij diligẽter retinendũ eſt, ne quẽ vnquam innocentẽ iudicio capitis arceſſas. Que tu ne laccuſes en matiere de crime, ou il voiſe de ſa vie ou honneur.

Sed vt hãc vim omittã, quãta illa ſunt quæ quoniã accuſatorio iure & more ſunt facta, reprehẽdere nõ poſſumus, queri tamẽ cogimur. primũ quòd diſtributis partibus ſermo eſt tota Aſia diſſipatus Cn. Pompeiũ, quòd Lucio Flacco vehementer eſt inimicus, cõtẽdiſſe à Lælio paterno amico ac perneceſſario, vt hunc hoc iudicio arceſſeret: omnémque ei ſuã authoritatẽ, gratiam, copias, opes, ad hoc cõficiendũ negotium detuliſſe. Quil intẽtaſt ce proces criminel contre ceſtuy. Cic.

ARCHETYPVS archetypi, m. g. græca dictio, Loriginal, la premiere image ſus laquelle toutes les autres ont eſte contrefaictes ou pourtraictes. Plin. in epiſt. Vt pictores pulchrã abſolutámque faciẽ raro niſi in peius effingũt, ita ego ab hoc archetypo labor & decido. Martialis, Si tanquã tabulas, ſcyphóſque Paule, omnes archetypos habes amicos. id eſt amicos veros ac germanos, per metaphoram. Si comme tu as les parragons des belles paincture, & de vaiſſelle, tout ainſi tu as des amis vrais, & non point faincts ou contrefais.

ARCHIMIMVS archimimi, Le prince des baſteleurs. Suet. Fauo archimimus, perſonam eius ferens, ſuſtinénſque, vt eſt mos, facta ac dicta viri, interrogatis palàm procuratoribus, quanti funus & pompa conſtaret, vt audiuit ſeſtertium centies, exclamauit centũ ſibi ſeſtertia darent, ac ſe in Tiberim proijcerent.

ARCHITECTVS architecti, m. g. Vng maiſtre maſſon, qui deuiſe vng edifice comment il ſe doibt faire, & gouuerne la beſongne. Plaut. Nã mi patrone hoc cogitato, vbi probus eſt architectus, bene liniatam ſi ſemel carinã collocauit, facile eſſe nauẽ facere, vbi fundata & cõſtituta eſt. Adſunt fabri, architectíque, eam quidem ad rem haud imperiti. Cic. Si quis adhibere volet non modo vt architectos, verumetiam vt fabros ad ædificandam remp.

Deus regnator, architectus omnibus. Qui a faict toutes choſes. P.

Architectus ſceleris. Le capitaine, cõducteur, de quelque meſchanſte, & qui la inuẽtee, & machinee. Cic. Cũ cæteri ſoleant in iudicãdo, ne ab aliorũ iudicijs diſcrepent, prouidere: & illi qui Fabritij libertũ, quia miniſter in maleficio fuerat: patronũ, quia cõſcius cõdẽnaſſent, ipſum principẽ atque architectum ſceleris abſoluerent? Idem, Verum vt hæc miſſa faciã quæ iam facta ſunt: ex ijs quæ nunc maxime fiunt, nónne quis poteſt intelligere omnium architectum & machinatorem vnum eſſe Chryſogonum? Idem, Nunc quiſnam tã abſtruſus vſquam nummus videtur, quem non architecti huiuſce legis olfecerint?

Architectus ad fallaciam: Vide verba paulo ante adducta ex Plauto.

Architecton architéctonis, Idem quod Architectus.

Architecton doli, Le capitaine, & linuenteur de tromperie. Plaut. Me quoque dolis iam ſuperat architectonem. Il me paſſe en tromperies, qui en ſuis le maiſtre.

Architector architectoris, m. g. Idem quod Architectus. Plaut. Nã ſibi laudaſſe ædeis ait architectorem neſcio quem, eſſe ædificatas has ſane bene.

Architector architectaris, architectari, Edifier, conſtruire & baſtir maiſons. & per metaphoram ad alia tranſfertur.

Architectari voluptates, Trouuer les moiens de viure voluptueuſement. Cic. Cur tandem ſapientia tantopere laudatur? an quòd ita callida eſt vt optime poſſit architectari voluptates?

Architectonicus, architectonica, architectonicum, Qui appartient a vng maiſtre charpentier.

Architectonice, architectonices, vel architectura architecturæ, f.g. Lart & ſcience de maſſonnerie ou charpenterie. Quintil. Aliæ quoque artes minores, habent multiplicem materiam, velut architectonice. nanque in omnibus quæ ſint in ædificio vtilia verſatur.

ARCVS arcus arcui, vel arcus arci arco, m.g. Vng arc, vng edifice faict en arc. Cic. Iam enim atriolum & arcus duos abſoluerat.

Arcus, Larc du ciel. Nonius Marcellꝰ ſcribit Arquus, per q. Plaut. Ecce autẽ bibit arcus, pluet credo hercle hodie. Cic. Cur autem arci ſpecies non in deorum numero reponatur?

Arcus, arcus, arcui, tantum quartæ declinationis, Arc a fleſches.

Arcuor, arcuaris, & arcuatus, arcuata, arcuatum, Faire ou en voulte, en facon dung arc. Plin. Illam autem quæ arcuatur Græci ſæpam vocant. Liuius, Ad id ſacrarium flamines bigis, curru arcuato vehi iuſſit. Plin. in epiſt. Ipſe perueni ad fontem puriſſimum, ex quo videtur aqua debere perduci, ſicut initio tentatum erat, arcuato opere, ne tantum ad plana ciuitatis, & humilia perueniat.

Arcatus, arcata, arcatum, Idem quod Arcuatus. Ouid. xii. metamorph. Iris & arcato cælũ curuamine ſignans.

ARDEA ardeæ, f.g. Vng airon, oyſeau qui volle fort hault. Virg. Atque altam ſuprà volat ardea nubem.

ARDEO ardes, arſi, arſum, Ardre, bruſler. Virg. Nãque volãs liquidis in nubibus arſitarũdo.

Ardere amore. Terent. Et tædet, & amore ardeo: & prudens, ſciens, viuus, vidénſque pereo.

Ardere cupiditate, Couuoiter, & deſirer quelque choſe ardẽmẽt. Plin. in epiſt. Cur enim nõ vſquequaque Homericis verſibus agam tecum? quatenus tu me tuis agere non pateris, quorum tanta cupiditate ardeo, vt videar mihi hac ſola mercede poſſe corrumpi, vt vel contra Beticos adſim.

Ardere maximo flagitio, Iay en grand diffame deſtre meſchant, ou auoir meſchamment faict. Plaut. Maximo ego ardeo flagitio: nec quid agam meis rebus ſcio.

Ardere iracundia, Eſtre fort enflambe de ire. Terent. Ah me miſerum vix ſum compos animi, ita ardeo iracundia.

Ardent oculi, fune opus AEgio: vidén' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? P.

Ardere, Fort aimer, & bruſler apres lamour daucũ ou daucune. Virg. Corydon ardebat Alexin. Horatius, Non aliter Sanio dicunt arſiſſe Batillo Anacreonta Teum.

Ardere, Reſplẽdir, ietter vne clarte. Virg. Tyrióque ardebat murice læna. Idem, Ardet apex capiti caſtriſque à vertice flamma Funditur.

Ardere, Se conſumer, bruſler de deſir. Cicero, Quoniam nimio videndi te deſyderio ardebam.

Ardeo te videre, Iay grãd deſir de te veoir. Plin. in epiſt. Patriæque mori pro mœnibus. Ardet in arma magis, Id eſt feſtinat, Il ſe haſte de combatre. Virg. Nonius Marcellus.

Ardens, ardentis, o.g. Bruſlant, ardent.

Ardens, Ardent, aſpre a la beſongne. Virg. Inſtant ardentes Tyrij, pars ducere muros, &c.

Ardeſco ardeſcis, Cõmencer a ardre. Plautus, Da illi cantharum, extingue ignem, ſi cor vritur, caput ne ardeſcat. Dõne luy la bouteille affin que le feu quelle ha au cueur, ne prẽne a la teſte.

ARDELIO ardelionis, m.g. Vng hõme inconſtant, qui ne ſe peut tenir en vne place, ſe meſlant de tous affaires. Martialis, Vis dicam quid ſis? magnus es ardelio.

ARDVVS ardua, arduũ, Hault eſleue, & difficile. Virg. Ardua prima via eſt. Plin. in epiſt. Illud verò vt adipiſco arduum, ſic etiam ſperare nimium eſt, quod dari non niſi à dijs poteſt.

AREA areæ, Ceſt vne place vuide en la ville, ſans edifice. Græci platêam vocant.

Suet. Forum de manubijs inchoauit, cuius area ſuper ſeſtertium millies conſtitit.

Area, Vne granche, ou vne grand place ou on bat le froment. aire. Virg. Area tum primùm ingenti eſt æquanda cylindro. Columella, Area quoque ſi terrena erit, vt ſit ad triturã ſatis habilis, primum raditur.

Area, vnde diminutiuũ areola, vng quarreau, ou vne aire de iardin. Columella, Areæ ſic informandæ ſunt, vt facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis perueniant. Les quarreaux doibuent eſtre de telle largueur, que ceulx qui ſacclent, & arrachent les mauuaiſes herbes puiſſent aiſeement attaindre iuſques au milieu. Idem, Crebrò putrem terrã duos alte digitos inſternemus, & modice rigabimus, ſtramentíſque areas cooperiemus.

Etenim ſi iſti callidi rerum æſtimatores, prata & areas quaſdam magni æſtimãt, quòd eius generi quaſi nocere nihil poteſt. Pieces de terres. Cic.

Areola areolæ, diminutiuum, Les quarreaux ou aires es iardins. Columella, Quum terrã bene ſubegeris, areolas facito.

Areator, areatoris, Vng batteur en granche, qui purge & nettoie laire, & bat le froment en icelle. Columella, Atque hoc ſupremum areatoris emolumẽtum, percipiendorum ſeminum quæ terræ crediderat.

ARENA, arenæ, Pouldre deliee, ſeiche, arene, ſablon, grauois.

Arena, Le lieu & la place ou on ſe combattoit a leſpee. Suet. Quodã autem muneris die Parthorum obſides tunc primum miſſos, per arenã mediam ad ſpectaculum induxit.

Arena, Le lieu ou on plaide, ou les auocas & conſeilliers plaident les cauſes. Plin. in epiſt. Itaque Bittio Priſco, quartum plurimum potuero, præſtabo, præſertim in arena mea. hoc eſt apud centumviros.

Arenariæ, arenariarum, f. g. Lieux ou il y a arene ou ſablon, lieux ſablonneux. Cic. Aſinius autem breui illo tempore, quaſi in hortulos iret, in arenarias quaſdam extra portam Eſquilinam perductus, occiditur.

Arenoſus, arenoſa, arenoſum, Lieu plein darene, ou de grauois. Plin. Litus nõ arenoſum, ſed alga & fluuiorum ſordibus plenum.

Arenatũ, arenati, n. g. Mortier de chaulx & ſable. Plin. In Græcia tectorijs etiã arenatum quod ducturi ſunt, prius in mortario ligneis vectibus ſubigunt.

Arenula diminutiuum, Sablon, menu grauois & arene. Plin. Arenulæ quæ inueniuntur in cornibus cochlearum, cauis dentium inditæ, ſtatim liberant dolore.

ARE O ares, arui, arere, Eſtre ſec. Plaut. Vtinam fortuna nunc anatina vterer, vt cum exiſſem ex aqua, arerem tamen.

Areſco areſcis, Deuenir ſec, ſe ſeicher. Plaut. Recipe me in tectum, da mihi veſtimenti aliquid aridi, dum mea areſcunt: in aliquo referam gratiã tibi. s. Tegillum eho illud mihi vnũ areſcit: ſi id vis dabo. Cicero, Nihil lachryma citius areſcit.

ARGENTVM argenti, n. g. Argent. P. Præter theſaurũ, tũ argenti montes, nõ maſſas habet, AEtna mons nõ æque altus. Idem, Nimis ſum miſer, nũmũ nuſquã reperire argẽti queo.

Argẽtarius argentarij, Vng changeur, ou banquier. Plaut. Vbi diſputata eſt ratio cum argẽtario, etiam plus ipſe debet argentario: Spes prorogatur militi in alium diem. Idem, Mirum quin tibi crederem, vt ipſe mihi faceres quod partim faciunt argentarij: vbi quid credideris, citius extemplo à foro fugiunt, quàm ex porta ludis cum emiſſus eſt lupus.

Argentarius, argentaria, argentarium, Appertenant a argent.

Argentarium auxilium, Secours dargent. Plaut. Spero alicũde me hodie bona opera aut mala, tibi inuenturum eſſe auxilium argentarium.

Argentarius commeatus. Prouiſion dargent. P.

Argentaria cura, Souci dauoir de largẽt. Terent. Sũma eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes, & Phædriæ curam adimere argentariam.

Argentariæ illecebræ, Choſes attrayantes argent. Plaut. Nam ita ſunt hic meretrices omnes illecebræ argentariæ.

Argentaria inopia, Faulte dargent. Plaut. Nimis ſum miſer, nummũ nuſquam reperire argenti queo: ita miſer & amore pereo, & inopia argentaria.

Argentaria res, Le faict des finances. Plaut. Ite intrò, ego de re argentaria iam ſenatum conuocabo in corde conſiliarium.

Argentaria, argentariæ, Le banc dung changeur, ou banquier. Plaut. Nam vſquam alibi ſic ſunt circum argentarias, quàm olim muſcarum eſt quum caletur maxime. Idem, Per myropolia, & lanienas, circúmque argentarias. Cic. Aliquanto pòſt iam argentaria diſſoluta, Fulcinius huic fundo vxoris continentia quædam prædia atque adiuncta mercatur.

Argentariam facere, Eſtre changeur ou banquier, demener & exercer la banque. Cic. Quid Q. Luceius qui argentariam Rhegij maximã fecit? Plin. de viris illuſt. Idem primò dubitauit, honores peteret, an argentariam faceret.

Argentatus argentata argentatum, Bruni dargent, argenté.

Argentea amica. Plaut. Meam amicam tu vẽdidiſti? B. Valde, viginti minis. C. quid ego ex te audio? B. amicam tuam factam eſſe argenteam.

Argenteã ſalutem remittere. Plaut. Perij, ſalutẽ nuſquam inuenio Pſeudole, quam illi remittam.

P. quam ſalutem? C. argenteam. P. pro linea ſalute, vis argenteam remittere illi?

ARGILLA argillæ, f. g. Argille, terre a potier. Iuuenalis, Argillã atq; rotã citius properate.

ARGVO arguis, argui, argutũ, arguere, Reprendre, accuſer, blaſmer. Plaut. Quæ neque ſunt facta, neque ego in me admiſi, arguit. Idem, Hæ tabellæ te arguũt quas tu attuliſti, hæ te vincirí iubent, Ils conuainquent.

Arguere, Monſtrer par vifs arguments. Virg. Degeneres animos timor arguit. Ouid. Quod latus argueret corneus arcus erat.

Arguere, Conuaincre. Cic. Quod qui recuſarent, quanuis honeſte id facerent, ius tamen amicitiæ deſerere arguerent.

Arguere ſtupri, Accuſer de paillardiſe. Plautus, Durare nequeo in ædibus, ita me probri, ſtupri, dedécoris à viro argutam meo.

Arguere auaritiæ. Curtius, Orſinem modo auaritiæ interdum & defectionis arguebat.

Arguere furti. Cic. Vt ſi quiſquam furti arguat, dicat eum eſſe hominem improbum, auarum, fraudulentum.

Arguere ex audito. Parler par ouy dire. Plaut. Perijt tibi ſodalis. M. ne dixeris. L. ſic eſt vt loquor. quin ego cum peribat, vidi, non ex audito arguo.

Arguere ſolœciſmum. Suet. de claris grammat. In aduocatione quadam ſolœciſmum ab aduerſario factũ vſqueadeò arguere perſeuerauit, quoad Caſſius Seuerus interpellatis iudicibus, dilationem petijt, vt litigator ſuus alium grammaticum adhiberet.

Arguet eũ feciſſe ille hodie, quæ ego fecero hic, Il ſuy mettra ſus, il laccuſera dauoir ce faict. P.

Arguere aliquẽ pecuniæ interuerſæ, Accuſer aucũ dauoir deſrobbe argẽt. Plin. de viris illuſt. Quũ interuerſæ pecuniæ argueretur, cadum ligneum, quo vti ad ſacrificia conſueuerat, in medium protulit.

Argutus arguta argutum, participium, Reprins, accuſe. Plaut. Ecquid argutus eſt? CH. malorum facinorum ſæpiſſime. Idem, De hac re argutus es, vt par pari reſpondeas, ad mandata claudus, cæcus, mutus, mancus, debilis.

Argutus, arguta, argutum, nomen, Subtil, fin. Plaut. Domi ſtrenui nimio plus proſunt populo, quàm arguti & cati. Idem, Nihil eſt profecto ſtultius, neque ſtolidius, neque mẽdaciloquius, neque argutum magis, neque confidentiloquius, neque periurius, quàm vrbani aſſidui ciues, quos ſcurras vocant. Idem, Sine virtute argutum ciuem mihi habeam pro venefica.

Argutus, Diligẽt ſubtil, qui regarde depres chaſcune choſe, & y prent garde curieuſement. Plin. in epiſt. Vitaſſem iamdudũ ne viderer argutior, niſi propoſuiſſem omnes angulos tecũ epiſtola circumire.

Arguta diuiſio, Subtile. Plin. in epiſt. Nam & copia rerum, & arguta diuiſione, & narratiunculis pluribus, & eloquendi varietate renouatur ea gratia.

Arguta virtus. Plaut. Facile ſibi facunditatem virtus arguta inuenit.

Argutus, Reſonant, qui ha voix haulte, & clere. Virg. Argutos inſtrepere anſer olores.

Argutus, Petit, court, & quaſi comme pointu. Virg. Argutúmque caput, breuis aluus, obeſáque terga.

Argutiæ argutiarũ, Babil, iaſerie, caquet, ſornettes. Plaut. Etiámne aduerſus exordire argutias? qui ſi decem habeas linguas, mutum eſſe addecet. Me viens tu icy quaqueter? Idem, Exi è culina ſis foras maſtigia, qui mihi inter patinas exhibes argutias. Qui me viens icy iaſer. Cic. Sed nihil eſt quod illi non perſequantur ſuis argutijs.

Argutor argutaris, argutari, Iaſer, quaqueter, & babiller. Plautus, Pergín' argutari? Neuius, Quandóque ad ludos venit, alij quum tacerent, totum diem argutatur, quaſi cicada.

Argumentũ argũmẽti, Vng ſigne par lequel on cognoit quelque choſe. Plaut. Scibã ego te neſcire. at pol ego qui te expendi, ſcio: nudus vinctus centum pondo es, quando pendes per pedes. LI quo argumẽto iſtuc? LE. ego dicã tibi, quo argumẽto, & quo modo, Ie te diray par quel ſigne ie le ſcay, & cõment. Idem, AEdepol næ tu ſi eſſes equus, eſſes indomabilis. S. quo argumẽto? O. nimis es tenax, Cõment le ſces tu? qui te le fait dire? par quoy le cognois tu? Idem, Quo argumẽto ſocius nõ ſum, & fur ſum, fac dũ ex te ſciã. Idem, Amator ſimilis eſt oppidi hoſtilis. D. quo argumẽto eſt? R. quàm primum expugnari potis eſt amator, optumũ eſt amicæ. En quelle ſorte? cõment? Idem, Ipſus eſt filius tuus, vt quidẽ hic argumẽta loquitur, Selon les enſeignes que ceſtuy dit. Idem, Age, eamus mea gnata ad matrẽ tuam: quæ ex te poterit argumẽtis hãc rẽ magis exquirere, quæ te magis tractauit, magiſq; ſigna pernouit tua. Idem, Per deos atque homines dico, ne tu illum agrum, tuum ſinas vnquam fieri, neque gnati tui: ei rei

argumentum dicam, Ie te diray la cauſe pour quoy.

Magnóque eſſe argumento homines ſcire pleraque ante quàm nati ſint. Ceſt vng ſigne euidẽt que &c. Cic.

Argumenta inſtituere. Plaut. Recordatus multum & diu cogitaui, argumentáque multa in pectus inſtitui ego atque in corde meo, ſi quod eſt mihi cor: eam rẽ volutaui, & diu diſputaui hominem cuius rei, quãdo natus eſt, ſimilẽ eſſe arbitrarer, ſimulachrúmque habere. Ie me ſuis long temps arraiſonne en moymeſmes. Iay beaucop faict de diſcours.

Argumentum, La matiere de laquelle eſt traicte en quelque liure. Terent. Non qui argumentum narret, ſed qui maleuoli veteris poetæ maledictis reſpondeat.

Argumento diſſimili, De matiere differente, ou diſſemblable. Terent. Non ità diſſimili ſunt argumento, ſed tamen diſſimili oratione ſunt factæ ac ſtylo.

Duplex quæ ex argumento facta eſt ſimplici. T.

Quoniam nullum ſcribendi argumentum mihi relictum eſt, Ie nay point de ſubiect pour eſcrire. Cicero.

Tabulæ verò nouæ, quid habent argumenti, niſi vt emas mea pecunia fundum? Que contiennent elles autre choſe, que diſent elles autre choſe. Cic.

ARIDVS arida aridum, Sec, qui a perdu ſon humeur naturel. Plautus, Nam id demum lepidum eſt triparcos homines, vetulos, auidos, aridos bene admordere, qui allium ſeruo obſignant cum ſale.

Aridus homo, Sec de ſichete & de ſoing, au tour duquel il ya peu dacqueſts, vt in præcedentibus Plauti verbis, & apud Terentium, Sed habet patrem quendam auidum, miſerum, atque aridum, vicinum hunc noſtín'?

Aridi ficus. Plaut. Nullum habemus ignem, ficis victitamus aridis.

Aridum argentum. Plautus, Tu ſenex ſi iſtas ambas, huc arido argento opus eſt. Il fault icy argent ſec.

Aridum veſtimentũ, Veſtement ſec. Plau. Recipe me in tectũ, da mihi veſtimẽti aliquid aridi.

Aridus fragor, Vng ſon ſec, & agu. Virg. Et aridus altis montibus audiri fragor.

Aritudo aritudinis, Sechete. Plaut. O ſcirpe ſcirpe, laudo fortunas tuas, qui ſemper ſeruas gloriã aritudinis. Qui gardes touſiours ceſte louenge deſtre ſiche, & peu dacqueſts.

Aritudo, Seccheresſe. Varro, Frigus calore atque humore aritudinem miſcet.

ARIES arietis, m.g. Vng mouton. Plaut. Adibo hũc: quem quidem ego hodie hic faciã arietem Phrygi, itáque tondebo auro vſque ad viuam cutem.

Aries, Vne groſſe maſſe de fer pour heurter contre les murailles dune ville affin de les rõpre. Plaut. Nam meus eſt baliſta pugnus, cubitus catapulta eſt mihi, humerus aries: tum genu vt quenque icero, ad terram dabo.

Arietinus, arietina, arietinum, Qui eſt de mouton. Plin. Arietinum iecur ad id vtile eſt.

Arietaria machina, Engin pour pouſſer le mouton ou belier contre la muraille. Victruuius, Cõſtituebatur autem in ea arietaria machina, quæ græce criodocis dicitur.

Arieto arietas, arietare, Heurter impetueuſement. Plaut. Quis illic eſt, qui tam proterue noſtras ædeis arietat? Curtius, Macedo gladium cœperat ſtringere, quem occupatum complexu pedibus repente ſubductis, Dioxippus arietauit in terram. Cicero, Viſum eſt in ſomnis paſtor ad me compellere duos conſanguineos arietes, hinc eligi pecus lanigerum, eximia pulchritudine, præclariorem alterum immolare, dein eius germanum cornibus cõnitier in me arietare.

ARISTA ariſtæ, f.g. La barbe dung eſpic de ble. Cic. Fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, & contra auium minorum morſus, munitur vallo ariſtarum.

ARMA, armorum, n.g.p.n. Armes, vtils, & inſtruments de quelque meſtier que ce ſoit.

Arma belli, Inſtruments ſeruans a guerre. Terent. Simul rem & gloriam armis belli repperi.

Arma, inſigne belli apud Ciceronem.

Arma coquinaria, Vtenſilles de cuyſine. Plautus, Quàm eleganter inſtructum coquinarijs armis.

Arma ſtudioſorum. Plin. Cuius arma erant, nõ venabulum & lancea, ſed ſtylus & pugillares.

Arma nautarum. Virg. Colligere arma iubet, validiſque incumbere remis.

Arma piſtorum. Virg. Cerealiáque arma expediunt.

Armo armas, armare, Armer, garnir darmures, vtenſilles, ou autres inſtruments.. Liuius, Itaque & muri reficiebãtur, & propugnaculis armabãtur. Virg. Tunc quoque fas nobis Graios armare fuiſſet.

Armatus armata armatũ, Armé ſoit darmures, pierres ou autres choſes. De armis belli proprie dici affirmat Cicero, cũ dicit in oratione pro Aulo Cecinna, Quid dicemus? armatos ſi latine loqui volumus quos appellare vere poſſumus? opinor eos qui ſcutis, teliſque parati, ornatique ſunt. quid igitur, ſi glebis aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem de fundo præcipitem egeris: iuſſúſque ſis quem hominibus armatis deieceris, reſtituere, reſtituiſſe te dices? verba ſi valent, ſi cauſſæ non ratione, ſed vocibus ponderantur, me authore dicito. vinces profecto non fuiſſe armatos eos qui ſaxa iacerent, quæ de terra ipſi tollerent: nõ eſſe arma ceſpites neque glebas, non fuiſſe armatos eos qui prætereuntes, ramos defringerent arboris.

Armariũ, armarij, n.g. Aumoire, ou lieu ou lon met viandes, vtenſilles & inſtrumẽts. Plaut. Cellas refregit omnes intus, recluſitque armariũ. Idem, Neſcio niſi aureũ. A. hoc eſt quod olim clanculum ex armario te ſurripuiſſe aiebat vxori tuæ. Idem, Quin ex occluſo atque obſigna to armario decutio argenti tantum quantum mihi lubet. Cic. Cum eſſet in ædibus armarium in quo ſciret eſſe nummorum aliquantũ & auri, noctu duos conſeruos dormientes occidit. Idem, Túne aurum ex armario tuo promere auſa es?

Armariolum armarioli, diminutiuum, Petite aumoire. Plaut. Aut petit aurum quòd conſciſſa pallula eſt, aut empta ancilla, aut aliquod vaſum argenteum, aut vaſum æneum aliquod, aut lectus dapſilis, aut armariola græca, aut aliquid ſemper quod pereat.

Armamenta, armamentorum, n.g.p.n. Vtenſilles de quelque meſtier que ce ſoit.

Armamenta nauis, Les inſtruments qui ſeruent a vne nauire, comme auirons, cordes. &c. Plaut. Salua eſt nauis, ne time. c. quid alia armamenta? A. ſalua & ſana ſunt. Columella, Nonnulli ſtrenue fabricant nauigia, nec cõſummata perinde inſtruunt armamentis, miniſtriſque. Plinius, de vinearum armamentis loquitur, Des inſtruments appartenans a accouſtrer la vigne.

Armamentarium, armamentarij, n.g. Lieu a mettre armes & inſtruments de tous meſtiers, & principalement de nauires. Cic. Ex ædificijs, armamẽtariiſque publicis arma Pop. Romano C. Mario conſule diſtribuente, dantur. Idem, Putant enim nonnulli ad me pertinere armamentarium Telluris aperire. Plaut. Armamentario mille nauium confecto. Liuius, Cõflagrarunt & horrea regia, armamentarium cum ingenti apparatu machinarum & tormẽtorum. Valerius Maximus, Habebat armamentarium omnis generis telorum copia refertũ.

Armiger, armigeri, Vng eſcuyer qui porte la lance, bouclier, heaume ou autre choſe dung homme darme. Plin. Clytum equo ad bellũ feſtinantem, & ei galeam poſcenti armigerum porrigentem. Suet. Certum numerum partim in vrbis, partim in ſui cuſtodiã allegit, dimiſſa Calaguritanorum manu, quam vſque ad deuictum Antonium, item Germanorum: quam vſque ad cladem Varianam, inter armigeros circa ſe habuerat. Plaut. Filius autem armigerum allegauit ſuum, qui ſibi eam vxorem poſcat.

ARMENTVM armenti, n.g. Tropeau de grandes beſtes, cõme de cheuaulx, beufs, cerfs & autres telles.

Armentarius armentarij, Qui garde cheuaulx, beufs, & autres telles grandes beſtes. Virg. Omnia ſecum Armentarius afer agit, tectúmque larémque.

ARMILLAE armillarum, f.g.p.n. Bracelets, ornemens en facon de cercles, leſquels les capitaines donnoient aux hommes darmes pour quelques proueſſes quils auoyent faictes. Et ſe portoiẽt au bras dextre. Priſcianus brachiola vocat. Liui. Additur fabulæ quòd vulgo Sabini aureas armillas, magni ponderis, brachio læuo, gẽmatóſque magna ſpecie anulos habuerunt.

Armillæ, Ornements de femmes, bracelets. Plaut. Vbi hercle armillæ ſunt, quas vnà dedi?

Armillatus, armillata, armillatum, Qui porte bracelets.

ARMVS armi armo, m.g, Leſpaule & le bras.

ARO aras, arare. Labourer la terre. Plin. In arando magnopere ſeruandum eſt Catonis oraculum. quid eſt primum? agrum bene colere. Quid ſecundum? bene arare. Quid tertium? ſtercorare. Terent. Nunquam tam mane egredior, neque tam veſperi domum reuertor, quin te in fundo conſpicer fodere, aut arare, aut aliquid facere. Plaut. Nõ aruus hic, qui arari ſoleat, ſed paſcuus eſt ager.

Arator aratoris, Laboureur. Pli. Arator niſi incuruus, præuaricatur, Vng laboureur ſil neſt touſiours courbe vers la terre pour prẽdre garde a ſon labour, il ne ſcauroit faire ſes rayõs droicts, il ſort toſt hors de la droicte ligne.

Aratio arationis, Labourage, quelque terre de labourage pour labourer. Plaut. Si arationes habiturus, ad vos ire melius eſt.

Aratiuncula aratiunculæ, Quelque petit quartier de terre labourable. Plaut. Male vertit res pecuaria mihi apud vos, nunc viciſſim volo habere aratiunculam pro copia apud vos.

ARO MA, aromatis, n. g. Eſpice, odeur.

ARQVVS, arqui, m. g. Larc du ciel. Lucretius, Tum color in nigris extabat nubibus arqui.

Arquatus morbus dictus, qui regius dicitur, Maladie de telle couleur queſt larc du ciel, nommee Iaulniſſe.

Arquatus, arquati, Qui ha la iaulniſſe. Varro, Nam vt arquatis & veternoſis, quæ non ſunt, lutea videntur, ſic inſanis ſani & furioſi videntur eſſe inſani.

Arques arquitis, m. g. Archier. author Perottus.

ARRA arræ, Arre, argent qui ſaduance apres auoir faict & clos vng marche.

Arrabon, arrabonis, Idem quod arra. Plaut. Sed arraboni has dedit quadraginta minas : hinc ſumpſit illi quas dedimus. Idem, Quin arrabonem à me occepiſti ob mulierem: & eam hinc abduxiſti. Idem, Hunc arrabonem amoris primum à me accipe. Idem, Minis triginta ſibi puellam deſtinat, dátque arrabonem, & iureiurando alligat. Terent. Ea relicta eſt huic arraboni pro illo argento.

ARRIDEO arrides, arriſi, arriſum, arridere, Soubrire a quelcung. Plaut. Bonis eſſe oportet dentibus lenam probam, arridere quiſque veniat, blandéque alloqui. Idem, Nemo ridet: ſciui extemplo rem de compacto geri. ne canem quidem irritatam voluit quiſquam imitarier, ſaltem ſi non arriderent, dentes vt reſtringerent. Terent. Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Idem, Hiſce ego non paro me vt rideant: ſed his vltro arrideo, & eorum ingenia admiror ſimul.

Arrident ædes, La maiſon rit au gens, tant eſt belle & plaiſſante. Plaut. Tum mihi ædes quoque arridebant, quum ad te veniebam, tuæ. Ouid. Arriſit paries aduentante dea.

ARRIGO arrigis, arrexi, arrectum, arrigere, Dreſſer, leuer.

Arrigere aures, Leuer les oreilles. Plaut. Prò immortales ſuo mihi hic ſermone arrexit aureis. Il ma faít dreſſer les oreilles, Il ma faict attentif. Terent. Arrige aureis Pamphile, Eſcoute.

Arrigere animos. Salluſtius, Sed vbi primùm dubijs rebus nouandis ſpes oblata eſt, vetus certamen animos eorum arrexit. Leur eſleua le courage.

Arrectarij, tranſuerſariique parietes, Cloiſons, ou parois legiers, qui ſont de bois poſés de long & de trauers. Victruuius.

ARRIPIO arripis, arripui, arreptum, arripere, Prendre par force, rauir. Plaut. Nam hercle te barba continuo arripiam, & in ignem conijciam. Idem, Nam ſi moleſtus pergis eſſe, iam intrò arripiere, atque ibi vſque ad necem operiere loris.

Arripuit gladium, prætruncauit tribus tergoribus glandia. P.

Arripere ſe foras. Plau. Vix foras me arripui, atq; effugi, A grãd peine me ſuis peu ietter hors.

Arripere ſermonem, Faire ſon prouffit de quelque parolle. Terent. Summonuit me Parmeno ibi ſeruus, quod ego arripui.

Arripere maledictum, Prendre garde a vne iniure, ou meſchante parolle dicte contre nous. Cic. Quare cum iſta ſis authoritate, non debes Marce arripere maledictum ex triuio, aut ex ſcurrarum aliquo conuitio.

Arripere conditionem, Prendre quelque parti, prendre loffre. Suet. de claris grammat. Nam cum in lite quadam, centum virali aduerſario quem vt impium erga parentes inceſſebat, iuſiurandum quaſi per figuram ſic obtuliſſet, Iura per patris, matriſque cineres, qui inconditi iacent: & alia in hunc modum: arripiente eo conditionem, nec iudicibus aſpernantibus, non ſine magna ſui inuidia negotium affligit.

Arripere auxilium & opem. Plaut. Arripe opem auxiliúmque ad hanc rem propere, Prens de laide & du ſecours ſubitement.

ARROGO arrogas, arrogare, Sattribuer quelque choſe.

Arrogantia, arrogantiæ, Arrogance. Cic. Nam cum omnis arrogantia odioſa eſt, tum illa ingenij atque eloquentiæ multo moleſtiſſima. Idem, Itaque illam Campanam arrogantiã, atque intolerandam ferociam, ratione & conſilio maiores noſtri ad inertiſſimum & deſidioſiſſimum otium perduxerunt.

ARS, artis, f. g. Art, induſtrie de faire quelque choſe. Terẽt. Quid eſt quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius? Idem, Ita vita eſt hominum quaſi cum ludas teſſeris: ſi illud quod eſt maxime opus, iactu non cadit: illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas.

Duæ ſunt artes quæ poſſunt locare homines in ampliſſimo gradu dignitatis, vna imperatoris,

altera oratoris boni. Cic.

Artes animi. Plaut. Nam ſi in te ægrotant artes animi tui, ſin immutare vis ingenium moribus, aut ſi demutant mores ingenium tuum, Si ton entendement te fault.

Ars paraſitica, Le ſtile de flaterie, ou de coquinerie. Plaut. Licet paraſiticæ arti maximam malam crucem.

Ars nugatoria, Lart de mentir. Plaut. Ego operam meam tribus nummis hodie locaui ad artes nugatorias.

Ars, Fineſſe. Plaut. Temperare iſtac ætate iſtis decebat te artibus, Il te failloit moderer tes fineſſes. Terent. Nempe tua arte viginti minæ pro pſaltria periere.

Artifex artificis, m. g. Induſtrieux, ouurier, qui entend quelque art. Plaut. Siue cuiquam artifici. Terẽt. O artificem probum. Plin. in epiſt. Talia denique omnia, vt poſſint artificũ oculos tenere. Salluſt. Sin id parum procedat, quouis modo Numidam interficiat. Bomilcar mature regis mandata exequitur: & per homines talis negotij artifices, itinera, egreſſúſque eius, poſtremo loca atque tempora cuncta explorat.

Artificium artificij, n. g. Meſtier, artifice.

ARTVS artuũ artubus, m. g. p. n. Artua artuorũ, n. g. Ce ſont les ioinctures du corps. Virg. Et magni membrorum artus. Plau. Ita mihi imperas, vt ego huius membra, atque oſſa atque artua comminuam illo ſcipione.

Articulus articuli, diminutiuum, Ioincture des dois & autres membres. Plin. Articulus mẽbra diſtinguit. Idem, Nodóſque corporũ, qui vocantur articuli. Plautus, Ipſe hanc meo articulo emit fidicinã. M. hem iſtic homo te articulatim cõcîdit ſenex tuus ſeruus, Il ta tout deſrompu les ioinctures, affin que ie luy vendiſſe. Cic. Terẽtia tua magnos articulorum dolores habet, Elle ha fort les gouttes.

Articuli ſarmentorum: Les ioinctures ou neufs de ſarmãts. Cicero, Itaque ineunte vere, in ijs quæ relicta ſunt, exiſtit tanquam ad articulos ſarmentorum ea quæ gemma dicitur.

Articuli montium. Plin. Etenim contingit recurrentis poſitio in partem vtiliſſimam, & inter ortus occaſúſque mediam, aquarum copia, nemorum ſalubritate, montium articulis, ferorũ animalium innocentia, ſoli fertilitate, pabuli vbertate. Per metaphoram dixit articulos mõtium crebros colliculos quibus tanquam gradibus quibuſdã montes aſcenſu faciliores fiũt.

Articulus, Article, momẽt, temps, heure propre a chaſcune choſe. Plau. Commoditatis omnes articulos ſcio, Ie ſcay faire tout en temps conuenant. Terent. Vide, vt in ipſo articulo oppreſſit, Regarde comment il ma ſurprint ſur le point, ou ſur lheure.

Articularis & hoc articulare, Choſe appartenãte aux ioinctures. Inde articularis morb⁹, goutte.

Articularius, Goutteux. Plaut. Nec podagricus, nec articularius eſt quem rus ducunt pedes.

Articulatim, aduerbium. Plaut. Hem iſtic homo te articulatim concîdit ſenex. Il ta tout briſe de ioincture en ioincture.

Articulate, aduerbium, De ſyllabe en ſyllabe, nommeément. Cic. Valebis igitur, & puellæ ſalutem articulate dices.

ARTERIA arteriæ, f. g. Lartere, le pouls. Cicero, Læduntur arteriæ, ſi antequam vox bene permulſa eſt, acri labore compellatur, & interuallis longioribus vbi conuenit.

ARTOCREA artocreæ, f. g. Vng paſté. Perſius, Artocreáſque popello.

ARTOPTA artoptæ, græca dictio, Vaiſſeau pour faire cuire des paſtés ou gaſteaux.

Artoptitius panis, Pain de gros froment, cuyt au four. Plin. Siligineæ farinæ modius, Gallicæ viginti duas libras panis reddit: Italicæ duabus tribúſve amplius in artoptitio pane.

ARVINA, aruinæ, f. g. Sain doulx. Virg. Pars leues clypeos, & lucida ſpicula tergent Aruina pingui.

ARVNDO arundinis, f. g. Vne canne.

Arundo, Vng dard: quia ex arundine fiebant tela. Virg. Pérque ilia venit arundo.

ARVNDINEVS, arundinea, arundineum, Qui eſt de canne.

Arundinetum, arundineti, Vng lieu ou croiſſent les cannes. Plinius.

ARVVM arui, n. g. vel aruus arui, m. g. Terre de labour. Plaut. Non aruus hic qui arari ſoleat, ſed paſcuus eſt ager. Salluſt. Quia Numidæ pabulo pecoris, magis quàm aruo ſtudent.

ARX, arcis, f. g. Vng fort. Vng chaſteau, ou fortereſſe.

AS

AS aſſis, & aſſis huius aſſis, m. g. Le pois dune liure. Accipitur etiã pro integra quacunque re. Ex aſſe hæres, Seul heritier. quòd veteres volentes aliquid diuidere in partes æquales, vt hære-

ditatem & quiduis ſimile, id aſſem appellauerunt, & partes vncias. Suet. Nouiſſimo teſtamento tres inſtituit hæredes, ſororum nepotes, Octauium ex dodrante, Pinarium & Pedium ex quadrante.

As aſſis, Monnoie valant quatre petits tournois & quelque peu dauantage. Horatius, Quem ſi diminuas, vilem redigatur ad aſſem.

ASCENDO aſcendis, aſcendi, aſcenſum, aſcendere, Monter. Plaut. Iam aſcendo in currum. Terent. Nauẽ aſcendit. Cicero, Arbitror te audire Scipio, hoſpes tuus Maſiniſſa quæ faciat hodie nonaginta annos natus, cũ ingreſſus iter pedibus ſit, in equũ omnino nõ aſcẽdere.

Aſcenſus, aſcenſus, aſcenſui, m. g. Montee. Plin. in paneg. Iam toties procedere in roſtra, in aſcẽſumque illum ſuperbiæ, principum locum terere.

ASCIA aſciæ, f. g. Vne coignee de charpentier a eſquarrir les buches.

ASCISCO, aſciſcis, aſciui, aſcitũa: ſciſcere. Appeler, prẽdre, receuoir. Aduocare. Quintil. Quo in genere idem præcipue cuſtodiendũ, ne id quod ſimilitudinis gratia aſciuimus, aut obſcurũ ſit, aut ignotum. Liuius, Ne quid diuini iuris patrios ritus negligẽdo, peregrinoſque aſciſcẽdo, turbaretur. Cic. Quòd ſi mihi à vobis tribui, concedíque ſentiam, perficiam profecto, vt A. Licinium non modo non ſegregandũ, cum ſit ciuis, à numero ciuium, verumetiam ſi non eſſet, putetis aſciſcendum fuiſſe.

ASCRIBO aſcribis, aſcripſi, aſcriptum, aſcribere, Eſcrire aucun en quelque roule auec dautres, ladioindre. Aſcribi in ea lege dixit Plautus.

Aſcribere, Attribuer, imputer. Cic. Neque enim mihi negligentiam velim aſcribas.

Aſcriptus, aſcripta, aſcriptum, Eſcrip auec dautres.

Aſcripti milites, Gendarmes enroullés, ou adiouſtés au roulle pours remplir les bandes.

Aſcriptitius, aſcriptitia, aſcriptitium, Qui eſt eſcript auec les autres. Aſcriptitij dicuntur illi quos villanos vocamus, quòd villæ (vnde villici dicti) aſcripti, & colonariæ conditioni addicti, aut ipſi ſint, aut eorum maiores fuerint. Aſcriptitij vocari poſſunt latine in collegijs magiſtratuum, qui vulgo creati & extraordinarij vocitantur, vt nonnulli ſunt hodie inter rationales & præfectos ratiociniorum, quos clericos magiſtróſque computorum appellamus.

Aſcriptîuus, aſcriptíui, Idem quod aſcriptitius. Plau. Idem iſtud alijs aſcriptiuis ad legionẽ ſolet.

Aſcriptor, aſcriptoris, m. g. Qui eſcript ſoubs vng autre. Cic. Denique ille nouitius legitur aſcriptor & ſubſcriptor tuus.

ASELLA aſellæ, Aiſelle, le lieu caué ſoub le bras.

ASILVS aſili, m. g. Vne groſſe mouche qui perſecute fort les cheuaulx es champs que on appelle tahon. Græce œſtrum, vulgo tabanus dicitur. Virg. Eſt lucos Silaci circa illicibúſque virentem, Plurimus alburnum volitans, cui nomen aſilo Romanum eſt, œſtrum Graij vertere vocantes, Aſper, acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis Diffigiunt armenta.

ASINVS aſini, m g. aſne. Plau. Hoc magnum eſt periculũ, me ab aſinis ad boues tranſcẽdere.

Aſini homines. Plaut. Neque homines magis aſinos vnquam vidi, ita plagis coſtæ callent.

Aſellus aſelli, Aſnon. Suet. Aſellus cum aſinario occurrit.

Aſinarius, Qui paiſt les aſnes. Cato, Ager quando inſtruitur CCCL iugerum villicum, villicam, operarios bubulcos, tres aſinarium. Suet. Apud Actium deſcendenti in aciem, aſellus cum aſinario occurrit.

ASPARAGVS aſparagi, m. g. Eſparge. herba dicta, quòd in aſpero virgulto naſcatur. Feſtus Pompeius. Martialis, Mollis in æquorea quæ creuit ſpina Rauenna, Non erit incultis gratior aſparagis.

ASPELLO aſpellis, aſpuli, aſpulſum, Chaſſer arriere de ſoy. Plaut. Cũ inopia eſt, cupias: quãdo eius copia eſt, tum non velis. Ille qui aſpellit, is compellit: ille qui non ſuadet, vetat.

Idem, Hic ille eſt dies, cum nulla vitæ ſalus ſperabilis eſt mecum, neque exilium exitio eſt, neque adeo ſpes, quæ mihi hunc aſpellat.

ASPER aſpera aſperum, Aſpre a veoir, gouſter, ou toucher.

Aſpera cœna. Plaut. Redibo hic ad ſenem ad cœnam aſperam.

Aſper victus Plaut. Aſper meus victus ſane eſt. E. ſentéſne eſitas? A. terreſtris cœna eſt.

Aſperum vinum, Vin rude. Terent. Pitiſſando modo mihi quid vini abſumpſit? ſic hoc dicens, aſperum pater hoc eſt, aliud lenius.

Aſper, iniquus, Rebelle. Virg. Quin aſpera Iuno.

Aſpero aſperas, aſperare, Faire aſpre, contraire a doux & vni. Columella, Iunctis parieti modicis aſſerculis, qui paulum formatis gradibus aſperantur, ne ſint volantibus lubrici.

Aſpere, Rudement, aſprement, rebellement. Cic. Monere & moneri propriũ eſt veræ amicitiæ: & alterum libere facere, non aſpere, alterum libenter accipere, non repugnanter.

ASPERGO aſpergis, aſperſi, aſperſum, aſpergere, Ietter liqueur aucun contre quelque choſe, arrouſer. Plaut. Aſperſiſti aquã. Idem, Ah guttula pectus mihi ardens aſperſiſti. Virg. Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere & vmbræ Peſtis acerba boum, pectoríque aſpergere virus. Cic. Facit hæredem ex deunce & ſemuncia Cecinnam: ex duabus ſextulis M. Fulſinium libertum ſuperioris viri. Ebutio ſextulam aſpergit.

Aſpergo aſpergínis, Arrouſement, tã maſc. quàm fœminini generis. Plin. in epiſt. Inter has mare moreo labro aqua exundat, circũiectáſque platanos, & ſubiecta platanis leni aſpergine fouet. Idem, Nam buxus qua parte defenditur tectis, abunde viret: aperto cælo, apertóque vento, & quãquã longinqua aſpergine maris inareſcit. Statius, Diráque aſpergine latos Mutat agros.

Aſperſus infamia. Cic. Qui iſtius facti non modo ſuſpicione, ſed ne infamia quidem eſt aſperſus, Il neſt point entiche, ne maculé de ce deſhonneur.

Aſpergere comitatem ſeueritati. Cic. Ad imitandum verò tam mihi propoſitum exemplar iſtud eſt, quàm tibi. ſed ſi illius comitatem & facilitatem tuæ grauitati ſæueritatique aſperſeris, non iſta quidem erunt meliora, quæ nunc ſunt optima, ſed certe condita iucundius, Si tu entremeſles ſa doulceur auec ta ſeuerite.

ASPERNOR aſpernaris, aſpernari, Deſpriſer, contẽner, debouter, reietter. Cic. Maxima culpa in eo eſt qui & veritatem aſpernatur, & in fraudem obſequio impellitur. Terẽt. Nunquam tam graues ob hanc inimicitias caperem in noſtram familiam, quam is aſpernatur nũc tam illiberaliter.

Aſpernati ſunt eum à ſuis aris. Cic. Cuius ego furorem atque crudelitatem deos immortales à ſuis aris atque templis aſpernatos eſſe confido.

Aſpernabilis, Digne deſtre deſpriſe. Gellius, Nonnunquam apud meipſum ſoleo res eiuſmodi paruas quidem minutáſque & hominibus non bene eruditis aſpernabiles.

ASPICIO aſpicis, aſpexi, aſpectũ, aſpicere, Regarder, veoir. Plaut. Sed quid ego aſpicio? hoc vide, quæ hæc fabula eſt. Que vois ie la? Terent. Ea lauatum dum it, ſeruandum mihi dedit annulum. non aduorti primo, ſed poſtquam aſpexi, illico cognoui, Quant ie leu regarde. Idem, Ehem Demea, haud aſpexeram te: quid agitur? Ie ne tauoye point veu, ou apperceu.

Soſia age, me huc aſpice, Or ſus regarde moy, tourne ta veue vers moy. P.

Sed quæſo hercle agedum, aſpice ad me, Regarde a moy. P.

Ad faciem cum aſpicies eorum, haud videntur mali, Si tu les regarde en la face, ſi tu les veois en face. P.

Hoc inquam age, ad terram aſpice: & deſpice, oculis inueſtiga, Regarde en terre. P.

Aſpecto aſpectas aſpectare, Souuẽt regarder, ou regarder ferme vne choſe. Plaut. Eſtne vt tibi dixi? aſpecta. Idem, Hem aſpecta, rideo. Idem, Sed quid illuc eſt? cœlum aſpectat, obſeruabo quam rem agat.

Quid me aſpectas ſtolide? quid nunc vis tibi? aut quid tu es homo? Queſt ce que tu me regarde ſi ferme? P.

Satin' ſanus? quid me aſpectas? quid taces? T. Interea ſomnus virginem opprimit: ego limis aſpecto ſic per flabellum clanculum, & ſimul alia circumſpecto.

Aſpectus aſpectus aſpectui, Veue, regart de quelque beſte que ce ſoit, meſme de ce qui na point dame. Plin. Prærupta rupes, & aſpectu horrida.

ASPIRO aſpiras, aſpirare, Souffler, vẽter, allener. Virg. Aſpirant auræ in noctem, Vng petit doulx vent feſt commence a leuer vers la nuyt. Varro de re ruſtica, Ad quæ granaria nulla aura humida è propinquis locis aſpiret.

Aſpirare, Fauoriſer, & bailler ſecours. Virg. Aſpirat primo fortuna labori. Metaphora ab aura.

Aſpirare, inquit Pædianus, in eam partem qua quid quæſitum eſt, vultum & oculos ac ſpiritum oris aduertere. Cic. Vltro etiam accerſitum abeo, ad quem cæteri nõ propter eius ſuperbiã, ſed propter occupationẽ aſpirare non poſſunt, Auquel ils ne peuuent approcher tant ſeullement de regard ou aleine, non point par fierte qui ſoit en luy, par ſes grandes occupations. Idem, Quando autem homo tanta luxuria, atque deſidia, niſi Februario menſe aſpirabit in curiam? Idem, Aliter nunquam aſpirat ad curiam. Idem, Ad eam laudem, quam volumus, aſpirare non poſſunt. Idem, Ex bellica laude aſpirare ad Africanum nemo poteſt. Idem, Vectium in roſtra produxit, eúmque eo loco conſtituit, quò Bibulo conſuli aſpirare non liceret. Idem, Quò claſſes ſæpe conatæ, nunquam aſpirare potuerunt. Idem, Hæc

etiam in equuleum conijciuntur, quò vita non aſpirat beata. Idem, Occupaui, inquit, te fortuna, a q ie cepi, omneſque aditus tuos intercluſi, vt ad me aſpirare non poſſes.

Aſpirare, Impertire. Metaphora ab aromatibus quæ odorem aſpirant. Quintil. Vt quãtum nobis expectationis adiecit, tantum ingenij aſpiret, dextérque ac volens adſit.

ASPIS aſpidis, f.g. Vng ſerpent nomme aſpic.

ASPORTO, aſportas, aſportare, Emporter dung lieu en autre, enleuer. Terẽt. Quoquo hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi, aut perire.

ASSENTIO aſſentis, aſſenſi, aſſenſum, aſſentire. Conſentir, ſaccorder, eſtre dune opinion. Plaut. Mihi quoque adſint teſtes, qui illud quod ego dicam, aſſentiant. Idem, Mare quidem commune certo eſt omnibus eſſe. Terẽt. Aſſentio. Cic. Aſſentio tibi, vt in Phormiano potiſſimum commorer, & iam de ſupero mari perlabor, vt ante ad te ſcripſi.

Aſſentio, Sentir, apperceuoir. Plaut. Sed aſſentio aperiri fores, quæ abſorbent quicquid venit infra peſſulos.

Aſſentior aſſentiris, aſſenſus, aſſenſum, Idem quod aſſentio. Cic. In quibus aſſentior ſolicitam & periculoſam iuſtitiam nõ eſſe ſapientis. Idem, Facile aſſentior tuis literis, quibus exponis pluribus verbis nullum te habere conſilium, quo a te poſſim iuuari.

Aſſenſor, aſſenſoris, Qui ſaccorde & conſent a aucun. Cic. Quotidie commemorabam te in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem.

ASSENTOR, aſſentaris, aſſentari, Flatter, accorder tout a quelcung ſoit bien ſoit mal. P. Ex templo, quaſi res cum ea eſſet mihi, cœpi aſſentari: mulier quicquid dixerat, idem ego dicebã. Idem, Hei etiam tu quoque aſſentaris huic? Terent. Sed his vltro arrideo, & eorum ingenia admiror ſimul: quicquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque. negat quis, nego: ait, aio. Poſtremo imperaui egomet mihi omnia aſſentari. is quæſtus nunc eſt multo huberrimus. Plaut. Aſſentandum eſt quicquid hic mentibitur. Terent. Ah vereor coràm in os te laudare amplius: ne id aſſentandi magis, quàm quòd habeam gratum, facere exiſtimes.

Aſſentatio, aſſentationis, f.g. Flaterie. Cicero Attico, Quam turpis eſt aſſentatio, cũ viuere ipſum turpe ſit nobis.

Aſſentatiuncula, aſſentatiunculæ, f.g. Flaterie. Plaut. Nullos meliores eſſe paraſitos ſinam, vel vnctiones græcas, ſudatorias, vel alias malis malacas, ampullarias cauillationes, aſſentatiuncu las, ac periuratiunculas paraſiticas.

ASSEQVOR aſſequeris, aſſequi, Acconſuyure, rattaindre. Plaut. Ite cito, iam ego vos aſſequar. Liuius, Tantum moratus dum Eumenes cum claſſe aſſequeretur, Samum petere intendit. Terent. Aſſequere ac retine, dum huc ego ſeruos euoco. Cicero, Si enim es Romæ, iam me aſſequi nõ potes. ſin es in via, cũ eris me aſſequutus, coràm agemus quæ erũt agenda. Liuius, Peditum agmen quia aſſequi terra nõ potui. Idem, In Brutios raptim ne Gracchus aſſequeretur, conceſſit. Idem, Paucos moratus dies, dum ſe copiæ aſſequerẽtur. Idem, Nocte progreſſum eum aſſequitur locis planis ac patentibus.

Aſſequi merita alterius, Rendre la pareille ou autant de bien que aucun a merite, & deſerui. Cic. Nullam partem videar tuorum meritorum aſſequutus.

Aſſequi, Pourſuyure, ſoliciter quelque affaire. Plaut. Hic vnus, vt ego ſuſpicor, ſeruat fidẽ. quãquam labores multos ob rem eum ego cepiſſe cenſeo: hic homo eſt omnium hominum præcipuus, voluptatibus gaudiiſque anteponendus: ita cõmoda quæ cupio, eueniunt: quod ago aſſequitur, ſubeſt, ſubſequitur, ita gaudijs gaudiũ ſuppetat, Il pourſuyt mes affaires, il en hale ſoing, il eſt apres.

Aſſequi ingenium alterius, Auoir auſſi grand entendement que vng autre. Plin. in epiſt. Sed vtinam vt ſacerdotium idem & cõſulatum, multo etiam iunior quam ille ſum conſequutus: ita ſenex ſaltem ingenium eius aliqua ex parte aſſequi poſſim. Idem, Nam vim tantorum virorum pauci quos æquas, aſſequi poſſunt.

Aſſequi nomen, Acquerir bruit & renommee. Plin. in Paneg. Aſſequutus es nomen quod ad alium tranſire non poſſit, niſi vt appareat in bono principe alienum.

Aſſequi, Obtenir & auoir. Cic. Admirabilis quædã exardeſcit beneuolentię magnitudo, quam ſi qui putant ab imbecillitate proficiſci, vt ſit per quam quiſque aſſequatur quod deſyderet. Idem, At eſt eo meliore conditione quàm adoleſcens: id quod ille ſperat, hic aſſequutus eſt.

Aſſequi optimam naturam Cic. Sic etiam appellandos eſſe putemus qui aſſequuntur quãtum homines poſſunt, naturam optimam recte viuendi ducem.

Aſſecla aſſeclæ, m.g. Vng page ou autre qui ſuyt ſon ſeigneur, preſt a ſon commandement.

Cic. Etenim quod eſſet iudicium? cum è Verris turpiſſimo, flagitioſiſſimóque comitatu tres recuperatorum nomine aſſediſſent aſſeclæ iſtius, non à patre ei traditi, ſed à meretricula commendati? Liuius, Et eo deuolui rem, vt aut patritij, aut patritiorum aſſeclæ habendi tribuni plebis ſint.

Aſſectator aſſectatoris, Compagnon qui ſuit & accompaigne vng autre. Plin. in epiſt. Quem legatum tribunus ita & dilexit & excepit, vt ex Germania in Pannoniam tranſeuntem, non vt cõmilito, ſed vt comes aſſectatórque ſequeretur. Idem, Sunt hæc magna, ſed in alio: in hoc vero minima ſi cæteris virtutibus cõparentur, quibus meruit vt à C. Muſſinio ex omnibus omnium ordinum aſſectatoribus gener aſſumeretur.

ASSER, vel aſſis aſſeris, m. g. ais, aiſſelle deſquelles en aucuns lieux on couure les maiſons, en lieu de tuille. Plau. Ligna hic apud nos nulla ſunt. STR. ſunt aſſeres? STA. ſunt pol. STR. ſunt igitur ligna, ne quæras foris.

Aſſer, Ais long de quoy on paue vne ſalle, ou membrures. Plin. Verníſque aſſeribus contabulare pauimenta oportet. Suet. Ad primum tumultum lecticarij cum aſſeribus accurrerunt, Auec des perches.

Aſſerculus aſſerculi, diminutiuum, Petit ais. Columella, Iunctis parieti modicis aſſerculis, qui paulum formatis gradibus aſperantur, ne ſint volantibus lubrici.

ASSIS, huius aſſis, m. g. Idem quod aſſer. Varro, Aut ex aſſibus dentatis cum orbiculis, quod vocant ploſtellum pœnicum. in eo quis ſedet, vt agitet quæ trahant iumenta.

Aſſula aſſulæ, vide infra.

Aſſiculus aſſiculi, diminutiuum, paruus aſſis, petit ais. Columella, Aſſibus roboreis compingitur ſolum, nec exire alia parte prohibentibus aduerſis aſſiculis.

ASSERO aſſeris, aſſeui, aſſitum, aſſerere, Semer au pres, ou planter. Cato de re ruſt. Arbores facito vti bene maturatæ ſint, vitéſque vti ſatis multæ aſſerantur: & ſic vbi opus erit, de arbore deiiciantur.

ASSERO aſſeris, aſſerui, aſſertum, aſſerere, Affermer, approuuer. nullum boni authoris exemplum reperi de hac ſignificatione.

Aſſerere aliquem manu, Le mettre en liberte. Plaut. Memento promiſiſſe te, ſi quiſquam hãc, liberali cauſſa, manu aſſereret, mihi omne argentum redditum iri. Idem, Manu, liberali cauſſa, ambas aſſeras, quaſi filiæ tuæ ſint ambæ. Idem, Manu eas aſſerat ſuas popularis, liberali cauſſa.

Aſſerere manu. Saiſir aucunne choſe comme ſienne. Plaut. Si quidẽ cepi piſces, mei ſunt, habeo pro meis, nec manu aſſeruntur, neque illinc partem quiſquam poſtulat.

Aſſerere in ſeruitutem: Mettre en ſeruitude. Liuius, M. Claudio cliẽti negotium dedit, vt virginem in ſeruitutem aſſereret.

Aſſerere ſe ab iniuria, Soy deffendre de quelque iniure, ſen deliurer, & ietter hors. Plin. Marco ſuo commendabat memoriam ſuam, orabátque, vt ſe ab iniuria obligationis aſſereret.

Aſſerere ſe ſtudijs, Se deliurer de tous affaires pour vacquer aux lettres. Plin. epiſt. 3. b, An vt ſolebas, intentione rei familiaris obeundæ crebris excurſionibus auocaris? ſi poſſident, felix, beatus es: ſin minus, vnus ex multis: quin tu (tẽpus eſt enim) humiles & ſordidas curas alijs mandas? & ipſe te in alto iſto pinguíque ſeceſſu ſtudijs aſſeris?

Aſſertor aſſertoris, m. g. Ceſtuy qui maintiẽt aucũ eſtre libre, liberateur, ou defenſeur. Liuius, Quum repelleretur aſſertor virginis à globo multorum. Martialis, Aſſertor venias, ſatíſque præſtes. Idem, Qui loquitur Curios, aſſertoréſque Camillos.

ASSEVERO aſſeueras aſſeuerare, Affermer quelque choſe. Quintil. Altera ex aſſeueratione probatio eſt.

ASSERVO aſſeruas, aſſeruare, Garder. Plaut. Ad foreis auſcultato, atque aſſerua has ædeis. Idem, Quanquam cum iſtoc mihi negotij nihil eſt, ipſi Phedromo credidi, tamen aſſeruabo. Idem, Aſſeruate iſtunc ſultis ſerui. Idem, Sinito ambulare, ſi foris, ſi intus volent: ſed vti aſſeruẽtur magna diligentia. Idem, Abi modo intrò, atque aſſerua hanc Circen ſolis filiam.

Aſſeruare, Guetter, prendre garde, eſpier. Plaut. Aſſeruabo hinc quid rerum gerat: magnum eſt quicquid quæritat. Idem, Vident quempiã ſe aſſeruare, obludunt, qui cuſtodem oblectẽt per ioculum & ludum. Terẽt. Atqui nunc here hic tibi aſſeruãdus eſt. c. fiet. s. ſapias: nam mihi iam minus minúſque obtemperat, Il fault que tu prenne garde a ſuy, & que tu en ſois ſongneux.

ASSIDEO, aſſides, aſſedi, aſſeſſum, Eſtre aſſis aupres quelque choſe. Plau. Vt fortunati ſunt fabri ferrarij, qui apud carbones aſſident, ſemper calent. Idem, Nam dies totos apud portũ

ſeruus vnus aſſidet. Idem, Vbi reueniſſes domum, cinctículo præcinctus in ſella apud magiſtrũ aſſideres. Cic. Huic aſſident, pro hoc laborant. Plin. Nos videmus Agrippinã Claudij principis, edente eo naualis prælij ſpectaculum, aſſidente ei, indutam paludamento auro textili, ſine alia materia.

Aſſidere gubernaculis. Plin. in Paneg. Enimuero ſiquando placuit idem corporis robur in matia proferre, non ille fluitantia vela, aut oculis ſequitur, aut nauibus: ſed nunc gubernaculis aſſidet, nunc cum valentiſſimo quoque ſodalium certat frangere fluctus.

Aſſidere literis. Eſtre touſiours a leſtude. Plinius in epiſt. Quis ex iſtis, qui tota vita literis aſſidents, collatus illi, non quaſi ſomno & inertiæ deditus erubeſcat?

Aſſideo Accuſatiuo iunctũ. Salluſt. Sed Hiempſal qui minimus ex illis erat, natura ferox, etiã antea ignobilitatẽ Iugurthæ deſpiciens, Atherbalẽ dextra aſſedit, ne medius ex tribus quod apud Numidas honori ducitur, Iugurtha foret. Il eſtoit aſſis aupres de Atherbal, adextre.

Aſſideor paſſiue. Salluſt. Amiſſúmque oppidum aſſideri ſine prælio audiebat.

Aſſeſſor, aſſeſſoris, Conſeiller qui donne conſeil au iuge.

Aſſiduus aſſidui, Cõtinuel en quelque choſe. Plin. in paneg. Adhæc tam aſſiduus in tribunali, vt labore refici, ac reparari videretur. Idem de Viris Illuſt. Accuſator aſſiduus malorum, Galbam octogenarius accuſauit. Idem in epiſt. Hic aſſiduæ tempeſtates & crebra diluuia.

Aſſiduus, Diligent, ſongneux, continuel a la beſongne. Cic. Semper enim boni, aſſiduíque domini referta cella vinaria, olearia, mellaria, & penaria, villáque tota locuples eſt.

Aſſiduus, Homme riche & pecunieulx. Plaut. Opulento homini hôc ſeruitus dura eſt, hôc magis miſer eſt diuitis ſeruus, noctéſque diéſque aſſiduo ſatis ſupérque eſt, quo facto, aut dicto adeſt opus: quietus ne ſis. Idem, Nihil eſt profecto ſtultius neque ſtolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis, neque confidentiloquius, neque periurius, quàm vrbani aſſidui ciues, quos ſcurras vocant.

Gellius, Aſſiduus in duodecim tabulis, & pro locuplete & facile munus faciente, dictus ab aſſibus, id eſt ære dando, cum id tempora reip. poſtularent, aut à muneris pro familiari copia faciendi aſſiduitate. Cic. in Topicis, Ex verbi vi argumentum ſumitur hoc modo, cum lex AElia ſanctia aſſiduo aſſiduum vindicem eſſe iubeat, locupletem iubet locupleti. Locuples enim, aſſiduus, vt ait AElius, appellatus eſt ab aſſe dando.

Aſſiduus ſcriptor apud Gellũ, Autheur approuue, qui ha telle authorite que ce quil aura dit, ſoit tenu pour tout certain.

Aſſidui fideiuſſores, dicebantur locupletes, quam Burgeſiacam cautionem nunc dicimus, Caution bourgoiſe.

Aſſiduitas aſſiduitatis, Aſſiduite, Continue. Cic. Sed ſi te illud vnum monuerimus, artem ſine aſſiduitate dicendi, non multum iuuare.

Aſſidue, aduerbium, Continuellement, ſans ceſſe. Terent. Quid te futurum cenſes quem aſſidue exedent? Idem, Nam quod iſti dicunt maleuoli, homines nobiles eum adiutare, aſſiduéque vnà ſcribere. Idem, Ne ſemper ſeruus currens, iratus ſenex, edax paraſitus, ſycophanta autẽ impudens, auarus leno aſſidue agendi ſint mihi.

Aſſiduo aduerbium, Idem quod aſſidue. Plaut. Dum tale facies, quale adhuc, aſſiduo edes, communicabo te ſemper mẽſa mea. Idem, Nã iſtoc me aſſiduo victu delecto domi. Idem, Poſt id, ego totus tecum mea voluptas, vſque ero aſſiduo.

ASSIDO aſſidis, aſſedi, aſſeſſum, aſſídere, Se aſſeoir aupres de quelcun. Plaut. Nunc ſine omni ſuſpicione in ara hic aſſidã ſacra. Idem, Ne inquã timete, aſſidite hic in hac ara. Idem, Domum cupientes forte vt aſſedi in geſta, dum circumſpexi, atque tum lembum conſpicor. Idem, Surge, ego iſtic aſſedero maxime, & accipiam hanc ad me litem. Terent. Domum reuertor mœſtus, atque animo fere perturbato, atque incerto præ ægritudine. Aſſido, accurrunt ſerui: ſoccos detrahũt. Plin. de viris Illuſt. Iterum conſul Perſam Philippi filium regem Macedonum apud Samotracas cepit: quem victum fleuit, & aſſidere ſibi iuſſit. Salluſt. Sed vbi ille Cicero aſſedit, Catilina vt erat paratus ad diſſimulanda omnia, demiſſo vultu, voce ſupplici poſtulare à patribus ne quid de ſe temere crederent. Cic. In fragmento Academicorum, Et ſimul aſſidamus inquam, ſi videtur. Sane iſtud quidem inquit: ſum enim admodum infirmus. Salluſt. Poſtquam Cato aſſedit, conſulares omnes, itémque ſenatus magna pars, ſentẽtiam eius laudant.

ASSIGNO aſſignas, aſſignare, Attribuer, donnerla coulpe, ou le los de quelque choſe, imputer. Cic. De quo quicquid detrahas, neceſſe eſt aut infirmitati, aut inuidiæ aſſignetur. Idem, Nec poſtulaturi, vt ſi mors P. Clodij ſalus veſtra fuerit, idcirco eam virtuti Milonis po-

tius quàm P. R. felicitati aſſignetis. Idem ad Quintum fratrẽ, Improbitati & ſceleri meo potius, quàm imprudẽtiæ, miſericordiæque aſſignes. Idem Attico, Si perturbatior eſt, tibi aſſignato. Nen demãde rien a perſonne que a toy meſme. Ne ten prens a perſonne que a toymeſme, tu en es cauſe. Eidem, Quoquo modo verò ſe res habeat, nihil aſſignabis, nec patriæ, nec patri. Idem, in opere quod inſcribitur Brutus, Hæc ſi minus apta videntur huic ſermoni Brute, Attico aſſigna, Prens ten a Attique. Idem pro Caio Rabirio Poſthumo, Nec verò id huiuſmodi quiſquam, ſed tempori aſſignãdum putauit. Liuius, Flens petijt, ne vnius amẽtiam ciuitati aſſignaret: Quil ne reiettaſt point ſur la ville la folie dung.

Aſſignare famæ, Dedier a renommee. Plin. in epiſt. Nã mire concupiſco bonos iuuenes oſtendere foro, aſſignare famæ.

Aſſignare tempus, Cõſtituer vng certain temps a faire quelque choſe. Plin. in epiſt. Iulius nepos, iuuenis ingenioſus, ſed parum callidus, quũ multa dixiſſet, aſſignatúmque tempus impleſſet, Rogo, inquit, Suburane, permittas mihi vnum verſum dicere.

Aſſignare ſolum, Aſſigner la place. Plin. in epiſt. Ego ſtatim decurionibus ſcripſerã vt aſſignarent ſolum, in quo templum pecunia mea extruerem.

Aſſignare alicui milites. Plin. in epiſt. Maximus libertus & procurator tuus domine, præter decem beneficiarios, quos aſſignari à me Gemellino optimo viro iuſſiſti, ſibi quoque cõfirmat neceſſarios eſſe milites.

ASSIMILO, aſſimilas, aſſimilare, Faire vne choſe ſemblable a vne autre. Plaut. Sed ita aſſimilauit ſe quaſi Amphitruo ſiet. Il ſeſt deſguiſe tellement, comme ſil eſtoit Amphitryo. Suet. in Tib. Cæſare, Sæua ac lenta natura ne in puero quidem latuit: quam Theodorus Sadareus Rhetoricæ præceptor, & proſpexiſſe primus ſagaciter, & aſſimilaſſe aptiſſime viſus eſt.

Annotat Diomedes, verbum aſſimilo, per u ſcribendum, licet á ſimilis ſit.

Aſſimilis & hoc aſſimile. o. g. Semblable a aucune choſe. Plaut. Nã hoc aſſimile eſt, quaſi de fluuio qui aquam deriuat ſibi. Ceci eſt tout vng comme qui prendroit vng ruiſſeau du fleuue. Idem, Tute hoc tecum ſi cogites, non æquum te facere arbitrabere, quũ amico homini, tuique cõſcio ita ſuccenſeas miſere, quaſi tu nunquam quicquam aſſimile huic facto feceris. Comme ſi tu nauois iamais faict vne ſemblable choſe.

Aſſimiliter, aduerbium, Tout ſemblablement. Plaut. Aſſimiliter mihi hodie obtigit, Il meſt aduenu auiourdhuy tout ainſi.

ASSIMVLO aſſimulas, aſſimulare, Faindre, faire ſemblãt de faire quelque choſe, & ne la faire point. Plaut. Aſſimulare amare oportet. nã ſi extemplo ames, melius illi multo, quẽ ames, conſulas, quàm rei tuæ. Il fault que tu face ſemblant daimer. Idem, Aſſimulaui me eſſe prægnantẽ, haud eram. Idem, Aſſimulabo me eſſe ebrium. Idem, Nunc Amphitruonẽ memet, vt occœpi ſemel, eſſe aſſimulabo. Idem, Aſſimulato quaſi per totam vrbẽ hominẽ quæſieris: age, ſi quid agis. Terent. Eho, an tute intellexti hoc aſſimulari? Penſe tu que ceſtoit faincte? Idem, Aſſimulabo quaſi nunc exeam. Idem, Is es vere qui aſſimularis.

ASSISTO aſſiſtis, aſtiti, aſtatum, Aſſiſter, ſoy preſenter. Plaut. Age, accipe illinc alteram clauam Sparax, age, alter iſtinc, alter hinc aſſiſtite: aſſiſtite ambo. Idem, Perge, ego aſſiſtam altrinſecus. Terent. Hic propter hunc aſſiſte, Tiens te icy pres de ceſtuy.

ASSOLEO, aſſoles, aſſolitus ſum. Plaut. Venire ſaluum gaudeo. T. quid cæterum? E. eſſe quod aſſolet: cœna tibi dabitur. Ce qui eſt de couſtume deſtre. Terent. Quæ aſſolt, quæque oportent ſigna ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video.

ASSO aſſas aſſare, Planchier, pauer dais. Victruuius, Cum aſſatum fuerit, ſuper altera coaſſatio ſtruatur, clauiſque fixa, duplicem præbeat contignationi loricationem.

Aſſo aſſas, aſſare, Roſtir au feu. Plaut. Ne faxis: nam elixus eſſe, quàm aſſus ſoleo ſuauior. Idem, Hæc ſunt ventri ſtabilimenta, panis & aſſa bubula.

Aſſus, aſſa, aſſum, Roti.

Aſſa voce cãtare, Chãter de la voix ſeulemẽt, ſans meſler autres inſtrumẽts. Varro, In cõuiuijs pueri modeſti, vt cantarẽt carmina antiqua, in quibus erãt laudes maiorũ, & aſſa voce, & cũ tibicine. Cato de liberis educandis, Melos autẽ in cantibus eſt bipertitũ. vnũ eſt quod in aſſa voce, alterum quod vocant organicum. Feſtus interpretatur aſſa, cantum tibiarum.

ASSVLA aſſulæ, f. g. diminutiuũ ab aſſis, Eſclat dung ais cõme vne latte. Plaut. At etiã ceſſo foribus facere his aſſulas? Aperite hoc aliquis. Que targe ie de rompre ceſt huys en pieces?

Aſſulatim aduerbium, Par pieces, par eſclas. Plaut. Aperite haſce ambas fores, prius quàm pultando aſſulatim foribus exitium affero. Deuant que ien face des eſclas. Idem, Faciam quod

iubes, ſecurim capiam ancipitem, atque hunc ego ſenem exoſſem reddam, dedolabo aſſula-tim viſcera.

ASSVESCO aſſueſcis, aſſueui, aſſuetũ, aſſueſcere, Accouſtumer. Plaut. Cenſéſne tu illũ hodie primum ire aſſuetum in ganeũ? Penſes tu que ce ſoit dauiourdhuy quil a accouſtume daller aux cabarets?

ASSVMO aſſumis, aſſumpſi, aſſumptum, aſſumere. Prẽdre de ſon gre, receuoir. Cic. Neque id onus inuitus aſſumpſit.

Aſſumere aliquem in conſilium, Se conſeiller a aucun. Plin. in epiſt. Aſſumo te in conſiliũ rei familiaris, vt ſoleo. Idem in paneg. Sedulo ergo vitauit hunc caſum: nec iudicium hominum, ſed deorum etiam in conſilium aſſumpſit.

Aſſumere aliquem in numen, Faire cõme dieu, canonizer. Plin. in epiſt. Quinetiã Domitius Afer, qui illos in numen aſſumpſit, reliquit teſtamentũ ante octo & decẽ annos nuncupatũ.

Aſſumere vxorẽ, Prẽdre femme, ſoy marier. Plin. in paneg. Multis illuſtribus dedecori fuit, aut inconſultius vxor aſſumpta, aut retenta patientius: ita foris claros domeſtica deſtruebat infamia.

Aſſumere generum, Prendre aucun pour gendre. Plin. de viris illuſt. Qui cum adoleuiſſet, gener a Tarquinio aſſumptus eſt.

Aſſumere, Sattribuer. Cic. Si id mihi aſſumo, videor id meo iure quodammodo vendicare. Idem, pro Sylla, Ego vero iudices non modo nihil mihi aſſumo, in quo quiſpiam repugnet: ſed etiam ſi quid ab omnibus conceditur, id reddo, ac remitto.

ASSVRGO, aſſurgis, aſſurrexi, aſſurrectum, aſſurgere, Sourdre, ſe leuer, croiſtre. Columella, Collem molliter aſſurgentem, montem ſublimem & aſperum, ſed nemoroſum & herbidũ maxime probauerũt. Virg. Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto Terra gelu late ſeptémque aſſurgit in vlnas.

Aſſurgere, Se leuer deuant aucun pour luy faire honneur. Virg. Vtque viro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis. Cic. Hæc enim ipſa ſunt honorabilia, quæ videntur leuia atque cõmunia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli.

Aſſurrectũ eſt, imperſonaliter. Suet. Eiſdẽ prætextatis adhuc aſſurrectũ ab vniuerſis in theatro, & aſtãtibus plauſum, grauiſſime queſtus eſt. Que on leur auoit faict hõneur, & reuerẽce.

AST, coniunctio poetica pro at. Plaut. Aut ſi demutant mores ingenium tuũ, neque eos antiquos ſeruas, aſt captas nouos. Idem, Aſt non habere cui commendarem caprã, atque oppido hercle bene velle illi viſus ſum. Cic. Attico, Tu ſi vno in loco es futurus, crebras a nobis literas expecta: aſt plures etiã mittito. Eidem, Quid enim vides agi poſſe, aut quomodo? per senatúmne? aſt tute ſcripſiſti ad me. Eidem, Dices, vellem iampridẽ: ſcio te voluiſſe, & me: aſt nugigeram manum fuiſſe.

ASTER aſteris, m. g. Vne eſtoille.

Aſteriſcus aſteriſci, diminutiuum ab aſter, La forme dune petite eſtoille.

ASTITVO aſtituis, aſtitui, aſtitutũ, aſtituere, Mettre en place, appareiller. P. Noli iraſcier: iubeſne, an nõ iubes aſtitui aulas, patinas elui, laridum atque epulas foueri foculis feruẽtibus?

ASTO aſtas, aſtiti aſtitũ & aſtatũ, Se tenir de bout. P. Cur obſecro ante oſtiũ pro ignoto alienóq; aſtas? Pourquoy te tiẽs tu icy cõe vng eſtrãgier? Idem, E capitolio quod in culmine aſtat ſũmo, Ego miſer vix aſto præ formidine, A grãd peine me puis ie ſouſtenir, de paour que iay. P. Me moror, cum hic aſto, Ie me retarge de marreſter icy. P. Aſtare in genua, Eſtre a genoil. Plaut. Cõtinuo in genua aſtanti, pectus mihi pedibus percutit. Aſta te amabo. D. ſine me ire quo iuſſit, Arreſte toy ie te prie. P. Idem, Adoleſcẽs aſta, atq; audi, Ne bouge. Idem, Mane atque aſta. o. omitte: ſeruus ſum tuus.

Si propius aſtes, æſtu calefacit. Si tu te tiens tant ſoit peu pres. P. Idem, Illic vos intra limen aſtate, vt cum extemplo vocem, continuo exiliatis. Tenés vous la dedens &c.

Suſpenſo gradu placide ire perrexi: acceſſi, aſtiti, animam compreſſi. Terent.

Aſtare alicui, Se preſenter a aucun pour luy reſiſter, monſtrer barbe. Plaut. At vt confidenter mihi contrà aſtitit?

Aſtãte illo. Plaut. Egóne iſtuc dixi? AL. tute iſtic, etiam aſtante hoc Soſia, Toymeſme, voyre en la preſence de ceſtuy cy.

Hic patrem aſtare aiebas? Ne diſois tu pas que ton pere eſtoit icy preſent? Terent.

Aſtare aduocatus, Aſſiſter a aucun pour le defendre en iugement. Plaut. Contriui diem, dum aſto aduocatus cuidam cognato meo.

ASTREPO aſtrepis, aſtrepui, aſtrepitum, Petiller, faire quelque bruit que ce ſoit, de la bou-

che ou autre choſe. Plin. in paneg. Reddebant illi quæ monebantur: ac plerique irritis precibus ſurdas principis aures obſtrepebant, Continuellement crioyent aux oreilles du prince, ſans riens obtenir.

ASTRINGO aſtringis, aſtrinxi, aſtrictũ, Eſtraindre, ioindre, ſerrer. Plaut. Ita iſtæc nimis lenta vincla ſunt eſcaria: quàm magis extendas, tanto aſtringãt arctius. Idem, Aſtringite iſti vehementer manus.

Columella, Cum omnes ſurculos, quos arbor patietur, dimiſeris, libro vel vlmi vimine arborem aſtringito. Virg. Seu durat magis, & venas aſtringit hiantes.

Aſtringere ad. Plaut. Abducite hunc intrò, atque aſtringite ad columnam fortiter.

Eáque tum aſtringitur, tum relaxatur, Elle ſe reſerre, puis ſe relaſche. Cic. de natura deorum. Ibidem, Quemadmodum autem reliquiæ cibi propellantur, tum aſtringẽtibus ſe inteſtinis, tum relaxantibus, haud ſane difficile dictu eſt.

Aſtringi ad temperantiam, Eſtre contrainct & oblige. Plin. in epiſt. Deinde vt in poſterum ipſe ad eandem temperantiam aſtringerer, quũ me hac epiſtola, quaſi pignore obligauiſſem.

Aſtringi, Se refroidir. Plin. in epiſt. Si natare latius aut tepidius velis, in proximo puteus, ex quo poſſis rurſus aſtringi, ſi pœniteat teporis.

Aſtringere ſe furti, Se rendre coulpable de larrecin. Plaut. in Pœnulo, Scilicet extemplo denegabit, iuratus quidem homo furti ſe aſtringet, Il ſera tenu de larrecin. Gellius Notauit Sabinum ſcripſiſſe, Qui alienum tacens lucrifaciendi cauſſa ſuſtulit, furti aſtringitur, ſiue ſcit cuius ſit, ſiue non ſcit. Plaut. Nam illic cũ ſeruo ſi quo congreſſus foret, & ipſum ſeſe, & illum furti ſe aſtringeret.

Aſtringere, Reſtraindre, tenir de court. Cic. Attico, Vellem ſuſcepiſſes iuuenem regendũ: Pater enim nimium indulgens, quicquid ego aſtrinxi, relaxat.

Aſtringere ſuam fidem, Promettre. Terẽt. Verùm heus tu lege hac tibi meam aſtringo fidem: quæ vera audiui, taceo & contineo optime: ſin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuo palàm eſt. Par tel ſi, ou condition ie te promects.

Aſtrictus, aſtricta, aſtrictum, Oblige & allie. Plin. in paneg. Ita verſemur in rep. vt credamus eſſe remp. non conſilium noſtrum, non operam ſubtrahamus: nec diſiunctos nos & quaſi dimiſſos conſulatu, ſed quaſi aſtrictos & deuinctos putemus.

ASTRVO aſtruis, aſtruxi, aſtructum, aſtruere, Edifier aupres dung autre edifice. Columella, Nam cum veteri aſtruitur recens ædificium, quaſi ſurgenti reluctans, oneri cedit.

Aſtruere aliquid dignitati alterius, Accroiſtre la dignite daucun. Plin. in epiſt. Itaque magni æſtimo dignitati eius aliquid aſtruere inopinantis, neſcientis, imò etiam fortaſſe nolentis: aſtruere autem quod ſit ſplendidum, nec moleſtum.

Aſtruere muneri alicuius. Plin. in paneg. Statim ergo muneri eius liberalitas tua aſtringit; vt quemadmodũ in patris filius, ſic in hæreditate filij pater eſſet immunis, Ta liberalite a augmente le don diceluy.

Aſtruere laudem, Donner louange. Plin. in epiſt. Mederis erroribus, ſed implorantibus: omnibuſque quos bonos facis, hanc aſtruis laudem ne coegiſſe videaris.

Aſtruitur his. Auec ce, dauãtage. Plin. in epiſt. Additur, vt Pallas, cui ſe omnes pro virili parte obligatos faterentur, ſingularis fidei, ſingularis induſtriæ fructum meritiſſimo ferat: prolatos imperij fines, redditos exercitus reip. credas. Aſtruitur his: cũ ſenatui, populóque Romano liberalitatis gratior repræſentari nulla materia poſſet, quàm abſtinentiſſimi, fideliſſimique cuſtodis principalium opum facultates adiuuare contigiſſet.

ASTVTIA aſtutiæ. f. g. Fineſſe, cautelle, tromperie. Terent. Nunc opus eſt tua mihi ad hãc rem exprompta memoria atque aſtutia. Idem, Hem aſtutias.

Aſtutus, aſtuta, aſtutum, Fin, cauteleux. Terentius, Credo iſtuc melius eſſe: verum ego nunquã adeò aſtutus fui.

Aſtutus: næ ille haud ſcit quàm mihi nunc ſurdo narret fabulã, Il eſt bien fin, vrayement il ne ſcait combien ie tiens peu de compte de ce quil dit. T.

Aſtuta fallacia. Vne fine trõperie & bien inuentee. P. Nec fallaciã aſtutiorẽ vllus fecit poeta.

Aſtis fallacijs dixit Plautus in Trinummo, pro aſtutis, Sine eũ ipſum adire, vt cupio, ad me hac recta: ſi venerit, næ iſtum ecaſtor hodie aſtis confectum fallacijs.

Aſtu aduerbium, pro aſtute, Finement. Terent. Quòd ſi aſtu rem tractauit, Di veſtram fidẽ, quãtam & quàm veram laudem capiet Parmeno.

Aſtute aduerbium, Finement, cauteleuſement. Terent. Aſtute, Il faict finement. Idem, Pro-

fecto quantò magis, magiſque cogito, nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum: ita me video ab ea aſtutè labefactarier.

ASYMBOLVS, aſymboli, m.g. Qui vient au banquet ſans apporter ſon eſcot. Terent. Téne aſymbolum venire vnctum, atque lautum, è balneis, otioſum ab animo, cum ille & cura & ſumptu abſumitur?

ASYLVM aſyli, Lieu de franchiſe, dont on noſeroit retirer aucun malfaicteur qui y ſeroit entré. Scribit Liuius lib. 38, Templum Apollinis Delij fuiſſe aſylum, aitque ſacra templa à Græcis vocari aſyla.

A T

AT coniunctio, pro ſed, Mais. Terent. Loquere. P. at tutó. C. loquere. Mais auec aſſeurance. Idem, At quem virum? quê ego viderim in vita optimũ, Mais quel homme? Idem, Fac ita vt iuſſi, deducãtur iſti. P. faciam. PH. at diligẽter. P. fiet. PH. at maturé. P. flet. Idem, At quid dixi habere me? imò habui Chreme, Ie lay eu. Cicero pro Tito Annio Milone, Quid porrò quærendum eſt? Factúmne ſit? at conſtat. à quo? at patet. Plaut. At tu iſtac aduorſum obtuere, quando cornicem nequis conſpicari: ſi vulturios forte duos poſſis contui.

At, Touteſfois. Terent. Parũ ſucceſſit quod ago, at facio ſedulo, Si ce que ie fais neſt bien ſucede, touteſfois ſi le fais ie ſongneuſement. Plaut. Quanquã ego vinum bibo, at mandata nõ conſueui ſimul bibere, Ia ſoit que ie boiue du vin, touteſfois ſi nay ie point de couſtume de tellement boire, de tant boire que ie ne face ce que on me commande.

At, particula eſt vel imprecantis, vel optantis. Terent. At tibi dij dignum factis exitium duint. Plaut. At tibi dij omnes benefaciant. Horatius, At ô deotum quiſquis in cælo regis terras Et humanum genus, quid iſte fert tumultus?

At, quant on loue ou vitupere en ſeſmerueillant, & interrogant. Terent. in Eunucho, Fucũ factum mulieri. at quem deum? Cicero pro domo ſua, At, quæ dea eſt? Idem Peto, Habuiſſes enim nõ hoſpitem, ſed contubernalem: at quem virum? non eum quem tu ſolitus es promulſide cõficere. Mais quel homme? ou, mais penſe tu quel hõme? Idem, pro Aulo Cluentio: Vna mater oppugnat: at quæ mater? quam cæcã crudelitate & ſcelere ferri videtis. Idem pro Tito Annio Milone, Itaque anteuertit, at quo die? Idem, pro Publio Sylla, At quos viros? Idem pro Lucio Flacco, At quos teſtes? Idem in Bruto, Cneus Pompeius Sexti filius: at quẽ numerum obtinebat? Idem Attico, At quibus verbis? & prorſus geſtis ampliſſimis?

At, Quant on veult faire les auditeurs attentifs. Cic. pro domo ſua, At videte hominis intolerabilem audaciam. Idem in Verrem, At videte hominis impudentiam, atque arrogantiam iudices, Mais voiés ie vous prie, &c.

At, Quant ſeulement on interrogue, ou demãde. Cicero in Verrẽ, At per deos immortales quid eſt quod de hoc dici poſſit? Mais ie vous demande queſt ce &c.

At, Quant on faict a ſoymeſme obiection, & puis on y reſpond. Cic. in Verrem, At mores commodi. quis contumacior? quis inhumanior? quis ſuperbior? At hæc ſine cuiuſquam malo: quis acerbior? quis inſidioſior? quis crudelior vnquam fuit? Mais (dira quelcun) Verres eſtoit de bõnes meurs, &c. mais (on pourra dire) ceſtoit ſans faire tort ou dommage a perſonne, &c.

At, A tout le moins, au moins. Cato de re ruſt. Si non eodem die, at poſtridie, Au moins le lendemain. Cicero Curioni, noſtrã ſuffragationem ſi minus potentem, at probatam tamẽ & iuſtam. Idem pro Lucio Flacco, Si non propinquitatis, at ætatis ſuæ: ſi non hominis, at humanitatis rationem haberet. Idem pro Tito Annio Milone, Si mihi rep. bona frui nõ licuerit, at carebo mala.

At enim, Voyre mais. Plaut. At enim ne quid captioni mihi ſit, ſi dederim tibi. Idem, At enim ſcin' quid mihi in mẽtem venit? Terent. At enim caue ne prius, quàm hanc à me accipias, amittas Chreme. Idem, At enim iſtuc nihil eſt magis Syre meis nuptijs aduerſum. Idem, Quid illo facias? S. at enim. CLIN. quid enim? S. ſi ſinas dicam. CLIN. ſino. Idem, I intrò nunc iam. S. at enim non ſinam, Voyre mais ie ne lendureray pas.

At etiam. Terent. Non poſſum ſatis narrare quos ludos præbueris intus. at etiam primò callidũ & diſertum credidi hominem. Et encore iay cuidé au commencement que tu fuſſes vng homme fin & beau parleur. Idem, Quid vis? D. at etiam rogas? Et le demandes tu encore? Idem, Exi foras ſceleſte, at etiam reſtitas? Es tu encore la?

At, aptum reſponſioni, vt at iam, at nunc. Plautus, At iam poſthac temperabo. CH. dicis, ſi facies modo. Terentius, Faciam. PAM. at iã hoc opus eſt. Mais il le fault tout a ceſte heure. Terent. Leno ego ſum. AE. ſcio. S. at ita, vt vſquam fuit fide quiſquam optima.

At nunc. Terent. Neque cuiquam noſtrum verbum fecit: s. At nunc faciet. neque, vt opinor, ſine tuo magno malo.

At poſtquam. Mais apres que. Terent. Fecere alij ſæpe, item boni: at poſtquam id euenit, cedò, nunquid circunſpexti?

At in obiectionis principio. Cic. De ſenectute, At ſunt moroſi & anxij, & iracũdi, & difficiles ſenes: ſi quærimus, etiã auari. ſed hæc, morum vitia ſunt, non ſenectutis. Ibidem, At memoria minuitur. Credo niſi exerceas eam.

Attamen. Mais ce neantmoins, mais ce nonobſtant, mais nonobſtant cela, mais nonobſtant, mais touteſfois, a tout le moins. Plaut. Ibi ego te, & ſuffragatores vlciſcar tuos. c. attamẽ mihi obtinget ſors. Idem, Nemo it inficias. cv. attamen meliuſculũ eſt monere. Terẽt. Quid dices mihi? ch. attamen Simo audi. s. ego audiam? quid ego audiam Chreme? ch. attamẽ dicat ſine. Idem, Nã ſi ego digna hac contumelia ſum maxime, at tu indignus qui faceres tamen. Cic. de Senect. At moroſitas tamen, & ea quæ dixi vitia, habent aliquid excuſationis. Terẽt. in And. Daue attamen. d. quid ergo? ch. vt ducam. d. ridiculum. ch. huc face ad me vt venias, ſi quid poteris. d. quid veniam? nihil habeo. ch. attamen ſi quid. d. age veniam. A tout le moins, Mais touteſfois. Idem ibidem, Heus proximus ſum egomet mihi: attamen vbi fides eſt, ſi roges, nihil pudet, Voyre mais ſi on leur demande ou eſt leur foy: ils nont point de honte.

At vt. Terentius, Reddetur, ne time. s a. at vt omne reddat. Voyre mais quil rende tout. Idem, Dixi equidem, vbi mihi oſtendiſti, illico eum eſſe. s o. at vt ſatis contemplata modo ſis, mea nutrix. n. ſatis. Voyre pourueu que tu layes aſſes regarde de pres.

Atat, interiectio, On dit ce mot quant quelque choſe ſuruient ſoudain, ſoit bien ou mal, ou quãt on enhorte. Plaut. in Aulularia, Atat foris crepuit. Idem, Atat noui iam ludum. Or cea cea, ieſcay ia le ieu. Idem, Atat tacete, habete bonum animum. Cea, cea, aiés bon courage. Terent. Atat, hoc illud eſt, hinc ille lachrymæ, hæc illa eſt miſericordia.

Plaut. Atat, adeſt propinque, credo audiuiſſe hæc me loqui. Idem, Atat è phano recipere video ſe Synceraſtum Veneris lenonis ſeruum. Terent. Atat hic quidem eſt paraſitus gnato militis: ducit ſecum vnà virginem. Idem, Atat data hercle verba mihi ſunt: vicit vinum quod bibi. Plaut. in Mercatore, Atat meus hic quidem pater eſt.

A T A VV S, ataui, m. g. Le peregrant en quatrieme degre. Sic enim maiores gradatim aſcendendo enumeramus, Auus, proauus, abauus, atauus, tritauus. Terent. Primus eſſes, memoriter progeniem veſtram vſque ab auo atque atauo proferens. Plaut. in Perſa, Pater, auus, proauus, abauus, tritauus quaſi mures ſemper edere alienum cibum. De paraſitis loquitur. In hac autem enumeratione deeſt atauus.

A T E R atra atrum. Noir. Terent. Tam excoctam reddam atque atram, quàm carbo eſt. Atra bilis, Melancholie.

Plaut. Ita replebo atritate, vt atrior multò ſit quàm AEgyptij. Virg. Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris. id eſt in præceps profundis: figurate.

Ater panis, Pain bis. Terent. Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent.

Atrum vinum. Plaut. Album an atrum vinum potas?

Atritas atritatis, f. g. Nigreur, noirceur. Plautus, Ita replebo atritate, vt atrior multo ſiet quàm AEgyptij, aut qui cortinam ludis per circum ferunt.

Atratus, atrata, atratum, Qui eſt veſtu de robbe de dueil. Cic. Cedo, quis vnquam cœnauit atratus? ita enim illud epulum eſt funebre, vt munus ſit funeris, epulæ quidem ipſæ dignitatis.

Atramentum atramenti, n. g. Encre a eſcrire. Plaut. in Moſtell. Vna opera ebur atramento cãdefacere poſtules.

Atramentum ſutorium, Tainćture noire, de quoy vſent les pareurs de cuyrs a les noircir. Cic. Iam pater eius accuſatus à Marco Antonio, ſutorio atramento abſolutus putatur. Plin. lib. 34, Græci cognationem fecerunt æris nomine, & atramento ſutorio.

Atramentum pro ſanguine in quibuſdã piſcibus. Plin. lib. 9. Effuſo atramento, quod pro ſanguine ijs eſt, offuſcata aqua abſconduntur. loquitur de ſæpijs, Gal. ſeches.

Atramentariũ atramentarij, n. g. Cornet ou encrier, vaiſſeau a mettre encre en tainćture noire.

A T H L E T A athletæ, m. g. Celuy qui ſe exerce a iouſter.

Athletice, aduerbium, Fortement, puiſſamment, robuſtement, comme vng iouſteur. Plautus in Epidico, Quid herilis noſter filius valet? t. pugilicè atque athleticè. Idem in Bacch. Bené ne vſque valuit? c. pancraticè atque athleticé.

Auguror opinione. Cic. pro L. Murena, Ac teipſum (quantum ego opinione auguror, nunc & animi quodam impetu concitatum, & vi naturæ atque ingenij elatum, & recentibus præceptorum ſtudijs flagrãtem, iam vſus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. Comme ie deuine ſelon mon opinion, comme ie puis preſumer ſelon mon iugement.

AVGVSTVS locus, Vng lieu ſainct, conſacré, & dedié, plein de maieſte & dhonneur. Ouid. lib. I, Faſt. Sancta vocant auguſta patres: auguſta vocãtur Tẽpla, ſacerdotũ rite dicata manu.

Auguſta ſedes. Virg. Georg. 4. Si quando ſedem auguſtã, ſeruatáque mella Theſauris relines. id eſt aluearíam. Nam de apũm alueis hic loquitur. vbi Seruius, Proprie, inquit, auguſtũ, eſt tectum augurio conſecratum. Abuſiue auguſtum, nobile: quaſi maieſtatis plenum.

Auguſtale, auguſtalis, Le logis, tente, tabernacle, ou le pauillon du prince, Vt docet Quintilianus, libro VIII.

AVIDVS, auida, auidum, Conuoiteux, aſpre, deſirant fort quelque choſe. Plaut. in Bacchid. Imò ingenium auidi haud pernoram hoſpitis. Terent. in Heaut. Sed habet patrem quendã auidum, miſerum, atque aridum.

Eius frater aliquantum ad rem eſt auidior, Son frere eſt aucunemẽt trop aſpre, ou conuoiteux de biens, trop actif a amaſſer. Terent. in Eunucho.

Auidus cibi, Aſpre a la viande. Terent. in Eunuch. Quæ cum amatore ſuo cum cœnant, liguriunt, harum videre ingluuiẽ, ſordes, inopiã, quàm inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atq; auidæ cibi.

Auidi mores. Plaut. in Trinummo, Nam te omnes fæuúmque, ſeuerúmque, atque auidis moribus cõmemorant, ſpurificũ, immanẽ &c. Que tu es trop ardãt ſur les biens, auaricieulx.

Auiditas auiditatis, Deſir, conuoitiſe, ardeur, affection. Cic. de ſenectute, Habeóque ſenectuti magnam gratiam, quæ mihi ſermonis auiditatem auxit. La quelle ma augmente laffection & deſir de parler.

Auide aduerbiũ, Affectueuſement, ardammẽt, conuoiteuſement, de grand deſir. Cic. de ſenectute, Quas quidem ſic auide arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens: vt ea ipſa mihi nota eſſent, quibus me nunc exemplis vti videtis.

Auide appetere, Fort conuoiter quelque choſe. Cicero de ſenectute, Ita fit, vt illud breue vitæ reliquum nec auide appetendum ſenibus, nec ſine cauſſa deſerendum ſit.

AVIS, huius auis, f. g. Oyſeau. Plin. lib. x, Sequitur auium natura, quarum grãdiſſimi, & pœne beſtiarum generis, ſtruthiocameli.

Auiarius auiarij, m. g. Qui ha la charge de gouuerner oyſeaulx cõme poulaille, & autre volaille. Columella lib. IX, de gallinis, Sic tamen vt illuſtria ſint loca, quæ commodius habitet auiarius, qui ſubinde debet ſpeculari, aut incubantis, aut parturientis fœtus.

Auiarium auiarij, n. g. Lieu ou on nourriſt oyſeaulx, enférme, & gárde. Columella lib. IX, Quæ

nos ſimiliter appellamus apum cubilia, apiaria: vel nantium volucrum quæ ſtagnis piſcinísque læ.antur, auiaria: vel etiam pecudum ſylueſtrium quæ nemoribus clauſis cuſtodiũtur, viuaria.

Auiarium, auiarij, Bois, ou boucage en lieu deſtourne, auquel hantẽt fort les oyſeaux. Virg. Sanguineis inculta rubent auiaria baccis.

Auicula auiculæ, Petit oyſeau. Cic. pro L. Flacco, Nunc denique materculæ ſuæ feſtiuus filius auiculæ minime ſuſpicioſæ purgat ſe per epiſtolam. Gellius, Auicula eſt parua, nomẽ eſt caſſita, nidulatúrque in ſegetibus.

AVIVS auia auiũ, Lieu deſtourne, ſans chemin. Plaut. in Aulularia, Syluani lucus extra murum eſt auius, crebro ſalicto oppletus. Virg. Auia tum reſonant auibus virgulta canoris. Sall. in Iugurtha, Ipſe cũ delectis militibus Metellũ ſequitur, nocturnis & auijs itineribus ignoratus, repente Romanos palantes aggreditur. Marchãt de nuict a trauers pays, a lauẽture. Auius, Qui va loing de la voie, & de la raiſon. Lucanus, Auia & à vera longe ratione vagaris.

AVLA aulæ, f. g. Vne ſalle. Græce ἀυλὴ. Latini interpretantur atrium, teſte Valla.

Aula aulæ, La court des princes. Seneca, Notiſſima vox eſt eius qui in cultu regum conſenuerat, cum quidam illum interrogaret, quomodo rariſſimam rem in aula cõſecutus eſſet, ſenectutem: Iniurias, inquit, accipiendo, & gratias ſæpe agendo, Comment il eſtoit peu paruenir a vieilleſſe en ſuiuant la court: laquelle choſe ny aduient pas ſouuent.

Aula apud antiquos, Vng pot de terre, Ollam nunc dicimus. Plaut. in Aulularia, AEdepol næ illic pulchram prædam agat, ſi quis illam inuenerit aulam onuſtam auri.

Aulula aululæ, Petit pot de terre. Antiquum. inde Aulularia Plauti.

AVLAEA aulæorum, Tapis. Propertius, Nobilis aulæis porticus Attalicis. Virg. Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Hora. in ſermonibus, Interea ſuſpenſa graues aulæa ruinas In patinam fecere.

Aulicus, a, um, ab aula dictum: vt aulicus apparatus: Vng appareil magnifique & ſumptueulx comme dung roy, ou autre prince. Suetonius in Domitiano.

Aulicus, Vng homme qui ſe tient ordinairement en court, qui ſuit la court, vng courtiſant. Suet. in Nerone, Nã forte accidit, vt in publica fame, Alexandrina nauis nuntiaretur, pulſuerem luctatoribus aulicis aduexiſſe. Aux iouſteurs de court.

AVOCO auocas, auocare, Retirer de quelque affaire. Cic. de Senect. Etenim quantũ cõplector animo, quatuor cauſſas reperio cur ſenectꝰ miſera videatur: vnã quòd auocet à rebus gerẽdis.

Auocare animum. Plin. in epiſt. Quia ipſe multum diſtringebar, plerunque frigidis negotijs, quæ ſimul & auocant animum, & comminuunt. Qui deſbauchent leſperit de lhomme.

Auocare milites à ſignis. Plin. in epiſt. Sed & illud hæreat nobis, quãpauciſſimos milites à ſignis auocandos eſſe, Il en fault bien peu retirer de lenſeigne.

Auocare concionẽ à tribuno, Deſtourner vne aſſemblee de peuple quelle ne ſuyue le tribun. Plin. de viris illuſt. Vbi cum Attilius præco Opimij conſulis in turba fuiſſet occiſus, in forũ deſcendit, & imprudens concionem à tribuno plebis auocauit.

Auocamentum auocamenti, Menu plaiſir, petit paſſe temps, ceſt a dire choſes ioyeuſes, qui retirent le cueur dennui & melancolie. Plin. in epiſt. Ero ergo ſuſpenſus pro homine amiciſſimo dũ admittere auocamẽta & cicatricẽ pati poſſit: quam nihil æque ac neceſſitas ipſa, & dies longa, & ſatietas doloris inducit. Idem in paneg. Simul cogito cũ ſint iſta ludus & auocamẽ tum huius: illæ ſeriæ & intentæ, & à quibus ſe in tale otium recipit, voluptates.

AVOLO auolas auolare, Sen voller dung lieu.

AVRA auræ, f. g. Vng petit vent doulx qui refreſchiſt. Virg. lib. IIII. AEneid. At illi dulcis compoſitis ſpirabat crinibus aura.

Aura, Toute maniere de vent. Virg. Et auræ vela vocant. Id eſt venti.

Aura, Reſplendiſſeur. Virg. in VI, Diſcolor vnde auri per ramos aura refulſit.

Aura, pro aere. Virg. Quippe ferant rapidi ſecum, verrántque per auras.

Aura popularis, La faueur du peuple. Virg. in VI, Iã quoqꝫ nũc nimiũ gaudẽs populariꝰ auris.

AVRIGA aurigæ, cõmunis generis, Celuy ou celle qui conduit vng chariot, vng chartier.

Aurígo aurigas, aurigare, Mener & gouuerner vng chariot. Suet. in Nerone, Mox & ipſe aurigare, atque etiam ſectari ſæpius voluit. Idem, Aurigauit quoque plurifariã. Idem in Cæſare Caligula, Edidit & circenſes plurimos à mane vſque ad veſperã, interiecta modo Africanarum venatione, modo Troiæ decurſione: quoſdam autem præcipuos minio & chryſocolla conſtrato circo, nec vllis, niſi ex ſenatorio ordine aurigantibus.

AVRIGO, auriginis, f. g. Maladie nommee la iauniſſe.

AVRIS, huius auris, f. g. Ouye, ceſt le conduict par ou on oyt. Plautus in Aſinaria, Mitte ri-

dicularia. L. mitto: iſtuc iã quod affers, aures expectant, Mes oreilles ſont toutes preſtes a ouyr ce que tu nous apportes de nouueau. Terent. in Phormione, Ad fores ſuſpenſo gradu placide ire perrexi, acceſſi, aſtiti, animam cõpreſſi, aurem admoui, Ie mis loreille pres, pour mieulx ouyr. Idem, Mihine domi eſt? imò quod aiunt, auribus teneo lupum, Nam neque quo modo amittam à me inuenio: neque vti retineam ſcio. Ien ſuis auſſi empeſche, comme ſe ie tenoie vng loup par les oreilles, car ie ne ſcay ny la maniere de mẽ defaire, ny de la retenir auec moy. De vxore loquitur. Et eſt adagiũ. Idem in Heaut. Ademptum tibi iam faxo omnem metũ, in aurem vtramvis vt dormias, Affin que tu ſoies tout aſſeuré, Que tu ne te ſoucies de rien.

Aurium vigor. Prouerbium. Plin. in epiſt. Inde illi poſt ſeptimum & ſeptuageſimum annum aurium oculorúmque vigor integer, inde agile & viuidũ corpus, ſoláque ex ſenectute prudentia. Il auoit louye & la veue ſaine & entiere, apres ſeptante ſept ans paſſés.

Aurium ædes. Plaut. in Pſeudolo, Faxis iã vacuas Pſeudole ædes aurium, mea vt migrare dicta poſſint quò volo. Ouure tes oreilles, affin que ce que ie te diray penetre bien auãt. Iocus Plautinus.

Auribus accipere. Plaut. in Trinummo, In alio atque hanc tuam gloriam iã antè auribus acceperam, Iauoye entendu, ou iauoye ouy dire.

Aures arrigere, Leuer les oreilles, eſtre attentif a ouyr. Terent. in And. Arrige aures Pãphile.

Aures calent illius criminibus, Mes oreilles ſont tout eſchauffees de tant ſouuent ouyr ſes meſfaits. Cic. in Salluſtiũ, Scio me patres conſcripti, in reſpondendo non habere magnã expectationem, quòd nullum vos ſciatis nouum crimen in Salluſtium aduituros, ſed omnia vetera recognituros, queis & meæ & veſtræ iam & ipſius aures calent. Id eſt plus nimio aſſuefactæ, & quaſi attritæ. Metaphora à calore, qui generatur ex frequenti colliſione & attritu duorum corporum.

Auribus capere ſpolia, Ouyr aucunes parolles de ce que on dit en ſecret. Plaut. in Milite, Nã opus eſt nunc tuto loco, inimicus ne quis noſtris ſpolia capiat conſilijs, atque vnde inimicus nequis ſpolia capiat auribus, De paour que quelcun de nos ennemis ne ſen aille chargé de nos ſecrets.

Aures claudere veritati, Ne vouloir point ouyr la verite, faire le ſourt. Cic. in Amicitia, Cuius autẽ aures clauſæ veritati ſunt vt ab amico verũ audire nequeat, huius ſalus deſperãda eſt.

Auribus dare. Trebonius Ciceroni, Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare: nihil adoleſcente tuo, atque adeò noſtro (nihil enim mihi à te poteſt eſſe ſeiunctum) aut amabilius omnibus ijs qui Athenis ſunt, eſt: aut ſtudioſius earum artiũ, quas tu maxime amas, hoc eſt optimarum. Ne penſe point que ie te vueille flatter, ou dire parolle de flatterie, ou que ie le die pour delecter ſeulement tes oreilles.

Aures hebetes habet, qui negligenter audit, Vel non curat audire, quæ audienda ſunt, Celuy qui ne tient conte douyr ce quon doibt ouyr. Cic. pro Cn. Plancio, Nam poſteaquã ſenſi populum Romanũ aures hebetiores, oculos acres, atque acutos habere, deſtiti quid de me audituri eſſent homines, cogitare: feci vt poſtea quotidie me præſente viderẽt, habitaui in oculis, preſſi eorum neminem à congreſſu meo.

Aures patefacere aſſentatoribus, Ouyr voulentiers flatteurs & gens qui accordent tout. Cicero, officiorum primo, Iiſdémq; temporibus cauendũ eſt ne aſſentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos ſinamus, in quo falli facile eſt.

Aures peregrinari. Cic. pro T. Annio, An verò iudices, vos ſoli ignoratis, vos hoſpites in hac vrbe verſamini? veſtræ peregrinantur aures? neque in hoc peruagato ciuitatis ſermone verſantur? quas ille leges, ſi leges nominandæ ſunt, ac nõ faces vrbis & peſtes reip. fuerit impoſiturus nobis omnibus, atq; inuſturus? Eſtes vous ſi nouueaux venus en ceſte ville, que vous nayés point ouy cela qui eſt par tout commun?

Auribus æquiſſimis alicuius vti, Eſtre voulũtiers ouy daucun. Cic. Volumnio, Nam & Caſſius tuus, & Dolabella noſter, vel potius vterque noſter, ſtudijs ijſdem tenentur, & meis æquiſſimis auribus vtuntur, Ie les oy volũtiers quant ils parlent a moy, ou me demãdent quelque choſe, Ie les oy voulentiers declamer en art oratoire.

Auricula auriculæ. Loreille, ceſt tout ce qui eſt a lentour du ſommet de louye. Cic. ad Quintũ fratrẽ, Tu quẽadmodũ me cenſes oportere eſſe in rep. & in noſtris inimicitijs, ita & eſſe, & fore auricula infima ſcito molliorẽ. Auricula infima, Le petit bout de loreille, que on tire volũtiers aux enfans, & eſt plus tẽdre que le reſte. vnde prouerbiũ, Tu mollior es infima auricula.

Auritus, aurita, auritum, Qui ha grandes oreilles. Virg. Auritóſque ſequi lepores.

Auritus, Qui ha bonne ouye, qui oyt bien cler. Horatius lib. Carminum, Doctus auritas fidibus canoris ducere quercus.

Auritus populus, Qui eſt attentif. Plaut. in prologo Aſinariæ, Face iam nũc præco omnẽ auritum populum, Fais quil ſoit attentif.

Auritæ plagæ. Plaut. in Milite, Sed ſpeculabor, ne quis aut hinc ab leua, aut ab dextera, noſtro conſilio venator aſſit cum auritis plagis. Auec rets qui ayent oreilles, ceſt adire, que aucun neſpie a ouyr noſtre conſeil.

Auriti teſtes. Plaut. in Truculento, Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quàm auriti decem, Mieulx vault vng teſmoings qui a veu le fait, que dix qui nen ſcauent que par ouyr dire.

AVRORA auroræ, f.g. Laube du iour, le point du iour. Plaut. in Pœnulo, Nam vos vſque ab aurora ad hoc quod eſt die, poſtquam illuxit aurora, nunquam ceſſamus ex induſtria ambæ lauari.

AVRVM auri, n.g. Or. Cic. pro L. Flacco, Pergami, non multum auri ratio conſtat, aurum in ærario eſt.

Aurum coronariũ. La courõne dor que le peuple de Rõmme ſouloit par honneur enuoier au principal capitaine de larmee, quant il debuoit triumpher: & dicelle couronne il eſtoit orne durant ſon triumphe. Cic. de lege Agraria, Ex auro coronario quod neque conſumptum in monimento, neque in ærariũ relatum ſit, id ad decem viros referri iubet. Idem, In poſterũ vero lex hæc imperatoribus veſtris conſtituitur, vt quicunque de prouincia deceſſerit, apud eoſdem decem viros quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarij, profiteatur. Idem in L. Piſonem, Mitto aurum coronarium, quod te diutiſſime torſit, cum modo velles, modo nolles. lex enim generi tui & decerni, & te accipere vetabat, niſi decreto triumpho.

Aurum Philippeum, Or de philippus. Plaut. in Curculione, Ibi nũc ſtatuam vult dare aureã ſolidam faciendam ex auro Philippeo, quæ ſiet ſeptempedalis, factis monumentum ſuis. Idem in Bacchidibus, Nam iſtic fortaſſe auro opus eſt. P. Philippeo quidem.

Aurũ, Ornements dor. Plaut. in Moſtell. Agedum cõtempla aurum & pallã, ſatín' hæc decẽt Scapha? Idem in Curculione, Tecũ oro & quæſo, qui has tabellas afferet tibi, vt ei detur, quam iſtic emi virginem, quod te præſente iſtic egi, téque interprete, & aurum & veſtem. Terent. in Eunucho, Interea aurum ſibi clàm mulier demit, dat mihi vt auferam.

Aurum & argentum factum, Or & argent preſt a mettre en oeuure. Vlpianus, Si aurũ factum eſt, omne ad eum pertinet cui legatum eſt ex quo auri aliquid eſt effectum. Virg. Sunt auri pondera facti infectique mihi. Seruius ita exiſtimat aurũ vel argentum factum id videri, quo commode vti poſſimus.

Aureus, Vne piece dor. Plin. Immane tabulæ pretium accepit aureos menſura non numero.

Aureus aurea aureum, Choſe qui eſt toute dor. Plaut. in Rudẽte, Et bulla aurea eſt, quam pater dedit mihi natali die. Idem, Pòſt altrinſecus eſt, ſecuricula ancipes, item aurea literata. Sur laquelle y a des lettres dor.

Auratus aurata auratum, Quelque choſe doree.

Auratus, aliquãdo pro aureo accipitur. Suet. in Nerone, Piſcatus eſt rete aurato, purpura, coccóque funibus nexis.

Aurarius, aurarij, m.g. Doreur.

Auraríũ negotiũ, Marchãdiſe, ou beſongne dor. Plaut. in Bacch. Negotiũ hoc ad me nũc attinet auraríũ: mille & ducẽtos philippos attulim? aureos Epheſo, quos hoſpes debuit noſtro ſeni.

Auraria fodina, Vne miniere dor, ceſt ou on prend la mine dor. Quæ & aurifodina dicitur.

Aurifex aurificis, Vng affineur dor, ou vng orfeure. Plaut. in Menæhmis, Tibi dedi equidẽ illã ad Phrygionem vt ferres, paulo prius: & ſpinter vt ad aurificem ferres, vt fieret nouum. Plin. Velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis.

Aurificina aurificinæ, Ouuroir de affineur, ou dorfeure.

Aurifur, aurifûris, Larrõ qui deſrobbe de lor. Plaut. in Pœnulo, In ſeruitute hic habuit duas filias tuas: & mihi hic aurifur eſt.

Auramentũ auramenti. Plin. lib. xxxiii. Hiſpania ſtrigiles vocat, auri paruulas maſſas, quod ſuper omnia, ſolũ in maſſa auramẽto capitur, cũ cætera in metallis reperta, igni perficiantur.

Aureolus, aureola, aureolum, Quelque petite choſe faicte dor. Plaut. in Rud. Enſiculus eſt aureolus primum literatus.

Aurichalcum, aurichalci, aurichalco, Du laiton. Plaut. in Milite, Cedo tres mihi homines cõtrà aurichalco emptos iſtis moribus.

AVRATA auratæ, f.g. Dorade, qui eſt vne ſorte de poiſſon, qui ha la couleur dor. Martia-

lis, Non omnis pretium laudémque aurata meretur.

AVRVNCI, auruncorum, m.g. Les barbes des chieures.

AVSCVLTO auſcultas, auſcultare, Eſcouter. Plaut. in Sticho, Auſculto, atque animũ aduorto ſedulo. Terent id Andria, Auſculto, loquere quid velis.

Auſculto, cum accuſatiuo. Plaut. in Pſeudolo, Studeo hercle audire: nam te auſcultabo lubens. s. agedum: nã ſatis lubenter te auſculto loqui. Idem in Amphit. Clara verſum fabulabor, hic auſcultet quæ loquar. Idem in Pœnulo, Quid habeat ſermonis, auſcultauero. Idem in Bacchidibus, Porro etiam auſculta pugnã quam voluit dare. Terent. in Heaut. Sed porrò auſculta quod ſupereſt fallaciæ.

Auſculto ab. Plaut. in Mercatore, Scio omnia ego iſthæc: auſcultaui ab oſtio: omnem rem ſcio.

Auſculto ad. Plaut. in Truculento, Ad fores auſcultato, atque adſerua has ædes.

Auſculto hinc. Plaut. in Curculione, Paraſitum tuum vide occurrentem: ellum vſque in platea vltima, hinc auſcultemus quid agat.

Auſcultare alicui, Obeir ou obtemperer a aucun. Plaut. in Curculione, Si recte facias, Phedrome, auſcultes mihi. Idem in Aſinaria, Qui mihi auſcultabunt, facient obſequelã. Idem in Aulularia, Tam optimum eſt, tu conditionem hanc accipe, auſculta mihi, atque eam deſpõde mihi. Terent. in Heaut. Viſne tu homini ſtulto mihi auſcultare? Idem in And. Nec quid agam, certum eſt, Pamphilúmne adiutem, an auſcultem ſeni. Plaut. in Rud. Mendicitatem mihi obtuliſti opera tua, dum tuis auſculto magnidicis mendacijs.

Auſcultare paucis, Eſcouter quelque choſe en brief. Terent. in Adel. Auſculta paucis, niſi moleſtum eſt. Idem in Andria, Auſculta paucis, & quid ego te velim, & tu quod quæris, ſcies.

Auſculta, abſolute, Eſcoute. Terẽt. in Eunucho, Age, ſed huc qua gratia te accerſi iuſſi, auſculta. Idem in Andria, O Chreme, per tempus aduenis: auſculta. Plaut. in Perſa, Auſculta ergo, vt ſcias.

Auſcultabitur, impersonaliter, On obeira. Plaut. in Mercatore, At tu excuſato me feciſſe ſedulo, ad portum ne ires, dico iam tibi. c. auſcultabitur, On fera ce que tu dis.

Auſcultare inter ſeſe, Saccouſter en loreille. Plaut. Et inter ſeſe auſcultãt, & columbatim os cũ ore conſerunt.

Auſcultatio, auſcultationis, f. g. Eſcoutemẽt obeiſſance. Plaut. in Rud. Quid mihi ſceleſto tibi erat auſcultatio, quídve hinc abitio? Pourquoy eſt ce que moy meſchãt ie te croyoie ou obeiſſoie?

AVSPICIVM, auſpicij, n.g. Lart & ſcience de ſauoir predire choſes aduenir par regarder voler les oyſeaulx, & les ouyr chanter. Plaut. in Amphitruone, Sed quid huc vos reuertimini tam cito? an te auſpicium cõmoratum? an tempeſtas continet? Cic. in ſecũdo de diuinatione, Quid eſt aliud nolle moneri à Ioue, niſi efficere vt aut ne fieri poſſit auſpiciũ: aut ſi fiat, videri? &c. Et paulopoſt, Credo id quidẽ: ſed hoc nihil ad auſpicia: nec enim ei cornix canere poterat recte eum facere, quòd populi Romani libertatem defendere pararet: ipſe hoc ſentiebat, ſicuti ſenſit. aues, euentus ſignificant, aut aduerſos, aut ſecundos.

Auſpicium liquidum, Diuinement cler & manifeſte. Plaut. in Perſa, Vide vt ingrediare auſpicato. TO. liquidum eſt auſpicium, tace, concede ſis, iam ego illam adducam. Idem, Auſpicio liquido, aui ſiniſtra atque ex ſententia.

Auſpicio meliore. Plaut. in Menæhmis, Liber eſto. MEN. quum tu es liber, gaudeo Meſſenio. MES. ſed meliore eſt opus auſpicio, liber perpetuo vt ſiem.

Auſpicijs optimis. Cic. de ſenectute, Augúrque cum eſſet, dicere auſus eſt, optimis auſpicijs ea geri, quæ pro reipublicæ ſalute gererentur: quæ cõtra rempublicam fierent, contra auſpicia fieri, Il fut ſi hardi de dire quil neſtoit beſoing de ſenqueſter par la ſciẽce augurale de ce qui en deuoit aduenir. & que ceſtoit choſe aſſuree que ce qui ſe faiſoit pour le bien & ſalut de la republique, ce faiſoit auec treſbon heur. & au contraire ce qui ſe faiſoit contre, tourneroit a malheur. Plaut. in Sticho, Auſpicio huc hodie ego optimo exiui foras. A la bonne heure.

Auſpicio malo. Plaut. in Aulularia, Quid ego nunc agã? næ ego ædepol veni huc auſpicio malo. Ie ſuis icy venu a la malheur.

Auſpiciũ, Cõduicte, & guide. Virg. in IIII AEneid. Cõmunem hũc ergo populũ, paribúſque rogamus auſpicijs. Liuius, Vos auſpiciũ imperiúmq; ad Calenũ detuliſtis. Plaut. in Amphitruone, Atq; expugnatũ oppidũ eſt imperio atque auſpicio heri mei Amphitruonis maxime. Idem, Quos nemo poſſe ſuperari ratus eſt, eos meo auſpicio atque ductu primo cœtu vicimus. Idem in Epidico, Sed ego hinc migrare ceſſo, vt importẽ in coloniam hũc, hunc auſpicio meo cõmeatũ? Ibidem, Virtute atque auſpicio Epidici, cũ præda in caſtra redeo.

Auſpico auſpicas, auſpicare, poetice, Senquerir quel deuoit eſtre liſſue daucun affaire par regarder voler oyſeaux, & les eſcouter châter. Plaut. in Perſa, Ego auſpicaui in hunc diē: nihil mihi tam parui eſt, quin me id pigeat perdere. Idem in Sticho, Certū eſt muſtelæ poſthac nunquam credere: nam incertiorem nullam noui beſtiam: quin & ipſa decies in die mutat locum: eam auſpicaui in re capitali mea. Idem in Rudente, Non hodie iſti auſpicaui rei, vt cū furcifero fabuler.

Auſpicor auſpicaris, auſpicari, Idem quod Auſpico. Ceſt auſſi commencer quelque affaire. Suet. in Auguſto, Militiam auſpicantibus, non tribunatum modo legionum, ſed etiam præfecturas alarum dedit. Plin. lib. VII. At homo infeliciter natus, iacet, manibúſque pedibúſque deuinctis, animal cæteris imperaturum, à ſupplicijs vitam auſpicatur. Columella lib. XII. Poſſit ab idibus Ianuarij auſpicari culturarum officia.

Auſpicatus, auſpicata, auſpicatum, Choſe encōmencee, & entreprinſe a la bonne heure. Quint. Itaque apud illos Homerus, ſicut apud nos Virgilius, auſpicatiſſimum dederit exordium. Portant bon eur.

Auſpicato, aduerbium, Eureuſement, a la bonne heure. Plaut. in Perſa, vide vt ingrediare auſpicato. D. liquidum eſt auſpicium. Terent. in Andria, An nondum etiam? haud auſpicato huc me appuli.

AVSTRVM auſtri, n.g. Le rayon dune roue. Lucretius, lib. v. Vt fluuius verſare rotas atque auſtra.

AVT coniunctio qua ſeparantur verba, aut ſententiæ. Virg. Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto. Terent. in Andria, Venientes, aut abeuntes. Idem, Aut equos alere, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos.

Aut, dubitātis. Terent. in Eunucho, Neque ſcio quid dicam, aut quid coniectem, Ie ne ſcay ne que ie diray, ne que ie controuueray.

Aut ego neſciebā quorſum tu ires? Mais penſes tu que ie ne ſceuſſe pas bien ou tu voulois venir? Ita Græci ſuo ἢ in interrogando vtuntur.

Aut certe, Ou au moins. Cic. in Bruto, Quo enim vno vincebamur à victa Græcia, id aut ereptum illi eſt, aut certe nobis communicatum.

AVTEM cōiunctio, dictioni penè ſemper poſtponitur, & ſecūdo loco, aliquando tertio, apud Plautū quarto legitur. Terent. in Adel. AEſchinus odioſe ceſſat, prandiū corrūpitur, Cteſipho autem in amore eſt totus. Et Cteſipho eſt du tout attentif a ſes amours. Idem, Miſerā me, neminem habeo: ſolæ ſumus, Geta autē hic non adeſt. Et Geta, ou auec ce, Geta neſt point icy.

Quid autē? Terēt. in Eunucho, Quid hoc autem eſt? Méne quærit? mais queſt cela? Idem, Sed fores crepuere ab ea, perij. T. quid hoc autem eſt mali? hunc ego nunquam videram: & iam hic quidnam properās profilijt? Mais quel mal eſt cela? que peult ce eſtre? Idem in Adelph. Salue Demea. D. quid autem? H. Maior filius tuus AEſchinus quē fratri &c. Qui a il? Mais quoy? Idem in Eunucho, Ah quid faciam? quid mea autem, quid faciet mihi? Helas que feray ie? & dauantage ma maiſtreſſe que me fera elle?

Autem, Auſſi. Plaut. in Truculēto, Agite, abite: tu domum, & tu autem domum, Et toy auſſi, vaten en la maiſon.

Ille autem. Terēt. in Eunuch. Virgo ipſa lachrymat: neque cum rogitas quid ſit, audet dicere. ille autem bonus vir nuſquam apparet: etiā hoc miſera ſuſpicor, aliquid domo abeuntē abſtuliſſe. Encore qui pis eſt, ceſt homme de bien la ne ſe monſtre nulle part.

Adeo autem. Terent. in Eunuch. Atque adeo autem cur non egomet intrò eo? Et moymeſmes pour quoy nentre ie dedens?

Ecce autem, Ceſt vne voixqui ſe dit quant quelque choſe dimproueu ſuruient ſoudainement. Terēt. in Eunuch. Ecce autem alterum, neſcio quid de amore loquitur. Idem in Adelph. Fero alia flagitia ad te ingentia boni illius adoleſcentis. M. ecce autem. D. noua, capitalia. Idem in Adelph. Sperabam iā deferuiſſe adoleſcentiam: gaudebam: ecce autem deinregro. Idem, Ecce autem hic adeſt ſenex noſter. quid fit? quid tu es triſtis? Idem in Eunuc. Quid igitur faciam miſer? quídve incipiam? Ecce autem video rure redeuntem ſenem.

Autem enim. Plaut. in Pſeudolo, Vetus nolo faciat. C. autem enim nequicquam vis, vel tu ne faceres tale in adoleſcentia, Vrayment pourneant, en vain, tu pers ta peine de dire que tu ne le veulx pas.

Porro autem. Terentius in Eunucho, Vbi mutem? perij: nam domo exulo. nunc metuo fratrē, ne intus ſit: porro autem, pater ne rure redierit iam. Et dauantage. Et auec ce ie crains &c. Idem in Adel. Iſthæc res eſt. D. hoc vitio datur. S. probiſſime. D. porrò autem. S. nō hercle

otium eſt nunc mihi auſcultandi, En oultre, dauantage, puis apres.

Tum autem. Terent. in Eunucho, Scis ſponſam mihi? PA. bene, ita me dij ament, factũ. G. audín' tu illum quid ait? C. tum autem Phædriæ meo fratri gaudeo amorem eſſe omnẽ in trãquillo. Auec ce, Et qui plus eſt.

Quid tu ais Gnato? nunquid habes quod contemnas? quid tu autem Thraſo? tacent, ſatis laudant. Et toy auſſi Thraſo, quoy? Terent.

Autem indignationis nota. Terent. in Eunucho, Quid tu tibi vis? TH. ego non tangã meam? CH. tuam autẽ furcifer? La tienne meſchant? Idem in Adelphis, Egóne autem debacchatus ſum in te? Dis tu que ie tay tenſe? Idem, Idne eſtis authores mihi? AES. fac: promiſi ego illis. MI. promiſiſti autem? de te largitor puer.

Probari autem? Cic. Attico, Quod ad te ſcriptũ eſt à Cincio de Statij ſermone, in quo hoc moleſtiſſimum eſt, Statium dicere, à me quoque id conſilium probari: Probari autẽ? de iſto hactenus diximus. Idem, Quid tandem iſti mali in tam tenera inſula non feciſſent? feciſſent autem? imò quid ante aduentũ meum non fecerunt? Que dis ie quils euſſent faict? ains queſt ce que ils nauoient ia faict deuant ma venue? Idem, Sed ferendus tibi in hoc meus error: ferendus autem? imò vero adiuuandus. Que dis ie deuoir eſtre ſupporté? ains qui plus eſt, aidé. Idem, Etſi intelligis quàm mecum ſit ſcire & curare quid in rep. fiat: fiat autem? imò verò etiam quid futurum ſit.

Súmne autẽ nihili, qui nequeo animo moderari meo? Mais ne ſuis ie pas bien vng vaultneãt qui ne puis moderer mes affections? P.

Autem, quarto loco poſitum. Plaut. in Amphit. Tum meo patri autem torulus inerit aureus ſub petaſo: id ſignum Amphitruoni non erit.

AVTHOR authoris, m. g. & apud antiquos, etiã fœminini, iuxta Feſtum Pompeiũ, Linuenteur ou le facteur de quelque choſe, qui premier dõne le conſeil, qui induit & poulſe. Cic. tertio officiorum, Atque huius deditionis, ipſe Poſthumus, qui dedebatur, ſuaſor & author fuit. Plaut. in Pſeudolo, Quid mihi author es huic vt mittam, ne amicã hic meam proſtituat? Que me conſeilles tu que ie enuoie a ceſtuy? Idem, Quid mihi es author Simo? S. exploratorẽ hũc faciamus ludo ſuppoſititium. Idem in Milite, Quid mihi nũc es author vt faciam, Palæſtrio, de cõcubina noſtra? Terent. in Adelphis, Anum decrepitam ducã: idne eſtis authores mihi? Mihi authores ita ſunt amici, vt vos abducã hinc domũ. PA. atenim nos, quarum res agitur, aliter authores ſumus. Ils ſont dauis. certes nous ſommes dũg autre aduis. Plaut. in Sticho.

Si hercle ego te non elinguandã dedero vſque ab radicibus, impero, authórque ſum vt me cuiuis caſtrandum loces, Ie te commande, & te aduoue que tu me faces chaſtrer. Plaut. in Aulularia. Si tibi lubido eſt aut voluptati, ſino, ſuſpende, vinci, verbera, author ſum, ſino, Ie ten baille le conge, ou adueu. Plaut. in Pœnulo.

Author his rebus quis eſt? Qui a eſte inuẽteur de ceſte affaire? Ou, qui a braſſé & a eſte le cõducteur de ceſte affaire? Terent. in Adelphis. An pœnitebat flagitij, te authore quod feciſſet adoleſcens, ni miſerum inſuper etiam patri indicares? Ne te ſuffiſoit il pas du mal que tu auois fait faire a ladoleſcent, ou quil auoit fait a ton aueu, ſi tu & c. Terent. in Eunucho. Non quidem me faciet authore hodie, vt illum decipiat. Plaut. in Sticho.

Authore illo. Plin. in epiſt. Mihi & tentandi aliquid, & quieſcendi illo authore ratio cõſtabit, Ie ſuis tout arreſté a cela, de aſſaier ou men deporter ſelon ſon conſeil. Idem, Proinde cum venabere, licebit authore me, vt panarium & lagunculam, ſic etiam pugillares feras, Ie te conſeille.

Authorem dabo rem. Plaut. in Trinũmo, Id ita eſſe vt credas, rem tibi authorem dabo. nam poſtquam hic eius rem confregit filius, vidétque ipſe ad paupertatẽ protractum eſſe ſe. &c. Ie ten bailleray pour teſmoing la choſe meſme.

Author rumor. Cic. in Verrem, Hæc vos antea iudices audiſtis: veũ fortaſſe ita audiſtis vt authorem rumorem haberetis, ſermonémque omniũ, Vous ne le ſcaues que par le bruit cõmun.

Authores ſumus, Nous promettons, ou ſommes reſpondans. Liuius, Authores ſumus tutã ibi maieſtatem Romani nominis fore.

Author, Approbateur & protecteur de quelque choſe. Liuius, Sed vt inuentor legis Volero, ſic Lectorius collega eius author cum recentior tum acrior erat.

Author, Rapporteur, ou qui ſeme aucun bruit. Liuius, Agitatus deinde cõſilijs ex omni parte aſſentiẽdo multis authoribus trepidauerat. Idem, Iiſdem authoribus cognitũ eſt equos Volſcóſque ſumma vi bellum apparare.

Authorẽ laudare, Nommer ſes teſmoings. Cic. lib. 3. de Oratore, Huius ego etſi multos audi-tores cognoui Athenis, tamen authores certiſſimos laudare poſſum, & Socerum meum Sce-uolam &c. Idem, Atque hæc quidem ab iis philoſophis quos tu maxime diligis Catule di-cta ſunt: quod eo ſæpius teſtificor, quò authoribus laudandis, ineptiarum crimẽ effugiam. Affin que en nõmant grans perſonnages qui diſent le meſme que moy, ie ne ſoie point tenu pour legier. Idem pro Flacco, Illo abſente authore nominato, & teſte huius criminis citato.

Author, Qui ratifie & approuue quelque choſe. Liuius lib. 3, Multique erant qui mollius con-ſultum dicerent, quod legum ab eis latarum patres authores fuiſſent.

Authorem fieri. Liuius, Decreuerunt vt cum populus regẽ iuſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres authores fuiſſent. Si les ſenateurs leuſſent approuue.

Author, Celuy qui a la charge de quelcun eſtant ſoubs aage, & nõ aiant ladminiſtration de ſes biens. Paulus, Etiam ſi non interrogatus tutor ſiue author fuit, valet authoritas eius, cum ſe probare dicit id quod agitur.

Author, Garent, celuy qui vent a la charge de garentir. Plaut. in Curculione, Egóne ab lenone quicquam mancupio accipiam, quibus ſui nihil eſt, niſi vna lingua? qui abiurant, ſi quid cre-ditũ eſt, alienos mãcupatis, alienos manumittitis, alieníſque imperatis, nec vobis author vl-lus eſt, nec voſmet eſtis vlli. Cicero in Verrem, Nam ſtatim L. Metellus, vt iſti ſucceſſit ex C. ſacerdotis & Sexti Peducei inſtituto, frumentũ Mamertinis imperauit. tum illi intellexe-runt ſe id quod à malo authore emiſſent, diutius obtinere non poſſe.

Authorem habere aliquem, Suyure aucũ en quelque choſe. Terentius in prolog. Andriæ, Qui cum hunc accuſant, Neuium, Plautum, Ennium accuſant, quos hic noſter authores habet. Plin. in epiſt. Ab illis autem quibus notum eſt, quos quantóſque authores ſequar, facile im-petrari poſſe confido, vt errare me, ſed cum illis ſinant, quorum non ſeria modo, verumetiã luſus exprimere, laudabile eſt.

Authoritas, authoritatis, Auctorite, credit, puiſſance. Cicero Philippica tertia, Tantus autem conſenſus municipiorum coloniarúmque prouinciæ Galliæ, vt omnes ad authoritatem huius ordinis, maieſtatémque populi Romani defendendam cõſpiraſſe videantur. Liuius libro ſe-cundo, Nec antè mouerunt de ſententia conſulem, quàm tribuni ſe in authoritate patrum fu-turos eſſe polliciti ſunt. Cicero pro A. Cluentio, In diſſuaſione rogationis eius quæ cõtra co-loniam Narbonenſem ferebatur, quantum poteſt de authoritate ſenatus detrahit, in ſuaſione legis Seruiliæ ſummis ornat ſenatum laudibus.

Authoritatem defungi, Renier que on ait fait faire quelque choſe, & que on en ſoit cauſe. Plaut. in Pœnulo, Si tibi lubido eſt, aut voluptati, ſino, ſuſpende, vinci, verbera, author ſum, ſino. M. ſi authoritatem poſtea defungêris, vbi diſſolutus tu ſis, ego pendeam.

Authoritatẽ defugere, Ne vouloir faire ce que vng autre cõmande, & ne faire ce de quoy il eſt inuentif. Terentius in Eunucho, Iubéſne? C H. Iubeo, cogo, atque impero. P. nunquam defu giam authoritatem: ſequere.

Authoritatem interponere, Interpoſer ſon auctorite, bailler mandement de faire quelque cho-ſe. Cic. in Verrem, Ait ſe miſiſſe, & confirmaſſe, ſuam interpoſuiſſe authoritatem.

Authoritas eorum mecum facit, Ils ſont de mon opinion, ils ſont dung meſme aduis. Cic. pro Aulo Cecinna, Sin hominibus remotis de cauſla quæritis, cum iudicium de vi ſit, is qui ar-guitur, vim ſe hominibus armatis feciſſe fateatur: verbo ſe nõ æquitate defendere conetur: id quoque ei verbum ipſum ereptum eſſe videatis: authoritatem ſapientiſſimorũ hominũ fa-cere nobiſcum, in iudicium non venire vtrum Cecinna poſſederit necne: tamen doceri poſ-ſediſſe: multo etiam minus quæri Auli Cecinnæ fundus ſit, nécne.

Authoritas, Opinion & iugement. Cicero pro A. Cluentio, Et illa oratio, potius temporis mei quàm iudicij & authoritatis fuit. Cũ enim accuſarẽ, & mihi initio propoſuiſſem vt animos & populi Romani, & iudicum commouerem, cúmque omneis offenſiones iudiciorum non ex mea opinione, ſed ex hominum rumore proferrem, iſtam rem quæ tam populariter eſſet agitata, præterire non potui. Sed errat vehemẽter, ſi quis in orationibus noſtris quas in iu-dicijs habuimus, authoritates noſtras conſignatas ſe habere arbitratur.

Authoritatem alicuius ſequi: Faire comme aucun fait, lenſuyure, & eſtre de ſon conſeil. Cic. pro A. Cluentio, Ego vero in iſto genere libentius cum multorũ, tum hominis eloquen-tiſſimi & ſapiẽtiſſimi L. Craſſi authoritatem ſequor. Idem lib. 2. Philipp. A vobis peto, vt ſi ſequi minus videbitis orationem meam, atque authoritatem meam, benigne me tamen, vt feciſtis, audiatis.

Authoritatem habere in aliqua re, Auoir authorite, credit, audiuit, & eſtre eſtimé. Cic. pro Lege Manilia, Et quoniam authoritas multum quoque in bellis adminiſtrandis atque imperio militari valet, certe nemini dubium eſt quin ea in re ille idem ipſe imperator plurimũ poſſit. vehementer autem pertinere ad bella adminiſtranda, quid hoſtes, quid ſocij de imperatoribus veſtris exiſtiment.

Authoritatem tribuere, Bailler pouoir & puiſſance a aucun. Cic. lib. III. Philip. Nunc primũ ita conuenimus, vt illius de beneficio poſſemus, quæ ſentiremus, libere dicere: tribuenda eſt authoritas, vt rẽpub. non modo à ſe ſuſceptã, ſed etiam à nobis cõmendatã, poſſit defendere.

Authoritas ſenectutis, Eſtime, authorite, reuerence, maieſte, & gloire que on ha a raiſon de laage. Cic. de ſenectute, Habet ſenectus, honorata præſertim, tantam authoritatem, vt ea plu ris ſit, quàm omnes adoleſcentiæ voluptates. Idem, Non cani, non rugæ repente authoritatem afferre poſſunt, ſed honeſtè acta ſuperior ætas, fructus authoritatis capit extremos. Idem, Quorũ non in ſentẽtia ſolũ, ſed etiã in nutu reſidebat authoritas. Plin. de viris illuſt. Inuẽtus & in carcerem cõiectus, immiſſum percuſſorẽ Gallum, vultus authoritate deterruit.

Authoritas, Pro authore, id eſt eo qui primus rumorẽ aliquem ſparſit. Plaut. in Trinũmo, Ego de verbis eorum famigeratorum inſcius, profilui amicum caſtigatum, innoxius. quod ſi exquiratur vſque ab ſtirpe authoritas, vnde quicquid auditum dicunt: niſi id appareat, famigerator næ ſit cum damno & malo.

Authoritas, Iouyſſance de quelque heritage ou autre choſe. Cic. pro Cecinna, Lex iubet vſum & authoritatem fundi eſſe biennium: hac vtimur eodem iure in ædibus, quæ in lege non appellantur, id eſt de quibus lex ſiluit. La loy commande que on iouyſſe dune terre leſpace de deux ans. Idem in Topicis, Item quod in re pari valet, valeat in hac quæ par eſt: vt quando vſus & authoritas fundi biennium eſt, ſit etiam ædium. Gellius lib. XV, Rei furtiuæ nõ annuus vſus ſit & authoritas, aut bina, trinâve dies, ſed æterna. res enim furtiuæ, & vſu poſſeſſæ, vſu capi læge XII tabul & L. Attilia non poſſunt, vt dicit Iuſtinianus.

Authoramentum authoramenti, Soulde ou gaige, loyer par lequel on tiẽt aucun obligé. Cic. in primo Officiorum, Illiberales autem & ſordidi quæſtus mercenariorum omnium, quorũ opera, non quorum artes emuntur. Eſt enim in illis ipſa merces authoramentum ſeruitutis. Suet. in Tyberio, Munus gladiatorium dedit primum in foro, ſecundum in amphitheatro rudiarijs quibuſdam reuocatis authoramento centum milium.

Authoro authoras authorare, Obliger aucun a quelque choſe, par luy bailler loyer.

Authoratus authorata authoratum, Oblige, loue. vnde authorati milites. Plin. lib. XIIII, vindemitorem authoratum dixit, mercede conductum.

Idem lib. XXVI, populum Romanum authoratum appellat in ſpectaculis, periclitantem inſtar gladiatorum. A Liuio authoratus proditor dictus, quaſi obligatus.

AVTVMO autumas, autumare, Croyre, penſer, iuger, & affermer en ſoymeſme. Plau. in Amphitruone, Quatuor viros ſopori ſe dediſſe hic autumat. Idem, Neſcio quem loqui autumat, mihi certe nomen Soſia eſt. Idem, Niſi hoc ita factum eſt, perinde vt factum eſſe autumo, non cauſſam dico, eum quin ſimules probri. Terent. in Prolog. Heautont. Factum hic eſſe id non negat, neque ſe id pigere: & deinde facturum autumat.

Autumare, Dire. Plaut. in Amphit. Egomet mihi non credo, cum illæc illum autumare audio. Idem in Epidico, Di me ex perdita ſeruatam volunt, ſi vera autumas. E, non habeo vllam occaſionem, vt apud te falſa fabuler. Idem in Captiuis, Age tu, illuc procede bone vir, lepidũ mancupium meum. ST. quid me oportet facere, vbi tu talis vir falſum autumas?

AVVS aui, Ayeul, le pere du pere ou de la mere. Plau. in Perſa, Nam nunquam quiſquã meũm maiorũ fuit, quin paraſitando pauerint ſe: pater, auus, proauus, abauos, atauos, tritauos, quaſi mures ſemper edẽre alienum cibum. Idem in Menæhmis, Poſtquam Syracuſas de re ea redijt nuntius ad auum puerorum, puerum ſurreptum alterum, patrémque pueri, poſt Tarenti eſſe mortuum.

Auia, auiæ, Ayeule, grand mere.

Auitus, auita, auitum, denominatiuũ ab auus. Cic. in Verrem, Nulla res cuiuſquam tam patria atque auita fuit, quæ nõ ab eo imperio iſtius abiudicaretur. Liuius, Interuenit deinde his cogitationibus auitum malum, regni cupido.

Auunculus auunculi, oncle, le frere de la mere. Plaut. in Aulularia, Et hic qui poſcet eam ſibi vxorem ſenex, is adoleſcentis illius eſt auunculus.

Auunculus maior, Le grand oncle, le frere de la grand mere. Perſius, Maior auunculus exit.

AVXILIVM auxilij, n.g. Aide.

Auxilium afferre, Dõner ayde, ſecourir. Terent. in Adelphis, Nunc illud eſt, quòd ſi omnes omnia ſua conſilia conferant, atque huic malo ſalutem quærant, auxilij nihil afferant.

Auxilio deeſſe, Ne vſer point de laide que vng autre veult donner. Cic. pro Cn. Plancio, Dixiſti enim nõ auxilium mihi, ſed me auxilio defuiſſe. Ego vero fateor mehercule, quod viderim, mihi auxilium non deeſſe, idcirco me illi auxilio peperciſſe.

Auxilio eſſe, Aider. Plaut. in Aulularia, Obſecro ego vos, mihi auxilio, oro, obteſtor, ſitis. Plin. in epiſt. Satius itaque eſt comparari ea, quæ ad coercendos ignes auxilio eſſe poſſint, admonerique dominos prædiorum, vt & ipſi inhibeant, ac, ſi res popoſcerit, accurſu populi ad hoc vti. Plaut. in Amphitruone, Venit, auxilio ijs fuit.

Auxilium & ſuppetiæ eſt illi. Plaut. in Epidico, Quicquid ego malefeci, auxilia mihi & ſuppetiæ ſunt domi, Tout tant que iay faict de mal, il en ya en la maiſon qui mont aide & ſecouru a lafaire.

Auxilium eſt illi in patre. Plau. in Amphitruone, Nec cauſſam liceat dicere mihi, neque in hero quicquam auxilij ſiet?

Auxilio adiutorem eſſe. Plaut. in Epidico, Duodecim ego deis pluſquam placeo, deorum immortalium mihi nunc auxilio adiutores ſunt, & mecum militant.

Auxilio eſſe in. Terẽ. in Heauton. Matres omnes filijs in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria ſolent eſſe.

Auxilium emortuum, Secours inutile. Plaut. in Epidico, Nam quid igitur te mihi eſſe retulit beneficum oratione, ſi ad rem auxilium emortuum eſt?

Auxilium ferre vitæ alicuius, Ayder & engarder que aucung ne meure. Terent. in Andria, Nam ſi illũ obiurges, vitæ qui auxilium tulit, quid facias illi qui dederit damnũ aut malũ?

Auxilium ferre. Terent. in Adelphis, Obſecro populares ferte miſero atque innocenti auxiliũ.

Auxilio parcere, Eſpargner, & ſe paſſer de laide daucun. Cicero pro Cn. Plancio, Dixiſti enim non auxilium mihi, ſed me auxilio defuiſſe. ego verò fateor mehercule, quod viderim, mihi auxilium non deeſſe, idcirco me illi auxilio peperciſſe.

Auxilior auxiliaris, auxiliari, Aider. Terent. in Adelphis, Sed hoc mihi dolet, nos penè ſeroſciſſe, & penè in eum locum redijſſe, vt ſi omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliari.

Auxiliarius, auxiliaria, auxiliarium, Qui vient a laide daucun, & au ſecours.

Auxiliarius amicus. Plaut. in Truculento, Verum apud hunc me hera conſilia ſummè loquitur libere, magiſque adeò ei conſiliarius hic amicus eſt, quàm auxiliarius.

Auxiliarius miles. Aſinius Pollio, Militem non modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem vllum quoque miſit.

A X

AXIS, huius axis, m.g. Vng aiſſeul, le bois qui eſt au trauers dung chariot, entour lequel les roues tournent. Virg. lib. III. Georg. Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis.

Axis, Se prent aucune fois pour tout le chariot. Iuuenalis, Dignus aricinos qui mendicaret ad axes.

Axis, Aiſſelle, ais de quoy on couure les maiſons en aucuns pais, en lieu de tuille. Feſtus Põp.

AXILLA, axillæ, f.g. Laiſſelle, le lieu creus ſoub le bras, ou quel croiſt du poil. Ab hoc deriua tur ala, fuga literæ. Cicero in Oratore, Quomodo enim veſter axilla, ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris? quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo, & axillo, conſuetudo elegans latini ſermonis euellit.

AXIOMA, axiomatis, n.g. Cicero Effatum vocat. Dialectici appellant vne maxime. Vide quartum Tuſculanarum quæſtionum.

AXVNGIA, axũgiæ, f.g. Sain doulx vieux de pourceau, de quoy on oingt laiſſeul dung chariot. Plin. Folijs cum axungia ſtrumas diſcutit.

A Z

AZYMVS panis, Pain ſans leuain.

BABAE, interiectio, vox græca admirantis, papæ Latini verterunt. Plaut. in Pſeudolo, Babæ, nunc demum mihi animus in tuto eſt loco, poſtquam iſte hinc abijt, atque abduxit mulierem. Idem, Pernicies adoleſcentum. B. acerrume. C. fur. B. babæ. P. fugitiue. B. bombax. C. fraus populi.

BACCA baccæ, vel baca vnico c, f.g. Fruit de laurier, oliue, cormier & autres ſemblables. Bacca, Vne perle.

Baccatus baccata, baccatum, Orné de perles. Virg. Collóque monile baccatum.

Baccula bacculæ, diminutiuũ, Petit fruit de laurier, oliuier, & ſemblables. Plin. lib. XXV. Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo, ferunt bacculas paruas vt cappari.

BACCALIA, baccaliæ, Arbor quæ & Auguſta appellatur. Vide Plinium lib. XI. cap. XXX.

BACCAR baccaris, f.g. Ceſt vne herbe qui ha la racine ſeulement odoriferante. aucuns lappellent lauande ſauuage. Vide Plinium lib. XXI. cap. VI. & XIX. Valet contra faſcinationes. Virg. Baccare frontem Tingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

BACCHOR baccharis, bacchari, Faire la feſte du dieu Bacchus.

Bacchari, Courir ca & la comme fol & enrage. Virg. Totámque incenſa per vrbẽ Bacchatur.

Bacchari, Tencer a quelcung, eſtre fort eſchauffe contre aucun a luy dire iniures. Terent. in Adelphis, Si ſatis iam bacchatus es leno, audi ſi vis nunc iam. S. egóne bacchatus ſum in te, an tu in me? Cicero de claris oratoribus, Nec erat vlla vis atque cõtentio, ſine cõſilio, quòd eos quorũ altior oratio, actióque eſſet ardentior, furere, & bacchari arbitraretur, ſine quòd natura non eſſet ita factus, ſiue quòd non conſueſſet, ſiue quòd non poſſet.

BACVLVS, baculi, m.g. & baculum baculi, neutri. Vng baſton. Ouid. lib. XV. Metamorph. Eſſe ſolet, baculúmque tenens agreſte ſiniſtra.

Bacillum bacilli, diminutiuum, Petit baſton. Cic. lib. II. de finibus bonorum & malorum, Bacillum aliud inflexum & incuruatũ, aliud ita natum. Idem de diuinatione, lib. I. Qui quidem Romuli lituus, id eſt incuruum & leuiter à ſummo inflexum bacillum, quod ab eius litui, quo canitur ſimilitudine nomen inuenit.

BADIZARE, apud Plautũ in Aſinaria, Cheminer. Demã hercle iam de hordeo, tollutim ni badizas. Græca dictio, latine declinata.

BAIVLO baiulas, baiulare, Porter ſur ſon dos. Plaut. in Aſinaria, Quin tu labore liberas te, atque iſtam imponis in me? LE. Eho baiulabo: tu, vt decet dominum, ante me ito inanis. Idem in Mercatore, Nam ædepol equidem mi ſenex, non didici baiulare, nec pecua ruri paſcere, neque pueros nutricare.

BALAENA balænæ, vne balaine. Quam alij piſtricem, alij cætum appellant. Græci φάλαινα dicunt, quaſi conſpicuam, conuerſa φ in β. Iuuenalis, Quantum delphinis balæna Britãnica maior. Vide Plin. lib. IX, cap. VI. Plaut. in Rudente, Quænam balæna meum vorauit vidulum?

BALANVS balani, m.g. Vne ſorte de poiſſon de mer. de quo Plinius lib. XXXII. cap. XI. Plautus in Rudente, Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum, pro exercitio gymnaſtico & palæſtrico: hoc habemus, echinos, lopadas, oſtreas, balanos captamus, cõchas, marinam vrticã.

Balanus, Acron dicit eſſe herbam vnguẽtariam, & ab Horatio pro vnguento myrobalano poſitam. Martialis, Hoc ex vnguento conſtat & ex balano.

Balanus etiam, à glandis ſpecie dicitur id genus alui ſubducẽdæ, quod clyſteris loco ſubditur. conſtat, vt Iulius Pollux inquit, ex adipe ac nitro parte plurima. Vng ſuppoſitoire.

Balanus, Vne eſpece de chaſtaigne, approchant a la ſorte de gland. Plin. lib. XV. cap. XXIII. Sardibus eæ prouenêre primum. ideo apud Græcos Sardianos balanos appellant. Nam diuus Tiberius poſtea balanum nomen impoſuit, excellentioribus ſatu factis.

Balanitis, huius balanitis, f.g. Vne eſpece de chaſtaigne ronde. Plin. lib. XV. cap. XXIII. Rotundior quæ balanitis vocatur. purgabilis maxime, & ſponte proſiliens.

BALAVSTIVM balauſtij, n.g. La fleur de pomme de coing. Vide Plinium lib. XXIII. cap. VI.

BALBVS balbi, m.g. Begue, qui ha la langue empeſchee & menge ſes mots, & en laiſſe. Perſius, Rancidulum quiddam balba de nare loquutus.

Balbutio balbutis, balbutire, Begueier, parler confuſement. Horatius in ſermonibus, Balbutit ſcaurum prauis fultum male talis.

BALINEAE balinearũ, Eſtéuues, bains ou on ſe bagne. Plau. in Pœnulo, Sed quænam illæc auis eſt, quæ huc cum tunicis aduenit? A. num nã id a balineis circunductus pallio? Idem in Trinummo, Comeſum, expotum, exutum, elotum in balineis.

Balineum balinei, n.g. Idem. Plin. in epiſt. Quid illa mollis, & tamen ſolida geſtatio? quid balineum illud, quod plurimus ſol implet, & circumit?

BALLISTA balliſtæ, f.g. ἀπὸ τοῦ βάλλω, quod eſt iacio. Vne piece dartillerie de guerre a ietter pierres pour abbaſtre murailles. Plautus in Bacchidibus, Primum intendam balliſtam in ſenẽ: & balliſta ſi præuortam turrim, & propugnacula, recta porta inuadã extemplo in oppidũ antiquũ & vetus. Ouid. lib. 1. de triſtib⁹, Quàm graue balliſtæ mœnia pulſat onus. Cic. li. 11. Tuſcul. Vt enim balliſtæ, lapidum: ita reliqua tormenta telorum.

Balliſta, Vne orbaleſtre. Plau. in Trinummo, Ita eſt amor, balliſta vt iacitur, nihil ſic celere eſt, neque volat, atque is mores hominũ moros & morioſos efficit. Idem in Captiuis, Nã meus eſt balliſta pugnus: cubitus catapulta eſt mihi. Lucanus, Neque enim ſolis excuſſa lacertis Lancea, ſed tenſo balliſtæ turbine rapta, Haud vnum contẽta latus tranſire quieſcit. Sed me lius dicitur ſcorpio pour vne orbaleſtre.

Balliſta infortunij. Plaut. in Pœnulo, Itaque hic ſceleſtus eſt homo leno Lycus, cui iam infortunij intenta balliſta eſt probe: quam ego haud multo poſt mittam è balliſtario.

Balliſtariũ balliſtarij, n.g. Vne orbaleſtre: ou le lieu ou telle piece dartillerie eſt aſſiſe & affutee. Plaut. in Pœnulo, Cui iam infortunij intenta baliſta eſt probe: quam ego haud multo poſt mittam è balliſtario.

BALNEVM balnei, neutri generis, & balnea balneæ fœminini, Bains & eſtuues ou on ſe baigne & eſtuue. Plaut. in Aſinaria, Ille in balneas iturus eſt: inde huc veniet poſtea. Idem in Moſtellaria, Sed ſenex gynæceum ædificare vult hic in ſuis, & balneas & ambulacrum & porticum. Cic. pro Sexto Roſcio, Occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœna Sextus Roſcius. Idem pro M. Cælio, Datum eſſe hoc aiunt P. Licinio prudenti adoleſcẽti & bono, Cælij familiari: conſtitutum eſſe cum ſeruis vt venirẽt ad balneas Xenias.

Balnearia balneariorum, Idem. Cic. Eo latere quod proximum eſt balnearijs, colũnas poſuerat.

Balneator, balneatoris, communis generis, Le maiſtre des eſtuues, qui ha la charge des bains. Plaut. in Rudente, AEdepol Neptune es balneator frigidus cum veſtimentis abs te poſtquam abij, algeo. Cic. pro M. Cælio, Niſi forte Mulier potens quadrãtaria, illa permutatione familiaris facta erat balneator.

Balneatorius, balneatoria, balneatorium, Appartenant a eſtúues. Martianus iure conſultus, Inſtrumento balneatorio legato, balneatores continentur: quoniam ſine his balnea vſum ſuum præbere non poſſunt.

Balneolum balnéoli, diminutiuum, Petit bain, petites eſtuues. Iuuenalis, Cũ iam noti celebréſque poetæ Balneolum Gabij Romæ conducere furnos Tentarent.

Balnearius, balnearia, balnearium, Qui eſt des eſtúues. Vnde ſcribit Vlpianus fures balnearios extra ordinem eſſe puniendos, Les larrons qui deſrobbent quelque choſes es eſtuues.

BALO balas balare, Beller proprement dict des brebis. Feſtus Pompeius.

Balito balitas balitare, Souuent beller. Plau. in Bacchidibus, Paſtor harum dormit, cum hæ eunt ſic à pecu balitantes.

BALSAMVM balſami, n.g. Baume. Vide Plinium lib. xii. cap. xxv.

Bôlus bôli, m.g. prima producta, Vng morſeau. Plaut. in Trucul. 17. 67, Haud manſiſti vt ego darẽ illam, tute ſumpſiſti tibi. nunc habeas, vt nactus: verum hoc ego te multabo bolo, ſex talenta magna dotis demã pro iſtac inſcitia. Idem in Trucul. 16. 12. Sed obſecro da mihi operã vt narrẽ quæ volo. A. nã quid eſt? mea refert, non mus, ſed intus bolos quos dat. Terent. in Heaut. 4. 2. 6, Crucior bolum tantum mihi ereptum tam ſubito è faucibus. Plaut. in Perſa, 16. 198, Satin' vt meminerit libertatis, hæc tibi grandes bolos dabit? Ne te iettera elle pas aſſes gros morſeaux?

BOMBAX aduerbium negligentis. Plaut. in Pſeudolo. 5. 130, Sacrilege. B. fateor. C. periure. B. vetera vaticinamini. C. legirupa. B. valide. P. pernicies adoleſcentum. B. acerrime. C. fur. B. babæ. P. fugitiue. B. bombax. Et puis, quen eſt il.

BOMBVS bombi, m.g. Vng ſon eſlourdiſſant, comme de trompettes. Perſius, Torua Mimaloneis implerunt cornua bombis.

BOMBYX bómbycis, m.g. Vne eſpece de vers qui fille la ſoie. Martialis, Bombyx pendulus vrget opus. Plin. lib. XI. cap. XXII & XXXII.

Bombyx, bombycis, f g. Soie. Plinius habet titulum, de Bombyce Coa.

Bombýcinus bombýcina bombýcinũ, Choſe faicte de ſoie. Iuuenal. Delicias & pãniculus bombycinus vrit. Martialis, Fœmineum lucet ſic per bombycina.

BONVS bona bonum, Bon. Terent. in Andria. 5. 4. 12, Si Simo hunc noris ſatis, nõ ita arbitrere, bonus hic eſt vir. S. hic vir ſit bonus!

Bonus animus, Bon courage. Plaut. in Pſeudolo, 7. 37, Bonus animus in mala re dimidiũ eſt mali. Terent. in Eunucho, 1. 2. 4, Tremo horreóque, poſtquã aſpexi hanc. P. bono animo es. Idem in Adelph. 2. 4. 20, Non fiet, bono animo eſto.

Boni conſulere, Prendre en la bonne part, prendre en gre. Plaut. in Trucul. 8. 54, Iam faxo hic aderit, ſeruulum huc mittam meum. P. ſic facito. D. quicquid autem erit, boni conſulas. P. ecaſtor munus te curaturum ſcio, vt huius me nõ pœniteat, mitte mihi. Quint. in præfatione ſexti libri, Boni autem conſulere noſtrum laborem vel propter hoc æquum eſt, quòd in nullum iam proprium laborem perſeueramus. Plin. lib. XXXIII, Quærebat argentũ auaritia, boni conſulit interim, inueniſſe minium. Vlpianus, Vt qui clementiorem ſententiam paſſus eſt, ob id quòd ad tempus relegatur, boni conſulere debeat humanitatis ſententiæ, nec decurionatum accipiat. Per genitiuũ quaſi græco more dixit, Id eſt, exiſtimare clementer ſecum à iudicibus actũ eſſe in animaduerſione criminis. Ouid. de Ponto, Vt tamen hoc ita ſit, munus tua grande volũtas, Ad me peruenit, conſuluitque boni. Idem ibidem, Quæ quanquã miſiſſe pudet, quia parua videntur, Tu tamen hæc quæſo conſule miſſa boni.

Bonæ ædes, Vne maiſon neufue, qui neſt point caduque. Plaut. in Moſtell. 3. 17, Hic iam ædibus vitium additur, bonæ cum curantur male. Boni poſtes. Plautus in Moſtell. 10. 42, Atque etiam nunc ſatis ſunt boni, ſi ſunt inducti pice.

Bonum & æquum, Lequité, ce qui eſt de droict & de raiſon. Plaut. in Perſa, 1 0, 71, Bonum æquúmque oras, ſequere hac. Vide AEQVVS.

Bonis dentibus. Plaut. in Truculento, 5. 13, Bonis eſſe oportet dentibus lenam probam, arridere quiſquis veniat, blandéque alloqui.

Bona dicere. Terent. in And. 1. 1. 70, Tum vno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas. Chaſcun me diſoit tout bien de luy.

Bonus dominus. Cic. de ſenectute, 5 2, Sēper enim boni, aſſiduíque domini, referta cella vinaria, olearia, mellaria, & penaria: villáque tota locuples eſt.

Bonum factum, Ce ſera bien faict. Suet. in Iul. Cæſ. Bonum factum, ne quis ſenatori nouo curiam monſtrare velit.

Bonæ felicitates. Terent. in Eunuch. 2. 3. 32, Neque quenquam eſſe ego hominem arbitror, cui magis bonæ felicitates omnes aduerſæ ſient.

Bona vel optima fide dicere, Dire a la bonne foy, a bon eſciant ſans aucune faintiſe. Plaut. in Aulul. 26. 42, Dic bona fide tu iſtuc, aurum nō ſurripuiſti? LY. bona non. EV. iſtuc quoque bona? Idem in Captiuis, 13. 121, Dic, bonáne fide tu mihi iſtæc verba dixiſti? ER. bona. Terent. in Heaut. 4. 5. 13, De illo quod dudum? dictum ac factum reddidi. C. bonáne fide? S. bona hercle. Quintil. in x, de ſeceſſus amœnitate loquens, Nanque illa ipſa quæ delectant, neceſſe eſt auocent ab intētione operis deſtinati. neque enim ſe bona fide in multa ſimul intendere animus totum poteſt, & quodcunque reſpexit, deſinit intueri quod propoſitū fuerat. Plin. lib. VII, de Cæſare loquens, Illa fuit vera & incomparabilis inuicti animi ſublimitas, captis apud Pharſaliam Pompeij magni ſcrinijs epiſtolarum, iterúmque apud Tapſum Scipionis, ea optima concremaſſe fide, atque non legiſſe.

Bona forma, Beau viſage. Terent. in Heaut. 3. 2. 13. Et quidem hercle forma luculenta. C. ſic ſatis. S. ita non vt olim, ſed vti nunc, ſanè bona. Idem in Andria, 2. 5. 17, Ego illā vidi virginem forma bona memini videre. Idem in Andr. 1. 1. 92, Interea inter mulieres quæ ibi aderant, forte vnam aſpicio adoleſcētulam forma. SO. bona fortaſſe. S1. & vultu Soſia adeò modeſto, adeò venuſto, vt nihil ſuprá.

Bona gratia. Plaut. in Truculento, 11. 13, Nā hoc aſſimile eſt quaſi de fluuio qui aquam deriuat ſibi: niſi deriuetur tamen, omnis aqua abeat in mare. Nam hoc in mare abijt, miſeréque perijt ſine bona omni gratia, Sans que on luy en ſceuſt aucunement bon gre. Idem in Bacchid. 20. 107, Quæſo vt ſat habeas id pater quòd Chryſalus obiurgauit me plurimis verbis malis: & me meliorem fecit præceptis ſuis: vt ei te habere gratiam æquum ſit bonam, Tu luy en dois ſauoir bon gre. Idem in Rudēte, 13. 32, Bonam eſt quòd habeas gratiam merito mihi, qui te ex inſulſo ſalſum feci opera mea.

Bono genere natus, Né de gens de bien, de bonnes gens. Plaut in Perſa, 16: 175. Hæc erit bono genere nata, nihil ſcit niſi verum loqui.

Bono ingenio eſſe, Eſtre de bonne nature. Terent. in Andria. 3. 2. 7, Deos quæſo vt ſit ſuperſtes, quandoquidē ipſe eſt ingenio bono. Ibidem, 3. 1. 8, Bonū ingeniū narras adoleſcētis.

Bonus liber. Plin. in epiſt. 20. b, Et hercle vt aliæ bonæ res, ita bonus liber melior eſt quiſque quo maior.

Bonum lucrum, Grant gain. Plaut. in Amphit. 3. 6, Et vt res rationéſque veſtrorum omnium bene expedire vultis, peregréque & domi, bonóque atque amplo auctare perpetuo lucro.

Bona natura. Terēt. in Eunucho, 2. 3. 24, Si qua habitior paulo, pugilem eſſe aiunt, deducunt cibum, tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas, Ia ſoit quelles ſoient pleines & graſſes de nature.

Bonus nuntius, Bonne nouuelle. Plaut. in Amphit. 3. 8. Et vti bonis vos veſtróſque omnes nuntijs me afficere vultis, ea afferam, eáque vt nuntiem.

Bonam operam nauauit, Il ya mis grand peine. Plin. de viris Illuſt. 4. Tullus Hoſtilius, quia bonam operam aduerſum Sabinos nauauerat, rex creatus, bellū Albanis indixit. Ibidem 75, Hic quæſtor Marij Iugurtham à Bocco in deditionem accepit. bello Cymbrico & Teutonico legatus bonam operam nauauit.

Bona pars, La plus grand part. Terēt. in Eunucho, 1. 2. 43, Nam hic quoque bonā, magnámque partem ad te attulit. Cicero de Oratore, Aiebat bonam partem ſermonis in hunc diē eſſe dilatam. Ouid. in Faſtis, Pars bona montis erat. Salluſt. Bona pars militum inde diſceſſerat.

Bona venia, Gratieuſement, ſans ſe courrouſſer. Terēt. in Phorm. 2. 3. 31, adoleſcens primum

abs te hoc bona venia expeto, ſi tibi placere potis eſt, mihi vt reſpondeas, Quem amicum tu um ais fuiſſe iſtum, explana mihi.

Bona verba quæſo, Dis mieulx ie te prie, parle bonnes parolles. Terent. in And. 1. 2. 33, Vbi uis facilius paſſus ſim, quàm in hac re me deludier. D. bona verba quæſo. S. irrides.

Bonis viribus eſſe, Eſtre bien fort. Cicero, de Senect. 27, Ego L. Metellum memini puer qui cum quadriennio poſt alterum conſulatum pontifex maximus factus eſſet, duos & viginti annos ei ſacerdotio præfuit, ita bonis viribus eſſe in extremo tempore ætatis, vt adoleſcentiam non requireret. Il eſtoit ſi fort.

Bona voce eſt, Il ha bonne voix. Plaut. in Moſtellaria, Scio te bona eſſe voce, ne clama.

Bone vir per ironiam dictũ: Bon homme par mocquerie. Terent. in Eunuch. 5. 2. 11, Bone vir Dore, ſalue, dic mihi, aufugiſtine? Idem in And. 3. 5. 10, Ehodũ bone vir quid ais? vidén' me tuis conſilijs miſerum impeditum eſſe? Idem in Phorm. 2. 1. 57, Oh bone cuſtos, ſalue, columen vero familiæ, cui commendaui filium hinc abiens meum.

Bona patria, Le patrimoine, les biens du pere. Terent. in Eunuch. 2. 2. 4, Hominem haud im purum, itidem patria qui abligurierat bona.

Bonitas bonitatis, Bonté. Cic. lib. offic. Cũ enim fidem aliqui bonitatémque laudant. Idem pro Qu. Ligario, Nihil eſt tam populare quàm bonitas.

Bonitas, Benignite & ſimplicite. Plin. Bonitas ac ſimplicitas vxoris.

Bonitas naturæ, Excellence & don de nature. Cic. Quæ & bonitate naturæ multi aſſequũtur.

BOO boas, boare, Bruyre comme vng taureau. Plaut. in Amphit. 4. 78. Tela frangunt, boat cælum fremitu virũm. Feſtus Pompeius à verbo græco βοάω, quod eſt clamo deducit.

Boo bois boit. Idem. Pacuuius in Medea, Clamore & ſonitu reſonantes bount. Varro in Par menone, Exeunt citi, ſtrepunt, bount.

BOS bouis, communis generis, datiuum & ablatiuum plurales bobus per ſyncopã facit, & more veterum bubus. Beuf. Columella lib. 11, Nihil dubium quin equis melius quàm bubus res conficiatur.

Bos, pro nummo aliquando ponitur. Vnde prouerbiũ, Bos ſuper linguam. Et Plautus in Perſa 13. 16, Boues bini hic ſunt in crumena. Interpretes, pecuniam qua emerẽtur duo boues, hoc loco accipiendum putant.

Boarius boaria boarium, Denominatiuum à bos bouis. Vnde forum boarium, Le marché aux beufs, apud Plinium, lib. xxxiiii. cap. vii.

Bouile, n. g. Eſtable a beufs. Columella lib. 11, Domitis armentis duplicia bouilia ſunt, hyberna atque æſtiua.

Bouillus bouilla bouillum, Appartenant a beufs, ou qui eſt de beuf. Plin. Bouillæ carnis iure facile curatur.

Bouinor bouinaris, bouinari, Feſt. Põpeius interpretatur cõuiciari, Tenſer, dire iniures a aucũ.

Bouinator bouinatoris, Railleur, moqueur. Lucilius, Hic ſtrigoſus, bouinatórque ore improbus duro.

BRACHIVM brachij, n. g. Le bras. Virg. li. v, Et euinctis attollit brachia palmis. Cic. Attico, Quòd me quodammodo molli brachio de Põpeij familiaritate obiurgas, nolim ita exiſtimes me mei præſidij cauſſa cum illo coniunctum eſſe: ſed ita res erat inſtituta.

Brachialis & hoc brachiale, Choſe appartenant au bras. Plaut. in Pœnulo, 18. 98, Condamus alter alterum ergo in neruum brachialem. Enfermons nous lung lautre es liens des bras, ceſt adire embraſſons nous, faiſons de nos bras des liens deſquels nous nous enuelopions.

Brachiale, brachialis, n. g. Ornement de bras. Plin. lib. xxvIII, Lais & Salpe canum rabioſorum morſus, & tertianas quartanáſque febres aiunt leniri menſtruo in lana arietis nigri, & argento brachiali incluſo.

Brachiatus brachiata brachiatum, Qui eſt faict en faceon de bras. Columella lib. vi, Alij capitatas vineas, alij brachiatas magis probant, quibus cordi eſt in brachia vitem componere.

BRACTEA bracteæ, Fueille ténure, deliee daucun metal. comme eſt or clicãt, ou or battu. Virg. lib. vi, Ilice ſic leni crepitabat bractea vento. Martialis, An magis aſtuti derasa eſt vngue miniſtri Bractea.

Bractearius bractearij, m. g. Orbateur.

BRANCHIAE branchiarum, Loreille dung poiſſon, par ou il prent air par fois. Plin. libro. ix. cap. xviii, Branchiæ non ſunt balenis & delphinis.

BRASSICA braſſicæ, f. g. Choux. Varro, Ex ſemine. braſſicæ vetere ſato naſci aiunt rapa,

& contra ex raporum braſſicam. Cato braſſicarum tria facit genera: vnam extenſis folijs, caule magno: alteram criſpo folio, quam appianam vocant & ſelinada: tertiam minutis caulibus. Plaut. in Pſeudolo, 13.26, Apponunt rumicem, braſſicam, blitum.

BRAVIVM brauij, n.g. Le pris du combat ordonné pour le vainqueur. Brabium etiam dicitur. nam græce eſt βραβεῖον.

BREVIS & hoc breue, o.g. Brief, court. Plaut. in Mercatore, 10.4, Decurſo in ſpatio breue quod vitæ reliquum eſt, voluptate, vino, & amore delectauero, Tant que iay encore a viure.

Breue æuum, Court aage. Plin. in Paneg. 130. AEuum omne & breue & fragile eſt.

Breuis occaſio, Occaſion qui ne dure gueres, courte. Terent. in Eunuch. 3.5.57, An ego occaſionem mihi oſtentatam tam breuem, tam optatam, tam inſperatam amitterem?

Breuis ſomnus, Court ſomme. Plin. in Paneg. 81, Inde tibi parcus & breuis ſomnus, nullúmque amore noſtri anguſtius tempus.

Breuis ſermo, Courtes parolles & brieues. Plau. in Milite, 14.29, Breuíne, an longinquo ſermone? M. tribus verbis.

Breuiſſima terra. Plin. epiſt. 282, Erit enim facile per illã breuiſſimã terram, quę interiacebit, aduecta foſſa onera tranſponere in flumẽ: quod ita fiet ſi neceſſitas coget, & ſpero nõ coget.

Breue tẽpus. Terent. in Hecyra, 5.4.2, Ne me in breue hoc cõijcias tempus gaudio hoc falſo frui, Ne me fais point eſiouyr de ceſte faulſe ioye en ſi peu de temps.

Breuis vita. Plaut. in Pſeudolo, 13.33. Hôc hic quidem homines tam breuem vitam coluntBreuis vel breue dicitur Vng breuet, In lege vltima de conueniendis fiſci debitoribus. C. lib. x, Inter chartulas confiſcati breuis quidam aſſeueratur inuentus, qui nomina debitorũ contineret. Flauius in Aurel. Breue nominum conſcripſit.

Breuiloquens dicitur qui eſt bref, Qui vſe de peu de parolle. Cicer. epiſtola XVII libri VII ad Attic. breuiloquentem iam me tempus ipſum facit.

Breuiculus breuicula breuiculũ, diminutiuum, Courtault, Plaut. in Mercatore, 12.54, Qua forma eſſe aiebant? E. ego dicam tibi. canum, varum, ventricoſum, buculẽtum, breuiculum, ſubnigris oculis, oblongis malis. Ceſt vng petit homme.

Breuitas, breuitatis, f.g. Brieuete. Plin. epiſt. 20.a, Frequens mihi diſputatio eſt cum quodam docto homine, & perito: cui nihil æque in cauſſis agendis, vt breuitas placet.

Breuiariũ breuiarij, Vng ſommaire ou extraict de quelque hiſtoire, ou autre choſe. Suet. de claris grammaticis, 10, Coluit poſtea familiariſſime C. Salluſtium: & eo defuncto Aſinium Pollionem: quos hiſtoriam componere aggreſſos: alterum breuiario rerum omnium Romanarũ, ex quibus, quas vellet, eligeret, inſtruxit: alterum præceptis dicendi. Idem in D. Octauio Aug. Tertio breuiarium totius imperij, quantum militum ſub ſignis vbique eſſent, quantum pecuniæ in ærario & fiſcis & vectigaliorũ reſiduis, Ceſt le liure que le prince faict tous les ans, vng papier iournal de leſtat general de ſa maiſon, leſtat du roy.

Breuiarium, Regiſtre, roule, bordreau. Suet. in Veſp. Auguſt. Deinde perlectis epiſtolis, officiorúmque omniũ breuiarijs, amicos admittebat: ac dum ſalutabatur, & calciabat, ipſe ſeſe & amiciebat. Plin. lib. 18, Verum vt pariter totius culturæ breuiarium quoddam peragatur.

Breuiter, aduerbium, Brieuement, en brief. Cic. de Amicitia, Itaque multa ab eo prudẽter diſputata, multa etiam breuiter & cõmode dicta memoriæ mandabã. Plin. epiſt. 20, a. Præuaricatio etiã, curſim & breuiter attingere, quæ ſint inculcãda, infigẽda, repetẽda. Idem epiſt. 98.a, Aliquãdo præterea rideo, iocor, ludo: vtque omnia innoxiæ remiſſionis genera breuiter amplectar, homo ſum.

Breui, aduerbium, En brief, en peu de parolles. Cic. Appio, Faciẽdum mihi putaui vt tuis literis breui reſponderem. Plaut. in Rudente, 2.55, Ibi eſſe homines voluptuarios dicit, poteſſe ibi eũ breui fieri diuitẽ, ibi eſſe quæſtũ maximũ meretricibus. Cic. de ſenectute, Quid de pratorũ viriditate, aut arborum ordinibus, aut oliuetorum, vinetorúmque ſpecie dicam? breui expediam. Plin. 190.d, Laceſſis hominem iam præfectum ærarij, & breui conſulem.

BRONCVS bronci, vel bronchus brõchi, m.g. Celuy qui ha les bolieures haultes: qui faict la groſſe lippe, & ha les dens eſleués en ſorte quil ſemble quil face la móue aux gens. Plin. libro XI, cap. XXXVII, Septimo mẽſe genitis, fæpenumero foramina aurium & narium defuere. Labra, à quibus brõchi, labeones dicti, & os probum duriúſve animal generantibus. Varro de re ruſtica, lib. II, non bronchos, ſed brochos canes vocat: Duobus, inquit, dentibus dextra & ſiniſtra paulo eminus ſuperioribus directis, potius quàm brochis. Plautus in Milite, 10.127, Ea mihi inſignitos pueros pariat poſtea, aut varum, aut valgum, aut compernem, aut petum, aut brochum.

Broncitas broncitatis. Plin.lib.xi, Senectus in equis & cæteris veterinis intelligitur dentium broncitate, ſuperciliorum canitie.

B R V C H V S bruchi, m.g. Vne vermine qui menge les herbes, & eſt ſans ailes.

B R V M A brumæ, Tout le tẽps que les iours deſcroiſſent. Aliquãdo capitur pro mẽſe decẽbri. Bruma, Liuer. Virg. ii. Georg. frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat. Bruma ferè eruditis, Ceſt la vigile de noel. Plin. lib. xviii. cap. xxv. Bruma capricorni ad octauum cal. Ianuarij, feré.

B R V T V S, bruta, brutum, Qui eſt hebeté, tout niés, qui ha leſperit brutal, tout lourdault, qui na point de conſideration. Lucretius lib. iii, An contractis in ſe partibus obruteſcat. Pacuuius, Et obnoxium eſſe, aut brutum, aut elinguem.

Bruta tellus, dicitur ab Horatio in Carminibus. Térre peſante & tardiue.

Bruta animalia, Beſtes bruſtes, tardiues, & irraiſonnables, ſans entendement. Plin. Bruta exiſtimantur animalia, quibus cor durum riget.

Bruta fulmina quæ nulla veniunt ratione, quibus montes & maria percutiuntur. Plinius lib. ſecundo. cap. xliii.

B V

B V A buæ, Le mot des enfans quant ils demandent a boire. Cato, Quum cibum ac potionem papas & buas vocent, & matrem mammam, & patrem tatam.

B V B A L V S bubali, communis generis, Beuf ſauuage. Animal eſt ſimile boui, magna velocitate, & magnitudine.

Bubulus bubula bubulum, Qui eſt de beuf. Lac bubulũ. Plinius, Stomachũ exulceratũ lactis aſinini & bubuli potus reficit. Columella lib. vii, Defricari bubula vrina conuenit. Bubulum corium. Plaut. in Pœn. 3. ii. At heri in tergo meo tres facile corios contriuiſti bubulos.

Bubulum monumentum. Plau. in Sticho, 3.6, Cum ego reuertar, vos monumentis commonefaciam bubulis, Ie vous en feray auoir memoire auec vng fouet de beuf.

Bubuli cottabi, Coups de foúets de beufs. Plaut. in Trinũmo, 14.4, Caueſis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent. Garde toy du fouet.

Bubula, abſolute, & ſine dictione Caro, bubulam carnẽ ſignificat, Chair de beuf. Eodẽ modo dicitur veruecina & vitulina, agnina, ſuilla vel porcina. Plautus in Aulularia, 13.4, Venio ad macellum, rogito piſces, Indicant caros, agninam caram, caram bubulam, cetum, porcinã, cara omnia.

Bubile bubilis, n.g. Eſtable a beufs. Plaut. in Perſa, 9.18, Enim metuo ne poſſim in bubile reijcere, ne vagẽtur. Columella, li. ii. Lata bubilia eſſe oportebit, pedes decẽ, vel minime nouẽ.

Bubulcus bubulci, m.g. Qui garde les beufs, vng bouuier.

Bubulcito bubulcitas bubulcitare, Mener les beufs, conduyre, & garder. Plau. in Moſtell. 2.50, Licet me amare, & te bubulcitare. Varro, Meus quod apud Plotium Rhetorem bubulcitare alteri dolori defuit. Nonius Marcellus.

B V B O bubonis, communis generis ſecundum Priſcianum. Oyſeau nomme hibou, chahuan, ou chouan. Ouid. lib. viii. Ignauus bubo dirum mortalibus omen. Virg. lib. iiii, Soláque culminibus ferali carmine bubo Aſtitit.

B V C A R D I A bucardiæ, f.g. Lapillus bubulo cordi ſimilis, in Babylone tantum naſcens. Plin. lib. xxxvii. cap. x.

B V C C A buccæ, f.g. Le dedens des ioues. Horatius li. i. Serm. Quid cauſſæ merito quin illi Iupiter ambas Iratus buccas inflet? Suet. de claris Rhet. 4, Bucca altera inflatior.

Buccas pro maxillis exterioribus poſuit Plaut⁹, Ioúes: in Truculẽto, 6.34, Quia adeò fores noſtras iũctas audes accedere, quiáque iſtas buccas tã belle purpuriſſatas habes. Et paulo poſt, Buccas rubriceta omne corpus intinxit tibi. Vnde prouerbiũ quod in buccam venit, Ce qui vient a la bouche, ce qui vient a la lãgue. Cice. epiſtola ſeptima lib. primi ad Attic. Si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, ſcribito.

Buccina buccinæ, diminutiuũ, Vng cornet de bergier, porchier, ou vachier. Columella, lib. vii, Ad quem ſaturæ pabulo libenter recurrunt, cum paſtorali ſigno, quaſi receptui canitur. Nam id quoque ſemper crepuſculo fieri debet ad ſonum buccinæ, pecus ſi quod in ſyluis ſubſtiterit, ſepta repetere conſueſcat.

Buccinum à Plinio dicitur neutro genere lib. ix, cap. xxxvi.

Buccina, Vne buccine, trompette darain.

Buccinum, genus conchæ, Vne moule. Plin. lib. ix. cap. xxxvi, Duo ſunt genera concharum,

Buccinum minor cõcha ad ſimilitudinẽ eius buccini quo ſonus editur: vnde & cauſſa nomini, ex rotunditate oris in margine inciſa. Et paulo poſt, Buccinum non niſi petris adhæret, circáque ſcopulos legitur.

Buccino buccinas, buccinare, Corner, tromper, ou trompeter.

Buccinator buccinatoris, m.g. Corneur, qui ioue de la trompe ou du cornet. Cic. filius Tironi, Quare quòd polliceris te buccinatorem fore exiſtimationis meæ, firmo id, cõſtantíque animo facias licet. Quant a ce que tu promets que tu me loueras par tout, &c.

Buccea bucceæ, Vng morſeau de quelque choſe pour menger. Suet. in D. Octauio Auguſto, Ne Iudæus quidem mi Tiberi, tam diligenter ſabbathis id ieiunium ſeruat, quàm ego hodie ſeruaui, qui in balneo demum poſt horam primam noctis duas bucceas manducaui, priuſquam vngi inciperem. Martialis dixit buccas pro bucceas vel bucellas.

Bucellatum buccellati, n.g. Pain de gendarmes, biſcuyt. Spartiata ſcribit Poſcenniumimperatorem prohibuiſſe piſtores exercitum ſequi ac iuſſiſſe milites omnes buccellato in locis pacatis accepto eſſe contentos.

Bucco bucconis, Qui ha les ioues enflees.

Bucco, Vng fol. Plaut. in Bacchid. 22. 2. Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, buccones, blenni, ego longe anteeo ſtultitia & moribus indoctis.

Bucculentus, Qui ha grandes ioues, giflu. Plau. in Merc. 12. 54, Ego dicam tibi: canum, varum, ventrioſum, bucculentum, breuiculum.

Buccula bucculæ, Petite ioue, petite gifle. Apul. lib. VI. de Aſino, Tunc Iupiter perpreſſa Cupidinis buccula, manúque ad os ſuum relata, eum baſiauit.

Buccula, pars caſſidis per quam mittitur ſpiritus, quæ buccã tegit, Vne viſiere. Nam caſſis caput, buccula verò, barbatas partes armat, Vel in qua defigũtur criſtæ in ſummo galeæ cono, quòd buccæ paruæ habeat ſimilitudinem. Iuuenalis, Lorica, & fracta de caſſide buccula pendens. Vnde in commentarijs Cæſaris legitur buccarum tegmen.

BVCCINIATES vuæ apud Plinium, libro XIIII. cap. III.

BVCEA, buceæ, f.g. folliculus grani fabæ interior qui albus eſt.

BVCERVS bucera bucerum. Bucerum pecus, Tropeau de beufs. Oui. in. Metamorph. Armentáque bucera pauit.

BVCERA, buceræ, genus herbæ apud Plinium, lib. XIIII. cap. XIX.

BVCEPHALVS bucephali, m.g. quaſi bouis caput, quo nomine dictus eſt equus Alexandri, ab aſpectu toruo.

BVCVLA buculæ, diminutiuũ à boue, Vng ieune beuf, veau, bouuilõ. Pli. Eidẽ morbo buculæ iecur contritum prodeſt. Verg. I. lib. Georg. Aut bucula cælum Suſpiciẽs patulis captauit naribus auras.

Buculus buculi, diminutiuum à boue, Veau, bouuilon. Columella lib. VII, Cum deinde buculos comprehenderis, perducito ad ſtabulum, & ad ſtipites religato.

BVFO bufonis, m g. Vng crapault. Virg. Inuẽtúſque cauis bufo. bouffe quibuſdã locis Italiæ.

BVGLOSSOS, m.g. herba quæ lingua bouis dicitur. bugloſe. Plin. lib. XXV. cap. VIII. Iũgitur huic bugloſſos, boum linguæ ſimilis, cui præcipuum quod in vinum deiecta, animi voluptates auget, & vocatur euphroſynum, quaſi exhilaratrix.

BVGONES à Græcis dictæ ſunt apes, quòd ex boue putrefacto naſci perhibeantur. author Varro de re ruſtica.

BVLBVS bulbi, m.g. Eſchalotte. Dioſcorides, Romani alliũ agreſte, alij allium marinũ appellant: caulem & folia habet lilio ſimilia. Celſus, Ex oleribus valentior rapa napique & omnes bulbi, in quibus cepam quoque & allium numero, Plin. lib. 19. cap. 5.

BVLBINE bulbines, ongnonnette. Plin. lib. XX. cap. nono, Bulbinẽ Græci vocant herbam porraceis foliis.

Bulbi apud idoneos authores ſunt radices rotundæ, tunicatæ, quales ſunt croci, narciſci, colocaſiæ, ſquillæ & harundinum. Palladius, Nunc & liliorum bulbos ponemus, vel lilia ante habita ſarciemus ſumma diligentia: ne oculos circa radices naſcẽtes, & minores bulbos ſauciemus: qui à matre ſubtracti atque in alios digeſti ordines, noua lilieta formabunt.

BVLEVTAE buleutarum, Senateurs, conſeilliers, iuges. Plin. in epiſt. 256, Claudiopolitani quoque in depreſſo loco imminente etiam monte ingens balineum defodiunt magis quàm ædificant, & quidem ex ea pecunia, quam buleutæ addunt beneficio tuo, aut iam obtulerunt ob introitum, aut nobis exigentibus conferunt.

Bulla bullæ, f.g. Vne bague dor ronde, comme vng eſteuf. Inſigne erat triumphātium, quam in triumpho præ ſe gerebant, incluſis intra eam remedijs, quæ crederent aduerſus inuidiam valentiſſima. Hinc deductus mos vt prætexta, quæ magiſtratuũ erat, & bulla in vſum puerorum nobilium vſurparetur, ad omen & vota conciliandæ virtutis, ei ſimilis, cui primis in annis munera iſta ceſſerunt. Erat hæc bulla rotunda, vt Macrobius inquit, in cordis figurã formata, quam ante pectus annectebant, à collo, vt bullam inſpicientes, ita demum ſe homines eſſe cogitarent. Si corde præſtarent Romani depoſita adoleſcentia, eam exuebãt. Libertinorũ verò filij, lorũ in collo pro bullæ decore geſtabant. Vide Plinij lib. xxxiii. cap. 1. Aſconius, Bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcorrea, quaſi cõmuniens pectus puerile.

Bulla, tumor quidam excreſcens tam in aqua cum bulit, aut cum pluit, quàm in vrina cum ſpumã facit. Bouteille ou boullon qui ſe faict ſur leaue, quant il pleut, ou que on iette quelque choſe dedens, laquelle ſe rompt incontinent.

Bulla, La teſte de gros clous que on met es portes: ou bandes de fer dorees. Plau. in Aſinaria, 9. 20, Iuſſine in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris? Cicero tradit Verrem bullas aureas ex valnis templi magnificentiſſimis abſtuliſſe.

Bullula, diminutiuum, Petite empolle ou bouteille qui ſe faict en leaue quant il degoutte de la pluye: ou en de lurine. Celſus lib. ii. de vrina, Aut ſi quaſdam maculas repræſentat, ſi bullulas excitat.

Bullo bullas bullare, Faire venir des empolles ou bouteilles ſur leaue, ou en lurine. Cato de re ruſtica, Vinum græcum ſic facito, muſtique xx in ahenum aut plumbum infundito, ignem ſubdito. Vbi bullabit vinum, ignem ſubducito, Quant il cõmencera a faire des bouteilles par deſſus. Plin. lib. xviii, Item maris ipſius tranquillus ſonitus, ſpumæve diſperſæ, aut aquæ bullantes. Idem, Magna ſigna ſunt vrinæ bullantis & craſſæ.

Bullatus bullata bullatũ, Orné de bague dor, qui eſt encore en enfance & aage pueril. Iuuenal. Si damnoſa ſenem iuuat alea, ludit & heres Bullatus, Si le pere en vielleſſe ayme le ieu de haſart, lheritier enfant vouldra iouer comme ſon pere.

Bullatus, Enflé, enleué. Nugæ bullatæ. Perſius, Non equidem hoc ſtudeo bullatis vt mihi nugis Pagina turgeſcat.

BVLGAE bulgarum, Males, ſacs de cuyr, bouges. Authore Pompeio, ſacculi ſcortei ſunt ad ferenda numiſmata, ſiue cætera ad iter neceſſaria.

BVLLIO bullis, bullire, Bouillir.

BVPHONVM genus herbæ, quæ à bobus deuorata, anginam procreat, & illos necat. La mort aux beufs.

BVPETIAE bupetiarum, ſunt ludi, boum gratia celebrati. Plin. lib. xviii. cap. iii.

BVPRESTIS huius bupreſtis, f.g. Animal eſt rarum in Italia, ſimillimum ſcarabeo longipedi. fallit inter herbas, bouem maxime, vnde & nomen inuenit: deuoratóque tacto felle ita inflammat vt rumpat. Plin lib xxx. cap. iiii. Apud Iuriſconſultum, titulo ad legem Corneliam ſcribitur, Si cui temere pigmentarij dederint pytiocampas, aut bupreſtes, quæ ambo venenata ſunt, teneri pœna legis Corneliæ de ſicarijs & veneficis.

Bupreſtis herba, de qua Plin. lib. xxii. cap. xxii, Bupreſtim magna inconſtantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere.

BVRA buræ, ſiue buris huius buris, f.g. Le mãche ou la queue de la charue. Varro de re ruſt. libro i, Et ſæpe fracta bura, relinquunt vomeres in aruo. Virg. lib. i. Georg. Cõtinuo in ſyluis magna vi flexa domatur In burim.

BVSTVM buſti, n.g. iuxta Feſtum Pompeium, locus eſt in quo mortuus eſt combuus & ſepultus. Virgil. Semiuſtáque ſeruant buſta. Liuius libro v, ſcribit locum fuiſſe iuxta æquimelium, nomine buſta gallica, quoniam illic aſſeruatos cumulos ſuorum defunctorum ex peſtilentia vſſerant Galli.

Buſtum, Vng ſepulchre, vng tõbeau. Plaut. in Bacchid. 20. 14, Ille nõ in buſto Achilli, ſed lecto accubat. Cic. pro domo ſua, Quos memoriæ proditũ eſt ab ipſo Hercule perfuncto iam laboribus, ſacra didiciſſe in viri fortis ærumnis, non ita crudelem fuiſſe, vt in viui & iam ſpirãtis caput buſtũ ſuis manibus imponeret. Idem Attico, Vnas video à te nõ eſſe redditas, quas L. Quintius familiaris meus cum ferret ad buſtum baſilij vulneratus & deſpoliatus eſt.

Buſtuarij, Gladiatores dicti ſunt, qui ante ſepulchra in honorem defuncti degladiabãtur. Cic. in Piſonem, Si mihi cũ illo buſtuario gladiatore, & tecũ, & cum collega tuo decertandum fuiſſet.

BVTEO buteonis, m.g. ex accipitrũ genere auis eſt. Vng buiſart. Venatur ranas. Ariſtot. pręcipuum eſſe genus accipitrum dicit. Plin. lib. x. cap. xlix.

BVTYRVM butyri, n.g. Beurre. Plin. lib. xxviii. cap. ix.

BVXVS buxi, f.g. Vng arbre nommé bouys, touſiours vert.

Buxum buxi, n.g. Bois de bouys. Virg. Dant arbuta ſyluæ, Cruentáque myrta, & cerea pruna Volubile buxum.

B Y

BYRSA byrſæ, Cuyr, le dos de la beſte. Virg. Mercatique ſolum, facti de nomine byrſam.

BYSSVS byſſi, f.g. Fin lin. Plin. lib. xix. cap. i.

C A

CABALLVS caballi, Cheual. Lucilius lib. ii, Succuſſatori tetri, tardíque caballi. Varro in Parmenone, Alius caballum arboris ramo in humili alligatum reliquit. Idem in Seſquiulyſſe, In caſtris permanſi, inde caballum reduxi ad cenſorem.

Caballinus caballina caballinũ, Appartenãt a cheual, Perſius, Nec fonte labra prolui caballino.

CACABVS cacabi, Vng chauldron. Paulus iureconſultus, Inter ahenum quod ſupra focum pendet, & cacabum, non multum intereſt. nam hôc pulmentarium coquitur, in illo aqua ad potandum caleſcit. Vng coquemart.

CACABO cacabas, cacabare. Proprium eſt vocis perdicum, La voix de la perdris. Ouid. Cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anſer.

CACHINNVS cachinni, m.g. Vng ris abandonné & oultre meſure. Iuuenal. Sed facilis cuiuis rigidi cenſura cachinni. Perſius, Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos.

Cachinnor cachinnaris, deponens, & cachinno cachinnas, neutrum, Rire outre meſure. Suet. in Veſp. Auguſto, Quare patrẽ Sabinum feruntaruſpicio inſuper confirmatum, renuntiaſſe matri, nepotem ei Cæſarẽ genitum, nec illam quicquam aliud quàm cachinnaſſe, mirãtem quòd adhuc ſe mentis compote, deliraret iam filius ſuus.

CACO cacas cacare: Vuyder & deſcharger ſon vẽtre. Martialis, Ventris onus miſero, nec te pudet, excipis auro: Baſſe bibis vitro, carius ergo cacas.

Cacaturio cacaturis, Auoir fain de deſcharger ſon ventre. Martialis, Cœnaturit, non cacaturit.

CACVLA caculæ, m.g. Le varlet dung gendarme, vng couiat. Plaut. in Trinum. 10. 93, Video caculam militarem me futurum, aut longius, aut aliquid ad regem.

CADO cadis, cécidi, caſum, cadere, Cheoir a terre. Cic Attico, Turpius eſt enim priuatim cadere quàm publice. Terent. in Adelph. i. i. 12. Quibus nunc ſolicitor rebus, ne, aut ille aſſerit, aut vſpiam ceciderit.

Cadere de equo, Cheoir de deſſus ſon cheual. Plau. in Milite, 10. 124, Pol ſi habuiſſem, cepiſſem ſatis miſeriarum, liberis cenſerem emori, cecidiſſetne ebrius, aut de equo vſpiam.

Cadunt dentes. Plaut. in Menæh. 24. 59, Nam tum dentes mihi cadebant primulum.

Cadunt folia arborum. Plaut. in Menæh. 9. 19, Folia nunc cadunt, præ vt, ſi triduum hoc hic erimus, tum arbores in te cadent.

Cadũt lachrymæ. Terẽt. in Adelph. 4. i. 20, Homini illico lachrymę cadũt, quaſi puero, gaudio.

Cadere cauſſa, Decheoir de ſa cauſe, quant on demãde au debteur plus quil nappartiẽt: ou que on le faict cõuenir deuãt vng autre iuge que le ſien. Cic. de Oratore, lib. i, Ridens & ſtomachans Scæuola, cum Hypſeus maxima voce plurimis verbis à M. Craſſo prætore contenderet, vt ei quẽ defendebat, cauſſa cadere liceret: Cn. autem Octauius homo conſularis, non minus longa oratione recuſaret, ne aduerſarius cauſſa caderet. Quintil. lib. vii, Eſt enim certa ſeruitus ad certa ſe verba aſtringendi: idque faciendum in libro Ciceronis de Oratore vetat M. Antonius. Nam eſt etiam periculoſum cum ſi vno verbo ſit erratũ, tota cauſſa cecidiſſe videamur. Cic. ad Trebatium, Quòd ſi ſcribere oblitus es, minus multi iam te aduocato cauſſa cadent.

Cadere formula. Idem quod cauſſa cadere. Quintil. Neque ignoro multa trãſferri, cum in õnibus ferè cauſſis, in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſint quæſtiones an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere.

Cadit animus, Le courage default. Cic. de Amicitia, 22, Nec debilitari animos, aut cadere patitur: verumetiam iam amicum intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur ſui.

Cadere, Eſtre tué. Plau. in Amphit. 4. 81. Crebri hoſtes cadũt, noſtri contrà ingruũt. Virg. Ca-

dit & Ripheus iuſtiſſimus vnus Qui fuit in Teucris.

Cadere ab hoſte. Suet. in Othone Syluio, cap. 5. Neque enim diſſimulabat, niſi principem ſe ſtare non poſſe, nihilque referre ab hoſte in acie, an in foro ſub creditoribus caderet.

Ceciderunt omnia mihi honeſta à te, Tu mas touſiours faict tout honneur. Cicer. ad Q. fratrem, Certe a te mihi omnia ſemper honeſta & iucunda ceciderunt, Tu mas touſiours faict tout honneur & plaiſir.

Cadere, Auenir. Plaut. in Pœnulo. 4. 138, Bene promittis, multa ex multis, omnia in caſſum cadunt, Tout vient a riens, rien naduient de ce que tu promets. Terent. in Adel. 4. 7. 22, Si illud quod eſt maxime opus, iactu non cadit: illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas. Ce qui eſt aduenu dauenture. Cic. de Amicitia 44, Quamobrē ſi cadit in ſapientem animi dolor, qui profecto cadit, niſi ex eius animo extirpatam humanitatem arbitremur. Sil aduient que le ſaige ait doleur deſperit &c. Suet. in Tiberio Cæſare, cap. 14, Thraſylū quoque mathematicum, quem vt ſapientiæ profeſſorem contubernio admouerat, tum maxime expertus eſt affirmantem naue prouiſa gaudium afferri, cum quidem illum durius, & contra prædicta cadentibus rebus, vt falſum & ſecretorum tenera conſcium, eo ipſo momento, dū ſpatiatur vna, præcipitare in mare deſtinaſſet.

Cadauer cadaueris, n. g. Vng corps rué par terre, & tué, vng corps mort.

Cadauera oppidorum, Villages rués par terre. Seruius Sulpitius Ciceroni, Tot oppidorum cadauera proiecta iacent.

Cadaueroſus cadaueroſa cadaueroſum, Qui eſt de la couleur dung corps tué, teinct de rouge & de meurtriſſure.

Cadaueroſa facies. Terent. in Hecyra, At non noui hominis faciem. PAM. at faciam vt noueris, Magnus, rubicūdus, criſpus, craſſus, cæſius. PAR. cadaueroſa facies: dij illum perduint.

Caducus, caduca, caducum, Caduque, preſt a choir. Cic. de Senectute, 6, Sed tamen neceſſe fuit eſſe aliquid extremum, & tanquam in arborū baccis, terræque frugibus, maturitate tempeſtiua, quaſi vietum & caducū: quod ferendum eſt molliter ſapienti. Plin. lib. XVII, In drupis quoque, quæ matureſcentes tunc ſunt præcipue caducæ: id riguis magis euenit, etiam ſi non ceciderint faſtidiendis.

Caduca, Choſes qui periſſent & decheent. Cic. de Amicitia, 19, Diuitias alij præponunt, bonam alij valetudinem, alij potentiam, alij honores, multi etiam voluptates: belluarum hoc quidem extremum eſt: illa autem ſuperiora ſunt caduca & incerta, poſita non tam in noſtris conſilijs, quàm in fortunæ temeritate.

Caducum lucrum, abruptum & inſperatum, Vne heritage qui ne vient pas de droicte ligne, vng lay ou bien fortuit. Iuuenal. ſaty. nona. Legatum omne capis, nec non & dulce caducū.

Caduca hæreditas, Vng heritage qui tombe en ruyne, qui na point dheritiers: & qui tombe en ſubſtitu en deboutant le vray heritier cōme vne confiſcation. Cic. in Philipp. Etſi ne illa quī dem Antonij celeritas contemnenda eſt. quem niſi in via caducæ hæreditates retardaſſent, volaſſe eum, non iter feciſſe diceres.

Caduci labores, Labeurs qui periſſent, & viennēt a rien. Plin. in epiſt. 180, Etenim omnes homines arbitror oportere aut immortalitatem ſuam, aut mortalitatem cogitare. & illos quidem contendere, eniti, hos quieſcere, non reniti, nec breuem vitam caducis laboribus fatigare, vt video multos miſera ſimul & ingrata imagine ad vilitatem ſui peruenire.

Caducæ literæ & literæ fugientes dicuntur exoleſcentes, quæ vetuſtati cedunt, διεῤῥυηκότα & ἐξιῤῥυηκότα γράμματα, quaſi diffluentes dilabentéſque, Lettres coulantes, qui ne tiennent point. Plinius, Scabritia leuigatur dente conchaue. Sed literæ caducæ fiunt, Les lettres ne prennent pas facilement, ou bien toſt ſe deffacent.

Caducus morbus, Maladie caduque, qui faict cheoir les gēs par terre, comme la maladie S. Iehan que on appelle.

Caduci tituli, Dignités & honneurs qui defaillēt, & qui ſont de peu de duree. Plin. in Paneg. 92, Ac mihi intuenti ſapientiam tuam, minus mirum videtur, quòd mortales iſtos caducoſque titulos aut depreceris, aut temperes.

Caducus, Qui eſt mort. Virg. lib. VI. Hic multū fleti ad ſuperos, bellóque caduci Dardanidæ.

Caducor caduceris, caduci, Eſtre rué par terre. Varro, Et frigido nymbo aqua iacta caducimur: ruentis pertimuere aquatiles querquedulæ natantes.

Cadiuus cadiua cadiuum, Choſe qui chet dellemeſme, ſans que on y touche. Cadiua poma.

Cadiua mala, Pommes qui cheent dellesmeſme a terre de deſſus larbre. Plin. Colligi mala poſt

æquinoctium autumnale, cadiua ſeparari ſtramentis, ſtorijs, paleiſve ſterni.

Caduceus caducei, m.g. & caduceum neutri generis, Virga Mercurij erat, qua pax ſignificabatur. Plin. lib. xix. cap. iii.

Caduceator caduceatoris, Vng embaſſadeur qui demãde paix. Cato, Caduceatori nemo nocet. Dicitur etiam Vng herault: qui loco caducei paludamẽto vtitur, Qui a vne cotte darmes.

CADVRCVM cadurci, Vng tapis de lin ou autre choſe a couurir la marchandiſe. Plinius lib. xix. cap. i. Iuuenalis, Inſtitor hibernæ tegetis, niueique cadurci. Sunt qui putẽt eſſe inſtitam quæ ſupra lectum obtenditur, Vne couuerture de lict.

CADVS cadi cado, Vng muy a mettre vin. Plaut. in Amphit. 4. 275, Cadus erat vini, inde impleui cirneã. Idem in Aulul. 16. 33, At ego iuſſero cadum vnum vini veteris à me afferrier. Idem in Milite, ii. 36, Poſtea hic illi Sceledro capite ſiſtebas cadum. non hercle tam iſtoc valide quaſſabant cadi.

Cadiſcus cadiſci, diminutiuum, appellatur id vaſculum quo ſuffragia colliguntur.

CAECVBVM vinũ, ſic dictũ à Cæcubis Campaniæ populis, apud quos naſcitur. Plin. lib. iiii. Setini & Cæcubi obtẽdũtur agri. Mart. Cæcuba fundanis generoſa coquũtur amicis.

CAECVS cæci, m.g. Aueugle. Cic. in Tuſcul. quæſt. Deinde multo maiorẽ percipi poſſe legẽdis quàm audiendis voluptatem. tum vt paulo ante cæcos ad aurium traducebamus voluptatem, ſic licet ſurdos ad oculorum.

Cæca die emere aliquid, & oculata vendere, Acheter a paier par termes, & le reuendre tout a lheure argent cõptant, ou acheter a bon marchie, & reuendre bien chier. Plaut. in Pſeudolo, 5. 68, Eme die cæca hercle oliuum, id vendito oculata die.

Cæcus morbus, Vne maladie couuerte, cachee, que on ne peult cõgnoiſtre. Columel. lib. i. Ex quibus ſæpe cõtrahuntur cæci morbi, quorum cauſſas ne medici quidem perſpicere queunt.

Cæcũ vallũ dicitur in quo præacuti palli terræ adfixi, herbis vel frõdibus oculũtur. Feſt. Põp.

Cæca veſtigia, Ou on ne voit point a cheminer. Virg. Cæca regens filo veſtigia.

Cæculus, diminutiuũ. Plau. in Perſa, 8. 12, Tua cæcule cauſſa. Hoc loco nõnulli cucule legunt.

Cæcutio cæcutis, cæcutiui, cæcutitum, cæcutire, Veoir peu, & comme demi auẽugle. Varro, Vtrũ oculi mihi cæcutiunt, an ego vidi ſeruos in armis contra dominos.

Cæculto cæcultas cæcultare, Faire du borgne ou de laueugle.

Cæcultant oculi mei, Mes yeulx ſont ebloys, ie nen vois guere. Plautus. Numnam mihi oculi cæcultant? eſtne hic noſter Hermio? Mes yeulx ſont ils aueugles? neſt ce point la Hermio?

Cæco cæcas cæcare, Aueuglir aucun. Plin. de viris illuſt. 34, Potitios Herculis ſacerdotes pretio corrupit, vt ſacra Herculea ſeruos publicos edocerent: vnde cæcatus eſt.

CAECILIA cæciliæ, f.g. Genus ſerpentis cæci. Columel. lib. vii, Eſt & animalium noxiũ virus. nam & vipera, & cæcilia ſæpe cum in paſcuo bos improuide ſupercubuerit, laceſſita onere, morſum imprimit.

CAEDO cædis, cæcîdi, cæſum, cædere, Flageller, battre, foueter. Terent. in And. i. 2. 28, Verberibus te cæſum in piſtrinum Daue dedam. Plaut. in Perſa, 8. ii. Cædêre hodie tu reſtibus.

Cædere, Couper. Cic. Aut eius partes quaſi membra quædam cædenda.

Cædere, Frapper. Terent. in Eunuch. 4. 7. 17, Fundã tibi nũc nimis vellẽ dari, vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes. Iuuen. Ebrius & petulãs, qui nullũ forte cæcidit, Dat pœnas.

Cædere calcibus, Frapper du pied. Plaut. in Pœnulo, 9. 71, Quorſum aſinus cædit calcibus?

Cædere aliquem pugnis, Battre aucun a coups de poing. Plaut. in Curc. 4. 44, Bene monſtrãtem, pugnis cædis. Idem, 4. 224, Vt eſſet quem pugnis cæderes.

Cædere teſtibus, pro vrgere & premere. Cic. epiſtola ad Q. fratrẽ, tertia, lib. 3, Odio premitur omnium generum, maxime teſtibus cæditur. Il eſt hay de toutes gens, & fort attainct & preſſe de teſmoings.

Cædêre, Tuer. Virg. lib. ii, Cæduntur vigiles.

Cædere, Immoler, ſacrifier. Virg. Cædunt binas de more bidentes.

Cædere, Rompre. Cic. Cædere ianuam ſaxis, inſtare ferro.

Cædes cædis, f.g. Meurtre, deſconfiture, Turie.

Cædua ſylua, Vne foreſt ou on coupe du bois, Vng bois taillis Plin. epiſt. 101. b, Inde cæduæ ſyluæ, cum ipſo monte deſcendunt.

Cæſim aduerbium, En faiſant inciſions de taille. Vt, cæſim & punctim, Deſtoc & de taille.

Cæſim, Tout a vng coup. Columella li. v. Maior autem pars operis in vineam ductim potius quàm cæſim facienda eſt, Tout a traict aincois que tout a vng coup.

CAELEBS cælibis, cõmunis generis, Qui neſt point marié. Quint. Nam clarus, an obſcurus magiſtratus, an priuatus, ciuis an peregrinus, liber an ſeruus, maritus an cælebs, parens liberorũ, an orbus ſit. Cic. lib. 11. de legibus, Cælibes eſſe prohibeto. Plaut. in Merc. 24.58, Annos natus ſexaginta qui erit, ſi quem ſcibimus ſeu maritũ, ſiue hercle adeò cælibem ſortarier, cũ eo nos hic lege agemus. Idem in Sticho, 9.37, Sed ille erat cælebs ſenex quaſi ego nunc ſum.

Cælebs cũ ablatiuo, cælebs puella, Qui na point la fille en mariage quil penſoit auoir. Plaut. in Caſina, 6.11, Sed vtrum nunc ea cælibem te mauis eſſe liberum, an maritum ſeruum ætatẽ degere & gnatos tuos?

Cælebs vita, Vie ſans eſtre marie. Ouid Quæ ſi non fuerat, cælebs te vita deceret. Horatius, Lectus genialis in aula eſt, Nil ait eſſe prius, melius nil cælibe vita.

Cælibatus cælibat9, m.g. Vie de gens qui ne ſont point maries. Mart. Cõſtituit Mercurius pellere cælibatum. Suet. Verũ amiſſa vxore lepida, duobuſq; ex ea liberis, manſit in cælibatu.

CAELO cælas cælare, Grauer dedens de largent, acier ou autre choſe, marquer, entailler. Virg. Cælatáque in auro Fortia facta patrum. Varro in Agathone, Nummã cælatus in manu dextra ſcyphus cælo dolitus artem oſtentat Mentoris. Nonius Marcellus.

Cælatus, ablatiuo pretij iunctum. Plin. lib. xxxiii, L. Craſſus orator duos ſcyphos Mentoris artificis manu cælatos ſeſtertijs centum, confeſſus eſt tamen, nunquam ſe his vti propter verecundiam auſum.

CAELVM cæli, n.g. Inſtrumentum quo vtuntur argentarij dum vaſa ſculpunt.

Cælum, Le ciel, n.g. & cæli cælorum in plurali, m.g. A cęlo, ſculpo, eo quod ſit cælatũ, hoc eſt ſyderibus ſculptũ, ſiue ſignatum. Varro à cauo deriuat. κοῖλον enim cauum dicũt. Tunc per œ ſcriberetur. Legitur apud Varronẽ & Ennium, cælus. Virg. Cælũ qui vertice fulſit.

Digito cælum attingere eſt vehementer laudari & felicem eſſe, Eſtre en grant hõneur & felicite: græce ὑπερευδοκιμεῖν. Cic. epiſtola. 1. ad Attic. lib. 2. Cũ noſtri principes digito ſe cælũ putent attingere ſi mulli barbati in piſcinis ſint qui ad manum accedant. Dicitur &

In cœlo eſſe. Cic. ad Attic. lib. 2. epiſtola 9, Si verò quæ de me pacta ſunt, ea non ſeruãtur, in cælo ſum. Idem epiſt. xix. lib. 2. Bibulus in cælo eſt, nec qua re, ſcio, ſed ita laudatur quaſi vnus homo nobis cunctando reſtituit rem. Tout le monde luy donne louenge.

In cælum ferre, valde laudare, Eſleuer de louẽge iuſques au ciel. Cic. epiſt. 15. lib. 4. ad Attic. Noſti genus dialogorum meorum quos tu in cælum fers.

Cælum, Laer. Virg. Maria ac terras, cælúmque profundum. Plin. lib. 11. Et hoc cælum appellauere maiores, quod alio nomine aera. Cic. de natura deorum, lib. 11, Altiora eorum qui terras incolunt eas, in quibus aer ſit rurſus, ac tenuis, quàm illorũ qui vtuntur craſſo cælo atque concreto.

Cælum, Le palais de la bouche. Plin. Cerebrum viſcerum excellẽtiſſimum eſt, proximúmque cælo capitis, ſine cruore, ſine ſordibus.

Cælipotens cælipotentis, Deus. Plaut. in Perſa, 12.4, Diíque alij omnes cælipotẽtes, eas vobis habeo grates, atque ago.

CAEMENTVM cæmẽti, n.g. Pierres de toutes ſortes qui ne ſont point taillees, rõpues dũe roche, pour edifier, du moilon. Liuius, Nec erat difficile murũ ſubruere, quòd cæmenta non calce durata erant, ſed interlita luto ſtructuræ antiquæ genere. Columella, lib. 1x, Sub porticibus quadratæ haræ cæmentis, vel etiam laterculis extruuntur. Idem, Modus ſyluæ pro cuiuſque facultatibus occupatur, ac ſi lapidis & operæ vilitas ſuadeat, haud dubie cæmentis & calce formatus circundatur murus.

Cæmentum, Maſſonnerie faicte de pierres de moilon. Plin. Pallidus lapis in cæmento raro vtilis. licet enim contra iniurias fortis, ad ſtructurã tamen infidelis lapis, niſi multa ſuffræ natione deuinctus.

Cæmentarius cæmentarij, Maſſon qui maſſonne pierres de moilon.

Cæremoniæ cæremoniarum, Ceremonies, ſeruices, miſteres. A Cærete oppido. Nam vrbe à Gallis capta, cum veſtales virgines ſimulacra deorum ex hoſtibus erepta, traducerent, in oppidum Cærete potiſſimum conuenere, vbi benigne fuerunt hoſpitio ſuſceptæ: donec à Gallis ciuitas per Camillum liberata fuit. in cuius beneficij memoriam, Romani præſtiterũt, vt omnis diuinus cultus Cæremoniæ à Cærete diceretur. Liuius lib. v, ſcribit, L. Albinum de plebe vnũ virgines, ſacerdotes, ſacráque plauſtro, Cære inuexiſſe: vnde cæremonijs ſit enatum nomene

CAESARIES cæſariei, f.g. Perruque, Cheuelure. Plaut. in Milite, 3.65, Vide cæſaries quàm decet: næ illæ ſunt fortunatæ quæ cum iſto cubant.

Cæſariatus cæſariati, Qui ha groſſe perruque. Plaut. in Milite, 10. 172, Mihi opus eſt opera tua, Periplectomene: nam ego inueni lepide ſycophantiam, quî miles admutiletur cæſariatus.

CAESA cæſæ, Gallicum telum. Varro, Qui gladijs cincti ſine ſcutis, cũ binis cæſis eſſent. Hæc & gæſa Gallorum lingua dicuntur. Vnde & viros fortes Galli gæſos vocant. Virg. lib. 7. Alpina coruſcant gæſa manu.

CAESICIVM cæſicij, n.g. Vng linceul blanc & net, Plautus in Epidico, 5.47, Linteolum cæſicium.

CAESIVS, cæſia, cæſium, Ayant la couleur reſemblãt a celle du ciel, ou aux yeulx dung chat. Terent. in Hecyra, 3.4.26, Magnus, rubicũdus, criſpus, craſſus, cæſius. Idem in Heaut. 5.5. 18, Rufámne illam virginem, cæſiam, ſparſo ore, adunco naſo?

CAESPES cæſpitis, maſc. gen. Vng morſeau de terre arrachee auec lherbe comme vng petit quarreau, ou quelque racine tiree de terre, a quoy on heurte le pied en cheminant. Lucanus, Stetit agger fulti ceſpitis intrepidus.

Cæſpito cæſpitas cæſpitare, Se heurter le pied a quelque morſeau de terre arrachee, ou quelque racine.

Cæſpitatores equi, Cheuaulx qui chopent ſouuent, qui brouchent.

CAESTVS, cæſtus, cæſtui, m.g. Genus clauæ pilas plumbeas loris bubulis appenſas habens, quo Darethẽ & Entellũ pugnaſſe legimus. Virg. lib. v, Sin crudo fidit pugnã cõmittere cæſtu.

CAESVRA cæſuræ, Inciſion, vne coupure, entaillure. Plin. lib. 17, Ante calendas Martias creſcit ad brumam vſque, deſinítque cum dureſcere incipit, hoc ſignum quòd tempeſtiuam habet cæſuram.

Cæſuratim aduerbiũ, Brieuement. Sidonius Claudiano, Tota de illo dicto ſit cæſuratim ſuccincta quàm profluens.

CAETER cætera cæterum, Autre choſe, quelque choſe de reſte. Plaut. in Caſina, 16.18, Nũquid eſt cæterum quod moræ ſit? I a il autre choſe qui retarge laffaire? Idem in Perſa, 18.9, Age, accipe hoc ſis. nũquid me vis cæterum? Me veulx tu quelque autre choſe? Idem in Epidico, 10.75, Hæc ſic audiui, Nunquid me vis cæterum? Ne veulx tu autre choſe? Terent. in Hecyra, 4.2.25, Quàm fortunatus cæteris ſum rebus, abſque vnà hæc foret. En toutes autres choſes. Plaut. in Rudente, 26.20, Tu interibi adorna cæterũ quod opus eſt, Apreſte la reſte quil fault. Plin. epiſt. 40.a, Tu quidem pro cætera tua diligentia, admones me codicillos Aciliani, qui me ex parte inſtituit hæredẽ, pro non ſcriptis habendos codicillos. Certes de grã de diligence que tu as tu me admonneſte. Plaut. in Caſina, 3.6, Dehinc cõijcito cæterum, poſſiſne, nécne eã præcipere, Doreſenauãt penſe a ce qui eſt a aduenir. Idem in Capt. 18.12. Argentum accepi, nihil curaui cæterum, Ie nay ſoingné dautre choſe. Idem in Epidic. 2.5, Dij dent quæ velis: venire ſaluum gaudeo. T. quid cæterum? Quoy encore? Quoy plus? Idem in Pœnulo, 2.91, Voſmet nũc facite coniecturam cæterum, quid id ſit hominis, cui Lyco nomen ſiet.

Cætera doctus. figurata locutio deriuata à Græcis, Cic. primo de natura deorũ, Non ſolum enim poeta ſuauis, verũ etiam cætera doctus ſapiénſque traditur. Mais auſſi en autres choſes docte & ſaige. Verg. 3. AEneidos At cætera Graius.

Cæterum aduerbium. Plaut. in Pœnulo, 2.125, Dehinc cæterũ valete, Quãt au ſurplus, a dieu.

Cæterũ, Mais. Terent. in Eunucho, 3.1.62, Ridiculum, nõ enim cogitaras: cæterũ idem hoc tute melius quanto inueniſſes Thraſo? Mais ô Thraſo, cõbien mieulx te fuſſes tu auiſe de la choſe. Ibidem, 1.2.7, Cæterum de excluſione verbum nullum. Idem in Phor. 1.2.91, Cæterum poſthac ſi quicquam, nihil precor, tantum modo non addas. Ibidem, 2.1.13, Abi præſtrenue, ac fores aperi. S. cæterum hoc nihil facis. AE. i intro nunc iam. S. at enim non ſinam.

CALABRA calabræ, f.g. curia dicebatur, vbi tantum ratio ſacrorũ gerebatur. Macrobius, Et ipſi curiæ ad quam vocabantur, calabræ nomen datum eſt.

CALAIS huius calaitis, f.g. gẽmæ genus à colore calaino, qui turbidus eſt. Vnde veſtes calainæ, à veneto colore. Plin. Amplitudine conſpicua, ſed fiſtuloſa & ſordium plena eſt calais.

CALAMVS calami, m.g. dictio græca, harundo magis minuta, habens internodia longa, & recta, ex qua ſagittæ apud diuerſas gentes fiebant, Vng petit roſeau, vne canne. Virgilius, Cũ Daphnidis arcũ Fregiſti & calamos. Plin. lib. VI, Calamis populi orientis bella cõficiunt. Calamus alius totus concauus, quem Syringiam vocant, vtiliſſimus fiſtulis, quoniã nihil eſt ei chartilaginis atque carnis. Plin. lib. XVI. cap. XXXVI.

Calamus, Vne verge engluee pour prendre oyſeaux. Martialis, Galbula decipitur calamis, & retibus ales.

Calamus, Vne greffe prinſe de quelque arbre que ce ſoit, ou de vigne, pour plãter ou enter ſur vne autre. Plin. Qui ſi longius afferantur pomorum calami, rapis infixos optime cuſtodire ſuccum arbitrantur.

Calamus, Vng roſeau ou plume a eſcrire. Plaut. in Pſeud. 7. 132, Aut ſi de ea re vnquam inter nos cõuenimus, quaſi in libro cũ ſcribũtur literæ calamo, ſtilis me totũ vſque vlmeis cõſcribito. Mart. Dat chartis calamos habiles Mẽphitica tellus, Texãtur reliqua tecta palude tibi.

Calamus, arbor aromatica. Plin. lib. XII. cap. XXII.

CALAMITAS calamitatis, f.g. Greſle qui briſe les tuyaux du ble, ou de chous & autres ſemblables. Terent. in Eunucho, 1. 1. 34, Ipſa egreditur noſtri fundi calamitas. Plautus in Caſina, 23. 13, Num radix fuit? o. non fuit. c. num cucumis? o. profecto hercle non fuit quicquam holerum: niſi quicquid erat, calamitas profecto attigerat nunquam.

Calamitas, Calamite, miſere, fortune, perturbation, trouble, ſterilite & dommage. Terent. in Heaut. 2. 4. 15, Hoc beneficio vtrique ab vtriſque vero deuincimini, Vt nunquam vlla amori veſtro incidere poſſit calamitas. Idem in prologo Hecyræ, 29, Hecyram ad vos refero, quam mihi per ſilentium nunquam agere licitum eſt, ita eam oppreſſit calamitas. Eam calamitatem veſtra intelligentia ſedabit, ſi erit adiutrix noſtræ induſtriæ. Cic. in Verrẽ, actione ſeptia. Quacunque iter fecit, eiuſmodi fuit, vt non legatus populi Romani, ſed vt quædã calamitas peruadere videretur. Idem pro lege Manilia, Nã cæteris in rebus cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur: at in vectigalibus non ſolum aduentus mali, ſed etiam metus ipſe affert calamitatem. Idem pro domo ſua, Quare illa calamitas (ſi ita eſt appellãda) excuſſit hoc genus totum maledicti, ne quiſquam audeat iam reprehendere conſulatum meum tot, tantis, tam ornatis iudicijs, teſtimonijs, authoritatibus cõprobatum. Idem pro Q. Ligario, At mihi quidem ſi propriũ & verum nomen noſtri mali quæratur, fatalis quædam calamitas incidiſſe videtur, & improuidas hominum mentes occupauiſſe, vt nemo mirari debeat humana conſilia, diuina neceſſitate eſſe ſuperata.

Calamitoſus, calamitoſa, calamitoſum, Soubiect deſtre briſé de greſle. Plin. lib. XVIII, Hordeũ ex omni frumento minime calamitoſum, quia tollitur antequam triticum occupet rubigo.

Calamitoſus ager apud Catonẽ, Vng champ dangereulx a greſle & ſterilite. Apud eundẽ calamitoſum cælũ, Vng tẽps ſterile, ou vne contree ou les biens de la terre ſont ſouuẽt greſlés.

Ager calamitoſus cælo ac loco. Cic. pro lege agraria, At vero hoc agri Cãpani vectigal, cum eiuſmodi eſt, vt domi ſit, & omnibus præſidijs oppidorum tegatur: tum neque bellis infeſtũ, nec fructibus varium, nec cælo ac loco calamitoſum eſſe ſolet.

Calamitoſus, Plein de miſeres, fortunes, & de to⁹ maulx. Cicero in diuinatione, Honoris ampliſſimi eſſe puto accuſare improbos, & miſeros, calamitoſoſque defendere. Idem in Verrẽ actione ſecũda, Eadémque vi & iniuria cũ pecunias maximas cogeres, per omnes partes prouinciæ, te tanquam aliquam calamitoſam tempeſtatem peſtémque peruaſiſſe demonſtro. Idem de amicitia, 43, Ex eo fieri, vt mulierculæ magis amicitiarum præſidia quærãt, quàm viri, & inopes quàm opulenti, & calamitoſi, quàm ij qui putantur beati.

CALAMISTRVM calamiſtri, n.g. Vng fer chault comme vne petite fleute, a quoy on faict les cheueulx creſpes. noſtrates fœminæ vulgo appellant Vng poinſſon. Plaut. in Curc. 12. 21, At ita me volſellæ, pecten, ſpeculum, calamiſtrum meũ bene me amaſſint, meáque axitia, &c. Varro de lingua latina, Calamiſtrum, quòd calefactum in cinere, capillus ornatur. Nonius Marcellus, Calamiſtrum fiſtula breuis, qua cirri continentur. Cic. in Oratore, Remouebitur omnis inſignis ornatus, quaſi margaritarum: nec calamiſtri quidem adhibebuntur.

Calamiſtratus calamiſtrati, Qui ha les cheueulx recreſpis auec vng fer chault, & qui eſt bien teſtonne. Plaut. in Aſinaria, 12. 37, Quiſnam iſtuc tibi accredat cinæde calamiſtrate?

CALANTICA calanticæ, f.g. Nonius Marcellus, tegmen muliebre quod capiti innectitur: Couurechef. Cicero in Clodium, Tũne cum vincerentur pedes faſceis, cum calanticã capiti accommodares?

CALATHVS calathi, m.g. Panier doſieres. Ouid. lib. IIII. Faſt. Hæc implet calathos lento de vimine nexos, Hæc gremium, laxos degrauat illa ſinus.

Calathus, Vng pot darain, comme vng baſſin ou on traict du laict, & met on frõmages frais. Virg. Vina nouum fundam calathis aruiſia nectar.

CALCANEVS, m.g. & calcaneum calcanei, n.g. dicitur. Le talon par deſſoub. Virg. Con-

tinuis rimis calcanea ſciſſa rigebant.

CALCAR calcaris, n.g. Eſperon. Plaut. in Aſinaria, 12.118, Nam iam calcari quadrupedē agitabo aduorſum cliuum.

Calcar, Impetuoſité, poulſement. Varro in Seſquiulyſſe, Vētus ſuo caſu vehementius ſufflare, & calcare admouere. Eſtre impetueux.

Calcar currēti addere, Bailler de leſperon, inciter celuy qui court, & a faire ce quil faict de luy meſme ſans eſperon. Plin. epiſt. 8.2, Addidiſti ergo calcaria ſponte currenti.

CALCEVS calcei, m.g. Soullier. Plaut. in Truculento, 16.51, Iam quos capiam calceos?

Cicero lib. 1. artis veteris, Si multus erit in calceis puluis ex itinere, conuenire oportebat.

Cicero philipp. XIII, Eſt etiam Aſinius quidam ſenator, voluntarius lectus ipſe à ſe, apertam curiam vidit poſt Cæſaris mortem, mutauit calceos: pater conſcriptus repente factus eſt.

Calcearium calcearij, n.g. idem quod calceus. Vlpianus de alimētis legatis, Diarijs vel cibarijs relictis, neque habitationem, neque veſtiarium, neque calcearium deberi palàm eſt.

Calceolarius calceolarij, m.g. Vng cordonnier, qui faict les ſoulliers. Plaut. in Aulularia, 15.40, Propolæ, linteones, calceolarij, ſedentarij, ſutates, diabathrarij.

Calceo calceas, calceare, vel calcio calcias calciare, Chauſſer ſoulliers.

Calceare ſoccos. Plin. lib. XXXVI, Archeſilaum magnificat Varro, cuius ſe marmoream habuiſſe leænam tradit, aligeróſque ludētes cum ea cupidines, quorum alij religatam tenerent, alij è cornu cogerent bibere, alij calcearent ſoccos, & omnes ex vno lapide.

Calceatus cothurnis. Plin. lib. VII, Nos quoque vidimus Athanatū nomine, prodigioſæ oſtentationis, quinquagenario thorace plumbeo indutum, cothurniſque pondo calciatū per ſcenam ingredi. Gellius, Die feriato tunicis & lacernis indutos, & gallicis calceatos.

Calceare mulas, Ferrer mules. Suet. in Veſp. Auguſto, Mulionem iñ itinere quodā ſuſpicatus ad calciandas mulas deſiliſſe, vt adeunti litigatori, ſpatium morámque præberet, interrogauit quanti calciaſſet, pactúſque eſt lucri partem.

Calceati dentes. Plaut. in Capt. 4.84, Cum calceatis dentibus veniam tamen. AE. aſper meus victus ſane eſt. E. ſentéſne hæſitas? Ie viendray a toy auec dens garnis, quils ne ſe gaſtent.

Calceamen, & calceamentū, Vng ſoullier. Plinius lib. XIX, Hinc calceamina & paſtorum veſtis.

Calceatus, calceatus, calceatui, m.g. Plin Itaque longo itinere ſine calceatu atteruntur pedes.

CALCITRO calcítras, calcítrare, Ruer des pieds, regimber.

Calcitro calcítronis, m.g. Qui rue des pieds, qui regimbe. Plaut. in Aſinaria, 8.11, Ita hæc morata ianua eſt, extemplo ianitorē clamat, procul ſi quem videt ire ad ſe calcítronē. Gellius, Equus mordax & calcítro. Varro in ſeſquiulyſſe, Itaque tu mecum mordacem calcítronē, horridum miles, ac vir non vitabat.

Calcitroſus, Qui ſouuent rue des pieds, & regimbe. Columella, lib. 11, Iuuencúmque reſte tractum, calcitroſúmque eum reddit.

CALCO calcas calcare, Fouller aux pieds.

CALCVLVS calculi, m.g. Grauois, petites pierres dures & rondes au bort de la riuiere. Ouid. Per quas numerabilis alte Calculus omnis erat.

Calculus, Maladie nommee grauelle, ou la pierre. Plin. lib. XI, cap. XXXVII, Sed hominum quibuſdam diro cruciatu ſubinde naſcentes calculi, & ſetarum capillamenta.

Calculus, Vng eſcheq. Antiqui latronem ſeu latrunculum appellarunt: iuniores ſcacū vocant. Mart. Hic mihi biſſeno numeratur teſſara pūcto, Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit.

Calculi, Iets a compter: quòd lapillis antiqui rationem ſubducere ſolerent.

Reducere ad calculum, Ramener a cómpte. Cicero, Itaque tibi concedo, vt ſi te alicuius dati pœnitet, ad calculum reducas.

Ad calculos vocare amicitiam, Faire rendre cómpte. Cic. de Amicitia, 52, Altera ſententia eſt quæ definit amicitiam paribus officijs ac voluntatibus. Hoc quidem eſt nimis exigue & exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par ſit ratio acceptorum & datorum.

Calculo candidiſſimo notare. Solebant Thraces proſperos dies & lætos, ſi qui contigiſſent eis, calculo albo in vrnam conjecto, notare: Infelices autem, in quibus infeliciter aliquid eueniſſet, atro calculo: vt ſcirent anno elapſo, quot proſperi, & quot infelices contigiſſent. Vnde apud Pliniū, epiſt. 97, lib. VI. O diem lætum, notandúmque mihi candidiſſimo calculo.

Calculum album adijcere errori alterius, Approuuer lerreur dautruy. Plin. in epiſt. 2.b, Nā quò magis intendam limam tuam, confitebor & ipſum me, & contubernaleis ab editione non abhorrere: ſi modo tu fortaſſe errori noſtro album calculum adieceris. Mos erat, per

album calculum in vrnam coniectũ, probare aliquid, vel ſuffragari. Per atrum vero ſiue nigrum, condemnare. Ouid. Calculus immitem demittitur ater in vrnam.

Calculum ponere cũ aliquo, Cõpter, rendre compte a aucun des deſpẽſes. Plin. in paneg. 33, Aſſueſcat imperator cum imperio calculum ponere, ſic exeat, ſic redeat tanquam rationem redditurus, & dicat quid abſumpſerit.

Calculũ parẽ ponere, Rendre le pareil, ou lequiualent. Plin. epiſt. 97. lib. v, Accepi pulcherrimos turdos, cum quibus parem calculum ponere, nec vrbis copijs ex Laurentino, nec maris tam turbidis tempeſtatibus poſſum.

Ad calculos reuerti, Retourner au comptes, retourner a lentreprinſe. Cicero Attico, Quare nunc ſaltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abiecimus, vt non ſolum glorioſis conſilijs vtamur, ſed etiam paulo ſalubrioribus.

Calculoſus, calculoſi, Qui ha force grauois. Vnde loca calculoſa, lieux graueleux. Columella lib. III, Loca aprica, calculoſa, glareoſa, interdum & ſaxoſa amat ficus.

Calculoſus, Homme qui eſt fort graueleux. Quo nomine vſus eſt Plinius.

CALDARIA cella, Eſtuues chauldes. Plin. epiſt. 101. libro v, Frigidariæ cellæ connectitur media: cui ſol benigniſſime præſto eſt caldariæ magis. prominet enim.

CALENDAE calendarum, Le premier iour de chaſcun mois. Plautus in Milite, 10.96, Et prius quàm Galli cantent, quæ me ſomno ſuſcitet, da mihi vir calendis quæ mittã, cum Martiæ venerint.

CALIGA caligæ, Greue, armure de iambe. Cicero Attico, Id iudicium Attilio condonatum putabatur, & Epicratem ſuſpicor, vt ſcribis, laſciuum fuiſſe. etenim mihi eius caligæ, vt faſciæ cretatæ non placebant.

Caliga ſpeculatoria. Suet. in C. Cæſare Caligula, Sæpe depictas, gemmatáſque indutus penulas, manuleatus & armillatus, in publicum proceſſit, aliquando ſericatus, & cycladatus: ac modo in crepidis, vel cothurnis, modo in ſpeculatoria caliga, nonnunquam ſocco muliebri, plerunque vero aurea barba fulmen tenens, ac fuſcinam aut caduceum deorum inſignia, atque etiam Veneris cultu conſpectus eſt.

Caligo caligas, caligare, Houzer ou mettre les greues.

Caligatus, Houzé. Iuuenalis, Veniam caligatus in agros.

CALIGARE verbum neutrũ, Ebloyr, quant les yeux ſentent quelque brouee & obſcurité.

CALIX, calicis, m. g. Vne ſorte de pot a boire. Feſtus Pompeius. Plaut. in Capt. 15.12, Aulas calicéſque omnes confregit, niſi quæ modiales erant. Horatius, Fœcundi calices, quem non fecere diſertum? Plaut. in Milite, 11.9. Nam eo magnum clamat, tetigit calicem, clanculũ dimiſit nardini vnam amphoram cellarius.

Calix, quandoque ponitur pro maiori vaſe. Cic. III. Tuſcul. Quid hic calix mulſi impingendus eſt, vt plorare ſe deſinat.

Calix, Vas in quo legumina & holera coquuntur. Ouid. lib. v. Faſtorum, Stant calices, minor inde holus alter habebat.

CALLVM calli, n. g. Eſt caro durata, & dẽſior facta vel labore vel alia cauſſa in pedibus, manibus, aliáve corporis parte, vt in ſuis roſtro, in bouis ceruice, in animalium plantis pedum. Plaut. in Captiuis, 14.4, Quanta ſumini abſumedo, quanta callo calamitas. Plaut. in Pœnulo, 8.2, Callum aprugnum callere æque non ſinam. Idem in Perſa, 9.4, Magis calleo quàm aprugnum callum callet.

Callum obducere, Endurcir a quelque choſe, ou adduire. Cicero Varroni, Hæc egò ſuſpicans, adhuc Romæ maneo: & tamen λελησθότως conſuetudo diuturna callum iam obduxit ſtomacho meo.

CALLIDVS, callida, callidum, Vng routier, fin, ruſé, par long vſage duit a quelque choſe, & tout endurci. Cic. de natura deorum, Verſutos eos appello quorum celeriter mens verſatur: Callidos autem, quorum tanquã manus opere, ſic animus vſu concalluit. Plaut. in Amphit. 4.114, Itaque me malum eſſe oportet, callidum, aſtutum admodũ. Idem in Aſinaria, 5.29, & in Trucul. 8.45; Ad ſuum quenque hominem quæſtum eſſe æquum eſt callidum. Idem in Epidico, 9.44, Ego ſi allegaſſem aliquem ad hoc negotium minus hominem quàm doctũ, minúſque ad rem hanc callidum, os ſublitum eſſet. Terent. in Andr. 1.2.26, Si ſenſero hodie quicquam in his te nuptijs fallaciæ conari, quo fiant minus: aut velle in ea re oſtendere quàm ſis callidus: verberibus cæſum te in piſtrinum Daue dedam. Idem in Eunucho, 5.7.10, At etiam primo callidum & diſertum credidi hominem.

Callidum mẽdacium, Vne fine menterie. Plaut. in Moſtellaria, 8.147, Callidum hercle audiui eſſe optimum mendacium.

Calliditas calliditatis, f. g. Fineſſe, ruſe. Terentius in Heaut. 5.1.14, Serui venere in mentem Syri calliditates.

Callide, aduerbium, Sagement, finement, par ruſe. Terent. in Adelph. 3.3.63, Denique inſpicere, tanquam in ſpeculum vitas omnium iubeo, atque ex alijs ſumere exemplum ſibi: hoc facito. S. recte ſanè. D. hoc fugito. S. callide. D. hoc laudi eſt. S. iſtæc res eſt. Idem in Andria, 1.2.30, Quid, hoc intellextine, an nõdum etiam ne hoc quidem? D. imò callide: ita aperte ipſam rem modo locutus, nihil circuitione vſus es.

Calleo, calles, callui, callêre, Eſtre endurci. Plaut. in Pſeudolo, 4.4, Neque homines magis aſinos vnquam vidi, ita plagis coſtæ callent.

Callere, Scauoir fort bien quelque choſe par long vſage, & y eſtre duit. Plaut. in Moſtellaria, 4.122. Vt perdocte cuncta callet, nihil hac docta doctius. Idem in Pœnulo, 7.71, Mittite iſtæc: quid velim vos ſcitis. A D. callemus probe: lenonem periurum vt perdas, id ſtudes. Cic. Sulpitio, Atqui in illis rebus exercitatus animus callere iam debet. Terent. in Heaut. 3.2.37, Etenim quo pacto id fieri ſoleat, calleo. Idem in Adelph. 4.1.18, Quin tu otioſus es, ego illius ſenſum pulchre calleo. Perſius, Dicenda, tacẽdáque calles. Plaut. in Pœnulo, 8.1, Iã tenes præcepta in corde? C. pulchre. M. vide ſis calleas. C. quid opus eſt verbis? callum aprugnum callere æque non ſinam.

Omnes homines ad ſuum quæſtum callẽt & faſtidiunt, Ils ſont duis, ruſés, & fins a ſcauoir gaigner. Plaut. in Truculento, 19.38.

CALLIS, huius callis, m. g. Chemin frayé. Virg. Rara per occultos ducebat ſemita calles.

CALVM cali, n. g. Bois.

Calones, Souliers de bois. Feſtus Pompeius.

Calones, militum ſerui, dicti, quia ligneas clauas gerebant. Feſtus Põpeius. Vel qui militibus ligna ſubminiſtrabant. Horatius, Hunc perminxerunt calones atque caballi.

CALOR caloris, m. g. Chaleur. Plaut. in Milite, 11.21, Nam mihi nimius calor comburebat gutturẽ. Cic. de natura deorum ſecundo, Atque etiam ex puteis iugibus aquam calidã trahi, & id maxime fieri tẽporibus hibernis, quòd magna vis terræ cauernis contineatur caloris.

Caliditas caliditatis, f. g. Idem.

Caleo cales, calui, calere, Eſtre chault. Plaut. in Rudente, 30.38, Os calet tibi, num git frigefactas? Idem in Pœnulo, 14.92, At' enim nihil eſt, niſi dum calet, hoc agitur. Ce pendant que la choſe eſt chaulde.

Caluit crimen in re recenti, Ce malfaict, ou temps quil eſtoit freſchement faict, eſtoit en bruit. Cic. pro Cn. Planco, Illud vero crimen de nummis quos in Circo Flaminio deprehenſos eſſe dixiſti, caluit re recenti, nũc in cauſſa refrixit. neque enim qui illi nummi fuerint, nec quæ tribus, nec qui diuiſor, oſtenderit.

Caletur, impersonale, Il faict chault. Plaut. in Capt. 3.12, Quãſi cum caletur, cocleæ in occulto latent. Idem in Truculento, 3.34, Nã vſquam alibi ſic ſunt circum argentarias, quàm olim muſcarum eſt, cum caletur maxime.

Calidus, calida, calidum, Chault.

Calidum prandium prãdere, Menger le diſner tout chault. Plaut. in Pœnulo, 11.14, Calidũ prandidiſti prandiũ hodie? dic mihi. A G. quid iam? L. quia hoc nunc frigefactas cum rogas. Idem in Milite, 11.19, Neque illæ hic calidum exuunt in prandium.

Caldum veteres dixêre pro calidum. Plaut. in Curc. 7.14, Vbi quid ſurripuere, operto capitulo caldum bibunt, triſtes atque ebrioli incedunt.

Calidus, Bouillãt, & feruent. Virg. Voluitur ille vomẽs calidũ & pectore flumen. Non. Mar.

Calide loqui, Parler a la chaulde, dire aucune choſe ſans y auoir penſé. Pacuuius, Caue ſis nimis calide loquaris. Nonius Marcellus.

Calida conſilia, Conſeils ſoudains, legiers, & precipités. Cic. Offic. lib. 1. Sic reperias multos, quibus periculoſa & calida conſilia.

Calidi pedes, Pieds legiers & ſoudains. Varro, Cum dixiſſet Vitulus, ecce calidis pedibus quidam nauicularius: ſemiuſtulatus irrupit ſe in curiam. Non. Marc.

Caleſco caleſcis, Ie meſchauffe, ie commẽce a eſchauffer. Terent. in Eunucho, 1.2.5, Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis.

Calefio calefis, calefieri, Deuenir chault. Plautus in Perſa, 4.29, Sed ecquid meminiſti

here, qua de re ego tecum mẽtionem feceram? s. memini: vt murena & conger ne calefierent. Idem ibidem, 4.24, At edes iam: nam intus vẽtris fumant focula: calefieri iuſſit reliquias.

Calefacio calefacis, calefacere, Eſchauffer. Plin. lib. xxi, Chryſocomæ radix calfacit & ſtringit.

Calefacto calefactas, calefactare, Chauffer. Plaut. in Rudente, 10.78, Vt eapſe ſuccincta nobis aquam calefactat, vt lauemus.

CALPAR calparis, n.g. Feſtus Pompeius dicit eſſe genus vaſis fictilis.

Calpar (authore Nonio Marcello) nomine antiquo dolium. Varro de vita populi Rom. lib. i. Quod antè quàm nomen dolij prolatum, cum etiam id genus vaſorum calpar diceretur, id vinum calpar appellatum.

CALTA caltæ, herba naſcens in ſegetibus, flore purpureo, vel potius viola coloris albi. Plin. lib. xxi. cap. vi.

CALTVLA caltulæ, f.g. Veſtimenti genus, à colore caltæ. Plaut. in Epid. 5.48, Quid iſtæ, quæ quotannis nomina inueniunt nouaſ tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, linteolum cæſiciũ, induſiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam. Virg. in Buc. Mollia luteola pingit vaccinia calta. Varro de vita populi Romani, lib. i, palliolum breue voluit haberi.

CALVA caluæ, f.g. Dicitur os capitis, vbi capilli eſſe conſueuerunt. Le tais de la teſte. Martialis, Pſilothro faciémque lauas, & dropace caluam.

Caluaria caluariæ, f.g. Toute la teſte ſans chair & ſans cheueulx, tant dhomme que de beſtes brutes. Palladius, Equæ caluaria, ſed non virginis, intra ortum ponenda eſt, vel potius afinæ. creduntur enim ſua præſentia fœcũdare quæ ſpectant. Celſus lib. viii, Vbi capitis oſſa & ipſam caluariam deſcribit.

Caluus calui, Chauue, ou qui eſt né ſans cheueulx. Vnde Plinius lib. xi, docet eſſe gentes naturaliter caluas, quales Myconij, qui capillo carentes gignuntur.

Caluitium caluitij, n.g. Chauuette, faulte de cheueulx. Suet. Caluitij verò deformitatẽ iniquiſſime ferebat, ſæpe obtrectatorum iocis obnoxiam expertus. Ideo deficientem capillum reuocare à vertice conſueuerat.

Calueo calues, calui, caluere, Eſtre chauue. Plin. lib. xi, Et quædam animalium naturaliter caluent, ſicut ſtrutiochameli, & corui aquatici.

Caluesco caluescis, caluescere, Deuenir chauue. Columell. lib. vi, Potior tamẽ eſt ratio cuſtodiẽdi ne naſcatur, néve in colla caluescãt. Plin. lib. xi, Propriũ hic caluescere omnibus annis, cũ feritur rapa. Columella lib. v, Propter mures atque talpas ſæpe nouella caſtaneta caluescũt.

Caluata vinea apud Catonem & Plinium, ſignificatur in qua vites quidem ſint, verum paucæ raræque vt in caluitio capilli.

Caluefio caluefis, caluefieri. Idem quod caluescere. Varro de re ruſtica, Ego iſta etiã, inquit Agreſtius, non ſolum in ouibus tondendis, ſed in meo capillo à patre acceptum ſeruo, ne decreſcẽte luna tondens caluefiam.

Caluor cálueris, deponens, id eſt fruſtror. tractũ à caluis mimis, quòd ſint omnibus fruſtratui. Plaut. in Caſina. 4.3, Nã vbi domi ſola ſum, ſopor manus caluitur. Pacuuius in Medo, Sentio pater te voci calui ſimilitudine. ſed quid cõſpicio? num me lactãs caluitur ætas? Accius in Euryſace, Sed memet caluor, vos iſtum, vt iuſſi, ocyus abſtrahite. Lucilius ſatyrarũ lib. xvii, Sed nõ capito inquit eum, etſi caluitur, ergo fur dominum. Pacuuius in Duloreſte: Me caluitur ſuſpicio, hoc eſt illud quod fore occulte OEax prædixit. Salluſt. hiſtoriarum lib. iii, Contrà ille calui ratus. Nonius Marcellus.

CALVMNIA, calũniæ, f.g. Menterie cõtrouuee cõtre aucun, faulſe accuſatiõ, ou faulx rapport. Cic. Exiſtunt ſæpe iniuriæ calumnia quadam & nimis callida atque malitioſa iuris interpretatione. Nonius Marcellus. Cicero P. Lentulo, Senatus religionis calumniam, non religione, ſed maleuolentia, & illius regiæ largitionis inuidia comprobat.

Calũnia, Fineſſe, cautelle. Cic. de rep. lib. ii, Vt Carneadi reſpõdeatis, qui ſæpe optimas cauſſas ingenij calumnia ludificari ſolet.

Calumnior, calumniaris, calumniari, Controuuer menterie.

Calumniator calumniatoris, Controuueur de menterie contre autruy.

CALX calcis, m. & f.g. Le talon. Plaut. in Merc. 22.iii, Sequere ſis. c. ſequor. e. clementer quæſo, calces deteris. Idem in Pœn. 9.71, Quorſum aſinus cedit calcibus? Terent. in Eunucho, 2.2.54, Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus, næ tu iſtas faxo calcibus ſæpe inſultabis fruſtra. Virg. Calcémque terit iam calce Diores. Idem, Cornipedémque citum ferrato calce fatigat.

Quæ inſcitia eſt, aduerſum ſtimulũ calces? Terẽt. in Phorm, 1. 2. 28. Donatus, Modo calces, non partes plantæ, ſed percuſſiones pedum, plagáſque ſignificat, Le coup que on baille du talon. Iuuenalis, Aut dic, aut accipe calcem.

Calx, pro fine ponitur, Pour le but, & la fin. Cicero, Quoniam ſumus ab ipſa calce eius interpellatione reuocati. Idem de Senectute, 76, Nec verò velim quaſi decurſo ſpatio à calce ad carceres reuocari.

Calx, f. g. La chaux. Palladius, Calx quæ erit ex ſpiſſo & duro ſaxo, ſtructuris cõuenit: ex fiſtuloſo verò, aut molliore lapide tectorijs adhibetur vtili⁹. Vide Pliniũ, li. xxxvi, cap. xxiii.

Calcaria fornax. La fournaiſe ou on cuyt la chaulx. Plin. Nuper repertum oleas gaudere maxime cinere è calcarijs fornacibus.

Calcatorium calcatorij, Le lieu ou on faict la chaulx. Palladius, Quòd ſi cupis locum ſuũ deputabimus, is locus ad calcatorij ſimilitudinẽ, podijs breuibus & teſtaceo pauimento ſolidetur.

Calcarius, m. g. Faiſeur de chaulx. Cato de re ruſtica, Calcarius ligna conficit ad fornacem.

CAMARINAM mouere, prouerbiũ ſignificans ſibiipſi malum accerſere. Cuius rationem Seruius ita reddit, Camarina inquit, palus eſt iuxta oppidum eiuſdem nominis, quæ cum olim ſiccata peſtilentiam creaſſet, conſuluerunt oraculum, an penitus eam deſiccare præſtaret. Vetuit deus Camarinam moueri.

CAMELVS cameli, m. g. Vne beſte grande nommee chameau. Plin. lib. viii: cap. xviii.

CAMERA cameræ græce, Voulte, planchier fait en voulte. A noſtris teſtudo ſeu fornix dicitur, & ipſa pars ſuperior, ſcilicet tectum deuexum & incuruũ ſolarium à forma teſtudinis, quaſi camuræ, id eſt curuæ, vt inquit Seruius. Varro de re ruſtica, Fit vt teſtudo, magna camera tectus vno oſtio anguſto. Idem, Ordines quamplurimi eſſe poſſunt à terra vſque ad cameram. Plin. de cucurbitis, lib. xix, Vires ſine adminiculo ſtandi non ſunt, velocitas pernix leni vmbra cameras & pergulas operientes. Suet. in Nerone Claudio Cæſare, Hoc conſilio per conſcios parum celato, ſolutilem nauem, cuius vel naufragio, vel cameræ ruina periret, commentus eſt. Cic. ad Qu. Fratrem, Totum in eo eſt, quod mihi erit curæ, tectorium vt concinnum ſit. pauimenta recte fieri videbantur: cameras quaſdã nõ probaui, mutaríque iuſſi. Salluſt. in Catil. Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur: vbi paululum aſcenderis ad leuam circiter duodecim pedes, humi depreſſus, eum muniunt vndique parietes, atque inſuper camera lapideis fornicibus iuncta, ſed inculta tenebris.

CAMINVS camini, m. g. Fournaiſe. Virg. lib. iii, Ruptis flammam expirare caminis.

Caminus, cheminee. Suet. in Vitel. Nec ante in prætorium redijt, quàm flagrante triclinio ex conceptu camini. Cicero Attico, Luculento camino vtendum cenſeo.

Caminata loca, Lieux vultés, faits en arc, ou demi cercle par deſſus. Plin. lib. xvii, Scrobes vbique caminata foſſura, ore compreſſiore ſint.

CAMOENAE camœnarũ, f. g. Varro, Camœnæ ab antiquis carmœnæ, vel caſmœnæ dictæ ſunt: nunc abiecta r vel ſ, camœnæ vocantur. Alij camœnas dicunt, quòd ſint caſtæ mẽtis præſides. Sunt autem camœnæ idem quod muſæ. Muſa verò ſignificat cantum.

CAMPE campes, vel campa campæ, f. g. Vne chenille. Columella, Nec ſolum teneras audent erodere frondes, Implicitus conchæ limax, hirſutáque campe. Plaut. in Trinummo, 8. 110, Sed campas genus multo Syrorum iam anteit patientia. Idem in Trucul. 19. 48, Ab auo eſt quod idem dictum ſuperfert, campas dicit abaui.

CAMPVS campi, m. g. Vng champ.

Cic. Philipp. xiii, Magnus eſt in rep. campus, vt ſapienter dicere ſolebat Craſſus, multis apertus curſus ad laudem.

Campus æquitatis. Cic. pro A. Cecinna, Iſtum locum fugis & reformidas, & me ex hoc, vt ita dicã, campo æquitatis, ad iſtas verborum anguſtias, & ad omnes literarũ angulos reuocas.

Campeſter, hæc campeſtris, hoc campeſtre, Appartenant aux champs. Campeſter locus, Lieu champeſtre. Varro de re ruſtica, Campeſter locus is melior, qui totus æquabiliter in vnam partem vergit, quàm is qui eſt ad libellam æquus. Campeſtres vites apud Columellam.

Campeſtre campeſtris, Brayes, genitalium ſuccinctoria, eo quòd ludentes in campis, veſtibus omnibus exuebantur, & nudi ludebant, ſolis campeſtribus tecti virilia. Horat. Penula ſolſtitio campeſtre niualibus auris.

CAMVRA cámuræ, f. g. vaſis genus. Feſtus Pompeius, Camurã vocabant antiqui vas quoddam, quod opertum in nuptijs ferebant, in quo erant nubentis vtenſilia.

Camuri boues, à cornuum curuatione, ex græco καμωϑὴ dicuntur.

CAMVS cami, m.g. genus vinculi apud Græcos.

Camus, funis quo damnati alligantur furcæ. Plau. in Casina, 8.36, Deos quæso vt quidem hodie camum & furcam feras.

CANA dicunt Græci, nos canistra, & per diminutionem canistella. Festus Pompeius.

CANABIS, huius canabis, f.g. herba ex qua fiũt chordæ, sine semen eius, Chanure. Persius, Tunc mare transilias, sibi torta canabe fulto. Plin. lib. XIX, cap. IX.

Canabũ canabi, n.g. La semẽce de chãure, nõmee chãneueu. Palladi⁹, Hoc tẽpore canabũ seris.

Canabaceus, canabacea, canabaceum, Qui est faict de chanure.

Canábinus, canabina, canabinum. Idem. Columella, lib. VII, Canabinísque funibus cornua iuuencorum ligato.

CANALIS huius canalis, masc & fœmin. gen. Canal, gouttiere, ruisseau. Festus, Canales per quos aqua confluit in vijs lapide stratis. Virgil. Currentem ilignis potare canalibus vndam.

Canales structiles, Tuyaulx faicts de pierre a mener leaue en quelque lieu. Victruuius li. VIII, Ductus autem aquæ fiunt generibus tribus: riuis per canales structiles, aut fistulis plumbeis, seu tubulis fictilibus.

Canaliculus, canaliculi, m.g. Diminutiuum: petit canal. quales in columnis videmus, quæ striatæ vocantur. Victruuius lib. VII, Canaliculus earum qui strix appellatur. Columella li. IX, Largiore cibo celerius pingueſcit, semper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur.

Canaliculatus canaliculata canaliculatum, Aiant de petits canals tout au loug, comme aulcunes coulomnes, & le pied daucunes herbes. Plinius lib. XIX, Quibusdam angusta & canaliculata, vt cumino, paucis foliacea & lata vt atriplici.

Canalicolæ, authore Fest. Põp. forẽses homines pauperes, dicti quòd circa canales fori cõsisterẽt.

CANCELLI cancellorũ, Treillis, barreaux de fer ou de bois trauersans lung dedens lautre en facon dune croix. Cic. in Quint. Ab his cancellis, quibus me circunscripsi, declinauero. Idem in Verrem, act. V, Satisne vobis prætori improbo circũdati cancelli videntur in sua pro uincia, immò verò in sella ac tribunali: vt aut de suo capite iudicium fieri patiatur præsens ac sedens: aut confiteatur, se omnibus iudicijs conuinci necesse esse?

Cancellatus cancellata cancellatum, Fait en facon de treillis. Cancellata cutis elephanti. Plin. libro VIII. cap. X, Elephanti cancellata cutis, & inuitans id genus animalium odore. Ergo cum extenti recepere examina, arctatis in rugas repente cancellis, comprehensas enecant.

CANCER cancri, m.g. genus piscis. Plin. lib. IX. cap. XXXI.

Cancer signum cæli qui & carcinus dicitur, Lucanus li. IX, Par geminis chiron, & idem quod carcinus ardens.

Cancer canceris, n.g. morbus est, Chancre. Ouid. Vtque malum late solet immedicabile cancer Serpere, & illæsas vitiatis addere partes.

Cancer cãcri, in masc. genere, pro eodem morbo apud Catonem de re rustic: Si cancer ater est, is olet, & saniem spurcam mittit: si albus, purulentus est.

Cancri dicebantur ab antiquis, qui nunc per diminutionem cancelli. Festus Pompeius.

CANDEO candes, candui, candere, Resplendir & estre embrasé comme vng charbon allume. Cic. lib. I. offic. Quid enim censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios candente carbone sibi adurebat capillum?

Candere, Estre blanc. Virg. lib. IIII, Candentis vaccæ media inter cornua fudit.

Candefacio candefacis, candefacere, Blanchir. Plau. in Mostell. 4.101, Vna opera ebur atramento candefacere postules.

Candor candoris, m.g. Resplendissеur, blancheur. Plaut. in Menæhmis, O, solem vides: statim vt occæcatus est præ huius corporis candoribus.

Candidus candida candidum, Reluysant & resplendissant de nettete, comme la couleur du feu.

Candidus, Blanc. Plaut. in Mostell. 16.27, Benefactum hercle, & factum gaudeo: sapere ista ætate oportet: quis capite candido capi?

Candidus, Bening, pur, sans malueillance. Horatius, Albi nostrorum sermonũ candide lector.

Candide aduerbium, De blanc. Plaut. in Casina, 17.9, Villicus hic autem cum corona candide, lautéque vestitus, exornatúsque ambulat.

Candide, Benignement, amiablement, simplement, sans fiction. Cælius Ciceroni, Cauendũ tibi erit, ne parum simpliciter & candide posuisse inimicitias videaris.

Candido candidas, Blanchir. Pompo. Vestem lixiuio candidans.

Candidatus, candidata candidatum, Qui est blanchi, ou vestu de blanc. Plaut. in Rudente, 7.8,

Ergo vel æquius erat candidatas venire, hoſtiatáſque. Idem in Caſina, 10.10, At candidatus cedit hic maſtigia.

Candidati etiã dicebantur, qui in alicuius magiſtratus aut dignitatis petitione verſabantur, à tunica candida quam per id tempus induebant, ſiue ad denotandũ integritatem, quòd ſolus hic color ſincerus ac purus, & minime inquinatus eſt: ſiue vt perſpici ab omnibus poſſet eos pecuniam non habere, qua ciues corrumperent. Ire autẽ candidati per comitia ſolebant, ſuadendo, rogando, ſubmittendo ſe omnibus, & nudato etiam corpore cicatrices oſtẽdendo. Lampridius in Alex. Quæſtores candidatos ex ſua pecunia iuſſit munera populo dare, ſed vt poſt quæſturam præturas acciperent, & inde prouincias regerent.

Candidati principis aut Cæſaris, quicunque magiſtratuum petitores erãt in comitijs. Suet. in Auguſt. Quoties magiſtratuum comitijs intereſſet, tribus cum cãdidatis ſuis, circuibat, ſupplicabátque more ſolenni. ferebat & ipſe ſuffragium in tribus, vt vnus è populo. Candidatos Auguſti Tranquillus appellat eos petitores, quos ipſe populo commendabat, & quibuſcum ſingulos ex more ambientium prehenſabat, ciuilem ſe Romanis præbens, tanquam princeps nõ eſſet. Cic. pro L. Murena, Quare nec plebi Romanæ eripiẽdi fructus iſti ſunt ludorum gladiatorum, conuiuiorum, quæ omnia maiores noſtri comparauerunt: nec candidatis iſta benignitas adimenda eſt, quæ liberalitatem magis ſignificat, quàm largitionem.

Candidatus prætorius, Qui præturam petit. Cic. pro L. Murena, Reſpondebo igitur Poſthumio primũ, qui neſcio quo pacto mihi videtur prætorius cãdidatus in conſularem, quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere: cuius competitores ſi nihil deliquerunt, dignitati eorum conceſſit, cum petere deſtitit.

Candidatus conſulatus, Qui conſulatũ petit. Plin. in Paneg. 107, Reuertor iam ad conſulatũ tuum, etſi ſunt quædam ad conſulatum quidem pertinentia, ante conſulatum tamen: in primis quòd comitijs tuis interfuiſti candidatus, non conſulatus tantum, ſed immortalitatis & gloriæ, & exempli, quod ſequerentur boni principes, mali mirarentur.

Candidati, aliarũ quoque rerũ petitores dicuntur, ſicut à Quintiliano candidatus eloquentiæ. Et in verbis Plinij ex Panegyrico, paulo ante adductis, Cãdidatus gloriæ & immortalitatis.

Candico candicas candicare, Reſplendir, Eſtre blanc, ou faire blanc, blanchir. Plinius, Cuius radice vtuntur ad candicandos capillos.

Cãdicans macula, Vne tache de blanc. Plin. li. VIII. Inſigne ei in dextro latere cãdicãs macula.

Cãdicantia, candicãtiæ, Blãcheur. Plin. lib. XXXVII, Fictitiæ ſacrificationis cãdicantiã fugiũt.

Candifico candificas, candificare, Blanchir. Neuius, Poliẽs ſeſe, & ſuccis herbarũ cãdificãs cutẽ.

CANDELA, candelæ, f. g. Chandelle.

Candelabrum candelabri, n. g. Chandelier. dictum quòd in eo cãdelæ figantur. Feſtus Põpeius. Martialis de candelabro Corinthio, Nomina candelæ nobis antiqua dederunt: Nõ norat parcos vncta lucerna patres.

Candelabrum, maſculino genere dici probat Nonius Marcellus, ex Cæcilio, Maletricem memini ibi candelabrum ligneum ardentem.

CANENTIA, canentiæ, capitis ornamentum. Feſtus Pomp.

CANEPHORA canéphoræ, f. g. Virgo dicitur, quæ more Attico ſacra in ciſtulis repoſita capite ſuſtinebat. cana enim Græci dicunt, quæ nos caniſtra, & per diminutionem caniſtella. Vnde canephoræ appellantur, quæ ſacra huiuſmodi vaſculis recondita capite ferebant. Cic. in Verrem, act. VI, Habe canephoras, deorum ſimulachra reſtitue.

CANIS huius canis, communis generis, Vng chien. Terent. in Phorm. 4.4.25, Introijt in ædes ater alienus canis. Plaut. in Captiuis, 8.25, Ne canem quidem irritatã voluit quiſquam imitari. Terent. in Eunuch. 4.7.33, Diminuam ego caput tuum hodie, niſi abis. G. ain' vero canis? ſiccine agis? Plaut. in Amph. 8.46, Eum ſalutat magis haud quiſquam quàm canem.

Canis dictio eſt qua impudentibus conuicium fieri ſolet, nam militare dictum eſt in hoſtem, & apud Homerũ pro graui contumelia in aduerſarium dicitur, Ceſt vng mot de groſſe iniure cõme en ce temps les Turcs appellent les Chreſtiens chiens, & en la guerre on dict chiennaille.

Canis, Ludi talaris ſignum, quod vnum duntaxat punctum continebat, ideo damnoſus erat. Propertius, Semper damnoſi ſubſiluere canes. Perſius, Damnoſa canicula quantum Raderet, anguſtæ collo non fallier orcæ.

Canis, ſignum cæleſte, De quo Plinius lib. XVIII, cap. XXVIII.

Canicula caniculæ, f. g. Signum cæleſte eſt. Columella lib. X, Cúmque peracto ſolſtitio vſque ad ortum caniculæ, qui ferè dies XXX ſunt.

Canicula, piſcis marinus, De quo Plinius lib. xxxii, cap. xi.

Caniculus caniculi, m.g. Petit chien.

Caninus canina caninum, Qui appartient a vng chien, ou qui eſt dung chien. Plin. li. 29. cap. 4. Sanguine canino nihil contra topica præſtantius eſt. Canini dẽtes, apud Varronẽ de re ruſt. Caninum prandiũ, vel canina cœna. Vng diſner ou vng ſoupper de chien, ou on ne boit point de vin. Plaut. in Caſina, 25. 4. Hâc ibo, caninam cœnam ſpero meliorem fore.

Canarius canaria canarium, Qui appartient a vng chien: vt canaria lappa, quæ canibus adhæret apud Plinium lib. xviii. Item augurium canarium.

CANISTRVM caniſtri, n.g. & caniſter caniſtri, m.g. Vne corbeille, ou quelque autre panier doſieres. Virg. Cererémque caniſtris Expediunt.

CANNA cãnæ, f.g. Vne canne ſemblable a vng roſeau. Columella lib. vii, Nanque & id feciſſe maxime per æſtatem profuit, & dulceis eruiſſe radiculas aquatilis ſyluæ, tanquam ſcyrpi, iuncique, & degeneris arundinis quam vulgus cannam vocat. Idem lib. v, de arundineto, Ea eſt autem ſenectus, cum vel exaruit ſitu & inertia plurium annorum, vel ita denſatum eſt, vt gracilis & cannæ ſimilis arundo prodeat. Strabo ſcribit in Aphrica ad cubitos quinos lõgas, craſſitudine vero digiti minoris cannas naſci.

Canna, Vne buyre, vaiſſeau a porter huyle. Columella, Vrcei quibus oleum progeritur, cannæ, tegetes quibus oliua excipitur.

Cannetum canneti, Ou il y a abondance de cannes, vng lieu planté de cannes. Palladius, Lilieta, canneta ponenda ſunt.

Cannitiæ cameræ apud Palladiũ, Des apentis, ou couuertures faites de cannes. Cameras in agreſtibus ædificijs, ex ea materia vtilius erit formare, quæ facile inuenietur in villa. Itaque aut tabulis faciemus, aut cannis, hoc genere.

CANO canis, cecini, cantum, canere. Chanter.

Canit tuba. Plaut. in Amph. 4. 77, Poſtquam id actum eſt, tubæ vtrinque canunt: contrà cõſonat terra, clamorem vtrinque efferunt.

Canere receptui, Sonner a la retraicte.

Canunt poetæ: Verſibus aliquid deſcribunt. Virg. Arma virúmque cano. &c.

Canere laudes alicuius, Dire, annoncer, deſcrire les louãges daucun, Louer aucun. Salluſt. Nihil enim ſtatuimus animo dignius, aut authoritate maiorũ, nec opinione populari, quàm in eo genere verſari forenſis exercitationis, quæ canere laudes egregias ſummorũ hominũ poſſet, atque animos inflare noſtræ ciuitatis, ad imitandum. Virg. Regémque canebant.

Canit fama, Le bruit en eſt. Martialis, Quicquid fama canit, donat arena tibi.

Canere fidibus alicui, Iouer de la harpe deuant aucun. Plaut. in Epid. 10. 64, Conducta veni vt cantarẽ fidibus ſeni. Ibidem 6. 11, Mane me iuſſit ſenex conducere aliquam fidicinam ſibi huc domum: dum rem diuinam faceret, cantaret ſibi.

Canere ſurdis auribus, Parler a vng ſourt, parler a celuy qui ne veult eſcouter, perdre ſa peine de parler.

Canere ſibi, Parler pour ſon prouffit. Cic. de lege agraria, Qui paulo ante diem, noctémque tribunitium nomen horrebant, veſtram vim metuebant, mentionem legis Agrariæ pertimeſcebant, ij nunc etiam vltro rogabuntur atque orabuntur, vt agros partim publicos, partim plenos inuidiæ, plenos periculi, quanti ipſi velint decemuiris tradant: atque hoc carmẽ hic tribunus plebis, nõ vobis, ſed ſibi intus canit. habet enim ſocerum virum optimum, qui tãtum agri in illis reip. tenebris occupauit, quantum concupiuit.

Canere ſibi & muſis, Chanter ou eſcrire pour ſoy & pour les doctes, & ne tacher point a complaire au vulgaire. Valerius lib. 3. de fiducia ſui, Antigenidas tibicen diſcipulo ſuo magni profectus ſed parum feliciter populo ſe approbanti cunctis audientibus dixit, mihi cane & muſis.

Canere, Diuinare, Dire les choſes futures: prophetizer. Verg. Ipſa canas oro. Idem li. viii, AEneid. Gallos in limine adeſſe canebat. Quaſi prædiuinabat (inquit Seruius) de anſere qui ſeruauit Capitolium.

Canto cantas cantare, Chanter.

Cãtare, Admõneſter, enhorter. Plau. in Trinũmo, 6. 10, Hæc dies noctéſq; tibi cãto vt caueas.

Cantant literæ. Plau. in Bacchid. 20. 60, Tacitus conſcripſit tabellas: obſignatas mihi has dedit, tibi me iuſſit dare: ſed metuo ne idem cantent quod priores, Ie crains quelles ne parlent de ce que parloient les premieres.

Cantare, Enchanter. Virg. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Cantito cantitas cantitare, Frequentatiuum à canto. Chanter dru, chantonner, gringuenotter. Terent. in Adelph. 4.7.33, Ita me dij ament, facturum credo, vt habeas quicum cantites.

Cantor cantoris, m.g. Vng chantre.

Cantrix cantricis, f.g. Vne chantreſſe. Plaut. in Trinummo 5.23, Cantrices, ciſtellatrices, nuntij, renuntij, raptores panis & peni.

Cantus cantus cantui, m.g. Chant. Virg. Cantúſque dedêre.

Cantilena, cantilenæ, f.g. Chanſon. Terent. in Phorm. 3.2.10, Cantilenam eandem canis, Tu ne parles touſiours que dune choſe.

Cantio cantionis, Chanterie, accort de voix enſemble. Plaut. in Sticho, 15.19, Poſtidea loci ſi hoc eduxerit, perinde vt conſuetus antehac, celeriter lepidam & ſuauem cantionem aliquam occipio. Idem in Bacch. 1.4, Pol ego quoque metuo, luſciniolæ ne defuat cantio.

Canticum cantici, n.g, Chanſon. Quintil. Sit poetæ lectio cum ſuauitate quadam grauis: & non quidē proſæ ſimilis, quia carmē eſt, & ſe poetæ canere teſtātur: nō tamen in canticū diſſoluta.

Canor canoris, m g. Chant, ſon accordant. Ouid. lib. v. Metamorph. Nec tamē ille canor mulcendas natus ad aures.

Cantilena pro fabula, Vne bourde. Decius Brutus in epiſtola ad Cic. Nam de tuo periculo crede mihi, iactatione verborum & denuntiatione periculi ſperare eos te perterrefacto, adoleſcente impulſo poſſe magna conſequi præmia: & totam iſtam cantilenam ex hoc pendere, vt quamplurimum lucrifaciant.

Canorus, canora, canorum, Retondiſſant, reſonnāt, doulx & plaiſant, enchantant. Plaut. in Pœnulo, 2.33. Matronæ tacite ſpectent, tacite rideant. Canora hic voce ſua tinnire temperent. Cic. de ſenectute, 25, Omnino canorum illud in voce ſplendeſcit: etiam neſcio quo pacto in ſenectute, quod equidem nō amiſi adhuc, & tamen videtis annos meos. Gellius, Collectā coactámque vocem, & magis claros, canoroſóſque ſonitus facit.

CANON canonis, m.g. Reigle, adreſſe. Cic. Tironi, Video quid agas, tuas quoque epiſtolas vis referam in volumina. Sed heus tu qui canon eſſe meorum ſcriptorum ſoles, vnde illud tā ἄκυρον, valetudini fideliter in ſeruiendo?

CANTHARVS cantharí, m.g. Pot a boire. Plaut. in Aſinaria, 16.56, Pueri plaudite, & mihi ob iactum cantharo mulſum date. Idem in Bacch. 1.36, Vbi ego capiam pro machæra turturem, vbíque imponat in manu, alius mihi pro ceſtu cantharum, pro galea ſcaphium. Idem in Sticho, 14.29, Tibi propino cantharum, vinum tu habes. Ibidem 22, Sed interim ſtratege noſter cur hic ceſſat cantharus? Virg. in buc. Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.

Cantharus, piſcis genus eſt, authore Plinio, lib. xxxiii. cap. xi, Cantharus, callionymus, ſiue vranoſcopus, cinædi ſoli piſciū lutei. Columella lib. viii, Nam & alecula modo capta, & cantharus exiguúſque gobio, quiſque denique eſt, incrementi minuti piſcis maiorem alit.

Cantharus dictus ſcarabeus paruus, frumenta erodens: omnia ea animalia cum cibo deficiūt. Plin. lib. xviii. cap. xvii.

CANTHARIS cantharidis, f.g. vél cātharida cantharidæ, Vermis terrenus viridis, auri colore ſuperlucens, & naſcitur in ſummitate ramorum fraxini & oliuæ, cuius ſuccus in venas ingreſſus, vt venenum interimit, & humano corpori applicitus, veſicas plenas humore facit. Ouid. Cantharidum ſuccos dante parente bibas. Cic. Papirio, Caius accuſante Lucio Craſſo cantharidas ſumpſiſſe dicitur.

Cātharides vermiculi ficorū & piri, & peuces, & cynachantæ, & roſæ. Plin. li. xi. cap. xxxv.

CANTHERIVS cantherij, m.g. Vng cheual chaſtré nommé hongre. Varro, Dēptis enim teſticulis, fiunt quietiores: & ideo quòd ſemine carent, ij cantherij appellantur, vt in ſuibus mariales, in gallis gallinaceis capi. Cicero Papirio, Actū igitur de te eſt, niſi prouides. potes mulo iſto, quem tibi reliquum dicis eſſe, quando cantherium comediſti, Romam peruehi.

Cantherij, Tigna dicuntur. Victruuius lib. v. Et cātherij prominentes ad extremam ſuggrūdationem, ſupra cantherios templa.

Cantherinus cantherina, cantherinum, Choſe conuenant a cheual chaſtré.

Cantherino ritu ſomniare, Dormir de bout. Plaut in Menæhmis, 9.38, Certe hæc mulier cātherino ritu aſtans ſomniat. Cantherij enim equi ſtantes dormitant, ac, vt dicit Plinius lib. x. cap. vltimo, ſomniant.

CANTHERIVM cantherij, n.g. Vehiculi genus. Seneca epiſt. lxxxvii, Marcus Cato

Cenſorinus cantherio vehebatur AEthiopico.

CANTHERIVS cantherij,m.g. Vne ſorte dappuy fiche en terre pour ſouſtenir la vigne, cõme eſchallas. Columella,lib.IIII. Itaque aut veteres(ne nouæ radicem agant)arũdines binas ſingulis vitibus applicabimus:aut ſi regionis conditio permittit, vetera deponemus haſtilia,quibus annectũtur ſingulæ tranſuerſæ perticæ in imam partem ordinis:quod genus iugi, cantherium vocãt ruſtici. Idem,Is,vt dixi,cantherius propius à terra,quàm vitibus ordinarijs,ſubmittendus eſt.

Cantheriatus cantheriata cantheriatum. Columella lib.VI, Quæ pedaminibus adnixæ ſingulis iugis imponuntur,eas ruſtici cantheriatas appellant.

Cantherinum ordeum. Columella lib.II. Proximus eſt his frumentis vſus ordei, quod ruſtici hexaſticum, quidam etiam cantherinum appellant : quoniam & alia animalia quæ ruri ſunt, melius quàm triticum,& hominem ſalubrius quàm malum triticum paſcit. Palladius,Menſe Octobri ſeremus ordeum quod dicitur cantherinum. ſeritur macra & ſicca terra, vel multum pingui.

CANTHVS canthi,m.g. La ferrure du tour dune roue. Perſius, Vertentẽ ſeſe fruſtra ſectabere canthum.

CANVS cana canum, Chenu & blanc de vieilleſſe. Plau. in Aſin.16.84, Cano capite te cuculum vxor ex luſtris rapit. Idem in Bacchid.22.15, Hoc eſt quod peraceſcit,hoc demum eſt quod percrucior,me hoc ætatis ludificari, imò ædepol ſic ludos factum, cano capite atque alba barba,ſic miſerum me auro eſſe emunctum.

Cana fides,apud Virgilium,vetuſta & antiqua,La foy & loyaute des gens du temps paſſé.

Canuſinati muliones. Suet.in Nerone Claud. Nunquam carrucis minus mille feciſſe iter traditur,ſoleis mularum argenteis,canuſinatis mulionibus.

Cani canorum,m.g.p.n. Les cheueulx gris que on ha de vieilleſſe. Cicero de ſenectute,58,Non canũ,non rugæ repente authoritatem afferre poſſunt, ſed honeſte acta ſuperior ætas, fructus authoritatis capit extremos.

Canities canitiei,f.g. Vieilleſſe,blancheur de vieilleſſe. Plin. Et ipſa iam canicie venerabilis.

Canitudo canitudinis,f.g. Idem quod Canities. Plau. Stultus eſt aduerſus ætatem & capitis canitudinem. Feſtus Pompeius. Varro Aboriginum, Sed neque vetulus cantherius, quàm nouellus melior, nec canitudini comes virtus. Nonius Marcellus.

CAPER capri,m.g. Vng bouc. Martialis,Dum iugulas hircum,factus es ipſe caper.

CAPERO caperas, caperare, Se refrongner, ſe rider le front. Plaut.in Epid.13.3,Quid illuc eſt,quod illi caperat frons ſeueritudine?

CAPILLVS capilli,m.g. Cheueu.

Capillus compoſitus,Cheueulx attiffés, accouſtrés,teſtonnés. Paut.in Moſtell.4.96, Suo quique loco vide an capillus compoſitus eſt commode.

Capillos conſcindere,Rompre,arracher les cheueulx. Terẽt.in Eunucho,4.3.4,Veſtem omnem miſere diſcĩdit,tum ipſam capillo conſcidit.

Capillus horrens,Cheueulx mal peignés. Plin. epiſt.147. b,Mox apparebat ſenex idolon macie & ſqualore confectus,promiſſa barba,horrenti capillo.

In capillum inuolare,Empongner aucun par les cheueulx. Terent.in Eunuch. 5.2.20,Vix me contineo quin inuolem in capillum:monſtrum,etiam vltro deriſum aduenit.

Capillus paſſus,Cheueulx decheuelés,eſpars. Terent.in Phor.1.2.56, Nihil erat adiumenti ad pulchritudinem,Capillus paſſus,nudus pes,ipſa horrida.

Capilli rari & cedentes, Peu de cheueulx. Plin.epiſt.50.a,Effingit ſenem ſtantem, oſſa,muſculi,nerui,venæ,rugæ,etiam vt ſpirantes apparent,rari & cedentes capilli,lata frons,contracta facies.

Capillus ſummus,Le plus hault cheueu,le cheueu de deſſus,Plau.in Epid.13.17,Contempla Epidice vſque ab vnguiculo ad capillum ſummum.

Capillus, Toute ſorte de poil,ſoit dhomme ou de beſte. Gellius,Capillum pro hœdino pillo poſuit,Nam ſi ouium lacte hœdi,aut caprarũ agni alerentur,conſtat ferme in his lanam duriorem,in illis capillum gigni teneriorem.

Capillo capillas,capillare,Faire cheueulx. Plin.lib.XXXVII,cap.XI,Polytrix in viridi capillatur,ſed defluuia comarum facere dicitur.

Capillatus capillata,capillatum,Qui ha longs cheueulx. Cicero pro lege agraria,Iam deſignatus alio vultu,alio vocis ſono,alio inceſſu eſſe meditabatur, veſtitu obſoletiore, corpore inculto

& horrido, capillatior quàm antè, barbáque maiore: vt oculis & aſpectu denuntiare omnibus vim Tribunitiam, & minitari reip. videretur.

Capillatam vel capillarem arborem dicebant antiqui, in qua capillum tonſum ſuſpendebant.

Capillamentum capillamenti, n. g. Cheuelure. Plin. lib. xxi, Herba croci eſt folio anguſto, penè in capillamenti modum. Apul. lib. 11. de aſ. Tanta eſt capillamenti dignitas, vt quanuis auro, veſte, gẽmis, omnique cætero mundo exornata mulier incedat, tamen niſi capillum diſtinxerit, ornata non poſſit videri.

Capillamentum, Vne faulſe perruque. Suet. in Calig. cap. xi, Naturam tamen ſæuam atque probroſam nec tunc quidem inhibere poterat, quin & animaduerſionibus, pœniſque ad ſupplicium datorum cupidiſſime intereſſet, & ganeas atque adulteria capillamento celatus & veſte lõga noctibus ambularet. Galericulum aliàs Latini dicunt. græce φενάκη, vel ψιλίαθρον appellatur.

Capillamenta ſeminum. Columella lib. iiii, cap. xi, Qui non ſolum in eo errabant, quòd primi anni capillamenta ſeminum intacta patiebantur, ſed & poſt biennium cum viua radix recidenda erat, omnem ſuperficiem amputabant ſolo tenus iuxta ipſum articulum.

Capillamenta radicum. Palladius, Si ægra eſt arbor, feces vini veteris ablaqueatæ oportet infundi: vel radicũ ſuperflua capillamẽta decîdi, vel cuneũ ſalicis interfoſſis radicibus, premi.

CAPIO capis, cepi, captum, Capere, Prendre. Terent. in Eunuch. 3.5.47, Cape hoc flabellũ, & ventulum huic ſic facito. Ibidem, 2.3.77, Capias tu illius veſtẽ. Virg. lib. iiii. Georg. Cape ſacra manu, capè robora paſtor. Plaut. in Aulul. 4.9, Si hodie hercle fuſtem cepero, aut ſtimulum in manum, teſtudineum iſtum tibi ego grandibo gradum.

Capi, Eſtre prins des ennemis: ou tomber entre leurs mains. Cic. Attico, Neque enim arbitramur eos ſolos capi, qui in armatorũ manus incidiſſent, ſed eos nihilo minus, qui regionibus excluſi intra præſidia atque intra arma aliena veniſſent.

Capere virginem ex aliquo loco, Lenleuer, ou emmener. Terẽt. in Heaut. 3.3.47, Dicam hãc eſſe captam è Caria, ditem, & nobilem.

Capere, Delecter, reſiouyr, attraire, allicher. Horat. in Serm. Te coniunx aliena capit meretricula Dauum.

Capere, Deceuoir, abuſer. Virg. Captique dolis, lachrymiſque coacti. Cic. de amicitia, 81, Quamobrem quanuis blanda iſta vanitas apud eos valeat qui ipſi illam allectant & inuitant, tamen etiam grauiores conſtantioréſque admonendi ſunt, vt animaduertant ne callida aſſentatione capiantur.

Capere, Contenir, comprendre. Terent. in Eunuch. 2.3.13. Dij boni, quid turbæ, ædes noſtræ vix capient. Plautus. in Curc. 3.13. Sitit hæc anus. PA. quantillum ſitit? PH. modica eſt, capit quadrantal. Elle eſt petite, elle tient bien vng tonneau.

Capere, Receuoir. Plau. 24. iii, Vix credo tota auctione capiet quinquagies, A grãd peine receuera il cinquãte de toute ſa vẽte. Terẽt. in Phorm. 5.3.6, Nã ex his prædijs talẽta argẽti bina ſtatim capiebat. Idẽ in Eunucho, 1.1.35, Nã quod nos capere oportet, hæc intercipit. Tu conijcito cætera, quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex iſtac copia, Queſt ce que ie recois, quel mal men aduient. Terent. in Phor. 3.2 14.

Capere, Attirer a ſon amour. Lucil. Ne aſpectu & forma capiare aliena. Terent. in And. 1.1.55, Egomet continuo mecum, Certe captus eſt, habet. Cicero de ſenectute, 40, Diuine enim Plato, eſcam malorum voluptatem appellat: quòd ea videlicet homines capiantur, vt hamo piſces.

Capere apros. Plaut. in Caſina, 10.40, Iam ego vno in ſaltu lepide apros capiam duos. Cicero, Nauem quãdam pyratarum præda onuſtam cepêre. Plau. in Trucul. 4.12, Fit pol hoc, & pars ſpectatorum ſcitis hæc vos, me haud mentiri vbi vſus pugnæ & virtuti de prædonibus prædam capere, at nos rurſum lepide referimus gratiam furibus noſtris. Ibidem, 11.14, Hæc cum video fieri, ſuffuror, ſuppilo, de præda prædam capio. Idem in Amphit. 4.260, Et legiones Theleboarum vi pugnando cepimus.

Capere angorem pro amico, Soy marrir & contriſter pour ſon ami. Cic. de amicitia, 45, Quãobrem angor iſte qui pro amico ſæpe capiendus eſt, non tantum valet vt tollat è vita amicitiam, non plus quàm vt virtutes, quia nonnullas curas & moleſtias afferunt, repudientur.

Capere arbitrum, Prendre vng arbitre, ſen rapporter a quelcun, & faire ce quil en dira. Terent. in Heaut. 3.1.89, Vicini noſtri hic ambigunt de finibus, me cepêre arbitrum.

Capere cauſſam: Prendre occaſion. Terent. in And. 1.3.8, Si ſenſerit, perij: aut ſi libitum fue-

rit, cauſſam ceperit: quo iure quaque iniuria præcipitem me in piſtrinũ dabit. Sil luy plaict, il prendra quelque occaſion: ſoit a tort ou a droict, il me iettra au moulin.

Capere cibum cum aliquo, Menger auec aucun. Terent. in Eunucho, 2.3.76, Cibum non nunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet. Et paulo poſt, Cibum vnà capias, adſis, tangas.

Capere commodum ex aliqua re, Receuoir prouffit de quelque choſe. Terent. in Eunuch. 3.5.25, Quid ex ea re tandem caperes commodi? Ibidem, 5.6.1, Ex meo propinquo rure hoc capio commodi, neque agri, neque vrbis odium me vnquam percipit.

Capere conſilium de aliqua re, Prendre conſeil, conſulter. Terent. in Andr. 3.2.37, Quid ais? cum intellexeras id conſilij capere, cur non dixti extemplo Pamphilo? Idem in Eunuch. 5.2.28, Neque ædepol quid nũc conſilij capiam ſcio de virgine iſtac. Ibidem, 3.5.66. Eamus: & de iſtac ſimul quo pacto porrò poſſim potiri, conſilium volo capere vnà tecum. Cic. Cum autem conſilium hoc princeps cepiſſet.

Capere corde conſilium, Penſer en ſoymeſme, & conſulter. Plaut. in Merc. 7.10, Neque is cũ roget, quid loquar, cogitatum eſt mihi, ita animi decem pectore incerti certant: nec quid corde nunc conſilij capere poſſim ſcio.

Capere conditionem, Prendre le parti que aucun nous faict. Plaut. in Sticho, 3.81, Quin vos capitis conditionem ex peſſima primariam?

Capere damnum, & dedecus, Receuoir dommage & deſhonneur. Plaut. in Bacch. 1.34, Vbi pro diſco damnum capiam, pro curſura dedecus?

Capere deſyderium è filio, Deſyrer ſon fils, le regreter. Cic. de ſenectute, 50, At Homerus qui multis, vt mihi videtur, antè ſeculis fuit, Laertem lenientem deſyderium quod capiebat è filio, colentem agrum, & eum ſtercorantem facit. Terent. in Hecyra, 1.2.4, AEdepol te deſyderium Athenarum arbitror Philotion cepiſſe ſæpe, & te tuum conſilium contempſiſſe.

Capere dolorem ex aliquo, Eſtre dolent. Terent. in And. 4.3.4, Verum ex eo nunc miſera quẽ capit dolorem: facile hic plus mali eſt, quàm illic boni.

Capere corde dolorem, Eſtre dolent en ſon cueur. Plaut. in Trucul. 9.5, Quanta eſt cura in animo, quantum corde capio dolorem, dolus ne occidat morte pueri.

Capere detrimentum, Receuoir dommage. Plin. de viris Illuſt. Marius ſenatuſconſulto armatus, quo cenſetur, ne quid reſpublica detrimenti caperet.

Capere diſciplinam alicuius, Prendre lenſeignement daucun, & ſuyure ſes meurs. Plin. in paneg. 74, Ex quo manifeſtum eſt principum diſciplinam capere etiam vulgus, cum rem, ſi ab vno fiat, ſeueriſſimam fecerint omnes.

Capere exemplum de aliquo, Prendre exemple ou patron a aucun. Plaut. in Moſtell. 9.66, Nam ſibi laudaſſe ædeis ait architectorem neſcio quem, eſſe ædificatas has ſane bene. nunc hinc exemplum capere vult, niſi tu ne vis. Terent. in And. 4.1.27, Quid iſtuc tam mirum eſt, ſi de te exemplum capit? Cic. de amicitia, 33, Mutari etiam mores hominum ſæpe dicebat, aliâs aduerſis rebus, aliâs ætate ingraueſcente: atque earum rerum exemplum ex ſimilitudine capiebat ineuntis ætatis, quòd ſummi puerorum amores, ſæpe vnà cum prætexta & toga deponerentur.

Capere formam alicuius, Se deſguiſer en vng autre: & le repreſenter ou contrefaire. Plaut. in Amphit. 4.112, Et enimuero quoniam formam cepi huius in me, & ſtatum decet & facta, moreſque huius habere me ſimiles item.

Capere fructum, Receuoir prouffit de quelque choſe. Terent. in Eunuch. 3.1.59, Quãdo illud quod tu das, expectat atque amat: iamdudum amat te, iamdudum illi facile fit quod doleat: metuet ſemper quem ipſa nunc capit fructum, ne quãdo iratus, tu aliò conferas. Cicero de ſenectute, 58, Non cani, non rugæ repente authoritatem afferre poſſunt: ſed honeſte acta ſuperior ætas fructus authoritatis capit extremos.

Capere gaudium, Seſiouyr, prendre ioye. Plin. epiſt. 97. lib. v 1, Quod gaudium vt perpetuò capiam, deos oro, ac eoſdem teſtes peto: vt omnes qui me imitari tanti putabunt, meliores eſſe, quàm me velint. Idem epiſt. 112.a, lib. v. Scio quantopere bonis artibus faueas, quãtum gaudium capias, ſi nobiles iuuenes dignum aliquid maioribus ſuis faciant. Idem epiſt: 144.c, Hæc ſcripſi quia ſoles, ſiquid incidit noui, non inuitus audire: deinde quia iucundum eſt mihi, quod ceperam gaudium, ſcribendo retractare.

Capere aliquem generum, eligere, Bailler ſa fille a aucun en mariage, le faire ſon gendre. Terent. in Hecyra, 4.1.23, Sed nunc mihi in mentem venit ex hac re quod locuta es olim,

cum illum generum cepimus.

Capere geſtum vultúmque nouum, Changer de geſtes, & de mines. Terent. in Phorm. 5.7.7, Nunc geſtus mihi vultúſque eſt capiundus nouus. Il me fault changer de facon de faire.

Capere gloriã ob amicitiam ſeruatam, Eſtre loue dauoir garde amitie. Cic. de Amicitia. 25, Nónne facile ei erit qui ob eam ſumma fide, conſtantia, iuſtitiáque ſeruatam, maximam ceperit gloriam?

Capere inimicos omnes homines, Se mettre en haine de tous, ou en linnimitie. Terentius in And. 4.2.12, Per omnes tibi adiuro deos nunquam eam me deſerturum: non, ſi capiendos mihi ſciam eſſe inimicos omnes homines. Quant ores ie ſauroye que ie deburoie acquerir la male grace de tous.

Capere inimicitias in aliquem, Se mettre en linimitie & haine daucun. Terent. in Phormione, 2.3.23, Nam ni ita eum exiſtimaſſem, nunquam tam graues ob hanc inimicitias caperẽ in noſtram familiam.

Capere initium à precationibus, Prier dieu premier que de commencer quelque affaire. Plin. in Paneg. 1. Bene ac ſapienter, patres conſcripti, maiores inſtituerunt, vt rerum agendarum, ita & dicendi initium à precationibus caperetur.

Capere honorem populi ſuffragio. Plaut. in Bacchid. 8.34. Alij Lyde nunc ſunt mores. L. id quidẽ ego certè ſcio: nã olim populi prius honorem capiebat ſuffragio, quàm magiſtri deſinebat dicto eſſe obediens. Iuſques a tant que le peuple leuſt eſleue en honneur & conſtitue en dignite, il ne ceſſoit dobeir a ſon maiſtre.

Capere iudicem, Prendre aucun pour eſtre iuge en quelque choſe. Plaut. in Merc. 15.34, Nõ tu ſcis quæ illa ſit? L. imò etiam iam ſcio, de iſtac ſum iudex captus.

Capere laborem cũ re aliqua, vel ob rem aliquam, Se traueiller, prendre ſouci & ennuy ou peine en quelque choſe, ou pour quelque choſe, ſennuyer, & prẽdre maultemps. Plaut. in Mercatore. 4.34, Dic mihi, an boni quid vſquam eſt quo quiſquam vti poſſit ſine omni malo? aut ne laborem capias cum illo vti voles? Idem in Trinummo, 15.16, Quanquã labores multos ob rem eum ego cepiſſe cẽſeo, hic homo eſt omnium hominum præcipuus, voluptatibus gaudiiſque anteponendus, ita commoda quæ cupio eueniunt. Terentius in And. 5.2.29, Chreme, pietatem gnati, nónne te miſeret mei? tantum laborem capere ob talem filium?

Capere laborem inanem, Prẽdre peine pour rien, en vain. Terẽt. in Hecyra, 3.2.9, Nam qui amat cui odio ipſus eſt, bis facere ſtulte dico: laborẽ inanẽ ipſus capit, & illi moleſtiã affert.

Capere animo laborem. Plaut. in Trinummo, 5.35, Certum eſt ad frugem applicare animũ: quanquam ibi animo labos grandis capitur. Ia ſoit que ce ſera grand peine a mon courage, que ce eſt fort contre mon cueur.

Capere laudem, Eſtre loue & eſtime. Terent. in Eunuch. 5.4.3, Quòd ſi aſtu rem tractauit, di veſtram fidem, quantam & quàm veram laudem capiet Parmeno.

Capere magiſtrũ ad aliquam rem, Prendre maiſtre pour eſtre enſeigné en quelque affaire. Terent. in And. 1.2.21, Omnes qui amant, grauiter ſibi dari vxorem ferunt. D. ita aiunt. S. tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum, ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat.

Capere magiſtratũ, Paruenir a eſtre magiſtraſt. Cicero pro lege Manilia, Quid tam ſingulare, quàm vt ex ſenatuſconſulto legibus ſolutus conſul antè fieret, quàm vllum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet?

Capere miſeriam, Prẽdre miſeres, & malheurtés: contraire a ioyes & ſoulas. Plaut. in Amph. 10.58, In ætate hominum multa eueniunt huiuſmodi: capiunt voluptates, mox rurſum miſerias. Idem in Milite, 10.123, Pol ſi habuiſſem, cepiſſem ſatis miſeriarũ, liberis cenſerem emori, cecidiſſétne ebrius aut de equo vſpiam. Terent. in Adelph. 5.4.20, Scilicet ita eos meo labore eductos maximo, hic fecit ſuos paulo ſumptu: miſeriam omnem ego capio, hic potitur gaudia, Ien ay toute la peine & ennuy, & luy le plaiſir.

Capere modum. Plau. in Aulul. 15.14, Quorum animis auidis atque inſatietatibus, neque lex neq; tutor capere eſt qui poſſit modũ. Il ny a ne loy ne tuteur qui leur puiſſe dõner moyen.

Capere obliuionẽ, Oublier. Plinius lib. ſeptimo, cap. xxxiiii, Ex prælto tecto lapſus, matris & affinium, propinquorúmque cepit obliuionem.

Capere odium alicuius. Sennuyer, ſe faſcher daucun. Terentius in Hecyra, 2.1.22, Iampridem equidem audiui cepiſſe odium tui Philumenam. Ibidem, 4.2.3, Verum ita me dij

ament, itáque obtingat ex te quæ opto mihi, vt nunquam ſciens commerui merito vt caperet odium illa mei. Idem in Eunucho, 3.1.14, Tum ſicubi eum ſatietas hominum, aut negotij ſiquando odium ceperat, &c.

Capere pignus, Prendre gaige. Plaut. in Amphit. 3.68, Nũc hoc me orare à vobis iuſſit Iuppiter, vt conquiſitores ſinguli in ſubſellia eant per totam caueam ſpectatoribus, Si cui fauitores delegatos viderint, vt his in cauea pignus capiatur togæ.

Capere pignora apud Ciceronem, Emporter les biens daucun pour quelque debte quil doibt.

Capere prouinciam duram, Entreprendre vne dure charge. Terẽt. in Phorm. 1.2.23, O Geta, prouinciam cepiſti duram.

Capere rationem, Trouuer la maniere. Plaut. Rationem cepi vt & amanti obſequerer, & patrem non offenderem. Terent. in Heaut. 5.2.11, Cepi rationem vt neque egeres, neque vt hæc poſſes perdere.

Capere rationẽ, Entendre ou ſcauoir la raiſon. Terent. in Heaut. 5.2.6, Scio tibi eſſe hoc grauius multo, ac durius cui fit: verùm ego haud minus ægre patior id qui neſcio: nec rationẽ capio, niſi quòd tibi benè ex animo volo. Et ne ſcay la raiſon pourquoy, ſinon pource que ie taime.

Capere rationem oculis. Plaut. in Pſeudolo, 9.2, Hí loci ſunt atque hæ regiones, quæ mihi ab hero ſunt meo demonſtratæ, vt ego oculis rationem capio, quam mihi ita dixit herus meus miles, ædeis eſſe ſeptimas. Comme ie penſe a veoir, ſelon quil meſt aduis a veoir.

Capere ſatietatem alicuius, Se ſaouler deſtre auec aucun, ou de le veoir. Plaut. in Amph. 5.10, Erroris ambo ego illos & dementiæ complebo, atque omnem Amphitruonis familiam, adeò vſque ſatietatem dum capiet pater illius quam amat. Terent. in Eunuch. 3.1.14, Tum ſicubi eum ſatietas hominum, aut negoti ſiquando odium ceperat, requieſcere vbi volebat: quaſi. &c.

Capere ſomnum, Dormir. Plaut. in Milite, 10, 114, Prius quàm lucet, adſunt: rogitant noctu an ſomnum ceperim. Idem in Pſeudolo, 4.80, Ibi tibi adeò lectus dabitur, vbi tu haud capias ſomnum.

Capere tempus, Eſlire vng temps. Terent. in Phorm. 5.4.9, Sed vbinam Getã inuenire poſſum, vt rogem quod tempus conueniendi patris me capere iubeat?

Capere virtutem, Eſtre vertueulx. Plaut. in Trinummo, 10.24, Capeſis virtutẽ animo, & corde expelle deſidiam tuo. Soies dung cueur vertueulx.

Capere voluptatem ex abitu alicuius, Prendre plaiſir, eſtre ioyeulx du departement daucun. Plaut. in Amphit. 8.10, Plus ægri ex abitu viri, quàm ex aduentu voluptatis cepi.

Capere voluptatẽ cum aliquo, Prendre ſon plaiſir auec aucũ. Plaut. in Amphit. 3.114, Et hæc ob eam rem nox eſt facta longior, dum ille quacum vult, voluptatem capit.

Cepi autem non mediocrem voluptatem, quòd hunc librum cum amicis recitare voluiſſem, nõ per codicillos, non per libellos, ſed ſi commodum & ſi valdè vacaret &c. Iay eſte fort recree, Iay prins fort grand plaiſir, & ay eſte fort eſiouy.

Capere verſoriã, Chãger de conſeil, ſe tourner en meilleur propos. Plaut. in Trinũmo. 14.19, Quin tu quod perit, perijſſe ducis, cape verſoriam, verte te, & opinionem tuam in meliorẽ redige, recipe te ad herum. Ita dicuntur facere naues quãdo inſpecta verſoria, id eſt pixidecula magnetis, à ſiniſtro vento vertuntur ad ſecundum.

Capere vſuram corporis vxoris alterius, Eſtre adultere. Plaut. in Amphit. 3.108, Is amare occœpit Alcmenam clam viro, vſurámque eius corporis cepit ſibi.

Capere vtilitates ex amicitia, Receuoir prouffits de lamitie que on ha auec aucun. Cic. de Amicitia. 31, Sic & vtilitates ex amicitia maximæ capientur, & erit eius ortus à natura, quàm ab imbecillitate & grauior & verior.

Capto captas, captare, Frequenter capere, Amadouer aucun par belles parolles, & tacher a le ſur prẽdre. Plaut. in Epid. 5.30, Tum meretricũ numerus tantus, quantum in vrbe omni fuit, obuiam ornatæ occurrebant, ſuis quæque amatoribus: eos captabãt. Terent. in Hecyra, 1.1.16, Iniurium eſt autem vlciſci aduerſarios? aut qua via captent te illi, eadem ipſos capi?

Captare, tachier a ſurprendre aucun. Plaut. in Pœnulo, 11.20, Malus es, captatum me aduenis cum teſtibus: tuorũ apud me nemo, nec quicquam tui. Idem in Moſtell. 15.21, Docte atque aſtute mihi captandus eſt vbi huc aduenerit: non ego ita extemplo meum oſtendã ſenſum: mittam lineam: diſſimulabo me horum quicquam ſcire.

Captare, Surprendre, prendre bellement aucun ſans quil y penſe. Plaut. in Pſeudolo, 22.4, Magnum hoc vitium vino eſt, pedes captat primum, luctator doloſus eſt.

Captare aliquem impudicitiæ, Tacher, cercher les moyens de ſurprendre aucun en paillardiſe. Plaut. in Amph. 8.187, Tu ſi me impudicitiæ captas, non potes capere.

Captare cœnam, Cercher le moyen, & tellement babiller que on ait ſon ſouper franc. Martialis, Capto tua: pudet heu, ſed capto maxime cœnam: Tu captas alias, iã ſumus ergo pares.

Captare feras, Prendre & deceuoir, faire venir dedens les rets. Martialis, Si captare feras aucupis arte placet.

Captare, Tromper, deceuoir, ou tacher a tromper. Plaut. in Amphit. 8.161, Me captas, quòd tute ab naui clanculum huc alia via præcucurriſti, atque hinc pateram tute exemiſti, atque eam huic dediſti, poſthac rurſum obſignaſti clanculum. Idem in Amphit. 4.268, Quid me captas carnufex? argumentis vicit: aliud nomen quærendum eſt mihi: neſcio vnde hæc hic ſpectauit.

Captare conſilium, Prendre conſeil. Plaut. in Aſinaria, 7.102, Quid nunc conſilij captandum cenſes? dic. Terẽt. in And. 2.4.1, Reuiſo quid agãt, aut quid captent conſilij. Ibidem, 1.1.143, Nunc tuum eſt officium has bene vt aſſimules nuptias, perterrefacias Dauum, obſerues filium quid agat, quid cum illo conſilij captet.

Captare nouos mores, Prendre nouuelles meurs, changer de meurs. Plaut. in Trinummo, 4.29, Sin immutare vis ingenium moribus, aut ſi demutant mores ingeniũ tuum, neque eos antiquos ſeruas, aſt captas nouos: omnibus amicis morbum tu incuties grauem.

Captare ſermonem alicuius, Eſcouter que dit aucun, tacher a ſauoir quil dit. Plaut. in Caſina, 10.8, Receſſim cedam ad parietem, imitabor nepam, captandus eſt horum clãculum ſermo mihi: nã illorũ me alter cruciat, alter macerat. Terent. in Phorm. 5.6.29, Hoc vbi ego audiui, ad foreis ſuſpenſo gradu placide ire perrexi: acceſſi: aſtiti, animam compreſſi, aurẽ admoui: ita animum cœpi attendere, hoc modo ſermonem captans.

Captare voluptatem ex aliqua re, Prendre plaiſir de quelque choſe. Plin. epiſt. 161, In ſumma nihil erit ex quo non captes voluptatem.

Captator captatoris, Vng chaſſeur qui pourchaſſe eſtre en la grace daucun, ou a auoir quelque choſe Cic. Captator ille popularis auræ:

Captatio captationis, f. g. Pourchas a auoir quelque choſe.

Capeſſo capeſſis, capeſſi, capeſſum ſecundum Diomedem, vel capeſſiui capeſſitum, ſecundum Priſcianum, verbum actiuum.

Capeſſere, Prendre. Plaut. in Aulul. 17.4, Nam qui hero ex ſententia ſeruire ſeruus poſtulat: in herum matura, in ſe ſera condecet capeſſere, Quil prenne pour ſon maiſtre les choſes haſtiues, & les choſes tardiues pour ſoy, Quil ſe haſte de faire ce que ſon maiſtre veult, & quæ pour ſoymeſme quil aille ſi bellement quil vouldra.

Capeſſere, Prendre ſon chemin, ſen aller. Plaut. in Rudente, 4.89, Sed dextrouerſum aduerſa it in malam crucẽ, hem errabit illæc hodie. D. quid id refert tua? S. ſi ad ſaxum quod capeſſit, ea deorſum cadit, errationis fecerit compendiũ. Si elle ſe tourne a ceſte pierre droit a la quelle elle a prins ſon chemin, elle ſe fouruoira moins. Salluſt. lib. 11. hiſt. Diuerſa vti ſolet rebus perditis, capeſſiuit. Il print diuers chemins, ou commẽcea a ſonger a diuerſes choſes.

Capeſſere ſe domum, Sen aller a la maiſon. Plaut. in Amphit. 4 108, Nunc pergam heri imperium exequi, & me domum capeſſere.

Quò nũc capeſſis tu te hinc aduerſa via, cũ tãta põpa? Ou ten vas tu dicy? Plaut. in Bacch. 2.5.

Capeſſere ſe præcipitem ad mores, Se tourner a toutes meſchantes meurs. Plautus in Bacch. 21.2, Quàm magis in pectore meo foueo, quas meus filius turbas turbet, quam ſe ad vitã, & quos ad mores præcipitẽ inſcitijs capeſſat: magis curæ eſt, magiſque afformído, ne is pereat, ne corrumpatur.

Capeſſere conſilium, Prendre conſeil, penſer en ſoymeſme quil eſt de faire. Plau. in Rudẽte, 5.14, Nunc quam ſpem, aut opem, aut conſilij quid capeſſam, ita hic ſolis locis compotita?

Capeſſere curas, Prendre ſoing. Plin. in paneg. 111, Nunc vniuerſos adhortatus es reſumere libertatẽ, capeſſere quaſi cõmunis imperij curas, inuigilare publicis vtilitatib⁹ & inſurgere.

Capeſſere curſum ad aliquẽ, Prendre la courſe droit a aucun. Plaut. in Capt. 13.9, Nunc curſum ad ſenem capeſſam hunc AEgionem, cui boni tantum affero, quantũ ipſe a dijs optat, atque etiam amplius.

Capeſſere imperia alicuius, Faire & mettre en effect ce que aucun commande. Plaut. in Trinũmo, 6. 19, Hæc tibi, ſi mea imperia capeſſes, multa bona in pectore cõſident. Virg. Mihi iuſſa capeſſere fas eſt.

Capeſſere fugam, Prendre la fuyte. Liuius lib. 1, Ergo vt ſegregaret pugnam, capeſſit fugam.

Capeſſere ſe in altum maris, Se mettre auant en la mer. Plaut. in Aſin. Quanto magis in altũ te capeſſis, tam æſtus te in portum referet.

Capeſſere remp. Se mettre a gouuerner la choſe publique. Salluſt. Sed per deos immortales vos ego appello, qui ſemper domos, villas, ſigna, tabulas veſtras pluris quàm remp. feciſtis: ſi iſta cuiuſcunque modi ſint quæ amplexamini, retinere: ſi voluptatibus veſtris otium præbere vultis, expergiſcimini aliquando, & capeſſite rempublicam.

Captus capta captum, participium, Prins. eiuſdem ſignificationis eſt cum ſuo verbo.

Captus, Qui eſt prins & raui en amour. Terent. in And. 1. 1. 55, Egomet continuo mecum, Certe captus eſt, habet. Idem in Eunucho, 1. 1. 29, Quid agas? niſi vt te redimas captum quàm queas minimo: ſi nequeas paululo, at quanti queas, & ne te affligtes. Plaut. in Amphit. 2. 1, Amore captus Alcmenæ Iupiter.

Captus corde amans, Qui ne ſcait quil faict. Plaut. in Trinũmo, 10. 51, Atque erit ſi nactus, proinde vt corde amantes ſunt capti, neſciunt illum quidem: relinques genus qui concluſit tuum.

Captus membris, Qui eſt entreprins des membres, & ne ſen peult aider. Cic. pro C. Rabirio, Cum denique Q. Scæuola confectus ſenectute, præpeditus morbo, mancus, & mẽbris omnibus captus, ac debilis, haſtili nixus, & animi vim & infirmitatem corporis oſtenderet.

Captus mente, Fol, entreprins de ſon entendement. Cic. in L. Catilinam, act. 1111, Hic quis poteſt eſſe tam auerſus à vero? tam præceps, tam mẽte captus? qui neget hæc omnia, quæ videmus, præcipuéque hanc vrbem deorum immortalium nutu atque poteſtate adminiſtrari?

Captus captus captui, m. g. Condition, ou leſtat de viure. Terent. in Adelph. 3. 4. 34, Præterea vt captus eſt ſeruulorum, non malus, neque iners, Veu la condition & leſtat des ſeruans.

Captus, Capacité, la portee. Cic. lib. 11. Tuſc. Græci prudenter, vt eſt captus hominum, Selon la capacite de leur eſperit, ou que leur eſperit peult comprendre.

Captus, Delectation. Cic. Non poſſum adduci & ſuſcipere pecunia captum.

Captio captionis, f. g. Prinſe.

Captio, Tromperie, deception. Plaut. in Epidico, 5. 109, Verum ſi plus dederis, referam: nulla in ea re captio eſt, Il ny a point de tromperie en cela. Idem in Aſinaria 13. 45, Scio, captiones metuis. D 1. verum. Tu crains deſtre trompe. Idem in Epid. 14. 36, In meum nummũ in tuum talentum pignus daniſtæ captio eſt.

Captiuncula, captiunculæ, f. g. diminutiuum. Gellius, Quid autem legis iſtius propugnatores in illa captiuncula facient, in qua hæc eſſe neceſſum eſt?

Captioſus, captioſa, captioſum, Deceuant, plein de tromperies, de qui on ne ſe peult garder. Gellius, Non eſſe captioſis quæſtionibus reſpondendum.

Captura capturæ, pro quæſtu, Gain, apud Suetonium in Calig. cap. 40, Ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octaua, ex capturis proſtitutarum quantum quæque vno concubitu mereret.

Capax capacis, m. g. Qui peult aucune choſe contenir.

Capax amicitiæ. Plin. epiſt. 37. c, Nam licet tribuas ei quantum ampliſſimum potes, nihil tamen amplius potes amicitia tua: cuius eſſe eum vſque ad intimam familiaritatem capacem, quo magis ſcires, breuiter tibi ſtudia, mores, omnem denique vitam eius expreſſi.

Capaciſſimus ſecreti. Plin. epiſt. 12. c, Quinetiam vxor, quanquam omnis ſecreti capaciſſima, digrediebatur. Combien quelle fuſt participante de tous ſes ſecrets.

CAPISTRVM capiſtri, n. g. Vng licol, cheueſtre, de quoy on lie la teſte des cheuaulx & autres beſtes, quelles ne ſenfuyent. Martialis, Paret purpureis aper capiſtris.

Capiſtrum, Columella lib. v, vitibus attribuit, dicẽs, Quare cum ad ſummum palum recta vitis extenta eſt, capiſtro conſtringitur, ne fœtu grauata, ſubſidat, curuetúrque. Vng lien de fouarre, ou autre choſe a lier la vigne.

Capiſtro capiſtras, capiſtrare, Mettre vng licol. Plin. Si inter arbores vitéſque aretur, fiſcellis capiſtrari boues oportet, ne germinum tenera decerpant.

CAPVLATOR capulatoris, Qui auec vng vaiſſeau, deſempli & oſte lhuyle faict a faict que on la faict. M. Cato de re ruſtica cap. 66.

Capulo capulas: capulare oleum. M. Cato de re ruſt. cap. 67.

CAPNION capnij, n.g, herba. Plin. lib. xxvi, cap. vii, Capnion herbam qui comedêre, bilẽ per vrinam trahũt. Alio nomine capnos, Fume terre. capnos enim græce. fumus dicitur.

CAPPARIS huius capparis, f.g. Capres ou cappes. Plin. li. xiii. cap. xxiii, Ibi & capparis firmioris ligni frutex, ſeminiſque & cibi vulgati, caule quoque vnà plerunque decerpto. Columella, lib. xi, in fine, Capparis plurimis prouincijs ſua ſponte noualibus naſcitur. ſed quibus locis eius inopia eſt, ſi ſerenda fuerit, ſiccũ locum deſyderabit. Iſque debebit antè circundari foſſula, quæ repleatur lapidibus, & calce, vel punico luto, vt ſit quaſi quædam lorica, ne poſſint eam perrumpere prædicti ſeminis frutices: qui ferè per totum agrum vagantur, niſi munimento aliquo prohibiti ſint. quod tamen non tantum incõmodum eſt (ſubinde enim poſſunt extirpari) quàm quòd noxiũ virus habent, ſuccóque ſuo ſterile ſolum reddunt. Cultu aut nullo leuiſſimo contenta eſt.

Cappar etiam dicitur. Palladius, Hoc menſe menta & paſtinaca, thymũ & origanũ & cappar.

CAPRA capræ, Vne chieure. Plin. lib. viii. cap. l. Capræ pariunt & quaternos &c.

Capella capellæ, f.g. Petite chieure. Columella lib. vii. cap. vi, Capella præcipue probatur ſimillima hirco.

Caprinus caprina caprinum, Qui eſt dune chieure. Plin. lib. xxxviii, cap. xi, Fel quidem caprinum pluribus modis aſſumunt cum melle contra caligines. Ibidem, cap. x, Sanguis caprinus decoctus cum medulla, contra toxica venena ſumitur. Varro de re ruſtica, lib. i. cap. ii, Contrà, vt Mineruæ caprini generis nihil immolarent, propter oleam, quòd eã quam læſerit, fieri dicunt ſterilem. Caprinum pecus apud Columellam, lib. vii, cap. vi.

Caprillus caprilla caprillũ, Idem quod caprinus. Varro de re ruſtica lib. i. cap. xxxviii, Caſſius ſecundum poſt columbinum ſcribit eſſe hominis ſtercus. tertio caprillum & ouillum, & aſininum. Quædam exemplaria legunt hoc loco caprinum, non caprillum.

Caprarius caprarij, Qui garde les chieures.

Caprigenus, caprigena, caprigenũ, Qui eſt du genre des chieures, ou qui ha les meurs reſemblãs au geſtes dune chieure. Plaut. in Epid. 2.16, Qui varie valent, caprigenũ hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

Caprile, caprilis, n.g. Eſtable ou lieu ou on garde les chieures.

CAPREA capreæ, f.g. animal ſylueſtre, chieure ſauuage. Boucaſſin.

Caprea, vitis, dicta, vt inquit Varro lib. i. cap. xxxi, quòd parit capreolum.

Capreolus capreoli, animal ſylueſtre, diminutiuum à capreus. Virg. Præterea duo nec mihi tuta valle reperti Capreoli.

Capreolus, vt inquit Varro, li. i. cap. xxxi, Caulículus viteus intortus vt cincinnus. is enim vites vt teneat, ſerpit ad locum capiendum: ex quo à capiendo capreolus dictus.

Capreolus, Genus ferramenti bicornis. Columella lib. xi, cap. iii, Vere deinde, priuſquam cœperit germinare, capreolis, quod genus bicornis ferramenti eſt, terra commoueatur, vt & facilius ſtylus emicet, & relaxa humo, plenioris craſſitudinis fiat humus.

CAPRIFICVS caprifici, f.g. Ceſt vne ſorte de figuier ſauuage, qui iamais ne meurit, qui romp les pierres en ſortant dehors. Plin. lib. xv, cap. xix, Caprificus è ſylueſtrium genere ficus nunquam matureſcens, ſed quod ipſa non habet, alijs tribuens, quoniã eſt naturalis cauſarum tranſitus, atque è putreſcentibus identidẽ generatur aliquid. Terent. in Adelph. 4. 2. 39, Illic vbi etiam caprificus magna eſt. Martialis, Marmora Meſſale ſcindit caprificus.

Caprificatio caprificationis, f.g. A Plinio lib. xv, cap. xix, vocatur in arboribus quoties illarũ cortex per ver cultello finditur, vt commodius prorumpãt arbores atque creſcant ſimilitudine caprifici, quæ ruptis muris intumeſcens exit. Palladius, Menſe Iunio circa ſolſtitium caprificandæ ſunt arbores fici, id eſt ſuſpendẽdi groſſi ex caprifico, lino velut ſerra pertuſi. Si hoc deſit, ábrotani virga ſuſpẽditur, aut callum, quod in vlmeis foliis inuenitur, aut arietina cornua circa radices arboris obruuntur, vel truncus arboris, quo loco turget, ſcarificandus eſt, vt poſſit humor effluere.

CAPRONAE capronarum, f g. pl. num. Sunt, vt inquit Feſtus Pompeius, equorum iubę in frontem deuexæ. Les crins dung cheual qui luy pendent ſur le front. Dictæ quaſi à capite pronæ. Lucilius Satyr. libro vii, Aptari caput atque comas fruitare capronas Altas frõtibus immiſſas, vt mos fuit illis.

CAPSARIVS, Qui pour gaigner vne piece dargent prent la charge ou la garde des habillements de ceulx qui ſeſtuuent ou baignent es bains. Suet. in Nerone, cap. 36, Conſtat quoſdã cum pædagogis & capſarijs vno prandio pariter necatos.

CAPVLA capulæ, f.g. Vas vinarium quo veteres vtebantur, quòd facile capi poſſet. Varro, Capis, & minores capulæ, à capiendo nominantur, quòd anſatæ ſint.

CAPVLVS capuli, m.g. & capulum capuli, n.g. Toute choſe qui cõtient & cõprent quelque choſe dedens ſoy. Columella, lib. v, Neque enim canterius editior eſſe debet pedali altitudine, vt ſit quæ teneri adhuc pampini capulis ſuis prolixius illigent.

Capulus, La biere ou ſercueil dedẽs lequel on porte vng homme mort en terre. Apuleius lib. IIII, Me. Ibi capulos carie & vetuſtate ſemitectos quibus inhabitabãt puluerei & cineroſi mortui, paſſim ad futuræ prædæ receptacula reſeramus. Plaut. in Aſin. 16.42, Perij miſera, vt oſculatur carnifex capuli decus.

Capulus, Le manche de quelque inſtrumẽt que ce ſoit, ou la poingnie. Virg. Capulo tenus abdidit enſem. Suet. in Calig. Veniam, inquit, veniam, & hic mecum. capulum gladij crebro, verberans quo cinctus erat. Plaut. in Caſina, 23.9, Dum gladium quæro ne habeat, arripio capulum.

Capularis & hoc capulare, o.g. Choſe appartenant a vne biere ou ſarcueil. Plautus in Milite, 10.34. Quid ais tu? itáne tibi ego videor oppidò acheronticus? tam capulari ſtamine tibi diu videor viuere?

Capularis ſenex, Vng vieillart qui eſt ſur le bort de ſa foſſe.

CAPVT capitis, n.g. La teſte. Terent. in Adelph. Colaphis tuber eſt totum caput.

Caput commitigare ſandalio. Terent. in Eunuch. 5.8.4, Vtinam tibi commitigari videã ſandalio caput, Pleuſt a dieu que ie viſſe que on te adoulciſſaſt ou gallaſt la teſte dune pãtoufle.

Caput diminuere. Terent. in Eunucho, 4.7.33, Diminuam ego caput tuum hodie, niſi abis. Ie te menuyſeray la teſte, ſi tu ne ten vas, ie te rompray la teſte.

Caput canũ, Vng vieillart qui ha la teſte blanche de vieilleſſe. Plaut. in Mercatore, 6.36, Tú ne capite cano amas ſenex nequiſſime?

Capitis res eſt, Il y a icy danger de la vie. Plaut. in Trinummo 13.117, Ei nimirum crederẽ, cui ſi capitis res ſiet, nummum nunquam credam plumbeum?

Si quidem hoc viuet caput hodie, Si ie ſuis encore enuie. Plaut. in Pſeudolo, 11.33, Quid nũc agimus? P. liberam hodie tuam amicam amplexabere. CA. egóne? P. tute. CA. ego ipſus inquam? P. ſi quidem hoc viuet caput.

Caput offerre vilitati, Se mettre en danger de la vie. Plaut. in Captiuis, 5.37, Nam nunc vides pro tuo charo capite, charum offerre meũ caput vilitati. Tu vois que ie mets ma vie en danger pour la tienne.

Caput pro ipſo homine. Plaut. in Moſtell. 4.143, Vel rationem puta, triginta mnas pro capite tuo dedi. Idem in Pſeudolo, 3.130, Atque ipſe egreditur penitus periurum caput.

Capite cauere, Reſpõdre de quelque choſe & en prendre la charge ſur peine de perdre ſa vie. Plin. lib. XXXIIII, Vidimus in cella Iouis canem ex ære vulnus ſuum lambentem. Cuius eximium miraculum, & indiſcreta veri ſimilitudo, etiã ex noua ſatiſdatione intellígitur. Nã ſumma nulla videbatur: capite tutelarios cauere pro eo, inſtituti publici fuit.

Capite cenſi, Le commun poure populaire dune ville. Salluſt. Ipſe interea milites ſcribere nõ more maiorum, neque ex claſſibus, ſed vti cuiuſque libido erat, capite cenſos pleroſque.

Capitis diminutio, Changement ou abaiſſement deſtat & de condition. Capite minui dicuntur, inquit Paulus Iureconſ. qui aut libertatem, aut ciuitatem, aut familiam amittunt.

Capitis centuriata comitia habere, Animer tout le peuple a faire mourir aucũ. Plaut. in Pſeudolo, 20.122, Pſeudolus mihi cẽturiata habuit capitis comitia. Idem in Aulularia, Ibo intrò, vbi de capite meo ſunt comitia.

Caput huic argẽto fui hodie reperiundo. L I. ego pes fui. Iay eſte le moyen, qui ay trouue linuention dauoir ceſt argent. Terent. Non potuit melius: idem ſenſit quod ego, te eſſe huic rei caput, Tu es le cõducteur, ou capitaine de ceſte affaire, tu meines ceſte affaire. Terẽt. in Adelphis, 4.2.30. Si hic mali eſt quicquam, hem illic eſt huic rei caput, Ceſt par luy, Il en eſt la ſource. Terent. in And. 2.6.27.

Caput eſſe ad beate viuendum, ſecuritatem, qua frui non poſſit animus, ſi tanquam parturiat vnus pro pluribus. Le moyen a bien viure. Cicero de Amicitia, 42.

O ſcelerum caput ſalueto, O capitaine & fontaine de tous maulx. Plaut. in Curc. 5.19.

Nec caput, nec pes ſermonis apparet: nec quid dicatis, nec me cur laudatis, ſcire poſſum, On ne voit ne fin ne commencement de ce que vous dictes, Il ny a ne commencemẽt ne fin en

vos parolles, Plaut. in Aſinaria, 12.139.

Capita rerum expedite, Dictes les principaulx points de laffaire, Dictes en brief. Plautus in Truculento, 17.14. Odioſa oratio eſt, quum rem agas, longinquum loqui: equidem ad capita rerum peruenias, Viens aux principaulx points. Plaut. in Merc. 12.24.

Caput Bithyniæ, Les frõtieres de Bithynie. Plin. epiſt. 298, Sũt enim in capite Bithyniæ: plurimiſque per eam commeantibus tranſitum præbent.

Caput, Initia parua in libris, quod capitulum apud vulgares dicitur, Chapitre. Gellius, Quod in capite ſuperiore à Critolao ſcriptum eſſe diximus.

Caput facere, dicitur de ſuppurationibus, cum apoſtemata franguntur. Plin. de furũculis, Remedio ſunt quæ diximus folia trita cũ polenta, ſi nõ caput fecerint. Si lapoſtume neſt point creuee ou percee.

Capitulum capituli, Petite teſte. Plaut. Meum capitulũ, meus ocellus. Idem in Curc. 7.14, Vbi quid ſurripuere, operto capitulo caldum bibunt. Terent. in Eunuch. 3.3.25, O capitulũ lepidiſſimum.

Capitulum, La teſte dune colomne, Vng chapiteau. Plin. lib. xxxvi, Proximum columnis ſpiræ ſubditæ & capitula addita.

Capitellum capitelli, diminutiuum à Capitulum, Les pommeaux & petites groſſeurs rondes de deſſus quelque choſe, qui ſont comme petites teſtes. Plin. Herba impia vocatur roris marini, aſpectu thyrſi, modo veſtita atque capitata. inde ramuli aſſurgunt ſua capitella gerentes.

Capitulo capitulas capitulare, Faire vng chapiteau, ou quelque choſe ronde ſur pilliers, colomnes & autres choſes.

Capitulatus capitulata capitulatum, Qui ha au hault de ſoy comme vne petite teſte ronde. Plin. Folia bouis linguæ ſimilia, minora, ſubcandida, & in cacumine capitulata.

Capitatus capitata capitatum, Qui eſt creu en vne groſſe teſte, comme vng oignon. Vnde capitatum porrum. Columella lib. xii, Cultus autem porri capitati aſſidua ſarritio & ſtercoratio eſt. Plin. lib. xx. cap. vi, Capitato porro maior eſt ad eadem effectus.

Capitata vinea ab eodem Columella dicitur, ſicut & brachiata.

Capitoſus capitoſi, Qui ha groſſe teſte.

Capital per apocopen, pro capitali, Capital facinus, quod capitis pœna luitur, Mal que on puni par couper la teſte. Feſtus Pompeius. Plaut. in Mercatore, 12.26, Eutyche capital facis. Idem in Menæhmis, 3.16, Nunquam ædepol fugiet, tametſi capital fecerit, facile aſſeruabis, dum illo vinculo vincies. Nonius Marcellus interpretatur, capitis periculum, Ia ſoit quel ait eſte en dãger de perdre la teſte. Lucil. lib. xxvi, Facile deridemur, ſcimus capital eſſe iraſcier.

Capital, Linteum quoddam quo in ſacrificijs vtebantur. Feſtus Pompeius.

Capitalis & hoc capitale, Qui a gaigne dauoir la teſte coupee. Cic. in Verrẽ, act. iiii, Hôc erat etiam capitalior, quòd idem pecuniam ijs qui ab iſto aliquid mercabantur, fœnori dabat.

Capitalis ædis. Vne maiſon ou on a tue aucũ. Plaut. in Moſtel. 7 44, Capitalis ædis facta eſt. TE. quid eſt? non intelligo. TR. ſcelus inquã factum eſt iamdiu antiquum & vetus. antiquũ id adeò nos nũc factũ inuenimus. TE. quid iſtuc eſt ſceleſte? aut quis id fecit? cedo. TR. hoſpes necauit hoſpitem captum manu. Iſte vt ego opinor, qui has tibi ædeis vendidit.

Capitale facinus, Vng cas pour lequel lhomme a merite dauoir la teſte coupee. Terentius in Adelph. 4.7.5, Demea fero alia flagitia ad te ingentia boni illius adoleſcentis, E. ecce autem. D. noua, capitalia.

Capitalis fraus. Plaut. in Milite, 6.23, Tuis nunc cruribus capitique fraudem capitalem hinc creas tibi iam, vt pereas. Tu commets vng cas pour lequel tu ſeras decapite.

Capitalis homo, Qui a gaigne a mourir, qui a cõmis choſe digne de mort. Cic. lib. v. Philipp. Ad quendam ſeptimum capitalem hominem, collegam ſuum miſerat.

Capitalis homo, Qui eſt dãgereux de tuer vng autre. Cicero Trebatio, Tres viros vites cẽſeo, audio capitales eſſe.

Capitalis inimicus, Vng ennemi mortel, Qui pourchaſſe la mort daucun. Plaut. in Pœnulo, 14.57, Sciſne tu herum tuum meo hero eſſe inimicum capitalem?

Capitalis ira, ab Horatio dicitur, Vne ire mortelle.

Capitale odium, Vne haine mortelle. Cic. de Amicitia. 2, Meminiſti enim profecto, vt opinor, Attice, & eò magis quòd P. Sulpitio vtebare multum, cũ is tribunus plebis capitali odio à Q. Pompeio, qui tum erat conſul, diſſideret.

Capitalis oratio, Vne oraiſon qui eſt cauſe de la mort de beaucop de gens. Cic. lib. i. offi. Ca-

pitalis oratio est ad æquationem bonorum pertinens.

Capitale periculum, Vng danger de perdre la vie. Plaut. in Trinummo, 14.57, Periculis ſum per maria maxima vectus capitali periculo. Idem in Rudẽte, 10.18, Ex malis multis, metúque ſummo capitalíque ex periculo, orbas auxiliíque opúmque recepit huc ad ſe hæc ſacerdos Veneria me & Palæſtram.

Capitalis peſtis, Vne peſte qui fait mourir. Cic. de ſenectute, 36, Nullam capitaliorem peſtem quàm voluptatem corporis hominibus dicebat à natura datam, Il ny a peſte ſi mortelle. &c.

Cápito capitonis, m.g. Vng homme teſtu, qui ha mauuaiſe teſte, Que on ne peult vaincre par parolles. Plaut. in Perſa, 3.6, Neque edacitate eos quiſquam poterat vincere: nanque his cognomentum duris capitonibus.

Capitium capitij, n.g. Chaperon, choſe de quoy on couure ſa teſte, ou vne cappe que les femmes de Paris mettent ſur leurs chapperons contre la pluie. Nonius Marcellus. Varro de vita populi Romani, lib. IIII, Tunicas, neque capitia, neque ſtrophia, neque zonas. Idem in eodẽ, Neque id ab orbita matrumfamiliâs inſtituti, quòd eæ pectore ac lacertis erãt apertis, nec capitia habebant. Hæc & capitula appellauit.

Capitaliter, aduerbium, Mortellement. Plin. epiſt. 5.b, Præterea reminiſcebatur quàm capitaliter meipſum apud centumuiros laceſſiſſet.

CAPVS capi, m.g. Vng chappon. Varro, Ex gallo gallinaceo caſtrato fit capus.

Capo caponis, m.g. idem quod capus. Martia. lib. 3. Alius coactos nõ amare capones. Palladius, Sanguine caponis Græci aſſerũt fabæ ſemina macerata herbis aduerſantibus nõ noceri.

CARABVS carabi, m.g. Genus eſt cancrorum. Plin. lib. IX. cap. XXXI.

CARBA carbæ, m.g. Ventus Aphricus à Victruuio dicitur, nautæ Carbinum vocant.

CARBASVS carbaſi, f.g. ſecundum Priſcianum, & generis maſc. ſecundũ Phocam: Probus vero & Caper dicunt eſſe maſculini & fœminini in ſingulari, in plurali verò neutri. Genus lini eſt miræ tenuitatis, in Hiſpania primum repertum. Plin. lib. XIX. cap. I. Fin lin, & delie.

Carbaſus pro ipſo velo nauis. Virg. Et auræ Vela vocãt: tumidóque inflatur carbaſus auſtro. Ex carbaſo fiebant vela nauium, quæ carbaſea vela dicũtur. Cic. de Suppli. Taberna carbaſeis intenta velis.

Carbaſus, vt Nonius Marcellus inquit, pallium quo fœminæ amiciuntur, opulentiæ cauſſa, vt ex ſerico, aut tenui lino. Valerius Max. lib. I, Maximæ verò virginis AEmiliæ diſcipulam extincto igne, tutam ab omni reprehenſione Veſtæ numen præſtitit. Qua adorante cũ carbaſum quam optimã habebat, foculo impoſuiſſet, ſubito ignis emicuit. Virg. lib. VIII, Eum tenuis glauco velabat amictu Carbaſus. Idem lib. XI, Tunc croceã chlamydémque, ſinúſque crepantis Carbaſeos, fuluo in nodum collegerat auro.

CARBO carbonis, m.g. Charbon ſoit deſtaint, ou embraſe. Perſius, Mox hæc carbone notaſti. Plin. lib. XVIII, Et cum cinis in foco concreſcit, & cum carbo vehementer perlucet.

Carbones elegiorum: Id eſt elegia ſcripta carbonibus. Plaut. in Merc. 7.68, Contemplent, cõſpiciant, nutent, nictent, ſibilent, vellicent, vocent, moleſti ſint, occentent noctu ad oſtium, meæ impleantur carbonibus elegiorum fores.

Carbunculus, carbunculi, Vng petit charbon. Plaut. in Moſtell. 13.48, AEdepol me eius patris miſeret, qui quum iſtæc facta ſciet, ita amburetur miſero ei corculum, vt carbunculus.

Carbunculus, Vne apoſtume nommee le charbon. Vide Plinium lib. XXVI, cap. I.

Carbunculus ſiue carbunculatio, in arboribus eſt eiuſmodi corruptio, quam vulgari ſermone pruinam appellamus, quæ verno tempore adurit lacteſcentes germinum oculos, & cũ flores aduſſerit, carbunculus tum vocatur. Vne gelee ou bruine qui bruſle les fleurs quant elle eſt deſgelee au ſoleil. Plin. lib. XVII, cap. XXIIII, Sideratio tota è cælo conſtat, quapropter grando in his cauſſis intelligi debet, & carbunculatio, quod pruinarum iniuria euenit. hæc enim verno tempore inuitatis & erumpere audentibus ſatis mollibus inſidens, adurit lacteſcentes germinum oculos: quod in flore carbunculum vocant.

Carbunculatio in vitibus, quæ circa Idus Auguſti in Italia accidit, vitium eſt, cum vuæ nõ ſatis folijs tectæ, præſeruidis ſolibus interdum retorridæ fiunt & exuctæ: ex quo tandem aceſcunt, vt quodam vredinis carbone exuſtæ, aciníque tunc præcocuntur in callum. Plin. lib. VIII, In hoc temporis interuallo res ſumma vitium agitur, decretorio vuis ſidere illo quod caniculam appellamus. vnde carbunculare dicuntur, vt quodam vredinis carbone exuſtæ. Idem lib. XVIII, Plerique dixere rorem inuſtum ſole, rubiginis cauſſam eſſe, & carbunculi vitibus.

Carbũculus, genus terræ, vt inquit Varro, lib. 1. de re ruſtica, cap. 1x, quæ ſole perferuet, ita vt radices ſatorum comburat. Plin. lib. xvii, cap. iiii, Affligit agricolam & carbunculus terræ quæ ita vocatur. Emendari vitem hac terra putatur. Palladius, In Ianuario mẽſe carbunculus niſi ſtercoretur, macras vineas reddit.

Carbunculus, gemma, Eſcarboucle. Plin. lib. xxxvii, cap. vii, Principatum habent carbũculi à ſimilitudine igniũ appellati, cũ ipſi nõ ſentiãt ignes: ob id à quibuſdam apyroti vocati.

Carbunculo, carbunculas carbunculare. Plin. lib. xxiii, Succus eorum carbunculantibus circa oculos vlceribus excreſcentibus & puſtulis efficax, Aux vlceres qui viennent cõme charbons a lentour des yeulx.

Carbunculari. Plin. lib. xii. Verum & his ſua iniuria eſt, atque cæli intemperie carbunculantur, fiũntque ſemina caſſa & inania. Id eſt contrahunt illud vitium, quod dicitur carbũculus.

Carbunculare, Idem. Plin. lib. viii, Vnde carbunculare dicuntur vites, vt quodam vredinis carbone exuſtæ.

Carbonarius carbonarij, m. g. Vng charbonnier. Plaut. in Caſina, 10. 2, Sine modo rus eueniat, remittam ad te virum cum furca in vrbem tanquam carbonarium.

Carbonarius carbonaria carbonarium, Choſe appartenant a vng charbonnier: vt fornax carbonaria, Vng fourneau a faire le charbon.

Carbonarium negotium. Plin. de viris illuſt. 72, M. AEmilius Scaurus nobilis pauper. nam pater eius quanuis patritius, ob paupertatẽ carbonarium negotiũ exercuit. Il fut charbõnier,

CARCER carceris, m. g. Vne priſon, ou on garde les malfaicteurs. Liuius lib. 1, Cum in tãta multitudine hominum, diſcrimine recte an perperam facti confuſo, facinora clandeſtina fierent, carcer ad terrorẽ increſcentis audaciæ media vrbe imminens foro ædificatur. Plaut. in Aſinaria, 11. 5. Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boas & c.

Carcer tam in ſingulari quàm in plurali, Erant in ſtadijs repagula quædam, vnde curſus initium erat. iuxta hæc linea tendebatur, cui inſiſtebãt curſuri, Des barrieres, pres leſquelles y auoit vne lice tout du long, Le lieu ou on gardoit les cheuaulx qui ſeruoit a courir aux iouſtes: dont on commenceoit la courſe. Cic. de Amicitia, 84, Maxime quidem optandum eſt vt cum æqualibus poſſis viuere, cum quibus tanquam è carceribus emiſſus ſis, cum ijſdem ad calcem, vt dicitur, peruenire. Idem lib. iiii. ad Heren. Quaſi ſi quis ad Olympiacum curſum venerit, & ſteterit vt emittatur, impudẽteſque illos dicat eſſe qui currere cœperint, ipſe intra carcerem ſtet.

Carcerarius, carceraria, carcerarium, Qui appartient a la priſon.

Carcerarius quæſtus: Gain que on faict a tenir ou garder priſonniers. Plaut. in Capt. 4. 26, AEgre eſt mihi hũc facere quæſtum carcerarium propter ſui gnati miſeriam, miſerum ſenẽ.

CARCHEDONIVS, m. g. Vne eſpece deſcarboucle pretieuſe. Pli. li. xxxvii, cap. vii, Archelaus carchedonios nigrioris aſpectus eſſe, ſed igne vel ſole & inclinatione acrius quàm cæteros excitari: eoſdem vmbrante tecto, purpureos videri, ſub cælo flammeos, contra radios ſolis & ſcintillare, ceras ſignantibus his liqueſcere, quanuis in opaco.

CARCHESIA carcheſiorum, n. g. genus poculi. Virg. AEneid. 1, Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho. Idem Georg. lib. iiii, Mater cape Mœonij carcheſia Bacchi.

Carcheſia ſumma pars mãli, id eſt foramina quæ ſummo mãli funes recipiũt. Lucilius, Tertius hic mali ſuperat carcheſia ſumma. Catullus, Lucida qua ſplendent ſummi carcheſia mali.

CARCINOMA carcinomatis, n. g. Cãcer morbus, Le chancre. Plin. Aqua quoque eius decocta, neruos articulóſque mire iuuari, ſi foueantur vlcera & recentia & vetera etiam carcinomata, quæ nullis alijs medicamentis ſanari poſſunt. Cato de re ruſtica, Etſi quid in mammis vlceris natum & carcinoma, braſſicam tritam apponito, ſanum faciet.

CARDIACVS morbus, Foibleſſe de cueur. Cornelius Celſus, Cardiacus morbus ex nimia imbecillitate corporis & languẽte ſtomacho ſudore nimio naſcitur. Iuuenal. Cardiaco cyathum non porrecturus amaro.

CARDO cardinis, m. g. Vng gon dune porte, ou vng piuot. Plaut. in Amphit. 14. 6, Ita rogo, penè effregiſti fatue foribus cardines. Idem in Curculione, 2. 94, Sine, viden' vt aperiũtur ædes feſtiuiſſume? non mutit cardo? eſt lepidus. Virg. Foribus cardo ſtridebat ahenis.

Cardo in agrorum limitatione appellatur limes, qui per agrum currit à meridie ad ſeptentrionem, La ligne ou raye que on faict en meſurant les champs tirant du coſté de midi enuers ſeptentrion. Plin. lib. xviii, Solis ortu quocunque libeat die ſtantibus hora diei ſexta, ſic vt ortum eum à ſiniſtro humero habeant: contra mediam faciem meridies, à vertice ſepten-

trio erit. qui ita limes per agrum currit, Cardo appellatur. Liuius de bello Macedonico lib. VII. Terminus eſt nunc imperij veſtri mons Taurus: quicquid intra eum cardinem eſt, nihil longinquũ vobis videri debet: quò arma peruenerunt, eôdem ius hinc profectũ veniat.

Cardines appellantur à Victruuio, duo cæli vertices, alter ſeptentrionalis, alter Meridionalis. græce πόλοι. Lucanus, Et ſummus olympi Cardo tenet Tethyn.

Cardo, Opportunitas. Virg. Haud tanto ceſſabit cardine rerum.

Cardinẽ cauſſæ in aliquo ponere dicebant, Quod nũc dicimus, Accipere ius per hoc vel illud. Quintil. in quinto, Illud hoc loco monere inter neceſſaria eſt, nulla eſſe firmiora, quàm quæ ex dubijs facta ſunt certa. Cædes à te facta eſt: cruentam enim veſtem habuiſti. Non eſt tam graue argumentum ſi fatetur, quàm ſi conuincitur. Nam ſi fatetur, multis ex cauſſis potuit cruenta eſſe veſtis: ſi negat, hic cauſſæ cardinem ponit, En cecy comme le principal point, il fonde ſon droict.

Cardo litium, idem quod cardo cauſſæ, Le principal point ſur quoy eſt fondé vng proces. Quintil. libro XI, Negligentium oratorum nihil refert vbi litium cardo vertatur, dum ſint quæ extra cauſſam ex perſonis ac communi tractatu locorum occaſionem clamandi largiãtur. Hinc prouerbium, Res in cardine: quaſi in articulo, La choſe eſt ſur le point. Seru.

Cardo rei in hoc vertitur, id eſt ex hoc tota res pendet. Cicero.

CARDVVS cardui, m. g. Vng chardon. Virg. Georg. I, Mox & frumentis labor additus: vt mala culmos Eſſet rubigo: ſegniſque horreret in aruis Carduus.

CARDVELIS, huius carduelis, m. g. Vng oyſeau nommé chardonneret.

CAREO cares, carui, caſſus ſum, & caritum, & caſſum ſecundum Priſcianũ. Carere, Nauoir point cela de quoy on a faulte, ou que on vouldroit bien auoir. Cic. Tuſc. quæſt. I, Triſte enim eſt nomen ipſum carendi, quia ſubijcitur hæc vis, habuit quis, non habet, deſyderat, requirit, indiget. Et paulo poſt, Carere igitur hoc ſignificat, egere eo quod habere velis. Idem, Satiatis verò & expletis iucundius eſt carere, quàm frui. quanuis non caret is, qui non deſyderat. Iterum, Dicitur etiam alio modo carere, cum aliquid non habeas, & non habere te ſentias, etiam ſi id facile patiare.

Carere, cum accuſatiuo. Plaut. in Curcul. 3.43, Sed quid eſt quod lubet perditum dicere te? PH. quia id quod amo, careo. Idem in Pœnulo, 13.4, Seruire amãti miſeria eſt, præſertim qui quod amat caret. hic poteſt ſubaudiri id: vel ablatiuus eo.

Carere, cum ablatiuo. Plaut. in Amphit. 17.11, Tametſi iſtuc mihi acerbũ nunc eſt, quia hero te carẽdũ eſt optimo. Idem in Capt. 16.3, Ioui, diſque ago gratias merito magnas, quom te reducem tuo patri reddiderunt: quómque ex miſerijs plurimis me exemerũt, quæ adhuc te carens (dum hic fui) ſuſtentabam. Idem in Pœnulo, 15.16, Da diem hũc ſoſpitem quæſo rebus mis agundis: & quibus annos plurimos carui, quáſque patria perdidi paruas, redde his libertatem. Terent. in Eunucho, 2.1.17, Tandem ego non illa caream, ſi ſit opus, vel totum triduum? Ne me paſſeray ie pas bien delle voyre trois iours tous entiers?

Caruit te febris, La fieure ta laiſſé & ne ta point reprins. Plau. in Curc. 2.17, Caruítne febris te heri, vel nudiuſtertius? & heri cœnauiſtine.

Carere culpa, Nauoir faict choſe, ou failli en quelque choſe, dont on doiue eſtre blaſmé, Eſtre ſans vice ou reprehenſion. Plau. in Trinũmo, 17.3, Si quid amicum erga benefeci, aut conſului fideliter, nõ videor meruiſſe laudẽ, culpa caruiſſe arbitror. Terent. in Hecyr. 4.4.40, Cenſén' te poſſe reperire vllam mulierem quæ careat culpa? an quia non delinquunt viri? Cicero Aulo Torquato, Simus igitur ea mente quam ratio & veritas præſcribit: vt nihil in vita nobis præſtandum præter culpam putemus: eáque cum careamus: omnia humana placate & moderate feramus.

Carere dolore, Eſtre ſans douleur ou maladie. Cic. de amicitia, 21, Denique cæteræ res quę expetuntur, opportunæ ſunt ſingulæ rebus ferè ſingulis: diuitiæ vt vtare: opes vt colare, honores vt laudere: voluptates vt gaudeas: valetudo, vt dolore careas, & muneribus fungare corporis.

Carere febri, Nauoir plus la fieure. Cic. Tironi, AEgypta ad me venit pridie Idus Aprilis. Is etſi mihi nuntiauit te plane febri carere, & bene habere: tamen quòd negauit te potuiſſe ad me ſcribere, curam mihi attulit: & eò magis quod Hermia, quem eodem die venire oportuerat, non venit.

Carui fructu iucundiſſimæ conſuetudinis tuæ, Iay eſté ſans la iouyſſance & plaiſir de ta conuerſation. Cicero.

Carere moleſtia, Eſtre ſans ennuy, chagrin, faſcherie. Cic. de Amicitia, 76, Atque illud abſurdū eſt quòd hi ſcilicet qui monentur, eam moleſtiam quam debent capere non capiant, eam capiunt qua debent carere. peccaſſe enim ſe non anguntur: obiurgari moleſte ferunt.

Carere patria, Eſtre hors de ſon pais. Terēt. in Heaut. 1. 1. 85, Malo quidem me dignum quouis deputem, ſi id faciam: nam vſque dum ille vitam illam incolit inopem, carens patria ob meas iniurias, interea vſque illi de me ſupplicium dabo.

Carere ſcelere, Eſtre ſans crime. Cic. pro M. Cælio, Parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet aliena, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius damnum atque famam, ne probrum caſtis, labem integris, infamiam bonis inferat: ne quem interimat, ne interſit inſidijs, ſcelere careat.

Carere ſenſu doloris, Ne ſentir aucune doleur. Cic. ad Brutum, Quamobrem accepiſti tu quidem dolorem (id enim amiſiſti, cui ſimile in terris nihil fuit) & eſt dolendum in tam graui vulnere, ne id ipſum carere omni ſenſu doloris, ſit miſerius quàm dolere.

Carere temeto, Nauoir point beu de vin. Plaut. in Trucul. 17. 55, Verum qui improbus eſt, ſiue ſubbibit, ſiue adeo caret temeto, tamen ab ingenio eſt improbus.

Carere vino viginti dies, Ne boire point de vin leſpace de vingt iours. Plaut. in Aſin. 13. 57, Nec vlli verbo maledicat: ſi dixerit, hæc multa ei eſto, vino viginti dies vt careat.

Carere voluptatibus, Eſtre priue des delices & plaiſirs, les quels on regrete. Cic. de ſenectute 7, Deplorare ſolebant, tum quòd voluptatibus carerent, ſine quibus vitam nullam putarēt.

CAREX caricis, f. g. Herba & acuta & duriſſima, ſimilis aſparago, Rouche, ou roſeau. Virg. Et carice paſtus acuta.

Carectum carecti, n. g. Locus caricibus refertus. Virg. Tu poſt carecta latebas.

CARICA caricæ, f. g. Genus fici, à loco ſic dictum. Plin. lib. XIII, cap. V, Syria præter hanc peculiares habet arbores. In ficorū genere, caricas, & minores eiꝰ generis quæ cottana vocāt.

CARIES, cariei, f. g. Vermoulure & pourriture de vieilleſſe. Lucilius ſatyr. lib. VII, Ne auriculam obſidat caries, ne vermiculique. Auſonius, I, Tineas cariémque pati te charta neceſſe eſt. Plin. lib. XXIII. cap. I, Iam & patresfamiliâs ætatē ademere his quæ per ſe cariem traxere. quo certe vocabulo ſatis conſilij dedere priſci, quoniam & in materijs cariem fumus erodit. At nos è diuerſo fumi amaritudine vetuſtatem indui perſuaſum habemus. Columella libro XII, Omnis materia in ædificia ſuccidi debet luna decreſcente ab vigeſima vſque in trigeſimam, quia ſic cæſa iudicatur carie non infeſtari. Varro, Singulos lectos ſtratos vbi habuimus, amiſimus propter cariem & tineam. Plin. Cedri oleo peruncta materies, nec tineam, nec cariem ſentit.

Cariem interpretantur nonnulli in locis ex Columella, & Plinio adductis, vermiculum illum qui ligna rodit. Idem Plinius lib. XVI, cap. XI, Cariem vetuſtatémque non ſentiunt cupreſſus, cedrus &c.

Caries vini. Plin. de vino, lib. XV. Quinimò inuitat ad ſeruandum blanda inueterati caries, Quant le vin eſt chenu par deſſus, & qui ſent ſon vieil:

Cariem trahere, Se vermouler & pourrir de vieilleſſe, apud Plinium in exemplo ſuprà dicto. Idem alijs verbis, vetuſtatem induere dixit, & ſentire cariem.

Carioſus, Fort vermoulé, pourri, corrumpu de vieilleſſe. Afranius, Nemo viuit carie carioſior.

Carioſa terra, Vne terre qui eſt moullie dedans. Cato de re ruſtica, lib. I. cap. V, Terram carioſam caueto ne ares, néve ploſtrum, néve pecus in eam impellas.

CARIOTA cariotæ, f. g. Palmæ fructus. Plin. libro XIII, cap. IIII, de palmis, Iam in AEthiopij fine quinque earū, nec plures arbores tradunt, non raritate magis quàm ſuauitate mirabiles. Ab his cariotæ maxime celebrantur, & cibo quidem, ſed & ſucco vberrimæ. Varro de re ruſtica, lib. II. cap. I, Non ſcitis palmas, cariotas in Syria parere, inuectas in Italiam, non poſſe? Plin. epiſt. 7. b, Penè præterij quod minime prætereundum fuit, accepiſſe me cariotas optimas, quæ nunc cum ficis & boletis certamen habent.

CARINA carinæ, f. g. Infima pars nauis authore F. Pomp. Le fond de la nauire.

Carina, Infima trabs, qua nauis fundatur. Ouid. lib. IIII, de Pōto, Dum mea puppis erat valida fundata carina.

Carino carinas carinare, Soy cauer en facon du fond dune nauire. Plin. lib. IX, Saliunt pectines & extra volitant, ſéque & ipſa carinant.

Carinare, probra obijcere. Feſtus Pompeius. Obſoletum eſt.

CARISSA apud Lucilium, ſignificat vafram. Feſtus Pomp. Obſoletum eſt.

CARITAS caritatis, f.g. Chierté. Cic. in Verrē, Caritas enim annonæ faciebat, vt iſtuc quod re parum videbatur, tempore magnum videretur. Liuius lib. xi, Caritas primum erat annonæ ex incultis per ſeceſſionem plebis agris.

CARMEN carminis, n.g. Quod certa lege & menſuris ſiue dimenſionibus compoſitum eſt, cuiuſmodi ſunt opera Virgilij, quæ magis cantui accommoda ſunt, quàm quæ proſa oratione conſcribuntur, Vne compoſition faicte en metre par vers, comme vng liure, vng epigramme, vng epitaphe, vne elegie. Virg. Et rē carmine ſigno. Idem, Tumulo ſuperaddite carmē.

Carmen, Vne oraiſon ou priere que on faict a dieu. Plin. li. xxviii, cap. ii, Durátque immē ſo exemplo Deciorum patris filiique, quo ſe deuouere, carmen. Extat Tuciæ veſtalis inceſtæ precatio, qua vſa aquam tulit in cribro. Ibidem, Cæſarem dictatorē poſt vnum ancipitē vehiculi caſum ferunt ſemper vt primum conſediſſet (id quod pleroſque nūc facere ſcimus) carmine ter repetito, ſecuritatem itinerum aucupari ſolitum.

Carmen meditatū, Chanſon faicte de meſure, comme par rhyme, ou autrement, ou vng hymne, vng pſeaume, vng cantique. Plin. in paneg. 6, Animaduerto enim etiam deos ipſos nō tam accuratis adorantiū precibus, quàm innocentia & ſanctitate lætari: gratioremque exiſtimari qui delubris eorū puram caſtámque mentem, quàm qui meditatum carmē intulerit.

Carmen, Enchanterie. Virg. Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam.

Carmino carminas, carminare, Carder ou pigner la laine. authore Varrone de lingua Lat. Plin. lib. ix, Iuſtum eſt è quinquagenis faſcium libris quinaſdenas carminari. Idem libro xi, Hanc ab his quoque gigni, ſubigique vnguium carminatione, mox trahi inter ramos tenuari, ceu pectine.

Carminarij, Cardeurs ou pigneurs de laine.

CARO carnis, f.g. Chair. Et proprie mortuorum dicitur, authore Donato. Plin. lib. vi. cap. xxx, Agriophagi pātherarum & leonū carnibus maxime viuentes: Pamphagi, omnia mandētes, Anthropophagi humana carne veſcentes.

Caro ſubrancida, Chair muſie, qui eſt de long tēps cuyte, & pource ſent le rancle. Cicero in L. Piſonē, Toreuma nullum, maximi calices: & hi ne contemnere ſuos videatur, placentini: extructa mēſa nō cōchylijs aut piſcibus, ſed multa carne ſubrācida: ſerui ſordidati miniſtrāt.

Caro arborum quæ ſit, docet Plinius lib. xvi, cap. xxxviii, Atque in toto corpore arborū, vt reliquorum animaliū cutis, ſanguis, caro, nerui, venæ, oſſa, medullæ. Et paulopoſt, Proximi pleriſque adipes ij vocantur à colore alburnum: mollis ac peſſima pars ligni, etiam in robore facile putreſcens, teredini obnoxia, quare ſemper amputabitur. Subeſt huic caro, cui oſſa: id eſt materiæ optimum.

Carniuorus, carniuora carniuorum, Qui deuore de la chair. Vt animalia carniuora, Qui viuent de chair. Plin. lib. x, Serratorum dentium carniuora ſunt omnia.

Carneus carnea carneum, Qui eſt de chair.

Carnarius carnarij, Qui vent de la chair, vng boucher.

Carnarius, Qui voulentiers menge chair, & y prent plaiſir. Martialis, Carnarius ſum, pinguarius non ſum.

Carnarium carnarij, n.g. Vng ſalloir, Le lieu ou on ſalle la chair, ou on la pend pour la garder. Plaut. in Capt. 15.6, Adueniens modo deturbauit totum cum carne carnariū. Plin. Quippe è macello aut carnario viuendum eſt.

Carnarium, Vne boucherie, ou on vent la chair. Plau. Cœnam è carnario emit, iam factus ſatur. Varro tabernam carnariam vocat.

Carnarium accipitur etiam pro ipſa carne, ſicut cibarium pro cibo. Plaut. Qui mihi carnariū parauit, ridiculus, ad ſentandum.

Carnifex carnificis, m.g. qui carnes ex hominibus facit, inquit Donatus, Tueur de gens, meurtrier. Plaut. in Capt. 11.66, At pol te, ſi hic ſapiat ſenex, atra pix agitet apud carnuficem, ac tuo capiti illuceat.

Carnifex, authore Donato, excarnificans dominū, aut ipſe dignus carnifice vt caro fiat, id eſt vt lanietur. Plaut. in Amphit. 4. 222. Etiam clamat carnufex? eloquere, quid veniſti? Terent. in And. 4. 1. 27, Ah neſcis quantis in malis verſer miſer, quantáſque hic ſuis conſilijs mihi confecit ſolicitudines meus carnufex.

Carnifex, Bourreau. Nonius Marcellus, Lictorum, inquit, proprietatem à ligando dictam vetuſtas putat. Ii enim carnificis officio antiquitus fungebantur.

Carnificium, Le meurtre & tuyrie que aucun a faict.

Carnificium cribrum, Vng homme que on a tué & baille coups auſſi drus que les trous dung crible. Plaut. in Moſtell. 2.52, O carnificium cribrum quod credo fore, ita te forabunt patibulatum per viam ſtimulis, huc ſi reueniat quamprimum ſenex.

Carnificina carnificinæ, f.g, Le lieu ou on execute les malfaicteurs. Plaut. Quid ſi deſperatis rebus carnificinam petat? Quoy ſil ſe va maintenant pendre par deſeſpoir? Suet. de Tiberio, Carnificinæ oſtenditur locus, capreis, vnde damnatos poſt longa & exquiſita tormenta præcipitari coram ſe in mare iubebat.

Carnificina, Loffice dung bourreau. Plau. in Capt. 4. 28, Sed ſi vllo pacto ille huc conciliari poteſt, vel carnificinam hunc facere poſſum perpeti.

Carnificinas dixit Cato plurali numero, pro tormentis & crudelitatibus. Vbi ſocietas, inquit, vbi fides maiorum, inſignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque ignominiam te facere auſum eſſe? Plau. in Ciſtell. ſingulari vſus eſt: Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentum. hanc de me coniecturam domi facio, ne foris quæram: qui omnes homines ſupero atque antideo cruciabilitatibus, iactor, crucior, agitor, &c.

Carnificina, Vne choſe qui tormente & faict mourir vne perſonne. Cic. lib. III. Tuſcul. Nam cum omnis perturbatio, miſeria eſt, tum carnificina eſt ægritudo, quia inſtar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat animum, excarnificatúmque conficit.

Carnificinus carnificina, carnificinũ, Choſe cruelle, digne de paſſer par les mains du bourreau. Cic. Carnificina eſt iſta crudelitas.

CARPENTVM carpenti, n.g. Genus eſt vehiculi dictum quaſi Carmentum, à Carmenta Euandri matre, Vne brouette, ou petit chariot où quel on mene les dames. Ouid. 1. Faſt. Nam prius Auſonias matres carpenta vehebãt, Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor. Plin. de viris Illuſt. 7.b, A qua iuſſa turba recedere, cum domum rediret, viſo patris corpore mulionem euitantem ſuper ipſum corpus carpentum agere præcepit.

CARPINVS carpini, f.g. Genus arboris notæ de acerum genere. Columella lib. 6, Quinetiã cornus & carpinus & ornus nonnunquam & ſalix, à pleriſque in hoc ipſum diſponitur. Plin. lib. XVI, cap. XVIII, Deſcendunt etiam in plana cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus. Pallad. Carpinus vltima arbor.

CARPO carpis, carpſi, carptum, carpere, Cueillier. Virg. in Buc. Inſere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes.

Carpere, Eſlire. Terent. in Adelph. 4.2.53. Nam iam adibo: atque vnum quicquid quod quidem erit belliſſimum carpam: & cyathos ſorbillans, paulatim hunc producam diem, Ie eſliray le plus beau & le meilleur. Donatus.

Carpere, Bleſcer. Virg. Carpit enim vires paulatim, vrítque videndo Fœmina. Donatus. Nonius Marcellus interpretatur decerpit, aufert. Alij pro attenuat, & diminuit accipiunt.

Carpere auras vitales, Viure. Virg. Quiſquis es, haud, credo, inuiſus cæleſtibus auras Vitales carpis. Poeticum eſt.

Carpere, Reprendre aucun. Martialis, Carpere vel noli noſtra, vel ede tua. Plin. epiſt. 9.b, Nemo me apud quenquam ſiniſtris ſermonibus carpit: neminem ipſe reprehendo, niſi vnũ me, cum parum commode ſcribo.

Carpere, Frui, Prendre ſes eſbats & reſiouyſſances. Virg. lib. III. Georg. Luciferi primo cum ſydere, frigida rura Carpamus: dum mane nouum, dũ gramina canent. Donatus. Nonius Marcellus interpretatur, paſcamus. Neuter ſatis proprie: hic enim Virgilius ſignificat, agamus oues in paſcua: vt ſatis oſtendit Columella, hũc locũ interpretatus. Perſius, Genio carpamus dulcia. Id eſt fruamur rebus dulcibus. Donatus.

Carpere fuga aliquem locum, Senfuyr en quelque lieu. Virg. Georg. III, Non illas grauibus quiſquam iuga ducere plauſtris, Non ſaltu ſuperare viam ſit paſſus, & acri Carpere prata fuga, fluuióſque innare rapaces. Ibidem, Carpere mox gyrũ incipiat, gradibúſque ſonare Cõ poſitis. Lucil. lib. XIX, Hyemem vnamquanque carpam. Nonius Marcellus.

Carpere herbam oues dicuntur, id eſt paſcere, Paiſtre de lherbe. Virgil. III. georg. Stabulis edico in mollibus herbã Carpere oueis, dum mox frondoſa reducitur æſtas. Idem in buco. Florentem cytiſum, & ſalices carpetis amaras. Id eſt paſcetis, Vous brouterés.

Carpere iter, Se mectre a chemin, ou cheminer. Virg. in epigram. Nocte, die tutum carpe viator iter.

Carpere lanam, Filler de la laine. Plaut. in Menæhmis, 17.38, Dare vnà illi opera pẽſum po-

ſtules, inter ancillas ſedere iubeas, lanam carpere. Carpere penſa, Filler. Virg. Georg. 1, Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ Neſciuere hyemem.

Carpere ſomnos, carpere ſoporem, Dormir. Virg. 4. AEneid. Nox erat, & placidũ carpebant feſſa ſoporem Corpora per terras. Ibidem, AEneas celſa in puppi iam certus eundi, Carpebat ſomnos. Poetica ſunt.

Carptim, aduerbium, En prenant ca & la, ſans ſuyure lordre. Plin. in Paneg. 40, Quæ quidem reuerentius fuerit integra, illibataque cogitationibus veſtris reſeruari, quam carptim, breuiterque perſtringi. Idem epiſt. 157. b, Reſpondebis non poſſe perinde carptim, vt contexta: perinde inchoata placere vt effecta. Idem epiſt. 167. h, Atque adeò permitte mihi ſic apud te, tanquam ibi: ſic peracta re, tanquam adhuc integra: rationem iudicij mei reddere: quæque tunc carptim, multis obſtrepentibus dixi, nunc per otiũ iungere. Sal. in Catil. Statui res geſtas populi Romani carptim, vt quæque memoria digna videbantur, perſcribere.

CARPOPHYLLON, carpophylli, n. g. Genus lauri. Plin. lib. xv. cap. xxx, Eſt & Chamædaphne ſylueſtris frutex, eſt & Alexãdrina, quam aliqui Idæam, alij hippoglottion, alij daphnitin, alij carpophyllon, alij hypelaten vocant.

CARRVS carri, m. g. & carrum carri, neut. Vng chariot. Siſenna, lib. iiii. hiſt. Impedimẽta collocant omnia, conſtruunt carros, & ſarraca crebra diſponunt. Cæſar, Inter carros impedimentaque prælium commiſerunt. Hircius, Pompeius eo die per viarum anguſtias, carra complura, multoſque laniſtas retraxit.

Carruca carrucæ, f. g. Curriculi genus, Vne charette.

Carrucarius carrucarij, m. g. Vng chartier.

Carrucarius, carrucaria, carrucarium, Choſe appartenãt a charette. Pomp. Plæraſque mulas carrucarias tales eſſe, vt tranſiungi non poſſint.

CARVS cara carum, Chier, qui ſe vent beaucop, dargent. Cara annona, Chierté de viures. Plaut. in Captiuis, 8. 36, His diem dicam: irrogabo mulctam: vt mihi cœnas decem meo arbitratu dent, quum cara annona ſit. Terent. in And. 4. 5. 7, Quid turbæ eſt apud forum? quid illic hominũ litigant? tum annona cara eſt. quid dicam aliud neſcio. Plau. in Perſa, 16. 97, Heu prædatus probe, abi, argentum affer huc: non ædepol trecentis mnis cara eſt, feciſti lucri, Ce neſt point chier de lauoir achete trois cens mines.

CARYON caryonis, n. g. Græca dictio, Vne nois.

Carynus caryna carynum, Qui eſt de nois. Vt carynum oleũ. Plin. lib. xxiii, cap. iiii, E nuce verò iuglãde quod carynum appellauimus, alopecijs vtile eſt, & tarditati aurium infuſum.

Caryopon caryopi, n. g. Le ſuc, ou ius dune nois. Plin. li. xii, cap. xxviii, In Syria gignitur & cinnamum quod cariopon appellant. hic eſt ſuccus nuci expreſſus, multum à ſurculo veri cinnami differens.

CARYSTAEVS caryſtæa caryſtæum, Quod eſt ex Caryſte inſula vna ex Cycladibus, varij marmoris ferace. Plin. epiſt. 101. l, lib. v. Vitem quatuor columnellæ cariſtææ ſubeunt. Ouid. iii. Faſt Quáque cariſtæis frangitur vnda vadis.

CASA caſæ, f. g. Vne petite maiſonnette. A cauatione dicta, vt inquit Feſt. Pomp. quod antiqui cauatas rupes inhabitarent. Alij à facile cadendo dictam volũt: quòd à cado fiat caſo caſas frequentatiuum. Terent. in Phor. 5. 2. 3, Ita fugias, ne præter caſam quod aiunt.

Caſaria caſariæ, Quæ cuſtodit caſam. Feſtus Pomp.

CASCVM antiquitus dicebatur, quod nos vetus appellamus: idque vt author eſt Varro, lingua Sabinorum, quæ in Oſcam vſque linguam radices egerit, qua Caſnar ſenex dicitur: eóque Enniũ, vt Oſcæ linguę peritum, ſcripſiſſe, Quamprimũ Caſci populi genuere Latini. Caſcos Latinos, priſcos appellat M. Tullius Tuſc. quæſt. lib. i, Itaque vnum illud inſitum erat priſcis illis, quos appellat Caſcos Ennius. Citat autem Varro adagium, Caſcus caſcam ducit, tanquam à Manilio quodam profectum, qui dixerit non eſſe mirum, ſi caſcum caſca duxiſſet, quoniam is canoras faciebat nuptias. Videtur eſſe iocus in anum vetulo nuptam. alluſúmque ad vocem Caſci, perinde quaſi deducatur à canendo. Refertur ibidem epigramma Papinij cuiuſdam, quod ſcripſerit in adoleſcentem nomine Caſcam, Ridiculum eſt cum te Caſcam tua caſca dicit. Opinor adoleſcentem duxiſſe vetulam, proinde abſurdum videri quoties caſca id eſt vetula, maritum iuuenem vetuli ſuo ipſius nomine caſcam vocaret.

CASEVS caſei, m. g. Froumage. A coeundo dictus, vt inquit Feſtus Pomp. Virg. in Buc. Pinguis & ingratæ premeretur caſeus vrbi.

Caſeum caſei, neutro genere. Næuius Macco, Pecunia quid bonum, quid bonum reſpondi

Sardis, veniens caſeũ. Plautus Medico, Paraſito cum virgis caſeum radi poteſt. No. Mar. Caſeus breuis ac muſteus, Vng petit fromage, & moult, ou frais faict. Plin. lib. XI. cap. XLII. Caſeus recens aut mollis. Plin. XXVIII. cap. IX.

CASEALE huius caſealis, n.g. Vne eſtable a cheuaulx, ou autres telles grandes beſtes. Columella, lib. II. cap. XV, Hæc vbi viduus pecudibus ager. nam vbi greges quadrupedum verſantur, quædam quotidie, vt culina & caſeale: quædam pluuijs diebus, vt bubilia & ouilia debent emundari.

CASIA caſiæ, f.g. de la caſſe. Frutex eſt, vt ſcribit Plin. lib. XII, cap. XIX, iuxtáque cinami cãpos naſcitur, ſed in montibus craſſiore ſarmento, tenui cute verius quàm cortice. Plaut. in Curc. 3.6, Tu ſtacte, tu cinamũ, tu roſa, tu crocum & caſia es, tu petalium. Virg. Tum caſia atque alijs intexens ſuauibus herbis.

CASITO caſitas frequentatiuum à caſo frequentatiuo verbi cado, Souuent cheoir. Plautus Iureconſ. Si antea ex tegula caſitauerit ſtillicidium, poſtea vel ex tabulato, vel ex aliqua materia caſitare non poteſt.

CASSIS huius caſſis, maſc. gen. Vne rets. Ouid. Incidit in caſſes præda petita meos.

CASSIS huius caſſidis, fœm. gene. Vng armet en teſte, armure a couurir la teſte. Plaut. in Trinummo, 10.98, Mihi & pharetram & ſagittas ſumpſero, caſſidem in caput, dormibo placide in tabernaculo.

Caſſida caſſidæ, f.g. Vng heaume. Propertius, Aurea cui poſtquam nudauit caſſida frontem.

CASSITA caſſitæ, f.g. Vne alouette. Gellius lib. 2. cap. 29. Alauda & galerita etiam dicitur. Plinius lib. XI. cap. XXXVII, At quæ ab illo galerita appellata quondam, poſtea gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alauda.

CASSITERVS caſſiteri maſc. g. greçe κασσιτερὸς κασσιτέρου. m. g. De leſtain, Plõb blãc. Plin. lib. XXXIIII, cap. XVI. Sequitur plumbi natura: cui duo genera, nigrum atque candidum: precioſiſſimum candidum, à Græcis appellatum caſſiteron.

CASSVS caſſa caſſum, Vuyde, Qui na riẽs, & eſt de nulle valleur. Nonius Marcellus, Caſſum veteres inane poſuerunt. & arbitrandum eſt eius verbi proprietatem magis ab aranearũ caſſibus dictum, quòd ſint leuis, ac nullius ponderis.

Caſſa dote virgo, Vne vierge qui na riens de douaire. Plaut. in Aulul. 7. 14, Virginem habeo grandem, dote caſſam, atque illocabilem, neque eam queo locare cuiquam.

Caſſa glans, Gland vuyde qui na riens dedẽs. Plau. in Rud. 30.36, Quid dare velis, qui iſtæc tibi inueſtiget, indicétque? eloquere propere, celeriter. L. nummos trecentos. G. tricas. L. quadringentos. G. tremas putidas. L. quingentos. G. caſſam glandem.

Caſſa nux. Plaut. in Pſeud. 5. 136, Ecquid te pudet? B: te amatorem inuentum eſſe inanem quaſi caſſam nucem.

Caſſus labor, Vne peine perdue, labeur vain, qui ne ſert de riẽs. Plin. epiſt. 176. b, Quod vel maxime dolorem meum vicerat, obuerſantur oculis caſſi labores, & infructuoſæ preces, & honor quem non meruit.

Caſſo caſſas, caſſare, Rompre, caſſer, annichiler. Virg. Caſſatáſque rates.

CASTANEA caſtaneæ, f.g. Vng chaſtaignier, ou vne chaſtaigne. vtrũque enim ſignificat. Virg. Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. Plin. lib. XVII, cap. XX, Caſtanea pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus, perdurandi peruicacia, regerminatione cædua, vel ſalice lætior.

Caſtanetum caſtaneti, n.g. Vng lieu plante de chaſtiniers. Columella lib. IIII. cap. XXXIII, Propter quæ ſæpe nouella caſtaneta caluẽſcunt.

CASTELLVM caſtelli, n.g. diminutiuum, Petit chaſteau. Cic. Attico, Atque in eo, neque authoritate, neque gratia pugnat, ſed quibus Philippus, omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in quæ modo aſellus onuſtus auro poſſet aſcendere.

Caſtella etiam ſunt deriuacula quædam laxiora certis ſpatijs emodulata, ex quibus aqua per fiſtulas in varia loca diſtribuitur, id eſt in villas & prætoria nobilium, indultu principali: vt docet Frontinus in libro de aquæ ductibus. Victruuius lib. 8, Ductus aquæ fiunt, generibus tribus, riuis per canales ſtructiles, aut fiſtulis plumbeis, ſeu tubulis ductilibus, quorum hæ rationes ſunt. Si canalibus vt ſtructura fiat quamſolidiſſima, ſolúmque riui libramenta habeat faſtigiata, ne minus in centenos pedes ſemipede. Eæque ſtructuræ conformicentur vt minime ſol aquam tangat. cúmque venerit ad mœnia, efficiatur caſtellum. & caſtello coniunctum ad recipiendum aquam triplex immiſſarium. Collocentúrque in caſtello tres fiſtulæ æqualiter diui-

ſæ in tria receptacula cõiuncta, vti cũ abũdauerit, ab extremis in mediũ receptaculũ redundet.

Caſtellatim aduerbium, quaſi turmatim per caſtella diſiecti, Par bandes. Liuius lib. VII, Vt hoſtes & nocturno pauore attonitos, & circa collem caſtellatim diſſipatos aggrederentur, De camp en camp.

CASTERIA caſteriæ, f.g. Locus, vt inquit Nonius Marcel. vbi cum nauigatio conquieſcit, remi & gubernacula conquieſcunt. Plaut. in Aſin. 10.16, Quin pol ſi repoſui remum, ſola ego in caſteria vbi quieſco, omnis familiæ cauſſa conſtitit tibi.

CASTIGO caſtigas, caſtigaui, caſtigatum, Caſtigare, Reprendre aucun par parolles. Plau. in Bacchid. 19.67, Quid eò introibis? CH. vt eum dictis plurimis caſtigem, cum hæc facta ſic ad hunc faciat modum. Virg. Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. Plaut. in Bacchid. 8.94, Mneſiloche, cura, & caſtiga hominem probe, qui dedecorat te, me, amicos, atque alios flagitijs ſuis. Idem in Aſin. 10.10, Ego te volui caſtigare, tu mihi accuſatrix ades. Terẽt. in Heaut. 3.3.31, Cenſẽ' verò quid illum porrò credis facturum Chreme, niſi eum, quantũ dij dant tibi opis, ſeruas, caſtigas, mones? Cic. de orat. lib. 1, Et quoniam de imprudentia diximus, caſtigemus etiam ſegnitatem. Idem Tuſcul. lib. v, Sed hoc in me ipſe caſtigo, quod ex aliorum, & noſtra fortaſſe mollitia, non ex ipſa virtute, de virtutis robore exiſtimo.

Caſtigare moras, Faire auãcer, faire haſter daller aucũ, ou de beſongner. Virg. AEneid. IIII, Pars agmina cogunt, Caſtigántque moras: opere omnis ſemita feruet.

Caſtigare, Punir. Plaut. in Moſtell. 12.22, Hanc rem die craſtini quum herus reſciuerit, mane caſtigabit eos exuuijs bubulis. Virg. Caſtigátque dolos, ſubigítque fateri.

Caſtigator caſtigatoris, m.g. Repreneur, qui par parolles reprent aucun. Plaut. in Trinummo, 9.12, Ibo ad caſtigatorem meum, atque ab eo conſilium petam. Horatius in arte, Cenſor, caſtigatórque minorum. De ſene loquitur.

Caſtigabilis & hoc caſtigabile, Choſe digne deſtre reprinſe, ou punie. Plau. in Trinũmo, 4.5, Hic ille eſt, ſenecta ætate qui factus eſt puer, qui admiſit in ſe culpam caſtigabilem.

Caſtitas caſtitatis, f.g. Chaſtete.

Caſtus caſta caſtũ, Chaſte. Nonius, Caſtus, ſine libidinis & turpitudinis nota. Virg. Geor. II. Caſta pudicitiam ſeruat domus.

Caſtus, Religioſus, vel pius. Virg. lib. VI, Quique ſacerdotes caſti dum vita maneret. Varro, Ergo tum ſacræ, religioſæ, caſtæque fuerunt res omnes. Idem, Nanque venuſtas hic adeſt, Galla tibi quæ caſta veſtis. Nonius Marcellus.

Caſtus à culpa, Irreprehenſible, ſans coulpe. Plaut. in Pœnulo, 18.13, Spero equidem, & pol ego cum ingenijs quibus ſumus, atque aliæ, cognoſco, eo ſumus gnatæ genere, vt deceat à culpa eſſe nos caſtas.

Caſtus caſtus caſtui, m.g. Idem quod caſtitas. Varro, Et religiones, & caſtus id poſſunt, vt ex periculo eripiant noſtro. Nouius carmine punici belli, Res diuas edicit, prædicit caſtus. Nonius Marcellus.

Caſtitudo caſtitudinis, Idem quod caſtitas. Accius, Ibi fas, ibi cunctam antiquam caſtitudinem.

CASTOR caſtoris, m.g. aromatarij vocant Vng caſtor. Itali etiã vng caſtora, Vne bieure, beſte viuante en leaue & en terre, Fiber latine dicitur. Plin. lib. XXXII, cap. III, Spectabilis naturæ potentia in his quoque quibus & in terris & in aqua victus eſt, ſicut & fibris, quos caſtores vocant, & caſtorea teſtes eorum. Vergil. Viroſáque pontus Caſtorea.

Caſtorea caſtoreorum, Les rongnons dung bieure qui ſentent le muſq. vt teſtatur Plinius in præcedenti teſtimonio.

CASTRVM caſtri, n.g. Vng chaſteau. Plautus, Caſtrum pœnarum, vt admonet Seruius lib. ſexto AEneidos.

Caſtra caſtrorum, pluralis numeri, neutri generis, Vng oſt ou armee. Ceſt auſſi vng camp, & le lieu ou eſt loſt arreſte. græce τὸ στρατόπεδον tam pro excercitu quàm pro caſtris. Cic. in Verrẽ act. VII, Tum inquam cum concurſant cæteri prætores, iſte nouo quodam ex genere imperator, pulcherrimo Syracuſarum loco ſtatiua ſibi caſtra faciebat. nam in ipſo aditu atque oreportus, vbi primum ex alto ſinus ad vrbem ab litore inflectitur, tabernacula carbaſeis intenta velis collocabat.

Caſtra facere Faire ou aſſeoir le camp. Cicer. epiſtola ad Catonem. M. Maneio legato imperaui vt eas quinque cohortes ad reliquum exercitũ duceret, coactóque in vnum locum exercitu, caſtra in Lycaonia faceret.

Caſtrametor caſtrametaris, caſtrametari, Ficher ou aſſeoir vng champ.

Caſtrenſis & hoc caſtrenſe, Choſe appartenant a vng oſt, ou armee. vt caſtrenſe ſtipendium, Les

gaiges des genſdarmes dune armee. Plin. epiſt. 167. b, Inde adoleſcẽtuli ſtatim caſtrenſibus ſtipendijs imbuebãtur, vt imperare parẽdo, duces agere dũ ſequuntur, aſſueſcerent. verbũ caſtrẽſe: durũ & quo milites vtũtur in caſtris. Plinius in præfatione, Agnoſcis & hoc caſtrẽſe verbũ.

Caſtro caſtras, caſtrare, Chaſtrer aucun. Iuuenal. Nullus ephebũ deformẽ ſæua caſtrauit in arce Tyrannus. Plin. lib. 18. cap. 32, Verres iuuencos, arietes, hœdos decreſcente luna caſtrato.

Caſtrare vites, Tailler la vigne. Cato de re ruſt. Vites teneras quãprimum propagato, veteres quamminimum caſtrato: potius, ſi opus erit, deijcito, biennióque poſt præcidito.

CASVS caſus caſui, m. g. Auenture, fortune. Cic. pro P. Scylla, Sed quoniã ita tulit caſus infeſtus, vt ampliſſimo in honore, tũ cõmuni ambitionis inuidia, tũ ſingulari Antonij odio euerteretur &c. Puis quil eſt ainſi aduenu, ou que la fortune & aduenture a eſte telle. Idem pro L. Cornelio Balbo, An ingenium cum etiã ipſe caſus euentúſque rerũ, non duces, ſed comites eius conſiliorum fuerunt, in quo vno ita ſumma fortuna cum ſumma virtute certauit, vt omnium iudicio plus quàm decet, tribueretur. Idem de Amic. 39, Præcipiendũ eſt igitur bonis vt ſi in eiuſmodi amicitia ignari caſu aliquo inciderint, ne exiſtiment ita ſe alligatos &c.

Caſus victoriæ. Salluſt. in Iugurtha, Igitur exercitu circũdato, ſumma vi Cirtham irrumpere nititur, maxime ſperans diducta manu hoſtium, aut vi aut dolis ſeſe caſum victoriæ inuẽturum. Eſperant que par quelque cas dauenture auroit victoire.

Caſus, Maleur, deſtruction. Virgil. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros, Et breuiter Troiæ ſupremum audire laborem.

Caſus, inquit Nonius, dicuntur etiam vocabulorũ formæ. quia in aliã atque aliã cadũt effigiẽ.

CATACLYSMVS cataclyſmi, m. g. Deluge & inundation deaue. Varro de re ruſtica, lib. III. cap. 1, Thebæ quæ ante cataclyſmon Ogygi cõditæ dicuntur, eæ tamẽ circiter duo milia annorum & centum ſunt.

CATADROMVS catadromi, m. g. Vne lice, Le lieu ou on court la lance pour ſe exerciter quant on faict des ioutes. Latine decurſorium ad verbum tranſferri poteſt. Trãquillus in Nerone, Nobiliſſimus eques Romanus elephanto ſuperſedens per catadromon decucurrit.

CATAGRAPHA catagraphorum, interprete Plinio, lib. 35. cap. 8, Obliquæ imagines. inquit enim, Hic Cimon Cleoneus catagrapha inuenit, hoc eſt obliquas imagines, & varie forma re vultus, reſpicientes, ſuſpicientéſve & deſpicientes.

CATALOGVS catalogi, m. g. Vne recitation, parolles ou vng cõpte de quelque choſe ſelon lordre quelle a eſte faicte. Plaut. in Milit. 10. 7, Nã bene cõſultũ, inconſultũ ſi ſit, inimicis vſu eſſe poteſt, ſi minus cũ cura, aut catalogo loquendi lectũ ſiet, Si on ne le prent auec ſoing, & ſi on ne le dict par ordre. Catalogus, Delectus militum vel aliarum rerum.

CATAMIDIO dias, catamidiare, Mithrer aucun & mettre a leſchelle pour eſtre moque de tous les paſſans, cõme ceulx qui ont pluſieurs femmes. Spartianus de cõſtitutionibus Hadriani principis loquẽs, Decoctores bonorũ ſuorum ſi ſuæ authoritatis eſſent, catamidiari in Amphitheatro & dimitti iuſſit. Id eſt deridendos omnibus per theatrũ præberi. à verbo græco catamidio, quod deridere & ludibrio habere ſignificat: vt id propemodũ ludibrij genus eſſe ſuſpicer quo polygami afficiuntur, id eſt qui multis vxoribus abutuntur, cum mithellati in ſcalario ſuggeſtu laſciuientis plebeculæ ſcurrilitates obaudire perfricta frõte ad aliquot horas coguntur, mithrare id appellant. Cui non diſſimile eſt illud quod traducere latine dicitur.

CATAPHRACTVS, m. g. Armé de pied en cap. Seru. in XI. AEneid. Cataphracti equites, qui & ferro muniti ſunt, & equos ſimiliter munitos habent. Sall. Et ſequebãtur milites cataphracti. Idem hiſt. lib. 4, Qui prægrediebantur equites cataphracti ferrea omni ſpecie.

Cataphracta cataphractæ, Vne piece darmure qui ſe met contre la poitrine, nõmee vne cuirace ou halcret. Vnde Vegetius ſcribit Romanũ exercitũ pedeſtrem cataphractis & galeis fuiſſe munitum. Et Liuius lib. XXXVII, pedites loricatos, cataphractos appellat.

Cataphractarij, Qui ne ſont armés que dung halcret deuant la poitrine. Lamprid. de Alexãd. Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant, decem milia in bello interemimus.

CATAPLASMA cataplaſmatis, n. g. Emplatre.

CATAPVLTA catapultæ, Inſtrumẽt de guerre pour ietter toutes ſortes de dars, fleiches, & telles choſes, en facon darbalettre. Plaut. in Capt. 13. 27, Nã meus eſt baliſta pugnus, cubitus catapulta eſt mihi. Idem in Curc. Atq; ita te torquebo vt catapultæ ſolẽt. Lucil. ſatyr. lib. 5, Cuſtodem claſſis catapulta inſtila ſariſſas. Siſenna hiſtor. lib. 3. Propterea catapultas decẽ & nouẽ: baliſtas vigintiquatuor, plauſtra corijs ac minoribus ſagittis onuſta. Varro de vita pop. Ro. lib. 3, Nã poſtea eſt C. Lutatio cõſuli ad ægatis inſulas cũ ipſe catapulta ict⁹ eſſet

Catapultariũ pilum: Genus teli quod catapulta mittebatur in hoſtes. Plaut. in Curc. 15. 11, E.

te hodie faciam pilum catapultarium, atque ita te neruo torquebo itidem vt catapultæ ſolent.

CATARACTA cataractæ, f.g. Et hic catarectes maſculino genere reperitur, fores pẽdulæ ex ligno ferróve, quæ demitti ac tolli pro volũtate cuſtodũ poſſunt, cataractæ dicũtur pons leuis. Liuius, Porta cataracta deiecta clauſa erat. Eas partim funibus ſubducũt in tãtũ altitudinis, vt ſubire recte poſſent. Dictæ cataractæ, quòd ex alto defluere videãtur. Græci enim καταῤῥέειν defluere dicũt. Vnde cataractæ etiã appellãtur è terra exeũtes aquæ, & ita ex alto defluentes vt ruere potius, quàm defluere videantur, qualẽ Tyburi cernimus Anienem, & quales eſſe in AEgypto Nili cataractas legimus. Item loca ipſa è quibus exeunt, cataractæ dicũtur. Vnde in maximis imbribus apertas eſſe cæli cataractas dicere ſolemus.

Cataractæ, aues quæ Diomedeæ vocantur. Plin. li. x. cap. xlviii, Nec Diomedeas præteribo aues: Iuba cataractas vocat: & eis eſſe dẽtes, oculóſq; igneo colore, cætera cãdida tradẽs.

CATASTA cataſtæ, f.g. Locus vbi venales ſerui exponebantur. Tibullus, Nota loquor, regnum ipſe tenet quem ſæpe coegit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.

Cataſta, machina lignea qua ſerui vincti tenebantur. Vng ceps. Plin. Tandẽ in cataſta videre Chryſogonum Syllæ.

CATELLVS catelli, m.g. diminutiuũ à diminutiuo catulus, Vng petit chat. Plau. in Aſin. 12.103, Dic igitur me te anaticulã, columbã, vel catellũ, hirũdinem &c. Idem in Stich. 10.40, Vel inter cuneos ferreos tantillũ loci vbi catellus cubet, id mihi ſat eſt loci. Varro, Quare meliuſculæ curæ cõſuetudinis puerilis illorũ qui ſuis catellis miniſtrant quod edant.

CATELLA catellæ, f.g. vel catellũ catelli neutri, diminutiuum à catena, Vne petite chaine. Plaut. in Curc. 15.13, Delicatum te faciam cum catello vt accubes ferreo.

CATENA catenæ, f.g. Vne chaine.

CATERVA cateruæ, f.g. Proprie Gallorum legio, ſicut Phalanx Macedonũ, quæ certo numero conſtat. Nam authore Vegetio, in caterua erant ſena militum milia.

Caterua, Vne multitude, vne bande de genſdarmes ou autres gens.

Cateruatim, aduerbium, par bandes, par aſſemblees.

Cateruarij, Qui ſont aſſemblés par bandes, ou par monceaulx.

CATILLONES guloſos dicebant antiqui, authore Feſto Pompeio.

Catillo catillas, Gourmãder. Plaut. in Caſin. 12.22, Operã vxoris polliceor foras, quaſi catillatum: flagitium hominis, qui dixit mihi ſuam vxorem hãc arceſſitura eſſe, ea ſe eã negat morarier. Il ſemble a veoir que iaye promis que ma femme liroit aider comme pour gourmander.

Catillatio graue opprobrium obijciebatur hominibus generoſis, ſi qui prouincias amicas populi Romani expoliaſſent, quod eorum bona liguriſſe viderentur. Feſtus Pompeius.

CATINVS catini, m.g. vel catinũ catini, neutro ge. Vng plat, ou eſcuelle. Varro de re ruſt. li. 1. cap. 63, Tuẽdi cauſſa promendũ id frumẽtũ, quod curculiones exeſſe incipiũt: id enim cũ prõptũ eſt, in ſole ponere oportet aquæ catinos, quòd eò cõueniũt, vt ipſi ſe necẽt curculiones. A capiendo catinum nominauerunt. niſi quòd Siculi dicunt κάτινον, vbi aſſa ponebãt. Varro de lingua lat. lib. iiii, Catini interiecti, Entremets que on ſert ſur table.

CATOBLEPAS catoblepæ, f.g. Genus feræ eſt modicæ, cuius qui oculos vidêre, ſtatim expirant: vt ſcribit Plinius lib. viii, cap. xxi.

CATOPYRITES catopyritæ, f.g. gẽma quæ ex Cappadocia venit. Plin. lib. 37. cap. 10.

CATVS cati, m.g. Vng chat.

Catulus catuli, diminutiuum, Vng petit chat.

Catulus, Les petis de quelque beſte que ſe ſoit, ſoit ſauuage ou priuee.

Catuli colubri. Virg. Catulos tectis atque oua relinquens.

Catuli leonum. Plin. Raptor appropinquante tigridis fremitu abijcit vnum ex catulis.

Catuli ſimiæ. Plin. Simiæ geſtant catulos quos manſuefactæ intra domos peperere.

Catuli murium. Plin. Murium quoque catuli oſtentum faciunt.

Catuli canum. Plin. lib. 29. cap. 4, Catulos lactentes adeò puros exiſtimabant ad cibũ, vt etiã placandis numinibus hoſtiarum vice vterentur his.

Catuli delphinũ. Plin. Delphines agũt verè cõiugia, pariũt catulos decimo mẽſe æſtiuo tẽpore.

Catuli lacertarũ. Plin. Quoniã huic animali nulla eſt memoria: itaque catuli per ſe erumpũt.

Catulin⁹ a, um, Chair des petis ieunes de quelque beſte que ſe ſoit. Catulina, Chair dung petit ieune chien nouueau ne. Plin. lib. 29. cap. 4, Genito mane catulo res diuina fit, & in cœnis deorũ etiãnũ ponitur catulina. Adijcialibus quidẽ epulis celebrẽ fuiſſe, Plauti fabulæ ſunt indicio.

CATVS pro cauto homine. Vide CAVTVS.

CAVVM caui, n.g. Vel cauus caui, Vng trou ou creux dedẽs lequel les oyſeaux font leur nid, ou les ſouris. Horat. in epiſtolis, Macra cauũ repetas arctum quẽ macra petiſti. Plin. Multo

tamen efficaciſſime ripariarum pulli, ita vocant in riparum cauis nidificãtes. Cato de re ruſtica, Ita neque aſpergo nocebit, neque mures caua facient, neque herba naſcetur, neque lutamenta ſcindent ſe.

Cauus caua cauum, Vne choſe creuſe, vuyde, cauee. Virg. Tum dea nube caua tenuem ſine viribus vmbram.

Cauus, Vng lieu creux en terre, cõme vng trou, ou vne taniere. Varro, Facere his cauos oportet laxiores vbi pullos parere poſſint. Columella, lib. xii, Deinde cauum quẽ feceris, ſuculo obturato.

Cauædium cauædij, n. g. Erat intra parietes locus tectus & patulus ad vſum omnium maxime ſalutantium relictus. nam & non inuitati illuc commeare poterant. Plin. epiſt. 41. c, Vndique valuas atque feneſtras non minores valuis habet, atque à lateribus à fronte quaſi tria maria proſpectat. à tergo cauædium, porticum, aream, porticum rurſus, mox atriũ, ſyluas & longinquos reſpicit montes.

Caua ædium, diſiunctum protulere Victruuius & Varro.

CAVO cauas cauaui, cauatum, cauare. Creuſer, vuyder la terre de quelque lieu, faire vng trou, fouyr. Plin. lib. 36, In Syphno lapis eſt qui cauatur, tornatúrque in vaſa coquendis cibis vtilia.

Cauea caueæ, f. g. Vne caue, vng lieu ſoub terre vuyde & obſcur.

Cauea, Cauerne ou ſe retirent les beſtes ſauuages. Apul. Beſtiam factum immittimus caueæ. Suet. Beſtiarum more quadrupedes cauea cohercuit.

Cauea, Vne cage a mettre les oyſeaux, ou vne voliere, vne cage a mettre les poulſins. Plaut. in Curc. 8. 78, Quia enim in cauea ſi forent concluſi itidẽ vt pulli gallinacei. Varro lib. iii. cap. v, In hoc tecto caueáque tabulata habeãt aliquot ad perticæ ſupplementũ. Contra hoc auiarium eſt aliud minus, in quo quæ mortuæ ibi ſunt aues, vt domino numerum reddat, curator ſeruare ſolet.

Cauea, area in medio theatri in qua equitũ ſubſellia cõſtituta eſſe cõſueuerũt, quod velis tecta, caueæ ſimilitudinẽ haberet. Plaut. in Amphit. 3. 66, Vt cõquiſitores ſinguli in ſubſellia eant per totã caueã ſpectatoribus, ſi cui fauitores delegatos viderint, vt his in cauea pignus capiatur togæ. Plin. ad Traian. Huic theatro multa debẽtur ex priuatorũ collationibus, vt baſilicæ circa, vt porticus ſupra caueã. Virg. Hic totum caueæ cõſeſſum. Cic. de ſenect. 44, Vt Turpione Ambiuio magis delectatur qui in prima cauea ſpectat: delectatur tamẽ etiam qui in vltima. Idem de Amicit. 24, Qui clamores tota cauea nuper in hoſpitis & amici mei M. Pacuuij fuerunt, noua fabula, cum ignorãte rege vter eorum eſſet Oreſtes, Pylades Oreſten ſe eſſe diceret &c.

CAVDA caudæ, f. g. La queue de quelque beſte que ce ſoit. Plin. lib. xi, cap. i, Caudæ præter hominem ac ſimias, omnibus ferè animalibus & oua gignentibus pro deſyderio corporũ.

CAVDEX caudicis, m. g. Le tronc dung arbre, a quoy tiennent les racines. Virg. Quin & caudicibus ſectis, mirabile dictu.

Caudex, per metaphoram, Vng homme hebete, lourdault, fol. Terent. in Heaut. 5. 1. 4, In me quiduis harum rerum conuenit, quæ ſunt dicta in ſtultũ, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus.

Caudex, pluriũ tabularum contextus. Vnde tabulæ caudices dicũtur, & naues quibus cõmeatus ſubuehuntur, caudicariæ ſiue codicariæ appellãtur. Vnde Appius Claudius, caudex cognominatus eſt, quoniã primus Romanis perſuaſit nauem conſcendere. Seneca de breuitate vitæ, Claudius is caudex fuit ob hoc ipſum appellatus, quia plurium tabularum contextus caudex apud antiquos vocatur.

Caudeus caudea caudeum, Qui eſt faict dung tronc darbre. Plaut. in Rudente, 14. 65, Ciſtellam iſtic ineſſe oportet caudeam in iſto vidulo.

Caudicalis & hoc caudicale, Choſe appartenant au tronc. Plaut. in Pſeudolo, 4. 25, Te cum ſecuri caudicali præficio prouinciæ. Vne congnee a coupper troncs.

Caudicariæ naues, ex tabulis craſſioribus factæ. Feſtus Pompeius.

CAVEO caues, caui, cautũ, Cauere, Varie cõſtruitur pro varijs, quas habet, ſignificationibus.

Caueo, datiuo, Se dõner de garde, fuyr & euiter. Plaut. in Caſina, 20. 15, Heus tu, malo, ſi ſapis, cauebis. Si tu es ſage, tu te garderas dauoir quelque mal. Idem in Bacch. 2. 39, Omitte Lyde, ac caue malo. L. quid caue malo? Idem in Perſa, 10. 41, Malo cauere melius eſt te. P. at ſi non licet cauere, quid agam?

Cauere datiuo, Prouuoir a aucun que quelque mal ne luy aduienne. Cic. ad Appium, Melius enim ei cauere volo, quàm ipſe alijs ſolet.

Cauere alicui: Eſt cõſultori ſuo rationẽ præſcribere, formulámque dictare paciſcendi aut cõtra

hendi,& monitis conſilióque inſtruere ne conditionem ſuam deteriorem faciat. Conſeiller & dire la maniere a aucun dappointer a aucun ou de proceder en iuſtice,& mener proces, laduertir cõment il peult perdre ſon proces ſil ne ſe garde. Cicero in præfatione Topicorum,qui ad Trebatium ſcribit iuriſconſultum,Etenim cũ multis meis multa ſæpe cauiſſes, veritus ſum ne ſi ego grauarer,aut ingratum id,aut ſuperbum videretur.

Cauere,accuſatiuo,Fuyr & euiter,ſe donner garde que aucũ ne face mal. Plaut. in Capt. 6. 5, Qui cauet ne decipiatur,vix cauet quem etiam cauet:etiam cũ cauiſſe ratus eſt,ſæpe is cautor captus eſt. Suet. in Galba,Caueret periculum. Terent. in Eunucho,4.6.23. Quod cauere poſſis,ſtultum eſt admittere.

Cauere,accuſatiuo,Empeſcher,engarder,deſtourner. Plaut. in Epid. 8.23, Nunc cautorẽ mihi dedit ad hanc rem Apoeciden: is apud forum manet me,quaſi qui amare te caueat.

Cauere,datiuo & accuſatiuo. Plaut. in Bacch. 1.10, Hæc ita me orat,ſibi qui caueat, aliquẽ vt reperiam hominem:iſtoc milite vt vbi emeritum ſibi ſit,ſe reuehat domũ:id,amabo te,huic caueas. P. quid iſti caueam? Ie te prie que tu luy prouuoies dung qui la remeine.

Cauere,ablatiuo,cũ præpoſitione à vel ab. Soy deffendre, ſoy garder de quelcun que mal ne face. Plaut. in Aſin. 3.107, Nõ eſſe ſeruus peior hôc quiſquã poteſt,nec magis verſutus,nec quo ab caueas ægrius. Idem in Pſeud. 3.127, Nunc nequis dictũ ſibi neget, dico omnibus præſenti pube,in concione,omni populo,omnibus amicis,notiſque edico meis,in hunc diẽ à me vt caueant,ne credãt mihi. Quils ſe donnent garde de me croyre. Ibidem,7.59,Hercle quin vt tu prædicas,cauẽdum eſt mihi abs te irato. Terent. in Eunucho,5.2.44, Tum pol tibi ab iſto hera cauendum intelligo.

Cauere ſibi ab aliquo, Prendre deſcharge & aſſeurance daucun qui demande argent ou autre choſe au nom dung autre, de paour que iceluy a qui eſt largent ne le redemande. Prendre caution. Cicero in Bruto, At verò, inquam, tibi ego Brute non ſoluam, niſi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem, cuius petitio ſit, petiturum. Si tu ne me fais vne deſcharge comment perſonne ne men demandera iamais rien: Idem in Verrẽ, actione III, Epicratem conueniunt: demonſtrant, id quod ille ſciebat, ſe ſeſtertia octoginta dediſſe: rogant eum vt id quod ab ipſis abeſſet pecuniæ, curet: ab ſeſe caueat quemadmodum velit, de illa hæreditate cum Epicrate neminem eſſe acturum. Id eſt arbitrio ſuo ab ſe cautionem exigat. Quil leur demande telle deſcharge qui luy plaira.

Cauere ſibi obſidibus ab aliquo, pro obſides exigere dicebant, Prendre en oſtage: & Cauere alicui obſidibus, Bailler oſtages. Cæſar lib. VII. de bello Gallico, Et quoniã in præſentia obſidibus cauere inter ſe non poſſent, ne res efferretur, vt iureiurãdo ac fide ſanciatur, petũt. Ils ne pouoient bailler reſpondant ou pleige les vngs aux autres.

Cauere capite: Eſt capitis periculo ſe obſtringere. Plin. lib. XXXIIII, AEtas noſtra vidit in Capitolio priuſquã id nouiſſime conflagraret à Vitellianis incenſum, in cella Iunonis canẽ ex ære, vulnus ſuum lambentem: cuius eximium miraculum, & indiſcreta veri ſimilitudo, non ex eo ſolum intelligitur, quòd ibi dicatus fuerat, verum & noua ſatiſdatione. nam nulla ſumma par videbatur. capite tutelarios cauere pro eo, inſtituti publici fuit. Ceſtoit lordõnance que ceulx qui en auoient la charge ſobligeoient corps & biens a le garder.

Cauere ne. Plaut. in Captiuis, 5.5, Qui cauet ne decipiatur, vix cauet quem etiam cauet. Qui ſe garde deſtre deceu. Terent. in And. 2.6.13, Cauit ne vnquam infamiæ ea res ſibi eſſet, vt virum fortem decet. Idem in Heaut. 2.2.6, Etiam caues ne videat forte hinc te à patre aliquis exiens. Plaut. in Amphit. 10.63, Cauiſſe oportuit ne diceres.

Plaut. in Aulul. 5.25, Atque etiam hoc prædico tibi, ſi bona fortuna veniat, ne intromiſeris. S. pol ea ipſa credo ne intromittatur cauet. Vrayemẽt elle ſe donnera bien garde dy entrer.

Cauere vt. Plaut. in Bacchid. 1.10, Quid iſti caueã? B. vt reuehat domũ. Que luy pouruoiray ie? Dun qui la remeine en la maiſon.

Cauere quid faciendum. Plaut. in Merc. 23.14, Pol nũquam caui quid facerem: vix viuus ſum miſer. Iamais ie ne prins garde a ce que ie faiſoie.

Cauere, abſque cõiunctione ne. Plaut. in Amphit. 7.50, Caue quicquam, niſi quod rogabo te, mihi reſponderis. Idem in Trucul. Caue niſi quod te rogo, niſi ea quæ exquiro. Idem in Aululari a, 18.11. Caue tu illi fidelis quæſo potius fueris, quàm mihi. Idem in Caſin. 23.3, Cauebunt qui audierint faciant. Terẽt. in Heaut. 1.2.13, Caue faxis, non eſt opus pater. Ibidem, 5.4.8, Caue poſthac, ſi me amas, vnquã iſtuc verbũ ex te audiã. Cic. de Amic. 8, Quamobrẽ caue, Catoni anteponas ne iſtum quidem ipſum quem Apollo, vt ais, ſapientiſſimum iudicauit.

Caueri paſſiue. Cic. Seruio Sulpitio, Quæ eſſet tua in hoc peſtifero bello cauendo & prædicẽdo ſententia. Eidem, Cætera quæ quidem prouideri poterunt, cauebuntur. Eidem, O hominem cauendum mihi. Eidem, Fidẽ vobis habendam non eſſe, me vero cauendum.

Cautum eſt. Plaut. in Captiuis, 6.3. Pol tibi ne quæſtioni eſſemus, cautum intelligo, Ita vinculis, cuſtodiiſque circũmuniti ſumus, Ie voy bien que tu as pourueu que tu ne nous cherchaſſe point, veu que tu nous as ainſi lie.

Cautio cautionis, f.g. Prudẽce & ſageſſe de ſauoir ſe deſtourner du mal, & le fuyr, vne pourueãce. Cic. lib. 1111, Tuſc. Quoniámque vt bona natura appetimus, ſic à malis natura declinamus: quæ declinatio, quum ratione fiet, cautio appellatur, eáque intelligitur in ſolo eſſe ſapiente. Idem de Oratore, li. 11, Neque illa mihi cautio & timiditas in cauſſis, propter præſtantẽ prudentiam Craſſi, negligenda eſt.

Cautio eſt, Id eſt cautione opus eſt, inquit Donatus, Il ſe fault donner de garde, & pouruoir. Plaut. in Pſeud. Ne quiſquã pertundat crumenam, cautio eſt. Idem in Pœnulo, 5.36, Nũc mihi cautio eſt ne mea ipſe culpa meo amori obiexim morã. Terẽt. in And. 1.3.26, Puerum autẽ ne reſciſcat mihi eſſe ab illa, cautio eſt. Idem in Adelph. 3.3.67, Hi mihi ne corrumpãtur cautio eſt. Cic. de Amicitia, 67, Omnino omniũ horũ vitiorũ atque incõmodorũ vna cautio eſt atque vna prouiſio, vt ne nimis cito diligere incipiamus, néve indignos. Il ya vne pourueãce quil fault auoir pour ſe garder de tous ces vices & incõueniãs, ceſt que &c.

Cauto eſt opus, Il fault prendre garde, Il fault bien auiſer. Plaut. in Capt. 5.33, Nã ſi herus mihi es tu, atque ego me tuum eſſe ſeruum aſſimulo, tamen viſo opus, cauto eſt opus, vt ſobrie, ſinéque arbitris accurate hoc agatur, docte & diligenter.

Cautus, cauta, cautum, Qui eſt prudent, & ſaige, qui ſcet ſe donner de garde, & pourueoir a ſes affaires. Plaut. in Pſeudolo, Egóne patri ſurripere poſſim quicquã cauto ſeni? Terentius in Phormione, 4.5.3, Vt cautus eſt, vbi nihil opus eſt.

Cautior res. Cic pro Cecilio, Quo res mulieri eſſet cautior. Affin que la choſe fut plus aſſeuree pour la femme.

Catus. Idem quod cautus. Plaut. in Moſtell. Equidem pol miror tam catam, tam doctam te, & bene doctam, non ſcire, & tam ſtulte facere. Cic. lib. 2. Tuſc. Sed homo catus nũquam terminat nec magnitudinis nec diuturnitatis modum.

Catum cõſilium, Vng prudent conſeil, bien auiſé. Plaut. in Epid. 5.74, Si æquum ſiet, me plus ſapere quàm vos, dederim vobis conſilium catum, quod laudetis, vt opinor, vterque.

Caute, aduerbium, Finement, prudemment. Plaut. in Curcul. 2.32, Quid iſtuc eſt? PA. cautè vt incedas via. Queſt ce que tu veulx dire? Que tu chemines prudẽment, que tu ailles ſagemẽt en beſongne. Idem in Trinum. 6.45, Adoleſcẽti huic genere ſummo, amico atque æquali meo, minus qui caute atque cogitate ſuã rẽ tractauit pater, bene volo ego illi facere, ſi tu nõ abnuis.

Cate idem quod caute. Plaut. in Menæhmis, 4.20, Sic decet dari, facete verba, cuſtodi cate. Ibidem 9.55. Prò Iuppiter, nunc iſtæc mulier illinc venit, quæ te nouit tam cate. Laquelle te cognoit ſi bien. Catum enim veteres, acutum dicebant, teſte Varrone de lingua latina.

Cautim aduerbium, idem. Terent. in Heaut. 4.8.30, Næ tu propediem (vt iſtã rem video) iſtius obſaturabere: ſed hæc ita vt ſunt, cautim & paulatim dabis, ſi ſapies.

Cautor cautoris, m.g. Qui ſe donne de garde, qui pouruoit que on ne luy face quelque mal. Plaut. in Capt. 6.6. Qui cauet ne decipiatur, vix cauet quem etiam cauet: etiam quum cauiſſe ratus eſt, ſæpe is cautor captus eſt.

Cautor, Qui prẽt garde a quelque affaire ou beſongne. Plau. in Epid. 8.21, Nũc cautorẽ mihi dedit ad hãc rẽ Apoeciden: is apud forũ manet me, quaſi qui amare te caueat. haud male: iam cautor ipſe captus eſt. Il a baille la charge de prendre garde ſur moy queſt ce que ie feroye.

Cautor alieni periculi, Solliciteur, qui prent garde que quelque danger naduienne a aucun. Cic. pro P. Sextio, At ille ſceleratiſſimus, ex omnium ſcelerũ colluuione natus, parum ſe fœdus violaturum arbitratus, niſi ipſum cautorem alieni periculi ſuis proprijs periculis terruiſſet, hanc tetram immanémque belluam vinctam auſpicijs &c.

Cautor formularum iuriſperitus, Qui eſt ſtillé en la pratique, qui ſcait dicter vng inſtrument ou acte ſelon le ſtille. Apud Ciceronem in tertio de Oratore.

CAVIARES hoſtiæ dicebãtur & cauæ. erant enim partes hoſtiæ caudæ tenus, quæ in ſacrificio pro collegio pontificum quotannis ponebantur. Feſtus Pompeius.

CAVILLA cauillæ, f.g. & cauillum cauilli, n.g. Vne moquerie, ſornette, brocard. Plaut. in Aulul. 20.10, Pone hoc ſis: aufer cauillam, non ego nunc nugas ago.

Cauillatio cauillationis, Idem. Plau. in Truc. 14.12, Quid id eſt ámabo? iſtęc ridicularia, cauillationes vis opinor dicere, ita vt pauxillum differat à cauillis. Cic. lib. 11. de orat. Cum duo ſint facetiarum genera, alterum æqualiter in omni ſermone fuſum, alterum peracutum & breue: ſuperior cauillatio, altera dicacitas nominata eſt. Suet. in Veſpaſ. Et maxime tamen dicacitatem in deformibus lucris affectabat, vt inuidiam aliqua cauillatione dilueret, tranſferrétque ad ſales.

Cauillatio, Eſt etiam vt inquit Caius iureconſultus, ſubdola ratio, quam conſcij nobis mendacij, vincendi tamen cauſſa proferimus. Vlpianus, Cauillationis natura, quam Græci ſophiſticem appellauerunt, hæc eſt, vt ab euidenter veris, per breuiſſimas mutationes diſputatio perducatur.

Cauillor cauillaris, cauillari, Cauillum dicere. Cic. lib. 1111, de natura deorum, Atque etiam in eo cauillatus eſt ætate grauem eſſe aureum amiculum, hyeme frigidum.

CAVLA caulæ, f.g. Eſtable a brebis.

CAVLIS huius caulis, m.g. Le tronc de quelque herbe, comme dung chou, & autres. Plin. lib. 19. cap. 8, Eſt autem ſatiuis differentia in folio denſo, criſpo, aut rariore, & leuiore: item caule tenuiore ac craſſiore. & caulis aliorum candidus eſt, aliorum purpureus, aliorũ varius. Idem lib. 18. cap. 7, Varro quaternouenis diebus fruges abſolui tradit, & menſe nono meti. fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt, nullis diſtinctũ internodijs. reliqua legumina ſurculoſa ſunt. Ex his ramoſa, cicer, eruum, lens. quorundam caules ſparguntur in terrã, ſi non habeant adminiculum, vt piſorum. Varro, Ex ſarmento caules qui nati ſunt de ijs qui plurimum valent, primum ac ſecundum, nõnunquam etiã tertium relinquere, reliquos decerpere. Caulis quãdoque pro cauda ponitur. Plin. lib. x 1. cap. L. Boũ caudis longiſſimus caulis, atque in ima parte hirtus. Idem, Aſinis longior quàm equis, ſed ſetoſus veterinis.

Cauliculus cauliculi, m. g. Vng petit tronc de quelque choſe que ce ſoit. Plin. Hic eſt quiddam ipſorum caulium delicatior, teneriórque cauliculus.

Cauleſco caulescis, caulescere, Deuenir & croiſtre en tronc. A quo decauleſco compoſitum, quo Plinius vtitur.

CAVNEAE caricæ, Ex Cauno inſula aduectæ. Cicer. lib. 2. de diuinatione, Cũ Marcus Craſſus exercitũ Brunduſij imponeret, quidã in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat. Plin. lib. 15. cap. 19, Ex hoc genere ſunt, vt diximus, coctana, & caricæ, quæque cõſcendẽti nauim aduerſus Parthos omen fecêre M. Craſſo, venales prædicãtis voce Cauneæ.

CAVPO cauponis, cõmunis generis, Tauernier, ou rotiſſeur, celuy qui vent pain, vin, chair, ou autre choſe. Vlpianus, Caupones & ſtabularios.

Caupona cauponæ, Vne tauerne, ou vne tauerniere.

Cauponula cauponulæ, f.g. diminutiuum, Petite tauerne, cabaret. Cic. Philipp. 2, Cũ hora diei decima ferè ad ſaxa rubra veniſſet, delituit in quadam cauponula, atque ibi ſe occultans, perpotauit ad veſperum.

Cauponius cauponia cauponiũ, Qui appartiẽt a vng tauernier. Plaut. in Pœnulo, 19. 19, Quid hoc eſt conduplicationis? quæ hæc congeminatio? quis hic eſt homo cum tunicis longis, quaſi puer cauponius? Iuſtin. lib. 1. Iuſſitque cauponias & ludicras artes & lenocinia exercere.

Cauponor. cauponaris, cauponari, Vendre chair, vin, pain & autres viandes pour gaigner ſa vie. Ennius, Nõ cauponãtes bellum, ſed belligerantes: Ferro, non auro vitam cernamus vtrique.

CAVSIA cauſiæ, f.g. Quelque grãd chappeau de feutre ou autre choſe pour garder du ſoleil. Plaut. in Milite, 16.40, Tu illico facito vt venias ornatu huc naucleriaco, cauſiam habeas ferrugineã, culturam ad oculos laneam. Valerius Max. li. v. Quemadmodũ Antigonus caput Pyrrhi texit cauſia, qua velatum caput more Macedonũ habebat. Plaut. in Perſa, 4.73, Lepide hercle dicis: ſed ſcin' quid facias? cape tunicam atque zonam, & chlamydem afferto, & cauſiam quam ille habeat qui hanc lenoni huic vendat.

CAVSA, vel potius Cauſſa geminato ss, vt Virgil. & Ciceronẽ ſcripſiſſe affirmat Quintilian⁹.

Cauſſa, La cauſe, ou proces daucun. Cicero M. Catoni, Cuius etiam interitum, vt facile intelligerem, mihi quantum tribueres, Milonis cauſſa in ſenatu defendenda approbaris.

Cauſſa, Laffaire, la charge, le fais. Plaut. in Aſinaria, 10. 17, Quin pol ſi repoſui remũ, ſola ego in caſteria vbi quieſco, omnis familiæ cauſſa conſiſtit tibi. Toute la charge de la famille eſt aſſiſe ſur toy.

Cauſſam aliquam accipere, Prendre la charge de quelque proces, debat, ou affaire. Terent. in prolog. Hecyræ, 55, Mea cauſſa cauſſam hanc accipite, & date ſilentium, vt lubeat ſcribere alijs, mihique vt diſcere nouas expediat poſthac.

Cauſſam accipio pro accipio excuſationem. Cic. in epiſtolis, Si ob eam rẽ moraris, accipio cauſſam. Si pour cela tu demeures, ie te tiens pour excuſe.

Cauſſa adempta quamobrem. Terent. in And. 5.1.18, Vbi ea cauſſa, quamobrem hæc faciũt, erit adempta his, deſinent, Quant loccaſion qui leur faict faire cecy, leur ſera oſtee.

Cauſſa cadere, Vide, Cadere cauſſa. Cicero ad Trebatiũ, Quòd ſi ſcribere oblitus es, minus multi, iam te aduocato cauſſa cadent. Idem pro L. Murena, Etſi turpe exiſtimas te aduocato illum ipſum quem contra veneris, cauſſa cadere: noli tam eſſe iniuſtus vt cũ tui fonteis vel inimicis tuis pateant, noſtros etiam amicis putes clauſos eſſe oportere.

Cauſſam capere, Prendre occaſion. Terent. in And. 1.3.8, Si ſenſerit, perij: aut ſi libitũ fuerit, cauſſam ceperit, quo iure quaque iniuria præcipitem me in piſtrinum dabit.

Cauſſam dicere, Se deffendre en iuſtice, & alleguer ſes raiſons, Reſpondre a ce de quoy on eſt chargé. Plaut. in Amphit. 4.5, Quid faciam nunc, ſi treſuiri me in carcerem compegerint? inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum? nec cauſſam liceat dicere mihi, neque in hero quicquam auxilij ſiet? Idem in Rudente, 20.28, In iure cauſſam dicito, Hic verbũ ſat eſt, ſequere. Curtius lib. v 1, Amyntas vinculis exẽptus vt defenſionem ordiretur, ita inquit, Sine præiudicio cauſſam dicimus. Plin. lib. 7, Itaque ſit ꝓprium Catonis quater & quadragies cauſſam dixiſſe: nec quenquã ſæpius poſtulatum, & ſemper abſolutũ. Cic. in Verrem, actione vltima, Quod poſteaquam iſte cognouit, rationẽ hanc cœpit habere: cauſſam ſibi dicẽdam eſſe ſtatuerat. Et in Vatinium, Quæro ex te Vatini, num quis in hac ciuitate poſt vrbem conditã tribunoſpl. appellauit ne cauſſam diceret? Idem pro Aulo Cluentio, Quapropter hoc Bulbi iudicium non plus obeſſe huic cauſſæ debet, quam illa quæ commemorata ſunt ab accuſatore, duo iudicia, P. Popilij, & T. Guttæ, qui cauſſam de ãbitu dixerunt. Qui ont reſpondu aux charges quon leur mettoit ſus dauoir par argent ſollicité & brigue aucuns eſtas.

Cauſſam dicere ex vinculis, Tenir priſon pendant le proces. Liuius lib. 1x, ſecũdi belli Punici, Sententiã denique æque trucem orationi adiecit, Pleminium legatũ vinctum Romã deportari ſolere, ex vinculis cauſſam dicere: ac ſi vera forent quæ Locrenſes quererẽtur, in carcere necari oportere. Id eſt, interim dũ quæſtio criminis peragitur, in carcere vinctum eſſe.

Cauſſæ dictio. Cæſar lib. 1. de bello Gallico, Moribus ſuis Argentorigem ex vinculis cauſſam dicere coegerunt: damnatum pœnã ſequi oportebat, vt igni cremaretur. die conſtituta cauſſæ dictionis, Argẽtorix omnẽ ſuam familiam hominũ milia decem vndique coegit: per eos ne cauſſam diceret ſe eripuit. Le iour ordonne pour plaider ſa cauſe, pour dire ſes deffenſes.

Cauſſam dicere, Contredire, aller a lencõtre. Plaut. in Milite 22.33, Si poſthac te prehendero hic, arcebo teſtibus. PY. cauſſam haud dico. Ien ſuis contant, ie ne le refuſe pas. Idem in Captiuis, 11.94, Hoc ſi ſecus reperies, nullam cauſſam dico, quin mihi & parentum & libertatis apud te deliquio ſiet. Cic. pro Quintio, Nonis februarijs Romæ fui, cauſſæ nihil dicimus quin tibi vadimonium promiſerit. Terẽt. in Phorm. Cauſſam non dico quin quod meritus eſt ferat. Ie ne veulx empeſcher, ou ie ne me veulx pas oppoſer quil ne ſoit puni, cõme il a merite.

Cauſſa eſt. Plau. in Rudẽt. 24.26, Ni iſtũ cepi, nulla cauſſa eſt quin me cõdones cruci Ie ne te contredis point, ie ſuis contant que tu me crucifie. Idem in Capt. 6.103, Num quæ cauſſa eſt quin ſi ille huc non redeat, viginti mnas mihi des pro illo? Peus tu alleguer aucune raiſon, que tu ne me doiues bailler pour luy vingt mines ſil ne retourne icy? Idem in Caſina, 25.24, Si ego vnquam adeò poſthac tale admiſero, nulla cauſſa eſt quin pendentem me vxor virgis verberes. Cicero de lege Agraria, Si doceo illa quæ dixi, nunquid cauſſæ eſt Quirites quin illa criminatione, qua in me abſentem vſus eſt, non ſolum meam, ſed etiã veſtram diligentiam prudentiámque deſpexerit? Id eſt, num inficiari ille poteſt?

Cauſſa eſt tibi de hac re. Terẽt. in Hecyra, 4.4.3, Tibi quoque ædepol ſum iratus Philumena grauiter quidem. nam hercle abs te factum eſt turpiter: etſi tibi cauſſa eſt de hac re, mater te impulit, huic verò nulla eſt. Ia ſoit que en ceſte affaire tu aies ta defenſe, ou que tu puiſſes dire pour ta deffenſe que ta mere ta incite a ce faire.

Nunquid cauſſæ eſt. Plautus in Milite, Nunquid cauſſæ eſt illico, quin te in piſtrinum dedam, Le veulx tu empeſcher, le veulx tu refuſer.

Cauſſæ nihil eſt. Cic. pro Quint. Cũ in altera re cauſſæ nihil eſſet quin ſec⁹ iudicaret ipſe de ſe.

Cum cauſſa facere. Ne faire pas ſans propos, ſans raiſon. Cice. ad Quint. fratrem lib. 1. Certè enim ſcio te feciſſe cum cauſſa.

Cauſſa nulla eſt, Il ny a nulle occaſion. Cic. de Aruſpic. reſponſis, Fuit in his omnibus cauſſa, etſi non iuſta (nulla enim poteſt cuiquã male de rep. merẽti iuſta eſſe cauſſa) grauis tamẽ & cũ aliquo animi & iuris dolore coniuncta. Plaut: in Aulul. 5.14, Extingui volo, ne cauſſæ quid ſit quo te quiſquam quæritet. Terent. in Phorm. 1.1.16, Puer cauſſa erit mittundi.

Cauſſa, eſt ſtatus & conditio, Leſtat, la condition. Cicer. pro Marcello. Vehemẽter angebar cũ viderem virum talem qui in eadem cauſſa in qua ego, fuiſſet, non in eadem eſſe fortuna, Ieſtoies marri que le perſonaige qui eſtoit en leſtat que ieſtoye, ou qui auoit ſuiuy tel parti que moy. &c.

Cauſſa pro partibus, Le parti. Cicer. in epiſtola ad Cariſtium, Hunc ego à Cæſare liberaui, frequens enim fuerat nobiſcum, atque etiam diutius in cauſſa eſt quàm nos commoratus, Il a ſuiuy plus longuement le parti de Pompee.

Cauſſa eſt, Il y a cauſe, raiſon. Terẽt. in Eunucho, 3.5.27, Rogas? viderem, audirem, eſſem vnà quacum cupiebam Antipho. Nũ parua cauſſa aut parua ratio eſt? Te ſemble il quil y ait peu de cauſe ou de raiſon? Idem in Heaut. 2.3.95, Quid eó? s. longũ eſt Clitipho ſi tibi narrẽ quamobrem id faciã. vera cauſſa eſt. Idem in Eunucho, 1.2.65, Multæ ſunt cauſſæ quamobrem cupio abducere. Il y a beaucop de cauſes pour leſquelles ie la deſyre emmener. Idem in Adelph. 4.1.15. Sed ſi hic pernocto, cauſſæ quid dicã Syræ? Quelle raiſon en pourray ie alleguer? Idem in And. 3.4 21, Quid cauſſæ eſt quin hinc in piſtrinum recta proficiſcar via? Qui eſt la cauſe qui mempeſche que &c. Plautus in Sticho, 4.53, Dicã auctionis cauſſam, vt animo gaudeant. Cic. de Amicitia, 44, Quamobrem ſi cadit in ſapiẽtẽm animi dolor, qui profecto cadit, niſi ex eius animo extirpatam humanitatem arbitremur: quæ cauſſa eſt vt amicitiam funditus tollamus è vita, ne aliquas propter eam, ſuſcipiamus moleſtias?

In Cauſſam deſcẽdere, Se adioindre a la cauſe, a quelque affaire, au proces. Cic. ad Atticũ lib. VIII, Quo minus mirere ſi inuitus in eam cauſſam deſcẽdo, in qua neque pacis, neque victoriæ ratio quæſita ſit vnquam, ſed ſemper flagitioſæ & calamitoſæ fugæ.

Cauſſam deferre ad aliquẽ, Raconter quelque affaire a vng aduocat ou conſeillier, & luy bailler par memoire, pour la dire en plaidoiant. Cic. in Verrẽ, Reliqua eſt cauſſa iudices, nõ iam recepta, ſed innata: non delata ad me, ſed in animo ſenſúque meo affixa atque inſita.

In cauſſam ſe dimittere, Se entremeſler de laffaire. Cic. epiſtola decima li. ſeptimi ad Attic. Acquieſco enim, & tuas volo elicere literas, maximeque conſilium quid agã, aut quo me pacto geram, dimittámne me penitus in cauſſam, Si ie me dois entremeſler de laffaire, & du tout ſuiure le parti de Pompee.

Cauſſa ea. Terent. in Hecyra, 3.2.14, Iam ea te cauſſa maxime huc nunc introire nolo. Pour ceſte cauſe ou raiſon: ie ne veulx point que tu entres icy.

Cauſſa fit. Plaut. in Mercatore, 20.6, Vxor viro ſi clam domo egreſſa eſt foras, viro fit cauſſa, exigitur matrimonio. Elle baille occaſion a ſon mari.

Cauſſas fingere, Controuuer quelque raiſon. Terent. in Eunuch. 1.2.59, Poſtquam ſentit me tecum quoque rem habere, fingit cauſſas ne det ſedulo, Il controuue raiſons, occaſions, ou moyens de ne me le bailler.

In cauſſam ingredi idem quod in cauſſam deſcendere. Cic. in epiſt. ad Torquatum prima libri quinti, Si id euenit quod ingredientibus nobis in cauſſam propoſitum fuit accidere poſſe, nõ debemus ita cadere animo quaſi aliquid euenerit quod fieri poſſe nunquam putaremus.

Cauſſam inuenire, Trouuer occaſion. Terent. in Heaut. 5.2.37, Nunc filia poſtquam eſt inuẽta vera, inuenta eſt cauſſa qua te expellerẽt. Il ont occaſion de te chaſſer hors. Idem in Andria, 4.1.19, Itáne? imprudens. tandem inuenta eſt cauſſa, ſoluiſti fidem.

Cauſſa leuis impulit me, Terent. in Hecyra, 3.4.12, Olim quidem te cauſſæ impellebãt leues, quod nunc minitare facere, vt faceres Soſia.

Cauſſa maris, A cauſe de la mer. Plautus in Milite, 19.25, Maris cauſſa hercle hoc ego oculo vtor minime.

Cauſſa mea, De par moy, Quant eſt de moy. Plaut. in Rudente, 4.51, Mea quidẽ hercle cauſſa ſaluus ſis licet, Quãt eſt de moy tu nauras point de mal. Idem in Trinummo, 13.135, Sis mea cauſſa quod lubet: prius non is eras qui eras: nunc is factus qui tũ non eras. Quant eſt de moy ſoies ce que tu veulx, ie nempeſche point que tu ne ſoies ce que tu veulx. Idem in Menæh. 16.27. Mea quidem hercle cauſſa vidua victita, vel vſque dum regnum obtinebit Iuppiter.

Cauſſa mea, Pour lamour de moy. Plaut. in Amphit. 6.41. Noli ámabo Amphitruo iraſci So-

ſiæ cauſſa mea. Idem in Menæh. 24.88, Optimum atque æquiſſimum orat frater, fac cauſſa mea. Terẽt. in Heaut. 5.5.23, Syro ignoſcas volo quæ mea cauſſa fecit. Idem in prol. Hecyræ, 28. Nunc quid petam, mea cauſſa, æquo animo attẽdite. Idem. 5.9.40. Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim, me huius quidquid facio, id facere maxime cauſſa mea.

Cauſſas nectere, idem quod Cauſſas fingere. Liuius.

Cauſſam noſcere, Scauoir, ou cognoiſtre quelque affaire. Terẽt. in Phorm. 2.1.42, Ni noſſem cauſſam, crederem hunc vera loqui. Plaut. in Trucul. 5.17, Nunquam amatoris meretricem oportet cauſſam noſcere, Il ne fault iamais que vne femme ſache rien des affaires de ſon amoureux.

Cauſſa noſtra, Pour lamour de nous. Cic. de amicitia, 51, Quàm multa enim quæ cauſſa noſtra nunquam faceremus, facimus cauſſa amicorum? L. Luceius Ciceroni, Quod ſi non poſſumus aliquid proficere ſuadendo, gratia contendimus, & rogando, ſi quid noſtra cauſſa vis, vt iſtis te moleſtijs laxes.

Cauſſam obtinere, eſt vincere in cauſſa, Gaigner, eſtre ſuperieur, auoir meilleure cauſe. Cic. epiſtola ſecunda libri ſecundi ad Qu. fratrem, Cũ eſſet in ſenatu contẽtio Lentulúsne an Põp. reduceret, obtinere cauſſam Lentulus videbatur.

Cauſſam orare, Faire vng plaidoyer. Terent. in Phorm. 2.1.62, Iamdudum te omnes nos accuſare audio immerito, & me omnium horum immeritiſſimo: nam quid me in hac re facere voluiſti tibi? ſeruum hominem cauſſam orare leges non ſinunt, neque teſtimonij dictio eſt. Verg. Orabunt cauſſas melius.

Cauſſam quærere, Cercher occaſion de faire quelque choſe. Terent. in Eunucho, 5.6.30, Nam iam diu aliquã cauſſam quærebat ſenex quamobrem inſigne aliquid faceret, is nunc repperit.

Cauſſam reperire, Trouuer occaſion de quelque choſe faire, Apud Terent. in præcedentibus ipſius verbis.

Cauſſam ſequi, Faire quelque choſe a aucun, non point pour lamour de luy, mais pour quelques certaines cauſes, comme pour plaiſirs ou autres choſes qui luy a autrefois faict. Lucanus in tertio, Phocais in dubijs auſa eſt ſeruare iuuentus Non Graia leuitate fidem, ſignatáque iura, Et cauſſas non fata ſequi.

In eadem cauſſa eſſe, Eſtre de tel eſtat ou condition, & comme de telle nature. Cic. de finib. Morte qui affecti ſunt, in eadem cauſſa ſunt, qua antè quàm nati. Idem alibi, Negátque Platonem, ſi ſapiens non ſit, eadem eſſe in cauſſa, qua Dionyſium Tyrannum: tunc mori optimum eſſe propter deſperationem ſapientiæ: illi propter ſpem viuere.

Cauſſa ſuperior, Qui eſt fondee de droict cõmun, le plus apparent droict. Cuius contrarium inferiorem cauſſam dicebãt. Cic. in Bruto de Leontino Gorgia & Protagora, & alijs, Hi (inquit) aliique multi temporibus eiſdẽ docere ſe profitebantur arrogantibus ſanè verbis quemadmodum cauſſa inferior (ita enim loquebantur) dicendo fieri ſuperior poſſit.

Cauſſam ſuſtinere, græce αἰτίαν ὑπέχειν ad verbum Cicero expreſſit à Græcis, Suſpectũ eſſe, crimine premi, Eſtre ſubſonne, en eſtre blaſmé. Cicer. ad Atticum, lib. XIII, Brutus purgat Cæſarem de interitu Marcelli, in quem ne ſi inſidijs quidem ille interfectus eſſet, caderet vlla ſuſpicio. nunc verò quum de Magio conſtet, nónne furor eius, omnem cauſſam ſuſtinet? Tout le blaſme & le mal doibt il pas tourner ſur la fureur de luy?

Cauſſam aduerſarijs tradere, Ceder a laduerſe partie, luy dõner pour gaigné, luy quitter le proces. Terent. in Phorm. 2.1.7, Inuitus feci, lex coegit: audio, & fateor. G. places. D. verum ſcientem, tacitum cauſſam tradere aduerſarijs, etiámne id lex coegit?

Cauſſa tua, Pour lamour de toy, a cauſe de toy. Plaut. in Aulul. 5.7, Mirum quin tua nũc me cauſſa faciat Iuppiter Philippum regem, aut Darium triuenefica.

Cauſſa in ablatiuo, Pour, a cauſe. Plaut. in Moſtell. 6.10, Vbi ſunt iſti plagipatidæ ferritribaces viri? vel iſti qui trium nummorum cauſſa ſubeunt ſub haſta? Pour gaigner trois deniers. Terent. in Eunuch. 5.2.39, Vnum hoc ſcito, contumeliæ non me feciſſe cauſſa, ſed amoris, Saches que ie ne lay point faict pour te faire iniure, mais damour que iauoye en toy. Cic. de Amicitia, 26, Nam vtilitates quidem etiam ab ijs percipiuntur ſæpe qui ſimulatione amicitiæ coluntur, & obſeruantur cauſſa temporis, A cauſe du temps.

Cauſſarij milites, Gẽdarmes quaſſés aux quels pour quelque honneſte cauſe, comme pour maladie, ou pour ce quils eſtoient trop vieulx, on bailloit congie de ne hanter plus la guerre. Liuius lib. VII, Tertius exercitus ex cauſſarijs ſenioribuſque à T. Quintio conſcribatur, qui vr-

bi mœnibúſque præſidio ſint.

Cauſſaria miſſio, inquit Vlpianus, quæ propter valetudinem laboribus militiæ ſoluit.

Cauſſarij, Qui ſont maladifs. Plin. lib. xxv, Datur ſanguinem excreãtibus, cauſſarijs vel latere vel faucibus. Id eſt laborantibus morbo lateris vel fauciũ. Vnde cauſſaria miſſio. Quant pour iuſte cauſe on donne congé aux gens de guerre de ſen aller.

Cauſſor cauſſaris, deponẽs, Amener ou dire quelque excuſe pour quelque choſe qui a eſte faicte. Suet. Syllanum item ſocerum ad necem ſecandáſque nouacula fauces cõpulit: cauſſatus quòd ſe ingreſſum turbatius mare non eſſet ſecutus. Gellius, Negotiũ ſibi eſſe cauſſabatur, Il diſoit pour ſes raiſons quil auoit affaire, Il ſexcuſoit quil eſtoit empeſche. Virg. Cauſſando, noſtros in longum ducis amores.

Cauſſari, Aliquid ad defenſionem afferre, Dire quelque choſe pour defenſe. Cic. pro Roſcio Amerino, Si planum facio poſt hanc recentem ſtipulationem Roſcij Sex. trecenta quinquaginta à Flauio te abſtuliſſe, nunquid cauſſare quin ab iudicio abeas turpiſſime victus?

Cauſſificor cauſſificaris, cauſſificari, Idem. Plaut. in Aulul. 26. 25, Ergo quia ſum tangere auſus, haud cauſſificor, quin eam ego habeam potiſſimum.

Cauſſidicus cauſſidici, m. g. Procureur ou auocat. Columella in præfatione primi libri de re ruſtica, Nam ſine ludicris artibus, atque etiam ſine cauſſidicis olim ſatis felices fuere, futuræque ſunt vrbes. at ſine agricultoribus nec conſiſtere mortales, nec ali poſſe manifeſtum eſt.

CAVTERIVM cauterij, n. g. Vng cautere, vng fer chault a faire vne marque ſur quelque choſe, a marquer les malfaicteurs, ou aucun membre malade.

CAVTES cautis. f. g. Vng caillou, Vne pierre rude, dure, & aſpre, comme de rochiers. Plin. lib. 2. cap. 96, Iuxta Harpaſa oppidum Aſiæ, cautes ſtat horrenda, vno digito nobilis: eadem ſi toto corpore impellatur, reſiſtens. Virg. Quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.

Cautes & Cotes cotis, & cos cotis dicitur. Vne coeux. Ceſt auſſi vne pierre a aguyſer couteaux, ou autres choſes.

C E

CEDO cedis, ceſſi, ceſſum, Cedere, varia ſignificat pro varia conſtructione.

Cedere alicui, Sen aller vaincu. Virg. Cede deo. Cic. lib. 11. de offi. Cui quidem exercitus noſtri imperatoreſque ceſſerunt.

Cedere alicui, Luy obeir. Vir. lib. 111. Cedamus Phœbo, & moniti meliora ſequamur.

Cedere authoritati, Neſtre point tant eſtime, ne de ſi grand bruit. Plin. lib. xv. cap. 22, de ſorbis loquens & nuce iuglande, Ab his locum amplitudine vindicauerunt, quæ ceſſere authoritati, nuces iuglandes: quanquam & ipſæ nuptialium feſcenniorum comites, multum pineis minores.

Cedere creditoribus, Faire ceſſion, Laiſſer tous ſes biens a ſes crediteurs quant on ne les peut autrement paier. Suet. de claris gramm. Vixit ad extremam ſenectam, ſed in ſumma pauperie & pene inopia, abditus modico gurguſtio poſtquam Tuſculana villa creditoribus ceſſerat, vt author eſt Bibaculus.

Cedit dies, incipit deberi pecunia, inquit Vlpianus, Le temps, la rente ou obligation court.

Cedunt dies, Les iours ſe paſſent, ſen vont. Cic. de Senectute, 63, Horæ quidem cedũt & dies & menſes & anni: nec præteritũ tempus vnquam reuertitur, nec quid ſequatur ſciri poteſt.

Cedere famæ, Fuyr & euiter que la renõmee ne ſoit bleſſee, craindre ſon honneur. Cic. ad Marium, Pudori tamen malui famæque cedere, quàm ſalutis meæ rationem ducere.

Cedere foro, Faire banqueroute. Iuuenalis ſatyra x 1, Hi plerunque gradus conducta pecunia Romæ Et coram dominis conſumitur, inde vbi paulum Neſcio quid ſupereſt, & pallet fœnoris author, Qui vertere ſolũ, baias & ad oſtia currunt, Cedere nanque foro iam non eſt deterius, quàm Exquilias à feruenti migrare ſuburra.

Cedere alicui foro & curia, Quitter ſa place a aucun en la court ou parlement. Cic. ad Octauium, Cedam tibi in præſentia foro, curia, & ſanctiſſimis deorum immortalium templis, in quibus reuiuiſcente iam libertate, deinde rurſus oppreſſa, ſenatus nihil conſulitur, timet multa, aſſentitur omnia.

Cedere gratiæ, Nauoir point autãt de grace ou de beaute. Plin. in epiſt. Nec cedit gratiæ marmoris ramos inſidentéſque ramis aues imitata pictura, La painterie nauoit point moins de grace que le marbre.

Cedere honore & nomine ſuo alteri, Permettre a aucun & le laiſſer iouyr de lhõneur & renõmee qui nous appartient. Plin. in Paneg. 152, Tu clara iudicij tui ſigna miſiſti, cum profici-

ſcenti ad exercitum tuo nomine, tuo honore ceſſiſti.

Cedere ius ſuum alicui, Quitter ſon droit a aucun. Virg. Cedat ius proprium regi.

Cedere legibus, Obeir a la loy. Cicero pro Milone, Si ille Milo Claudij morte patriam liberare voluiſſet, non dubitaturum fortem virum, qui cum ſuo periculo ſalutem Pop. Romani attuliſſet, cederet æquo animo legibus, ſecum auferret gloriam ſempiternam: vobis hæc fruẽ da relinqueret, quæ ipſa ſeruaſſet. Cederet legibus, id eſt, quanuis commendabili facinore edito exilium tamen ſibi conſciſceret, ne leges violare velle videretur ſi in vrbe maneret.

Cedere locum, Quitter la place. Papin. Hortantur, cedúntque locum.

Cedere patria, Sen aller hors de ſon pais de ſon bon gre. Iuuenalis, Cedamus patria. Id eſt migremus Roma.

Cedere periculo, Euiter & fuyr le danger. Plin. epiſt. 139. b, Poſtremo nullam vocem cedẽtem periculo emiſit, Elle ne diſt onques parolles par leſquelles on apperceuſt quelle vouluſt fuyr le danger.

Cedere poſſeſſione, Se deſueſtir de la poſſeſſion. Liuius de bello Punico, Cedere poſſeſſione magnæ fortunæ.

Cedere vita, Quitter la vie, ſe partir de la vie. Cic. ad Octauium, Cedam vita: quæ quanquã ſolicita eſt, tamen ſi profutura eſt reip. bona ſpe poſteritatis me conſolatur: qua ſublata non dubitanter occidam.

Cedere vrbe, Delaiſſer la ville, & la quitter. Cic. ad Octauium, Cedam vrbe: quam per me conſeruatam, vt eſſet libera, in ſeruitute videre non potero.

Ceſſerit parum gratus. Plin. in Paneg. 69, Donauit pater tuus multa: & ipſe donaſti. ceſſerit parũ gratus: manent tamen ij qui bonis eius fruantur: nihilque ex illis ad te niſi gloria redit. nam liberalitatem iucũdiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit. Prenes quil ſoit decede ſans que on luy en ayt ſceu gre: toutesfois &c.

Cedere ex trãſuerſo, Cheminer de trauers. Plaut. in Pſeudolo, 14. 51, Illuc ſis vide, non prorſus, verum ex tranſuerſo cedit, quaſi cancer ſolet.

Cedere ad factum, Venir a leffect. Plaut. in Captiuis, 6. 102, Volo: quàm citiſſime poteſt, tam hoc cedere ad factum volo, Ie veulx que le plus ſoudain que ceſte choſe ſe pourra faire, quel le ſoit faicte.

Cedere de rep. Cic. antequam iret in exilium, Cedo inuitus de rep. cedo oppreſſus de fortuna, de dignitate, diſcedo à rep. victus audacia malorum, Ie me pars enuy de la choſe publique, ie la delaiſſe a grand regret. Virg. Inuitus regina tuo de littore ceſſi.

Cedere ex. Lucil. Quandoque pudor ex pectore ceſſit, Quant la honte ſen eſt allee et ſeſt partie du cueur.

Ceſſit illi victoria, Victoire luy eſt aduenue. Virg. Ceſſerit Auſonia ſi fors victoria Turno.

Cedere pro, Eſtre en la place, eſtre au lieu, eſtre pour. Columella, lib. XII, Nam pro pulmentario cedit ſicuti ficus, Il ſert en lieu de viande, Il ſert pour viande.

CED O verbum defectiuum, quod tantum in imperatiuo inuenitur Cedo, id eſt, dic vel da, Cedite, dicite vel date.

Cedò pro date pluralis numeri. Cice. pro Sextio, Cedo nunc concionem de me ad populũ inimici mei. ad iudices loquens, id eſt date.

Cedo arbitrum, Baille tel arbitre quil te plaira, & ie le croiray. Terent. in Adelph. 1. 2. 43, Poſtremo aut deſine, aut cedo quenuis arbitrum: te plura in hac re peccare oſtendam.

Cedo iudicẽ. Plau. Cedo quicum habeam iudicem, ni dolo malo inſtipulatus ſis, nive nondum ſiem quinque & viginti annos natus, Baille tel iuge que tu vouldras, ie men rapporte a luy.

Cedo aquam manibus. Plaut. in Moſtell. 4. 150, Accumbe igitur: cedo aquam manibus puer, appone hic menſulam, Baille ou verſe de leaue ſur les mains.

Cedo manum vel dexteram. Plaut. in Capt. 13. 90, Cedo manum. A E. hem manum. Ca, baille la main. Tiens la voyla. Idem in Amphit. 17. 24, Surge. A. interij. B. cedo manum. A. quis me tenet? Idem in Pœnulo, 4. 93, Cedo ſis dexteram.

Cedo pateram. Plaut. in Amphit. 8. 144, Hem tibi pateram eccam. A N. cedo mihi.

Cedo pro dic. Terent. in Eunuch. 5. 5. 8, Quid ita? aut quid factum eſt? cedo. Dis moy, qua il eſte faict? Ibidem, 1. 2. 82, Quid ergo aliud ſolicitat? cedo nũ ſolus ille dona dat? Idem in Adelph. At poſtquam id euênit, cedo nunquid circunſpexti?

Cedo, dic mihi. Terent. in And. 4. 4. 24, Cedo, cuium puerum hic appoſuiſti, dic mihi. Dis, a qui eſt ceſt enfant que tu as icy mis? dis le moy.

Poſtremo non negabit, coram ipſo cedo, Dis le deuant luy. Teren. in Adelph. 3.4.37.
Cedo alios, vbi centurio eſt Sanga & manipulus furum? Dis ou ſont les autres? Terent. in Eunucho, 4.7.6.

Cedentes capilli, Cheueulx pendens, & vnis. Plin. epiſt. 50.a, Effingit ſenem ſtantem, oſſa, muſculi, nerui, venæ, rugæ, etiam vt ſpirantes apparent, rari & cedentes capilli, lata frons, contracta facies.

CEDRVS cedri, f.g. Vng arbre, nomme cedre. Plin. lib. 13.cap. 15. Anchorarius mons vocatur citerioris Mauritaniæ, qui laudatiſſimam dedit cedrum iam exhauſtus.

Cedrinus cedrina cedrinum, Qui eſt faict dung cedre. Plin. lib. 13.cap. 5, Cedrinus eſt Romæ in delubro Apollo Soſianus è Seleucia aduectus.

CEDRIVM cedrij, Vne ſorte de poix faicte de cedre. Plin. lib. 16.cap. 11, Pix liquida in Europa è tæda coquitur naualibus muniendis, multóſque ad alios vſus. Lignum eius conciſum furnis vndique igni extrà circundato terra, vt primus ſudor aquæ modo fluat in canali: hoc in Syria cedrium vocatur, cui tãta vis eſt vt in AEgypto corpora hominum defunctorum eo perfuſa ſeruentur.
Cedria, pix aliâs à Plinio dicitur, lib. 24. cap. 5.

Cedrelate cedrelates, f.g. magna cedrus. Plin. lib 24.cap. 5. Cedrus magna, quam cedrelatẽ vocant, dat picem quæ cedria vocatur, dentium doloribus vtiliſſimam. Et paulo poſt, Defuncta corpora incorrupta conſeruat.

Cedris cedridis, f.g. Le fruict dung cedre. Plin. lib. 24.cap. 5. Cedrides, hoc eſt fructus cedri, tuſſim ſanant.

CELEBRIS & hoc celebre, Soudain, legier. Accius, Celebri gradu greſſũ accelebraſſe docet.
Celebris, Celuy de qui chaſcun parle, qui eſt renommé, qui ha grand bruit.
Celeberrimus dies, Vng iour ſolẽnel, vng iour de ioye, ou quel tous ſeſiouyſſent. Cic. de Amicitia, 11. Hoc tamẽ vere licet dicere, P. Scipioni ex multis diebus quos in vita celeberrimos lætiſſimóſque viderit, illum diem clariſſimum fuiſſe, cum ſenatu dimiſſo, domum reductus ad veſperam eſt à patribus conſcriptis, à populo Romano, ſocijs & Latinis, pridie quàm exceſſit è vita.
Celebris locus, Vng lieu frequenté, hanté, & ou beaucop de gens hantent, vont & viennent. Cic. lib. 11. ad Herennium, Locus quæritur celebriſne ſit, an deſertus. Plin. epiſt. 159.f, Delectus eſt celeberrimus locus, in quo legenda præſentibus, legenda futuris proderentur.

Celebritas celebritatis, Grande aſſemblee de gens, ou vne compaignie de gens. Cic. Attico, Me hæc ſolitudo minus ſtimulat, quàm iſta celebritas. Plin. epiſt. 67.a, Conuenitur ad eum mira celebritate, On vient a luy par grandes bandes, a grant tats, en grande compaignie.

Celebro celebras, celebrare, Hanter, aller ſouuent en vng lieu. Varro, Cui non tam cura erat vt templa deorum, quàm vt popinas celebraret.
Celebrare remp. Acquerir bruit a la choſe publique, faire qui ſoit bruit par tout dune republique, luy donner bruit & renom. Salluſt. in Iugurtha, Hæc atque alia maiores noſtri faciendo, ſeque & remp. celebrauere.
Celebrare, Solennizer, feſter, Amaſſer gens pour quelque banquet ou autre choſe. Vnde celebrare natalem ſuum, Faire vng banquet le iour que on a eſte ne, a tous ſes amis, ou faire la feſte du iour ouquel aucun a eſte ne. Plin. epiſt. 234, Non poſſum tamen de mora queri, cũ mihi contigerit, quod erat auſpicatiſſimum, natalem tuum in prouincia celebrare.

Celebrat9 celebrata celebratũ, Hãté, de qui chaſcũ parle, que tous cõgnoiſſent. Plin. epiſt. 153.b. Quæ vox & ſtatim excepta, & poſtea multo ſermone celebrata eſt, Il en a eſte bruit par tout.

CELER, hæc celeris, & hoc celere, Legier, vite, ſoudain.
Celere conſilium, Vng conſeil ſoudainement trouue. Terẽt. in Phorm. 1.4.1, Nullus es Geta, niſi aliquod iam tibi conſilium celere repereris, ita nunc imparatum ſubito tanta te impendent mala.
Celeris copia. Plaut. in Merc. 22.9, Date di quæſo conueniundi mihi eius celerem copiam, Ie vous prie faictes que ie puiſſe ſoudainement parler a luy.
Celeris lingua, Langue legiere. Plaut. in Trucul. 2.6, Me hercle in odijs reſident mores priſtini, ad negandum vt celeri lingua vtamini.
Celeri gradu, A pas habiles, & legerement. Plaut. in Trinummo, 9.21, Celeri gradu eũt vterque, ille reprehendit hunc priorem pallio, Ils ſe haſtent de marcher, ils vont vite.
Celerius intelligere, Entẽdre plus ſoudain. Plin. epiſt. 88.b. lib. v 1, Nos apertius dicimus, ce-

lerius intelligimus, religioſius iudicamus, quia paucioribus clepſydris præcipitamus cauſſas, quàm diebus explicari ſolebant.

Celeres antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, à Celere interfectore Remi, qui initio à Romulo ijs præpoſitus fuit, qui primitus electi fuerunt ex ſingulis curijs deni. ideóque omnino trecenti fuere. Feſtus Pompeius. Plin. lib. 33. cap. 2, Quum etiam ipſum equitum nomen ſæpe variatum eſt, in his quoque qui ad equitatum trahebantur, celeres ſub Romulo regibúſque appellati ſunt. deinde flexumines, poſtea troſſuli.

Celero celeras celerare, Haſter, auancer. Virg. Tum celerare fugam, patriáque excedere ſuadet, Il leur met en la teſte de ſe haſter a fuyr.

Celeritas Cæſariana prouerbialiter, Vne groſſe celerite & diligence telle que auoit Cæſar. Cicer. epiſtola quinta libri vlti. ad Attic. Aiunt eum vti celeritate Cæſariana. de Antonio.

Celeranter aduerbium, pro celeriter, Haſtiuement. Accius, Sed quis hic eſt qui matutinum curſum huic celeranter rapit?

Celeratim aduerbium pro celeriter. Siſenna hiſt. lib. v, Quo magis celeratim poterant, in inſidijs ſuos diſponit.

CELO celas, celaui, celatum, celare, Celer, & cacher, tenir ſecrete quelque choſe a aucun quil ne le ſache.

Celare, cũ vno accuſatiuo. Plautus in Trucul. 3. 26, Atque hæc celamus nos damna induſtria, cum iam rem, fidémque nóſque noſmet perdimus: neque parentes, neque cognati ſentiant: quos cum celamus, ſic facimus cõſcios, qui noſtræ ætati tempeſtiue temperãt, vnde antè parata demus pòſt partoribus. Idem in Pœnulo, 3. 52, Leno ad ſe accipiet auri cupidus: illico celabit hominem & aurum. Ibidem, 18. 68, Quia annos multos filias meas celauiſtis clam me, atque equidem ingenuas. Terent. in Heaut. 4. 3. 27, Et ſcilicet iam me hoc voles patrem exorare, vt celet ſenem veſtrum, Quil nen die rien a voſtre vieillart.

Celare, cum duobus accuſatiuis. Plaut. in Trinũmo, 11. 51, Atque audin' ſ. c. quid eſt? M. Vxorem quoque ipſam hanc rem vt celes face, Celes cecy a ma femme, ne luy dis rien de cecy. Idem in Bacchid. 2. 61, AEdepol feciſti furtum ætati malum cum iſtæc flagitia me celauiſti & patrem. Terent. in Adelphis, 1. 1. 29, Poſtremo alij clanculum patres quæ faciũt, quæ fert adoleſcentia, ea ne me celet, conſuefeci filium. Idem in Andria, 3. 4. 6, Credidi: idque adeò metuens vos celaui quod nunc dicam. Ouid. in epiſt. Canac. Hoc te celauimus vnum. Plaut. in Pſeud. 7. 76, Cur hæc vbi tu reſciuiſti, illico celata me ſunt? cur non reſciui?

Celare, cum accuſatiuo & ablatiuo cum præpoſitione de. Cic. pro Aulo Cluẽtio, Non eſt profecto de illo veneno celata mater, nihil eſt ab Oppianico ſine conſilio mulieris agitatum. Idem pro Deiotaro, De armis, de ferro, de inſidijs celare te voluit. Idem in epiſtola ad Metellum, Debes exiſtimare te maximis de rebus à fratre eſſe celatum. Idem lib. v 11. epiſt. Baſſus noſter de hoc me libro celauit.

Celo, cum datiuo. Terent. in Phormione, Si hoc celetur patri, in metu ſum. AEmil. Prob. Id Alcibiadi celari diutius non potuit.

Celare ne. Plau. in Aulul. 5. 35. Nã nunc cũ celo ſedulo omnes ne ſciãt, omnes vidẽtur ſcire.

Celor. Terent. in Eunucho, 2. 3. 3. Incertus ſum: vna hæc ſpes eſt, vbi vbi eſt, diu celari nõ poteſt. Idem in Heaut. 4. 3. 20, Si abduxeris, celabitur itidem vt celata adhuc eſt.

Celatus celata celatum, Celé & caché. Terẽt. in Andria, 1. 1. 105, Ibi tum exanimatus Pamphilus bene diſſimulatum amorem & celatum indicat.

Celatim, aduerbium, Couuertement, en cachette. Gellius, Quàm maxime celatim poterat, in in ſidijs duo diſponit.

Cella cellæ, Le lieu ou on met, ſarre & cache on quelque choſe, comme vin, ble &c. Vng celier. Terent. in Adelph. 4. 2. 14, Nam me in cellam aliquam cum illa concludam, id tutiſſimum eſt. Cicero de ſenectute, 52, Semper enim boni aſſiduique domini referta cella vinaria, olearia, mellaria & penaria.

Cella vinaria, Vne caue. Plau. in Milite, 11. 42, Abi abi intrò iam, vos in cella vinaria bacchanal facite. Et apud Plinium lib. 14. cap. 21.

Cella penaria, Le lieu en la maiſon ou on met ſes prouiſions pour ſon annee, vng celier. Cic. in Verrem act. v 11, Itaque ille M. Cato ſapiens cellam penariam reip. noſtræ, nutricẽ plebis Romanæ, Siciliam nominauit. Nos verò experti ſumus Italico maximo difficillimóque bello Siciliam nobis non pro penaria cella, ſed pro ærario illo maiorum vetere ac refer-
to fuiſſe. nam ſine vllo ſumptu noſtro corijs, tunicis, frumẽtóque ſuppeditato, maximos ex-

ercitus noſtros veſtiuit, aluit, armauit.

Cella promptuaria, Vne priſon, dont on tire hors les priſonniers que on y a ſarré. Plaut. in Amphit. 4.4, Quid faciam nunc, ſi tres viri me in carcerem compegerint? inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum?

Cellas, fauorum cauernas vocauit Virgilius, dicens, Diſtendunt nectare cellas.

Cella, pars templi erat ſacratior, in quam ingredi fas nō erat. Vnde apud Gellium legitur Scipionem in Capitolium veniſſe, iuſſiſſéque cellam Iouis aperiri, ibique ſolum demoratū fuiſſe. Liuius lib. 111, In cella Iouis optimi maximi habitaret exul. Ceſt vne petite chapelle.

Cellula cellulæ, diminutiuū, Petit celier, petit cabaret a ſarrer pain, vin, ou autre choſe. Terēt. in Eunucho, 2.3.18, Cum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum.

Cellarius cellarij, m.g. Vng deſpencier, Qui ha la charge de faire la deſpence de la maiſon. Plaut. in Milite. 11.11, Clanculum dimiſit nardini vnam amphoram cellarius. Idem in Captiuis, 13.126, Sume, poſce, prome quiduis, te facio cellarium.

Cellaria cellariæ, Celle qui faict la deſpence de la maiſon. Plaut. in Milite, 10.101, Iam pridem quia nihil abſtulerit ſuccenſet cellaria.

CELOX celocis, f.g. Vne brigantin. Plaut. in Milite, 13.39, Hæc celox illius eſt quæ hic egreditur internūtia. Idem in Captiuis. 13.105, Modo in portu Philopolemum viuum, ſaluum & ſoſpitem vidi in publiqua celoce. Idem in Aſinaria, 6.10, Quò hanc celocē cōferam?

CELSVS celſa celſum, Hault, eſleue, excellent. à cello antiquo verbo. vnde compoſitum excelſus. Feſtus Pompeius à κέλης deriuat, qui ſublimis equo vehitur.

CENCHRIS huius cenchridis, f.g. Auis genus, & latine tinnunculus dicitur, à tinnitu vocis, ex accipitrum genere, Vne eſpece de oiſeau de proie. Plin. lib. 29. cap. 6, Item cochlearum cinis, ſimum cenchridis, accipitrum generis hanc Græci faciunt.

Cenchrites, Gemmæ ſpecies. Plin. lib. 37. cap. 11. Arenarum ſimilitudo eſt in Ammochryſo, velut auro arenis miſto. Cenchrites milij granis velut ſparſis.

CENSEO cenſes, cenſui, cenſitū, Cenſere, Iuger ou eſtimer en ſoymeſme. Plaut. in Amphit. 4.125, Neque ego hac nocte longiorem me vid ſſe cenſeo, niſi item vnam verberatus quam pendi perpetem, Ie ne penſe point auoir veu vne nuyt plus longue. Ibidem, 8.60, Quid enim cenſes, te vt deludam contrà luſorem meum, qui nunc primum te adueniſſe dicas, modo qui hinc abieris? Queſt ce que tu penſes? eſtimes tu que ie &c. Ibidem, 3.134, At illa illum cenſet virum ſuum eſſe quæ cum mœcho eſt, Elle eſtime que ceſt ſon mari. Terent. in Eunucho, 2.1.11, Cenſén' poſſe me obſirmare perpeti ne redeam interea? P. tène? non hercle arbitror, Penſes tu que ie me puiſſe contenir de ne point reuenir ce temps pendant? Idem in Adelph. 4.2.41, Cenſén' hominem me eſſe? Neſtimes tu point que ie ſuis homme? Idem in Andria, 1.5.21, Obſtupui, Cenſén' vllum me verbum potuiſſe proloqui, aut vllā cauſſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquam? obmutui. Idem in Adelph. 4.5.23, Quid iſtas cenſes? Que penſes tu que celles la diſent? Plaut. in Rudente, 28.5, Cenſén' hodie deſpondebit eam mihi, quæſo? T. cenſeo, Ie le penſe. Caſſius Hemina, Cenſuit ſeſe regem Porſennam occidere.

Cenſere proprie, Ceſt opiner, dire ſon opinion auec les raiſons. Plinius in epiſtolis, Iam cenſendi tempus dixit Domitius conſul deſignatus.

Cenſere, Eſtre dauis, ou dopinion, conſeiller. Plaut. in Pœnulo, 10.17, Quid ſi recēti re ædeis pultem? A D. Cenſeo, Ien ſuis daduis. Ibidem, 19, Si exierit leno, cenſetis hominem interrogem, meus ſeruus ſi ad eum venerit, nécne? Terent. in Eunucho, 2.1.12, Ego rus ibo, atque ibi manebo. P. cenſeo, Ie te le conſeille. Ibidem, 5.9.42, Quid id eſt? Militem riualem ego recipiendum cenſeo, Ie conſeilleroye de le receuoir. Ibidem, 4.4.53, Sed nunc quid faciundum cenſes Dorias? Queſt il de faire a ton aduis? Plaut. in Rudēte, 18.6, Quid? patri etiam gratulabor, quum illam inuenit? T. cenſeo. P. quid matri eius? T. cenſeo. P. quid ergo cenſes? T. quod rogas cenſeo.

Cenſere, Decernere eſt, inquit Feſtus Pomp. Determiner, ordonner, & conſtituer, Bailler ſentence. Et eſt iudicum.

Cenſere, Se courroucer. Varro, Ne vobis cenſeam, ſi ad me referretis.

Cenſere, Dire. Plaut. in Sticho, 8.22, Non ædepol poſſum. G. quid grauare? cenſeas, Queſt ce qui teſt grief, dis.

Cenſeri, Eſtre en bonne eſtime, loue, & priſe. græce δοκεῖν. Cicero pro Archia poeta, Atque hoc ideo mihi concedendum eſt magis, quòd ex his ſtudijs hæc quoque cenſetur oratio & facultas, quæ quantacunque in me, nunquam amicorum periculis defuit, Loraiſon eſt plus

priſee & louee, parmi laquelle eſt entremeſle quelque peu de poiterie.

Cenſere, Eſtimer & priſer combien les biens daucun vallent, & de combien il eſt riche. Cicer. in Parad. vltimo, Si cēſenda nobis atque æſtimanda res ſit, vtrum tandem pluris æſtimabimus pecuniam Pyrrhi quam Fabritio dabat, an cōtinentiā Fabritij qui illā pecuniā repudiabat?

Cenſeri pro admirationi eſſe, Eſtre en admiration, quant quelque choſe meſt les gens en admiration. Plinius lib. octauo, Animalia igitur quædam bruta naturali quadam intelligentia prædita, propterea cenſentur.

Cenſor cenſoris, m. g. Aſconius in diuinatione Ciceronis de notis cenſorijs loquens, ita inquit, Regendis moribus ciuitatis cenſores quinto quoque anno creari ſolebāt, Qui auoit la charge de regarder que toutes bonnes meurs regnaſſent en la ville, & a corriger les mauuaiſes. Magiſter morum dicitur.

Cenſorius, cenſoria, cenſorium, Appartenant a celuy qui auoit la charge des meurs & maniere de viure de la ville.

Cenſoria animaduerſio. Cic. pro Aulo Cluentio, Sequitur id quod illi iudicium appellant. maiores autem noſtri nunquam neque iudicium nominauerunt, neque perinde vt rem iudicatam obſeruauerunt, animaduerſionem atque authoritatem cenſoriam.

Cenſura cenſuræ, f. g. Loffice de regarder aux meurs du peuple.

Cenſura, Correction, loy, regle de viure. Plin. in Paneg. 73, Nam vita principis cenſura eſt, eáque perpetua ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur.

Cenſus cenſus cenſui, Eſtimation ou priſee des biens daucun combien il ha vaillāt, pour ſauoir combien il peut bien paier de tribut. Liuius de Seruio rege. Cenſum inſtituit, rem ſaluberrimam tanto futuro imperio.

Cenſus, Le reuenu dune annee. Quintil. Abiere vires, cēſus, mens. Iuuenalis, Protinus ad cēſum: de moribus vltima fiet Quæſtio.

Cenſus cenſi, Celuy de qui on a priſe les biens, & mis en eſcript combien il auoit vaillant. Vnde Capite cenſi, Vide CAPVT.

Cenſio cenſionis, f. g. Eſtimation, priſee, ou aduis & opinion. Plaut. in Rudente, 28. 9, Aſſume quidem, ne cenſionem ſemper facias.

CENTO centonis, m. g. Vng voile rempli de laine ou choſe ſemblable, que on tend deuant les murs dune ville, pour rēparer, affin que les coups dartillerie nayent puiſſance de rien rōpre, tirés contre cela ſi mol. Cæſar, Eámque contabulationem ſummā lateribus lutóque cōſtrauerunt, ne quis ignis hoſtiū noſcere poſſet: centonéſque iniecerunt, ne aut tela tormentis miſſa tabulationem perfringerent, aut ſaxa ex catapultis lateritium diſcuterent. Siſenna lib. 3. hiſt. Aceto madefactis cētonib⁹ integūtur, quos ſupra perpetua claſſi ſuſpēſa cilicia obtegūtur.

Cento ab aliquibus accipitur pro ſtragulæ genere ſuper quo cubare ſolent, Vng coutil, ou matelas, ou paillace.

Centonem poſuit Cato de re ruſtica, pro veſtimento ruſtico, hoc eſt pro interiore veſtimento, quod ſuper ſubucula ſuperindui ſolet, bombyce inſerta, Vng gippon. Tres inquit centones quæris, ſex culcitras, nouem inſtragula.

Centones conſtant ex pannis diuerſorum colorum, vel lanis in vnum condenſatis atque conſutis. Plaut. in Epidico, 10. 19, Quin tu alium quæras cui centones farcias.

CENTRVM centri, n. g. punctum ſphæræ, aut orbis medium, Le melieu de quelque choſe ronde, le centre.

Centralis & hoc cētrale. Terra centralis, La terre qui eſt ou milieu du mōde. Plin. lib. 2. Quindecies & pluribus ſuberit, quàm terra centralis interueniat.

CENTVM indeclinabile, numerale nomen, Vng cent.

Centies aduerbium, Cent fois. Plau. in Rudēte, 24. 124, Quin te dij omnes perdant qui me hodie oculis vidiſti tuis, méque adeò ſceleſtū qui nō circunſpexi centies prius, ne quis inſpectaret, quàm rete extraxi ex aqua. Idem in Pſeudolo, 20. 117, Dixine ab eo tibi vt caueres cēties? Terent. in Heaut. 5. 1. 8, Niſi illos ex tuo ingenio iudicas, vt nihil credas intelligere niſi idem dictum eſt centies.

Centeſimus centeſima centeſimum, Centieme. Plaut. in Captiuis, 7. 64, Pol iſtic me haud centeſimam partem laudat quàm ipſe meritus eſt laudibus, Il ne me loue pas a la centieme partie pres quil a merite deſtre loue. Idem in Milite, 10. 167, Haud cēteſimam partē dixi, atque otium rei ſi ſit, poſſim expromere.

Centeſimæ, vſuræ genus, dictæ vt quidam opinantur, quòd quolibet menſe centeſimum nū-

mũ mereant, id eſt duodenos aſſes annuos & centeſimo menſe ſortem æquent. Cic. Magnã ego pecuniam confeceram vt ſoluerent, centeſimis ſexennij ductis cum renouatione ſingulorum annorum. Plin. epiſt. 205, Proinde primaquaque occaſione mitte, appoſitis quidẽ vſuris quas ego (num poſſum parcius?) centeſimas computabo.

Centuplex centuplicis, o. g. Cent double. Plaut. in Perſa, 1 6. 14, Hæc niſi vnde amberunt, centuplex murus rebus ſeruandis paruus eſt, Ce ſeroit peu de choſe que de cent murailles.

Centupondium centupondij, n. g. Pois peſant cent liures. Plaut. in Aſinaria, 7. 37, Ego dicam quo argumento, & quo modo: ad pedes quando alligatus es, æquum centupondium, Tu peſes iuſtement cent liures.

CENTVNCVLVS centunculi, m. g. herba, de qua Plinius lib. 24, cap. 25, Itali centuncu lum vocant roſtratis folijs ad ſimilitudinem capitis penularum iacentem in aruis.

CENTVRIA centuriæ, Vne bande de cent hommes des pied, vne centaine.

Centurio centurionis, m. g. Le capitaine dune bande de cent hommes de pied.

Centuriones vite milites cædebant. Iuuenalis de Mario, Nodoſam poſt hæc frãgebat vertice vitem. Plinius lib. xiiii. Centurionũ in manu vitis opinio premio tardos ordines ad lẽtas perducit aquilas, atque etiam in delictis pœnam ipſam honorat.

Centurio centurias, centuriare, Ordonner par centaines. Liuius lib. xxix, Scipio poſtquam in Siciliam traiecit, voluntarios milites ordinauit centuriauitque.

Centuriatus centuriata centuriatum, Appartenant a vne centaine, qui eſt du nombre dune cẽtaine. Plaut. iu Curcul. 12. 29, Miles pulchre centuriatus es expuncto in manipulo.

Centuriata comitia, vt inquit Aſconius, dicuntur cum ex ſexu & ætate fertur ſuffragium, quia per centenos ordines diuiſus erat populus Romanus, Laſſemblee du peuple Romain, diuiſe par centaines, chaſcun ſelon ſon aage & ſelon quil eſtoit riche, aſſemble pour donner ſa voix a aucun, ou ordonner de quelque choſe. Cic. in tertio de legibus, Deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, ætatibus plus adhibet in ſuffragium conſilij quàm fuſe in tribus cõuocatus. Idem in oratione de reditu ſuo, Quid denique illo die, quem P. Lentulus mihi fratrique meo, liberiſque noſtris natalem conſtituit, non modo ad noſtram, verum ad ſempiternam memoriam temporis? Quo die nos comitijs centuriatis (quæ maiores iuſta dici, haberique voluerunt, accerſiuit in patriam, vt eædem centuriæ quæ me conſulem fecerant, conſulatum meum comprobarent. Quo die quis ciuis fuit, qui non nefas eſſe putaret, quacunque aut ætate aut valetudine eſſet, non de ſalute mea, ſententiam ferre? Idem pro P. Septio, Cur cum de capite ciuis & de bonis proſcripti ferretur: cum & ſacris legibus & duodecim tabulis ſancitum eſſet, néve priuilegium irrogari, néve de capite, niſi comitijs centuriatis irrogari, nulla vox eſt audita cõſulum? Et paulo poſt, Tum princeps rogatus ſententiam Cotta, dixit nihil de me actum eſſe iure, nihil more maiorum, nihil legibus, non poſſe quenquam de ciuitate tolli iudicio. De capite non modo ferri, ſed ne iudicari quidem poſſe, niſi centuriatis comitijs.

Comitia capitis alicui habere, Aſſembler le peuple pour condamner aucun a mourir. Plaut. in Pſeudolo, 20. 122, Pſeudolus mihi centuarita habuit capitis comitia, qui illum hodie ad me allegauit mulierem qui abduceret.

Centuriati manipulares, Diuiſés & ordonnés par centaines. Plaut. in Milite, 11. 3, Eripiam ego hodie concubinam militi, ſi centuriati bene ſunt manipulares mei.

Centuriatus, centuriatus centuriatui, m. g. La dignite ou loffice de centenier. Cic. Pro lege Manilia, Quem enim poſſumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu veneant centuriatus, atque venierint?

Centuriatim aduerbium, Par centaines & bandes. Ou abundamment & en grand nombre, inquit Nonius Marcellus. Pomponius, Cõtinuo ad te centuriatim current qui panem petent.

CENTVMVIRI. Cum eſſent Romæ xxxv tribus quæ & curiæ ſunt dictæ, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandum, qui Centumuiri appellati ſunt. & licet quinque amplius quàm centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, centumviri ſunt dicti. Author Feſtus Pompeius.

Centumuiralis & hoc centumuirale, Pertinens ad Centumviros.

Centumuirales cauſſæ vel iudicia. Cic. lib. 1. de Oratore, Nã volitare in foro, hærere in iure, ac prætorum tribunalibus iudicia priuata, magnarum rerum obire: in quibus ſæpe non de facto, ſed de iure atque æquitate certetur, iactare ſe in cauſſis centumuiralibus, in quibus vſu capionum, tutelarum, gẽtilitatum, agnationum, alluuiorum, nexorum, mancipiorum, pari-

rietum, fluminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum ruptorum, aut ratorum, cæterarúmque rerum innumerabilium iura verſentur: cum omnino quid ſuum, quid alienum, quare denique ciuis aut peregrinus, ſeruus aut liber quiſpiam ſit, ignoret, inſignis eſt impudentiæ. Suet. in Veſpaſiano, Litium ſeries vbique maiorē in modum excreuerant, manētibus antiquis intercapedine iuriſdictionis, accedentibus nouis ex cōditione tumultúque temporum, ſorte elegi per quos rapta bello reſtituerētur. Quique iudicia centumviralia quibus peragendis vix ſuffectura litigatorum ætas videbatur, extra ordinem dijudicarent: redigerentque ad breuiſſimum numerum.

Centumviralis haſta, dicta quòd centumviri haſta in foro ſuo poſita iudicabant. Vnde Tranquillus in Auguſto, Author & aliarum rerum fuit. In quis ne acta ſenatus publicarentur, vt cura ærarij à quæſtoribus vrbanis ad prætorios prætoréſve tranſiret, vt centumviralem haſtam quam quæſtura functi conſueuerant, cogere, decemviri cogerent. Valerius lib. v II, Notæ inſaniæ Tuditanus teſtamento filium inſtituit hæredē. Quod T. Longus ſanguine ei proximus, haſtæ iudicio ſubuertere fruſtra conatus eſt. magis enim centumviri quid ſcriptum eſſet in tabulis, quàm quis eas ſcripſiſſet, conſiderandum exiſtimauerunt.

CENTVSSIS, huius centuſſis, maſculini generis. Apud Lucilium, quadraginta ſeſtertij, qui legem ſumptuariam centuſſem vocitauit, ob centum aſſium taxationem, vt author eſt Macrobius in tertio Saturnalium. Centuſſem dicere poſſumus pro ea ſumma quam alternis prope verbis negotiatores centum ſolidos appellant, vt decuſſem pro decē, Cent ſolz, dix ſolz.

CEPE, generis neutri & indeclinabile, à capitis magnitudine dicitur, Vng oignon. Plinius libr. 19. cap. 6, Ergo omnibus annis ſeparatim ſemen cepe cauſſa ſeritur, ſeparatim cepe ſeminis.

Cepa cepæ, fœminini generis. Idem. Plinius lib. 19. cap. 6, Cætero cepas ter foſſo ſolo ſeri iubent, extirpatis radicibus herbarum in iugera denas libras. Ouidius, Cædenda eſt hortis eruta cepa meis. Columella, Pompeiam vel Aſcaloniam cepam eligito, & componito in fidelia. Optimæ, ſunt rotundiſſimæ: ruſſæ acriores, quàm candidæ: ſiccæ quàm virides.

Cepas edere, dicebantur ioco prouerbiali, qui lachrymari viderentur. natum à Biantis apophthegmate. Is enim Alyattæ ſibi per nuntiū miſſum denuntianti, vt quāprimum ad ſe veniret, reſpondit ad hunc modum, ἐγὼ ἀλυάττῃ κελεύω κρόμμυα ἐσθίειν, Ego iubeo Alyattæ cepas edere, hoc eſt flere & eiulare. quibus verbis extremum regis contemptum indicabat. Ductum eſt hinc prouerbium, quòd ceparum odor, vt eſt acris, conſueuerit lachrymas oculis excutere. Simili figura neque diuerſa ſententia dicti ſunt cepas odorari vel olfacere, qui flerent.

CERA ceræ, f. g. Cire. Plin. lib. 21. cap. 14. Cera fit expreſſis fauis, ſed antè purificatis aqua, & triduo in tenebris ſiccatis, quarto die liquatis igni in nouo fictili.

Cera, Tablettes cirees eſquelles on ſouloit eſcrire anciennement. Plautus in Aſinaria, 13. 14, Ne vlla ſit cera vbi facere poſſit literas. Idem in Curculione, 8. 39, Nam mihi iſtoc nomine, dum ſcribo, expleui totas ceras quatuor. Suetonius in Cæſare, Quint. Pedium ex quadrante hæredem inſtituit, reliquos in ima cera, id eſt in vltima parte tabulæ teſtamētariæ. Plinius lib. 1. epiſt. Erat in proximo non venabulum aut lancea: ſed ſtylus & pugillares. Meditabar aliqua, enotabámque: vt, ſi manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem.

Cero ceras, ceraui, ceratum, cerare, Encirer. Columella libro vltimo, Sexta quoque oliuitate dolia cerare oportet.

Ceratus, cerata, ceratum, Enciré. Plaut. in Aſinaria, 13. 18, Ne epiſtola quidem vlla ſit in æ-dibus, nec cerata adeò tabula.

Ceratura ceraturæ, f. g. Ipſa ceratio, Encirement. Columella, Vetera nō credideram propter olei ſuccum ceraturam pati.

Cereus cerea cereum, Qui eſt faict de cire. Vt imago cerea. Vne image de cire.

Cerea pruna, Des prunes iaulnes cõme cire. Virg. Addam cerea pruna: & honos erit huic quoque pomo.

Cereus, Mol, & facile a enfaire ce que on veult. Horatius, Cereus in vitium flecti, monitoribus asper. Facile a tourner en meschanstete. Idem, Cerea Telephi laudat brachia.

Cereus, Gras. Accius, Pinguem turturem cereámque ficedulam.

Cereus, Oingt. Martialis, Cerea si pendet lumbis & trita lacerna.

Cereus cerei, Vng cierge, ou vne chandelle de cire. Martialis, Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes.

Cerosus cerosa cerosum, Qui ha de la cire meslee parmi. Vnde mel cerosum, Du miel qui nest point encore purge. Plin. Liquore veluti mellis cerôsi.

Cærulus cærula cærulum, Qui est de la couleur de la mer, ou du ciel. Catullus, Cærula verrentes abiegnis æquora palmis.

Cæruleus cærulea cæruleũ. Idem quod Cærulus. Propertius, Cæruleus cucumis, tumidóque cucurbita ventre.

CEREFOLIVM, cerefolij, neutri generis genus herbæ. Palladius, Cerefolium locis frigidis seratur.

CERASTES cerastis, m.g. Genus est serpentis. Plin. lib. 8. cap. 33. Cerastis corpore eminere cornicula sæpe quadrigemina: quorum motu, reliquo corpore occultato, sollicitent ad se aues.

CERASVS cerasi, f.g. Vng arbre nomme Cerisier. Plin. lib 17, Cerasos præcoces facit, cogítque matureſcere calx admota radicibus. Ouid. de nuce, Audiat hæc cerasus, stipes inanis eram.

Cerasum cerasi, n.g. Vne cerise. Plin. lib. 15. cap. 25, Cerasorũ Aproniana maxime rubẽt, nigerrima sunt vt Actia, Ceciliana verò & rotunda.

CERCOPITHECVS cercopitheci, masculini generis. Vne beste nommee marmot. Plinius lib. VIII. cap. XXI, Cercopithecos nigris capitibus, pilo asinino, & dissimiles cæteris voce. Martialis, Callidus enixas elidere simius hastas, Si mihi cauda foret; cercopithecus eram.

CERCVRON cercuri, neutr. gen. Genus nauigij, à Cyprijs inuentum, teste Plinio, lib. 7. cap. 56. Plaut. in Sticho, 7.13, Quoniã bene re gesta rediisse me videt, magnásque apportauisse diuitias domũ sine aduocatis ibidem in cercuro, in stega, in amicitiã atque in gratiam conuertimus. Ibidem, 6.44, Dum percontor portitores ecquæ nauis venerit ex Asia, negant venisse: conspicatus sum interim cercurum, quo ego me maiorem non vidisse censeo, in portum vento secundo, velo passo venit.

CERDO cerdonis, m.g. quicũque artes illiberales exercet, quæstus gratia, qui græce κέρδος dicitur. Vng mechanique de quelque mestier que ce soit.

CEREBRVM cerebri, n.g. Le cerueau. Plin. lib. XI, Cerebrum omnia habent animalia, quæ sanguinem. Ibidem, Quæ cerebrum non habent, non dormiunt.

Cerebrosus, A qui le cerueau torne, & ne sen fault guere quil ne soit fol. Vng esceruele, qui se gouuerne tout par son conseil, cõme il luy vient a sa fantasie, Qui est tẽpestatif & ireux. Plautus in Mostellaria, 13.14, Senex hic cerebrosus est certe. Horat. lib. I. serm. Donec cerebrosus prosilit vnus.

Cerebrosus, etiam de brutis dicitur. Columella, lib. 2, Quòd eo tempore satum pecori sit noxium, & præcipue bobus, quos pabulo suo cerebrosos reddit.

CERES cereris, f.g. Dea frugum putabatur. Cicero de natura deorum, Mater autem est à gerendis frugibus, Ceres tanquam geres, casúque prima litera itidem mutata, vt à Græcis. nam ab illis quoque Demeter quasi gemeter nominata est. Virg. Vos ô clarissima mũdi Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres. Plautus in Rudẽte, 4.57, Nullum est periculum te hinc ire impransum domum, Cererem te melius, quàm Venerem sectarier, Amorem hæc curat, triticum curat Ceres.

Ceres pro ipso pane aliquando ponitur. Terẽtius in Eunuc. 4.5.6, Sine Cerere & Baccho friget Venus.

Cereri facere nuptias, vel sacrificare. Plautus in Aulularia, II.5, Cererine Strobile has facturi nuptias? TR. qui? ST. A. quia temeti nihil allatũ intelligo. Quemadmodũ Græci di-

cunt ἑστίᾳ θύουσιν, id eſt Lari ſacrificant, Ita Plautus propemodum indicat apud Latinos dici ſolere, Cereri ſacrificant, ſiquando in conuiuio vinum deeſſet, propterea quòd in huius ſacris nefas eſſet inferre vinum, ſicut apud Græcos in quarundam dearum ſacrificijs.

CERINVM cerini, n.g. Veſtement de la couleur de cire. Plautus in Epidico, 5.50, Cumatile aut plumatile, aut cerinum. Poterit & cerinus cerina cerinum adiectiuum eſſe, vt ſubintelligatur veſtimentum.

CERINTHE cerinthes, f.g. Genus herbæ. Plin. lib. 21. cap. 12, Eſt autem cerinthe folio cãdido, incuruo, cubitalis, capite concauo, mellis ſuccum habente.

CERITVS ceriti, m.g. Vng inſenſe, fol, ou enrage, Hoc eſt, Cereris ira & indignatione vexatus. nam in Cereris ſacris furore corripiebantur. Plautus in Rudente, 23.56. Elleboroſus ſum. G. at ergo cerîtus, hunc non mittam tamen. Idem in Menæhmis, 19.2, Narra ſenex, num laruatus erat, aut cerîtus? fac ſciã. Idem in Amphitruone, 8.142, Quæſo quin tu iſtanc iubes pro cerîta circunferri? Horatius in Sermonibus, Ceritus fuit, aut commotæ crimine mentis.

CERIVM cerij, n.g. Genus vlceris. Plin. lib. 20. cap. 2, Radix ſanat vlcera concreta in modũ faui, quem cerion vocant. Idem lib. 23. cap. 7, Cum melle item & folijs ceria ſanant, & canis morſus.

CERNO cernis, creui, cretum. Præteritum cerni, apud Liuium legitur libro 7, Et quod haud minus timendum erat, ſtolide ferocem viribus ſuis cernerat. Supinum cretum.

Cernere, Veoir, regarder. Virg. Cernimus aſtantis nequicquã lumine toruo. Tullius, Proprium eſt ſtultitiæ, aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum. Id eſt obſeruare, animaduertere. Cic. in offic. Fit enim neſcio quo modo, vt magis in alijs cernamus, quàm in nobiſmetipſis, ſiquid delinquitur.

Cernere, Apperceuoir. Plaut. in Ciſtellaria, 2.1, Cum antehac te amaui, & mihi amicam eſſe creui mea Gymnaſium, & matrem tuam: tum id mihi hodie aperuiſtis, tu atque hæc.

Cerneres, Tu euſſes peu veoir & apperceuoir. Terent. in And. 1.1.108, Tum ille, vt conſuetũ facile amorem cerneres, reiecit ſe in eum flens, quamfamiliariter. Salluſt. in Catil. Sed cõfecto prælio tum vero cerneres quãta audacia, quantáque vis animi fuiſſet in exercitu Catilinæ. Id eſt potuiſſet quiuis cernere. Secũda eſt perſona, pro tertia. Sic Virgilius AEnei. 4, Migrantes cernas, totáque ex vrbe ruentes. Pro cerneres.

Cernere, Apperceuoir, congnoiſtre. Plaut. in Moſtellaria, 3.35, Igitur tum ſpecimen cernitur quò eueniat ædificatio. Cic. de Oratore, Neque tanta tamẽ obſcuritas, vt eas nõ penitus acri vir ingenio cernat, ſi modo aſpexerit. Alibi, Atque vt poſſit is illa omnia cernere, ſi modo aſpexerit. Id eſt cognoſcere, & intelligere.

Cernere oculis. Plautus in Pœnulo, 19.20, Satin' ego oculis cerno? eſtne illæc mea amica Anteraſtilis? & ea eſt certo. Cicero pro Aulo Cluentio, Repetam paulo altius iudices: & omnia quæ in diuturna obſcuritate latuerunt, ſic aperiam, vt ea cernere oculis videamini.

Cernere, Sauoir & congnoiſtre. Cicero de Senectute, 69, Equidem nõ video cur quid ipſe ſentiam de morte, non audeam dicere vobis: quod eò melius cernere mihi videor, quòd ad eam propius adſum.

Cernit animus, Il preuoit, Il voit ce qui eſt aduenir. Cicero de Senectute, 77, Animus verò nõ me deſerens, ſed reſpectans in ea profecto loca diſceſſit, quò mihi ipſe cernebat eſſe veniendũ. Ibidem, 75, Quid? quòd ſapientiſſimus quiſque æquiſſimo animo moritur, ſtultiſſimus iniquiſſimo? nónne vobis videtur animus is, qui plura cernat, & longius, videre ſe ad meliora proficiſci? ille autem, cuius obtuſior ſit acies, non videre?

Cerno animo, Ie preuoy, il meſt aduis que ie voy deſia. Cicer. in L. Catilinã, Videor enim mihi hanc vrbem videre lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium, ſubito vno incendio cõcidentem: cerno animo ſepultam patriam, miſeros atque inſepultos aceruos ciuium: verſatur ante oculos aſpectus Cethegi & furor in veſtra cæde bacchantis.

Cernere, Diuiſer, Parler les vngs aux autres de quelque choſe. Plaut. in Trinummo, 8.61, Verecundari neminem apud menſam decet: nam ibi de diuinis atque humanis cernitur.

Cernere pro decernere, Iuger, conſtituer, deliberer. Cic. lib. 1111. de legibus, Quotcunque ſenatus creuerit, populúſve iuſſerit, tot ſunto, regio imperio duo ſunto. Lucil. Poſtquã præſidium caſtris educere creuit.

Cernere, Batailler. Plautus in Amphit. 2.3, Pro patria Amphitruo dum cernit cum hoſtibus. Accius, Primores procerum reuocarint nomina, niſi eſſet quis, qui armis ſecũ vellet cernere. Ennius, Exule nam te ſub armis malim vitã cernere. Idem apud Ciceronem, Ferro, nõ auro, vitam cernamus vtrique. Id eſt de vita certemus.

Cernere hæreditatem, pro adire, authore Feſto, Prendre poſſeſſion dung heritaige, ou ſe porter pour heritier. Cicero Attico, lib. v 1, Quare adiũges Aufidium noſtrum, hominem ſemper amantem me, nunc credo eo magis quòd debet etiam fratris Appij amorem erga me cũ reliqua hæreditate creuiſſe. Idem lib. x 1, Literas tuas accepi pridie Nonas Feb. eóque ipſo die ex teſtamento creui hæreditatẽ. Idem Dolabellæ, A te autem peto vt me hanc quaſi falſam hæreditatem alienæ gloriæ ſinas cernere, méque aliqua ex parte in ſocietatem tuarũ laudum venire patiare. Vtitur & Liuius lib. 1 1 1, ſecundi belli Punici.

Cernere amorẽ in primo exemplo dixit Cicero, quaſi diceret, Debet is qui adit hæreditatem Appij, etiam adire amicitiã quam habet Appius erga me, & mihi amicus fieri, vt eſt Appius, Me prendre en amitie, & auoir tel amour en moy que Appius ha.

Cernere falſam hæreditatem alienæ gloriæ, in tertio exemplo dixit Cicero pro Prendre a ſoy, Prendre poſſeſſion & vſurper la gloire dautruy, comme vng heritaige qui neſt pas a ſoy.

Cernere, Cribler quelque choſe, ou ſaſſer, cõme farine, ble, aueine, ou autre choſe. Plin. lib. 18. cap. 11, Poſteaquam gypſi pars inſpargitur, atque vt cohæſerit, farinario cribro ſubcernunt: quæ in eo remanſit, exceptitia appellatur, & grandiſſima eſt. Rurſus quæ trãſit, arctiore cernitur, & ſecundaria vocatur.

CERNVVS cernua cernuum, Encliné, regardant contre terre. Lucilius, ſatyr. libr. 3, Cernuus exemplo plantas conueſtit honeſtas. Virg. lib. x, Tollit ſe arrectum quadrupes: & calcibus auras Verberat: effuſúmque equitem ſuper ipſe ſecutus Implicat: eiectóque incumbit cernuus armo. Vbi Seruius, Cernuus, inquit, equus dicitur, qui cadit in faciem: quaſi in eam partem, quam cernimus. Vnde & pueri, quos in ludis videmus, ea parte qua cernunt ſtantes, cernui vocantur. vt etiam Varro in ludis theatralibus docet. Hæc Seruius.

CERNVS cernus cernui, m. g. Calceamenti genus. Feſtus Pompeius.

CEROMA ceromatis, neut. gen. Huyle meſlee auec de la cire, de quoy anciennement on oignoit les iouſteurs.

Ceroma, Locus vbi palæſtritæ vngebantur. Plin. Ijdem Palæſtras athletarum imaginibus & ceromata ſua exornant.

CERTO certas, certaui, certatum, certare, Debattre, eſtriuer auec aucun. Plaut. in Milite, 10. 119, Illi inter ſe certant donis, Ils font, ils tachent a qui donnera le plus lung a lautre.

Certare benedictis. Terent. in prolog. Phormionis, 21, Benedictis, ſi certaſſet, audiſſet bene. Sil euſt taſche a bien dire dautruy: on euſt pareillement bien dict de luy.

Certare damnis, Tacher, & mettre peine a qui fera plus de dommage lung a lautre. Plautus in Truculento, 19.56, Stultus atque inſanus damnis certant, nos ſaluæ ſumus. Ils taſchent a deſtruire lung lautre.

Certare malitia cum aliquo, Seſtudier a qui plus nuyra lung a lautre. Plautus in Perſa, 6.58, Malitia certare tecum miſeria eſt.

Certare munere cum aliquo, Soy efforcer a qui plus donnera. Plautus in Truculento, 19.52, Dedi ego huic aurum. s. at ego argentum. m. at etiam pallulam. s. at ego oueis etiam: nam & alia multa quæ poſcet dabo. melius te munere certare mecum, quàm minacijs.

Certare minacijs, Menacer, a qui mieulx menacera. Plautus in Truculento, 19.54, Melius te munere certare mecum, quàm minacijs.

Certare officijs inter ſe. Cicero Curio, Reliquum eſt vt officijs certemus inter nos, quibus æquo animo vel vincã te, vel vincar abs te. Il reſte que nous nous efforcions a qui plus fera de plaiſir lung a lautre.

Certare ſecum, Soy inciter a faire de mieulx en mieulx, tacher a ſurmonter ſoymeſme. Plinius epiſt. 1 19. a, Tollite cũcta, inquit, cœptóſque auferte labores. Seu ſcribis aliquid, ſeu legis, au ferri iube, & accipe orationẽ meã, vt illi arma diuina. num ſuperbius potuiſſe vera vt inter meas pulchram: nam mihi ſatis eſt certare mecum.

Certat AEgyptus cũ feraciſſimis terris, Elle raporte autãt & plus de biẽs que les plus fertilles terres qui ſoient. Plin. in Paneg. 48, AEgyptus alendis augendiſque ſeminibus ita gloriata

eſt, vt nihil imbribus, cælóque deberet. Siquidem proprio ſemper amne perfuſa, nec alio genere aquarum ſolita pingueſcere, quàm quas ipſe deuexerat, tantis ſegetibus induebatur, vt cum feraciſſimis terris quaſi nunquam ceſſura certaret.

Certatur antique dictum pro certat. Pacuuius, An quis eſt qui te eſſe dignum quicũ certetur, putet? Nonius Marcellus.

Certamen certaminis, n.g. Res ipſa de qua certatur, La choſe pour laquelle on ſe debat, inquit Donatus. Plaut. in Caſina, 11.2, Nunc ſpecimen ſpecitur, nunc certamẽ cernitur. On voit la cauſe du debat. Virg. Velocis iaculi certamina ponit in vlmo.

Certamen, Contention, ou debat. Salluſtius, Sed diu magnũ inter mortales certamen fuit vine corporis, an virtute animi res militaris magis procederet. Idem, Sed gloriæ maximũ certamen inter ipſos erat. Horat. in epiſt. Mitte leues ſpes, & certamina diuitiarum.

Certamen. Prælium. Virg. in x1, Quod ſi me ſolum Teucri in certamina poſcunt.

Certatio certationis, f.g. Debat, eſtriuement, eſtudie, incitation, prouocation. Cic. de Amicitia, 31, Quam qui appetiueruut, applicant ſeſe, & propius admouent, vt vſu eius, quẽ diligere cœperunt, fruantur & moribus, ſintque pares in amore, & æquales, propenſioréſque ad bene merendum quàm ad repoſcendum: atque hæc inter eos ſit honeſta certatio.

Certatim, aduerbium, A qui plus fera, ou a qui mieulx fera quelque choſe. Plaut. in Milite, 10.120, Bona mea inhiant, certatim nutricant, & munere, Ils ſe efforcent a qui mieulx me nourrira. Plin. epiſt. 33.b, Omnes me certatim, & tamen æqualiter amant, Ils tachent entre eulx a qui me aimera le plus, & touteſfois ils maiment autant lung que lautre. Virg. lib. 8, Tunc lecti iuuenes certatim, aræque ſacerdos. Suetonius in Aug. Senatus & in funere ornando & in memoria honoranda eo ſtudio certatim progreſſus eſt. Plin. epiſt. 155.a, Vendíderã vindemias, certatim negotiatoribus ementibus, Il y auoit preſſe a les acheter, les marchans ſentrebattoient a qui les achetteroit.

CERTVS certa certum, Certain & aſſeure, Vne choſe qui eſt ſans doubte. Nã certum & dubium contrariã ſunt.

Certus ſum ex hoc metu. Plaut. in Mercatore, 4.19, Ego animi pendeo: quid illud ſit negoti, lubet ſcire me, ex hoc vt ſim certus metu. Affin que ie ſoie aſſeure de ceſte crainte, ou que ie naye plus de crainte de cecy.

Certum non ſimus: matris nomen, & patris dicebat ipſa. Nous nen ſcauõs rien pour certain, nous nen ſommes point aſſeurés. Terent. in Eunucho, 1.2.31.

Incerta hæc ſi tu poſtules ratione certa facere, nihilo plus agas, quàm ſi des operam vt cũ ratione inſanias. Si tu voulois arreſter & faire demourer en vng eſtat ces choſes cy incertaines qui varient dheure en heure. Terent. in Eunucho, 1.1.17.

Certa amittimus, dum incerta petimus, Nous perdons les choſes certaines, en demãdant les incertaines. Plaut. in Pſeudolo, 10.19.

Certi alij. Cicero, Is enim cum certis alijs ad Cæſarem miſſus paulo antè diſceſſerat. Auec autres certaines gens, que ceulx la que vous dictes. Salluſt. Apud latera certos locauit, Certaines gens prins & eſlus dentre les autres.

Certi amici, Amis qui touſiours demeurent amis, quelque temps quil vienne. Plaut. in Pſeudolo, 5.155, Pauci ex multis amici ſunt homini, qui certi ſient. Idem in Trinũmo, 4.44, Sed tu ex amicis certis mihi es certiſſimus. Id eſt fidiſſimus & conſtantiſſimus. Ennius apud Ciceronem in Lælio, Amicus certus in re incerta cernitur.

Certus author. Cic. Caſſio, 218, Nos hic de Dolabella audiebamus quæ vellemus: ſed certos authores non habebamus, Mais nous ne ſcauions qui eſtoient ceulx qui les diſoient.

Certum conſilium. Plaut. in Pſeudolo, 6.4, Cui neque parata gutta certi conſilij, neque adeò argenti: neque nunc quid faciam ſcio, Qui nay goutte de conſeil aſſeuré, determine.

Certa dextera, Vng bras ſeur a ietter, a frapper, ou ruer droit la ou il veult. Martialis, O quàm certa fuit librato dextera telo.

Certa dies, Vng tẽps certain & determine. Cic. Attico, Statim dedi litteras vt ex Cypro equites ante certam diem decederent. Liuius ab vrbe condita, Cum in diem certam vt ad lucum Ferentinæ conueniant, edicit. Id eſt, ad tempus conſtitutum.

Certæ fidei res. Plin. epiſt. 286, Quæ ideo tibi non miſi, quía & parum emendate, & quædam non certæ fidei videbantur, & quia vera & emendata in ſcrinijs tuis eſſe credebam. Pourtant quil y auoit aucũes choſes leſquelles ne me ſembloiẽt point aſſes ſeures pour y adiouſter foy.

Certi homines, id eſt fidiſſimi, Gens feables & ſeurs, a qui on ſe peult fier. Virg. Equidem per littora certos Dimittã. Cic. ad Lentulũ, Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, quibus recte dem, non prætermittam, Toutes & quantes fois que iauray gens ſeurs, a qui ie puiſſe bailler lettres. Idem in Verrẽ, Confirmat ſe homines certos eius rei cauſſa, in Siciliam & terra & mari miſſurum. Ibidem, Tum iſte continuo mittit homines certos Melitam. Idem, Certos homines in quinqueremi miſiſſe. Idem in Catilinam, Certos homines delectos ac deſcriptos habebat. Idem Attico, Certos homines ad mulieres miſeram.

Certi homines. Cicero ad pontifices, Hanc iucundiſſimam vitæ atque officiorum omnium ſocietatem certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerunt. Ibidem, Neque tot ille ſuſpicionibus certorum hominum, & ſcelere exulceratus. his duobus exemplis poſterioribus Cicero certos homines dicit notiſſimos, quaſi qui poſſint nominatim referri.

Certus homo, Vng homme ſeur, deſlite, a qui on ſe fie. Cic. Attico, Hominem certum miſi de comitibus meis.

Certus inimicus quaſi ex profeſſo inimicus. Vng ennemi ſpecial, expres & particulier. Plaut. in Perſa, 16.114, Tum tu mihi es inimicus certus: nam generi lenonio nunquam vllus deus tam benignus fuit, qui fuerit propitius.

Certæ opes, Richeſſes qui ſont permanentes, qui ne ſe perdent point. Plaut. in Pœnulo, 14.44, Magne Iuppiter reſtitue certas mihi ex incertis nũc opes. id eſt de quibus nihil dubitẽ.

Certa oratio, Parolles toutes certaines & vrayes. Plaut. in Pœnulo, 16.7. Prò dij immortales obſecro veſtram fidem, horum profecto certa eſt hominum oratio, quam orationẽ hanc aures dulces deuorant, vt mihi abſterſerunt omnem ſorditudinem. Vrayement les parolles que iay ouy dire a ceulx la, ſont vrayes.

Certo patre naſci: Eſtre ne en legitime mariage. Cic. pro Sex. Roſcio, Si tibi fortuna nõ dedit vt patre certo naſcerere.

Certas perſonas interpretatur Aſconius, quæ indices fieri poterant. Gens qui ſont receus de pouoir dire hardiment quelque meſchantete quils auroient veu faire.

Certũ dimenſúmque tempus. Plin. epiſt. 213, Vbi hora quarta vel quinta (neque enim certum dimenſúmque tempus, vt dies ſuaſit) in xyſtum me vel cryptoporticum confero.

Certa res eſt, La choſe eſt toute certaine, Il eſt tout ſeur, il ny a point de doubte. Terent. in Andria, 2.2.31, Non opinor Daue. D. opinor narras? non recte accipis: certa res eſt.

Certa res eſt, Cela eſt conclud, & delibere, Iay ainſi arreſté & propoſe. Plaut. in Capt. 13.11, Nunc certa res eſt eodem pacto, vt comici ſerui ſolẽt, conijciam in collũ pallium, primo ex me hanc rem vt audiat. Idem in Amphit. 8.71, At pol quin certa res hanc eſt obiurgare, quæ me hodie aduenientem domum noluerit ſalutare.

Certum eſt, Idem quod Certa res eſt. Plaut. in Amphitrione, 4.111, Quandò imago eſt huius in me, certum eſt hominem eludere. Ibidem, 8.153, Certum eſt aperire, atque inſpicere. Terentius in Eunucho, 2.3,96, Quid iſtic? ſi certum eſt facere, facias: Verum ne pòſt conferas culpam in me. Ibidem, 3.3.30, Si iſtuc ita certum eſt tibi, amabo vt illuc tranſeas vbi illa eſt. Idem in Andria, 1.3.4, Nec quid agam certum eſt, Pamphilúmne adiutem, an auſcultem ſeni.

Certum eſt & quæ facere, & quæ debeant audire, ſi faciant, Ils ſont tout aſſeures de ce quils doibuent faire, & quel bruyt ils acquerront, ſils le font. Plin. in Paneg. 126.

Certum eſt, Il eſt certain. Terent. in Eunu, 4.4.37, Iam ſatis certum eſt virginem vitiatã eſſe.

Certum eſt iſtuc? Eſt ce vne choſe tout arreſtee? Terent. in Hecyra.

Certum alicui facere, Dire certainement, ſans mentir. Plautus in Pſeudolo, 9.4, Nimis velim, qui certum mihi faciat Ballion hic leno vbi habitat. Ie deſyre que aucun me die certainemẽt ou il demeure &c.

Certius facere. Plautus in Menęhmis, 17.9, Nec quid id ſit, mihi certius facit, quid velit, quid me accerſit, Il ne me aſſeure point que ceſt quil veult, & pour quoy il me faict venir.

Certior. Plaut. in Amphit. 4.193, Huc eo, heri ſum ſeruus: nunquid nunc es certior? Or ca le ſces tu mieulx maintenant? Or ca en es tu plus aſſeure?

Certum habere, Sauoir certainement, Cicero ad Atticum, Neque id ipſum tamen certum habeo. Eidem, Quod quæris quandiu hic? paucos dies: ſed certum non habeo.

Certum promittere, Promettre vne choſe certaine & aſſeuree. Plautus in Sticho, 8.27, Vnum quidem hercle certum promitto tibi, lubens accipiam, certo ſi promiſeris.

Certum ſcire, Sauoir la verite dune choſe, en eſtre certain. Terent. in Phorm. 1.2.98, Quidſ quoad expectatis veſtrumſG. non certũ ſcio, Ie nen ſcay rien pour le vray. Idem in Eunucho, 5.3.12, Ibo intrò, de cognitione vt certum ſciam, pòſt exibo. Cic. ad Brutum, Cum certum ſciero, ſcribam ad te. Quant ien ſeray bien ſeur.

CERTE, aduerbium confirmantis. Terent. in Adelph. 3.4.42, Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro. H. hem númnam quæſo illa parturitſG. certe Hegio. Ouy certainement.

Certe Tu dis vray vrayment, par moquerie. Terent. in And. 5.6.2, O Pãphile. P. neſcis quid mihi obtigerit. D. certe! ſed quid mihi obtigerit ſcio.

Certe captus eſt. Terent. in And. 1.1.55. Egomet continuo mecum, Certe captus eſt, habet. Sans doubte, ſans point de faulte il eſt prins.

Certe is eſt, Vrayemẽt ceſt luy. Plaut. in Trinummo, 14.63, Satin' ego oculis plane videoſ Eſtne ipſus, an non eſtſ Is eſt, certe is eſt, is profecto. Idem in Epid. 11.13, Eſtne ea, an non, quam animus retur meusſ dij boni viſitauit antidhac, certe eſt quam in Epidauro paupercu lam memini me comprimere. Terentius in Andria, 5.4.31, Suámne eſſe aiebatſc. non. CH. cuiam igiturſc. fratris filiam. CH. certe mea eſt. Ibidem, 5.4.3, Andrium ego Critonem videoſ & certe is eſt.

Certe, Au moins, ou a tout le moins. Terent. in Andria, 4.1.17, Ingeram mala multa: atque aliquis dicat, nihil promoueris: multum: moleſtus certe ei fuero, atque animo morem geſſero. Cicero Marcello, Victi ſumus igitur: aut ſi vinci dignitas non poteſt, certe fracti & abiecti.

Certe enim. Plautus in Amphit. 4.177. Certe enim hic neſcio quis loquitur. Ibidem, 8.24, Certe enim me illi expectatum, optatum venturum ſcio. Terent. in Andria, 3.2.23, Quîſ quía te noram. D. quaſi tu dicas factum id conſilio meo. S. certe enim ſcio. In hoc genere loquendi abundat enim.

Certe ædepol. Plautus in Amphit. 4.117, Certe ædepol ſcio, ſi quicquam eſt quod credam, certo ſciam.

Certe hercle. Plaut. in Trucul. 4.67, Certe hercle quàm veterrumus homini optimus eſt amicus. Terent. in And. 3.2.15, Certe hercle nunc hic ſeipſus fallit, haud ego.

Certe inquam. Plautus in Aſinaria, 12.132, Ain' veroſ LE. certe inquam. Dis tuſ Ouy vrayement ie le dis.

Certe quidem pol. Terent. in Eunucho, 4.5.5, Vah, quanto nunc formoſior videre mihi quàm dudum! P. certe tu quidem pol multo hilarior. Enim, ædepol, hercle, quidem, & pol, cũ poſt enim ponuntur, ſunt ornatiuæ tantum particulæ.

Certe ſi. Terent. in And. 3.2.14, Saltem accurate, vt metui videar. certe ſi reſciuerim.

Tam hercle certe. Plaut. in Mercatore, 4.72, Certén' viditſA. tam hercle certe, quàm ego nũc te ac tu me vides. Certes il eſt auſſi vray que ie te vois maintenant, & toy moy. Hic ornatiuum quoque eſt hercle.

Certe ſcio. Plautus in Aulularia, 4.21, Sceleſtiorem me hac anu, certe ſcio vidiſſe nunquam.

Terent. in Adelphis, 4.5.71, Tu potius deos comprecare: nam tibi eos certe ſcio quo vir melior multo es, quàm ego, obtemperaturos magis. Ibidem, 2.3.3, Satis certe ſcio nũquam ita magnifice quicquã dicam, id virtus quin ſuperet tua. Cic. Philipp. 13, Facite hoc meũ conſilium, legiones nouas non improbare: nam Martiã & quartam nihil præter dignitatẽ & decus probaturas eſſe certe ſcio. Idem Attico, P. Clodium Appij filium te credo audiſſe cum veſte muliebri deprehẽſum domi Caij Cæſaris cum ſacrificium pro populo ferret, eúm que per manus ſeruulæ ſeruatum & eductum: rem eſſe inſigni infamia: quod te moleſte ferre certe ſcio.

Et certe. Terent. in Eunucho, 5.6.4, Sed éſtne ille noſter Parmenoſ & certe ipſus eſt. Idem in Adelph. 1.1.53, Sed éſtne hic ipſus de quo agebamſ & certe is eſt. Cic. Et certe cõtra Cæſarem, & ingreſſus armatus.

Certo aduerbium, Certainement, pour tout certain, ſans doubte, ſans point de faulte. Plaut. in Amphitrione, 4.215, Immò equidem tunicis conſutis huc aduenio, non dolis. M. at mentiris etiam, certo pedibus, non tunicis venis. Idem in Epidico, 2.44, Nam certo priuſquam hinc ad legionem abijt domo, ipſe mihi mandauit, ab lenone vt fidicina quam amabat, ſibi emeretur.

Certo aduerbium confirmantis. Plaut. in Menæh. 23.9, Liberũ ego te iuſſi abireſ MES. certo.

Ouy vrayement.

Certo enim. Plau. in Aul. 27.4, Certo enim ego vocẽ hic loquẽtis modo me audire viſus ſum. Pour tout vray, il me ſemble que iay ouy icy aucũ qui parle. Hic abũdat enim more comico.

Quidem certo. Plautus in Epidic. 8.43, Me quidem certo ſeruauit conſilijs ſuis. Quidem hic eſt ornatiuum.

Quidem hercle certo. Terent. in Phorm. 1.3.12, Nam tua quidem hercle certo vita hæc expetenda, optandáque eſt. Quidem & hercle hic ſunt ornatiuæ particulæ.

Certo hæc mea eſt. Plaut. in Pœnul. 18.50, Vt pudice verba fecit, cogitate & cõmode! vt modeſte orationem præbuit! certo hæc mea eſt.

Et ea eſt certo. Plaut. in Pœnulo. 19.21, Satín' ego oculis cerno? éſtne illæc mea amica Antheraſtilis? & ea eſt certo. Et vraiement ceſt elle. Et ceſt elle pour tout vray.

Certo ſcire. Plautus in Amphit. 4.117, Certe ædepol ſcio, ſi quicquam eſt quod credam, certo ſciã, credo ego hac noctu nocturnum obdormiſſe ebrium. Idem in Epid. 5.24, Ego ita factũ eſſe díco. P. ſcín' tu iſtuc certo? E. ſcio. Terent. in And. 5.4.27, Hoc certo ſcio, Rhamnuſium ſe aiebat eſſe. Cic. Bruto, Noſtræ res meliore loco videbantur: ſcripta enim ad te certo ſcio quæ geſta ſint. Idem Nigidio, Cætera quæ tibi à multis prompta eſſe certo ſcio, à me ſunt paratiſſima. Terent. in Eunucho, 5.2.50, Tamẽ ſi pater. C. quid? ah volet certo ſcio, ciuis modo hæc ſit.

Certo perij. Plaut. in Pœnulo, 11.42, Nunc pol ego perij certo, haud arbitrario. Certainemẽt ie ſuis perdu, ceſt vne choſe toute aſſeuree.

Certo comperi, Iay trouue certainement quil eſt ainſi. Terent. in Eunucho, 5.1.9, Quid fuit igitur? P. iſte Chærea. T. qui Chærea? P. ephebus frater Phedriæ. T. quid ais venefica? P. atqui certo comperi.

Pro certo habere, Sauoir vne choſe au vray, pour tout certain. Cic. Bruto, Neque nuntiabatur quicquam quod pro certo haberemus.

Pro certo creditur, On tient pour tout vray. Salluſt. Pro certo creditur necato filio domũ ſceleſtis nuptijs vacue feciſſe.

Pro certóne? Pour vray? Terent. in Adelph. 3.4.32, Pro certóne tu iſtæc dicis?

Satín' hoc certo? G. certe, hiſce oculis egomet vidi. Pour tout vray? Terentius in Adelphis, 3.2.31.

CERVIX ceruicis, f.g. Le derriere du col, que on appelle le chainon du col. Plin. lib. 11. cap. 37, Ceruix nulli, niſi quibus vtraque hæc: cæteris collum quibus tãtum gulla. ſed quibus ceruix è multis vertebratíſque orbiculatim oſſibus flexilis ad circumſpectum articulorum nodis iungitur. Idem lib. 14. cap. 22, Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes, & volutatio in cœno, ac pectoroſa ceruicis repandæ oſtentatio.

Ceruices in plurali. Cic. Philipp. 2, Tum iſte venditum atque mancipatum tribunatum, conſilijs veſtris oppoſuit, ceruicéſque ſuas ei ſubiecit ſecuri, qua multi in minoribus peccatis occiderunt. Idem in Vatiniũ, Inflato collo, tumidis ceruicibus intuliſti. Cato, Si caput aut ceruices dolent, ea lotio calido lauito. Plaut. in Milite, 10.125, Metuerem ne ibi defregiſſet crura, aut ceruices ſibi.

Ceruicale, huius ceruicalis, n.g. & per apocopen ceruîcal, denominatiuum à ceruicibus: ſignificat ceruicis ſuſtentamentum & munimentum. Vng couſſin, ou vng cheuet de lict. Iuuenalis, Conducit comites ſellam ceruical amicas. Martialis, Tinge caput nardi folio, ceruical olebit.

CERVSA ceruſæ, f.g. Genus medicinæ ex ramentis plumbi: alio nomine Pſimmythiũ: Gallice ceruſe. Plin. lib. 34. cap. 18, Pſimmythium, hoc eſt ceruſam, plũbariæ dant officinæ. Laudatiſſimum in Rhodo. fit autẽ ramẽtis plumbi tenuiſſimis ſuper vas aceti aſperrimi impoſitis, atque ita diſtillantibus. Quod ex eo cecidit in ipſum acetum, arefactum molitur & cribratur, iterúmq; aceto mixto in paſtillos diuiditur, & in ſole ſiccatur æſtate. Et paulo póſt, Vis eius eadem quæ ſupradictis, leuiſſima tantum ex omnibus, paritérque ad candorem fœminarum adhibetur. Eſt autem letalis potus ſicut ſpuma argẽti: poſtea ceruſa ipſa ſi coquatur, ruffeſcit. Plaut. in Moſtell. 4. 100, Cedo ceruſam. S. quid ceruſa opus eſt? PHILE. nã quí malas oblinã. S. vna opera ebur atramento candefacere poſtules.

CERVVS cerui, m.g. Vng cerf. Plin. lib. 8. cap. 32. Ceruis quoque eſt ſua malignitas, quanquam placidiſſimo animalium.

Cerua ceruæ, Vne biche, la femelle dung cerf. Plin. lib. 25. cap. 8, Simplicius ceruæ monſtraue re elaphoboſcon: item ſeſeli enixæ à partu.

Ceruinus ceruina ceruinum, Qui eſt dung cerf. Vt ſanguis ceruinus. Plin. lib. 28. cap. 9, Sanguine quoque ceruino ſi vnà vrantur, dracontion & cunilago, & ancuſa lentiſci ligno, contrahi ſerpentes dicunt.

Ceruinus color. Palladius lib. 4. cap. 13. Colores hi præcipui, Badius, aureus, albineus, ruſſeus, murteus, ceruinus, giluus, ſcutulatus, albus, guttatus, candidiſſimus, niger, preſſus.

Cerui dicuntur furcæ quæ ad caſæ ſuſtentationem figuntur, ad ſimilitudinem cornuum cerui. Virg. Atque humiles habitare caſas, & figere ceruos. Grandes fourches pour ſoubtenir quelque logette.

CESSO ceſſas, ceſſaui, ceſſatũ, Ceſſare, Ceſſer de beſongner, ou de dire quelque choſe. Virg. Et ſi quid ceſſare potes, requieſce ſub vmbra. Id eſt, ſi potes breue otiũ tibi perſuadere. Terẽt. in Phorm. 2. 3. 30, Abſenti tibi te indignas ſéque dignas contumelias nunquam ceſſauit hodie dicere. Cic. de ſenect. 12, Neque vnquam in ſuo ſtudio atque opere ceſſauit.

Ceſſare, Demourer en vne place tout fiche, ne bouger dune place. Plaut. in Merc. 19. 2, Syra non redit, quam accerſitum patrem iam diu eſt quòd miſeram: tarda nimium, aut lapis obriguit, aut angue demorſa ceſſauit turgida, Elle eſt la demouree.

Ceſſare, Targer. Plaut. in Epid. 8. 8, Sed ego hinc migrare ceſſo, vt importem in coloniã hũc, hunc auſpicio meo commeatum? mihi ceſſo, quum ſto. Virg. Ceſſas in vota precéſque Tros, ait, AEnea? hoc eſt, tardus es ad vota faciẽda? Doibs tu tãt demourer ſans faire priere?

Ceſſare, Muſer, Chomer, eſtre oyſif, rien ne faire. Terẽt. Quid ceſſas? Que muſes tu? Cic. de ſenect. 16, Niſi forte ego vobis ceſſare nunc videor, cum bella non gero. Id eſt, otioſus & inutilis eſſe, nihil agere.

Sed ceſſo, prius quàm prorſus perij, currere? Mais que attens ie, que tarde ie qũe ie ne cours? Plaut. in Aulul. 13. 27.

Ceſſas alloqui? Que targés tu de parler a luy? Terent. in And. 2. 2. 6 & 5. 2. 4.

Ceſſare, Demourer, ou targer trop a aller en quelque lieu. Terent. in Adelph. 4. 2. 50, AEſchinus odioſe ceſſat, prandium corrumpitur. AEſchinus mennuye de demourer ou targer tant a venir.

Paululum ſi ceſſaſſem Pythia, domi nõ offendiſſem, Si ieuſſe tant ſoit peu arreſte, ou targe a aller, ie ne leuſſe pas trouue en la maiſon. Terent. in Eunucho, 4. 4. 5.

Nunquid in principio ceſſauit verbum docte dicere? A il targe, na il pas dit incontinent tout le point? Plaut. in Perſa, 16. 85, Satin' Athenæ tibi viſæ fortunatæ, atque opiparæ? P. vrbis ſpeciem vidi, hominum mores proſpexi parum. T. nunquid in principio ceſſauit verbum docte dicere?

Ceſſat hoc ex reditu. Plin. epiſt. 28. b, Sunt quidem omnino nobis modicæ facultates, dignitas ſumptuoſa, reditus propter conditionem agellorũ, neſcio minor, an incertior: ſed quod ceſſat ex reditu, frugalitate ſuppletur, ex qua velut ex fonte liberalitas noſtra decurrit. Id eſt quod minus eſt, quod deeſt mihi ex annuis reditibus.

Ceſſatum vſque adhuc eſt: nunc iam porro expergiſcere AEſchine, Tu as chome, muſe & perdu ton temps iuſques a preſent: maintenant eſueille ton eſperit. Terent. in Adelph. 4. 4. 22.

Ceſſator ceſſatoris, m. g. Vng baguenaudeur, muſart, lache iournee, qui aime biẽ beſogne faicte, qui ne ſe peult mettre a la beſongne: & ſi va lachemẽt quant il y eſt: vng pourneant, vng rien ne vault, qui tire le cul arriere & ſe frippe les eſpaules quãt il fault mettre les mains a la paſte. Gellius, Amici iſti magnam in partem ceſſatores ſunt.

Ceſſatio ceſſationis, f. g. Relache, retargement. Plaut. in Pœnulo, 14. 104, Sed ego nunc cur hic me moror? id negotium inſtitutum: non datur ceſſatio. nam & hoc nocte conſulandum quod homini concreditum eſt, & illud autem inſerendum eſt conſilium vernaculum, Ceſt affaire eſt commencé, il ne fault point auoir de ceſſe ou de relache.

CAESTVS cæſtus cæſtui, m. g. cum diphthongo, à cædo, Vne ſorte de maſſues, qui auoient au bout des plõbees pendantes a des couroies de beuf. Plau. in Bacchid. 1. 36, Vbique imponat in manu alius mihi pro cæſtu cantharum, pro galea ſcaphium. Virg. lib. v. Sin crudo fidit pugnam committere cæſtu.

CESTVS ceſti, m. g. ſine diphthongo, Cingulum quo vxor à marito cingebatur in fide marita li: à varijs punctis ſic dictũ. κεντεῖν enim pungere eſt & picturare. Vnde cingulum illud Veneris quo ipſa Martem, & Iuno Iouem conciliabant, à poetis ceſtus dicitur. Martialis, Vt Martis reuocetur amor, ſummique tonãtis, A te Iuno peto ceſton, & ipſa Venus. Sed & lorum aut opus interpunctum, acúve pictum, & Veneris item ornamentum, & in commune fœmi-

narum, ceſton Græci vocant.

CETVS ceti, m. g. Vne balaine. Feſt. Pomp. Balænam belluam marinam ipſam dicunt eſſe piſtricem, ipſam eſſe & cetum. Plin. lib. 32. cap. 1, Cetos ſexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum ſexaginta latitudinis, in flumen Arabiæ intraſſe dicunt: pinguíque eius negotiatores & omnium piſcium adipe camelos perungi, in eo ſitu vt aſylos ab his fugent odore. Plaut. in Aulul. 13. 5, Indicant caros, agninam caram, bubulam, vitulinam, cetum, porcinã, cara omnia, Les poiſſonnieres me font bien cher la baleine, & toutes autres viandes. Cete etiam neutro genere dicitur, plurali numero. Virg. Immania cete.

Cetarij dicuntur qui maiores piſces capiunt ſeu vendunt: dicti ab eo quòd cete in mari, maiora ſunt piſcium genera. Columella lib. 12, Salſamentorũ omniũ purgamenta quæ cetariorum officinis euerruntur, præberi conuenit. Varro, Aduertis cetarios cũ videre volunt in mari turmas, aſcendere in altum mali, vt penitus per aquam perſpiciant. Terentius in Eunucho, 2. 2. 25, Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij, cetarij, lani, coqui, fartores, piſcatores, aucupes.

Cetariæ cetariarum, f. g. loca iuxta mare, ſtagnante lacu, in quibus thynni & alij huiuſmodi piſces capiuntur & iuxtà ſaliuntur. Plin. Carteiæ in cetarijs aſſuetus polypus exire, atque ibi ſalſamenta populari. Idem, Scombris in aquis ſulphureus color, extra qui cæteris: Hiſpaniæ cetarias hi replent, thynnis non commeantibus.

CETRA cetræ, f. g. Scutum breue loreum, quo, authore Seruio, vtuntur Aphri & Hiſpani. Virg. Læuas cetra tegit.

Cetrati milites, qui cetris muniti ſunt. Cæſar. 1. bel. ciuilis. Erant, vt ſupra demonſtratũ eſt, legiones Afranij tres, Petreij duæ, præterea ſcutatæ citerioris prouinciæ, & cetratæ vlterioris Hiſpaniæ cohortes circiter octoginta. Meminit & Liuius.

CEV, aduerbium ſimilitudinis, Ainſi comme. Virg. 2. AEneid. Tum Danai gemitu atque ereptæ virginis ira, Vndique collecti inuadunt: acerrimus Aiax, Et gemini Atridæ, Dolopúmque exercitus omnis, Aduerſi rupto ceu quondam turbine venti Confligunt.

CEVAE ceuarum, genus vaccæ. Columella lib. 6, Melius etiam in hos vſus altinæ vaccæ probantur, quas eius regionis incolæ ceuas appellant: eæ ſunt humilis ſtaturæ, lactis abundantes: propter quod remotis earum fœtibus, generoſum pecus alienis educatur vberibus.

C H

CHAEREPHYLLON chærephylli, n. g. Vne herbe nommee cerfueil. Columella lib. 11. cap. 111, Chærephyllon, itémque olus atriplicis, quod Græci vocant ἀτραφαξιν, circa calendas Octobris obrui oportet.

CHALASTRICVM nitrũ apud Plinĩũ lib. 31. cap. 10. cãdidũ, purúmque proximũ ſali.

CHALCETVM chalceti, n. g. Genus herbæ. Plin. lib. 26. cap. 7, Item herba chalcetum è vineis contrita imponitur.

CHALCITIS, huius chalcitis, f. g. genus lapidis. Plin. lib. 34. cap. 12, Chalcitim vocant lapidem ex quo & ipſum æs coquitur.

CHALCOPHANOS, f. g. Gemmæ ſpecies. Plinius. lib. 37. cap. 10, Chalcophanos nigra, æris tinnitum reddit, tragœdis, vt ſuadent, geſtanda.

CHAMAELEA, chamæleæ, herba, de qua Plinius lib. 25. cap. 7, Multum infra hunc ſuccũ eſt qui in Gallia fit ex herba chamælea, granun cocci ferente. factus amomiaco ſimilis eſt.

CHAMAELEON, chamæleonis, m. g. herba. Plinius lib. 22. cap. 18, Chamæleonẽ aliqui Ixian vocant. duo genera eius, candidior aſperiora folia habet. &c.

Chamæleon chamæleontis, m. g. animal, figura & magnitudine lacerti: niſi crura eſſent recta & excelſiora. Solus animalium nec cibo, nec potu ſemper alitur: nec alio, quàm aeris alimento. Plin. lib. 8. cap. 33.

CHAMAELEVCE chamæleuces, f. g. herba. Plin. lib. 24. cap. 15, Chamæleucen apud nos farranum ſiue farfugium vocant. naſcitur ſecus fluuios, folio populi, ſed ampliore.

CHAMAEMILON chamæmili, n. g. herba ab odore mali ſic dicta. Plin. lib. 22. cap. 21. Chamomilla barbare vocatur.

CHARACATAE vineæ, Treilles ou berceaux de vigne. Columella lib. VI, Quæ defixis arundinibus circumnexæ per ſtatumina calamorum, materijs ligatis in orbiculos gyroſque flectuntur, eas nonnulli characatas vocant.

CHARISTIA chariſtiorũ, neutri generis & numeri pluralis, Feſta vocabãtur quibus cognati cõueniebãt & munera mutuo mittebãt. Oui. li. Feſt. Proxima cognati dixere chariſtia chari. Chariſtia, chariſtiæ, f. g. pro eodem. Valerius. Conuiuiũ etiã ſolenne maiores inſtituerunt, id-

quæ chariſtiam appellauerunt: cui, præter cognatos & affines, nemo interponebatur.

CHARTA chartæ, f.g. Papier. Et figurate pro libro accipitur. Ouid. li. 3. de triſtibus, Nullus in hac charta verſus amare docet.

Chartæ, Les fueilléts dung liure. Quintil. Cũ aperto codice chartas explicaret, Quant il tournoit les fueillets.

Charta plumbea, Vne platte de plomb, vne piece de plomb eſtẽdue comme vne fueille de papier. Suet. in Nerone, Plumbeam chartam ſupino pectore ſuſtinuit.

Chartaceus chartacea chartaceum, Faict de papier. De legat. lib. 3, Quòd ſi in codicibus ſint mẽbraneis vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ.

CHARVS chara charum, Qui eſt aggreable, & aimé. Plaut. in Bacchid. 5.75, Ne ille hercle mihi ſit multo tãto charior, ſi me illoc auro tãto circunduxerit, Il ne ſeroit point fort bien mõ ami, ſi. &c. Terẽt. in Andria, 1.5.38, Quam ego animo egregie charã pro vxore habuerim. Idem in Eunucho, 1.2.121, Ego pol quæ mihi ſum conſcia, hoc certo ſcio, neque me finxiſſe falſi quicquam: neque meo cordi eſſe quenquam chariorem hoc Phædria. Cic. pro A. Cluentio, Recte hoc repetitur à vobis vt virum optimum atque innocentiſſimum, plurimiſque mortalibus charum atque iucundiſſimum his aliquando calamitatibus liberetis.

Charum. Terent. in Adelphis, 1.1.24, Amaui pro meo, in eo me oblecto, ſolum id eſt charũ mihi. Plaut. in Captiuis. 5.37, Nam nunc vides pro tuo charo capite charum offerre meum caput vilitati.

CHARITAS charitatis, Amour, charité, amitie. Cic. de Amicitia, 31, Ipſi autem intelligamus à natura gigni ſenſum diligendi, & beneuolentiæ charitatem, facta ſignificatione charitatis. Ibidem 27, Primum ex ea charitate quæ eſt inter natos & parentes: quæ dirimi, niſi deteſtabili ſcelere, non poteſt.

CHASMA chaſmatis, n.g. Ouuerture & fente qui ſe faict en terre, et aucunefois ou ciel. Plin. Fit & hiatus cæli, quem vocant chaſma, ſed etiam in terra. Iuriſconſ. titulo de cẽſibus, Si agri portio chaſmate perierit, debebit per cenſitorem releuari.

CHELAE chelarum, f.g. ſcorpij brachia ſunt: id eſt anterior pars ſcorpij, ſigni cæleſtis. Virg. Qua locus Erigonem inter, chelaſque ſequentes.

CHELIDONIA chelidoniæ, f.g. Vne herbe nommee Chelidoine. Plin. lib. 8. cap. 27, Chelidoniam viſui ſaluberrimam hirũdines monſtrauere, vexatis pulorũ oculis illa medẽtes.

CHIRAGRA chiragræ, f.g. Maladie des mains, quant elles ſont impotentes. Martialis, Si nil patrono porrigit, hæc chiragra eſt. Perſius. Lapidoſa chiragra.

CHIROGRAPHVM chirographi, Le ſing manuel dung homme: ou aultre eſcripture de la main daucun, Son ſignet. Iuuenalis, Vana ſuperuacui dicunt chirographa ligni. Suet. in Aug. Ac nihil æque elaborauit, quàm vt imitarentur chirographum ſuum. Cic. de nat. deo. Chirographa ſex primorũ imitatus eſt, id eſt adulterauit, Il a contrefaict le ſing manuel, ou leſcripture. Suetonius in Tito. E pluribus comperi, notis quoque excipere velociſſime ſolitũ & cum amanuenſibus ſuis per ludum, iocúmque certantem, imitari chirographa quæcunque vidiſſet: ac profiteri ſe maximum falſarium eſſe potuiſſe.

CHIRONOMVS chironomi, Vng ioueur de paſſepaſſe, ou de ſoupleſſe, ou de moriſques. Iuuenalis, Chironomon Ledam molli ſaltante Batillo, Tuſcia veſicæ non imperat.

Chironomia chironomiæ, Le ieu de paſſepaſſe, ou de ſoupleſſes, ou de moriſques.

CHIRVRGVS chirurgi, Vng chirurgiẽ. Martialis. Chirurgꝰ fuerat, nũc eſt veſpillo diaulꝰ.

CHLAMYS chlamydis, f.g. Vng veſtement comme vne manteline courte & legiere, propre a gendarme. Plaut. in Milite, 22.29, Magis ſapis, de tunica, chlamyde, & mucrone qui ſperes. Idem in Curculione, 14.33, Quæratis chlamydem & machæram hanc vnde ad me peruenerit.

Chlamydatus homo, Qui eſt veſtu de celuy habillement. Plaut. in Pſeud. Quis hic homo chlamydatus eſt? aut vnde eſt? aut quem quæritat?

CHORAGIVM eſt ſcenicum inſtrumentum, quo ſcilicet ſcena inſtruitur & apparatur: cuius præfectus dicitur choragus. Feſtus Pomp. Victruuius lib. v, Poſt ſcenam porticus ſunt cõſtituendæ, vti cum imbres repentini ludos interpellauerint, habeat populus quò ſe recipiat ex Theatro, choragiáque laxamentum habeant ad comparandum, vti ſunt porticus pompeianæ.

Choragus choragi, m.g. Erat dux chori, & ſuppeditator inſtrumenti ludicri, ſiue ſcenici, & expẽſarum quæ in ludis olim fiebant, Celuy qui fourniſſoit les acouſtremẽts pour faire les ieux: Plau. in Perſa, 4.77, Sed ϖόθεν ornamenta? T. abs choragoſumito, præbenda ædiles locauere.

CHOREA choreæ, f.g. Vne danſe. Virg. Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Idem, Immemores noſtri feſtas duxere choreas.

CHOROCITHARISTAE, Menetriers dune danſe. Suet. in Domi. Certabatur etiã & proſa oratione, græce, latinéq;, ac præter citharœdos chorocithariſtæ quoq; & pſallocithariſtę.

CHORS chortis, f.g. Vne court dune maiſon, enuironnee de murailles pour nourrir beſtes. Varro de re ruſtica, lib. 1. cap. 13, Chortes in fundo magno duæ aptiores: vna vt interius com pluuium habeat lacum, vbi aqua ſaliat, qui intra ſtilobatas cũ venit, ſit ſemipiſcina. &c. Dicitur & cohors cohortis pro eodẽ. Ouid. Abſtulerat multas illa cohortis aues. de vulpe loquitur.

Chortalis & hoc chortale adiectiuum à chors chortis, vt gallina chortalis, vne poule nourrie en vne court. Columell. in præfat. Et vt à pecoribus recedam, quorum in parte auium chortalium & apium cura poſita eſt.

CHRONICA chronicorum, n.g. Pluralis numeri, Vne Cronique, ou eſt eſcript tout ce qui a eſte faict par pluſieurs annees. Plin. lib. 35, Quod & ipſius Timagoræ carmine vetuſto apparet, chronicorum errore non dubio.

CHRYSOCOLA chryſocolæ, f.g. Humor eſt (vt inquit Plin. lib. 33, cap. 5.) qui in aurifodinis per venas auri defluit, & craſſeſcẽte limo rigoribus hybernis vſque in duritiam pumicis. Laudatiorẽ eandem in ærarijs metallis, & proximam in argentarijs fieri compertum eſt. Inuenitur & in plumbarijs. vilior etiam auraria.

C I

CIBVS cibi, m.g: Toute ſorte de viande, de quoy vſe lhomme pour ſon nourriſſement, ſoit pain, ou potaige. Terent. in Eunuch. 5.4.16, Harum videre ingluuiem, ſordes, inopiam, quàm inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atque auidæ cibi. Cic. de natura deorum, Iam verò operibus hominum, id eſt manibus, cibi etiam varietas inuenitur & copia. Terent. in Eunucho, Vidén' otium, & cibus quid facit alienus?

Cibum capere, Manger. Terent. in Eunucho, 2.3.76, Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet. Et paulo poſt, Cibum vnà capias, adſis, tangas, ludas &c.

Cibum deducere, Soubtraire la viande a aucun, luy oſter de ſa nourriture. Terẽt. in Eunucho, 2.3.23, Si qua habitior paulo, pugilem eſſe aiunt, deducunt cibum, tametſi bona eſt natura: reddunt curatura iunceas.

Cibum petere è flamma. Terent. in Eunucho, 3.2.37, Nam qui huic animum aſſentari induxeris, è flamma te petere cibũ poſſe arbitror, Il neſt rien que tu nenduraſſes, il ny a danger ou tu ne te vouſiſſes mettre, pour auoir la ventree, ou repuee franche.

Cibum facere, Appreſter viandes, a boyre & manger. Plaut. in Truculento, 8.11, Nõ ædepol bibere poſſum iam, ita animo male eſt. P. mane, aliquid fiet cibi, On appreſtra quelque friãt morceau pour te mettre en appetit.

Cibi repoſiti, Viandes quon a ſarre de demourant. Quintil. lib. 2, Neceſſe eſt ijs cum eadem pluribus iudicijs dicunt, faſtidium vt moueant, vt repoſiti & frigidi cibi.

Cibo ſuo ſeruire, Seruir a ſes deſpens. Plau. in Rudente, 7.18, Sed hæ pauperes ſunt, inopéſque puellæ: egomet vix colo vitam, Veneri cibo meo ſeruio.

Cibo cibas, cibaui, cibatum, Cibare, Donner a manger, ou nourrir. Columella lib. 11, Atque ea genera quæ intra ſepta villæ cibantur, ferè perſecuti ſumus. Id eſt aluntur, nutriuntur.

Cibarium cibarij, n.g. alimentum, Viandes, viures, ou nourriſſement. Plaut. in Truculento, 19.41, Dedi ego aurum. P. mihi dediſti? filio cibaria. Id eſt alimenta.

Cibarius cibaria cibarium, Choſe appartenant a la viande. Plaut. in Captiuis, 14.1, Illic hinc abit, mihi rem ſummam credidit cibariam, Il ma baille la charge de la deſpenſe.

Cibarius homo, Vng homme qui ſe loue pour ſes deſpens. Varro, Tuus frater cibarius fuit. Ariſtoxenus.

Cibarius panis, Pain bis, pain de meſnaige, gros pain. Cic. lib. 1. Tuſcul. quæſt. Qui cum peregrinanti in AEgyptum comitibus non ſecutis, cibarius in capſa panis datus eſſet, nihil viſum illo pane iucundius.

Cibarium oleum, Huyle pour manger. Columella lib. 12. cap. 50, Nec ignoro etiam cibarium oleum eſſe faciendum.

Cibarium vinum, Petit vin, comme vin de deſpenſe. Varro, Potus meus vinum cibarium.

Cibalis & hoc cibale, huius cibalis, n.g. Idem quod cibarius adiectiuum, Qui eſt pour viande. Varro, Eſt enim lac omnium rerum quas cibali cauſſa cupimus, liquentium maxime alibile.

Cibatus cibatus cibatui, Viures. Plaut. in Milite, 5.69, Interclude inimicis commeatũ, tibi muni viam qua cibatus, commeatúſque ad te & legiones tuas tuto poſſit peruenire.

CICADA cicádæ,f.g.Vne beſte viuant de roſee,nommee ſauterelle. Virg.in buco. At mecum raucis,tua dum veſtigia luſtro,Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis.

CICATRIX cicatricis,f.g.Vne cicatrice , la marque qui reſte apres vne plaie quant elle eſt garie.Terẽt.in Eu.3.2.29,Neque pugnas narrat:neque cicatrices ſuas oſtẽtat. Plau.in Aſin. 11.7,Qui ſæpe ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt.Hic pro vibicibus poſuit, Pour les franges ou playes qui demourent ſur le corps apres quon a eſte feſſe,ou foueſte.

Cicatrico,cicatricas, cicatricare, Cicatrices inducere, Bailler tel coup que les marques ou enſeignes y demourent.Feſt.Pomp.

Cicatricoſus cicatricoſa,cicatricoſum,Plein de cicatrices & de marques de coups.Plaut.in Amphit.4.292, Quid verbis opus eſt?ſic tergum cicatricoſum, nihil hoc ſimili eſt ſimilius.

CICCVM dicebant antiqui membranam tenuẽ, quæ eſt vt in malo punico diſcrimẽ. A quo etiam Plautus dicit quod volet denſum ciccum,non inter duo. Apud Neuium ciccum venire video ferme iniuria.Varro de lingua latina.

CICER ciceris,n.g. Vne ſorte de pois, quon appelle Pois ciches. Plin.lib. 18.cap.12. Plaut.in Bacchid.16.7,Tam frictum ego illum reddam,quàm frictum eſt cicer.

CICERCVLA cicerculæ. Plin. lib.18.cap.12, Eſt & cicercula minuti ciceris , inæquales angulos habens, veluti piſum , Vne maniere de pois que les vngs dient nantilles , les autres appellent ſerres.

CICERA ciceræ,gen9 leguminis.Pall.li.4,Cicera ſeritur,quæ diſtat à cicercula ſolo colore.

CICHOREA cichoreæ,f.g.& cichoreum cichorei,n.g.Vne herbe nommee cicoreæ.Horat. lib.1.Carm.Me cichoreæ,leuéſque maluæ.Alij ſcribunt & cicoria.

Cichorea,dicitur aliâs intubus ſiue intybus.Plin.lib.20.cap.8, Intubi quoque non extra remedia ſunt:ſuccus eorum cum roſaceo & aceto,capitis dolores lenit: idémque cũ vino potus, iocineribus & veſicæ & epiphoris imponitur. Erraticum apud nos quidam ambugiam appellauere.In AEgypto Cichorium vocant,quòd ſylueſtre ſit. Virg.1.Geor.Et amaris intyba fibris.Id eſt cicoria,vt Seruius interpretatur.

CICINDELA cicindelæ,f.g.Vne petite beſte luyſante ſur le veſpre. Plin.lib.18. cap.26, Extremo autem hoc tempore panici miliíque ſatio eſt . Iuſtum eſt hoc ſeri maturato hordeo, atque etiam in eodem aruo.Eſtque ſignum illius maturitatis,& horum ſationis commune,lucentes veſperæ per arua cicindelæ.Ita appellant ruſtici ſtellantes volatus. Græci verò Lampyridas,incredibili benignitate naturæ.

CICONIA ciconiæ.f.g.Vng oyſeau,nomme cicogne, qui nourrit ſes petis de ſerpens. Plin.lib.10.cap.23. Iuuenalis ſaty.14. Serpente ciconia pullos Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta.

Ciconia,Vne maniere de meſure. Columella lib.4, Sed huic operi exigendo, quaſi quandam machinam commenti maiores noſtri, regulam fabricauerunt , in cuius latere virga prominens ad eam altitudinem qua deprimi ſulcum oportet,contingit ſummam ripæ partem. Id genus menſuræ ciconiam vocant ruſtici.

CICVR cicuris omnis generis, Appriuoiſe. Cic.Aliæ ſunt feræ, aliæ cicures, aliæ natantes, aliæ volucres. Idem Tuſcul.lib.v.Partim ſoliuagas, partim cõgregatas immanes quaſdam, alias autem cicures,nonnullas abditas,terráque tectas.

Cicuro cicuras,cicurare,Appriuoiſer.

CICVTA,cicutæ,f.g.Vne herbe venimeuſe,nommee cigue.Plin.lib.25.cap.13.

Cicutam docet eſſe Seruius,quod eſt inter cannarum nodos.Virg.Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis.

CIEO cies,ciui,cĭtum,& Cio cis,ciui cĭtum,Mouuoir, remuer.Virg.Cælũ terrámque ciebo.

Ciere,Inciter,eſmouuoir. Liuius,Principes vtrinque pugnã ciebant. Virg.Miſſenum AEoliden,quo non præſtantior alter AEre ciere viros,martémque accẽdere cantu. Idem,Bella cient primáque vetãt conſiſtere terra. Aluum cit aut ciet, & vrinam ciet,id eſt laxat,ſoluit ac prouocat,frequenter dicit Plinius.

Ciere,Troubler aucun,& faire courroucer.Plau.in Bacchid.8.11, Quid negotij hoc eſt,Piſto clerum Lydus quòd herum tam ciet?

Ciere,Nominare.Feſtus Pompeius.

Citus cita citum,Eſmeu,incite,prouoqué:ou ſoudain & legier.

Cito citas citare,Faire venir.Cicero, Citetúrque Salamis clariſſimæ teſtis victoriæ. Idem in Verrem,Citatur reus,cauſſa agitur.

Citare, Alleguer: vt recitare authores.

Citare, Souuent mouuoir. Columella lib. v 111, Ne immaturis herbis citetur aluus, eóque vitio pecus emacietur.

CILICIVM cilicij, n.g. Vng veſtement faict de poil de chieures & de boucs, comme ſeroit vne haire. Varro de re ruſtica lib. 2. cap. vltimo, de tonſura caprarum loquens, Tondentur, quod magnis villis ſunt in magna parte Phrygiæ, vnde cilicia & cætera eius generis ferri ſolêt. Sed quòd primum ea tonſura in Cilicia ſit inſtituta, nomen id Cilicas adiecíſſe dicunt. Cilicia, adhibentur, vt inquit Vegetius, ad excipiendum impetum ſagittarum. Aſconius ſcribit cilicia tecta eſſe de pilis, in caſtrorum vſum atque nautarum.

CILIVM cilij, n.g. La peau qui cache les yeulx, qui les couure & les ferme. Plin. lib. x1, cap. 37, Extremum ambitum genæ ſuperioris antiqui cilium vocauere: vnde & ſupercilia.

CILLIBAE cillibarum, f.g. Tables rondes. Feſtus Pompeius.

CIMEX cimicis, m.g. Vne punaiſe. Varro de re ruſtica, lib. 1. cap. 2, ſcribit cimices quemadmodum interfici oporteat: his verbis, Cucumerẽ anguinũ condito in aquam, eámque infundito quò voles, nulli accedent: vel, fel bubulum cum aceto miſtũ, vnguito lectum. Plaut. in Curc. 10. 14, Item genus eſt lenonum inter homines, meo quidẽ animo, vt muſcæ, culices, pedéſque, pulicéſque, cimices, odio & malo & moleſtiæ, bono vſui eſtis nulli.

CIMOLIA, cimoliæ, f.g. Sauon a nettoier les habillemẽts, & deſgraiſſer. Plin. lib. 34. cap. 17, Cretæ plura genera: ex his Cimoliæ duo ad medicos pertinentia: candidum & ad purpuriſſum inclinans. Et paulo poſt, Primum abluitur veſtis Sarda, dein ſulphure ſuffitur, mox deſcamatur cimolia, quæ eſt coloris veri. fucata enim deprehenditur, nigreſcitque, & offunditur ſulphure: veros autem & pretioſos colores emollit cimolia, & quodam nitore exhilarat, contriſtatos ſulphure.

CINARA cinaræ, f.g. Nomẽ herbæ, qua reſiſtit venenatis pabulis ceruus. Plin. li. 8. cap. 27.

CINAMOMVM, vel cinnamomũ, n.g. ſpecies aromatis, Cinnamóme. Pli. li. 12. cap. 19. Cinamum cinami, Idem. Plaut. in Curcul. 3. 6, Tu ſtacte, tu cinamũ, tu roſa, tu crocum & caſiaes. Ouid. lib. 111. Faſtorum, Cinama tum primum, captiuáque thura dediſti.

CINCINNI cincinnorum, m.g. Cheueulx entors, & accouſtrés, reluyſans cõme mouillés en huyle. Iuue. Altior hic quare cincinnus. Varro, Is eſt colliculus viteus intortus vt cincinnus.

Cincinnatus cincinnati, Vng perruquet: qui ha les cheueulx retors, perruqués & accouſtrés & reluyſans. Plautus in Capt. 11. 117, Macilento ore, naſo acuto, corpore albo, & oculis nigris, ſubrufus aliquantum, criſpus, cincinnatus. Idem in Trucul. 11. 49, Mœchum, malacum, cincinnatum, vmbratilocũ, tympanotribam amas. Cic. poſt reditum in ſenatu, Quo vultu cincinnatus ganeo non ſolum ciuium lachrymas, verum etiam patriæ preces repudiauit.

CINGO cingis, cinxi, cinctum, Cingere, Ceindre. Ablatiuo poſt accuſatiuũ iungitur. Gellius, Scuto pedeſtri & gladio Hiſpanico cinctus, contra gallum conſtitit.

Cingere, Enuironner. Liuius lib. 1, Nam & muro lapideo, cuius exordium operis Sabino bello turbatum erat, vrbem quam nõdum munierat, cingere parat. Plin. Cum eum ſaltum venatores cinxiſſent.

Cingere indagine, Virg. 4. AEnei. Saltúſque indagine cingunt. Id eſt ferarum inquiſitione.

Cingitur, certe expedit ſe, Il ſe trouſſe. Plaut. in Amphit. 4. 154.

Et inutile ferrum Cingitur, Il ceinct ſon eſpee, qui ne luy ſeruira de rien. Virg. AEnei. 2.

Cinctus cinctus, cinctui, m.g. Ceincture.

Cinctus, Veſtement. Virg. Cinctúque gabino.

Cincticulus cincticuli, diminutiuũ, Petite ceincture. Plaut. in Bacch. 8. 28, Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aſſideres.

Cinctutis non exaudita Cethegis, Horatius antique dixit. Id eſt militaribus viris, & quaſi ad militiam accinctis. Contrà, diſcinctos Mulciber Afros, dixit Poeta, id eſt ad pugnã imbecilles atque imparatos.

Cingulum cinguli, n.g. Vne ceincture, Vng lien. Cic. Attico, Cingulum inquit nos tenemus, an conem amiſimus.

Cingula cingulæ, f.g. Vne ſangle a ſangler cheuaulx. Ouid. de remedio amoris, Et noua velocem cingula lædat equum.

CINIS, huius cineris, m. & f.g. Cendre. Catullus, Troia virûm & virtute omnium acerba cinis. Plaut. in Milite, 14. 10, Laudat ſpeciem: ædepol huius ſermones haud cinerẽ quæritãt.

Cinereus cinerea cinereum, De la couleur de cendre. Plin. de vite, lib. 14. cap. 3, Contrà damnã-

tur etiam viſu cinerea & rabuſcula,& aſiniſca, minus tamen caudam vulpiũ imitata alopecis.

Cineraceus cineracea cineraceum, De la couleur de cẽdre. Plinius lib. 33, Terra eſt alia ruffa, alia cineracea.

Ciniflones, A cinere dicti ſunt paraſiti, ab officio calamiſtrorum in cinere calefaciẽdorum, quibus matronæ capillos criſpabant, Qui chauffoient les fers de quoy les dames recrepiſſoient leurs cheueulx. Plau. in Aulularia, Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius, ciniflones, patagiarij. Horatius, Cuſtodes lecticæ ciniflones paraſiti.

CINNVS cinni, m.g. Meſlé ou entremeſlé de pluſieurs choſes. Cic. de Oratore, Eſt autem quidã interiectus inter hos medius & quaſi tẽperatus, nec acumine poſteriorum, nec flumine vtens ſuperiorum, vt cinnus amborum neutro excellens, vtriuſque particeps, vel vtriuſque (ſi verum quærimus, expers.

Cinnus, Cheueu. Plaut. in Trucul. 6.32, Compoſitos, criſpos, cinnos tuos vnguentatos vſque ex cerebro expellam.

CIO cis, ciui, cîtum. Vnde CIEO.

CIPPVS cippi, Terre aſſemblee en vng monceau. Horat. in Serm. Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum Hic dabat.

Cippi, lapideæ cruces vel huiuſmodi monumẽta, quæ in militaribus vijs extructa videmus literis interdum inſculptis ad memoriam alicuius rei prodendam. Crois de pierres parmi les chemins, ou il y a quelque choſe deſcript, en memoire de quelque choſe.

CIRCA præpoſitio, Aupres de quelque lieu, ou enuers quelque tẽps. Circa forum. Apul. de Aſin. Aliquantiſper vigilo, dein circa tertiam vigiliam conniueo.

Circa pro circiter, Preſque, enuiron. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 6, Qui tamen moriens, & in tertijs hæredibus eum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa ſeſtertia vicies proſequutus.

CIRCANEA circaneæ, f.g. Auis quæ volando circuitum facit. Feſt. Pomp.

CIRCINVS circini, m.g. Vng compas, inſtrument a faire cercles. Plin. lib. 2. cap. 15, Omnia autem hæc conſtant ratione circini ſemper indubitata.

Circino circinas, circinare, Faire rond. Ouid. Inclinat curſus, & eaſdem circinat auras.

CIRCITER, Præpoſitio quæ accuſatiuo caſui iungitur. Et ad tempus, numerúmque refertur, interdum ad locum.

Ad tẽpus. Plaut. in Moſtell. 8.54, Redito huc circiter meridiẽ. Retourne icy enuiron le midi. Cicero ad Atticum, In quibus ſcriptum eſſet te in Epirum iturum circiter calend. Sextileis. Ser. Sulpitius ad Ciceronẽ lib. 4. epiſt. fa. Poſtridie eius diei, cum ab Athenis proficiſci in animo haberem, circiter horam decimam noctis Poſthumius familiaris eius ad me venit.

Ad numerum. Plaut. in Milite, 6.76, Nam illic noſter eſt fortaſſe circiter trienniũ: neque cuiquam quàm illi in noſtra melius famulo familia. La il a eſte preſque trois ans, ou enuirõ leſpace de trois ans. Salluſt. in Catil. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis inſtructa. Curtius, Multi eo bello capti, circiter duo milia deſiderati.

Ad locum. Plaut. in Ciſtell. 10.8, Vbi ea ſit, neſcio: niſi, vt opinor, loca hæc circiter excidit mihi. Enuiron ces lieux icy.

Circiter, aduerbium. Cicero ad Atticum, Verum hæc in Arpinati ad ſextũ circiter Idus Maias non defleamus, ne & opera & oleum philoſophiæ noſtræ perierit. Caſſius Hemina, Lapidem fuiſſe quadratum circiter in media arce iunctum.

CIRCVM præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruit. A lenuiron, entour. Plaut. in Milite, 8.14, Vitij probríque plena quæ circum vicinos vages. Terent. 2.3.49, Capillus paſſus, prolixus, circum caput reiectus negligenter. Ibidem, 3.5.33, Adducit ſecum ancillas. paucæ, quæ circum illam eſſent, manent nouitiæ puellæ. Cicero pro P. Quintio, Tum Neuius ipſe pueros circũ amicos dimittit, ipſe ſuos neceſſarios ab atrijs licinijs & à faucibus macelli corrogat. Il laiſſe ſes enfans auec ſes amis.

Circum aduerbium. Virg. Anna vides toto properari littore circum.

CIRCVMAGO circumagis, circumegi, circumactum, Circumagere, Pourmener aucun, mener alentour de quelque lieu. Apul. Nudúmque hominẽ circũagens, omnibus oſtendebat.

Circũagere, Pourſuyure aucun. Curt. Nec vulneratũ, & ferè ſeminecẽ circũagere deſtiterũt.

Circũagere, Faire retourner aucun dont il vient. Plin. In ponte prætenui duabus capellis obuijs ediuerſo cum circumactam anguſtiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo.

CIRCVNCIDO circuncîdis, circuncîdi, circunciſum, circũcidere, Rongner quelque choſe alentour. Columella lib. 11, Eiuſdem ſpatij corticem circuncidito, & materiem delibrato.

Varro de re ruſtica, lib. 1. cap. 54, Cum deſijt vinum fluere, quidam circuncidunt extrema.

Circunciſus circunciſa circunciſum, Rongne alentour.

Circunciſum, Court, brief, accourci & abbregé. Plin. epiſt. 51. c, Quid enim tam circunciſum, tam breue, quàm hominis vita longiſſima?

Circunciſæ orationes, Courtes & breues oraiſons. Plin. epiſt. 20. a, Ac mihi ex Græcis orationes Lyſiæ oſtentat: ex noſtris Gracchorum, Catoníſque: quorum ſanè plurimæ ſunt circunciſæ & breues.

Circuncidaneus circuncidanea circuncidaneum, Decouppe a lentour.

Circuncidaneum muſtum, Vin de preſſoirage, Qui eſt tire du marc a la parfin quil a eſte decouppe alentour. M. Cato de re ruſtica, Tortiuum muſtum circuncidaneum ſuo cuique dolio diuidito, additóque pariter.

Circunciſitium vel circunciſitum muſtum, Idem, Vin de preſſoirage. Varro de re ruſtica, lib. 1. cap. 54, Cũ deſit ſub prælo fluere, quidam circuncidunt extrema, & rurſus premunt: & rurſus cum expreſſum, circunciſitum appellant, ac ſeorſum quod expreſſum eſt ſeruant.

Circunciſe, aduerbium. Circũciſe agere, Faire vne oraiſon par pieces & par morſeaux, ſans parfaire ſes propos. Suet. de Claris rhet. 5. Tum ne vſquequaque ſcholaſticus exiſtimaretur, circũciſe ac ſordide & tantummodo triuialibus verbis egit, & cauſſas, verum rarius, dum ampliſſimam quanque ſectatur, nec alium in vlla locum, quàm perorandi.

CIRCVNCIRCA aduerbiũ, Tout a lenuiron. Plaut. in Aulularia, 14. 9, Vbi erat hæc defoſſa, occœpit ibi ſcalpurire vngulis circuncirca. Seruius Sulpicius ad Cic. lib. 4 Epiſt. Ex Aſia rediens cum ab AEgina nauigarẽ, cœpi regiones conſpicere circũcirca: poſt me erat AEgina, ante Megara, dextra Pyræus, ſiniſtra Corinthus.

CIRCVNCVRSO circuncurſas, circuncurſaui, circuncurſatum, circuncurſare, Courir ca & la, courir par tout, de tous coſtés, Plaut. in Rudente, 6. 4, Omnia iam circuncurſaui, atque in latebris omnibus perreptaui quærere conſeruam. Terent. in Heaut. 3. 2. 1, Hac illac circuncurſa, inueniendum eſt tamen argentum.

CIRCVNDO circundas, circundedi, circundatum, circundare, Enuironner, ablatiuo poſt accuſatiuũ conſtruitur. Plaut. in Aſin. 12. 106, Circundato me brachijs, meúmque collum circumplecte. Cic. Catoni, Vallo & foſſa circundedi. Hic ablatiuus ſæpe in accuſatiuũ cõuertitur, & accuſatiuus in datiuũ, vt Circundedit noua mœnia oppido, Il a enuironne la ville de nouuelles murailles. Plin. de viris Illuſt. 5, „Auẽtinum & Ianiculũ monteis vrbi addidit, noua mœnia oppido circundedit. Martialis, Qui recitaturus circundat vellera collo, Hic ſe poſſe loqui poſſe tacere negat.

CIRCVNDVCO circunducis, circunduxi, circunductum, circunducere, Pourmener aucun, Le mener a lentour, Le faire prendre vng tour, Le mener ca & la. Plaut. in Milite, 5. 66, Anteueni aliqua, aliquos mitte, circunduce exercitum: curre in obſidium perduellis.

Idem in Moſtell. 8. 161, Euoca dum aliquem foras, roga circũducat. Ibidem, 10. 44, Eho iſtũ puer circunduce haſce ædeis, Mene le veoir par toute ceſte maiſon.

Circunducere, Effacer, abolir quelque loy ou autre choſe quelle nait plus de valleur, quelle ne ſoit plus en vſage. Paulus de re iudicata, Acta apud ſe habita ſi partes cõſentiant, poteſt iubere iudex ea die circunduci, niſi vel negotium, vel lis terminata eſt. Vlpianus de iudicijs, Quod ſi is qui edictum peremptorium impetrauit, abſit die cognitionis, tunc circunducendum erit edictum peremptorium.

Circunducere aliquem per dolos, Pourmener aucun par tromperies, deceuoir, & abuſer. Plaut. in Pſeudolo, 7. 115, Per ſycophantiam atque per doctos dolos tibicinam illam tuus quam gnatus deperit, eam circunducam lepidule.

Circunducere aliquem argento, Oſter largent a aucun par tromperies. Plaut. in Pſeud. 7. 16, Nam iſta quæ tibi renuntiãtur, filium te velle amantem argento circũducere, forſitan ea tibi dicta ſunt mendacia. Idem in Pœnulo, 19. 8, Nactus eſt hominem mina quem argenti circunduceret. Idem in Bacch. 23. 63, Quadringentis philippis filius me & Chryſalus circunduxerunt. Ibidem, 5. 76, Ne ille hercle mihi ſit multo tanto charior, ſi me illoc auro tãto circũduxerit, Il ne ſeroit point fort mon ami, ſi par fineſſe il menportoit tant dargent.

Circunducere edictum, Id ſignificat quod gallice dicitur, Rabbatre le default dung proces. Quo verbo vſus eſt Vlpianus in L. & poſt edictum de iudicijs.

Circunductus circunducta circunductum, Qui eſt mene. Plaut. in Pœnulo, 16. 15, Num nam it à balineis circunductus pallio? Il lameine des bains par la robbe.

Circunductio circũductionis, f.g. Tromperie, deception. Plaut. in Capt. 20. 3, Neque in hac ſubitæ cogitationes ſunt, vllâve amatio, nec pueri ſuppoſitio, nec argenti circũductio. Tromperie, faulſete dargent que on ait oſte a aucun.

CIRCVMEO circumis, circumiui, circumitum, Vel circueo circuis, circuiui, circuitum, circumire, Enuironner. Plaut. in Curc. 8. 80, Quia enim in cauea ſi forent concluſi itidẽ vt pulli gallinacei, ita nõ potuere vno anno circuirier. En vng an on ne pourroit tournoier ou cheminer par toutes ces villes la.

Circuire per. Plaut. in Aſin. 12. 152, Hac quidem non venit angiporto, illâc per ortum circuit clàm, Il tournie la par le iardin. Idem in Truc. 8. 39, Hæc vna opera circumit per familias, puerum veſtigat, Elle va cerchant par les maiſons.

Circuire vt, Aller ca & la, tournier, cercher le moyen de deceuoir aucun. Plaut. in Pſeudolo, 13. 110, Iam hic vicinus apud forum paulo prius pater huius Calidori opere fecit maximo, vt mihi cauerem à Pſeudolo ſeruo ſuo, neu fidẽ ei haberem: nam eum circumire in hunc diẽ vt me, ſi poſſet, muliere interuorteret.

Circuitio circuitionis, f.g. Tournierement.

Terent. in And. 1. 2. 31, Ita aperte ipſam rem modo locutus, nihil circuitione vſus es. Tu as dict apertement la choſe comme elle va, tu nas point tourné a lentour, tu nas point faint, ou ſans aller ca ne la.

CIRCVNFERO circũfers, circuntuli, circunlatũ, circunferre, Porter ca & la, porter quelque choſe de coſte & dautre. Salluſt. Fuere item ea tempeſtate qui dicerent Catilinam oratione habita cum ad iuſiurandum populares conſcios ſceleris ſui adijceret, humani corporis ſanguine vinum permiſtum, pateris circuntuliſſe. Plin. epiſt. 12. c, Circuntulit oculos, Et cur, inquit, me putas hos tantos dolores tamdiu ſuſtinere?

Circũferre ſe, Soy braguer, cheminer en pas dabbe par les rues. Plaut. in Merc. 17. 16, Gradus grandit, emittit oculos, circunfert ſe, obſtipat verticem.

Circunferre, Purger, nettoier en iettant de leaue ſur la teſte, donner de laſpergés. Virg. lib. 6, Inde ter ſocios pura circuntulit vnda, Spargẽs rore leui. Plaut. in Amphit. Quin tu iſtanc iubes proceritam circunferri? Lucilius, Tum facto, omnia ſunt circunlata.

CIRCVNFLECTO circunflectis, circunflexi, circunflexum, circunflectere, Tourner a lentour, ca & la, de coſté & dautre. Virg. Præſtat Trinacrij metas luſtrare Pachini, Ceſſantem longos & circunflectere curſus.

CIRCVNFLVO circunfluis, circunfluxi, circunfluxũ, circunfluere, Couller entour quelque lieu, comme vne riuiere. Plin. Id oppidum circunfluit amnis.

Circunfluere, Conuenir, accourir de tous coſtés & de toutes pars. Plin. Poſtquam variæ vndique gentes circunfluxere.

Circunfluere, Abonder. Cic. de Amicitia, 48, Nam quis eſt, prò deûm fidem atque hominum qui velit vt neque diligat quenquam, nec ipſe ab vllo diligatur? circunfluere omnibus copijs, atque in omnium rerum abundantia viuere?

CIRCVNFORANEVS circunforanei, Vng triacleur, bateleur, arracheur de dens, iongleur, portepanier, & telles autres manieres de gens qui hantent les foires & marchés pour gaigner argent. Cic. pro Aulo Cluentio, Tum repente Anconitanum quendã Luciũ Clodiũ pharmacopolam circunforaneum, qui caſu cum Larinum veniſſet, aggreditur.

CIRCVNFVNDO circunfundis, circũfudi, circunfuſum, circunfundere, Eſpandre eaue ou autre choſe a lenuiron. Apul. Atque eo liquore ſtabulum omne circunfudit.

Circunfuſus circunfuſa circunfuſum, Eſpandu, ou eſpars, eſtendu a lenuiron. Virg. Vndique viſendi ſtudio Troiana iuuentus Circunfuſa ruit. Plin. de viris illuſt. 49, Et ipſi paruulo draco circunfuſus nihil nocuit.

CIRCVNLINO circunlinis, circunlini, vel circũliui, vel circũleui, circunlitũ, circunlinere, Oindre & frotter de quelque liqueur quelque choſe a lentonr. Plinius epiſt. 88. a, lib. v 1, Quãuis non poſſet dediſcere illud ipſum quòd oculum modo dextrum modo ſiniſtrũ circũlinebat. Cic. lib. 1 Tuſcul. Condiunt AEgyptij mortuos, & eos ſeruant domi, Perſæ etiam cera circunlitos, vt quammaxime permaneant diuturna corpora.

CIRCVMMITTO circummittis, circummiſi, circummiſſum, circũmittere, Mettre a lentour. Liuius lib. 2, Vincebátque auxilio paucitas, in iugo circũmiſſus veniens in verticẽ collis.

CIRCVMMVNIO circũmunis, circũmuniui, circũmunitũ, circũmunire, Garnir a lẽtour. fortifier, & enuirõner de gardes. Plau. in Capt. 6. 4, Ita vinculis cuſtodiiſq; circũmuniti ſum⁹.

Columella lib. 3, Priuſquam pomarium conſtituas, quàm magnum habere voles, circũmunito macerie aut foſſa, ita vt non ſolum pecori, ſed nec homini tranſitus ſit.

CIRCVNNASCOR circunnaſceris, circunnatuſſum, Naiſtre aupres de quelque choſe. Plin. lib. 1, Lacus Sannaus in Aſia, circunnaſcente abſinthio inficitur.

CIRCVMPEDES circumpedum, Laquais, ou qui vont apres leurs ſeigneurs. Cic. Circũpedes autem homines formoſos, literatos ſuos eſſe dicebat.

CIRCVMPLECTOR circumplecteris, circumplexus ſum, Ambraſſer tout a lentour. Salluſt. Cum montem vndique circumplexus obſideret.

CIRCVNSCRIBO circunſcribis, circunſcripſi, circunſcriptum, circũſcribere. Recueiller & eſcrire quelque choſe tout en vng liure, & le comprendre tout en vng. Columella, Diophanes Bithynus Vticenſem totum Dionyſij Pœni magonis interpretem per multa diffuſum volumina, ſex epitomis circunſcripſit.

Circunſcribere, Par fraude, en ayant affaire auec aucun, le deceuoir, & priuer de ſes biens. Cic. Philipp. 4, Nam ſic eos appellat clariſſimus vir, quæ ſunt vrbanarum maledicta, litium nõ iniuſta, euelli internecti nota teſtamenta credo ſubijciunt, aut eijciunt vicinos, aut adoleſcẽtulos circũſcribunt. Plin. lib. 7, Vana mortalitas, & ad circũſcribẽdã ſeipſam ingenioſa. Iuuenal. ſat. 10, Quot circunſcripſerit Irus pupillos.

Circunſcribere, Faire quelque choſe en rond, enuirõner en vng tour. Plin. epiſt. 173, Lacus eſt in ſimilitudinẽ iacentis rotæ circũſcriptus, & vndique æqualis, nullus ſinus, obliquitas nulla, omnia dimenſa, paria, & quaſi artificis manu cauata & excíſa.

Circunſcribere teſtamentũ, Id eſt inducere ac delere, Effacer ſon teſtament. Plin. epiſt. 171. b, Emiſerat pater, adoptauerat patruus: atque ita circunſcripto teſtamento, frater in patris poteſtate emancipatam filiam, adoptionis fraude reuocauerat, & quidem cum opibus ampliſſimis.

Circunſcriptor circunſcriptoris, m. g. Deceueur, trompeur, faulſaire.

Circunſcriptor pupilli, Qui par fraude oſte les biens a vng orphelin. Iuuenal. ſatyr. 15, Pupillum ad iura vocantem circunſcriptorem.

Circunſcriptor teſtamentorum, Vng faulſaire de teſtaments. Cic. in Catil. oratione ſecunda, Quid enim mali aut ſceleris fingi, aut excogitari poteſt, quod non ille conceperit? quis tota Italia veneficus? quis gladiator? quis latro? quis ſicarius? quis parricida? quis teſtamentorum ſubiector? quis circunſcriptor? quis ganeo?

Circunſeco circunſecas, circunſecui, circunſectũ, circũſecare, Coupper quelque choſe a lentour. Cato de re ruſtica. Quãtum putabis ei rei ſatis eſſe vini, tot vites ablaqueato & ſignato, earum radices circunſecato & purgato.

CIRCVNSECVS aduerbium, De tous coſtés, a lenuiron. Apul. lib. v, Quique circunſecus venantur.

CIRCVNSIDEO circunſides, circunſedi, circunſeſſum, circunſidere, Tenir le ſiege contre aucã, ou deunt quelque ville. Cicer. Attico lib. 9, Quid S. Seruij filius? quot in his caſtris fuerunt, quibus Pompeius circũſederetur? ſex legiones. Liuius lib. 3, In nos viri armati eſtis, agite dum, vbi hic curiã circunſederitis. Suet. in C. Cæſare Caligula, cap. 48, Vocatos itaque ad concionẽ inermes, atque etiam gladijs diſpoſitis, equitatu armato circunſedit.

CIRCVNSIDO circunſidis, circunſedi, circũſeſſum, circũſidere, Ficher ſon camp ou aſſieger vne ville. Salluſt. in Iugurtha, Igitur Iugurtha oppidum circunſedit, & vineis turribus, & machinis omnium generum, expugnare aggreditur.

CIRCVNSISTO circunſiſtis, circunſteti, circunſtitũ, circunſiſtere, Soy tenir entour aucũ, lenuironner pour luy nuyre ou aider & ſecourir, que aucũ ne luy face mal. Plaut. in Menæh. 22. 9, Quid vultis vos? quid quæritatis? quid me circunſiſtitis? Liuius lib. 1, Centuriones ad Metium circunſiſtunt. Cæſar, Si quis grauiori vulnere accepto deciderat, circunſiſtebant. Virg. At feſſi tandem ciues, infanda furentem Armati circunſiſtunt.

CIRCVNSONO circunſonas, circunſonui, circunſonitum, circunſonare, Bruire, ſonner, faire bruit de tous coſtés, de coſte & dautre, tout a lenuiron. Cic. lib. 3. officiorum, Tamẽ conducere arbitror talibus aures tuas vocibus vndique circũſonare. Ie penſe quil te ſera prouffitable de ſouuent te parler & auertir de ces choſes.

CIRCVNRETIO circunretis, circunretiui, circunretitum, circunretire, Enuironner de rets. Cic. act. 7. in Verrem, Nũ ego tibi vllam ſalutem, vllum perfugium putem, cum te implicatũ ſeueritate iudicum, circunretitum frequentia populi Romani eſſe videam? Si mehercules (id quod fieri intelligo non poſſe) ex his laqueis te exueris, ac te aliqua vi ac ratione expli-

caris, in illas tibi maiores plagas incidendum eſt.

CIRCVNSPICIO circunſpicis, circunſpexi, circunſpectũ, circunſpicere, Regarder a lenuiron de coſte & dautre, de tous coſtés. Plaut. in Trinũmo, 4.79, Circunſpicedũ te, nec quis adſit arbiter nobis, & quæſo itidem idem circũſpice. Idem in Rud. 24.124, Méque adeò ſceleſtum, qui non circunſpexi centies prius ne quis inſpectaret, quàm rete extraxi ex aqua. Terent. in And. 2.2.20, Ibi aſcendo in quendam excelſum locum: circunſpicio: nuſquam. Circũſpicere, Soy auiſer de quelque choſe. Terent. in Adelph. 4.3.55, At poſtquam id euenit, cedo, nunquid circunſpexti, aut nunquid tute proſpexti tibi quid fieret?

Circunſpecto circunſpectas, circunſpectare, Souuent regarder ca & la, de coſte & dautre, entour ſoy. Plaut. in Bacchid. 5.45, Forte vt aſſedi in geſta, dum circunſpecto, atque ego tum lembũ conſpicor. Idem in Trinum. 13.19, Loca cõtemplat, circũſpectat ſeſe, atque ædeis noſcitat. Idem in Pſeudolo, 14.10, Hem te hercle ego circunſpectabam: nimis metuebã male, ne abijſſes. Ie reſgardois apres toy de coſté & dautre. Terent. in Eunucho, 3.5.54, Ego limis aſpecto ſic per flabellum clanculum, & ſimul alia circunſpecto, ſatin' explorata ſint.

Circunſpectatrix, circunſpectatricis, Celle qui regarde de tous coſtés, vne guettereſſe. Plautus in Aulularia, 4.2, Exi inquam, age exi, exeundum hercle tibi hinc eſt foras, circũſpectatrix cum oculis emiſſitijs.

Circunſpectus, Prudent & ſage, qui regarde de toutes pars commẽt quelque choſe ſe peult porter, qui auiſe bien a ſes affaires. Columella, lib. 1, Nam illa ſolennia ſunt omnibus circunſpectis, vt ergaſtuli mancipia recognoſcant, vt explorent, an diligenter vincta ſint, an ipſæ ſedes cuſtodiæ ſatis tutæ ſint.

CIRCVNSTO circunſtas, circunſtiti, circunſtitum, circunſtare, Soy tenir entour aucun. Virg. Circunſtant animæ, dextra, læuáque frequentes.

CIRCVNTEGO circuntegis, circuntexi, circuntectum, circuntegere, Couurir tout a lentour. Plaut. in Milite, 5.80, Meus herus elephanti corio circuntectus, non ſuo eſt.

CIRCVNVADO circũuadis, circunuaſi, circũuaſum, circũuadere, Aller tout a lenuiron, Aſſaillir & ſurprendre de tous coſtés. Liuius de bello Maced. Repẽte anceps terror hinc muros aſcendentibus Romanis, illinc arce capta, barbaros circunuaſit.

CIRCVNVALLO circunuallas, circunuallaui, circunuallatum, circunuallare, Aſſieger, Faire rempars enuiron les ennemis, & ville, Enuirõner. Cic. epiſt. 15. lib. noni. Mihi epiſtola affertur à Lepta, circunuallatum eſſe Pompeium.

Circunuallare etiam metaphorice, Ceſt circunuenir, & ſe ſerrer a lentour, preſſer de tous coſtés. Terent. in Adelph. Tot res repẽte circunuallant vnde emergi non poteſt. Id eſt ſe ſtipant circa nos vt inimica acies, & impreſſionem faciunt vt hoſtes. Tant daffaires me ſuruiennent tout a la fois, & me preſſent de ſi pres que ie ne ſçay de quel coſté me tourner.

CIRCVNVECTO circunuectas circunuectare, Porter a lentour. Plaut. in Rud. 22.25, Poſt animi cauſſa mihi nauem, faciã, atque imitabor Stratonicum, Oppida circunuectabor, Ie ſeray porte par les villes. Virg. lib. 3. georg. Singula dum carptim circũuertamur amore.

CIRCVNVENIO circũuenis, circunueni, circũuentum, circũuenire. Enuironner. Liuius lib. 1, Sed conſiliũ & imperij ſimulatio fuit, vt nec vobis ignorantibus deſeri vos, auerteretur à certamine animus, & hoſtibus circũueniri ſe à tergo ratis, terror ac fuga inijceretur.

Circunuenire, Munir, fournir, & garnir de toutes pars. Salluſtius, Præterea cõſulatum petere Cicero Antoniũ quem ſibi collegam fore ſperabat, hominem nobilem familiarem, & omnibus neceſſitudinibus circunuentum.

Circunuenire, Deceuoir, tromper aucun. Terent. in Phormione, 4.3.9, Túne dixeras huic facinus indignum Chreme, ſic circũueniri? Cic. lib. 2. offic. Suum quiſque teneat, & neque tenuiores propter humilitatem, circunueniantur: nec locupletibus ad ſua vel tenẽda, vel recuperanda obſit inuidia.

Circunuenire, Par vne enuie ou faction, opprimer & fouller aucun. Cic. in Verrem, Quid te à Centuripina ciuitate, cæteriſque ciuitatibus Siciliæ circũueniri atque opprimi dicis? tua te Meſſana circunuenit. Salluſt. Cuique optimo literas mittit, ſe à falſis criminibus circunuentum. Liuius lib. 1, An placeret fœnore circunuentam plebem potius quàm ſortẽ creditam, ſoluat corpus in neruum, ac ſupplicia dare.

Circunuenire iudicio. Cic. pro A. Cluentio, Mulierem quandam Larino, atque illam vſque à mari ſupero Romam proficiſci cum magno comitatu & pecunia, quo facilius circunuenire iudicio capitis atque opprimere filium poſſet. Idem pro Cluentio, Hanc ipſam legem, ne

quis iudicio publiquo circunueniret, Cn. Gracchus tulit.

CIRCVNVERTO, circunuertis, circunuerti, circunuersum, circunuertere, Tourner en tour, ou en rondeur. Plaut. in Perſa, 12.36, Iam à foro argentarij abeunt, quàm in curſu rotula circunuertitur.

Circunuertere aliquem argento, Oſter largent a aucun par tromperie. Plautus in Pſeudolo, 7.128, Quid ſi hiſce inter ſe conſenſerunt Callipho, aut de compacto faciunt conſutis dolis, qui me argento circunuertant?

CIRCVNVINCIO circunuincis, circunuinciui, circunuinctum, circunuincire, Lier aucun a lentour. Plaut. in Rud. 18.25, Vos adeò vbi ego innuero, ſi non ei caput exoculaſſitis, quaſi murteta iuncis, item ego vos virgis circunuinciam.

CIRCVNVOLITO, circunuolitas, circunuolitare, Volter a lentour. Virg. lib. 1. georg. Aut arguta lacus circunuolitauit hirundo.

Circunuolitare limina potentiorum, Souuent aller, ou hanter ches les riches. Columella, An honeſtius dixerim mercenarij ſalutatoris mendaciſſimum aucupium circunuolitantis limina potentiorum?

CIRCVS circi, m.g. Toute figure plate & ronde, cõme cercle, anneau, place qui eſt en rond, & autres telles choſes. Virg. lib. v, Mediáque in valle theatri Circus erat.

Circulus circuli, Vng petit cercle, vne petite rondeur.

Circulo circulas, circulare, Enuironner. Columella, lib. x 1 1, Iſque debebit antè circulari foſſula, quæ repleatur lapidibus & calce.

Circulator, circulatoris, Ioueur de paſſe paſſe, bateleur, ioueur de ſoupleſſes & dedens cercles.

Circulatorius circulatoria circulatorium, Choſe appartenant a bateleurs. Quintilianus præcipit nobis parandam vim orandi, non circulatoriam voluptatem ſpectantibus.

Circulatim: aduerbium, Par cercles, en facon de cercle. Suet. In ſummo publico luctu externarũ gentiũ multitudo circulatim ſuo quæque more lamentata eſt. Par tropeaux ou bandes aſſemblees en rondeur comme vng cercle.

Circularis & hoc circulare, Qui eſt rond cõme vng cercle. Columella lib. x 1 1, Iſque debebit circulari foſſula quæ repleatur lapidibus & calce.

Circuitores, docet Vlpianus vulgo appellari, quibus veſtiarij vel linthearij dant veſtẽ circunferendam, vel diſtrahendam.

CIRRI oſtreorum capillamenta. Martia. lib. v 11, Et oſtreorum rapere liuidos cirros.

Cirri, à quibuſdam appellantur capilli contorti ac perinde criſpati, quales Picus Martius, & alauda & grues in capitibus gerũt. Vne hupe que ont aucũs oyſeaux ſur la teſte, comme la louette, le pimart & autres. Plin. lib. x 1. cap. 37, Et fulicarum generi dedit cirros: Pico quoque Martio & grui balearicæ.

Cirratus, cirrata, cirratum, Qui a les cheueulx cordés. Perſius, Tún' cirratorum centum dictata fuiſſe Pro nihilo pendas?

CIRNEA cirneæ, Vng vaiſſeau a mettre vin, comme pourroit eſtre vng broc, ou ſemblable. Plaut. in Amphit. 4. 275, Cadus erat vini, inde impleui cirneam.

CIS præpoſitio, Deca. Liuius, Cis montes caſtra Ligurum.

Cis paucos dies, Dedans peu de iours. Plaut. in Trucul. 7.18, Verum nunc ſi qua mihi obtigerit hæreditas, magna atque luculẽta: nunc poſtquam ſcio dulce atque amarũ quid ſit ex pecunia, ita ego illam ædepol ſeruẽ, itáque parce victitem, vt nulla faxim cis dies paucos ſiet: egò iſtos qui nunc me culpant, confutauero. Ie feray que dedans peu de iours ie nen auray rien de demourant dicelle.

Cis paucas tempeſtates, Dedans peu de temps. Plaut. in Moſtell. 2.17, Cis Hercle paucas tempeſtates Tranio augebis rurí numerum, genus ferratile.

Cis, pro vltra, Oultre, pardela. Salluſt. Cis Rhenum atque intra mare noſtrum, & oceanũ, niſi qua in paludibus via fuit perdomita. Varro lib. x x. Rhetor. Eo die cis Tyberim redeũdum eſt, quod de cælo auſpicari ius nemini ſit præter magiſtratum.

Cis vndique, Par tous les lieux de pardeca. Plaut. in Mercatore, Poſtquam receſſit vita patrio corpore, agrum ſe vendidiſſe, atque ea pecunia nauim, metretas quæ trecentas tolleret, paraſſe, atque ea ſeſe cis vectatum vndique.

CISIVM ciſij, n.g. genus vehiculi biroti, Vne charette, vt inquit Nonius. Cicero in ſecunda Philippica, Cum hora diei decima ferè ad ſaxa rubra veniſſet, delituit in quadam cauponula: atque ibi ſe occultans, perpotauit ad veſperũ. Inde ciſio celeriter ad vrbem aduectus, domũ ve-

nit capite inuoluto. Idem pro Sexto Roſcio, Decẽ horis nocturnis ſex & quinquaginta milia paſſuum ciſijs peruolauit. Ciſſium, quibuſdam ſcribitur duplici ſſ.

Ciſiarius ciſiarij, m.g. Vng chartier, meneur de charette. Iuriſconſ. lib. 20. digeſt. Si ciſiarius dũ cæteros tranſire contendit, ciſium euertit, & ſeruum quaſſauit, vel occidit, puta ex locato eſſe in eum actionem.

CIS PEL LO ciſpellis, ciſpuli, ciſpulſum, ciſpellere, Poulſer aucun oultre de quelque lieu. Plaut. in Amphit. 11. 17, Capiam coronam mihi in caput, aſſimulabo me eſſe ebrium, atque illuc ſurſum aſcendero, inde optime ciſpellam virum de ſupero: quum huc acceſſerit, faciã vt ſit madidus, ſobrius. Ie le pouſſeray bien a mon aiſe de la.

CIS TA ciſtæ, f.g. Vne ſorte de vaiſſeau, comme pourroit eſtre vne layette. Siſenna, hiſt. lib. 4, Ciſtáſque quæ erant legum ferendarum gratia, porta defecerãt. Iuuenal. Nãque vetus Græcos ſeruabat ciſta libellos.

Ciſtella ciſtellæ, diminutiuum, Petite layette. Plaut. in Ciſtell. 8. 7, Accipe hanc ciſtellam Haliſca, atque agedum pulta illas fores. Terentius in Eunucho, 4. 6. 15, Abi tu, ciſtellam Pythia domo effer cum monumẽtis. Cic. ad Heren. lib. 1, Saturnius legem ferre cœpit, collegæ intercedere, ille nihilo minus ciſtellam detulit.

Ciſtellula ciſtellulæ, diminutiuum à diminutiuo ciſtella. Plaut. in Rud. 10. 59, Vbi eſt ciſtellula?

Ciſtula ciſtulæ, diminutiuũ, Petite layette. Plaut. in Amphitruone, 4. 266, Elocutus eſt. vbi patera nunc eſt? M. in ciſtula.

CITHARA citharæ, f.g. Vne harpe, ou luc. Plin. lib. 7. cap. 56, Citharam Amphion, vt alij, Orpheus, vt alij Linus inuenit.

Citharœdus citharœdi, m.g. Qui ioue de la harpe & chante quant & quãt. Iuuen. Accipis vxorem, de qua citharœdus Echion. Varro de re ruſtica, lib. 2. cap. 1, Sed non omnes qui habent citharam, ſunt citharœdi.

Citharœdicus citharœdica citharœdicum, Choſe appartenant a vng ioueur de harpe. Suet. in Nerua, Item ſtatuas ſuas citharœdico habitu.

Cithariſta, Qui ioue de la harpe, & ne chante point.

Citharíſtria citharíſtriæ, f.g. Celle qui ioue de la harpe. Terent. in Phormione, 1. 2. 32, Hic Phædria noſter continuo quandam nactus eſt puellulam citharíſtriam. Ibidem, 59, Terẽtius vocat fidicinam, Ille qui illam amabat fidicinam. Ergo indifferenter, inquit Donatus.

CITO citas, citaui, citatum, citare, Denoncer a aucun quil comparoiſſe deuant le iuge, ou autre, Lappeller, ladiourner a comparoiſtre. Plaut. in Menæhmis, 10. 8, Nãque ad eam rem otioſos homines decuit deligi: qui niſi adſint cum citentur, cenſus capiãt illico. Plin. epiſt. 275, Quum citarem iudices, conuentum inchoaturus, Flauius Archippus vacationem petere cœpit vt philoſophus. Plaut. in Curc. 4. 6, Vbi tu es qui me libello venerio citaſti? Cic. in Verrẽ actione 4. Citat reum: non reſpondet. citat accuſatorem: citatus accuſator M. Paſſidius, neſcio quo caſu non reſpondit, non affuit. Plin. epiſt. 190. g, Hæc illi quo quiſque ordine citabantur Selon lordre quils eſtoient appellés.

CITRA præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruiens, Par deca. Cæſar, Qui ſunt citra Rhenum.

Citra quandoque pro ſine ponitur, Sans. Columella, In agricultura voluntas, facultáſque citra ſcientiam ſæpe magnam dominis afferunt iacturam. Sans ſauoir. Suet. in Cæſ. Alijs citra ſenatus populíque authoritatem, Sans auoir authorite du peuple. Quintil. lib. 1, Tum neque citra muſicen grammatice poteſt eſſe perfecta. Plinius lib. 3, Citra faſtidium nominẽtur, Sans meſpriſer.

Citra ebrietatem, Sans eſtre yure. Seneca, Ede citra cruditatem, bibe citra ebrietatem.

Citra pro ante, Deuant. Suet. in Auguſto, Solebat etiã citra ſpectaculorum dies, ſi quãdo quid inuſitatum dignúmque cognitu.

Citerior, comparatiuus, à citer citera citerum, obſoleto vocabulo. Cic. ad Cælium, Citeriora nõdum audiebamus. Nous noyons point encore les choſes les plus prochaines de nous.

Citimus, citima, citimum, ſuperlatiuus, Prochain. Citima nobis ſecula, ſunt recentiſſima. quæ enim nobis proxima ſunt, citima appellantur. Cic. in ſomnio Scipionis, de luna loquẽs, E quibus erat ea minima quæ vltima à cælo, citima terris, luce lucebat aliena.

Citro. Vide VLTRO CITROQVE.

CITREVM citrei, m.g. Vng fruict nomme citron. Plin. lib. 15. cap. 28, Citreis odor acerrimus, ſapor aſperrimus.

Citrus citri, f.g. Larbre qui porte les citrons. Apud Plinium.

CITVS cita citum, Soudain, haſtif, legier. Plaut. in Trucul. 19.40, Quanquam hic ſqualidus eſt, quanquam hic horridus, citus bellum init. Idem in Amphit. 4.90, Equites parant citi, ab dextera maximo cum clamore inuolant, impetu alacri fœdant.

Citus inceſſus. Salluſt. Citus modo, modo tardus inceſſus.

Citus ad ſcribendum, Qui eſcript vitement & legieremẽt. Plaut. in Bacch. 15.88, Atque idem hercle ad perdendum eſt magis, quàm ad ſcribendum, citus.

Citior, citiſſimus, apud Plautum, Nullam ego rem citiorem apud homines eſſe quàm famam reor. Afranius, Citior abijt ancilla, citiſſima omnium redijt.

Cito aduerbium, Soudainement, Legierement, haſtiuement. Plaut. in Aſinaria, 12.155, Eia benedicite: ite intro cito: valete. Idem in Milite, 20.43, Ite cito, iam ego vos aſſequar, cũ hero pauca eloquar. Idem in Pœnulo, 7.64, Hoc cito & curſim eſt agendum: properate iam quãtum poteſt. Terent. in Andria, 1.5.20, Id mihi viſus eſt dicere, abi cito, & ſuſpende te. Ibidem, 2.3.8, Dictum ac factum, inuenerit aliquam cauſſam quamobrem eijciat oppido. P. eijciat? D. cito. Idem in Eunuch. 3.3.33, Abi Doria, cito hunc deduce ad militem. Tam cito? Si ſoudain? par admiration. Terent. in And. 5.4.25, Is ibi mortuus eſt. CH. eius nomen? CR. nomen tam cito tibi? Veulx tu que ſi ſoudain ie te die ſon nom?

Quàm cito, Tout incontinant, ſoudainement. Terent. in Eunucho, 1.2.98, Labaſcit victus vno verbo quàm cito.

Haud cito mali quid ortũ ex hoc ſit publice, Ceſt vng hõme lequel neſt pas ſi legier & ſoudain que on en doiue eſperer quelque mal en la choſe publicque. Terent. in Adelph. 3.3.89.

Citius, Plus toſt, plus vite, plus ſoudainement. Plaut. in Amphit. Citius quod non facto eſt vſus fit, quàm quod facto eſt opus. Idem in Perſa, 12.29, Vbi quid crediderís, citius extemplo à foro fugiunt, quàm ex porta ludis cũ emiſſus eſt lupus. Terent. in Hecyra, 3.3.4, Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.

Citius dicto, Pluſtoſt que dire le mot. Verg. Hæc ait & dicto citius tumida æquora placat.

CIVIS, huius ciuis, cõmunis generis, Vng citoien, ou vne citoienne. Plaut. in Perſa, 2.2, Qui gẽtes omnes, mariáque & terras mouet, eius ſum ciuis, ciuitate cælitum, ita vt videtis. Ibidem, 18.34, Obſecro defende ciues tuas ſenex.

Ciuis meus, Le citoien de la cite dont ie ſuis citoien. Cic. pro Milone, Abeant, inquit, valeant ciues mei, ſint incolumes. Et paulopoſt, Tranquilla rep. ciues mei, quoniam mihi cum illis non licet, ſine me ipſi, ſed per me tamen perfruantur, ego cedam atque abibo. Barbari, Compatriota meus eſt, vel conciuis dicunt.

Ciuis tuus, Le citoien de la cite dont tu es citoien. Cicero in Catil. Oratione prima, Serui me hercle mei ſi me iſto pacto metuerent vt te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendam putarem.

Ciuis Attica, Citoienne Dathenes: Ciuis Romanus, Citoien de Rome. Ter. in And. 1.3.16, Fingunt quãdam inter ſe nunc fallaciam, ciuem Atticã eſſe hanc. Cic. in Verrẽ, act. VII, Ceruices in carcere frangebantur indigniſſime ciuium Romanorum, vt etiam illa vox, & illa imploratio, ciuis Romanus ſum, quæ ſæpe multis in vltimis terris opem inter barbaros & ſalutem tulit, ea mortem illis acerbiorem & ſupplicium maturius ferret.

Ciuis hinc eſt, Il eſt citoien dici. Terentius in Andria, 5.1.14, Illam hinc ciuem eſſe aiunt. Ibidem, 5.4.5, Eho tu, Glyceriũ hinc ciuem eſſe ais? Idem in Eunuch. 5.5.10, Scis eã hinc ciuem eſſe, & fratrem eius apprime nobilem?

Ciuitas ciuitatis, Vne cite, les citoiens dune ville. Cic. in Verrem, actione v, Eubulides eſt Groſphus Centuripinus, homo cum virtute, & nobilitate domi ſuæ, tum etiam pecunia princeps. huic homini iudices honeſtiſſimæ ciuitatis, honeſtiſſimo non modo frumenti ſcitote, ſed vitæ & ſanguinis tantum relictum eſſe, quantum Apronij libido tulit.

Ciuilis & hoc ciuile, Choſe appartenant a citoiens.

Ciuilitas, ciuilitatis, f. g. Meurs de citoiẽs, amiablete & doulceur, courtoiſie telle que en vrais citoiens il y a. Suet. Clementiæ ciuilitatiſque eius multa & magna documenta ſunt.

Ciuicus ciuica ciuicum, Idem quod ciuilis. Plin. de viris illuſt. 26, Ob hoc ab exercitu ciuica corona de quercu, quæ dabatur ei qui ciues in bello ſeruaſſet.

Ciuiliter, Selon la maniere des citoiens.

Ciuiliter cœnare. Apud Iuuenalem ſatyr. 5, Poſcimus vt cœnes ciuiliter. Nous demandõs que tu ſouppe ſelon les autres citoiens, de meſme pain de quoy vſent ceulx qui ſont au bãquet & des meſmes viandes, non point cõme vng roy, ne daignant manger viandes communes.

CLABVLA clabulæ, f.g. Vel, vt quædam habent exemplaria, clauola clauolæ, ſciſſio lignorum vel præſegmina, Vne taille que on faict ou milieu iuſtement dung rameau darbre lequel on veult enter en vng autre. Varro de re ruſtica lib. 1. cap. 40, Demũ in oleagineis ſeminibus arbores videndum, vt ſit de tenero ramo ex vtraque parte æquabiliter præciſum, quas alij clauolas, alij taleas appellant, ac faciunt circiter pedales.

CLADES cladis, fœm. gen. Vne deſconfiture de guerre, grande occiſion de gens faicte en vne guerre.

CLAM præpoſitio, ablatiuo caſui ſeruiens, & nonnunquam accuſatiuo. En cachette, ſans que aucun en ſache rien.

Ablatiuo. Plautus in Amphitruone, 3. 107, Is amare occœpit Alcumenam clam viro. Que ſon mari nen ſcauoit rien.

Clam me eſſe non poteſt ſi qui ſacrificant, ſemper petunt aquam hic, aut ignẽ. Il ne ſcauroient ſacrifier que ie ne le ſache. Plaut. in Rudent. 4. 24.

Hæc clam me omnia, Il faiſoit tout ſans que ien ſceuſſe rien. Terent. in Heaut. 1. 1. 46.

Non ædepol clam me eſt, cum hoc, quod leuius eſt, tã animo iracũdo tulit. Ie ſcay bien vrayement, veu que &c. Terent. in Hecyra, 4. 1. 54.

Nec clam te eſt, quàm illi vtræque res inutiles & ad pudicitiam & ad tutandam rem ſient: Terent. in And. 1. 5. 53. Tu nes pas ignorant, tu ſces bien.

Quinetiam paulo clam iſs eam vidi, Ie lay veu que ceulx la nen ſcauoient rien que ie leuſſe veu. Cic. Attico.

Accuſatiuo. Plaut. in Caſin. 10. 15, Erit tecum hodie quod amat clam vxorem. Ibidem, 32, Bona multa faciam clam meam hanc vxorem. Que ma femme nen ſcaura rien.

Clam alter alterum, Que lũg nen ſcauoit rien de lautre. Plaut. in Caſin. 2. 50, Nunc ſibi vterque contrà legiones parat, pater, filiúſque, clam alter alterum.

Clam omnes. Plaut. in Aulul. 3. 7, Sed mihi auus huius obſecrãs concredidit theſaurum auri: clam omnes in medio foco defodit. Que perſonne nen ſcait rien.

Clam vos. Cic. in Salluſt. Itaque timens ne facinora eius clam vos eſſent.

Clàm aduerbiũ, En ſecret, en cachette, en ſoy cachãt, par emblee de paour deſtre veu ou apperceu. Plaut. in Aſin. 12. 152, Illâc per ortũ circuit clam, ne quis ſe videret huc ire familiarium.

At enim clam furtim hic eſſe vult, ne qui ſciant, néve arbiter ſit. Plautus his verbis interpretatur quid ſignificet clam. In Pœnulo, 9. 49.

Si ſperat fore clàm, rurſum ad ingenium redit, Sil a eſperance que on nen ſcaura rien. Terentius in Adelph. 1. 1. 46.

Deduco pedes de lecto clàm, ne miles ſentiat. Tout bellement, ou tout doulcement ie mects mes pieds hors du lict. Plaut. in Curcul. 7. 82. Rogitas, quæ mihi ante oculos amatorẽ coràm adduxiſti tuum, & cũ eo clàm ſubduxti te mihi? Et tes deſrobee dauec moy ſecretemẽt, que ie nen ay rien ſentu.

Clanculum, aduerbium, diminutiuum à clàm. Par derriere, en cachette, ſecrettement, en ſoy cachant, tout doulcement que on ne lappercoiue, & que on ne le ſache. Plaut. in Curc. 2. 22, Cũ illa noctu clanculum ad me exit, tacet. Idem in Amphit. 6. 25, Clanculũ abij à legione, operam hanc ſurripui tibi. Idem in Ciſtell. 2. 82, Dum redeo domum, conſpicillo, conſequutus eſt clanculum me vſque ad foreis. Idem in Trinummo, 11. 55, Sed clanculum, ſicut præcepi, cunctos exturbat ædibus. Terent. in Eunucho, 3. 5. 54, Ego limis aſpecto ſic per flabellum clanculum, & ſimul alia circunſpecto. Ibidem 3. 5. 41, Atque per alienas tegulas veniſſe clanculum per impluuium.

Clanculum dicta ſint, Que perſonne ne ſache rien de cecy. Plaut. in Pœnulo, 14. 92, Vale, & hæc cura, clanculum vt dicta ſint.

Clanculum, accuſatiuo iunxit Terentius in Adelph. 1. 1. 28, Poſtremo alij clanculum patres quæ faciunt, quæ fert adoleſcentia, ea ne me celet, conſuefeci filium.

Clandeſtinus clãdeſtina clandeſtinum, Secret, occulte, cache, que on ne cognoit point. Plaut. in Amphit. 5. 28, Et ne in ſuſpicione ponatur ſtupri, Et clandeſtina vt celetur ſuſpicio:

Clandeſtino aduerbium, Secretement. Plaut. in Milite 13. 10, Nã hoc negoti clandeſtino vt agerem, mandatur mihi. On mà encharge de faire ſecretement ceſte affaire, que nul nen ſache rien. Lucilius lib. 26, At enim dicis clãdeſtino tibi quod cõmiſſum foret, neu mittere quicquam, neu myſterij hæc feret foras.

CLAMO clamas, clamaui, clamatum, clamare, Crier apres aucun, & comme tancer. Plaut. in Mercatore, 18.17, Nec tolerant vt æquum eſt patres, ſed clamant, indecenter obſtrepunt. Terent. in Adelph. 1.2.11, Clamant omnes indigniſſime factum eſſe. Ibidem, 3.3.26, Mihi quidem non placent: & clamo ſæpe. Ibidem, 53. Cœpit clamare, AEſchine hæccine flagitia facere te?

Clamare alicui de via. Terent. in Andria, 3.2.11, Non imperabat coràm quid opus facto eſſet puerperæ: Sed poſtquam egreſſa eſt, illis, quæ ſunt intus, clamat de via, Elle eſtant en chemin, huye ou crie a celles qui eſtoient en la maiſon, leur commande ce quelle veult quelles facent.

Clamito clamitas, clamitare, Crier ſouuent. Terent. in Andr. 4.5.19, Clamitent me ſycophantã hæreditatem perſequi. Quils crient tant quil vouldront.

O facinus animaduertendum. M. quid clamitas? De quoy te plains tu? Terẽt. in And. 4.4.28.

Venit Chremes poſtridie ad me clamitans, indignum facinus comperiſſe, Pãphilum pro vxore habere hanc peregrinam, Criant, ou ſe complaignant a moy quil auoit &c. Terentius in Andria, 1.1.117.

Venit ad me ſæpe clamitans, Quid agis Mitio? cur perdis adoleſcentẽ nobis? Il eſt venu a moy, me tenceant & criant fort & ferme contre moy, Pourquoy &c. Terent. in Adelph. 1.1.35.

Clamor clamoris, m.g. Vng cri, vne voix qui ſe faict en criãt. Plin. epiſt. 190.b, Ac primis quidem diebus reddítæ libertatis pro ſe quiſque inimicos ſuos dúntaxat minores incondito, turbidóque clamore poſtulauerat ſimul & oppreſſerat.

Clamores efficere. Cicero epiſt. 1. ad Q. Fratrem lib. 3, Clamores efficiam, ſi eũ mecum habuere otioſum.

Clamoſus clamoſa clamoſum, Vng brayart, vng criart, ou choſe retondiſſant & pleine de bruit. Quintil. Non turbidus, non clamoſus ſit altercator. Iuuenalis, Securum iubeãt clamoſo inſiſtere circo.

CLANGO clangis, clanxi, clangere, Sonner dune trompette. Græca dictio eſt, κλάγγω.

Clãgor clangoris, m.g. Le ſon dune trompette. Virg. Clamórque virûm clangórque tubarum.

Clangor aquilæ, Le cri dune aigle. Cic. lib. 2. Tuſcul. Iouis ſatelles paſtu dilaniat fero, tum iecore opimo farta & ſatiata affatim, clangorem fundit vaſtum.

Clangor anſerũ. Columella lib. 1x, Eíuſque generis anſer præcipue ruſticis gratus eſt, qui nec maximam curam poſcit, & ſolutiorem cuſtodiam præbet quàm canis. nam clangore prodit inſidiantem.

CLARVS clara clarum, Cler, luiſant, qui neſt point obſcur, vt clara dies.

Clarus clamor, Vng cri aſpre, cler, que on oit facilemẽt. Plaut. in Pœnulo, 17.26, Tace, atque parce muliebri ſupellectili. A. quæ ea eſt ſupellex? P. clarus clamor.

Clarus plauſus, Vng ſon des pieds, ou des mains, cler, que on oit clerement, lequel ſe faict de ioye, quant quelque choſe plait fort. Plaut. in Aſinaria, 17.6, Nunc ſi vultis deprecari huic ſeni ne vapulet, remur impetrari poſſe, ſi plauſum ſic clarum datis. Idem. in Rud. 31.65, Verum ſi voletis plauſum fabulæ huíc clarum dare, comeſſatum omnes venitote ad me ad annos ſedecim.

Clarum ſignũ dare, Donner vng ſigne manifeſte, cler, euident, & que on appercoiue. Plaut. in Caſina, 2.3, Si verum díxi, ſignum clarum date mihi, Id eſt, Plaudite, vt in comœdijs ſolitum eſt fieri.

Clara pugna, Vne bataille digne de memoire. Plaut. in Pſeud. 7.111, Priuſquam iſtam pugnã pugnabo, ego etiam prius dabo aliam pugnam claram & commemorabilem.

Clara nobilitas, La nobleſſe que chaſcun cõgnoit qui eſt de grant nom. Plaut. in Rud. 22.25, Vbi nobilitas mea erit clara, oppidum magnũ cõmunibo, & ego vrbi Grípo indam nomẽ.

Clarus vir, Vng homme de renom, que tous congnoiſſent quel il eſt. Plaut. in Trinummo, 10.38, In occulto iacebis, cum te maxime clarum voles, Quant tu vouldras auoir bruit & eſtre congneu.

Claritas claritatis, f.g. Clarté, lumiere.

Claritas, Excellence de vertu, bonne renommee, nobleſſe bien congneue. Cic. in epiſtola ad Sulpitium, Quæ quanquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentiſſime ex tuis literis cognoſcam.

Claritudo, claritudinis, f.g. Idem.

Claritudo, Bruit, renom. Salluſt. Cum præſertim tam multæ variæque ſint artes animi, quibus

ſumma claritudo paratur. Par les quelles on acquiert bruit, & eſt on congnu.

Clareo clares claret, clarere, Auoir bruit, ou renom. Et in tertijs ferè perſonis vtimur. Turpilio, Cuius aduentu inſula hodie claret Cypros.

Claret, Il luyt, & reſplendit. Ennius, Nam ita mihi Telamonis patris atque facies proaui Iouis grata ea eſt, atque hoc lumen candidum claret mihi.

Clare, aduerbium, Clerement, manifeſtement, que on le peult ouyr.

Clare crepitare dentibus, Tellemẽt criquer les dents que on loit. Plaut. in Rud. 13.52, Quid ſi aliquo ad ludos me pro manduca locẽ? L. quapropter? C. quia pol clare crepito dentibus.

Clare dicere, Dire clerement, hardiment, apertement, ſans faintiſe. Terent. in And. 4.4.15, Vnde eſt? dic clare. M. à nobis.

Clare recitare, Lire aucune choſe clerement, bien proferer, que on lentende. Plaut. in Perſa, 15.33, Quid iſtæ narrant? T. percontare ex ipſis: ipſæ tibi narrabunt. D. cedo ſanè mihi. T. at clare recitato. D. tace dum pellego. T. haud verbum faciam.

Clare oculis videre, Voyre clerement, auoir la veue clere. Plaut. in Milite, 10.36, Clare oculis video, pernix ſum manibus, ſum pedes mobilis.

CLARIGO clarigas, clarigaui, clarigatũ, clarigare, Denoncer guerre ouuerte aux ennemis, pource quils nauoient voulu rendre ce quils auoient raui, ou pour quelques autres cauſes. A vocis claritate dictum. Plinius lib. XXII, Hac ſemper & legati, cum ad hoſtes clarigatúmque mitterentur, vſi. Id eſt, res raptas clare repetitum. nam cum Romani bellũ indicere alicui volebãt, Pater patratus proficiſcebatur ad hoſtium exercitum: & præfatus quædam ſolennia verba, clara voce dicebat ſe bellum indicere ob certas cauſſas.

Clarigatio clarigationis, Denõtiation de guerre que on faict aux ẽnemis, pour certaines cauſes.

Clarigatio, Vne taxation de quelque ſomme dargent que le prince ou la choſe publique taxe a aucun, comme renceon. Liuius lib. 8, Veliterninis deiecti muri, ipſi vrbe abducti, iuſſi trans Tyberim habitare: vti eius qui cis Tyberim capt? fuiſſet vſq; ad mille paſſuũ, hoc eſt põdo clarigatio eſſet. nec prius quàm ære perſoluto, is qui cepiſſet, extra vincula captũ haberet.

CLASSI hui? claſſis, f. g. Vne aſſemblee de nauires, vne armee de mer. Liui? belli Maced. lib. 1. Cum ad ipſa mœnia vrbis claſſem circũagere vellent, ſeua coorta tempeſtate, vix in terram effugerunt.

Claſſis, Vne nauire. Virg. lib. VI, Lyciæ ductorem claſſis Orontem.

Claſſis, Significat hominũ collegia, Vne bande, & ordre, partie du peuple, cõme Seruius Tullius roy des Romains auoit diuiſe le peuple de Rome par bandes, & ordre, ſelon la richeſſe & cheuance dung chaſcun. Nam Liuius de Seruij Tullij rebus geſtis ſcribit vrbem in quinque claſſes diuiſam, cenſúmque ab eo inſtitutum fuiſſe, rem ſaluberrimam tanto futuram imperio, quod pars bellique munia, non viritim, vt ãtea, ſed pro habitu pecuniarum fierent: tũ claſſes, centuriáſque ad hunc ordinem ex cenſu deſcripſit. Qui cẽtum milia æris aut maiorẽ cenſum haberent, inter primarios numerabantur, & ſub primæ claſſis titulo &c.

Claſſis, Vne bande de genſdarmes a cheual. Virg. Scio me Danais è claſſibus vnum.

Claſſicum claſſici, n. g. Vne trompette de guerre, ou le ſon dicelle trõpette. Virg. lib. VII, Claſſica nanque ſonant. Liuius lib. V, Vocatis claſſico ad conciliũ militibus. Et alibi, Concionem claſſico aduocari iuſſit.

Claſſicum, Signum belli, Vne alarmé de guerre que ou ſonne pour batailler. Suet. Et ingenti ſpiritu claſſicum exorſus pertendit ad alteram ripam.

Claſſicus claſſica claſſicum, Choſe appartenant a nauire. Vt claſſica bella, Batailles que on faict en nauires ſur la mer. Propertius lib. 2, Et canerem Siculæ claſſica bella fugæ.

Claſſici, Qui eſtoient de la premiere ordre du peuple, les plus riches. Dicebãtur non omnes qui in claſſibus erant, ſed primæ tantum claſſis homines, qui centum & vigintiquinque millibus æris, ampliúſve cenſi erant.

Infra claſſem appellabantur, qui in ſecunda & ſequentibus claſſibus erant, id eſt, qui minore ſumma cenſi erant.

Quintæ claſſis homines, Poures gens, & de peu dauthorite. Cic. in Acad. de Democrito loquens, Quis hunc philoſophum non anteponat Cleanthi, Chryſippo, reliquiſque inferioris ætatis: qui mihi cum illo comparati, quintæ claſſis videntur.

Claſſici teſtes, inquit Feſtus, dicebantur, qui ſignandis teſtamentis adhibebantur, hoc eſt, primæ claſſis quaſi primæ authoritatis, & idonei veritatis ſponſores.

Claſſicos authores metaphoricos vocat Gellius, quaſi teſtes idoneos latinæ puritatis, & primæ

notæ ſcriptores, quales ſunt Cicero, Quintilianus, Liuius, Cæſar, Plinius, Virgilius, Horatius, Catullus.

Claſſici dicebantur etiam præcones, qui tuba vel cornu, iuſſu magiſtratuum, ex arce vel circũ muros populum ad comitium vocabant. dicti à calando, id eſt vocando, ſiue à clangore.

Claſſiarius claſſiarij, Aſſidu & diligent en beſongne. Apuleius, Et laudum eius claſſiarius atque aſſiduus præco.

Claſſiarius, Homme de guerre ſur mer qui bataille en vne nauire. Suet. in Galba, cap. 12, Nã cum claſſiarios quos Nero ex remigibus iuſtos milites fecerat, redire ad priſtinum ſtatum cogeret, recuſantes atque inſuper aquilam & ſigna pertinacius flagitantes, nõ modo immiſſo equite, diſiecit, ſed decimauit etiam.

CLATHRVM clathri, m.g. In plurali, hi clathri & hæc clathra clathrorũ, Vel hic clathrus, & hoc clathrum, Barreaux, ou treillis de fer ou de bois que on met deuãt feneſtres, ou caues, & autres lieux, pour garder que aucun ny puiſt entrer. Horatius, Obiectos caueæ valuit ſi frãgere clathros. Columella, lib. 9, Spiſſi deinde clathri marginibus infiguntur, qui ſuper aquã ſemper emineant, etiam cum maris æſtus intumuerit.

Clathro clathras clathrare, Fermer de barreaux ou de treillis de fer ou de bois deuant feneſtres, huys de caues, ou ſoupirats, & ſemblables. Columella lib. 9, Satis eſt vacerras inter pedes octonos defigere, ſeriſque ita clathrare, ne ſpatiorum laxitas, pecudi præbeat fugam.

Clathratus clathrata clathratũ, Ferme de barreaux ou de treillis. Plaut. in Milite 7.26, Niſi mirum eſt facinus quomodo hæc nunc hinc tranſire potuerit: Nam certo neque ſolarium apud nos eſt, neque ortus vllus, neque feneſtra, niſi clathrata.

CLAVA clauæ, f.g. Vne maſſue, vng long bois teſtu comme vng grand clou. Plaut. in Rudẽte, 19.19, I dum Turbalio curriculo, affer duas clauas. LA. clauas? D. ſed probas: propera cito. Plin. de lino, Iterum deinde in filo ponitur, illiſum crebro in ſilice ex aqua, tectúmque rurſus tunditur, clauis ſemper iniuria melius.

Clauator clauatoris, Qui porte vne maſſue apres ſon maiſtre. Plaut. in Mercat. 22.11, Egomet mihi comes clauator, equos, agaſo, armiger, egomet ſum mihi imperator, idem egomet mihi obedio. Idem in Rudente, 19.24, Hem optume ædepol eccum clauator aduenit.

CLAVDO claudis, clauſi, clauſum, claudere, Fermer, enfermer. Virg. lib. 3. geor. Aut intus clauſos ſecum ad præſepia ſeruant.

Claudere, Tourner, aller alentour. Virg. Claudite nymphæ Dictææ, nymphæ nemorum, iam claudite ſaltus.

Claudere, Empeſcher, engarder. Virg. lib. x, Ecce maris magna claudit nos obice pontus.

Claudere, Clocher, vaciller, neſtre point ferme. Salluſtius, Nihil ſocordia claudebat, Il neſtoit point pareſſeulx. Idem, Neque enim ignorantia claudit res. Par ignorãce la choſe nen vacille point pourtant, elle nen eſt point moins ferme.

Claudit commodum mihi in te, Tu es cauſe que ce prouffit la vacille pour moy, & ſuis en brãle de ne lauoir point. Terent. in And. 3.3.42, Si iſtuc animũ induxti eſſe vtile, nolo tibi vllum commodum in me claudier. Ie ne veulx point eſtre cauſe que tu ſoies priue de ce bien. Num ſolus ille dona dat? nuncubi meam benignitatem ſenſiſti in te claudier? As tu apperceu que ma liberalite tait eſte cloſe en quelque choſe? ou que ie me ſoies fainct en quelque choſe de te aider? Nam Donatus, Claudi, vel claudicare hoc loco interpretatur. Terentius in Eunucho, 1.2.84.

Clauſus clauſa clauſum, Enfermé. Plin. de viris Illuſt. 39, Sed cum ad Camerinã ab hoſtibus obſeſſam feſtinaret, à Pœnis in anguſtijs clauſus eſt.

Clauſa cõſilia, Conſeils ſecrets. Cic. in Verrem, actione v, Re quidem vera nemo in Sicilia dubitat, quin eò ſit occiſus, quòd habere clauſa non potuerit ſua conſilia de Verre. Il na peu tenir ſecret le conſeil quil auoit contre Verres.

Clauſos Vlpian? pro vinctis accipit, ſi modo ita vincti ſint, vt omni modo erũpere nõ poſſint.

Clauſula clauſulæ, La fin, & concluſion de quelque matiere. Cic. in Philipp. 13, Veniamus aliquando ad clauſulam. Faiſons fin, venons a conclure.

Clauſtrum clauſtri, n.g. In plurali, clauſtri vel clauſtra clauſtrorum. Vng lieu ou eſt quelque choſe enferme. Plaut. in Curcul. 4.48, Bene vale ocule mi: nam ſonitum & crepitum clauſtrorum audio, ædituúmque aperire phanum. Virg. Portarum ingentia clauſtra.

CLAVDVS claudi, m.g. Vng boiteux. Plaut. in Aulul. 4.34, Tum autem interdius quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies. Cic. in Piſonem, Græcus primo diſtinguere, atque diui-

dere illa quemadmodum dicerentur. iſte claudus, quomodo aiunt, pilam retinere: quod acceperat teſtificari, tabulas obſignare velle.

Claudico claudicas, claudicare, Clocher, boiter.

Clauditas, clauditatis, f.g. Clochement, boitiment. Plin. Repulſu durioris materiæ, clauditatẽ illico affert.

CLAVIS huius clauis, f.g. Vne clef. Plaut. in Moſtell. 6.56, Clauim mihi harumce ædiũ nunc iam iube efferri intus: haſce ego ædeis occludam hinc foris. Cato de re ruſtica, cap. 13, Seriã vinariam vnam, clauem torculario vnam.

Clauiger clauigeri, Portier ou autre portant les clefs. Ouid. Clauiger inuidit Vulcani occumbere prolem.

Clauarius clauarij, m.g. Vng deſpenſier, qui diſtribue les dons & biens dung roy, ou empereur, quils dõnent aux genſdarmes. Nomẽ eſt officij, quo appellatus eſt Suetonij pater, ab eo quod præfectus fuerit donatiuo imperatorio inter milites diſpertiendo. Cornel. Tacitus, Seditioſæ militum voces terrebant clauarium, donatiui nomen eſt.

CLAVVS clauí, m.g. Vng clou de fer.

Clauus clauí, Le gouuernal dune nauire. Plaut. in Amphit. 16.38, Parata naui, clauo hæreas ſedulo. Cic. in Catil. Ille autem clauum tenens, quietus ſedet in puppi.

Clauũ tenere in rep. Gouuerner la choſe publicque. Cic. epiſtola ad Papyr. lib. 9, Sedebamus in puppi, clauúmque tenebamus, nunc autem vix eſt in ſententina locus.

Clauus, Vne apoſtume nommee vng clou. Plin. epiſt. 51.a, Modo nuntiatus eſt Sylius Italicus in Neapolitano ſuo inedia vitã finiſſe. cauſſa mortis, valetudo. erat illi natus inſanabilis clauus, cuius tædio ad mortẽ irreuocabili cõſtãtia decucurrit. Plin. lib. 21. cap. 20, Ad paronychias farina eius vtuntur: Cum vino, ad clauos vel verrucas, triduóque non ſoluitur.

Clauus græce ἦλος, rotunda eſt ſpecie, coloris albi, fit in plantis digitiſque pedũ maxime: fiunt & calloſa quædã in candido oculi tubercula quæ claui nominantur oculorum. Clauũ etiam huiuſmodi patiuntur arbores, & inquit Plin. lib. 17. cap. 24, Olea, præter vermiculationem quam æque ac ficus ſentit, clauum etiam patitur, ſiue fungum placet dici, vel patellam. Hæc eſt ſolis exuſtio.

Claui calígares, à caligis militaribus, quibus ſuffigebantur. Plin. lib. 9, Exiſtunt ſquammis cõſpicui crebris atque peracutis, clauorum caligarium effigie.

Clauus annalis, qui figebatur in parietibus ſacrarum ædium per annos ſingulos, vt per eos numerus colligeretur annorum. Apud Liuium ſcribitur dictatorem creatum fuiſſe cauſſa tantum figendi claui ad peſtilentiam ſedandam.

Clauus, Veſtimenti genus, veluti quibuſdam clauis aureis diſtinctum: quod & à plumarum ſimilitudine, plumatile vocabatur: & à verrucis clauo ſimilibus, verruca veſtis. quod ſi latior ipſa veſtis erat, latus clauus dicebatur. Hac ſoli ſenatores & patritij induebantur.

Clauus pro ſenatoria dignitate. Ouid. Curia reſtabat, claui menſura coacta eſt. Suet. de Auguſto, Clauo nec lato nec anguſto.

Latuſclauus quod & laticlauiũ dicitur, tunica (gallice vng ſaie) purpura prætexta, latior tunica vulgari, longiórque, ac diſtincta, cui toga ſuperinduebatur vt tunicæ. Herodianus de Platiano, lib. 3. Siquidem latum clauum perpetuo habebat, atque in ſecundis cõſularibus numerabatur. enſem præterea geſtabat, cæteráque omnia ſupremæ dignitatis inſignia. Hæc autem inſignia in luctu publico deponebantur. Liuius lib. 1x, de Caudina pace loquens, Extemplo ſine vlla publica authoritate cõceſſum in omnem formã luctus eſt: tabernæ circa forum clauſæ, iuſtitiúmque in foro ſua ſponte cœptum priuſquam indictum. Laticlaui, annuli aurei poſiti, penè exercitu ipſo, mœſtior ciuitas eſſe.

Latuſclauus, ſenatoria dignitas. Plin. in epiſt. Ego latumclauum à Cæſare noſtro, ego quæſturam impetraui.

Laticlaui, pro ſenatoribus. Horatius lib. 1. ſermonum, deſcribens ſenatorem, dixit, Et latum demiſit pectore clauum. Suet. de Nerone, A laticlauo, cuius vxorẽ attrectauerat cæſus.

Clauiculus clauiculi, diminutiuum, m.g. Vng petit clou.

Clauicul⁹, Ceſt ce de quoy la vigne ſacroche & ſe lie aux eſchallas ou autre choſe. Cic. de ſenectute, 48, Vitis quidem quæ natura caduca eſt, & niſi fulta ſit, fertur ad terram: eadem vt ſe erigat, clauiculis ſuis, quaſi manibus, quicquid eſt nacta, complectitur. Columella lib. v, Ac ne quæ relictæ ſunt, procellis ventorum decutiantur, molli & laxo vinculo aſſurgentis ſubſequi conueniet, dũ clauiculis ſuis quaſi quibuſdã manibus adminicula cõprehendãtur.

Clauicula clauiculæ, diminutiuum, f.g. Idem quod clauiculus vinearũ. Plín. Clauiculæ quoque ipſæ, quibus repunt vites tritæ, & ex aqua potæ, ſiſtunt vomitionum conſuetudinem.

Clauatus clauata clauatũ, Enuironne de clous, ou de poinctes de clous, cõe le collier dũg chien.

CLEMENS clementis, o.g. Doulx, paiſible, qui ne ſe courrouce de rien. Donatus, Clemens, qui non iraſcitur: qui colit mentẽ ſuam, nec eam vexat iraſcẽdo. Terent. in Adelph, 5.4.10, Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus.

Clemens animus, Vng doulx & paiſible courage, ſans ire & courroux. Plaut. in Milite, 18.38, Per amorem ſi quid ego fecero, clementi animo ignoſce.

Clemens rumor. Salluſt. in Iugurtha, Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis quòd Romæ dum proficiſci parant, de prælio facto & oppugnatione Cirthæ audiebatur. ſed is rumor clemens erat. Le bruit de cecy eſtoit petit, on nen oyoit point fort parler.

Clemens ſeruitus, Vng ſeruice ouquel le maiſtre na point vſe de la rigueur quil pouoit vſer enuers ſon ſeruiteur, mais a paſſe beaucop de choſes doulcement ſans ſoy courroucer a luy. Terentius in And. 1.1.9. Ego poſtquã te emi à paruulo, vt ſemper tibi apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus, ſcis.

Clemens vita vrbana, La maniere de viure de la ville, faiſant les gẽs doulx & paiſibles. Donatus, Vita clemens, quæ homines clementes facit. Terent. in Adelph. 1.1.17, Ego hãc clemẽtem vitam vrbanam, atque otium ſecutus ſum.

Clẽentia, clemẽtiæ, Doulceur de celuy qui ne ſe courrouce de quelque choſe que ce ſoit. Terent. in Adelph. 5.4.7, Re ipſa repperi, facilitate nihil homini eſſe melius, neque clementia.

Clementia æſtatis, Vng doulx, & modere eſte, qui neſt point bruſlant de challeurs. Plin. epiſt. 101.b.lib. v, AEſtatis mira clementia: ſemper aer ſpiritu aliquo mouetur, frequentius tamẽ auras, quàm ventos habet: hinc ſenes multos videas.

Clementer aduerbium, Doulcement, ſans courroux. Plaut. in Epid. 5.22, Animo male eſt, recipiam anhelitum. A. clementer quieſce. Repoſe toy a ton aiſe, ſans te courroucer.

Sequere ſis. c. ſequor. B. clementer quæſo, calces deteris. Va tout doulx ie te prie. Plautus in Mercatore, 22.111.

Clementer volo, Ien ſuis treſcontant. Plaut. in Sticho, 9.26, Hodiéne exoneramus nauem frater? P. clementer volo: potius oneremus noſmet viciſſatim voluptatibus.

Clementer admouere conſolationes, Conſoler aucun doulcement, ſans le tãcer ou ſe courroucer a luy. Plín. epiſt. 114. c. lib. v, Recẽs animi dolor cõſolationes reijcit ac refugit, mox deſyderat, & clementer admotis acquieſcit.

Clementer tractare liberos, Traicter enfans doulcement, ſans courroux enuers eulx. Plinius epiſt. 177.a, Vides à medicis quanquam in aduerſa valetudine nihil ſerui ac liberi differant, mollius tamen liberos clementiúſque tractari.

CLEPO clepis, clepſi, cleptũ, clepere, Deſrobber à κλέπτω verbo Græco. Plau. in Pſeud. 4.6, Eo enim ingenio ij ſunt flagricibæ, qui hæc habẽt conſilia, vbi data occaſio eſt, rape, clepe, tene, harpaga, bibe, es, fuge. Cic. de rep. Non modo vt Spartæ rapere vbi & pueri clepere diſcunt. Liuius, Si quis clepſit, ne populo ſcelus eſto, néve cui cleptum erit.

CLEPSYDRA, clepſydrę, f.g. Vng horloge ouquel eſtoit de leaue degouttãt goutte a goutte, leſpace dune heure, de la facon de ceulx que on vſe maintenant, ou il ya du ſablon lequel petit a petit chet en bas par vng petit trou qui eſt ou milieu. Cic. de Oratore, lib. 3, de Pericle loquens, At hunc non clamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat, ſed vt accepimus Clazomenius ille Anaxagoras vir ſummus in maximarum rerum ſcientia. Plin. epiſt. 35.f, Nã tribus clepſydris, quas ſpatioſiſſimas acceperam, ſunt additæ quatuor.

CLERVS cleri, m.g. Vermiculus aluearibus noxius. Ariſtoteles, Examina infeſtantur clero: ſic enim vocant vermiculos qui in pauimento naſcuntur, ex quibus creſcentibus velut aranea obducitur alueo, & faui carie pereunt. Hinc morbus huiuſmodi, clerus vocatur, hoc eſt fauus cum fœtu putrefactus.

CLIBANVS clibani, m.g. Vng inſtrument darain, ou de pierre couuert par deſſus en facon dung four, pour cuyre toutes ſortes de viandes, & ſe porte ou on veult, Vne chapelle a tirer de leaue roſe ou autre choſe. Plin. lib. 19, Cortices quoque decuſſi clibanis & furnis præbẽt vſum. Columella ſcribit lib. 4, ſcroben clibano ſimilem eſſe, vt imus quàm ſummus patentior ſit, vt latius radices vagentur.

CLIENS clientis, m.g. Celuy qui ſe met ſoub la ſauuegarde daucun, comme le temps paſſe les peuples des prouinces, deſtranges nations, & ditalie ſe mettoiẽt ſoub la protection & deffen-

ſe des grans ſeigneurs de Romme, contre ceulx qui leur nuyſoiẽt & pilloient: leſquels eſtoient tenus de mettre leur vie & leurs biens pour la deffenſe des Romains, ainſi pareillemẽt les Romains pour eulx. Cic. de diuinatione, Clariſſimi viri noſtræ ciuitatis tẽporibus optimis, hoc ſibi ampliſſimum pulcherrimúmque ducebant, ab hoſpitibus clientibúſve ſuis, ab exteris nationibus quæ in amicitia populi Romani ditionéque eſſent, iniurias propulſare, eorúmq; fortunas defendere. M. Catonem illum ſapientem, clariſſimum virum & prudentiſſimum, cum multis graues inimicitias geſſiſſe accepimus, propter Hiſpanorum, apud quos conſul fuerat, inimicitias.

Cliẽs, Celuy qui ha proces, & ſe met ẽtre les mains des procureurs ou auocas pour le deffẽdre.

Cliens, Qui eſt comme vng ſeruiteur ſoub la ſauuegarde daucun, & le ſuit. Plaut. in Menæh. 14.3, Cliẽtes ſibi omnes volũt eſſe multos: bonine, an mali ſient, id haud quæritãt: res quæritur magis quàm clientũ fides, cuiuſmodi cluat. ſi pauper eſt, atque haud malus: nequam habetur. ſin diues malus eſt, habetur is cliens frugi. qui neque leges, neq; æquom neque bonum vſquam colunt, ſolicitos patronos habent, datum denegant quod datum eſt. Idem in Milite, 10.193, Habeo eccillam clientam meam, meretricem adoleſcẽtulam. Idem in Rudente, 21.2, Benefactum & volupe eſt mihi hodie his mulierculis tetuliſſe auxilium. iã clientas repperi, atque ambas forma ſcitula atque ætatula.

Clientela clientelæ, Sauuegarde & protection. Terent. in Eunucho, Thais patri ſe commẽdauit in clientelam & fidem: nobis dedit ſe.

Commendare ſe in clientelam alterius dixit Terentius, Se mettre ſoub la ſauuegarde daucũ.

Conferre ſe in clientelam alterius dixit Cicero, pro Roſcio Amerino, Nam cum multos veteres à maioribus Roſcij patronos hoſpitéſque haberẽt, omnes eos colere atque obſeruare deſtiterunt, ac ſe in Chryſogoni fidem ac clientelam contulerunt.

Cliẽtela, La multitude de ceulx qui ſe ſont reiettés ſoub la protection & ſauuegarde dautruy. Cic. Silio, Quare ſi te fautore vſus erit, ampliſſimas clientelas acceptas à maioribus, cõfirmare poterit, & beneficijs ſuis obligare. Idem in Verrem, actione v, Itaque nunc Siculorum Marcelli nõ ſunt patroni. Verres in eorum locum ſubſtitutus eſt. quam in te tãtam virtutẽ eſſe aut dignitatem arbitratus es, vt conarere clientelã tam illuſtrem tã ſplendidæ prouinciæ abducere, & auferre à certiſſimis, antiquiſſimiſque patronis. Tu iſta ſtultitia, nequitia, inertia, non modo totius Siciliæ, ſed vnius tenuiſſimi Siculi clientelam tueri potes?

CLIMA climatis, n.g. ſpatium amplum vel cæli vel terræ. Vng climat.

CLIMAX climacis, m.g. Latine dicitur ſcala: & figura eſt quæ dicitur gradatio: vt apud Ouidium, Viderat hanc, viſumque cupit, potitúrque cupita.

Climatericus climaterica climatericum, Choſe deſcendante ou montante de degre en degre.

Climatericum tempus: Arduum, difficile, contrarium, interprete Suida. Plin. epiſt. 44.a, Habes climatericum tempus, ſed euades.

Climateras Chaldæi appellant pericula vitæ, fortunarúmque hominum, quæ fieri grauiſſima in ſeptenarijs dicũtur. nam ſeptimum quenque annum periculoſum eſſe Cenſorinus autumat. Alij climatera periculoſum eſſe dicunt annum ſexageſimum tertiũ. Vnde Auguſtus ad Caium nepotem, Nam vt vides, climatera communem ſeniorum omnium tertium & ſexageſimum annum euaſimus.

CLINGERE pro cingere vſurpabant veteres, à græco κλάειν. Feſtus Pompeius.

CLINICVS clinici, m.g. medicus qui curat medicamentis, dictus à lectis ægrotantiũ quos frequentare ſolet. Martialis, Sote filia clinici.

CLITELLAE clitellarũ, f.g.p.n. Le bas que on met ſur le dos dung aſne, mulet & autres beſtes, a quoy on lie & attache on les fardeaux & charges que on veult quils portent. Plaut. in Moſtellaria, 9.82, Vehit clitellas, vehit hic autem alter ſenex. Horatius in ſatyr. Hinc muli clitellas tempore ponunt.

Clitellarius, Qui porte le bas, & eſt baſti pour porter fardeaux & charges. Plau. in Moſtel. 9.84, Nam muliones mulos clitellarios habent: ego homines habeo clitellarios: magni ſunt oneris, quicquid imponas vehunt.

CLIVVS cliui, m.g. & Cliuum cliui, n.g. Lieux haults & difficilles a monter. Cato de tribunis militum, Loca ardua & cliua depreſſa.

CLOACA cloacæ, f.g. Eſgout & lieu caué par lequel les immundices dune ville ſeſcoullẽt & ſe vuydent. Plaut. in Curc. 3.27, Age effunde hoc cito in barathrum, propere prolue cloacã. Hoc loco, Plautus ventrem anus, cloacam dixit, in quem ſordes totius corporis cõfluunt, id-

circo propinat ei vinum, vt cloacam mundet. Plinius lib. 36. cap. 15, Sed tunc ſenes aggeris vaſtum ſpatium & ſubſtructiones inſanas Capitolij mirabantur. præterea cloacas, operum omnium dictu maximum, ſuffoſſis montibus, atque (vt paulo antè retulimus) vrbe penſili, ſubterque nauigata.

Cloacale flumen, dixit Cato pro Cloacarum omnium colluuie.

CLVNES clunium, maſ. & f. generis, Les feſſes. Plaut. Quaſi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero. Horat. Quòd pulchræ clunes, breue quòd caput, ardua ceruix.

Cluniculæ clunicularum, Petites feſſes. Gellius, cæterarum auium atque altiliũ niſi tantũ apponatur, vt à cluniculis inferiore parte ſaturi fiant.

CLVO cluis, cluere, Eſtre nommé, reputé, & dict tel. Plaut. in Trinummo, 8. 73, Mirum ni tu illuc tecum diuitias feras vbi mortuus ſis: ita ſis vt nomen cluet. Que tu ſoies tel que ton nom le porte. Idem in Epid. 5. 6, Iam ego me vertam in hirundinem, atque horum exugebo ſanguinẽ, ſenati qui columen cluent. Qui ſont reputés & nommés les pilliers du ſenat. Idem in Pœnulo, 18. 20, Vt volupe eſt homini mea ſoror, ſi quod agit, cluet victoria: Sicut hodie nos inter alias præſtitimus pulchritudine. Si tout ce quil faict, luy ſoit reputé a victoire, & ſoit dict victorieux, ſi on leſtime ſurmonter tous en tout ce quil faict.

Cluere, (inquit Plinius lib. 15. cap. 29) antiqui pugnare dicebant.

CLYPEVS, m. g. vel clypeum clypei, neutri, Vng bouclier. Proprie ſcuta maiora ſunt, & tãtum peditũ, ſicuti docet Seruius: Scuta equitũ. Liuius lib. v 1, Clypeis antè Romani vſi ſunt: deinde poſtquã ſtipendiarij facti ſunt, ſcuta pro clypeis fecere. Idem lib. 1. Arma imperata: ſcutum pro clypeo, & præter loricam omnia eadem. Virg. Ardẽtes clypeos, atque æra micãtia cerno. Idem, Et clypeum ſuperintonat ingens.

Clypeum, ἀπὸ τοῦ γλύφειν, hoc eſt ſculpendo, cælandóque deducit Plinius lib. 35. cap. 3, dicens, Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum eſt, cõtinebantur imagines. vnde & nomen habuere clypeorum, non (vt peruerſa grammaticorum ſubtilitas voluit) à cluendo.

Clypeatus, Qui eſt muni de bouclier. Plaut. in Curt. 8. 53, Cape, ſignũ noſce: noſtin'? LY. quidni nouerim? Clypeatus elephantum vbi machæra diligit.

CLYSTER clyſteris, m. g. Vng clyſtere. ἀπὸ τοῦ κλύζειν, quod eſt abluere. Plin. Cucurbita infuſa clyſteribus, inteſtinorum omnium vitijs medetur.

C O

COACCEDO coaccedis, coacceſſi, coacceſſum, coaccedere, Adiouter quelque choſe a la ſomme principale, venir quelque choſe auec le compte & la meſure. Plaut in Curc. 7. 65, Quia de illo emi virginem triginta mnis, veſtem, aurum, & decem pro his coaccedunt minæ. Pour ces choſes iay enſemble baille dix mines.

COACESCO coaceſcis, coaceſcere, Deuenir tout aigre: ſaigrir du tout. Cic. de ſenect. 60, Vt enim non omne vinum, ſic non omnis ætas, naturæ vetuſtate coaceſcit.

COADVNO coadunas, coadunare, Vnir enſemble, aſſembler. Plin. de viris Illuſt. 1, Ipſi coadunatis paſtoribus, ciuitatem condiderunt.

COAGMENTO coagmentas, coagmẽtare, Aſſembler & ioindre deux choſes pareilles enſemble. Cic. de ſenectute, Sed viuendi eſt finis optimus, cũ integra mente, cæteriſque ſenſibus, opus ipſa ſuum eadem quæ coagmentauit, natura diſſoluit.

Coagmentor. Plin. Mox pluribus coagmentatur nucleis, & his ſeparatim veſtitis.

Coagmenta coagmentorum, Aſſemblures, pieces aſſemblees & ioinctes les vnes aux autres. Plautus in Moſtell. 10. 58, Viden' coagmenta in foribus?

COAGVLVM coguli, n. g. Preſure, ce de quoy on faict prendre le laict. Tibullus, Et miſcere nouo docuiſſe coagula lacte.

Coagulum, Toute choſe qui faict ioindre & prendre quelque choſe a vng autre, comme pourroit eſtre colle de bouche & ſeruant a menuyſier, ou autres choſes. Gellius, Vinculum illud coagulum animi atque amoris.

COAGVLO coagulas coagulare, Sarrer enſemble, conioindre, aſſembler, faire prendre enſemble, comme du laict que on met en preſure. Gellius, Semen in vtero mulieris primis ſeptẽ diebus conglobatur, coagulatur, fitque ad capiendam figuram idoneum.

COALESCO coaleſcis, coalui, coalitum, coaleſcere, Croiſtre enſemble, & multiplier. Liuius lib. 1, Vocata ad concilium multitudine, quæ coaleſcere in populi vnius corpus, nulla re præterquã legibus potuit, iura dedit. Salluſt. Hi poſtquã conuenerunt in vna mœnia diſpari genere, diſſimili lingua, alij alio more viuẽtes, incredibile memoratu eſt, quàm facile coaluerũt.

COASSO coaſſas, coaſſare, Ioindre des ais enſemble, comme vne table.

COAXO coaxas coaxare, Idem.

Coaxare etiam eſt proprium vocis ranarum.

Coaxatio coaxationis, vel coaſſatio, coaſſationis, f g. Coniunction dais.

COCCVS cocci, m.g. Le grain de quoy on faict la couleur deſcarlatte.

Coccina coccinæ, f.g. ſubſtantiuum, Vne robbe deſcarlatte. Martialis, Coccina famoſæ donas, & ianthina mœchæ.

COCCYX, coccygis, m.g. Vng oyſeau nõme coucou. Plin. lib. x. cap. ix, Coccyx ex accipitre videtur fieri, tempore anni figuram mutans, quoniã tunc non apparent reliqui, niſi perquam paucis diebus. ipſe modico tempore æſtatis viſus, non cernitur poſtea. &c.

COCHLEA cochleæ, f.g. La coquille dung limaceon, ou le limaceon. Plaut. Viciſtis cochleã tarditudine. Ibidem, 17.48, Scin' quid eſt? cochleæ ſunt è teſta vt ſe ſuſtolli ſolent. Idem in Captiuis, 3.12, Quaſi cum caletur, cochleæ in occulto latent, ſuo ſibi ſucco viuunt, ros ſi non cadit. Vide Plinium lib. xviii.

Cochlea, Vne vis de preſſe, ou de preſſoir, & la vis dune maiſon par laquelle on monte es chambres haultes.

Cochlea, Hauſtorium organum, quod vulgus pompam appellat. In medio rota eſt, quæ dum à calcantibus verſatur, machina introrſus clauiculatim detorta, inter ſtrias aquas exorbet ex aquario ſepto, & retrorſus emittit. Huius autem machinæ conficiendæ ratio, à Victruuio in decimo deſcribitur.

COCHLEARE vel cochlear, cochlearis, n.g. Vne cuillier. Martialis, Sum cochleis habilis, ſed non minus vtilis ouis: Nunquid ſcis potius cur cochleare vocer.

COCLES coclitis, m.g. Vng borgne, qui na que vng oeil. Plau. in Curc. 8.23, Vnocule ſalue. c. quæſo deridéſne me? LY. de coclitum proſapia te eſſe arbitror: nam hi ſunt vnoculi.

CODEX codicis, m.g. Le tronc dung arbre. Vide CAVDEX

Codex robuſtus, pro ſupplicij genere apud Plautum in Pœnulo, 17.33, Ego iam detrudã ad molas, inde porro ad puteum atque robuſtum codicem. Locus dicebatur Feſto Pompeio, quo præcipitabatur malefactorum genus.

Codex, Vng liure ou on eſcript toutes choſes par ordre.

Codicilli, codicillorum, m.g. Epiſtres ou lettres miſſiues. Plin. epiſt. 221, Sed hoc votum meum bonitati tuæ reſeruatum eſt, quia mater Romani liberalitatem ſeſtertij quadringenties, quod conferre ſe filio codicillis ad patrem tuum ſcriptis profeſſa fuerat. Sulpitius, Ciceroni, Puer Acydini mihi obuiam venit cum codicillis.

Codicilli, Lettres patentes du roy, Lettres royaulx, eſquelles eſt contenu quelque mandement du roy, ou de quelque prince, auec ſon ſignet. Suet. in Claud. Suppoſitos aut etiã palàm immutatos datorum officiorum titulos. Diplomata græce vocantur. quæ dictio, quippiã duplicato compoſitum ſignificat, aut compoſitum.

Codicilli, Bulles du pape.

COEMETERIVM cœmeterij, n.g. Vng cimetiere, le lieu ou on enterre les mors. Latine Dormitorium: quòd ibi mortui dormiunt, nã mors iſta corporalis, à CHRISTO magiſtro noſtro & à Beato Paulo fideli miniſtro, dormitio vocatur. Non inſcite à quibuſdam recẽtioribus dictum eſt ſepulchretum: quo & Catullus vtitur.

COEMO coemis, coemi, coemptum, coemere, Achetter beaucop de marchandiſe enſemble. Terent. in Adelph. 2.2.17, Præterea autem te aiunt proficiſci Cyprum. SA. hem. s. coemiſſe hinc quæ illuc veheres multa.

COENA cœnæ, Vng ſoupper. Plaut. in Caſina, 16.17, Facite cœnam mihi vt ebria ſit, lepide, nitidéque volo, nihil moror barbarico ritu. Appreſtés moy bien a ſoupper.

Cœna nitida & frugi, Vng ſoupper nect & legier, de peu de viandes, mais bien appareillees. Plin. epiſt. 45. c, Apponitur cœna non minus nitida quàm frugi, in argẽto puro & antiquo.

Cœno cœnas, cœnaui, & cœnatus ſum, cœnatum, cœnare, Soupper. Plaut. in Moſtell. 16.8, Hic apud nos hodie cœnes. Idem in Pſeudolo, 13.53, Eum in odorem cœnat Iuppiter quotidie. Cic. ad Q. Fratrẽ, lib. 2, Eo die cœnaui apud Craſſipedem. Ibidem, Cœnabis cum veneris.

Cœnare alienum, Soupper au deſpens dautruy. Plau. in Perſa, 15.4, Argento vicit iam hodie, alienum cœnabit, nihil guſtabit de meo.

Cœnare magnum malum, Eſtre repeu mauuaiſement, Receuoir quelque grand mal. Plaut. in Aſinaria, 16.86, Ecaſtor cœnabis hodie vt dignum eſt, magnum malum.

Cœnam dare, Donner a ſoupper. Plaut. in Capt. 8. 34, His diem dicam, irrogabo mulctã: vt mihi cœnas decem meo arbitratu dent cum cara annona ſit.

Cœnaturio cœnaturis, cœnaturire, Auoir fain de ſoupper. Martia. In omnibus Vacerra quòd conclauibus Conſumit horas, & tota die ſedet, Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Cœnatus, m. g. Qui a ſouppé. Plaut. in Curc. 7. 75, Poſtquam cœnati atque appoti, talos poſcit in manum. Apres que euſmes ſouppé & bien beu &c. Cic. ad Q. Fratrem, lib. 2, Cœnatus, in hortos ad Pompeium lectica latus ſum.

Cœnaculum, cœnaculi, n. g. Les eſtages & chãbres dune maiſon, que cõmunemẽt on loue pour demourer gens eſtranges, auſquelles on monte par degres. Varro, Vbi cœnabant, cœnaculum vocitabant. poſtquam in ſuperiore parte cœnitare cœperunt, ſuperioris domus vniuerſa cœnacula dicta, poſtquam vbi cœnabant, plura facere cœperunt. Victruuius lib. 2, architecturæ, Cum enim aucto mirum in modum populo Rom. neceſſe fuiſſet in cœnaculis habitari: (nam antea cum per vrbis laxitatem licebat, vnius tantum contignationis erãt ædificia) ad ædificiorum altitudines deuentum, & ædium frequentiam. Cicero de lege Agraria, Romã in montibus poſitam, & cœnaculis ſublatam atque ſuſpenſam, non optimis vijs, anguſtiſſimis ſemitis præ ſua Capua planiſſimo in loco explicata, ac præ illius ſemitis irridebunt atque contemnẽt. Iuuenal. ſatyr. x, Lateranorũ obſidet ædes Tota cohors, rarus venit in cœnacula miles. Id eſt ad inquilinos & pauperes qui in cõducto habitant. Plaut. in Amphit. 9. 3, In ſuperiore cœli qui habito cœnaculo, qui interdum fio Iuppiter quando lubet.

Cœnatio cœnationis, Salle baſſe, ceſt adire le lieu bas en la maiſon ou lon boit & menge. Iuuenalis, Et algentem rapiat cœnatio ſolem. Columella lib. 1. cap. 6, Vrbana rurſus in hyberna & æſtiua ſic digeratur: vt ſpectent hyemalis temporis cubicula brumalem orientẽ: cœnationes æquinoctialem occidentem, rurſus æſtiua cubicula ſpectent meridiem æquinoctialem: ſed cœnationes eiuſdem temporis proſpectent hybernum orientẽ. Suet. in Nerone, Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circunageretur.

Cœnacularius cœnacularij, m. g. Vng louager, ou locatif. Vlpianus, Videtur tacite & cum domino ædium hoc conueniſſe, vt non pactio cœnacularij proficiat domino, ſed ſua propria.

Cœnacularia cœnacularíæ: Lart & maniere de viure que exerce celuy qui loue maiſon, & reloue les chambres poury gaigner. Inde cœnacularíam exercere. Vlpianus, Si quis cœnacularíam exercens, modicum hoſpitium ſibi retinuerit, reſiduum locauerit pluribus, omnes tenebuntur quaſi in hoc cœnaculo habitantes, vnde eiectum effuſúmve eſt.

Cœnacularíam facere, dicuntur qui domus totas conductas, per ſingula cœnacula inquilinis locant. Idem ſignificat cœnacularíam exercere.

Cœnatiuncula cœnatiunculæ, f. g. Vne ſalette baſſe, a boire & menger. Plinius epiſt. 95. a, Fons oritur in monte, per ſaxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manufacta: ibi paululum retẽtus, in Larium lacum decidit.

Cœnaticus cœnatica cœnaticum, Choſe de ſoupper. Vt ſpes cœnatica, Eſperance de ſoupper. Plaut. in Capt. 8. 37, Nunc ibo ad portum hinc, eſt illic mihi vna ſpes cœnatica: ſi ea decollabit, redibo huc ad ſenem ad cœnam aſperam. Iay la quelque eſperance de ſoupper.

COENVM cœni, n. g. Boue, fange.

COEO cois, coiui, coitũ, coire, Aller enſemble. Cic. lib. 3. offi. Solus neglexit fidem: furere inſimulauit, ne coiret inſtituit.

Coire, Conuenir, & ſaccorder enſemble de quelque choſe. Terent. in Eun. 3. 4. 1, Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Pœreæo, in hunc diem vt de ſymbolis eſſemus.

Coire in fœdera, Faire alliance enſemble. Virg. lib. x 1, Coeant in fœdera dextræ Qua datur.

Coire ſocietatem alicuius cum altero, Faire auoir amitie & ſociete a aucun auec vng autre. Cic. Philipp. ſecunda, Vtinam Cn. Pompeij cum Cæſare ſocietatem aut nunquã coiſſes, aut nunquam decreuiſſes.

Coibatur ſocietas inſeparabilis, apud Gellium, Il ſe aſſembloit vne compaignie inſeparable.

Coire, Chocquer. Donatus, Coire & congredi milites dicuntur.

Coire, Sentreencõtrer lung lautre en quelque lieu. Plin. epiſt. 5. d, Nuntius à Spurinna: Venio ad te, imò ego ad te. Coimus in porticum Liuiæ.

Coiuit cicatrix, La plaie eſt reprinſe & ioincte. Plaut. in Amphit. 16. 64, Quid intueor? vtriq; in muſculo dextero eodem in loco ſigno eodem apparet probe, vt primũ coiuit cicatrix rufula, ſublurida.

Coire, Conuenir, faſſembler pour conſulter a faire quelque mal. Cic. pro Cluentio, Qui tribunus militum legionibus quatuor primis: quive quæſtor trib. plebis (& deinceps magiſtratus

omnes enumerantur) quíve in ſenatu ſententiam dixit, dixerit: qui eorum coijt, coierit: cõuenit, conuenerit quo quis iudicio publico condemnaretur.

Coire in accuſationem alicuius, Se ioindre enſemble pour accuſer aucun. Quod etiam ſubſcribere alicuius accuſationi dicitur. Iureconſul. Pœna legis Corneliæ teneri iubẽtur, qui in accuſationem innocentium coierint.

Coire in lites, Saſſembler ou cõuenir en ſecret pour cõſulter de faire proces. Plin. epiſt. 109. b. lib. v, Sed prius quàm ſententiæ dicerentur, Nigrinus tribunuſp. recitauit libellum diſertũ & grauem: quo quæſtus eſt vænire aduocationes, vænire etiam præuaricationes, in lites coiri, & gloriæ loco poni ex ſpolijs ciuium magnos & ſtatos reditus.

Coire de. Cic. ad pontifices, Collegia mediuſſidius tribunorum plebis tota reperientur hoc iure firmato, quæ coeãt de hominum locupletiſſimorum bonis, præda præſertim populari, & ſpe largitionis oblata. Id eſt, qui in abdito cõſilia agitent de euertẽdis locupletũ fortunis.

Coire ſocietatem cum alieno de fortunis alicuius. Cic. pro Roſcio Amerino, Auaritiam præfers, qui ſocietatem coieris de municipis cognatique fortunis cũ alieniſſimo. Se aſſocier auec quelcun pour oſter les biens a vng autre.

Coire ſocietatem ad rem aliquam, Se aſſocier auec quelcun a faire quelque choſe. Martianus in princip. legis Cornel. de falſ. Qui ſocietatem coierit ad obligationem innocentium.

Coitio coitionis, ſ. g. Choc comme de genſdarmes, quant ils commencent a ruer lung ſur lautre. Terent in Phorm. 2. 2. 32, Senex adeſt, vide quid agas: prima coitio eſt acerrima: ſi eam ſuſtinueris, poſt illam iam vt lubet ludas licet.

Coitio, Conſpiration de faire quelque mal. Cic. pro Plancio, Dubitatis quin coitio facta ſit cũ tribus pleraſque cum Plotio tulerit Plancius.

COEPIO cœpis, cœpiui, cœpitum, cœpere, Verbum antiquum, Commẽcer, Cuius præterito nunc tantum vtimur. Plaut. in Menæh. Neque pugnas velitis cœpio. Cato, Cœpiã ſeditioſa verba loqui. Plaut. in Trucul. 5. 23, Vbi nihil habeat, alium quæſtum cœpiat. Terent. in Adelph. 3. 3. 43, Prius olfeciſſem quàm ille quicquam cœperet. Salluſt. in Catil. Sed ea tempeſtate cœpere ſe quiſque magis extollere. Terent. in Adelphis, 2. 1. 36, Illuc quæſo redi quo cœpiſti. Idem in Adelph. 3. 3. 53, Cœpit clamare, AEſchine.

Cœptus, cœpta, cœptum, Choſe encommencee.

Cœpta cœptorum, Choſe encommencee. Ouid. Dij cœptis (nam vos mutaſtis & illas) Aſpirate meis. Aidés moy a ce que iay entreprins de commencer.

Cœpto cœptas, cœptare, Idem quod incipere. Plaut. in Merc. 12. 63, Cur iſtuc cœptas cõſilium? Terent. 5. 8. 1, Quid cœptas Thraſo?

COEPVLONVS coepuloni, Qui banquette & faict groſſe chiere auec vng autre. Plaut. in Perſa, 4. 20, O mi Iupiter terreſtris, coepulonus compellatitius.

COERCEO coerces, coercui, coercitum, coercere, Contenir, engarder, empeſcher, que aucune choſe ne ſe face. Cic. de ſenect. 48, Quem multiplici ſerpentem lapſu & erratico, ferro coercet ars agricolarum ne ſylueſcat ſarmentis, & in omnes partes nimia fundatur.

Coercere, Eſtraindre, ſarrer enſemble. Ouidius lib. 1. Metamorph. Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos.

Coercere, Contraindre. Cic. ad Heren. lib. 3, Prudentiæ partibus vtemur in dicendo, ſi cõmoda cum incommodis conferemus, cum alterum ſequi, alterum vitare coercemur.

Coercere ignes, Eſtaindre vng feu bruſlãt vne maiſon, ou autre choſe, lengarder de plus bruſler, & daller plus oultre. Plin. epiſt. 251, Satius itaque eſt comparari ea quæ ad coercendos ignes auxilio eſſe poſſint, admonerique dominos prædiorũ, vt & ipſi inhibeant, ac, ſi res poſcerit, accurſu populi ad hoc vti.

COGITO cogitas, cogitaui, cogitatum, cogitare. Penſer.

Cogitare ad verbum, Penſer a quelque choſe diligemment, de mot a mot. Plin. epiſt. 213. a, Cogito ſi quid in manibus, cogito ad verbum, ſcribenti, emendantique ſimilis.

Cogitare ánne. Plaut. in Amphit. 4. 21, Nõ reputat laboris quid ſit, nec æquum, ánne iniquũ imperet cogitabit.

Cogitare cum animo, Penſer en ſoymeſme. Plaut. in Moſtell. 9. 10, Cũ magis ac magis ego cogito cum meo animo, ſi quis domi dotatam vxorem habet male, neminem ſolicitat ire dormitum ſopor. Cic. de lege Agraria, Sed quod ego nondum ſtatuo mihi eſſe dicendum, vos tamen id poteſtis cum animis veſtris cogitare.

Cogitare de aliquo, Penſer a quelcun. Terent. in Eunucho, 1.2.114, Me expectes, de me cogites. Cic. de Amicitia, 25, Sæpiſſime igitur mihi de amicitia cogitanti, maxime illud cõſiderandum videri ſolet.

Cogitare in animo. Terẽt. in Adelph. 1.1.5, Euenire ea ſatius eſt quæ in te vxor dicit, & quæ in animo cogitat irata, quàm illa quæ parentes propitij.

Cogitare ſecum aliquid, Penſer a quelque choſe en ſoymeſme. Terẽt. in Adelph. 5.3.22, Principio ſi id te mordet ſumptum filij quem faciunt: quæſo facito hæc tecum cogites: Tu illos duos &c.

Cogitare ſecum. Terentius in Eunucho, 4.2.8, Occœpi mecũ cogitare, hem biduum hic manendum eſt ſoli ſine illa?

Cogitare ſecum animo, Penſer en ſoymeſme en ſon courage. Ter. in Adelph. 3.4.55, Sed Demea hoc tu facito tecũ animo cogites, quàm vos facillime agitis, quàm eſtis maxime potẽtes.

Cogitare etiam atque etiam, Penſer a quelque choſe a deux fois, penſer & repenſer. Terẽt. in Eunucho, 1.1.11, Proin tu dum eſt tempus, etiam atque etiam cogita.

Cogitare magis ac magis, Penſer de plus en plus. Terent. in Eunucho, 3.3.1, Profecto quãto magis magiſque cogito, nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum. Ie vous promects tant plus ie y penſe &c.

Cogitare, infinitiuo iunctum. Terent. in Eunuch. 4.7.7, Quid ignaue, peniculóne pugnare, qui iſtuc huc portes, cogitas? Plaut. in Amphit. 4.165, Mirum ni hæc me quaſi murænam exoſſare cogitat.

Cogitare cum accuſatiuo. Terent. in Adelph. 1.1.10, Ego, quia non redijt filius, quæ cogito? A quantes choſes penſe ie? Ibidem, 2.1.52, Verum cogito id quod res eſt, quando eũ quæſtum occœperis, accipiunda & muſſitãda iniuria adoleſcentiũ eſt. Idem in Eunuc. 4.6.21, Hoc cogitato, quicum res tibi eſt, peregrinus eſt.

Cogitare, accuſatiuo & infinitiuo iunctum. Terent. in Adelph. 1.1.7, Vxor, ſi ceſſes, aut te amare cogitat, aut tete amari. Idem in Eunucho, 5.2.58, Rogitas? hunc tu in ædeis cogitas recipere poſthac?

Cogitare: abſolute poſitum. Terent. in Eunucho, 3.1.62, Ridiculum, non enim cogitaras. Tu te moques, ceſtoit faulte que tu ny auois pas penſe.

Cogita modo, Penſe maintenant. Terent. in Eunucho, 5.9.43, Cogita modo, tu hercle cũ illa Phædria & lubenter viuis, etenim bene lubenter victitas.

Sic cogitabam: Sic cogitet. Terẽt. in And. 1.1.83, Sic cogitabã: Hic paruæ conſuetudinis cauſſa, mortem huius tã fert familiariter: Quid ſi ipſe amaſſet? Idem in Prolog. 14, Dehinc ne fruſtretur ipſe ſe, aut ſic cogitet, Defunctus iam ſum: nihil eſt quod dicat mihi.

Cogitare aliã rem ex alia, Penſer puis dung puis dautre, venir dune choſe a en penſer vne autre. Terent. in Eunuc. 4.2.3, Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias, ita vt fit, vbi quid in animo eſt moleſtiæ, aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in peiorem partem.

Cogitare curas, Soy ſoucier, Eſtre penſif. Plaut. in Milite, 5.46, Vide quemadmodum aſtitit ſeuera fronte, curas cogitans: pectus digitis pultat: cor credo euocaturus foras.

In cogitando mœrore angor, Ie ſuis dolent & ennuie quant ie y penſe. Plaut. in Sticho, 3.39.

Cogitatũ eſt mihi quid loquar, Iay tout penſe a ce que ie doibs dire. Plaut. in Mercatore, 7.8, Neque is quum roget, quid loquar cogitatum eſt mihi. Ie nay point penſe que ie luy pourroie reſpondre.

Cogitata ſapientum. Cicero de lege agraria, Et vtrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum videntur.

Cogitate aduerbium, Apres y auoir penſe, en y aiant penſe. Et aliquando de faict a penſee. Plaut. in Pœnulo, 18.49, Vt pudice verba fecit, cogitate, & commode. Idem in Trinummo, 6.45, Adoleſcenti huic genere ſummo, amico, atque æquali meo, minus qui caute, & cogitate ſuã rẽ tractauit pater, bene volo ego illi facere, ſi tu nõ abnuis. Cic. pro Archia poeta, Quæ vero accurate, cogitateque ſcripſiſſet, ea ſic vidi probari, vt ad veterum ſcriptorum laudẽ peruenirẽt.

Cogitatum aduerbialiter, pro cogitate. Feſt. Pomp.

COGNATVS cognati, Qui eſt mon parent de par ma mere. Terent. in Eunucho, 2.3.35, Patris cognatum atque æqualem Archidemidem noſtine? Idem in Andria, 5.4.23, Tum is mihi cognatus fuit qui eum recepit. Plautus in Pœnulo, 18.84, Vos meæ eſtis filiæ ambæ: & hic cognatus veſter huiuſce fratris filius.

COGNOMEN cognominis, n.g. Le ſurnom que on ha du pere.

Cognominis, huius cognominis, maſ. & fœm. g. Qui ha le meſme ſurnom dung autre. Plaut. in Bacch. 1.5, Quid agunt germanæ duæ meretrices cognomines? Idem alio loco, Illa mea cognominis fuit.

Cognomentum cognomenti, n.g. Idem quod Cognomen. Plaut. in Perſa, 3.7, Nanque his cognomentum duris capitonibus. Idem in Milite, 14.46. Salue pulcher. PY. Meũ cognomentum commemorauit. Idem in Pſeudolo, 15.20, Hominem ego hic quæro malum, legirupã, impium, periurum atque improbum. B. me quæritat: nam illa ſunt cognomenta mihi, nomen ſi memoret modo.

COGNOSCO cognoſcis, cognoui, cognitũ, cognoſcere, Congnoiſtre ce que iamais nous nauions congnu. Plaut. in Amphit. 17.22, Ibo, & cognoſcam quiſquis eſt.

Cognoſcere, Recongnoiſtre aucun que nous auions congnu. Plaut. in Pœnulo, 1 & 93, Nam veſtra nutrix primulum me cognouit. Terent. in Eunucho, 5.2.8, Ita miſerrimus fui fugitando, ne quis me cognoſceret.

Cognoſcere quis ſit aliquis, Congnoiſtre quel eſt aucun. Terent. in And. 3.4.7, Tandem cognoſti qui ſiem. Or ca de par dieu a la fin tu as congneu quel homme ie ſuis.

Cognoſcere, Diligemment conſyderer, & prendre garde de pres a quelcun quel il eſt. Terẽt. in Hecyra, 1.2.87, Poſtquam & ipſe ſeſe, & illam & hanc, quæ domi erat, cognouit ſatis, ad exemplum ambarum mores earum exiſtimans.

Cognoſcere ex aliquo, Sauoir de quelcun. Plaut. in Amph. 8.229, Quicquid id eſt, iã ex Naucrate cognato cognoſcam meo.

Cognoſcere ex annalibus, Entendre & ſcauoir par les chroniques. Cic. in Hortẽſio, Vnde autem facilius, quàm ex annalium monumentis, aut bellicæ res, aut omnis reip. diſciplina cognoſcitur? Terent. in And. 1.1.22, Eo pacto & gnati vitam & conſiliũ meum cognoſces.

Cognoſcere de aliquo an, Sauoir ſi aucun. Traianus Plinio, 247, Secundum mandata mea fecit Sempronius Cælianus, mittendo ad te eos, de quibus cognoſci oportebit an capitale ſupplicium meruiſſe videantur.

Cognoſcere cauſſas cum aliquibus, Iuger des cauſes. Cic. li. 2. offic. Adhibuit ſibi in cõſiliũ XV principes cum quibus cauſſas cognouit.

Cognitio, cognitionis, f.g. Congnoiſſance, ou recongnoiſſance. Terent. in Eunucho, 5.3.12, Ibo intrò, de cognitione vt certum ſciam. Affin que ie ſache au vray ſil la congnoit.

Cognitor cognitoris, olim dicebatur, qui nunc procurator iudicialis, Vng procureur de la court. Cic. de diuinatione, Me defenſorem calamitatum ſuarum, me vltorem iniuriarum, me cognitorem iuris ſui, me actorem cauſſæ ſuæ eſſe voluerunt. Idem in Verrem, actione III, Cũ eſſet Sthenius ciuitatis ſuæ nobiliſſimus, ampliſſima cognitione, plurimis amicitijs, inuenire neminem Siculum potuit, qui pro ſe cognitor fieret. Et rurſus, Cedo cui Siculo cum is reus fieret, ciuis Romanus cognitor vnquã factus ſit. Aſconius in diuinationem, Qui defendit (inquit) alterũ in iudicio, aut patronus dicitur, ſi orator eſt: aut aduocatus, ſi aut ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico: aut procurator, ſi negotium ſuſcipit: aut cognitor, ſi præſentis cauſſam nouit, & ſic tuetur vt ſuam. Ergo cognitorem Cicero appellauit familiariſſimũ defenſorẽ. Hactenus Aſcon. Cic. pro Roſcio Comœdo, Quid intereſt inter eũ qui per ſe litigat, & qui cognitorem dat? qui per ſe litem conteſtatur, ſibi ſoli petit: alteri nemo poteſt, niſi qui cognitor eſt factus. itáne vero cognitor ſi fuiſſet tuus: quod viciſſet iudicio, feres tuum? ſuo nomine petijt, quod abſtulit, ſibi non exegit? Idem, Quod ſi ad Roſcium nihil perueniret, quod tu à Flauio abſtuliſſes, niſi te in ſuam litem dediſſet cognitorẽ: ad te peruenire nihil debet, quod Roſcius pro ſua parte exegit: quia tuus cognitor non eſt factus.

Cognobilis, Qui cognoſcitur, Qui eſt cognu. Gellius, His ſolis cognobiles erunt.

COGO cogis, coegi, coactum, cogere, Aſſembler en vng. Cic. lib. 1. Tuſcul. Cælum hoc in quo nubes, imbres, ventique coguntur. Teren. in Heaut. 1.1.94, Quaſi talẽta ad quindecim coegi, agrum hunc mercatus ſum, hic me exerceo.

Cogere oues intrò, Mettre les brebis en leſtable. Plaut. in Bacchid. 23.11, Cogantur intrò quidem. B. haud ſcio quid eo opus ſit, quæ nec lactem, nec lanam vllam habent. ſic ſines aſtent.

Cogere latrones, Faire amas de gros paillars, de puiſſans ribaus comme ſont les brigans & eſpieurs de chemins, pour eſtre au tour du roy. Plaut. in Milite, 3.77, Nam rex Seleucus me opere orauit maximo, vt ſibi latrones cogerem & conſcriberem.

Cogere ſtipendium, Amaſſer les gaiges. Cic. in Verrem, act. 3, Nõ enim poteſt dicere, cum ſeditionem ſedare vellem, cum frumentum imperarem, cum ſtipẽdium cogerem, cum aliquid denique reip. cauſſa gererem, quòd acrius imperaui, quòd animaduerti, quòd minatus ſum. Terent. in Heaut. Quaſi talenta ad quindecim coegi. Id eſt congeſſi, coadunaui.

Cogere, Contraindre aucun. Plaut. in Amphit. 4. 10, Hæc heri immodeſtia coegit me, qui hoc noctis à portu ingratis excitauit. Cic. lib. 3. offic. Diogenes contrà nimium te ſoluere coegit. Terẽ. in Adelph. 3. 4. 44, Quod vos ius cogit, id volũtate impetret. Ibidem, 4. 5. 18, Hic meus amicus illi genere eſt proximus: huic leges cogunt nubere hanc.

Cogere vi, Contraindre par force. Plaut. in Milite, 8. 42, Vi me cogis, quiſquis eſt.

Cogere ad lachrymas, Contraindre, inciter & prouoquer a plourer. Plaut. in Bacchid. 20. 56, Optimus ſum orator, ad lachrymas coegi hominem caſtigãdo, maléque dictis, quæ quidem quiui comminiſci.

Cogere in cruciatum, Mettre aucun ſur la gehenne, donner la queſtion, mettre en torments. Plaut. in Perſa, 13. 10, Quem pol ego vt non in cruciatum atque in compedeis cogam, ſi viuam, ſi quidem huc vnquam herus eius redierit.

Cogere vi vt. Plaut. in Menæh. 18. 2, Iámne iſti abiere quæſo ex conſpectu meo qui me vi cogunt vt validus inſaniam? Terẽt. in And. 4. 1. 30, Nec te quiuit hodie cogere, illam vt duceres. Il na peu tant faire enuers toy. Idem in Hecyra, Vi cœpi cogere vt rediret.

Cogere in arctum, Sarrer de pres, Mettre en deſtroict. Terent. in Heaut. 4. 2. 2, Niſi me animus fallit, haud multum à me aberit infortunium: ità hac re in anguſtum oppidò nũc meæ coguntur copiæ.

Cogere in ordinem, Mettre au rang des autres, Ranger auec le cõmun peuple. Pli. epiſt. 23. a, Conſulis an exiſtimem te in tribunatu cauſſas agere debere. plurimum refert quid eſſe tribunatum putes, inanem vmbram, & ſine honore nomen: an poteſtatem ſacroſanctam, & quam in ordinem cogi, vt à nullo, ita ne à te quidem deceat.

Cogere, Tirer le laict des brebis ou vaches. Virg. Cogite oues pueri, ſi lac præceperit æſtus, Vt nuper, fruſtra preſſabimus vbera palmis.

Cogere, Eſpeſſir, Endurcir, faire prẽdre, & ſarrer. Virg. lib. 4. Georg. Nã frigore mella Cogit hyems, eadémque calor liquefacta remittit.

Cogere, Pouſſer dedẽs, ſarrer. Virg. Quadrifidam quercum cuneis & forte coactis Scindebãt.

Coactus, coactus, coactui, m. g. Contrainct. Cic. in Verrem, actione 4, Eum quoque oſtẽdam, ſi quando ſit datus, coactu iſtius, quod non ſenſerit, iudicaſſe.

Coactor coactoris, Receueur particulier, qui recoit les deniers des maiſons, terres & autres choſes de quelque ſeigneur. Cic. pro A. Cluẽtio, Ne multa, perquiritur à coactoribus, inuenitur ea ſerrula ad Stratonem peruenìſſe. Idem pro C. Rabirio Poſthumo, At ex hoc ipſo crimen exoritur: ait enim: dũ Gabinio pecuniam Poſthumus cogeret ex Decumis imperatorum, pecuniam ſibi coegiſſe. nõ intelligo hoc quale ſit: vtrum acceſſionem Decumæ, vt noſtri facere coactores ſolent, centeſima, an deceſſionem de ſumma fecerit.

Coactio argẽtaria, Loffice de receueur. Suet. in Veſp. Auguſt. cap. 1, Vbi deinde venia & miſſione impetrata, coactiones argẽtarias factitauit, huius filius cognomine Sabinus expers militiæ, & ſi quidam eum primipilarem, nonnulli cum adhuc ordines duceret, ſacramento ſolutũ per cauſſam valetudinis tradunt, publicanum quadrageſimæ in Aſia egit. Argentariã coactionẽ factitare, Eſtre receueur, exercer loffice de receueur.

Coactus coacta coactum, Contrainct.

Coactus malo officium ſuum facere, Faire ſon debuoir par contraincte, de paour dauoir mal. Terentius in Adelphis, 1. 1. 44, Malo coactus qui ſuum officium facit, dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet.

Coactus legibus, eam vxorẽ ducet, Les loix le contraindront de la prendre a femme. Terẽt. in Andria, 4. 5. 41.

Coactus vi. Terent. in Phorm. Vi coactum te eſſe, inuitum, lege, iudicio, tenes?

Coactus voluntate. Terentius in And. 4. 1. 34, Scio, coactus tua voluntate es. Il eſt bon a ſauoir, tu tes contraint de ta propre volunte.

Coactus, Qui eſt enſerre en ſon cueur, & preſſe tellement quil ne ſcet quil doibt faire. Plaut. in Milit. 9. 34, Ita ſum coactus Periplectomene, vt neſciã vtrũ me poſtulare æquũ eſt prius &c.

COHAERĔO cohæres, cohæſi, cohæſum, cohærere, Eſtre ioinct & tenir a quelque choſe. Pli. epiſt. 101. g, lib. v, Cohæret hypocauſton: & ſi dies nubilus, immiſſo vapore, ſolis vicẽ ſupplet.

Cohærere, Sentretenir, eſtre a propos, eſtre conuenant. Terent. in Andria, 2. 2. 24, Mihi moleſtum. quid agam, cogito. Redeunti interea, ex ipſa re mihi incidit ſuſpicio: Hem paululum obſoni: ipſus triſtis: de improuiſo nuptiæ non cohærent. Ce choſes ne ſont point conuenantes. Cela neſt point a propos de faire nopces.

Cohærere, Eſtre daccord, vni & en grãde amitie lung auec lautre. Plin. epiſt. 127. a, lib. VII, Eſt enim mihi periucundum quòd viri optimi, mihíque amiciſſimi adeò cohæſiſtis, vt inuicem vos obligari putetis.

Cohæres cohæredis, communis generis. Coheritier, qui eſt lheritier daucũ auec vng autre. Plin. epiſt. 116. b, Libertos eius, eoſdémq; cohæredes ſuos falſi, vt veneficij, reos detulerat ad principem. Idem in paneg. 62, Quid ſi cohæredem non à filio accipiat?

COHIBEO cohibes, cohibui, cohibitũ, cohibere, Auoir, tenir, & garder auec ſoy. Cic. de ſenectute, 47, de terra loquens, Quæ cum gremio mollito ac ſubacto ſparſum ſemen accepit: primum id occatum cohibet, ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata eſt.

Cohibete intra limen etiam vos parumper Pleuſides: ſinite me prius perſpectare, ne vſpiã inſidiæ ſient. Tenés vous vng peu dedens lhuys. Plaut. in Milite, 10. 1.

Cohibere, Retirer, garder de faire quelque mal. Plaut. in Milite, 20. 9, Ibo, quanquam inuita facio omnia, pietas ſic cohibet. Laffection que ie doibs auoir en mes parẽs mengarde de faire ma voulente. Plin. Et impetum furentis blanda oratione cohibuit.

Cohibere manus ab alieno, Garder ſes mains de prẽdre lautruy. Plaut. in Trinummo, 14. 12, An vero quía cum frugi hominibus ibi bibiſti, qui ab alieno facile cohiberẽt manus? Dicitur & abſtinere manus.

Cohibere ſe, Se moderer, ſe refrener, ſoy appaiſer, ſoy retirer. Terent. in Heaut. 5. 1. 46, At næ illud haud inultum, ſi viuo, ferent. nam iam. M. non tu te cohibes? non te reſpicis? non tibi exempli ſatis ſum?

Cohibere ſeueritate ærarium, Par vne ſeuerite & auſterite garder que aucũ ne touche au threſor du prince. Plin. in paneg. 57, At fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum qua ærarium cohibes: imò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis.

Cohibere filiũ, Tenir ſoubiect ſon fils, luy tenir la bride, le garder de faire ſa voulẽte. Plaut. in Mercat. 3. 64, Neque deſidiæ in otio operam dediſſe, neque poteſtatem ſibi fuiſſe, adeò arcte cohibitum ſe eſſe à patre.

Cohibitus, cohibita, cohibitũ, Empeſche, & engarde. Lachrymæ cohibitæ. Plin. epiſt. 60. b, Deinde cum diu cohibitæ lachrymæ vincerent, prorumperéntque.

COHORRESCO cohorreſcis, cohorreſcere, Eſtre du tout en grande horreur, eſtre tout effraye. Suet. in Tiber. cap. 21, Attenuatum te eſſe continuatione laborum, cum audio & lego, dij me perdant, niſi cohorreſcit corpus meum.

COHORS cohortis, f. g. vne bande de gendarmes. Cic. Attico, lib. VIII, Sed ſi erunt qui te impediant, vt illas ſuas ſeruent, æquũ eſt me à te impetrare, vt cohortes quæ ex Piceno & Camerino venerunt, quæ fortunas ſuas reliquerunt, ad me miſſum facias.

Cohors, Vng nombre de quelques gens que ce ſoient. Sueton. in Nerone, Comes ad orientem C. Cæſaris iuuenis, occiſo liberto ſuo, quòd quãtũ potare iubebatur, recuſaret, dimiſſus è cohorte amicorum nihilo modeſtius vixit. Idem in Galba, Per hæc gratiſſimus Claudio, receptúſque in cohortem amicorũ, magnæ dignationis eſt habitus. Horatius in primo epiſt. Quid ſtudioſa cohors operum ſtruit?

Cohors, Vne ſuyte, vne compaignie de gens ſuyuans quelque ſeigneur, eſtans au tour de luy cõme pour garde. Cic. in Verrem, Quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meminiſtis. Ibidem, Cohortem autem Metelli, quam vocat, quid erat quod corrumperet? Ibidem, Recuperatores dicit ſe de cohorte ſua daturum. Ibidem, Negas de conuentu recuperatores daturũ, cohortem tuam proponis. Ibidem, Apronio permittis, vt quos velit de cohorte ſua ſumat recuperatores. Horatius, Laudat Brutum, laudátque cohortem. Cic. in Verrem, Cohors illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quàm ſi centum cohortes fugitiuorũ fuiſſent, tua manus ſine controuerſia fuit. De domeſticis eius loquitur, non de militibus.

Cohors prætoria, Vne bande de genſdarmes qui en la prouince eſtoient touſiours auec le cõſul ou le preteur, & quaſi a leur coſté, comme ſauue garde. Cic. ad Q. Fratrem Aſiæ procõſulem lib. 1, Quos verò aut ex domeſticis conuictoribus, aut ex neceſſarijs apparitoribus tecum eſſe voluiſti, qui quaſi ex cohorte prætoria appellari ſolent: horũ non modo facta, ſed etiam dicta omnia præſtanda tibi ſunt.

Cohors cohortis, Vne court enuironnee de murailles pour nourrir volailles, & autres beſtes. Varro de re ruſtica, lib. 3. cap. 3, Primus enim ille gradus antiquus maiorum noſtrorum erat, in quo eſſent auiaria, duo duntaxat, in plano cohors, in qua paſcebantur gallinæ, & earum fructus erant oua & pulli. Varro de lingua latina, Cohors, quòd vt in villa ex pluribus tectis cõ iungitur, ac quiddam fit vnũ: ſic his ex manipulis pluribus copulatur cohors, Quæ in villa dicta quòd circa eum locum pecus coerceretur.

Cohors, etiam dicitur Chors chortis. Vide CHORS.

COHORTOR cohortaris, cohortari, Senhorter lung lautre, & ſoy inciter. Suet. in Sergio Galba, cap. 10, Per angiportum in balnea tranſeuntẽ penè interemerunt, niſi cohortantibus inuicem, ne occaſionẽ omitterent, interrogatiſque de qua occaſione loquerentur, expreſſa cruciatu confeſſio eſſet.

COHVM cohi, n. g. lorum quo temo buris cum iugo colligatur, à cauo dictum, inquit Varro, quaſi cahum.

COINQVINO coinquinas, coinquinare, Maculer, ſouiller, ordier, gaſter. Martialis, Merdiſque coinquiner albis. Columella lib. 8, Totam progeniem coinquinat: ſiquidem celeriter tum alia pecora, tum præcipue oues contagione vexantur.

COLAPHVS colaphi, m. g. Vne iouee, Vng coup de poing, vng coup de la main que aucun baille ſur la ioue, ou ſur la teſte dung autre. Plaut. in Perſa, 8. 23, Di deæque te omnes perdãt, niſi hodie ſi prehendero, defigã in terrã colaphis. Idem in Captiuis, 3. 20, Et hic quidẽ hercle, niſi qui colaphos perpeti poteſt, paraſitus, frangíque in aulas caput, vel extra portã ire trigeminam ad facculũ licet. Terẽt. in Adelph. 2. 2. 37, Præterea colaphis tuber eſt totũ caput. Infringere colaphos, Bailler ſur la ioue, ou vng coup de poing. Terẽt. in Adelph. 2. 1. 46, Homini miſero plus quingentos colaphos infregit mihi. Incutere colaphos dixit Iuuenalis.

COLIS, huius colis, m. g. La fueille de la vigne. Varro, Pampinare eſt ſarmento coles qui nati ſunt, de his qui plurímum valent, ad ſecundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere: ne relictis colibus, ſarmentum nequeat miniſtrare ſuccum.

Coliculus, coliculi, Vne petite fueille de vigne. Varro, Capreolus eſt colliculus viteus, intortus vt cincinnus.

COLINA colinæ, f. g. Vne cuyſine. Culina poſtea dicta eſt.

COLIPHIVM, coliphij, n. g. genus panis, ἀπὸ τοῦ κόλικος, Vng torteau, pain faict ſoub la cendre. Plaut. in Perſa, 4. 12, Coliphia mihi ne incocta detis. Sunt qui dicant coliphiũ, panem fuiſſe quo athletæ vtebantur, ἀπὸ τοῦ κώλου, ἤγουν τοῦ ἴφι, id eſt, robore membrorum. Iuuenalis, Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ.

COLITIAE colitiarum, f. g. Grans rayons & larges que on faict en vne terre, pour y eſcouler leaue. Dicuntur & elices. Columella lib. 2, Colliquias vocat.

COLLABOR collaberis, collapſus ſum, collabi, Cheoir, gliſſer. Plaut. in Trucul. 14. 2, Mirum videtur, rure herilem filium Strabacem non rediſſe, niſi ſi clanculum collapſus eſt hic in corruptelam ſuam.

Collabaſco collabaſcis, collabaſcere, Preſt a cheoir, & tomber auec vng autre. Plaut. in Trucul. 9. 17, Si labant res laſſæ, itidem amici collabaſcunt.

COLLOBELLARE, Tirer pres ſes bolieures pour baiſer. Laberius annaliũ, Peranna collabella oſculum. Obſoletum eſt. Non. Marcellus.

COLLACTANEVS, Qui a eſte nourri auec vng autre tout dune meſme mamelle.

Collacteus, Qui a eſte nourri auec vng autre tout dung meſme laict. Iuuenalis, Quid dicat notæ collactea mãmæ. Mart. Sed quòd ſororis eius amica indiſcreto fœdere collactea videretur.

COLLARIA collariæ, f. g. Vng collier, ou quarquãt ou on enſerre le col des malfaicteurs. Plaut. in Capt. 6. 107, Soluite iſtum nunc iam, atque vtrũque. T. di tibi omnes omnia optata ferant, quum me tanto honore honeſtas, quúmque ex vinculis eximis: hoc quidem haud moleſtum eſt iam, quòd collus collaria caret.

COLLAVDO collaudas, collaudare, Louer enſemble quelque choſe. Plaut. in Capt. 7. 62, Videas corde amare inter ſe: quantis laudibus ſuum herum ſeruus collaudauit. Terentius in Eunucho, 5. 9. 60, Poſtquam eis mores oſtendi tuos, & collaudaui ſecundum facta & virtutes tuas, impetraui. Idem in Adelphis, 3. 3. 15, Collaudauit filium: mihi qui dediſſem conſiliũ, egit gratias.

COLLEGA collegæ, cõm. g. Qui eſt enuoye auec vng autre en quelque cõmiſſion, ayant la meſme puiſſance que lautre. Plaut. in Aſinaria, 11. 10, Id virtute huius collegæ, meáque comi-

tate factum eſt. Et paulo pòſt, Num male relata eſt gratia? collegam collaudaui?

Collegium collegij, La compagnie & ſociete de ceulx qui ont vne meſme commiſſion, & ſont de pareille authorite. Liuius, collegium conſulum dixit, qui duo erant. Plaut. in Menæh. 4.52, Captum eſt collegium augurum.

Collegium, Vng college, vne compagnie & ſociete de gens de quelque meſtier que ce ſoit. Plin. epiſt. 250, Tu domine diſpice an inſtituendum putes collegium fabrorum duntaxat hominum CL. ego attendam, ne quis, niſi faber, recipiatur.

COLLIBERTVS colliberti, m. g. Qui a eſte mis en liberte quant & vng autre. Plaut. in Pœnulo, 14.89, Quin hercle collibertus meus faxo eris, ſi di volent.

COLLIBET, & collubet, collibuit, & collibitũ eſt: Collibere, Plaire, auoir a gre. Terent. in Eunuc. 5.9.26, Si quid collibuit, noui te, Si quelque choſe teſt a gre, Si quelque choſe te plaict.

Collibitũ ſiue collubitũ eſt, Il ma ainſi pleu de faire. Plaut. in Amphit. 4.189, Vtcũque animo collibitum eſt meo, Tout ainſi quil me plaict. Idem in Moſtell. 4.138, Potare tecum collibitum eſt mihi, Iay deſyr de boire auec toy, ou Iay fain, Ce meſt aggreable. Idem in Ciſtell. 3.9, Quia cum adeò me compleui flore Liberi, magis libera vti lingua collubitum eſt mihi, Ie prens plaiſir, ie me delecte.

COLLIGO colligas, colligaui, colligatum, colligare, Lier aucun a quelque choſe. Plaut. in Amphit. 17.52, Neque eum quiſquam colligare quiuit in cunabulis. Terent. in Eunucho, 5.5.13, Colligauit primum eum miſeris modis. PA. hem, colligauit?

Colligatis vaſis, id eſt parate & expedite. Plautus in Pſeud. 16.16, Cor colligatis vaſis expectat meum, ſi nõ educat mulierẽ ſecum ſimul, vt exulatũ ex pectore fugiat meo. Hinc ductũ quòd cum ex caſtris diſcedendum aliò, fugiendúmve eſſet, milites ipſi vaſa omnia impedimentáque colligere ac colligare ab imperatoribus iuberentur, vt ad iter expeditiores eſſent.

COLLIGO, colligis, collegi, collectum, colligere, Aſſembler en vng monceau. Virg. Collige arma iubet, validiſque incumbere remis. Plin. in paneg. 125, Sed quid ſingula cõſector & colligo? quaſi verò aut oratione complecti, aut memoria conſequi poſſim.

Colligere beneuolentiam ciuium, Mettre peine dauoir la beniuolence de tous les citoiens. Cic. de Amicitia, 55. Nec verò negligenda eſt fama: nec mediocre telum ad res gerẽdas exiſtimare oportet beneuolentiã ciuium, quam blãditijs & aſſentationibus colligere turpe eſt.

Colligere cauſſas ad aliquam rem. Plaut. in Trinummo, 11.45, Sexcentæ ad eam rem cauſſæ poſſunt colligi, illum quem habuit perdidit, alium pòſt fecit nouum. On pourroit amaſſer ſix cens cauſes pourquoy cela a eſte faict.

Colligere rationes, Aſſembler ſes comptes, penſer a ſes comptes. Plautus in Amphit. 15.26, Neſcio quid ſecum ſolus, puto rationes colligit: quid memoret, hinc excipiam.

Colligere, Penſer en ſoymeſme. Plin. epiſt 315, Potes autem colligere quantopere cupiã, quòd non rogarem abſens, ſi mediocriter cuperem, Fais ton compte, ou penſe combien grandement ie deſyre ce.

Colligere pallium, Trouſſer, amaſſer ſa robbe entour ſoy. Plaut. in Capt. 13.20, Collecto quidem eſt pallio: quidnam acturus eſt?

Colligere, Cueillir, releuer, & amaſſer quelque choſe cheute. Virg. Collige virgo roſas. Plin. epiſt. 25.b, Liber quem forte acceperat grandiorem, & ſeni & ſtanti ipſo põdere elapſus eſt. hunc dum ſequitur, colligítque. &c. cecidit.

Colligere ſe, Reprendre courage. Cicero, Sed manifeſto furto perturbatus, vbi ſe collegit. Idem lib. 4, Tuſc. Quid eſt autẽ ſeipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes rurſum in ſuũ locum congerere?

Colligere animum & cogitationẽ, Prendre courage, & penſer a ſoy. Plin. epiſt. 35.e, Erat igitur perquã oneroſum accuſare damnatum: quem vt premebat atrocitas criminis, ita quaſi peractæ damnationis miſeratio tuebatur. vtcunque tamen animũ cogitationémque collegi.

Colligere ſe in arma, Soy deliberer a batailler. Virg. Subſtitit AEneas, & ſe collegit in arma.

Collectitius, collectitia, collectitium, Choſe recueillee. Cic. Mario, Signa & tyrone & collectitio exercitu cum robuſtiſſimis legionibus contulit.

COLLIMO, collimas, collimare, Lorgner de loeil a ietter droit au but. Quod à limis oculis deriuatum eſt.

COLLINEO collineas, collineare, Guigner ou lorgner de loeil a ietter vne fleiche droit au but. Cic. lib. 3, de finibus, Vt ſi cui propoſitum ſit collineare haſtam aliquò aut ſagittam: ſicut nos vltimum in bonis ducimus: ſic illi facere omnia quæ poſſit vt collineet.

COLLINO collinis, collini, colliui, & colleui, collitum, collinere, Enduyre, mettre quelque choſe cõme peincture ou boue par deſſus quelque autre choſe, gaſter. Plaut. in Moſtell. 4.133, Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt.

Collis, huius collis, m. g. Vne petite montaigne.

Colliculus diminutiuum, Vne petite montaigne.

COLLOCO collocas, collocaui, collocatum, collocare, Mettre, colloquer, poſer en quelque lieu. Plautus in Menæh. 21. 21, Poſtquam in tabernam vaſa & ſeruos collocaui vt iuſſerat, venio aduorſum. Idem in Epidico, 8. 24, Ipſe meo in collo tuus pater crumenam collocauit. Plin. in Paneg. 103, Illos tamen tu, quanquam non potuiſti tibi æquare quum velles, adeò in edito loco collocaſti, vt tantum ſupra cæteros, quantum infra te cernerentur. Terent. in Eunucho, 3. 5. 45, Deinde illam in lecto illæ collocant.

Collocare ſe in arborem, Grinper & iucher ſur vng arbre. Plaut. in Aulul. 24. 6, Nã vt dudũ hinc abij, multo illuc adueni prior, multóque prius me collocaui in arborem.

Collocare aliquem in ſoporem, Frapper aucun tellement que on leſtourdiſſe & endorme. Plautus in Amphit. 4. 150, Iampridem videtur factum, heri quòd homines quatuor in ſopo rem collocaſtis nudos.

Collocare in ſolitudinem, Mettre en vng deſert. Cic. de Amicitia, 73, Atque hoc maxime iudicaretur, ſi quid tale poſſet contingere, vt aliquis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in ſolitudinem vſpiam collocaret.

Collocare multa in pectore, Penſer a beaucop de choſes en ſon cueur, eſtre aduiſé. Plautus in Perſa, 2. 8, AEdepol multa illum in pectore collocare oportet, ſuo quæ hero placere præſenti atque abſenti cenſeat.

Collocare conditionẽ in aliquem, Donner quelque condition ou parti a aucun. Plaut. in Trinummo, 4. 89, Si quid eo fuerit, certo illius filiæ, quæ mihi mandata ſi habeo, dotem vt dem, vt eam in ſe dignam conditionem collocem.

Collocare ſe in otium, Se mettre a repos. Plaut. in Merc. 10. 10, Demum igitur cum ſenex ſis, tunc in otium te colloces, dum potes: ſi vales, id iam lucro eſt.

Collocare ſpes ſuas vſquam Mettre ſon eſperance en quelque lieu, auoir quelque refuge en aucun lieu. Plaut. in Epid. 11. 5, Neque vbi meas ego collocem ſpes habeo vſquam munitũ locum: ita gnata mea hoſtium eſt potita.

Collocare bene res ſuas mercimonio, Mettre ſon bien en marchandiſe ſeure & loyalle. Plaut. in Moſtellaria, 11. 12, Bene res noſtra collocata eſt iſtoc mercimonio, Noſtre argent eſt bien employe en ceſte marchandiſe.

Collocare res amici in tuto, Aſſeurer les affaires de ſon ami, les mettre en aſſeurete. Terent. in Heaut. 4. 3. 11, Nam amici quoque res eſt videnda in tuto vt collocetur, ne quid de amica nunc ſenex.

Collocatus, collocata, collocatum, Poſé & mis en quelque lieu. Plin. epiſt. 25. b, Cecidit, coxámque fregit, quæ parum apte collocata, reluctante ætate male coijt. Elle neſtoit point iuſtement remiſe en ſa place.

COLLOCVPLETO collocupletas, collocupletare: Enrichir. Terẽt. in Heaut. 2. 3. 17, Dũ ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci collocupletaſti te Antiphila.

COLLOQVOR colloqueris, colloquutus ſum, colloqui, Parler auec vng autre. Plaut. in Amphitruone, 4. 70, Deinde vtrique imperatores in medium exeunt: extra turbam ordinum colloquuntur ſimul.

Colloqui aliquem. Plaut. in Milite, 14. 17, Quid ergo hanc dubitas colloqui? Idem in Trinummo, 17. 12, Quid ego ceſſo hos colloqui? Idem in Amphit. 4. 185, Verum certum eſt confidenter hominem contrà colloqui. Ibidem, 10. 17, Te volo vxor colloqui.

Colloqui alicui, Diuiſer, parler auec aucun. Plaut. in Merc. 19. 30, Pares ætate habemus viros: nulli colloquor lubentius.

Colloqui abſolute poſitũ. Terent. in Eunuc. 2. 3. 75, Videbit, colloquetur, aderit vnà in vnis ædibus. Idem in And. 5. 6. 10, Saluus ſum ſi hæc vera ſunt: Colloquar. Ie parleray a luy.

COLLVCO collucas, collucare, apud Varronẽ ſignificat prophanæ ſyluæ ramos decîdo officientes lumini. Eſſarter.

COLLVDO colludis, colluſi, colluſum colludere, Se iouer a vng autre, ou auec vng autre.

Colludere, Simul mouere, Mouuoir enſemble, quãt & vng autre. Virg. lib. 1. georg. Sæpe leuẽ paleam & frondes volitare caducas, Aut ſumma nantes in aqua colludere plumas.

Colludere iureconſ. dicunt aliquos, quum diuerſam partem adiuuant, prodita cauſſa ſua. ſic enim clientem ſuum ſimul cum aduerſario ludunt, fallunt ac decipiunt.

Colluſor, colluſoris, Qui ioue auec vng autre compaignon au ieu. Cic. Lenticulam de alea condemnatum colluſorem ſuum reſtituit. Idem Philippica v, Eſt enim Phædri philoſophi nobilis filius, homo præterea feſtiuus, vt ei cum M. Curio conſeſſore eodem & colluſore facillime poſſit conuenire.

Colluſor puerorum delphinus, Le daulphin qui ſe ioue auec les petits enfans. Plin. epiſt. 210, Delphinum geſtatorem colluſorémque puerorum in terram quoque extrahi ſolitũ, harenisque ſiccatum vbi incaluiſſet, in mare reuolui.

Collum colli, n.g. Le col.

Collus, apud Plautum legitur, maſculino genere. In Capt. 6. 107, Hoc quidem haud moleſtum eſt iã, quòd collus collaria caret. Ibidem, 14. 2, Vt ego collos detruncabo tergoribus.

COLLVTVLO collutulas, collutulare, Embouer, ordir & gaſter de boue. Deſhonorer. Plaut. in Trinummo, Hæc famigeratio te honeſtet, me collutulet, ſi ſine dote duxeris.

COLLVVIES colluuiei, fœminini generis. Vne bourbe, fange, vng lieu auquel abbordent toutes immundices.

Colluuio colluuionis, f.g. Idem. Cic. de ſenect. 76, O præclarum diem, cum in illud animorum concilium, cœtúmque proficiſcar, & cum ex hac turba & colluuione diſcedam.

COLLYBVS collybi, m.g. Id detrimentum pecuniæ eſt quod in ratiocinijs emptionem auri appellant, & vulgo cambium dicitur, cũ pecunia ad exteras nationes exportãda eſt, & apud nummularios alijs ſpeciebus commutanda. Vt ſi argentea moneta, aurea mutetur, aut genera quædam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quouis modo repudiabilia in vna prouincia, alio quouis genere permutãda ſint, rato, receptóque & promulgato in ea prouincia. Id enim quod ex ſumma apud nummularium decedit, & veluti deperit: collybus verbo græco appellatur. Cic. in Verrem, actione 4, Ex omni pecunia quam aratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant. Primum proſpectatione & collybo. deinde pro neſcio quo cerario. Hæc omnia iudices non rerum certarum, ſed furtorum improbiſſimorum ſunt vocabula. Nam collybus eſſe quî poteſt, cum vtãtur omnes vno genere nummorum? Collybum appellat pecuniæ permutationem, & nummorum quaſi intertrimentum. Suet. in Auguſto, Manibus collybo decoloratis, Nerulonenſis mẽſarius. Hoc in loco pro cõtrectatione pecuniæ ponitur, qua nummularij liuentes manus habere ſolent. Collybus, inquit Pollux, ἀργυρίου ἀλλαγή, id eſt pecuniæ permutatio.

Collybiſtes collybiſtæ, m.g. Changeur.

COLLYRA collyræ, f.g. genus panis, Polluci. Plau. in Perſ. 4. 12, Collyræ facite vt madeãt.

COLLYRIVM collyrij, n.g, Medicamentum oculorum. Horat. Oculis collyria lippis. Collyrium, medicamentum etiam quod aluo ſubijcitur in cura equorum & boum. Columella lib. VII, Salis ſextans, cum decem cepis conteritur, & admiſto melle decocto, collyria immittũtur aluo, atque ita citatus bos agetur. Idem, Melle decocto & ſale, collyrium tenue inditur foramini quo meat vrina.

COLO colas, colare, Couler quelque liqueur par dedẽs quelque choſe, Apuleius lib. florid. de gymnoſophiſtis, Non illi norunt aruum colere, vel aurum colare, vel equum domare.

Colum coli, n.g, Vng couloir, par lequel on paſſe toute ſorte de liqueur, vin, laict, & autres. Virg. Coláque prælorum fumoſis dirípe tectis.

COLO colis, colui, cultum, colere, Varie ſignificat, pro ſignificatione nominũ quibus iũgitur. Colere aliquem, Auoir reuerence a aucun, en laimant, le tenir chier, & mettre ſon affection en luy. Plau. in Ciſtell. 2. 17, Merito veſtro amo vos, quia me colitis & magnifacitis. Idem, Ego te ſemper vt parentem colui. Terent. in Adelph. 3. 2. 54, Nam is noſtro Simulo fuit ſummus, & nos coluit maxime. Idem in Heaut. 2. 4. 9, Quippe forma impulſi noſtra, nos amatores colunt: hæc vbi immutata eſt, illi ſuum animum aliò cõferunt. Idem in Adelph. 5. 8. 8, Ego verò iubeo & in hac re & alijs omnibus quammaxime vnam facere nos hanc familiam, colere, adiuuare, adiungere. Plaut. in Pœnulo, 18. 14, Iuppiter qui genus colis, aliſque hominum, per quem viuimus vitale æuũ. Virg. lib. IX, Summe deûm ſancti cuſtos Soractis Apollo Quem colimus. Plin. in paneg. 20, Sed licet illũ aris, puluinaribus, flumine colas, non alio magis tamẽ deũ & facis & probas, quàm quòd ipſe talis es. Idem epiſt. 139. c, Vtranque coluí, vtranque dilexi: vtram magis, neſcio.

Colere ſe, Soy orner & accouſtrer. Plaut. Quin tu te colis, ante quàm exeas domum?

Colere agrum, Labourer la terre. Columella lib. 1, Nam vbi ſedulo colitur ager, plerũque cõpendium, nunquam niſi cæli maior vis, aut prædonis inceſſit, detrimẽtum affert. Plaut. in Rudent. 5. 21, Nec prope vſquam hic quidem cultum agrum conſpicor.

Colere aliquã vrbem, Soy tenir, demourer, & viure en la ville. Plaut. in Sticho, 1 2. 17, Peregrina omnia relinque, Athenas nunc colamus. Cic. ad Cælium, lib. 2, Vrbem mi Rufe cole. Virg. in Buco. Pallas quas condidit arces Ipſa colat.

Colere æquum & bonum, Garder le droict & æquite a vng chaſcun, viure iuſtement, aller a la raiſon. Plaut. in Menæh. 14. 7, Qui neque leges, neque æquum, neque bonũ vſquã colunt.

Colere amicitiam, Garder & entretenir amitie. Plaut. in Ciſtell. 2. 20, Vbi iſtas videas ſummo genere natas, ſummates matronas, vt ſancte amicitiam colunt, atque vt eam vinctam bene habent inter ſe.

Colere domum aliquam, Demourer en vne maiſon, & auoir la cure & ſoing dicelle. Plautus in Aulularia, 3. 4, Hanc domum iam multos annos eſt cum poſſideo & colo.

Colere mores alicuius populi, Viure ſelon les meurs de quelque autre peuple. Plaut. in Caſin. 25. 1, Vbi tu es qui colere mores Maſſilienſes poſtulas?

Colere officium ſuum, Faire bien ſon deuoir. Plaut. in Sticho, 2. 23, An id doles ſoror, quia illi ſuum officium non colunt, cum tuum facis?

Colere pietatem, Auoir reuerẽce, & obeir a ſes parens. Plaut. in Aſin. 10. 7, An decõrum eſt, aduerſari meis te præceptis? quid eſt? hoccine eſt pietatẽ colere, imperium matris minuere? Terent. in Hecyra, 3. 4. 33, Quod potero faciã: tamen vt pietatem colam: nam me parẽti potius quàm amori obſequi oportet.

Colere quæſtum ſuum. Plaut. in Pœnulo, 16. 133, Hũc leno ludificatur. P. ſuum quæſtũ colit. Il aime ſon gain & prouffit particulier.

Colere regiones acheronticas, Demourer en enfer, Eſtre damne. Plaut. in Bacchid. 4. 21, Non impetratum id aduenienti redderem? regiones colere mauellem ego acheronticas.

Colere ſeruitutem apud aliquem, Seruir a aucun. Plaut. in Pœnulo, 14. 7, Ita me dij ament, in latomijs vel in piſtrino mauelim ætatem agere præpeditus latera forti ferro mea, quàm apud lenonem hunc ſeruitutem colere.

Colere ſeditiones, Eſtre ſedicieux & aimer ſedicion. Plin. de viris illuſtr. 19, Hic conſul graui annona aduectum è Sicilia frumentum magno pretio, dandum populo curauit, vt hac iniuria plebs, agros, non ſeditiones coleret.

Colere vitã, Viure. Plaut. in Rud. 7. 17, Vix colo vitam, Veneri cibo meo ſeruio. A grand peine puis ie viure. Idem in Caſina, 3. 11, Faciã perinde vti dignus eſt, vitam colat. Idem in Aulularia, 7. 10, Pol ſi eſt animus æquus tibi, ſatis habes qui bene vitam colas. Virg. lib. 3. georg. Hanc olim veteres vitam coluere Sabini.

Colere vitam breuem, Peu viure. Plaut. in Pſeud. 13. 33, Hôc hic quidem homines tam breuẽ vitam colunt.

Colere vitam vino & victu. Plaut. in Moſtell. 9. 35, Itaque vti vos decet, vino & victu, piſcatuque probo electili vitam colitis. Vous vous traictés bien, vous viués bien aiſe, vous faictes groſſe chere.

Colens, colentis, o. g. Colẽtes religionũ qui ſint, Cicero interpretatur in oratione pro Cn. Planco, his verbis, Qui ſancti? qui religionum colentes? niſi qui meritam dijs immortalibus gratiã iuſtis honoribus & memori mente perſoluunt?

Colonus coloni, m. gen. Vng de ceulx qui eſtoiẽt enuoiés de la ville de Romme pour habiter en quelque ville quils auoient prins.

Colonus, Vng laboureur de terre, vng fermier. Columella lib. 1, Comiter agat dominus cum colonis, facilémque ſe præbeat: auarius opus exigat quàm penſiones. Virg. Vt quãuis auido parerent arua colono.

Colonus catenarum, apud Plautum in Aſinaria, 6. 32, Qui ſouuent eſt enchaine en priſon cõme ſil y faiſoit ſon logis.

Colonia coloniæ, fœ. g. Vne ville qui dependoit des Romains a cauſe quils lauoient gaignee, & puis peuplee de nouueaux habitans enuoiés de la ville de Romme. Et lors ceulx dicelle ville eſtoient appellés Coloni. Nam coloni, erant ciues Romani ad aliquam vrbem habitandam miſſi, qui non proprijs, ſed populi Romani legibus viuebant. Virgil. lib. 1 AEneid. Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni. Liuius lib. 1, Vtroque coloniæ miſſæ. Idem lib. 38, Illud agitabant, vti colonia deduceretur: nec ſatis conſtabat vtrum latinam, an ciuiũ Romanorum

deduci placeret. Cic.in M. Antonium Philippica 2, Conſuluiſti me per literas de Capua: tu quidem, ſed idem de Caſilino reſpondiſſem, poſſéſne vbi colonia eſſet, eò coloniam nouã iure deducere? negaui in eam coloniam, quæ eſſet auſpicato deducta, dũ eſſet incolumis, coloniam nouam iure deduci: colonos nouos aſcribi poſſe reſcripſi. Erat & aliud genus coloniarum, quales olim Pompeius Strabo tranſpadanas colonias traduxerat. non enim nouis colonijs eas conſtituit, ſed veteribus incolis manentibus, ius dedit Latij, vt poſſent habere ius quod cæteræ Latinæ coloniæ, id eſt, vt ius petẽdi magiſtratus in ciuitate Romana adipiſcerentur. Erant præterea coloniæ, quibus ius Italiæ dabatur. Erant & Latinorum, & quæ Latij veteris appellantur, quales in Hiſpania multas fuiſſe refert Plinius. Cum enim in Vrbe Roma multos ex veteribus nouiſque incolis paupertate premi intellectum erat, adeò vt cenſui ſoluendo non ſufficerent, triumviri à ſenatu creabantur, qui locis primum cõſideratis, in quibus reip. expediret propugnaculum conſtitui, noua edicta proponebant danda eſſe nomina ab illis qui in nouam coloniam deduci vellẽt. ſicque vrbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere grauati, ad nouas, quibus indigerent, diuitias, gratis datas cum familia accedebant. accipiebant enim duo, quatuor, ſex aut ſeptẽ agri iugera, & quandoque plus.

Colonia interdum agricolationis locum, aratoriſque officinam & domicilium ſignificat, La maiſon ou demeure le laboureur, vne ferme, vne metairie, vne cenſe. Paul. in tract. locati, Seruus qui coloniæ aſcriptus eſt, ad periculum coloni pertinebit. Sic Cicero in frumẽtaria Siculos colonos & aratores populi Romani vocauit γεωργούς.

Colonia, per metaphoram, pro loco vbi quis habitat. Plaut. in Epid. 8.7, Sed ego hinc migrare ceſſo vt importem in coloniam hunc, hunc auſpicio meo commeatum?

Colonicus colonica colonicum, Choſe appartenãt au fermier. Varro lib. 1. de re ruſt. Atque etiã leges colonicas tollis, in quibus ſcribimus, Colonus in agro ſurculario ne capras compaſcat.

COLOBIVM colobij, n.g. genus tunicæ, quo antiqui Romanorum vtebantur, ſic dictum quòd ſine manicis eſſet, ac mutilatum.

COLOCASIA, colocaſiæ, f.g. Vne maniere dherbe. Plin. lib. 21. cap. 15. & 28, In AEgypto nobiliſſima eſt colocaſia, quam cyamon vocant aliqui. Virg. in Pollione, Miſtáque ridẽti colocaſia fundet acantho. Hic eſt neutri generis, pluralis numeri.

COLOCYNTHA colocynthæ, f.g. Vne courge ſauuage, ſecũdum Dioſcoridem. à noſtris colloquinta dicitur. Hæc & colocynthis, colocynthidis dicitur. Pli. lib. 20. cap. 3, Colocynthis vocatur alia, ipſa plena, ſed minor quàm ſatiua.

COLOPHONEM dixerunt antiqui, cum aliquid finitum ſignificaretur. Ait Feſt. Pomp. Hinc adagium, Colophonem addidit. Quod dici conſueuit, cum ſumma manus rei cuipiã imponitur: aut cum id accedit, ſine quo negotium confici non poteſt.

COLOR coloris, m.g. Couleur. Terent. in Eunucho, 2. 3. 26, Color verus, corpus ſolidum & ſucci plenum. Vne couleur viue & naturelle. Ibidem, 2. 2. 11, Qui color, nitor, veſtitus, quæ habitudo eſt corporis? Dicitur & colos, coloris, ſicut arbor vel arbos, huius arboris.

Coloro coloras, colorare, Donner couleur.

Coloratus colorata coloratum, Coulouré. Plin. lib. 25. cap. 15, Incerta nominum cauſſa eſt barbaricis, Venereiſque, quæ colorata dicunt.

COLOSTRVM coloſtri, n.g. & coloſtra coloſtræ, f.g. Le premier laict eſpes dune femme apres quelle eſt acouchee. Plin. lib. 28. cap. 9, Sicuti è lactis vſu, vtiliſſimum cuique maternũ, nutricis exitioſum eſt. hi ſunt enim infantes qui coloſtrati appellantur, denſato lacte in caſei ſpeciem. Eſt autẽ coloſtra, prima à partu ſpongioſa denſitas lactis. Plaut. in Pœnulo, 4. 145, Meum cor, mea coloſtra, meus molliculus caſeus.

Coloſtrati infantes, Enfans qui ſont malades dauoir tete le laict nouueau eſpés de leurs mere incontinent apres eſtre acouchee.

COLVBER colubri, m.g. Serpens qui vmbras nemorum incolit, Vne couleuure.

COLVM coli, Vide COLO colas.

COLVMBVS columbi, m.g. & columba colũbæ. f.g. Vng coulon, ou pigeon priué. In plurali magis fœminino genere vtuntur authores. Virg. Præcipites atra ceu tempeſtate colũbæ. Martialis, Nec violas teneras præduro dente columbas. Varro de re ruſt. lib. 3. cap. 7, Duo genera earum in Periſerotropheio eſſe ſolent: vnum agreſte, vt alij dicunt ſaxatile, quod habetur in turribus ac columinibus villæ, à quo appellatæ columbæ: quæ propter timorem naturalem, ſumma loca in tectis captant. Quo fit vt maxime agreſtes ſequantur turres, in quas ex

agro euolant ſuapte ſponte, ac remeant. Alterum genus columbarum eſt clementius, quod cibo domeſtico contentum, intra limina ianuæ ſolet paſci: hoc genus maxime eſt colore albo: illud alterum agreſte ſine albo, vario.

Columbarius columbarij, Qui ha la charge de nourrir des pigeons. Varro, Ipſæ propter pullos quos habent, vtique redeunt: niſi à coruo occiſæ, aut ab accipitre interceptæ, quos columbarij ſolent interficere.

Columbarium columbarij, n. g. & columbaria columbariæ, f. g. Le lieu ou habitent les pigeons, Vng colombier ou pigeonnier. Columella, lib. IX, Qualia columbariæ tectis ſuperponuntur. Varro de re ruſt. lib. 3. cap. 7, Quaſi verò, inquit Pica, non in vrbe quoque ſint multi, columbariam qui in tegulis habent.

Columbarium, Propremẽt le trou & le lieu ou colombier, ou chaſcun pigeon pond & couue, appelle bouiotte. Varro lib. 3, Singulis paribus columbaria fiunt rotunda, in ordine crebra. columbaria ſingula eſſe oportet, vt os habeant quò introire & exire poſſint.

Columbaris & hoc columbare, Ce qui eſt dung pigeon. Columella lib. IX, Cæterum cibos iuxta parietem conuenit ſpargi: quoniam ferè partes hæ columbari carent ſtercore.

Columbar apud Plautum in Rudente, 20.50, genus vinculi eſt, teſte Priſciano. Illic in columbam credo leno vertitur: nam in columbari collum haud multo pòſt erit.

Columbinus columbina columbinum, Idem quod Columbaris. Plinius, Columbinus fimus in aqua decoctus.

Columbatim aduerbium, Ad ſimilitudinem columbæ, Comme font les pigeons.

Columbulus columbuli, m. g. Vng petit pigeon. Plin. epiſt. 202, Tu paſſerculis & colũbulis noſtris inter aquilas veſtras dabis pennas.

COLVMIS & hoc colume, Sain. Plaut. in Trinummo, Neque ita vt ſit data, columẽ te ſiſtere illi & detraxiſſe autument. Inde incolumis pro eodem. Quod eſt vſitatius.

COLVMEN columinis, n. g. Quelque choſe qui ſoubtiẽt, comme vng pillier, ou choſe ſemblable. A quo columnæ, inquit Donatus.

Columen, Celuy qui ſoubtient, conduict, & entretient vne famille, ou autre compaignie. Columen ſenati, Le pillier du ſenat, qui entretient & gouuerne le ſenat, ou le maintient, Lhonneur & la gloire du ſenat. Plaut. in Caſina, Sed eccum egreditur ſenati columen, præſidium populi. Idem in Epid. 5. 6, Iam ego me vertam in hirundinem, atque horum exugebo ſanguinem ſenati qui columen cluent.

Columen familiæ: Le pilier la conduicte, & tout le ſupport dune maiſon ou dune lignee. Terent. in Phorm. Eho bone cuſtos ſalue, columen noſtræ familiæ, cui commendaui filium hinc abiens meum. Cic. in Verrẽ, act. 5, Timarchides autẽ columen familiæ veſtræ premit fauces defenſionis tuæ: cui ſimul & Volcatio pecunia à ciuitate numerata eſt.

Columẽ actionis. Cic. pro L. Flacco, At iſtud columen actionis tuæ Mithridates, poſteaquam biduũ retentus teſtis à nobis, effudit quæ voluit omnia. Qui eſt cõme le pilier & tout le ſupport de ton plaidoye.

Columna columnæ. Vng pilier.

Columnatus columnata columnatum, Soubtenu de piliers. Varro de re ruſt. lib. 3. cap. 5, Inter eas piſcinas, tantummodo acceſſus ſemita in tholum, qui eſt vltra, rotũdus, columnatus, vt eſt in æde Catuli, ſi pro parietibus feceris columnas.

Columnella columnellæ, f. g. Vng petit pilier. Cato de re ruſtica, Trapeti columnellam ferream quæ in miliario ſtat, eam rectam ſtare oportet in medio ad perpendiculum, cuneis ſalignis circunfigi oportet bene: eò plumbum effundere caueto, ni labet columnella.

Columellares dentes, Le groſſes dents dung cheual. Plin. lib. XI, cap. 37, Amittit triceſimo mẽſe primores vtrinque binos, ſequenti anno totidem proximos, cum ſubeunt dicti columellares. Varro de re ruſt. lib. 2. cap. 7, Equos triginta menſium primum dentes medios dicitur amittere, duos ſuperiores, & totidẽ inferiores. incipientes quartum agere annum, itidem eiiciunt, & totidem proximos eorũ, quos amiſerunt, & incipiũt naſci quos vocant columellares.

COLVRNA haſtilia, ex corno arbore facta potius, quàm ex corylo. Feſt. Pomp.

Colurnum veru. Virg. Pinguiáque in veribus torrebimus exta colurnis.

COLVS coli, m. g. genus tormenti è corio. Feſt. Pomp.

COLVS coli, f. g. ſecundæ & quartæ declinationis, Vne quenouille. Cic. in ſecundo de Oratore, Quomodo ad me venis cũ tua colu & lana? Ouid. lib. 4. Metamorph. Et colus & fuſus digitis cecidere remiſſis. Plaut. in Caſina, 4. 4, Iuſſine ferri mihi colum?

COLVTHEA colutheæ, arbor ſylueſtris apud Theophraſtum in tertio de plantis, fructum ferens in ſiliqua, magnitudine lentis. Vnde colutheum coluthei, fructus colutheæ. Plautus in Perſa, 4.7, Commiſce mulſum, ſtruthea, colutheáque appara.

COMA comæ, f.g. Vne perruque bien pignee, & teſtonnee. Feſtus Pompeius, Comæ dicũtur capilli cum aliqua cura compoſiti.

Como comas comare, Auoir longs cheueulx.

Comare dicuntur etiam arbores & herbæ, Auoir des fleurs ou fueilles. Virg. lib. 4. georg. Nec ſero comantem narciſſum. Id eſt florem habentem.

Comans comantis, o.g. Ayant longs cheueulx. Gellius, Equum fuiſſe dicunt magnitudine inuſitata, ceruice ardua, colore Phœniceo, flaua & comanti iuba.

Comatus comata comatum, Auoir force cheueulx & longs. Vnde Gallia comata, quòd natio illa intonſa eſſet. Plin. lib. 1x, In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus, iam quidẽ promiſcue ac fœminis apud intonſas vtique gentes, atque etiam nomina ex eo capillatis alpium incolis, Galliæ comatæ.

Como comis, compſi, comptum, comere, Attifer, orner, accouſtrer. Terentius in Heaut. 2.2.11, Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt. Ouid. lib. 2 Amorum, Comere ſed ſolas digna Cypaſſi deas.

Comptum caput, Vne teſte ornee & attifee. Plaut. in Milite, 10.195, Itaque eam huc ornatam adducas matronarum modo capite compto, crines vittáſque habeat.

COMBIBO cómbibis, cómbibi, combibitum, combibere, Boyre enſemble.

Combibo combibonis, m.g. id eſt compotor, Vng biberon qui hante compaignie a boire, qui boit auec autres. Lucilius, Quandoquidem reperi magnis cõbibonum ex copijs. Cic. Pæto, In his controuerſijs quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis, optima opera vti eius ſoleo.

COMBVRO comburis, combuſſi, combuſtum, comburere, Bruſler. Plau. in Milite, 11.22, Quia enim obſorbui: nam mihi nimius calor comburebat gutturem. Id eſt vehementer exiccabat. Metaphora.

COMEDO comes, comeſt, vel comedis, comedit, comedi, comeſtum, comedere vel comeſſe. Manger. Plaut. in Moſtell. 8.21, Tã facile vinces, quàm pirũ vulpes comeſt. Martialis, Scæuola tu comedis apud omnes: nullus apud te. Alterius ſiccas pocula: nemo tua.

Comedere aliquem, Manger les biens daucun, & les deſpendre, le piller, & faire grand chiere a ſes deſpens. Plaut. in Moſtellaria, 2.11, Sine modo venire ſaluum, quem abſentem comes. Terentius in Eunucho, 5.9.57, At ego pro iſtoc, Phædria, & tu Chærea, hunc comedẽdum & deridendum vobis propino.

Comedere beneficia alicuius, Deſpendre les biens que aucun nous a faict, cõſumer, & en venir a bout. Cic. Philipp. x11, Comites vero Antonij, qui poſtquam beneficia Cæſaris comederunt, conſulem deſignatum obſederunt, huic vrbi ferro ignique minantur. Apres quils ont eu deſpendu & gourmande ce que Cæſar leur auoit donne.

Comeſſe. Plaut. in Moſtellaria, 2.13, Nec veriſimile loquere, nec verum, frutex comeſſe quenquam vt quiſquã poſſiet. Cic pro L. Flacco, Quid attinuit relinquere hãc vrbem? libertate tam præclara carere? adire periculum nauigandi? quaſi bona comeſſe Romæ non liceret.

Comedim pro comedam. Plaut. in Bacchid. Quod dem ſcortis, quódque in luſtris comedim, congræcer pater. Cicero ad Varronẽ, epiſtola Petijſſet. Cura, ſi me amas, vt valeas: ne ego te iacente, bona tua comedim. ſtatui enim tibi ne ægroto quidẽ parcere. Põponius in proſtibulo, Ego quæro quod edim, hæ quærunt quos cacent. Nonius Marcellus.

Comedo comedonis, Qui deſpent & gourmande ſes biens. Varro, Modio, Putat fore hoc quod hinc comedonibus conuenit, vſu quibus nota voluntate comedunt, duntaxat gula gaudet.

Comes comitis, m.g. Qui ſuit & accompaigne vng plus grãd que ſoy, quels ſont ceulx qui ſuyuẽt les eueſques, & la mule de monſieur, ou les dames parmi les rues. Comites, Le train dung ſeigneur, ou dame. Plaut. in Mercat. 7.63, Verum quod prætęrij dicere, neque matrem illa ſatis honeſte tuam ſequi poterit comes, neque ſinam. Terent. in Eunucho, 2.3.54, Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem? Idem in Heaut. 3.1.46, Eáne eſt intus? c. ſit rogas? ſenſi: nam ei vnã cœnam, atque eius comitibus dedi: quòd ſi iterũ mihi ſit danda, actum ſiet. Cic. Non ſe comitẽ, ſed ducem præbuit. Plaut. in Amph. 10.48, Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas. iubẽ' ire mihi comites? 1. ſanáne es? A. ſi non iubes, ibo egomet, comitem mihi pudicitiã duxero. Idem in Merc. 22.12, Egomet mihi comes clauator, equus, agaſo, armiger.

Comes mulieri pudicitia, Chaſtete qui accõpaigne & eſt auec vne femme. Plautus in Amphi-

truone, 10.48, Si non iubes, ibo egomet, comitem mihi pudicitiam duxero.

Comites iudicum, erãt legati, præfecti, quæſtores, ſcribæ, qui cum magiſtratibus in prouincias mittebantur. Cic. in Verrem, act. tertia, Non nego tibi ipſi nullum nummum eſſe numeratum: Sed cum ob tua decreta, ob imperata, ob iudicata pecuniæ dabantur: non erat quæren dum cuius manu numerarentur, ſed cuius iniuria cogerentur. comites illi tui dilecti, manus erant tuæ: præfecti, ſcribæ, medici, accenſi, aruſpices, præcones, manus erant tuæ: vt quiſque te maxime cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tua putabatur.

Comites iudicum, etiam erant adiutores & miniſtri imperij. Cic ad Q. Fratrem, Atque inter hos eos, quos tibi comites & adiutores negotiorum publicorum dedit ipſa reſp. duntaxat finibus his præſtabis, quos ante præſcripſi.

Comes, Qui tient compagnie a aucun en chemin. Plaut. in Epid. 13. 25, Age age abſolue, atq; argentum numera, ne comites morer. Que ie ne face trop attendre mes compaignõs. Cic. ad Herennium, Qui cum ante lucem ſurrexiſſet, comitem ſuum inclamauit.

Comes conſilijs alicuius, Celuy a qui aucun communique & reuele ſes ſecrets & ſon conſeil. Plaut in Pſeud. 13. 15, Licet me id ſcire quid ſit: nam tu me antidhac ſupremũ habuiſti comitem conſilijs tuis.

Comitem ſe præbere furoris alterius: Aider la folie daucũ. Cic. de Amicitia, 35, Nec ſe comitem illius furoris, ſed ducem præbuit. Il ne luy a pas ſeulement donne ſupport & aide en ſa folie, mais il ſi eſt porte pour capitaine.

Comes pro ſocio, Cõpaignon en quelque affaire. Lucanus, Scire ſenatus auet, miles te Magne ſequatur, An comes. Plin. epiſt. 176, Quem legatum tribunus ita & dilexit & excepit, vt ex Germania in Pannoniam tranſeuntem, non vt commilito, ſed vt comes aſſectatorque ſequeretur.

Comitor comitaris, comitari, Suyure, accõpagner, aller apres aucun plus grand que ſoy. Suet. de claris grammat. 23, Rhemmius Palemon Vicetinus mulieris verna, primo vt ferũt, textrinũ, deinde herilem filium dum comitatur in ſcholas, literas didicit.

Comito, comitas, actiuum, Idem. Ouid. lib. 2. de Ponto, Quem pia nobiſcum proles comitauit euntem. Idem lib. xiiii, Metamorph. Noſtráque adulantes, comitant veſtigia: donec &c.

Comitatus comitata comitatum, Qui a accompaigné, ou qui eſt accompagné: actiue & paſſiue. Plinius, Quicunque eum comitati fuerant. Paſſiue apud Ciceronem in Catilinam lib. 2, Illud etiam moleſte, quòd ex vrbe parum comitatus exierit. Virgil. Ipſe vno graditur comitatus Achate.

Comitatus, nomẽ, Accompaigné. Vnde comparatiuus comitatior. Cic. in Tuſcul. Aſclepiadem ferunt philoſophum cum quidam quæreret quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondiſſe, vt puero vno eſſet comitatior. Pour eſtre plus accompagne dung enfant a le conduire.

Comitatus comitatus comitatui, Compaignie ſuyuant aucun. Le train de quelque grãt perſonnaige: vt comitatus regis, Le train du roy. Salluſt. Cicero per legatos cuncta edoctus, L. Valerio Flacco, Cn. Pompeio prætoribus imperat, vt in ponte Miluio per inſidias Allobrogum comitatus deprehendant. Plin. lib. 2, Vidit hoc Licinius Syllanus procõſul cũ comitatu ſuo.

COMESSOR comeſſaris, comeſſari, eſt quod Græci dicũt κωμάζειν, Boire & manger, banqueter & gourmander apres auoir ſouppe, faire la collation. Suet. in Domitiano, Conuiuabatur frequenter & large, ſed penè raptim, certe non vltra ſolis occaſum, nec vt poſtea comeſſaretur. Liuius lib. x, de bello Macedonico refert Demetrium poſt cœnam qua ſodales accepe rat, dixiſſe, Quin comeſſatum ad fratrem imus? Pro eo conuiuio accepit, quod ad multam noctem agitatur poſt cœnã. Plaut. in Rud. 31, 66, Verum ſi voletis plauſum fabulæ huic clarũ dare, comeſſatum omnes venitote ad me ad annos ſedecim. Terentius in Eunucho, 3. 1. 52, Si quando illa dicet, Phædriã intromittamus comeſſatũ: tu, Pamphilã cantatũ prouocemus.

Comeſſatio comeſſationis, f. g. Gourmandiſe & yurongnerie qui ſe faict outre heure, principallement la collation qui ſe faict apres ſoupper. Suet. in Vitellio, Epulas trifariam ſemper, interdũ quadrifariam diſpertiebat, in ientacula, prandia, cœnas, & comeſſationes. Feſtus Pompeius, Comeſſatio à vicis quos Græci κῶμας dicunt, appellatur. in his enim habitabant prius quàm oppida conderentur: quibus in locis alij alios conuictus cauſſa inuitabant.

Comeſſator, comeſſatoris, Gourmant, yurongne, qui hors heure boit & menge apres ſoupper. Terẽ. in Adelph. 5. 2. 8, AEdepol comeſſatorẽ haud ſanè commodum, præſertim Cteſiphoni.

Comeſſabundus, Qui ſen va gourmander & yurongner, ou celuy qui eſt yurongne & rẽpli de

vin. Plin. lib. xxii, Athenis comeſſabundi iuuenes ante meridiem conuentus ſapientum frequentabant. Curtius lib. viii, Ibat vehiculis pro copia cuiuſque adornatus, comeſſabũdus exercitus, armis quæ maxime decora erant, circumpendentibus.

Comeſſans comeſſantis, idem quod comeſſator, Vng gourmãt, vng yurongne, hantant banquets de nuyt ou hors heure. Curtius, Si quid victis ſaltem aduerſus comeſſantes animi fuiſſet, mille hercle viri, modo ſobrij, ſeptem dierum crapula graues in ſuo triumpho capere potuerunt.

COMETES cometæ, m. g. Vne comette, vne eſtoille ayant cõme vne perruque & cheuelure. Lucanus lib. i, Ignota obſcuræ viderunt ſydera noctes, Ardentémque polum flammis, cæló-que volantes, Obliquas per mane faces, crinémque timendi Syderis, & terris minitãtem regna cometẽ. Virg. i. Georg. Non aliâs cælo ceciderunt plura ſereno Fulgura: nec diri toties arſere cometæ. Id eſt crinitæ ſtellæ: ait Seruius. Plin. lib. 2. Cometas Græci vocant, noſtri crinitas, horrentes, crine ſanguineo, & comarũ modo in vertice hiſpidas. Ibidem, Fit & cãdidus cometes, argenteo crine ita refulgens, vt vix contueri liceat.

COMINVS aduerbium, De pres. Cic. de ſenect. 17, Nec enim excurſione, nec ſaltu, nec eminus haſtis, aut cominus gladijs vteretur, ſed conſilio, ratione, ſententia.

Cominus, Incontinent, ſans dilation, ou delay. Virg. lib. i. georg. Quid dicam iacto qui ſemine cominus arua Inſequitur? Id eſt, ſtatim, ſine intermiſſione. Seruius.

COMIS & hoc come, Doulx, gratieux, & bening. Cicero hanc dictionẽ interpretatur in oratione pro L. Cornelio Balbo, dicens, Comes, benigni, faciles, ſuaues homines eſſe dicũtur, qui erranti comiter monſtrant viam, benigne, non grauate. comiter quidem certe, non communiter conuenit. Suet. de claris grammaticis, 7, M. Antonius fuiſſe dicitur ingenij magni, memoriæ ſingularis, nec minus græce quàm latine doctus: præterea comi, facilique natura. Cic. de ſenect. 54, Et cæteris in rebus comem erga Lyſandrum atque humanum fuiſſe.

Comitas, comitatis, f. g. Doulceur, gratieuſete, courtoiſie, humanite. Plaut. in Milite, 4. i, Mihi ad enarrandum hoc argumentum eſt comitas, ſi ad auſcultandum veſtra erit benignitas.

Ibidem, 10. 81, Dein deûm virtute euntem hoſpitio accipere, apud me eſt comitas. Selon que ie penſe, ſelon mon iugement, ceſt vne doulceur. Idem in Trinummo, 6. 73, Deûm virtute habemus & qui noſmet vtamur pater, & alijs qui comitati ſimus beneuolentibus. Cic. de Amicitia, 59, Sed amicitia remiſſior eſſe debet, & liberior & dulcior, & ad omnem comitatem facilitatémque procliuior.

Comitas, eſt in dicendo & audiendo quæ oportet, laudabilis mediocritas: vt Latini apud Ariſtotelem interpretantur. Cic. 2. de offic. Sed tamẽ difficile dictu eſt, quantopere conciliat animos comitas, affabilitáſque ſermonis. Idem in Catone maiore, Ego quidem Q. Maximum, eũ qui Tarẽtum recepit, adoleſcens ita dilexi ſenem, vt æqualem. Erat enim in illo viro comitate grauitas condita: nec ſenectus mores mutauerat.

Comiter, Doulcement, gratieuſement. Plaut. in Amphit. 16. 18, Amphitruonem arbitror, ita comiter Amphitruo accipiet, vt dudum memet ego ille alter Soſia Soſiam. Idem in Pœnulo, 12. 9, Factum à vobis comiter, bonam dediſtis aduocati operã mihi. Terẽt. in Phormione, 3. 3. 4, Itáne hunc patiemur Geta fieri miſerum, qui me dudũ, vt dixti, adiuuerit comiter? Cicero pro L. Cornelio, Qui erranti comiter monſtrant viã. Cic. de offi. i, Quod ab Ennio poſitum in vna re, tranſferri per multas poteſt, Homo qui erranti, comiter monſtrat viam, quaſi de ſuo lumine lumen accendat, facit vt nihilominus ipſi luceat, cum illi accenderit.

COMITIA comitiorũ, n. g. Vne aſſemblee de peuple, qui ſe faiſoit en vng certain lieu a Rõme, pour eſlire quelque magiſtraſt, officier, ou gouuerneur de la choſe publicque. en icelle aſſemblee on approuuoit auſſi les loix, la auſſi ſe faiſoiẽt les iugemẽs de leſe maieſte. Cic. Venio ad comitia, ſiue magiſtratuũ ſiue legum. Plaut. in Aulularia, 23. 19, Ibo intrò vbi de capite meo ſunt comitia, Ou ils ſe ſont aſſemblés pour me faire mourir.

Comitium, vt inquit Gellius, Le lieu ou ſaſſembloit le peuple, lequel lieu eſtoit vne grãde place de la ville aupres du Senat, La ſaſſembloit le peuple, & donnoit ſa voix de quelque choſe que ce fuſt, & a qui il luy plaiſoit: le lieu ou ſe faiſoit la brigue, pour eſlire les officiers & gouuerneurs de la choſe publique. Plaut. in Curc. 9. 9, Qui periurum hominem vult conuenire, mitto in comitium: qui mendacem & glorioſum, apud Cluacinæ ſacrum. Cic. pro Sextio, Cum forum, comitium, curiam, multa de nocte armatis hominibus ac ſeruis pleroſque occupauiſſent, impetum faciunt in Fabritium.

Comitiales dies, Certains iours en lan deputés & ordõnés a Romme pour aſſembler le peuple, a donner ſa voix. Dies comitiales qui comitijs habendis dicati erant: in quibus cũ populo agi

licebat, vt inquit Macrobius: & quibus populus Romanus conuenire ſolebat ad ſuffragiũ ferendum. Cic. ad Q. Fratrem, Conſecuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non poterat. Liuius lib. 25, Dictator primo comitiali die creauit conſules.

Comitialis homo, Qui hãte les aſſemblees, & les brigues pour harceler, brouiller, faire quelque trouble. Plaut. in Pœnulo, 8.7, Tot quidem non potuiſti adducere homines magis ad hanc rem idoneos. nam iſtorũm nullus nefaſtus eſt, comitiales ſunt meri: ibi habitant: ibi eos cõſpicias, quàm prætorem ſæpius. hodie doctiores nõ ſunt qui lites creant, quàm hi ſunt: qui ſi nihil eſt litium, lites ſerunt.

Comitialis morbus, La maladie que on dict de ſainct Iehã, le hault mal. Vulgo Caducus morbus. Aliâs ſacer: & morbus Herculeus, quòd Hercules eũ morbum paſſus ſit. Dictus comitialis, quòd comitia vitiare diceretur. interrumpebantur enim comitia quo die aliquis cõcidiſſet. Cato, Quod comitia prohibere ſolet, nec id quidẽ mihi vitiũ fuit. Pli. lib. x. cap. 23, Coturnicibus veratri ſemẽ gratiſſimus cibus: quam ob cauſſam dãnauere menſis, ſimulque comitialẽ propter morbum deſpui ſuetum, quem ſolæ animalium ſentiunt præter hominem.

Comitialis, Qui eſt malade de celle maladie. Plin. Fel teſtudinũ naribus illitum, comitiales erigit, attollitque. Plaut. in Bacchid. 20.51, Nunc Priamo noſtro ſi quis eſt emptor, comitialẽ ſenem vendam ego vænalem, quem habeo ẽxemplo vbi oppidum expugnauero.

Comitialiter, aduerbium. Plin. Folia heliotrophij contractionibus medẽtur, etiam ſi id comitialiter accidat, Ia ſoit que ces retraictes de nerfs ſe facent par maladie caduque, ou hault mal.

COMMANDVCO commanducas, commãducare, Macher. Plin. lib. xx, Huius cucurbitæ commanducatæ ſuccus, ſtomacho admodum prodeſt.

Commanducatur, deponens apud Lucilium legitur, pro comedit vel deuorat. Aſſequitur nec opinantem, in caput inſilit, ipſum commanducatur totum complexum. Idem, Villicum, Ariſtocratem mediaſtinum atque bubulcum commanducatur, corripit, ad incita adegit.

COMMEMINI commeminiſti, commeminit, commeminiſſe, Verbum defectiuum, Auoir ſouuenance & memoire de quelque choſe, Soy ſouuenir.

Commemini cum infinitiuo. Plaut. in Menæh. 24.16, Delirare mihi videre, non commeminiſti ſimul te hodie mecum exire è naui? Nas tu point de ſouuenãce que auiourdhuy tu es auec moy ſorti de la nauire? Idem in Curcul. 15.32, Non commemini dicere. Idem in Milit. 10.50, Incommoditate abſtinere me apud conuiuas commode commemini.

Commemini, cum genitiuo. Plaut. in Trinummo, 14.20, Non fugitiuus eſt hic homo, commeminit domi.

Commemini, accuſatiuo iunctum. Plaut. in Curc. 10.7, Et commeminiſſe ego hæc volam te. CA. memini, & mancupio tibi dabo. Idem in Amph. 4.100, Hoc adeò hoc cõmemini magis, quia illo die impranſus fui.

Commemini, abſolutum. Plaut. in Amphit. 8.104, Recte dicit, vt commeminit, ſomniũ narrat tibi. Selon quil le raconte. Terent. in Phorm. 3.2.38, Certe hercle, ſi ſatis commemini, tibi quidem olim eſt dies. Si ien ay bonne ſouuenance. Idem in Eunucho, 3.5.16, Noſtine hanc quam amat frater? A. Noui, nempe opinor Thaidem. CH. iſtanc ipſam. A. ſic commemineram. Ainſi le penſoye ie.

Commeminere dixit Plautus in Milite, 12.40, Quid iſtis nunc memoratis opus eſt commeminere melius? Queſt il beſoing dauoir meilleure ſouuenance que ceſte cy?

COMMEMORO commemoras, commemorare, Racõter, dire, faire mention, ramẽteuoir. Plaut. in Pſeudolo, 20.79, Chlamydem hanc commemores quanti conducta eſt. Plautus in Phorm. 4.5.3, Et quamobrem dem, commemorabo.

Commemorare, Reduyre a memoire, recorder quelque choſe en ſon entendement. Cic. de Senectute, 34, Pythagoreorũ more, exercendæ memoriæ gratia, quodcunque dixerim, audiuerim, egerim, commemoro veſperi.

Commemorare officia quæ contulimus, Ramenteuoir a aucun les plaiſirs que nous luy auons faict, & quaſi reprocher. Cic. de Amicitia, 62, Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium: quæ meminiſſe debet is in quem collata ſunt, non commemorare is qui contulit. Celuy qui a faict le plaiſir ne le doit point ramenteuoir.

Commemoratio commemorationis, f. g. Racontement, Ramenteuement, ou ramenteuance. Terent. in Andria, 1.1.16, Nam iſtæc cõmemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij. Cela que tu me viens ramenteuoir, ſemble vne maniere de reproche.

Commemorabilis & hoc commemorabile, Choſe digne que on en face mention, memoire, &

que elle ſoit racontee. Plaut. in Pſeud. 7.111, Priuſquam iſtam pugnam pugnabo, ego etiam prius dabo aliam pugnam claram & commemorabilem.

COMMENDO commendas, commendare, Recommander & commettre quelque choſe a aucun quil en ait cure & ſoing. Plaut. in Trinummo, 15.2, Qualine amico mea commendaui bona? probo & fideli & fido & cum magna fide. Ibidem, 4.56, Mihi commẽdauit virginem gnatam ſuam, & rem ſuam omnem, & illum corruptum filium. Idem in Captiuis, 7.86, Mihi nunc herus es, tu patronus, tu pater, tibi commendo ſpes, opeſque meas. Terentius in Eunucho, 5.9.9, Thais patri ſe commendauit: in clientelam & fidem nobis dedit ſe. Ibidem, 5.2.46, Ego me tuæ commendo & committo fidei. Cicero, Petis à me vt te quamdiligentiſſime Bibulo commendem.

Commendare alteri iuſtitiam ſuam humanitate, Viure ſi humainement enuers aucũ quil loue noſtre iuſtice, & nous ait en eſtime. Plin. epiſt. 182, Egregie facis (inquiro enim & perſeuero) quòd iuſtitiam tuam prouincialibus multa humanitate commendas. Id eſt gratiorem facis eis iuſtitiam tuam per tuam humanitatẽ. Tu fais par ton humanite que ta iuſtice leur ſoit plus aggreable.

Commendare rem aliquam, Louer & priſer quelque choſe, ou lapprouuer. Valerius Maximus libro x, Quapropter non ludicram artem commendauit. Id eſt, non probauit.

Ouidius in Triſtibus

Nullos (crede mihi) commendat imago parentum:
Non vigor in primis irreprehenſus auis.
Quin tu maiorum contendere laudibus aude:
Commendant virtus & benefacta bonos.

Commendatitius, commendatitia, commẽdatitium. Literæ commendatitiæ, Lettres de recommendation, par leſquelles on recommande vng homme, ou ſon affaire. Cic. Et ſi ſtatuerã nullas ad te literas mittere, niſi commendatitias.

Commendatrix, commendatricis, f.g. Celle qui ſe loue & ſe glorifie. Plin. epiſt. 173.a, Quacunque de cauſſa permulta in vrbe noſtra, iuxtáque vrbem, non oculis modo, ſed ne auribus quidem nouimus quæ ſi tuliſſet Achaia, AEgyptus, Aſia, aliáque quælibet miraculorũ ferax, cõmendatrix que terra: audita, perlecta, luſtratáque haberemus.

COMMENTOR commentaris, commentatuſſum, commentari, Frequentatiuum à cõminiſcor. Songer, excogiter, controuuer quelque bourde ou fineſſe en ſoymeſme. Plaut. in Caſin. 5.27, Pol amico dedi cuiquam operam, dum emit vnguenta. C. vt cito commentatus eſt: ecquid te pudet?

Commentari, Contrefaire vng autre, faire comme faict vng autre. Plaut. in Pœnulo, 2.1, Achillem Ariſtarchi mihi commentari lubet: Inde mihi principium capiam in comœdia. Ie veulx vſer dauthorite que Achilles vſoit.

Commentari aliquid, Penſer fort a quelque choſe, mediter & contempler comme elle va, ou comme elle ſe pourra faire & porter. Plautus in Truculento, 2.48, Diſcant, dum mihi commentari id liceat, ni oblitus ſiem quod dedi. A. interea magiſter, dum tu commentabere, vult interim illam indidem commentari, qui rem acciperet identidem. Il me fault penſer a cela, ſi ie nay rien oublie de ce que iay baille. Cic. ad Marium, Et ipſe quidem multos iã annos nihil aliud commentor.

Commentari, Diuiſer, diſputer, & traicter de quelque choſe enſemble. Cic. de Amicitia, 7, Eóque magis quòd his proximis Nonis cum in hortos D. Bruti auguris commentandi cauſſa, vt aſſolet, veniſſemus, tu non affuiſti.

Commentus pro commonitus, apud Plautum in Amphit. 11.26, Fac Amphitruonem huc aduenientem ab ædibus vt abigas quouis pacto, fac cõmentus ſies. Nonius Marcellus. Corrupte communitus apud Nonium legitur.

Commentum commenti, n.g. Choſe controuuee, quelque inuention, quelque faintiſe, ou menſonge controuuee apres y auoir bien penſe. Terent. in And. 1.3.20, Mihi quidem hercle non fit veriſimile: atque ipſis commentum placet.

Commentatio commentationis, f.g. Meditation, penſement, contemplation. Cic. in Tuſcul. Nihil eſt enim quod tam obtundat eleuétque ægritudinẽ, quàm meditatio conditionis humanæ, quàm vitæ lex, commentatióque pereundi.

Commentari, Penſer & mediter a quelque choſe.

Commentarius, m.g. vel commentarium, commentarij, n.g. Vng regiſtre, vng iournal, vng memorial, vng liure ou nous eſcripuons tous nos affaires en brief, cõme miſes & receptes, & autres choſes qui nous ſuruiennent, pour memoire, tout ainſi comme elles viennent, ſans autre ordre. Dicitur & diarium & ephemeris actionum noſtrarum. Quod latine regeſtum dici poteſt, cum Quintilianus regerẽdi verbo vtatur. Huiuſmodi autem librum factitaſſe ſibi principes Romanos multis authoritatibus probari poteſt. Suet. in Tiberio, Commẽtario quem de vita ſua ſummatim breuiterque compoſuit, auſus eſt ſcribere Seianum ſe puniſſe, quòd cõperiſſet furere aduerſus Germanici liberos filij ſui. Tacitus, Signo vltionis in delatores dato petit à Cæſare Iunius Maricus, vt commentariorum principalium poteſtatem ſenatui faceret, per quos noſceret quem quiſque accuſandum popoſciſſet. De commentarijs Claudij & Neronis loquitur. Plin. epiſt. 108, Corrupto enim ſcribæ ſeruo, interceperat commentarios, interciderátque, ac per ſummum nefas vtebatur aduerſus amicum crimine ſuo.

Inde commentarij Cæſaris dicti, in quibus res eius in Gallia & bello ciuili geſtæ non late & plene enarrantur, ſed veluti perſtringũtur. Cælius ad Ciceronem, Quam quiſque ſententiam dixerit, in commentario eſt rerum vrbanarum: è quo tu quæ digna ſunt, ſelige.

Commentarium paulo plenius, Vng memorial, ou memoire bien ample de quelque affaire, ou ſont contenus les articles pour en ſouuenir. Cic. Ipſa illa cenſoria cõtra Caium Domitium collegam non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum & orationis commentarium paulo plenius. Idem ad Luceium, lib. v. epiſt. Si enim ſuſcipis cauſſam, cõficiam commentarios rerum omnium. ſin autem differs me in tempus aliud, coràm tecum loquar.

Conficere commẽtarios, Faire vng memoire ou pour ſoy, ou pour les affaires dautruy. Cicero in proximo exemplo.

Referre in commentarios, Enregiſtrer. Traianus ad Plinium, Dediſſe me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione qua aſſueui, referri in commentarios meos iuſſi.

Scribere commentarios, Faire vng regiſtre & vng iournal. Plinius in epiſtola 139. b, Quærente minaciter Mettio Caro an rogaſſet: reſpondit, Rogaui. an commentarios ſcripturo dediſſet, Dedi.

Commentariolus commentarioli, diminutiuum, Vng petit iournal & regiſtre. Cic. in prima Antoniana, An in commentariolis & chirographis & libellis ſe vno authore prolatis acta Cæſaris firma erunt? quæ ille in æs incidit, in quo populi iuſſa, perpetuáſque leges eſſe voluit, pro nihilo habebuntur? His verbis Cicero ſignificat commentarios priuatam eſſe memoriam: Acta autem debere eſſe memoria publica teſtata, quæ in ærario eſſe ſolebant.

Commentarienſis, huius commentarienſis, m.g. Qui in commentarium cuſtodias referebat, & veluti diarium cuſtodiarum conficiebat. Le geolier dune priſon.

Commentitius, commentitia, commentitium, Choſe fainte & tout nouuellement cõtrouuee, de laquelle iamais on nauoit ouy parler. Suet. in Claud. Spectacula complura, magnificáque edidit: non vſitata modo, ac ſolitis locis, ſed etiam commentitia, & ex antiquitate repetita.

COMMEO commeas, commeaui, cõmeatum, commeare, eſt vltro citróque ire, vt ait Feſtus. Aller & venir, mais principalement pour retourner incontinent au lieu de ſa demourance. Columella lib. 1, Multum cõferre agris iter commodum: Primum (quod eſt maximum) ipſam præſentiam domini: qui libentius commeaturus ſit, ſi vexationem viæ non reformidet. Plaut. in Curculione, 8. 28, Nam illæc ad me catapultæ crebro commeant. Idem in Rudente, 9. 17. Cũ iſtiuſmodi virtutibus, operíſque natus qui ſit, eum ad carnificem eſt æquius, quàm ad Venerem commeare. Terent. in Hecyra, 1. 2. 100, Rus abdidit ſe: huc raro in vrbem cõmeat. Idem in Heaut. 3. 1. 35, Primum, olim potius, quàm paterere filium cõmeare ad mulierculam, quæ paululo tum erat contenta, cuíque erant grata omnia, proterruiſti hinc.

Commeare viam ſcrupuloſam. Plaut. in Captiuis, 4. 82, Nam meus ſcrupuloſam victus commeat viam. Id eſt aſperrimus eſt victus meus. Mon ordinaire de boire & de mãger, ma portion eſt fort rude. Iocus Plautinus per Metaphoram.

Commeatus commeatus commeatui, m.g. Donatus, Commeatus eſt ex aliqua cõmoratione tẽporalis abſceſſus. Feſtus Pomp. Commeatus dari dicitur, id eſt tempus quo ire & redire quis poſſit. Sauconduit que baille le capitaine a vng gendarme pour aller la ou il veult iuſques a vng temps dict, auquel fault quil retourne. Cicero ad Herennium, Ille qui ad diem commea-

tus nõ venit, quòd eum aquæ intercluſiſſent. Liuius lib. xxiii, Magna pars ſine commeatibus dilabebatur.

Commeatum petere, Demander ſauconduit. Traianus Plinio, 226, Et multas, & omneis publicas cauſſas petendi commeatus reddidiſti.

Commeatus, Les viures pour vne armee, ou pour la prouiſion cõmune dune ville, aucunefois la prouiſion dung chaſcun en particulier. Plautus in Epid. 8.7, Et ego hinc migrare ceſſo, vt importem in coloniam, hunc auſpicio meo commeatum? Salluſt. Si vincimus, omnia nobis tuta erunt, commeatus abunde. Plaut. in Capt. 13.57, Non ego nunc paraſitus ſum, ſed regum rex regalior, Tãtus ventri cõmeatus meo adeſt in portu cibus. Videtur hoc loco, cibus, genitiui caſus eſſe, vt ſit, commeatus cibus pro cibi: & commeatum latiori ſignificato, pro apparatu accipit. Appareil. Cic. pro Lege Manilia, Iam cõmeatu & priuato & publico prohibemur.

COMMERCOR commercaris, commercari, Acheter pluſieurs choſes enſemble, ou faire marchandiſe auec vng autre. Plaut. in Capt. 1.3, Pater captiuos commercatur alios, tantum ſtudens vt natum recuperet.

Commercium, commercij, n. g. Affaire, & negoce de marchandiſes que on ha enſemble. Plin. in Paneg. 47, Diuerſáſque gentes ita commercio miſcuit, vt quod genitum eſſet vſquam, id apud omnes natum eſſe videretur.

Commercium, Affaire, acointance. Plaut. in Bacchid. 2.9, Quid tibi cõmercij eſt cum dis dãnoſiſſimis? Cic. de ſenect. 38, Impedit enim conſilium voluptas rationi inimica, ac mentis, vt ita dicam, præſtringit oculos, nec habet vllum cum virtute cõmercium. Plaut. in Truculento, 3.57, Cum ea quoque etiam mihi fuit commercium. Idem in Aulul. 20.4, Quid tibi mecum eſt commercij ſenex? Quel affaire as tu auec moy? Idem in Rudente, 18.18, Quid mihi cum veſtris legibus commercij eſt? Quay ie affaire de vos loix? Quel beſoing ay ie de vos loix?

COMMEREO commeres, commerui, commeritum, commerere, neutrum: Vel commereor deponens, idem ſignificãt, Meriter quelque mal par auoir offenſé & peché. Terentius in And. 1.1.112, Quid feci? quid commerui aut peccaui pater?

Commerui vt. Terent. in Hecyra, 4.2.4, Verum ita me di ament, itáque obtingant ex te quæ opto mihi, vt nunquam ſciens commerui, merito vt caperet odium illa mei. Iamais a mon eſcient ie ne feis le parquoy elle me peuſt iuſtement prendre en haine.

Commereri aliquid erga alium, Commettre quelque faulte enuers aucun. Terent. in Hecyra, 3.5.36, Quæ nunquã quicquam erga me commerita eſt quod nollem, & ſæpe quod vellem, meritam ſcio. Iamais ne me feit contre mon vouloir choſe qui me deuſt deſplaire.

Commereri culpam, Commettre quelque faulte. Donatus, Commeruiſſe culpam, pro commiſiſſe. Plaut. in Aulul. 26.8, Fateor me peccauiſſe, & me culpã commeritum ſcio: id adeò te oratũ aduenio, vt animo æquo ignoſcas mihi. Idem in Capt. 7.43, Me hic valere, & tu te audacter dicito Tyndare, inter nos fuiſſe ingenio haud diſcordabili, neque te commeruiſſe culpam, neque me aduerſatum tibi, beneque hero geſſiſſe morẽ. Terẽt. in Phorm. 1.4.30, Nam ſi te ſenſerit timidum pater eſſe, arbitrabitur cõmeruiſſe culpam. Il ſe penſera que tu ayes faict quelque faulte.

Commereri culpã de aliqua re. Terent. in Hecyra, 4.4.9, Ah nullam de his rebus culpã commeruit tua, à Myrrhina hæc ſunt mea vxore exorta omnia. Ce neſt nullemẽt la faulte de ta fẽme que ces choſes ont eſte ainſi faictes. ce neſt point ſa faulte de ces choſes cy, quãt a cecy.

Commerere culpam in ſe, Commettre quelque faulte dauenture en ſoy. Plaut. in Mercatore, 20.12, Ecaſtor faxim, ſi itidem plectantur viri, ſi quis clam vxorem duxerit ſcortum ſuã, vt illæ exiguntur, quæ in ſe culpam commerent: plures viri ſint vidui, quàm nunc mulieres.

Commerere gratiam, Meriter que on nous face grace, & que on nous pardonne. Plaut. in Menæchmis, 16.56, Hãc modo vnã noxiam vnã, quæſo, fac cauſſa mea: quid grauaris, quaſi gratiam non commeream?

COMMETIOR commetiris, commẽſuſſum, cõmetiri, Meſurer, prendre la meſure. Plaut. in Moſtell. 11.7, Quin ego ipſe & Philolaches in publico omnes porticus commenſi ſumus.

COMMETO commetas commetare, Idem quod commeo. Nouius Bubulco cerdone, Cũ ad lupam noſtram tam multi credo commetant lupi. Afranius Virgine, Quò tu commetas? vbi confixus deſides? Nonius Marcellus. Obſoletum verbum.

COMMIGRO commigras, cõmigrare, Changer de domicile, ſen aller demourer dung lieu

en autre. Plau. in Perſa, 4.56, Nondũ ſex menſes Megaribus huc eſt quum cõmigrauit, Il ny a point encore ſix mois qui eſt venu de Megara demourer icy. Idem in Trinumm. 14.74, Callicles, cui tuam rem cõmendaueras, is habitatum huc commigrauit, nóſque exturbauit foras. Terent. in Adelph. 4.5.15, Neque enim diu huc commigrarunt. Il ny a pas long temps quils ſont venus icy demourer. Idem in And. 1.1.43, Interea mulier quædam ab hinc triẽnium ex Andro commigrauit huc viciniæ, inopia, & cognatorum negligentia coacta.

COMMILITO commilitas, commilitare, Hanter la guerre auec les autres.

Commilito commilitonis, m.g. Vng compaignon de guerre, qui hante la guerre auec dautres. Suet. in Cæſare, Nec milites ſuos pro concione, ſed blandiore nomine, cõmilitones appellabat, tanquam & ipſe vnus eſſet ex numero militum.

Commilitium commilitij, n.g. Lexercitation & frequentation de la guerre auec dautres, ou le temps quon a hante le train de la guerre. Plin. epiſt. 243, Parciorẽ me in laudando facit, quòd ſpero tibi & integritatem eius, & probitatẽ, & induſtriam, non ſolum ex eius honoribus, quos in vrbe ſub oculis tuis geſſit, verumetiam ex commilitio eſſe notiſſimã. Id eſt, ex militia eius, vel ex tempore diuturno quo militauit. Iuſtinus lib. v, Deinde cogitationes legum ſacrarũ, tum vetuſti per tot bella commilitij, orat miſereatur ciuium exulum.

COMMINISCOR comminiſceris, cõmentuſſum, comminiſci, Songer, inuenter, controuuer, & faindre quelque choſe qui ſoit vray ſemblable. Plaut. in Capt. 10.15, Quid machiner? quid comminiſcar? Idem in Pſeud. 10.23, Di immortales, orichalco contra non carum fuit meum mendacium hic modo quod ſubito commentus fui. Terentius in Heaut. 4.6.8, Vt te omnes equidem di, deæque, quãtum eſt Syre, cum iſtoc inuento, cúmque incœpto perduint: huiuſmodi mihi res ſemper cõminiſcere, vbi me excarnufices. Idem in Hecyra, 3.1.53, Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali capiti atque ætati illorũ, morbus qui auctus ſiet. Plaut. in Epid. 5.93, Quid ego iam, niſi te commentum nimis aſtute intelligo? Terent. in Adelphis, 4.5.23, Commenta mater eſt eſſe ex alio viro neſcio quo puerum natum.

Comminiſci, Deuiner la cauſe de quelque choſe apres y auoir fort penſe. Plau. in Aulul. 4.30, Nec nunc mecaſtor quid hero ego dicam meo malæ rei eueniſſe, quámve inſaniam, queo cõminiſci, ita me miſeram ad hunc modũ decies die vno ſæpe extrudit ædibus. Ie ne puis ſonger ne deuiner quelle folie luy eſt aduenue.

Comminiſci aliquid de ſua ſententia vt. Cõtrouuer quelque choſe de ſa teſte, ou de ſa fantaſie. Plaut. in Capt. 2.48, itaque hi commenti de ſua ſententia, vt in ſeruitute hic ad ſuum maneat patrem.

COMMINVO, comminuis, comminui, cõminutum, comminuere, Mettre en pieces & morceaux, faire bien menu, menuyſer. Plaut. in Bacchid. 22.30, Heus Bacchis, iube lis actũtum aperiri, niſi mauultis foreis & poſtes comminui ſecuribus. Idem in Sticho, 14.9, Hoc conuiuium eſt pro opibus noſtris ſatis commodule, nucibus, fabulis, ficulis, olea interrupto lupillo, comminuto cruſtulo, ſat eſt ſeruo homini.

COMMISCEO commiſces, commiſcui, commiſtum, vel cõmixtum, commiſcere, Meſler ou braſſer aucunes choſes enſemble. Plaut. in Perſa, 4.7, Commiſce mulſum, ſtruthea, colluthea que appara.

Commiſcere aliquid cum altero, Se meſler en quelque affaire auec aucun. Plaut. in Rudente, 13.3, Qui homo hominem ſeſe miſerum & mendicum volet, Neptuno credat ſeſe, atque ætatem ſuam. nam ſi quis cum illo quid rei commiſcuit, ad hoc exemplum amittit ornatum, domum. Si aucun ha quelque affaire auec luy: ſi aucun ſe meſle auec luy, il le renuoit a la maiſon acouſtre comme vous me voiés.

Commiſcere animũ alterius cum ſuo, Aimer vng autre cõme ſil neſtoient que vng cueur, vng courage, vne volunte. Cic. de Amicitia, 68, Quanto id magis in homine fit natura, qui & ſeipſe diligit, & alterum acquirit, cuius animum cum ſuo commiſceat, vt efficiat penè vnũ de duobus? Metaphora.

Commiſcere conſilium cum aliquo, Se meſler du cõſeil de quelcun. Plaut. in Milit. 8.66, Ego abeo, ne quid tecum conſilij commiſceã: atque apud hũc vicinũ tuæ mihi turbæ nõ placent.

COMMISERESCO commiſereſcis, commiſereſcere, Auoir pitie & compaſſion daucun. Terent. in Hecyra, 1.2.54, Ibi demum ita ægre tulit, vt ipſam Bacchidem, ſi adeſſet, credo ibi eius commiſereſceret. Ennius, Seruos & veſtrum imperium, & fidem Myrmidonum vigiles commiſereſcite.

COMMITIGO cõmitigas, cõmitigare, Adoulcir, faire gratieux celuy qui eſt fier & rebelle.

Commitigare caput ſandalio. Terent. in Eunucho, 5.8.4, Exemplum placet: vtinam tibi commitigari videam ſandalio caput. Id eſt calciamento illo verberari, tundendóque deprimi.

COMMITTO committis, commiſi, commiſſum, committere, Mettre enſemble, ioindre. Plin. epiſt. 258, Ego per eadem loca inuenio foſſam à rege percuſſam, ſed incertum vtrũ ad colligendum humorem circum iacentium agrorum, an ad committendum flumini lacum. Gellius, Gordium nomen eſt vrbis, quam Sagarius amnis interfluit: magna ex parte cingitur fluctibus, ſpeciem inſulæ præbet: ac niſi tenue diſcrimen obijceret, maria quæ nunc diuidit cõmitteret. Virg. Delphinum caudas vtero commiſſa luporum.

Committere, Ad contentionem & cõcertationẽ exhibere, Mettre enſemble aucuns, & les faire combattre lung contre lautre. Suet. de claris grammat. 17, Ad exercitãda diſcentiũ ingenia æquales inter ſe committere ſolebat. Idem in Claud. Circenſes etiã frequenter in Vaticano commiſit, nonnunquam interiecta per quinos miſſus venatione.

Committere, Inciter deux parties lune contre lautre, les inciter, & mettre en debat. Suet. in Calig. Non ceſſauit ex eo criminari alterum alteri, & inter ſe omnes committere, Les faire combatre entre eulx. Les meſler a ſe batre les vngs contre les autres.

Committere, Confiſquer. Cic. in Verrem, actione tertia, Eſt in eo teſtamento, quo ille hæres eſſet, ſcriptũ vt ſtatuas in palæſtra deberet ponere, faciemus vt palæſtritæ negent eſſe poſitas, petant hæreditatem, quòd eam palæſtræ commiſiſſe dicant. Idem in eundem, act. 2, Is calumniatores ex ſinu ſuo oppoſuit, qui illam hæreditatem Veneri Ericinæ commiſſam eſſe dicerent. Paulus de negotijs geſtis, Si periculũ erat ne prædia in publicũ committerentur.

Committere, Bailler en garde, & ſoy fier a aucun de quelque choſe. Donatus, Cõmittimus quæ cum magno periculo volumus eſſe ſeruata. Terent. in Andria, 1.5.61, Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei. Ibidem, 1.4.3, Sane pol illa temulenta eſt mulier & temeraria: nec ſatis digna, cui committas primo partu mulierem. Idem in Heaut. 5.2.13, Vbi, cui decuit primo, tibi non licuit per te mihi dare, abij ad proximos tibi qui erãt: eis cõmiſi & credidi. Plaut. in Trucul. 18.16, Sed tamen cogitato mus puſillus quàm ſit ſapiẽs beſtia, ætatem qui vni cubili nunquam committit ſuam: quaſi vnum obſideatur, aliũde perfugium gerit. Terent. in And. 3.5.3, Atque hoc confiteor, iure obtigiſſe: quandoquidem tam iners, tam nulli conſilij ſum. ſeruón' fortunas meas me commiſiſſe futili?

Committere ſe in fidem alicuius, Soy mettre en la protection & ſauuegarde dung autre. Terent. in prologo Hecyræ, 53, Studium ſuum & ſe in veſtram commiſit fidem. Idem in Hecyra, 1.2.34, Nũquam dices tam commode, vt tergum meum tuam in fidem committã.

Committere ſe fidei alicuius, Idem. Terent. in Eunucho, 5.2.46, Ego me tuæ commendo, & committo fidei.

Committere caput ſuum in tutelam alicuius, Idem quod committere ſe in fidem. Plautus in Rudente, 16.11, Veſtram iterum imploro fidẽ, qui prope hic adeſtis, quique auditis clamorem meum, ferte ſuppetias, qui Veneri, Veneriæque antiſtæ more antiquo in tutelam ſuum commiſerunt caput, Qui ont mis leur vie en la protection & ſauuegarde de Venus.

Committere vt aliquid fiat, Faire le parquoy quelque choſe ſe face, ou aduienne. Plaut. in Aulularia, 13.2, Hoc quidem hercle quoquò ibo mecũ erit, mecum ferã: neque id in tantis periculis vnquam cõmittam vt fiet. Idem in Trinummo, 10.76, Id me commiſſurum vt patiar fieri, ne animũ induxeris. Cic. lib. 2. offic. Periculoſum ipſi eſt, tũ etiam ſordidũ ad famã, cõmittere vt accuſator nominetur. Faire le parquoy on lappelle vng accuſeur ordinaire.

Quia commiſi vt me defrudes, ad eam rẽ affectas viam, Pourtãt que ie me ſuis laiſſe deceuoir, tu cerches de me tromper encore, tu pourchaſſes encore cela. Plaut. in Menæh. 15.12.

Committere, Faire, offenſer, pecher contre aucun. Cic. in Verrem, act. 3, Ego etiam quæ tu ſine Verre commiſiſti, Verri crimini daturus ſum. Virg. lib. 1. AEneid. Quid meus AEneas in te committere tantum? Quid Troes potuere?

Committere gnatam ſuam vxorem alicui, Bailler ſa fille en mariage a aucun. Terent. in And. 1.5.6, Quid Chremes, qui denegarat ſe commiſſurum mihi gnatam ſuam vxorem? id mutauit, quoniam me immutatum videt.

Committere flagitia, Faire meſchantetés. Plin. epiſt. 5.2, Sub quo non minora flagitia commiſerat, quàm ſub Nerone, ſed tectiora.

Committere ludos, Cõmencer le ieu. Plaut. in Perſa, 12.24, Puere à ſummo ſeptenis cyathis committe hos ludos: moueamus, propera.

Committere iurgia, Tenſer enſemble, auoir noiſe lung a lautre. Plaut. in Menæh. 17.15, Nec pol filia vnquam accerſit patrem ad ſe, niſi quid commiſſi adiurgij eſt cauſſa.

Committere bellum, Suſciter, & mettre guerre entre deux gens ou peuples. Inde bellum commiſſum apud Liuiũ, id eſt (vt vulgo dicunt) guerra aperta, Guerre ouuerte: cũ aliqua iniuria laceſſente bellum inter duos populos irritatur, qua ſique re ipſa inducitur.

Cõmittere prælиũ, Ioindre les deux armees aduerſaires, entrer en champ de bataille, commencer a ruer les coups. Salluſt. Quibus dictis, mox prælиũ cõmiſere. Apres les quelles choſes dictes ils cõmencerent a choquer, a bailler le choc. Plautus per metaphorã, in Perſa, 4.31, Sed quid ceſſamus prælium committere? Pourquoy eſt ce que nous targeons tant de aſſaillir ceſte viande, & a manger?

Cõmittere incõmoda ſua legibus, Remettre ſes dommages a la loy, la laiſſer bailler telle punition quelle vouldra a ceulx qui nous ont endommage. Cic. in Verrem, actione 3, Lampſacenos in iſtum nunquam vlla res mitigaſſet, niſi eum pœnas Romæ daturũ credidiſſent. Etſi talem acceperãt iniuriam, quam nulla lege ſatis digne perſequi poterant, tamen incommoda ſua veſtris committere legibus & iudicijs, quàm dolori ſuo permittere maluerunt. Ils ont mieulx aime que vous iugés & puniciés ſelon vos loix ceulx qui leur ont faict dõmage, que de les auoir puni ſelon la doleur quils en ont.

Cõmiſſus commiſſa cõmiſſum, Baille en garde. Cic. pro M. Fonteio, Frugi igitur hominem iudices, frugi inquam, & in omnibus vitæ partibus moderatum, ac temperãtem, plenum pudoris, plenum officij, plenum religionis videtis poſitum in veſtra fide ac poteſtate: atque ita vt cõmiſſus ſit fidei, permiſſus poteſtati.

Commiſſum bellum: Apud Liuium, Guerre ouuerte, vt ſuprà dictum eſt.

Commiſſa commiſſorum, Confiſcations, Apud iureconſ. in titulo de publicanis.

Commiſſa, peccata dicuntur. Aſconius, Cõmiſſa dicuntur facta contra voluntatẽ conditoris.

Cõmiſſio commiſſionis, Exhibitio erat binorum poetarũ vel oratorũ ad ingenij oſtentationem. Has commiſſiones ſcenicas ſcilicet & poeticas & etiam ludicras, prætores ludis præſidẽtes faciebant. Les ieux & aſſemblees, eſquelles ſe exercoiẽt les orateurs, les poetes, les ioueurs, a qui emporteroit la victoire chaſcun en ſon art, & en ſa faculté. Suet. in Auguſto, Componi tamen aliquid de ſe, niſi & ſerio & à præſtantiſſimis offendebatur: admonebátque prætores, ne paterentur nomen ſuum commiſſionibus obſolefieri. Plin. epiſt. 144.b, Proximis ſacerdotalibus ludis productis in commiſſione pãtomimis, quum ſimul theatro ego & Quadratus egrederemur, ait mihi, Scis me hodie primum vidiſſe ſaltantem auiæ meæ libertum.

COMMODVM commodi, n.g. Vtilite, prouffit, Gain, acqueſt. Cic. ad Heren. lib. 2, Cauſſa eſt quæ induxit eum, commodorum ſpe aut incommodorum vitatione. Ibidem, Hic accuſator in ſpe commodi cupiditatẽ oſtendit aduerſarij, & in vitatione incommodi formidinem augebit. Terent. in And. 3.3.42, Si iſtuc animum induxti eſſe vtile: nolo tibi vllũ commodũ in me claudier. Idem in Hecyra, 3.5.31, Nunc me pietas matris potius commodum ſuadet ſequi. Lucretius, Cõmoda præterea patriai prima putare. Terent. in And. 4.1.4, Hoccine credibile eſt, aut memorabile, Tanta væcordia innata cuiquam vt ſiet, vt malis gaudeãt: atque ex incommodis alterius, ſua comparent vt commoda?

Commodũ, Bien, bon, conuenable, en temps, opportunite. Plaut. in Amphit. 9.2, Ego ſum ille Amphitruo, cuius eſt ſeruus Soſia: idem Mercurius qui ſit quãdo cõmodũ eſt. Ibidem, 7.5 Tuus ſum: proinde vt commodum ſiet, lubet quicquid facias, Comme bon te ſemblera. Idem in Trinummo, 15.18, Hic homo eſt omnium hominũ præcipuus, voluptatibus gaudiſque anteponendus: ita cõmoda quæ cupio eueniunt. Tant vient bien a point tout ce que ie deſyre. Terẽt. in Eunucho, 2.3.80, Tu illis fruare commodis, quibus tu illum dicebas modo, cibum vnà capias, adſis, tangas, ludas, propter dormias. Prens la reſiouyſſance de ces biens que tu diſois maintenant quil prenoit.

Commodum id non eſt, Cela ne ſe peult aiſeement, ou bonnement faire, il neſt pas facile. Terentius in Eunucho, 3.2.47, Diligenter Pythias fac cures, ſi Chremes huc forte aduenerit, vt ores, primum vt maneat: ſi id non commodum eſt, vt redeat: ſi id non poterit, ad me adducito. Idem in Phorm. 5.9.42, Quid mihi nunc affers quãobrem expectẽ, aut ſperẽ porro non fore? P. exequias Chremeti: quibus eſt commodum ire, iam tempus eſt, Ceulx qui ont lopportunite, Qui ont le temps & le loyſir dy aller. Idem in Heaut. 1.1.109, Nunc ſi commodum eſt, Dionyſia hic ſunt, hodie apud me ſis volo.

Commodus commoda commodum, adiectiuum.

Commodus capillus, Cheueulx accouſtrés, pignés, & agencés. Plaut. in Moſtell. 4. 97, Vbi tu commodes, capillum commodum eſſe credito.

Commodus cõuiua, Id eſt facilis & tractabilis, Gratieux hoſte, facile, traictable, qui neſt point faſcheux ne difficile en viande ou a ſeruir. Plaut. in Milite, 10. 47, Cauillator facetus, vel cõmodus conuiua item ero. Idem in Pœnulo, 9. 2, Iam iſtuc ego reuortar miles: cõuiuas volo reperire nobis commodos vnà ſient.

Commoda & faceta mulier. Terent. in Heaut. 3. 2. 10, Mulier commoda & faceta hæc eſt meretrix. c. ſane idem viſa eſt mihi.

Commodus homo, Hoc eſt facilis & tractabilis, Gratieux, facile, traictable, raiſonnable, & de bonne ſorte. Plaut. in Pſeudolo, 7. 28, Quàm vere pauci eſtis homines cõmodi. hem illuc eſt patrem eſſe, vt æquior ſis filio.

Commodus homo, Qui vient tout a point en quelque affaire, & a lheure quil falloit. Terẽt. in Andr. 5. 2. 3, Ego commodiorem hominem, aduentum, ad tempus non vidi.

Commodus, Qui ſe porte bien de ſa maladie. Plin. epiſt. 69. a, Huic illa ita funus parauit, ita duxit exequias, vt ignoraret maritus. quin imò, & quoties cubiculum eius intraret, viuere filium, atque etiam commodiorem eſſe ſimulabat. Elle faiſoit ſemblãt quil ſe portoit mieulx que parauant.

Commodis moribus homo, Vng hõme de bonne ſorte, de bonne cõdition, de doulces meurs, auec qui on vit facilement & accordent on bien aiſe. Cic. de Amicitia, 49, Atque hoc quidem videre licet, eos qui antea commodis fuerũt moribus, imperio, poteſtate, proſperis rebus immutari, ſperníque ab ijs veteres amicitias, & indulgere nouis.

Commoda ſtatura homo, Vng homme de bonne grandeur, ne trop grand, ne trop petit. Plaut. in Aſinaria, 8. 20, Macilentis malis, ruffulus, aliquantum ventrioſus, truculentis oculis, commoda ſtatura, triſti fronte.

Commodum aduerbium, id eſt opportune, in ipſo tempore. Tout a point, a lheure meſme quil falloit, Alors. Plautus in Mercatore, 4. 101, Si iſtâc ibis, commodum obuiam venies patri. Idem in Milite, Hem, teipſum quæro: commodum vir lepidiſſime. Idem in Caſin. 14. 3, Ad te hercle ibam. s. commodum: atque hercle ego ad te. Tu viens tout apoint. Idem in Rudente, 30. 31, Talentum argenti commodum magnum inerat in crumena. De bonne auẽture, ou ſi bien aduint que iauoye. Terent. in Eunucho, 2. 3. 51, Cum huc reſpicio ad virginẽ, illa ſeſe interea commodum huc aduerterat in hanc noſtram plateam. Donatus, Commodum, ipſo, eodémque tempore, eodem tempore quo hoc agebatur. Cic. Attico, Commodum diſceſſerat Hilarius librarius.

Cõmodum obſonare, Acheter viandes par raiſon, autãt quil en fault, ſans ſuperfluite, ſans excés. Plaut. in Milit. 10. 154, Si certum eſt tibi, commodum obſona, nec magno ſumptu: mihi quod vis ſat eſt.

Commodum, ſequente cum, ſignificat vix, vel tantum. Cic. Attico, Commodum ad te miſerã Demeam cum heros ad me venit. Eidem, Commodum ad te dederam literas de pluribus rebus cum ad me bene mane Dionyſius fuit. Eidem, Commodum diſceſſeras heri, cum Trebatius venit. Tu ne faiſois hier que de partir, ou a grand peine eſtois tu parti quant &c

Commode, aduerbiũ, Idem quod commodum. Plaut. in Epid. 11. 25, Inique iniurius es. P. quid iam? M. quia tuæ memoriæ interpretari me æquũ cenſes. P. commode. M. mira memoras. Ceſt bien a propos, ceſt bien dict. Per ironiam dictum. Idem in Bacchid. 2. 22, Magis vnum in mente eſt mihi nunc, ſatis vt cõmode pro dignitate obſonij hæc concuret coquus. Que le cuyſinier apreſte bien a point cecy.

Commode in exemplis ſequentibus ſignificat bene, vel potius optime, vel apte.

Commode cogitare. Terent. in prologo Heaut. 14, Sed hic actor tantum potuit à facundia, quantum ille potuit cogitare commode.

Commode dicere. Terent. in Hecyra, 1. 2. 33, Nunquam dices tam commode, vt tergũ meum tuam in fidem committam. Id eſt tam apte, Tu ne ſauroís iamais ſi bien iaſer, que ie &c.

Commode legere. Plin. epiſt. 21 1, Explica æſtum meum: audio me male legere duntaxat verſus: orationes enim commode, ſed tanto minus verſus.

Commode ſcribere. Plin. epiſt. 9. b, Neminem ipſe reprehendo, niſi vnũ me, cum parum commode ſcribo.

Commode tractare. Plin. epiſt. 39, Me prædia materna parum commode tractant, delectant tamen vt materna.

Commode valere, apud Plinium lectum eſt in epiſtolis.

Commode verba facere. Plaut. in Pœnulo, 18.49, Vt pudice verba fecit, cogitate & commode. Elle a dict choſes bien a propos.

Commode cadere, Id eſt opportune ſuccedere. Cic. in Verrem, Hoc adhuc percommode cadit. Cecy ſe porte encore bien iuſques a maintenant.

Commodius. Terentius in Phormione, 4.2.13, Commodius eſſe opinor duplici ſpe vtier. Ibidem, 5.3.31, Sic pol commodius eſſe in omnes arbitror, quàm vt cœperas, manere hanc. Ie penſe que ceſt le mieulx pour tretous, que cõme tu auois cõmence &c. Idem in Heaut. 3.2.48, Nunquam commodius vnquam herum audiui loqui: nec cum malefacerem, crederem mihi impunius licere. Iamais ie ne ouy mieulx parler mon maiſtre.

Commodule, aduerbium, diminutiuum à commode. Plaut. in Rudent. 12.11, Commodule melius, tandē verò ſerio. Vng peu plus a point, vng peu mieulx. Idem in Sticho, 14.8, Hoc conuiuium eſt pro opibus noſtris, ſatis commodule nucibus, fabulis, ficulis, olea interrupto lapillo, comminuto cruſtulo ſat eſt ſeruo homini.

Commoditas cõmoditatis, f.g. Opportunite, temps propre & a point pour faire quelque choſe. Plaut. in Pœnulo, 14.95, Potin' vt taceas? s. taceo atque abeo. M. mihi cõmoditates creas. Tu fais que iay le temps a ſouhait a faire ce que ie veulx faire.

Commoditas, Prouffit, & vtilite. Terent. in And. 3.3.38, Nempe incommoditas denique huc omnis redit: ſi eueniat, quod di prohibeãt, diſceſſio. at ſi corrigitur, quot cõmoditates, vide. Id eſt quot commoda, quot bona.

Cõmoditas hominis, Facilite, courtoiſie par laquelle on ſaccorde a tout ce que vng autre veult. Terent. in Adelph. 4.5.75, Hem, itaque adeò magnam mihi iniecit ſua commoditate curã, ne forte imprudens faciam quod nolit: ſciens cauebo. Id eſt ſua erga me facilitate & mãſuetudine. Verba ſunt AEſchini de Mitione legitimo patre indulgentiore.

Commodo commodas, commodare, Faire prouffit a aucun. Cic. ad filium, Cui ego, quibuſcunq; rebus potero, libentiſſime commodabo. Idem Cæſari, Quicquid ei commodaueris, erit mihi gratum. Id eſt quacunque in re profueris ei.

Commodare, Preſter quelque choſe a aucun, ſoit vaiſſelle, argent, ou froument & autres telles choſes. Plaut. in Aſinaria, 9.39, Scyphos quos vtendos dedi Philodamo, retulitne? LY. non etiam. LE. hem nũc, ſi velis da commoda homini amico. Ibidem 12.134, Quid ego aliud exoptem amplius, niſi, cuius inopia eſt, viginti argenti commodes minas, huius quidē matris? Cic. in Verrem, act. v 1, At publice cõmodaſti, non ſine magno quidem prouinciæ Siciliæque detrimento, tritici modios ſexaginta. Plaut. in Rud. 11.21, Cur tu aquam grauare amabo, quam hoſtis hoſti commodat? Commodare argẽtum, & triticum improprie dictũ eſt, pro eo quod eſt, mutuò dare, vel mutuum dare. Nam proprie cõmodamus veſtes, libros, vaſa, equos, & ſimilia, quæ eadem redduntur: mutuo autem damus ea, pro quibus alia redduntur eiuſdem generis: vt nummos, frumentum, vinum, oleum, & ferè cætera, quæ põdere, numero vel menſura dari ſolent. hæc eſt iuriſconſultorum ſententia.

Commodare loquelam, Parler. Plaut. in Ciſtell. 10.84, Commoda loquelam iam tuã: tibi nos prodimus, ac confitemur ciſtellam habere. Parle a nous.

Commodare operam, Aider. Plaut. in Rud. 11.22, Cur tu operam grauare mihi, quam ciuis ciui commodat? Plin. epiſt. 35. lz, Nam & rationibus Martiani, & ſermone, quem ille habuerat in ordine Leptitanorum, operam ſuam Priſco ad turpiſſimum miniſterium commodaſſe, ſtipulatúſque de Martiano quinquaginta milia denariorum probabatur.

Commodare capillum, Accouſtrer, pigner, & attifer ſes cheueulx. Plaut. in Moſtellaria, 4.97, Suo quique loco vide an capillus compoſitus eſt commode. s. Vbi tu commodes, capillũ cõmodum eſſe credito.

Commodatarius, commodatarij, Celuy a qui on a preſté.

COMMOERE O commœres, commœrere, Eſtre tout en triſteſſe, dueil, melãcolie, deſplaiſance. Plaut. in Epid. Neſcio ædepol quid tu timidus es, trepidas Epidice, ita vultum videor videre commœruiſſe.

COMMONEO commones, commonui, commonitum, commonere, Auertir, amonneſter aucun de quelque choſe. Terent. in And. 4.5.17, Nunc me hoſpitem lites ſequi, quàm hic mihi ſit facile, atque vtile, aliorum exempla commonent. Plautus in Trinummo, 14.41, Hõc qui in mentem venerit mihi, reipſa modo commonitus ſum.

Commonere aliquem officium ſuum, Lauertir de ce quil doibt faire. Plaut. in Pſeudol. 4.17,

Verum ita vos eſtis perditi, neglegentes, ingenio improbo, officium veſtrum vt vos malo cogatis commonerier. Id eſt de officio veſtro commoneri.

Commonere aliquem ſuarum miſeriarum, Ramenteuoir a aucun ſes miſeres. Plaut. in Rud. 18.35, O filia mea, cum ego hanc video, mearum abſens miſeriarum commones, trima quæ perijt mihi: iam tanta eſſet, ſi viuit, ſcio.

Commonere aliquem vt. Terent. in Andr. 1.5.45, Adeón' me ignauum putas? adeón' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum: vt neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor commoueat, neque commoneat vt ſeruem fidem?

Commonefacio commonefacis, commonefacere, idem quod commoneo. Gellius, Nunc vtilitatis publicæ commonefacit.

COMMONSTRO commonſtras, cõmonſtrare, Monſtrer, ou enſeigner quelque choſe cachee a aucun. Terẽt. in Heaut. 5.4.4, Atque inopis nunc te miſereſcat mei, Quod peto & volo, parentes meos vt commonſtres mihi. Idem in Phorm. 2.1.75, Hominem commõſtrarier mihi iſtũ volo: aut vbi habitet, demonſtrarier. Plaut. in Aulul. 3.12, Inopémque optauit potius eum relinquere, quàm eum theſaurum commonſtraret filio.

COMMORIOR commoriris, vel commoreris, cõmori, Mourir auec vng autre. Inde Cõmorientes, Plauti fabula. Terent. in prologo Adelph. 7, Synapothneſcontes Diphili comœdia eſt: eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

COMMOROR commoraris, commorari, Sarreſter, & demourer auec aucũ. Plau. in Perſa, 6.22, Nunc commorandum eſt mihi apud hanc obicem.

Commorari, Habiter & faire ſa demourance en quelque lieu pour aucun temps. Cic. de Senectute, Et ex vita iſta diſcedo tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diuerſorium nobis, non habitandi dedit.

Commorari, Retarger. Plaut. in Pſeud. 20.24, Me nunc commoror, cum has foreis non ferio, vt ſciam ſitne Ballio domi. Idem in Mercatore, 22.32, Malefacis, properantem qui me cõmorare, ſol abit.

Commorari, Detenir & engarder que aucũ ne face, ou ne aille ou il veult. Plautus in Amphitruone, 8.56, An te auſpicium commoratum eſt? an tempeſtas continet, qui non abiſti ad legiones ita vt dudum dixeras?

COMMOVEO commoues, commoui, commotum, commouere, Eſmouuoir, troubler, faire courroucer. Terent. in And. 2.6.25, Tu quoque perparce nimium: non laudo. S. tace. D. cõmoui. S. ego, iſtæc recte vt fiant, videro. Ibidem, Nam qui cum ingenijs cõflictatur eiuſmodi, neque commouetur animus in ea re tamẽ: ſcias poſſe habere iam ipſum ſuæ vitæ modum. Neque commouetur animus in ea re: hoc eſt, non conturbatur, non deijcitur de ſuo ſtatu, & perpetua conſtantia. Il ne ſe trouble point en cela, il ne ſe change point: il demoure ferme en ſon eſtat & conſtance. Idem in Phorm. 1.2.51, Ipſa virgo facie egregia: quid verbis opus eſt? commôrat omnes nos. Pro commouerat. Elle nous eſbahiſſoit tous, nous eſtions tous eſtõnés de ſa beaute.

Commouere, Eſmouuoir, & preſque induyre a faire quelque choſe. Terẽtius in And. 1.5.45, Adeóne me ignauum putas, adeóne porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, vt neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor commoueat, neque commoneat vt ſeruem fidem? Cic. Viſi ſumus ſenatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum commouere.

Commouere, Eſmouuoir eſbranler, ou eſtonner quelque membre. Columella lib. 2, Ne in radicem maiore nixu vomis impactus colla commoueat. De paour quil leur eſtonne le col.

Commouere, Remuer, mouuoir dung lieu en autre. Plaut. in Amphit. 4.183, Neque miſer me commouere poſſum præ formidine. Commouere membrum aliquod, apud eundem in Aſinaria, 13.41.

Cõmouere ſe, Sen aller dung lieu. Cic. Tironi, Tu & cura vt valeas, & te iſtinc ne temere cõmoueas. Id eſt ne locum iſtum mutes: ne iſtinc diſcedas.

Commoſſem, pro commouiſſem, apud Ciceronem in oratione pro P. Sextio, An ſi vnquam in me vitæ cupiditas fuiſſet, ego menſe Decembri mei conſulatus omnium parricidarum tela commoſſem? quæ ſi viginti quieſſem dies, in aliorum vigiliam conſulum recidiſſent.

Commotus commota commotum, Eſmeu, effraye, trouble, courrouce. Terent. in Phormione, 1.4.6, Quidnã ille commotus venit? De quoy eſt ce quil vient ſi eſchauffe?

In hac cõmotus ſum. A. ain' tu? C. primã dices ſcio, ſi videris. Terent. in Eunucho, 3.5.19.

Commotus, vt inquit Donatus, citus etiam dicitur, & celer. Terent. in And. 5.4.23, Ego iam

te commotũ reddam. Tout maintenant ie te haſteray bien, ie te auanceray bien daller. Hic etiam poteſt accipi pro vehementer irato. Ie té feray le plus marri que tu fus de ta vie.

COMMVNIO communis, communiui, communitum, communire, Garnir, fortifier tout a lentour. Plaut. in Rud. 22.26, Vbi nobilitas mea erit clara, oppidum magnum communibo. Cæſar, Præſidia diſponit, caſtella communit, quo facilius, ſi ſe inuito tranſire conarentur, prohibere poſſit.

COMMVNIS & hoc commune, Choſe commune a tous, qui eſt autant a lung que a lautre. Plaut. in Aulularia, 7.23, Da mihi operam parumper, paucis eſt quod te volo de communi re appellare, mea & tua.

Communis res mihi cum illo. Plaut. in Mercat. 7.108, Pòſt autem communis mihi illa eſt cũ alio. Elle eſt a moy & a vng autre. Idem in Ciſtel. 7.45, Sed ſe quandam aiebat mulierem ſuam beneuolentem conuenire etiam prius, cõmune quacum id eſſet ſibi negotiũ. Idem in Bacchid. 5.48, Perij hercle, lembus ille mihi lædit latus. c.is erat communis cum hoſpite & prædonibus.

Communis domus & militia fuit mihi cum illo, Id eſt omnia fuerunt mihi cum illo communia tam domi, quàm militiæ. Iay eu toutes choſes en commun auec luy tant en temps de paix, que de guerre. Cic. de Amicitia, 14, Quocum domus fuit & militia communis.

Communis meus & tuus beneuolens, Celuy qui nous aime toy & moy autãt lung que lautre, qui eſt auſſi bien ton amy que le mien. Antiquum eſt, pro cõmunis amicus noſter. Plaut. in Trinummo, 17.24. Idem in Pſeud. 8.11, Nunc inimicum ego hũ communẽ meum atque noſtrorum omnium Ballionem exbaliſtabo lepide.

Commune omnibus mare. Plautus in Rudente, 23.35, Mare quidem commune certum eſt omnibus eſſe.

Commune omnium vitium. Terentius in Adelph. 5.8.31, Vitium cõmune omnium eſt, quòd nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus.

Communia amicorum inter ſe ſunt omnia, Tout eſt commũ entre amis, bons amis nont rien departi. Terent. in Adelph. 5.3.17.

Communi animo eſt, Il eſt dung couraige abandonne a ſouffrir & endurer de tout le monde. Terentius in Heaut. 5.1.39, Quenquam animo tam communi eſſe aut leni putas, qui ſe vidente amicam patiatur ſuam?

Communis pernicies adoleſcentiũ. Terent. in Adelph. 2.1.34, Leno ſum fateor, pernicies cõmunis adoleſcentium. Qui gaſte les ieunes gens des vngs & des autres.

Communes nuptiæ. Plaut. in Caſin. 19.9, Cenſeo, & ego te adiuuabo in nuptijs cõmunibus.

Communis paries. Plaut. in Milite, 1.6, Inde adforat geminis communem parietem ſuũ ædibus. Vne paroit qui ſert a deux maiſons.

In commune metuo, Ie crains tant pour luy que pour moy. Plaut. in Aſinaria, 7.20, Vinctos neſcio quos ait: non placet: metuo in commune ne quam fraudem frauſus ſiet.

Communia veſtigia. Plin. in Paneg. 39, Te fama, te gloria, te ciuium pietas ſuper ipſos principes vehunt, te ad ſydera tollit humus, ita communia & confuſa principis veſtigia. Id eſt, adeò incedis more plebeio & omnibus communi: nempe, non equo, ſed pedibus, idque ſine vllo faſtu.

Communiter aduerbium, En commun. Cic. de Senectute, 2, Sed mihi cum de ſenectute vellem aliquid ſcribere, tu occurrebas dignus eo munere, quo vterque noſtrum cõmuniter vteretur. Plin. epiſt. 117. c. lib. VI, Hæredes, cum Cæſar eſſet in Dacia, cõmuniter epiſtola ſcripta petierant vt ſuſciperet cognitionem.

Communico communicas, communicare, Cõmuniquer, faire participant. Plaut. in Perſa. 10.6, Cui opera detur, ſcis, tenes, intelligis: communicaui tecum conſilia mea. Salluſt. Alienũ ſuis rationibus exiſtimans videri, cauſſam ciuium cum ſeruis fugitiuis communicaſſe.

Communicabo te menſa mea, Ie te bailleray a boyre & a menger, ie te traicteray a ma table. Plaut. in Milite, 3.52, Dum tale facies, quale adhuc, aſſiduo edes, communicabo te ſemper menſa mea. Ie te nourriray comme moymeſme, tu nauras point pis que moy.

Communicare aliquid inter ſe de rebus ſuis. Cic. epiſt. 357.a & b, Tum vt quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis inter nos communicaremus. Affin que nous deuiſiſſions entre nous de nos affaires, pour conferer enſemble de nos affaires.

Communicare honores, ſiue magiſtratus cum plebeis. Plin. de viris illuſt. 34, Ne conſulatus cũ plebeis communicaretur, acerrime reſtitit. Il tint bon pour empeſcher que loffice des conſu-

les ne fuſt commun au populaire. Id eſt, ne ex plebe crearentur conſules.

Communicare aliquid cum proximis. Cic. de Amicitia, 61, Quod faciendum, imitandúmque omnibus, vt ſi quam præſtãtiam virtutis, ingenij, fortunæ cõſecuti ſunt, impertiant eã ſuis, communicéntque cum proximis: vt ſi parentibus nati ſint humilibus, ſi propinquos habeãt imbecilliores, vel animo, vel fortuna, eorum augeant opes, eíſque honori ſint & dignitati.

Communicare pericula amici, Se mettre en danger auec ſon ami. Cic. de Amicitia, 23, Itaque ſi quando aliquod officium extitit amici in periculis aut adeundis aut communicandis, quis eſt qui id non maximis efferat laudibus?

Communicaſti mecum inimicitias, Tu as endure linimitie auec moy, tu as ſouffert deſtre hay comme moy. Cic. epiſt. 364. a, Nam vt illa omittam, quæ ciuitate teſte feciſti, cum mecũ inimicitias communicaſti.

Communica mecum hanc meam prouinciam, Aide moy en ceſte affaire cy que ie fais. Plau. in Trin. 4. 112, Nunc ego te quæſo vt me opera & conſilio iuues, communicéſque hanc mecum meam prouinciam. M. polliceor operam.

COMMVTO commutas, commutare, Muer, changer. Plin. epiſt. 140. a, Librum tuum legi, & quàm diligentiſſime potui, annotaui quæ cõmutanda, quæ exímenda arbitrarer. Plaut. in Amphit. 3. 53, Quid contraxiſtis frontem? quia tragœdiam dixi futuram hanc? deus ſum, cõmutauero eãdem hanc: ſi vultis, faciam ex tragœdia comœdiam, vt ſit omnibus ijſdẽ verſibus.

Commutare coloniam, Changer de lieu, aller demourer en vng autre lieu. Per tranſlationẽ dixit Plautus in Aulul. 16. 40, Scio quam rem agat: vt me deponat vino, eam affectat viã: poſt hoc, quod habeo vt commutet coloniam. A fin quil me oſte ce que iay, a fin que de ma maiſon en la ſienne il tranſporte mon bien.

Commutauit colorem hoc caput, Ma teſte a change de couleur, mes cheueulx ſont deuenus blancs. Plaut. in Moſtell. 4. 44, Nihilo ego, quàm nunc tu, amata ſum, atque vbi modo geſſi morem. Qui pol me vbi ætate hoc caput colorem commutauit, reliquit, deſeru ítque me.

Commutare nomen, Changer de nom. Plaut. in Amph. 4. 151, Formido male, ne ego hic nomen commutem meum, & Quintus fiam è Soſia.

Commutare ſibi orationem, Chãger de propos. Item, cõmutare oculos ſibi, Tourner ſes yeulx autre part. Plautus in Milite, 6. 56, Iſtuc Sceledre promitto fore, niſi oculos orationémque aliam commutas tibi.

Commutare veſtem inter ſe, & nomina, Chãger de robbe lung a lautre, & de noms, de paour que on ne ſoit congneu. Plaut. in Capt. 2. 37, Hice autem inter ſeſe confinxerunt dolũ, quo pacto hic ſeruus ſuum herum hinc amittat domum: itaque inter ſeſe cõmutant veſtem & nomina: illic vocatur Philocrates, hic Tyndarus: huius illic, hic illius hodie fert imaginem.

Commutare aliquid alienum cum re noſtra, Changer ce qui eſt a nous a quelque choſe dung autre. Vt, commutauit ſuam veſtem cum mea. Salluſtius.

Commutare verba, Tenſer a vng autre, auoir parolles contre luy, le noyſer, ou ſe courroucer contre aucun & luy dire meſchantes parolles. Donatus, Ego puto cõmutare verba, hoc eſſe, pro bonis dictis mala ingerere, hoc eſt iracundia in maledicta compelli. Terent. in Andr. 2. 4. 7, Crede mihi hoc inquam Pamphile, nunquam hodie tecum commutaturum patrem vnum eſſe verbum, ſi te dices ducere. Idem in Phorm. 4. 3. 33, Vt eſt ille bonus vir, tria nõ commutabitis verba hodie inter vos.

Commutare vxores, Changer de femme lung a lautre. Plautus in Trinummo, 4. 16, Vín' cõmutemus, tuam ego ducam, & tu meam? faxo haud tantillum dederis verborum mihi. Iocus Plautinus.

Commutare contumeliam alicuius vita ſua. Salluſt. in oratione ad Cæſarem de rep. ordinãda, Nam quid ego de te dicam, cuius contumeliam homines ignauiſſimi vita ſua commutare nolunt? ſcilicet neque illis tantæ voluptati eſt (tametſi inſperantibus accidit) dominatio, quanto mœrore tua dignitas, qui optatius habent ex tua calamitate periculum libertatis facere, quàm per te Pop. Rom. imperium maximum ex magno fieri.

Commutatus commutata commutatum, Change. Cicero de Amicitia, 32, Nam ſi vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolueret.

Commutatió commutationis, Changement, Commutationẽ morum facere, Changer de meurs. Cic. de Amicitia, 66, Si autem morum aut ſtudiorum commutatio quædam, vt fieri ſolet, facta erit, aut in reip. partibus diſſenſio interceſſerit &c.

Commutabilis & hoc commutabile, Qui ſe change facilement. Cic. de Amicitia, 77, Nam cum

amicitiæ vis ſit in eo, vt vnus quaſi animus fiat ex pluribus: quî fieri poterit, ſi ne in vno quidẽ quoque vnus animus erit, idémque ſemper, ſed varius, commutabilis, multiplex?

COMO comis, Vide COMA.

COMOEDIA comœdiæ, f. g. eſt poema in quo humiles ferè perſonæ inducuntur, & amores virginúmque raptus deſcribuntur. Comme pourroit eſtre vne farce.

Comœdus comœdi, Qui repræſentat comœdias, Vng ioueur de farces.

Comicus comici, Qui componit comœdias, Vng factiſte, qui compoſe farces.

Comœdice aduerbium, Plaut. Euge, euge aſtitiſti & dulce & comœdice. Feſt. Pomp. Id eſt, manſuete, ſuauiter, quaſi more comico.

COMPAGO compaginis, f. g. & compages compagis, Coniunction, compoſition, aſſemblement. Ouid. Atque ita diſparibus calamis cõpagine ceræ Inter ſe iũctis, nomen tenuiſſe puellæ. Pacuuius, Saluete gemini mea compages ſanguinis. Cic. de ſenect. 70, Nã dum ſumus in his incluſi compagibus corporis, munere quodam neceſſitatis & graui opere perfungimur. Virg. AEneid. 1, Laxis laterum compagibus, omnes Accipiunt inimicũ imbrem: rimiſque faciſcunt. Compagibus, id eſt commiſſuris, Les ioinctures. De nauibus loquitur.

COMPAR, o. g. Pareil, Semblable. Liuius, Cõparem cladem ad Egates inſulas Carthaginẽſium prælio nauali acceptam, qua fracti Sicilia ac Sardinia ceſſere.

Compar meus, Mon compaignon. Plaut. in Caſina, 18. 18, Sed eccũ progreditur cum corona & lampade meus ſocer, compar, commaritus villicus.

COMPARCO comparcis, comparſi, comparſum, comparcere, Eſpargner. Terent. in Phormione, 1. 1. 10, Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo, ſuum defrudans genium cõparſit miſer, id illa vniuerſum abripiet:

COMPAREO compares, comparui, cõparere, Comparoiſtre, apparoiſtre, eſtreveu. Plaut. in Aulul. 20. 2, Foras lumbrice, qui ſub terra erepſiſti modo, qui modo nuſquã comparebas: nũc cum compares, peris. Idem in Capt. 11. 83, Nugas ludificatur, garriet, quòd neque pes vnquam, neque caput compareat: armenta abſunt: Aiacem, hunc quum vides, ipſum vides. Suet. de claris Rhet. 3, Quem ferunt olim præcipitatum in fontem fluminis Sarni: paulò poſt cum cornibus extitiſſe, ac ſtatim non comparuiſſe.

Comparebunt quæ imperas, Ie feray ce que tu commandes, tu le voyras. Plautus in Amphit. 7. 72, Et memor ſum, & diligens, vt quæ imperes, compareant. nõ enim ego cum vino ſimitu ebibi imperium tuum.

Nõ comparet ratio argenti, On ne voit point le compte de largent, cõment il a eſte deſpendu. Plaut. in Trinũmo, 8. 13, Sero atque ſtulte prius quod cautum oportuit, poſtquam comedit rem, pòſt, rationẽ putat. L. nequaquam argenti ratio comparet tamen. S. ratio quidem hercle apparet, argentũ ὄιχεται. Idem in Milite, 10. 67, Tu te me vt fateare faciam, eſſe adoleſcentem moribus: ita apud omnes comparebo tibi res benefactis frequens.

COMPARO comparas comparare, Accomparager, equiparer quelque choſe a vng autre.

Comparare cum. Cic. de Senectute, 59, Quæ ſunt igitur voluptates corporis cum authoritatis præmijs comparandæ?

Comparare ad. Terent. in Eunucho, 4. 4. 14, Hau, non comparandus hic quidem ad illum eſt.

Comparare vultum ſuum è vultu alterius. Plaut. in Amph. 11. 5, Atque ita ſeruum par videtur frugi ſeſe inſtituere, perinde vt heri, ipſe item ſit, vultum è vultu cõparet: triſtis ſit, ſi heri ſint triſtes: hilarus ſit ſi gaudeant.

Comparare ſe, Soy diſpoſer, ſoy deliberer a faire quelque choſe. Cic. de natura deorũ, Ego me ita comparaui. Terent. in Eunucho, 1. 1. 2, Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidẽ cum accerſor vltro? an potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias?

Comparare, Machiner, trouuer le moyen. Plaut. in Bacchid. 15. 43, Nunc hoc tibi curandum eſt Chryſale. C. quid vis curẽ? M. vt ad ſenem etiam alteram facias viam, compara, fabricare, finge quod lubet. Idem in Capt. 2. 47, Sed inſcientes ſua ſibi fallacia ita compararunt, & confinxerunt dolum.

Comparare, Acheter. Terent. in Eunucho, 2. 3. 63, Quis is eſt tam potens cum tanto munere hoc? P. miles Thraſo Phædriæ riualis. CH. duras fratris partes prædicas. P. Imò ſi ſcias quod donum huic dono contrà comparet, tum magis id dicas. Donatus, Comparet pro emat, aut comparãdum putet. Si tu ſcauois quel don il achette alencontre, ou quel don il appreſte alencontre de ceſtuy la. Cato de re ruſtica, Prædium cum comparare cogitabis, ſic in animo habeto. Liuius lib. 2, Annonæ in primis habita cura, & ad frumentum comparãdum

miſſi, alij in Volſcos, alij Cumas.

Cõparare, Acquerir, Aqueſter. Terent. in And. 4. 1. 3, Hoccine credibile eſt, aut memorabile tanta vecordia innata cuiquã vt ſiet, vt malis gaudeant, atque ex incõmodis alterius ſua cõparent vt cõmoda? Donatus, Hoc eſt, acquirãt vel æſtiment. Id eſt, non intelligunt commoda ſua, niſi ex alterius incommodis ea æſtimauerint. Terent. in Heaut. 2. 4. 17. Neſcio alias: me ſcio quidem ſemper feciſſe ſedulo, vt ex illius commodo, meum compararem commodum, Que en faiſant ſon prouffit, ie face le mien.

Comparare argentum. Plaut. in Aſinaria, 6. 2, Hercle verò Litane, non te melius eſt vel expergiſcier, atque argento comparando fingere fallaciam? Trouuer vne fineſſe pour auoir de largent.

Comparare conuiuium, Appareiller ou Appreſter le banquet. Cic. in Verrem, act. 2, Vt erat inter eos copioſus, conuiuium comparabat.

Cõparare gaudia, Acquerir ioyes. Plaut. in Trucul. 16. 4, Prome venuſtatem amanti tuam, vt gaudia compares, Affin que tu ſoies en ioye.

Comparare malũ alicui, Pourchaſſer, machiner, conqueſter mal a aucun. Plaut. in Caſ. 10. 69, Tribus non cõduci poſſum libertatibus, quin ego illis hodie comparem magnum malum.

Comparare labella cum labellis, Baiſer. Plaut. in Aſin. 12. 78, Prehẽde auriculas, compara labella cum labellis. Blandimentum amantis.

Comparare accuſatores pecunijs. Cic. pro Sex. Roſcio, Crimen incredibile confingunt, teſtes in hunc & accuſatores huiuſce pecunia comparant, Ils forgent des teſmoings contre luy de ſon propre argent.

Comparare inter ſe, Apres auoir diligemment regarde & veu les perſonnages, ordonner. Liuius, Cum tribuniſp. actum, vt compararent inter ſe, qui duo cum legatis irent.

Comparatus, comparata, comparatum, Ordonné & receu entre les hommes. Terent. in Phorm. 1. 1. 7, Quàm inique comparatum eſt, hi qui minus habent, vt ſemper aliquid addant ditioribus, Que ceſt vne poure loy, vne choſe mal ordõnee, & vne meſchãte couſtume. Cic. de Amicitia, 84, Quãdoquidem ita ratio comparata eſt vitæ naturæque noſtræ vt alia ætas oriatur ex alia. Puis que noſtre vie eſt ainſi ordonnee, puis quil eſt ainſi ordonne de nature.

Comparata concertatio. Terent. in Adelph. 2. 2. 4, Nunquam vidi iniquius concertationem comparatam quàm quæ hodie inter nos fuit, Iamais ie ne vis combat pirement ordonne & plus mal ſortable.

Itáne comparatam eſſe hominũ naturam omnium, aliena melius vt videant & iudicent, quàm ſua? La nature des hommes eſt elle ainſi ordonnee &c. Terent. in Heaut. 3. 1. 93.

Ita cuique comparatum eſt in ætate hominum, ita dis placitũ, voluptati vt mœror comes conſequatur, Il eſt ainſi ordonné, arreſté, conſtitue a tous. Plaut. in Amphit. 8. 2.

Comparatio comparationis, f. g, Ordonnãce, regard. Liuius, His Volſcis ſine ſorte, ſine comparatione prouincia data eſt, Sans auoir ordonné, regardé, preueu a la choſe.

Comparatio, Comparaiſon. Plin. epiſt. 150, Quibus ex cauſſis precario ſtudeo: ſtudeo tamen, nam & ſcribo aliquid, & lego: ſed cum lego, ex comparatione ſentio quàm male ſcribam.

COMPASCVVS ager, relictus ad paſcendũ communiter vicinis. Feſt. Pomp. Vng paquis, vng paſturaige commun a tous les voiſins, auquel chaſcun peult mettre ſes beſtes paiſtre.

COMPEDES cõpedum, pluralis numeri, f. g. Les fers quon met aux pieds des priſonniers. Plaut. in Capt. 12. 64, Ducite vbi ponderoſas, craſſas capiat compedes. Ibidem, 19. 28, Compedibus quæſo, vt tibi ſit leuior filius, atque hic grauior ſeruos. AE. certum eſt principium id præuortier. eamus intrò vt arceſſatur faber, qui iſtas compedes tibi adimam, huic dem Terent. in Phorm. 2. 1. 19, Molendum vſque in piſtrino, vapulandum, habendæ compedes.

Compedio cõmpedis, compediui, compeditum, compedire, Lier les pieds a aucun, lempeſtrer, quil ne ſenfuye. Varro, Domum intro, & pedes corrigijs compedio.

Compeditus compedita compeditum, Empeſtré, Lié par les pieds en ceps de fer. Plaut. in Capt. 16. 22, In lapidicînas compedîtum condidi, vbi reſciui mihi data eſſe verba.

COMPELLO compellas compellare, Parler a aucun. Plaut. in Amphit. 15. 38, Compellemus ſis hominem, Parlons a luy. Ibidem, 16. 10, Eccum cum Blepharone Soſiam: compellabo hos prius. Idem in Epid. 11. 19, Muliebris adhibenda mihi malitia nũc eſt. P. compellabo. M. orationis aciem contra conferam. P. heus tu ſalua ſis, Ie parleray a elle. Ie men vois parler a elle.

Blande hunc hominem compellabo, Ie parleray beau, gratieuſement a ceſte homme. Plaut. in

Pœnulo, 9.72.

Magnifice compellare hominem, apud eundem Plautum.

COMPELLO compellis, compuli, compulſum, compellere, Ioindre, cõioindre, Aſſembler. Plaut. in Aſin. 12.148, Iube aduenire quæſo, meritiſſimo eius quæ volet, faciemus, qui hoſce amores noſtros diſpulſos compulit.

Compellere greges. Virg. Compulerántque greges Corydon & Thyrſis in vnum: Ils auoiẽt amaſſé leur beſtial enſemble.

Compellere: Contraindre. Compellere vt. & Compellere ad. Plaut. in Bacch. 15.5, Vt ego hodie callidum ſenem Callidis dolis compuli & perpuli, mihi omnia vt crederet. Plin. epiſt. 159.c, Et quanto ab huiuſmodi cupiditatibus remotior eius animus eſſet, tanto impẽſius petere à publico parente, vt eum compelleret ad cedendum ſenatui.

Compellere, Enſemble chaſſer, pouſſer. Plaut. in Pœnulo, 9.35, Hic hodie incedit venator domum, canes compellunt in plagas lepide Lycum.

Compulſo compulſas, compulſare, frequentatiuum à compello, Pouſſer lung cõtre lautre. Columella lib. 1, Eadem quæ ſemper mare conſpicit, compulſatur, ac fluctu conſpergitur.

COMPELLVCEO compelluces, compelluxi, compellucere, Eſtre fort reſplendiſſant.

Compellucidus, compellucida, compellucidum, Fort reſplendiſſant. Plaut. in Perſa, 4.20, Tum niſi cremore craſſo ſocias, collyricum nihil eſt macrum, illud è nigro compellucidum.

COMPENDIVM, compendij, n.g. Eſpárgne. Plin. Bubulas carnes caules caprifici magno lignorum compendio percoquunt.

Compendiũ, Gain tant de temps, & de peine, que dargent & dautres choſes. Plin. lib. XVII, Subtilitas parſimoniæ compendia inuenit, cum vinea in paſtinato ſeratur, obiter ſeminariũ faciendi. Idem, Arbuſta pampinari non eſt moris: & hoc compendium. Ceſt gaigné autãt de peine. Cic. pro L. Flacco, Et is eſt reus auaritiæ, qui in vberrima re turpe compendium: in maledicentiſſima ciuitate, in ſuſpicioſiſſimo negotio maledictum omne, non modo crimẽ effugit. Idem lib. 4. ad Heren. Duæ res ſunt quæ poſſunt homines ad turpe compendium commouere, inopia atque auaritia. Plaut. in Perſa, 15.2, Cui homini dij propitij ſunt, aliquid obijciunt lucri: nam ego hodie compendifeci duo panes in dies.

Compendium, Court & brief.

Addere aliquid ad compẽdium, Se haſter de faire quelque choſe. Plaut. in Caſina, 11.4, Cano capite, ætate aliena, ea addito ad compendium.

Conferre verba ad compendium, Le faire court en parler, dire en brief ce que on dit. Plaut. in Milite, Quàm potes, tam verba confer ad compendium.

Compendium dictis facere. Idem. Plaut. in Capt. 17.12, Satis facundus: ſed fieri dictis cõpendium volo.

Compendio verba multa iam faciam tibi, Ie te diray en brief beaucop de choſes. Plautus in Bacch. 4.6, Compẽdio verba multa iã faciã tibi, Venire tu me gaudes, ego credo tibi &c.

Ponere aliquid ad compendium: Idem quod addere ad compendium. Plaut. in Caſin. 11.5, Id quoque illud ponito ad compendium.

Compendium errationis facere. Plaut. in Rudente, 4.89, Si ad ſaxum quod capeſſit, ea deorſum cadit, errationis fecerit compendium, Elle ſe fouruoira moins.

Compendium pultandi facere, Ceſſer de heurter a la porte. Plautus in Pſeud. 9.12, Quiſquis es, compendium ego te facere pultandi volo.

Compendifacio, cõmpendifacis, compendifacere, Gaigner. Plaut. in Perſa, 15.2. Et in Moſtell. 2.57, Orationis operam compendifacito, niſi te mala re magna mactari cupis.

Compendioſus, compendioſa, compendioſum, Qui eſt fort vtile. Columella lib. 1, Quod & per partes nonnunquam damnoſum eſt, in ſumma tamen fit compendioſum.

Compendioſum, Choſe fort briefue. Compendioſa via, Vng court chemin.

Compendiarius, compendiaria, compendiarium, Brief, ou fort vtile, & ſouuerain. Cic. lib. 2. off. Præclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariã dicebat eſſe, ſi quis ita ageret, vt qualis haberi vellet, talis eſſet.

COMPENSO compenſas, compenſare, Recompenſer, rendre lequiualent. Val. Max. Lento enim gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira: tarditatémque ſupplicij, grauitate compẽſat. Plin. in Paneg. 60, Inueniebantur tamen, quibus tantus amor nominis noſtri ineſſet, vt Romanam ciuitatem non vigeſimæ modo, verumetiam affinitatum damno bene compenſari putarẽt. Cic. pro L. Murena, Atque hæc à nobis petũt omnia: neque vlla re alia, quæ à no-

bis conſequuntur, niſi opera ſua compenſari putant poſſe.

Compenſatio compenſationis, f.g. Modeſtinus iureconſ. Cõpenſatio eſt debiti & crediti inter ſe contributio. Recompenſe, quant deux hommes doibuent lung a lautre, & ils quictent debte pour debte.

Compenſare cum. Cic. in Piſonem, Sed ſit offenſus primo, nónne compenſabit cum vno verſiculo tot mea volumina laudum ſuarum? Pour vne petite ligne me recompenſera il de tant de louenges que iay eſcript de luy?

COMPERENDINO comperendinas, cõperendinare, Differer, remettre, renuoyer, delayer vng proces pour le ſecond plaidoyer iuſques apres le lendemain. Cic. in Verrem, act. 2, Tua ratio eſt vt ſecundũ binos ludos mihi reſpondere incipias: mea, vt ante primos ludos cõperendinem. Idem in prætura Vrbana, Verum vt opinor Glaucia primus tulit vt comperẽdinaretur reus, antea vel iudicari primo poterat, vel amplius pronuntiari.

Comperendinatus comperendinata comperendinatum. Celuy dé qui le proces eſt ainſi differe & remis, ſelon la couſtume ancienne des Romains. Cicer. in Verrem, act. 3, Deinde reliquis diebus, his criminibus, his teſtibus & vrbanis & prouincialibus, ſic obiutus atque oppreſſus eſt, vt his ludorum diebus interpoſitis, nemo iſtum comperendinatum, ſed condemnatum iudicaret. Idem in Verrem, act. 6, Eſt boni iudicis, paruis ex rebus, coniecturam facere vniuſcuiuſque & cupiditatis & incontinentiæ: qui reus lege, & reus cõperendinatus, re, & opinione hominum penè damnatus, temperare non potuerit, maximo cõcentu, quin L. Siſennæ argentum tractaret & conſideraret &c. Idem in eundẽ, act. 5, Videte hominis amentiã. poſtea quam eſt comperendinatus, cum iam pro damnato mortuóque eſſet, ludis Circenſibus apud Siſennam primarium virum cum eſſent triclinia ſtrata, argentúmque expoſitum, contemplari vnumquodque otioſe & conſyderare cœpit. Mirari ſtultitiam alij, alij amentiam. Cui comperendinato cum multi teſtes dixiſſent, quicquam illorum veniret in mentem? Comperendinatum Verrem, id eſt qui in ſecundam actionem impetrauerat iudicium differri, Cicero damnatum inuidioſe appellat ob ingentia crimina, teſtimoniáque prementia, & præiudicia ab ipſo multis rebus de ſe facta.

Cõperendinati rei dici poſſunt in cauſſis criminalibus, quos curia dimiſſos fide ſua eſſe voluit, hoc eſt quos ſuæ ipſorum cuſtodiæ commiſit, vt aut vrbem carceris loco iuſti habeant, aut priuatam aliquam domum, vt fit interdum ex perſonarum dignitate, & genere cauſſarum. Comperendinati autem ideo dici poſſunt, quia non planè abſoluti ſunt, ſed veluti vadimonio quodam obſtricti, vel quia nondum comperta ſatis crimina, vel quia nondum ſe innocentes approbauerunt.

Comperendinatio comperẽdinationis, f.g. Dilation, ou delay dung proces iuſques au troiſieme iour prochain. Plin. epiſt. 116. a. lib. v, Deſcẽderam in baſilicã Iuliam, auditurus quibus proxima comperendinatione reſpondere debebam. Idem epiſt. 88. b, lib. vi, An nos ſapientiores maioribus noſtris? nos legibus ipſis iuſtiores, quæ tot horas, quæ tot dies, tot comperendinationes largiuntur? Aſconius, Comperendinatio, eſt ab vtriſque litigatoribus inuicem ſibi denuntiatio in perendinum diem.

COMPERIO comperis, comperi, compertum, comperire, Sauoir quelque affaire par ſoy enqueſter a autruy, & en eſtre certain. Terẽt. in And. 1. 1. 64, Item alio die quærebã, comperiebam nihil ad Pamphilum quicquam attinere. Ie trouuoye que Pamphilus ne ſe meſloit en rien de cela. Plaut. in Amphit. 16. 2, Quis tam vaſto impete has fores toto cõcutſit cardine? quis ante ædeis tantas tamdiu turbas concitat? quem ſi comperero, Telebois ſacrificabo manibus. Si ie puis ſauoir qui ceſt. Terent. in Hecyra, 5. 1. 36, Nũc autem, cum ego te eſſe præter noſtram opinionem comperi, fac eadẽ vt ſis porrò. Idem in And. 1. 1. 118, Venit Chremes poſtridie ad me, clamitans, indignum facinus, cõperiſſe Pamphilum pro vxore habere hanc peregrinam. Idem in Phorm. 5. 3. 18, Præter hæc, cognatam cõperi eſſe nobis. Idem in And. 5. 3. 31, Quidvis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar Chreme.

Comperi certo. Terent. in Eunucho, 5. 1. 9, Quid ais venefica? atqui certo cõperi. Ie lay ſceu pour tout certain, ie men ſuis enqueſtee, iay trouue pour certain quil eſt ainſi.

Comperi de. Terent. in And. 1. 3. 6, Primum iam de amore hoc comperit: me infenſus ſeruat, ne quam faciam in nuptijs fallaciam. Tout premierement ces amours ſont deſia venus a ſa congnoiſſance.

Comperi ex. Terentius in Heaut. 1. 1. 69, Vbi comperi ex his qui ei fuêre conſcij, domum reuertor mœſtus.

Compertus comperta compertum, Qui apres inquiſitions faictes a eſte trouue tel, &c.

Cõpertus ſtupri, Qui a eſte trouue eſtre vng adultere. Liuius, Duæ veſtales eo anno ſtupri cõpertæ. Idem, Cum ſacrilegij compertos in vinculis Romam miſiſſet.

Compertus in ſtupro: Prins en adultere. Suet. in Tib. Cæſ. cap. 35, Equiti Romano iuriſiurãdi gratiam fecit vt vxorem in ſtupro generi compertam dimitteret, quam ſe nũquam repudiaturum antè iurauerat. Compertam, id eſt deprehenſam.

Comperior comperiris, deponẽs: Comperiri, authore Diomede, eſt ex opinione colligere, & pro explorato compertum habere, Eſtre certain ſelon ſon aduis & que on peult penſer. Salluſtius, in Iugurtha, Sed ego comperior, Bocchum magis punica fide, quàm ob ea quæ prædicabat, ſimul Romanos & Numidam ſpe pacis detinuiſſe.

COMPERNES, huius compernis, m. & f. g. dicitur, authore Pompeio, homo genibus plus iuſto coniunctis. Nonius Marcellus, Compernes dicuntur longis pedibus. Lucilius, Illam non litum eſſe veterum aquæ etiã inguina tangere mammis, compernem aut varã fuiſſe Amphitruonis coniugem Alcmenã, atque alias. Plaut. in Milite, 10. 127, Ea mihi inſignitos pueros pariat poſtea, aut varum, aut valgum, aut compernem, aut petum, aut brocchum.

COMPESCO compeſcis, compeſcui, compeſcere, vt inquit Feſtus Pompeius eſt vnà paſcere, & in vno loco continere, velut ab eodem paſcuo cõtinere, Paiſtre vng tropeau de beſte en vng lieu, le tenir en vng lieu, & garder daller ne ca ne la.

Compeſce in illum iniuſte dicere, Refrains toy & te garde bien de luy dire quelque iniure. Plaut. in Bacchid. 8. 59.

Compeſcere tumentes populos, Appaiſer, refraindre, reprimer, & cõtenir vng peuple eſmeu. & trop eſleue. Plin. in Paneg. 133. O verè principis atque etiam conſulis reconciliare æmulas ciuitates, tumentéſque populos, non imperio magis quàm ratione compeſcere.

Compeſcere incendia, Engarder le feu de plus bruſler maiſons, le retenir, & eſteindre. Plinius epiſt. 250, Et alioqui nullus vſquam in publico ſcipo, nulla hama, nullum denique inſtrumẽtum ad incendia cõpeſcenda. Digito compeſce labellum: Apud Iuuenalem, Garde toy de trop parler. Prouerbium.

COMPETO competis, competiui, competitum, competere, vt author eſt Nonius, eſt honorem, vel coniugium, vel quiduis aliud aduerſus aliquẽ petere, Demander ce que vng autre demande. Plin. de viris illuſt. 59, Eo die Numantini forte ſolenni nuptu filias locabant, & vnam ſpecioſam duobus competentibus pater puellæ conditionem tulit, vt ei illa nuberet, qui hoſtis dexteram attuliſſet.

Competit, Verbum neutrum, Il eſt conuenable. Columella lib. 2, Nec omnino cunctabimur, quo minus ſub tectum congeratur: vel ſi nõ competet, vt aut in villam fœnum portetur, aut in manipulum colligatur, certe in metas extrui conueniet. Si la choſe neſt bien ainſi, ſi elle neſt conuenable.

Inde in rerum æſtimatione (inquit Nonius) hoc illi cõpetit, dicimus, Cecy luy appartient, ceſt ſon droit quil doibt auoir, il doibt auoir cela de droit.

Competere, Se porter touſiours bien de ſes membres, ou des ſens nature. Salluſt. Si vero quaſi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua competeret. Que ſon courage ne ſe portaſt pas bien, qui luy commenceaſt a faillir, & louye, & la langue. Nonius Marc.

Competitor competitoris, Cõpetiteur, Qui demande cela meſme que vng autre demãde, principalement en matiere doffices, honneurs, & dignites.

Competentia competentiæ, f. g. Gellius lib. 1, Comprehenſa autem mẽſura Herculani pedis, ſecundum debitam membrorum omnium competẽtiam modificatus eſt. Selon la vraye proportion & accordance de tous les membres.

COMPILO compilas, Piller, deſrobber, Prendre, & racler tout. Plautus in Menæch. 13. 2, Egóne hic mendiciar in matrimonio, vbi vir compilet clanculum quicquid domi eſt, atque ad amicam deferat? Idem in Aſin. 7. 8, Illic homo ædeis cõpilauit, ſi more fecit ſuo. Idem in Aulul. 13. 19, Et ſtrepitus eſt intus. numnam ego compilor miſer? Horat. Ne me Chryſippi ſcrinia lippi Compilaſſe putes, verbum non amplius addo.

Compilare, Cogere & in vnum condere. Feſtus Pompeius.

Compilatus compilata compilatum, Qui a eſte deſrobbe. Qui furtum paſſus eſt, inquit Nonius.

COMPINGO compingis, compegi, compactum, cõpingere, Enſerrer, mettre a leſtroit, enclorre, & enfermer comme en vne priſon. Plau. in Ruden. 24. 103. Solue vidulũ ergo: vt quicquid ſit, verum quamprimum faciã. D. bene hoc habet. G. ſolutum eſt. ah perii, video ciſtellã.

D. hæccine eſt? P. iſtæc eſt. ô mi parentes, hic vos concluſos gero: huc opéſque, ſpéſque veſtrûm cognoſcendûm condidi. G. tum tibi hercle deos iratos eſſe oportet, quiſquis es, quæ parentes tam in anguſtum tuos locum compegeris.

Compingere aliquem in carcerem: Mettre, ou fourrer, & pouſſer aucun en priſon. Plautus in Amphit. 4.3, Quid faciam nunc, ſi Treſuiri me in carcerẽ compegerint? Idem in Menæh. 20.39, At ego te ſacram coronam ſurripuiſſe Ioui ſcio: & ob eam rem te in carcerem eſſe cõpactum ſcio. Cic. Attico, In Apuliam ſe cõpegerat. Quaſi in anguſtias compulerat.

Compegit eam in nauem, Il la farre en ſa nauire. Plaut. in Milite, 4.33, Nam is illius filiam cõpegit in nauem miles clam matre ſua: eámque inuitam huc mulierem in Epheſum vehit.

Compingere in oculos, Ficher quelque choſe aux yeulx. Plautus. in Menæh. 15.17, Vtere vel tu, vel tua vxor, vel etiam in oculos compingite.

Compactus compacta compactum, Empacté, lie, enſerre.

Cõpactum corpus, Vng corps ſarré, & ſolide, alaigre, qui neſt point auachi, & mauſade. Plin. epiſt. 144.a, Numidia Quadratilla paulo minus octogeſimo ætatis anno deceſſit, vſque ad nouiſſimam ætatem viridis, atque etiam vltra matronalem modum compacto corpore & robuſto, deceſſit honeſtiſſimo teſtamento.

Compacto, vel de cõpacto rem agere, Faire quelque choſe enſemble dung accord, tous dũg propos, tout de faict a penſee. Plaut. in Capt. 8.25, Nemo ridet: ſciui extemplo rem de compacto geri: ne canem quidem irritatam voluit quiſquam imitarier, ſaltem ſi nõ arriderent, dentes vt reſtringerent. Abeo ab illis, poſtquam video me ſic ludificarier, pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios: vnà res, omnes compacto rem agunt, quaſi in velabro olearij. Ceſt tout vng, ils le font tout de gre, ils ſentrentendoient.

COMPITVM compiti, n.g. Coing de rues, quarrefour, auquel arriuẽt les gens de trois ou quatre rues. Virg. lib. 2. georg. Præmiáque ingentes pagos, & compita circum. Ouid. Seruet vt in ternas compita ſecta vias.

Compitus, maſculino genere, apud Varronem de ſcenicis originalibus, Vbi compitus erat aliquis. Cæcilius, Vbi adijcientem compitum.

Compitalia compitaliorum, Feſta quæ in compitis peragebantur. Feſt. Pomp.

COMPLACEO cõplaces, complacui, & complacitus ſum vel fui, complacere: Complaire. Terent. in Andr. 4.1.21, Poſtquã me amare dixi, complacita eſt tibi. Elle ta pleu. Idem in Heaut. 4.5.25, Seſe ipſe dicet tuam vidiſſe filiam: eius ſibi complacitam formam, poſtquam aſpexerit, hanc ſe cupere vxorem.

Cõplacitũ eſt. Plaut. in Amph. 3.104, Nã ego vos nouiſſe credo iã vt ſit pater meus, quàm liber harum rerũ inultarum ſiet, quantúſque amator, cũ quid complacitũ eſt ſemel. Si vne fois quelque choſe luy a pleu. Idem in Rud. 5.2, Hoc deo complacitum eſt. Cela ainſi a pleu a dieu.

COMPLANO complanas, cõplanare. Planir du tout, applatir, faire totallemẽt vni. Gellius libr. 2, M. Cato in libro quem de agricultura conſcripſit, Semen cupreſſi ſerito, crebro ita vt linum ſeri ſolet. eo cribro terram inſternito dimidiatum digitum: iam id bene tabula aut pedibus aut manibus complanato.

COMPLECTOR cõplecteris, cõplexus ſum, cõplecti, Embraſſer. Terẽt. in And. 1.1.106, Accurrit, mediam mulierem complectitur. Plaut. in Aſin. 12.25, Certe tu vita mihi, cõplectere, Embraſſe moy.

Complexus cum Alcmena, Il embraſſe Alcmena. Plaut. in Amphit. 4.134.

Complectitur quicquid eſt nacta vitis. Cic. de ſenect. 48, Eadẽ vt ſe erigat, clauiculis ſuis quaſi manibus, quicquid eſt nacta, complectitur. Elle ſe accroche a tout ce quelle peult auoir.

Complecti, Contenir, comprendre en ſoy. Cic. pro Roſcio, Quo vno maleficio, ſecula omnia complexa eſſe videantur. Tous les maulx des temps de deuant, ſont comprins en ceſtuy. Plin. epiſt. 264, Exegi, vt quæ dicebant, quæque recitabant, libello complecterentur.

Complecti aliquem, Aimer aucun, & le deffendre. Cic. Curioni, De T. Annio tãtum tibi polliceor, te maioris animi erga te, ſi complecti hominem volueris, habiturum eſſe neminem.

Complecti amore aliquem, Aimer aucun. Apud Ciceronem.

Cõplecti aliquẽ arcta familiaritate, Auoir grãde familiarite auec aucũ. Plin. epiſt. 55.b, Et Artemidorũ ipſum, iã tum cũ in Syria tribunus militarẽ, arcta familiaritate complexus ſum.

Complecti animo, Comprendre en ſon entendement. Cic. de ſenect. 14, Etenim quantum cõplector animo, quatuor cauſſas reperio, cur ſenectus miſera videatur.

Cõplecti cõſenſum alteri?, Eſtre du cõſentemẽt dũg autre, ſaccorder a vng autre. Pli. in paneg. 153, Vos proxime deſtinationẽ cõſulatus mei his acclamationibus approbauiſtis, vt intelli-

gã etiã atqꝫ etiã enitendũ mihi, vt hũc cõſenſum veſtrũ cõplectar, & teneã, & in dies augeã.

Complexa eſt eos fortuna: Fortune les aime & les entretient. Cic. de Amicitia, 49, Non enim ſolum ipſa fortuna cæca eſt, ſed eos etiam plerunque efficit cæcos, quos complexa eſt.

Complexus complexa cõplexum, Qui tient aucun embraſſé. Plaut. in Milite, 9.53, Vidi & illam & hoſpitem complexam atque oſculantem. Complexus mulierem, in Pœnulo. Idem in Aſinaria, 7.38, Vbi manus manicæ complexæ ſunt, atque adductæ ad trabem.

Complexus complexus, complexui, m. g. Embraſſement. Complexu tenere, Embraſſer. Plaut. in Amphit. 14.48, Meus Amphitruo vno cubiculo Alcmenam complexu tenet.

COMPLEO comples, compleui, completum, cõplere, Emplir iuſques au deſſus: tout emplir. Gellius, Ventus à latere ſæuiens, nauem vndis compleuerat.

Complere, abſolutum. Plaut. in Pœnul. 18.6, Arabius, murinúſque omnis odor compleuerat. Tout eſtoit rempli dodeurs darabie.

Complet aures ſonus. Cic. lib. VI, de rep. Quis eſt qui complet aures meas, tantus & tam dulcis ſonus? Queſt ce que ioy la ſi doulx?

Compleuit annos cẽtum, Il a veſcu cẽt ans, il ha cent ans accomplis. Cic. de ſenect. 12, Cuius magiſter Leontinus Gorgias, centum & ſeptem compleuit annos, neque vnquam in ſuo ſtudio atque opere ceſſauit. Plin. in paneg. 147, Nõdum bienniũ cõpleramus in officio laborioſiſſimo & maximo. Nous nauions pas encore accompli deux ans en ceſte office.

Cõplere conuiuiũ vicinorũ, Accomplir le nombre es banquets des voiſins, Ceſt ſe trouuer en leurs bãquets. Cic. de ſenect. 43, Quæ quidẽ in Sabinis perſequi ſoleo, cõuiuiúmqꝫ vicinorũ quotidie cõpleo, quod ad multã noctẽ, quãmaxime poſſumus, vario ſermone producimus.

Complere paginã: Eſcrire la page pleine. Cic. Attico, lib. XIII, Etenim hæc decantata erat fabula, ſed complere paginam volui.

Compleuit me flagitij & formidinis, Il ma tout empli de meſchantete & de paour, il ma diffame, il a racompte ma meſchantete, dont iay grand paour, il ma tout charge de villennie & de paour. Plau. in Menæh. 20.3, Quæ me clàm ratus facere, ea omnia fecit palàm paraſitus: qui me compleuit flagitij & formidinis.

Compleui me flore liberi, Iay beu de bon vin tout mon ſaoul. Plaut. in Ciſtell. 3.8, Quia cum adeò me compleui flore Liberi, magis libera vti lingua collubitum eſt.

Complebo illos erroris, Ie les rempliray de folie, quils ne ſauront quils feront, allans cea & la. Plautus in Amphit. 5.9, Erroris ambo ego illos & dementiæ complebo, atque omnem Amphitruonis familiam.

COMPLICO complicas, complicui, complicitum, & complicaui, cõplicatum. Enuelopper. Plaut. in Rudent. 23.1, Dum hanc tibi rudentem quam trahis complico.

COMPLODO complodis, complosi, complosum, Frapper les mains lune contre lautre. Quintil. Complodere manus, ſcenicum eſt: pedes applodere interim licet.

COMPLVRES, & hæc cõplura, horum cõplurium: non eſt comparatiui gradus. Pluſieurs. Plaut. in Aulularia, 25.8, Quid eſt quod ridetis? noui omnes, ſcio fures eſſe hic complures. Terent. in Heaut. 1.1.13, Agrum in his regionibus meliorem, neque preti maioris nemo habet: ſeruos complures. Idem in Adelph. 2.2.22, Emptæ mulieres cõplures, & item hinc alia, quæ porto Cyprum. Idem in Hecyra, 1.2.110, Vbi illic dies eſt complureis, accerſi iubet. Plin. epiſt. 238, Compluribus diebus fuit mecum.

Cõpluria. Terẽt. in Phorm. 4.3.6, Noua hic compluria. Donatus, Secundũ regulã locutus eſt Terẽtius. Nã hoc complure & hæc compluria. Sic veteres, quod noſtri dempta ſyllaba complura dicunt. Sic Cato originum ſecundo, Fana hoc loco cõpluria. Cicero in Protagora, Cõfirmandi genera compluria. Credo, quia veteres hoc plure, non, hoc plus, dicebant.

Compluſculi, compluſculorum, diminutiuum, à complures, Idem ſignificans. Plaut. in Rudent. 4.43, Non hercle adoleſcens, iam hos dies compluſculos quenquam iſtic vidi ſacrificare. Il y a ia pluſieurs iours que ie &c.

Terẽt. in Hecy. 1.2.102, Dies cõpluſculos bene cõueniebat ſanè inter eas. Par pluſieurs iours.

Compluries, aduerbium, Par pluſieurs fois. Plaut. in Perſa, 15.68, Metuo hercle verò, ſenſi ego iam cõpluries. Cato, Cõtumelias mihi dixiſti cõpluries. Idem, Suaſionẽ in legem populi quod compluries vſu venit, omni tẽpore ante ventum eſſe, remp. reddimus. Idem originum lib. 4, Compluries eorũ milites mercenarij inter ſe multi, alteri alteros inter ſe caſus occidere.

COMPLVVIVM compluuij, n. g. Feſtus Pomp. Quò de diuerſis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locũ. Le lieu auquel leaue de pluye chet de diuerſes goutieres de la maiſon.

Compluuius lacus. Varro de re ruſt. lib. 1, cap. 13, Vna, vt interius cõpluuium habeat lacum, vbi aqua ſaliat, qui intra ſtilobatas cum venit, lit ſemipiſcina.

COMPONO componis, compoſui, compoſitum, componere, Aſſembler, & preparer. Terentius in Hecyra, 4.3.5, I ergo intrò, & compone quæ ſimul tecum ferantur. Plaut. in Milite, 19.21, Omnia compoſita ſunt quæ donaui vt ferat.

Cõponere animos, Adoulcir & appaiſer la fierte de cueur. Cic. lib. 1. off. Cauere debemus, ne in perturbationem prius incidamus, quàm animos noſtros ratio componat.

Componere crines, Accouſtrer, & aiancer ſes cheueulx. Virg. lib. 4, geoig. Dulcis cõpoſitis ſpirauit crinibus aura. Plaut. in Trucul. 6.32, Compoſitos, criſpos, cinnos tuos vnguentatos vſque ex cerebro expellam.

Cõponere dicta cum factis, Conferer, & regarder cõment ſaccordent les dicts auec les faicts. Salluſt. in Iugurtha, Vbi Metelli dicta cũ factis compoſuit, ac ſuis ſe artibus tẽtari animaduertit, quippe cui verbis pax nuntiabatur, cæterum re bellum aſperrimum erat: &c. ſtatuit armis certare. Virg. in Buc. Sic paruis componere magna ſolebam.

Componere diem, Finir, fermer le iour. Virg. Antè diem clauſo componet veſper olympo.

Componere fallacias vt. Machiner, & controuuer fineſſes. Plaut. in Pœnulo, 11.29, Compoſita eſt fallacia, vt eo me priuent, atque inter ſe diuidant.

Componere hiſtoriam, Eſcrire & compoſer vne hiſtoire. Plin. epiſt. 137.a, A quibus lubenter requiſierim, cur concedant (ſi concedunt tamen) hiſtoriam debere recitari: quæ non oſtentationi, ſed fidei, veritatique componitur.

Cõponere aliquid latine. Suet. de claris grãm. 1, Ac ſi quid latine ipſi cõpoſuiſſent, prælegebãt.

Componere librum, Compoſer, & recueillir quelque choſe en vng liure. Cic. in Verrem, Si ab iſto libro, quem tibi magiſter ludi neſcio quis ex alienis orationibus cõpoſitum dedit. Plin. epiſt. 139.b, Nam cum Senecio reus eſſet, quòd de vita Heluidij libros compoſuiſſet.

Cõponere membra, Soy deſlaſſer, ſoy repoſer. Virg. Vix deſeſſa ſenẽ paſſus componere mẽbra.

Componere mendacia, Cõtrouuer menteries, Plaut. in Amphit. 4.212, Næ tu iſtic hodie malo tuo compoſitis mendacijs, huc aduenisti audaciæ columen.

Componere pacem alicui cum altero, Mettre daccord deux perſonnes, les appointer. Plaut. in Merc. 22, Pacem componi volo meo patri cum matre. nam nunc eſt irata.

Componere ſycophantias, id eſt meditari & comminiſci, Iouer de tromperie & de cautelle, ſonger & controuuer tromperies. Plaut. in Bacchid. 15.90, Is ſycophantias componit, aurum vt abs te auferat.

Cõponere ſe, Se accouſtrer, & ſe preparer. Plin. in paneg. 127, Fortaſſe imperator in ſenatu ad reuerentiam eius componebatur, cæterum egreſſus, ſtatim ſe recipiebat in principem.

Componere vrbem, Edifier, ordõner, & gouuerner vne ville. Virg. lib. 3, Quam tuta poſſis vrbem componere terra.

Componere victoriam. Salluſt. in oratione ad Cæſarem de rep. ordinãda, Ergo omnes magna mediocrique ſapiẽtia res huc vocat, quæ quiſque optima poteſt, vti dicat: ac mihi ſic videtur, qualicunque modo tu victoriam compoſueris, ita alia omnia futura.

Componere res ſuas, Diſpoſer de ſes affaires, les mettre en ordre. Salluſt. Mihi fortuna multis rebus ereptis, vſum dedit bene ſuadendi, & quod florentibus optabile eſt: ego non validiſſimus præbeo exemplum, quo rectius tua componas.

Cõponere, Appointer & cheuir auec aucũ de quelque affaire. Plin. epiſt. 96.c, Cohæredes mei componere & tranſigere cupiebant, non diffidentia cauſſæ, ſed metu temporum.

Componere inter aliquos: Appointer & mettre daccord aucuns. Plaut. in Curcul. 15.23, Animum aduerte, ſi poſſum hoc inter vos ſententia componere. Terent. in Phorm. 4.3.17, Cur non inquam Phormio vides, inter vos ſic hæc potius cum bona vt componãtur gratia, quàm cum mala?

Componere lites inter aliquos, Appaiſer noiſes entre aucũs, les mettre daccord. Virg. in Buc. Non noſtrum inter vos tantas componere lites.

Cõponere aliquem alteri, Paragonner, Cõparer aucun auec vng autre, Leſtimer & iuger auſſi grand, puiſſant &c. que vng autre. Accius, Quid eſt cur componere auſis mihi te, aut me tibi? Nonius Marc.

Cõponere aliquẽ cũ altero. Idem. Lucilius Satyr. lib. 4, Samnis ſpurcus homo vita iſta dignus locóq́, Cũ Pacidiano cõponier, optimus multo Poſt homines natos gladiator qui fuit vnus.

Componere, Conioindre, ioindre enſemble. Virg. lib. v 111, Cõponens manibúſque manus,

atque oribus ora. Lucilius ſatyr. lib. v 111, Cum Plotio eodem obuio amplector, labra labellis compono. Idem, Tuum latus compone lateri, & cum pectore pectus.

Componere ſocietatem cum prædonibus, Soy aſſocier, & ſe ioindre, Se mettre des leurs, faire alliãce. Salluſt. hiſt. lib. 4, Suſpectúſque fuit, incertum vero, ac per negligentiam ſocietatem prædare cum latronibus compoſuiſſet.

Cõponere pretio, Racheter & ſuborner aucun par quelque ſomme dargẽt. Salluſt. hiſt. lib. 1, Quin lenonis & vinarij laniique, quorũ præterea vulgus in dies vſum habet, pretio cõpoſiti.

Compoſita mouere, Rompre accords & appointemens. Salluſt. ad Cæſarem de rep. ordinanda, Ergo animus ferox praua via ingreſſus, vbi conſueta non ſuppetunt, fertur accenſus in ſocios modo, modo in ciues: mouet compoſita, & res nouas veteribus acquirit.

Compoſita verba, Parolles fardees. Salluſt. in Iugurtha, Non ſunt compoſita mea verba: parui id facio, ipſa ſe virtus ſatis oſtendit.

Compoſito aduerbium, De faict a penſee, tout de gre, Dung accord faict enſemble. Terent. in Phorm. 5. 1. 29, Compoſito factũ eſt quomodo hanc amans habere poſſet, ſine dote. Virg. Cõpoſito rupit vocem, & me deſtinat aræ. Veterum locutionem eſſe dicit Donatus.

Ex compoſito: Idem. Plinius, Nihil non ex compoſito fecimus, pactum ſeruauimus.

COMPOS compotis, communis generis, Celuy ou celle qui ha & obtiẽt quelque choſe. Et genitiuo iungitur, & quandoque ablatiuo.

Genitiuo. Compos animi. Terent. in Adelph. 3. 2. 12, Ah me miſerum, vix ſum compos animi, ita ardeo iracundia, Ie ſuis quaſi hors dentendemẽt, Ie ſuis a demi fol. Donatus, Id eſt competentis animi vel animi ſani. cui contrarium eſt impos animi. Alij compotem animi, compoſitum animo intelligunt.

Compos ærumnarum, Qui ha tout plein de miſeres. Plaut. in Epid. 11. 31, Cedo manũ, accipe ærumnarũ & miſeriarũ compotem. Id eſt, qui ſimul tecum ærumnas & miſerias habet. Participant de tes miſeres. Exemplaria quædã habent ærumnoſam & miſeriarum compotem.

Compos culpæ, Qui ha le tort, qui a failli. Plaut. in Trucul. 17. 58, Ego tibi me obnoxiũ eſſe fateor culpæ compotem, mi Callicles.

Compos gratulationis. Plin. epiſt. 221, Rogo ergo domine, vt me exoptatiſſimæ mihi gratulationis compotem facias, & honeſtis, vt ſpero, affectibus meis præſtes, vt non in me tantum, verum & in amico gloriari iudicijs tuis poſſim. Baille moy occaſion de me eſiouyr que iaye eu de toy ce que ie demande.

Compos laudis. Plaut. in Amphit. 8. 12, Sed hoc me beat, quòd perduelles vicit, & domũ laudis compos reuenit.

Cõpos libertatis. Plaut. in Capt. 2. 41, Et hic hodie expediet hanc docte fallaciam, & ſuum herum faciet libertatis compotem.

Compos miſeriarum: Apud Plautum in Epid. 11. 31.

Compos patriæ, Qui apres empriſonnements ou autres peines, en fin eſt renuoye en ſon pais. Plaut. in Capt. 11. 91, At ita me rex deũm, atque hominum faxit patriæ compotem, vt iſtic, Philocrates non magis eſt, quàm aut ego, aut tu. Cic. ad Atticũ, Si me aliquando veſtri & patriæ compotem fortuna fecerit.

Compos victoriarum. Val. Max. lib 1, Imperatores compotes victoriarum.

Compos votorum, vel voti, Qui ha ſes ſouhais, ce quil deſire. Cicero, Nam quo modo victores dicimus voti cõpotes, qui quicquid volunt, faciunt: ſic victos econtrario voti impotes qui nõ poſſunt facere quod volunt. Plin. epiſt. 12. c, Affuit tamẽ deus voto, cuius ille compos, vt iam ſecurus liberque moriturus, multa illa vitæ, ſed minora retinacula abrupit. Idem in Paneg. 131, Annuis Cæſar optantibus, quibúſque apud deos eſſe conſueſti, quorum potens es, votorum compotes facias.

Ablatiuo iunctum. Compos animo. Salluſt. Neque animo aut lingua ſatis compos. De amente Septimio loquitur.

Compos præda. Liuius, lib. 3, Prædáque ingenti compotem exercitum, ſuis etiam rebus recuperatis, quæ populatione agrorum amiſſæ erant, reducit.

Cõpotio cõpotis, cõpotiui, cõpotitũ, Cõpotire, Cõpotẽ facere. Plaut. in Rud. 22. 5, Templis reducẽ, plurima præda onuſtũ, ſalute horriæ in mari fluctuoſo, piſcatu nouo me vberi cõpotiuit.

COMPOTO compotas: compotare: Boire auec vng autre.

Cõpotrix compotricis, Celle qui accompagne vne autre a boire. Terent. in And. 1. 4. 5. Importunitatem ſpectate aniculæ, quia compotrix eius eſt. Pource quelle eſt ſa cõpagne de tauerne.

Cõpotatio cõpotationis, f. g. Banquet. Cic. de ſenect. 42, Bene enim maiores noſtri accubationẽ

epularum, quòd amicorum & vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt: melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem vocant.

COMPRAES comprædis, m.g. Eiuſdem rei populo ſponſor. Feſt. Pomp.

COMPRECOR comprecaris, comprecatus ſum, Prier auec vng autre, ou prier ſeul. Terẽt. in Adelph. 4.5.66, Abi domum, ac deos comprecare, vt vxorem accerſas abi.

COMPREHENDO comprehendis, comprehendi, comprehẽſum, comprehendere, Agraper, empongner. Plaut. in Aulul. 10.20, Comprehendite, vincite, verberate, in puteum condite. Terent. in Eunucho, 5.1.20. Cõprehendi iube quantum poteſt. Ibidem, 5.6.24, Hunc pro mœcho poſtea comprehendère intus & cõſtrinxére. Columella lib. 7, Cum deinde bucu los comprehenderis, perduc extra ſtabulum.

Comprehendere, Cõplecti & amare ac tueri. Cic. epiſt. 13. Gratum vehementer mihi feceris ſi hunc aduleſcentem humanitate tua quæ eſt ſingularis, comprehenderis.

COMPRIMO cõprimis, compreſſi, cõpreſſum, cõprimere, Enſerrer. Plaut. in Pſeud. 12.20, Quanquam illud aiunt magno cũ gemitu fieri, comprimere dẽtes videor poſſe aliquo modo.

Cõprimere animã, Tenir ſon halaine, ſoy garder dhalener. Terẽt. in Phorm. 5.6.28, Ad fores ſuſpenſo gradu placide ire perrexi, acceſſi, aſtiti, animam compreſſi, aurem admoui.

Comprimere linguam, Sarrer la langue a aucun, ou luy faire mordre ſi bien quil la coupe. Plaut. in Amphit. 4.194, Ego tibi iſtam hodie ſceleſte comprimam linguam.

Comprimere manus, Se garder de frapper. Terent. in Heaut. 3.3.29, At tu tibi iſtas poſthac comprimito manus.

Comprimere palmam, Sarrer le poing, fermer la main. Plaut. in Caſina, 8.52, Præcîde os tu illi hodie: age ecquid ſit, ne oblæſis manum. o. compreſſa palma, an porrecta ferio? Luy baille ray ie vng coup de poing, ou ſur la ioue?

Comprimere ſe, Soy retirer: ceſſer de faire quelque choſe, Se taire. Plaut. in Caſina, 5.34, Ohe iam ſatis vxor eſt, comprime te: nimium tinnis, relinque aliquantum orationis cras quod mecum litiges. Idem in Moſtell. 4.46, Vix comprimor quin inuolem illi in oculos ſtimulatrici. A grand peine me puis ie retirer ne garder que ie ne luy ſaulte aux yeulx.

Cõprime, Retire toy, deporte toy, tais toy, ceſſe. Plaut. in Trucul. 6.6, At volo ſcire, quid debetur hic tibi noſtræ domi. A. comprime.

Comprimere vocem & orationem, Se taire, ſe garder de plus parler. Plaut. in Amphit. 5.34, Orationem comprimam, crepuit foris. Idem in Pſeud. 6.16. & 12.22, Sed comprimẽda eſt mihi vox atque oratio, herum eccum video.

Comprimere aliquem, Fouller aucun, & le tourmenter. Plaut. in Rudent. 24.29, Quid tu ais? T. quod primarius vir dicat, comprime hunc ſis, ſi tuus eſt. G. quid, tu mihi idem vis fieri, quod herus conſueuit tibi? ſi ille te comprimere ſolitus, hic noſter nos non ſolet.

Compreſſus compreſſus compreſſui, Enſerrure. Cic. de ſenect. 47, Deinde tepefactum vapore & compreſſu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem.

COMPROBO comprobas, cõprobare, Approuuer quelque choſe, la louer, & auoir en eſtime. Plaut. in Pœnul. 4.85, Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant.

Re aliquid comprobare, Monſtrer par effect. Terẽt. in And. 5.1.5, Imò enim quàm maxime abs te poſtulo atque oro, vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.

COMPROMITTO compromittis, compromiſi, compromiſſum, compromittere, Litem ad boni viri arbitriũ mittere, Se rapporter de quelque debat au iugement de quelque bon hõme, & a ce quil en dira.

Compromiſſum compromiſſi, Le pouoir que deux gens qui ont debat de quelque choſe enſemble, baillent a quelque arbitre, de dire ce que luy ſemblera de laffaire pour appaiſer la choſe. Cic. pro Roſcio Comœdo, Quæ cum ita ſint, quæro abs te quid ita de hac pecunia, de his ipſis HS LIII, de tuarum tabularum fide, compromiſſum feceris, arbitrum ſumpſeris, quanto æquius & melius ſit dari, repromittíque ſi peteres?

Cõpromiſſum facere de fide tabularũ dixit Cicero, Id eſt, Sen rapporter au dict de gẽs de bíẽ.

COMPVTO cõputas computare, Se penſer, penſer en ſoymeſme, & eſtimer. Plin. epiſt. 48.c, In ſumma cõputabam, ſi munere hoc tertio fungerer, facilioré mihi excuſationem fore, ſi quis incidiſſet, quem non deberem accuſare. Idem in Mercatore, 1.6. Illum computat vxor domũ obduxiſſe ſibi ſcortum.

Computare, Faire compte, conter. Plaut. in Milite, 5.49, Dextera digitis rationem computat feriens femur dextrum. Plinius epiſt. 89, Si computes annos, exiguum tempus: ſi vices re-

rum, æuum putes.

CON & cum, idem significãt. Sed cum, ferè separata. con verò, semper composita reperitur, & significat simul, vt coniungo. Interdum contra, vt contendo. Interdum valide, vt concrepo.

CONCALEO concales, concalui, concalere, Estre chault, ou eschauffer. Plau. in Persa, 4.8, Bene & in strutheis concaleat, & calamum inijce. Idem in Amphit. 6. 15, Prius abis quàm lectus, vbi cubuisti, concaluit locus.

Concalere, Estre esmeu, estre eschauffe en parolles. Terent. in Heaut. 2.3.108, Verum hercle istuc est, Syre, Syre inquam, heus heus Syre. s. cõcaluit. Quid vis? CLIT. redi, redi. Il est fort eschauffe en parle.

Concalfacio concalfacis, concalfacere, Enflamber, exciter, & enhorter. Cic. de natura deorum lib. 2, Et ait idem, cum brachium concalfecerit, tũ se solere pugnare. Idem ad Pansam, lib. 3, Nos Venditanis rumoribus concalfecimus.

CONCAMERATIO concamerationis, f.g. Chose faicte en arc. Victruuius lib. 6, AEdificia quæ plano pede instituuntur, si fundamẽta eorũ facta fuerint, ita vt in prioribus libris de muro & theatris à nobis est expositum, ad vetustatem hæc erũt sine dubitatione firma. Sin autem hypogea concamerationésque instituentur, fundationes eorũ fieri debẽt crassiores, quàm quæ in superioribus ædificijs, structuræ sunt futuræ.

Concamerationes, Ce sont comme berceaux de vigne, soub quoy on se pourmeine.

CONCALLEO concalles, cõcallui, concallere, Estre du tout endurci a quelque chose. Cic. lib. 4, ad Atticum, Locus ille animi nostri stomachus vbi habitat, olim concalluit. Idem de natura deorum, lib. 4, Quorum tanquam manus operæ, sic animus vsu concalluit.

CONCASTIGO concastigas, cõcastigare, Chastier soit par parolles, ou autremẽt. Plaut. in Bacchid. 23.55, I hâc mecũ intrò: atque ibi, si quid vis, filium concastigato. Idem in Trinũmo, 3.3, Nam ego amicum hodie meum concastigabo pro commerita noxia.

CONCEDO concedis, concessi, cõcessum, concedere, Se partir dung lieu, & sen aller. Plaut. in Amphit. Concedite, atque abscedite, omnes de via decedite. Terent. in Hecyra, 4.2.21, Hic video me esse inuisam immerito, tempus est concedere.

Cõcedamus huc, Tournõs, destournons, ou tirons nous cea, vers cea, ou ie suis. Plau. in Capt. 5.21, Abscedite hinc: nos cõcedamus huc. Terent. in Heaut. 1.1.122, Hinc à me quisnã egreditur? huc concessero. Idem in Adelph. 4.4.26, Prodit nescio quis: concedam huc.

Concedit dolor cum, La maladie sen va par. Cic. Tusc. lib. 4, Vt cum magnitudine medicinæ, doloris magnitudo concederet.

Concedite istuc, Tournés vous vers cea, ou cestuy cy est, a costé. Plaut. in Asin. 12.56, Interea si videtur, concedite istuc. Terent. in Eunucho, 4.4.39, Concede istuc paululũ: audin' etiã nunc, paululum? Ibidem, 5.9.37, Tu concede paululum istuc Thraso.

Concede à vel ab, vel abs. Plaut. in Epid. 14.16, Num absum ab domo? num ab oculis cõcessi tuis? Men suis ie alle hors de deuant toy? me suis ie bouge? Idem in Persa, 2.52, At pol ego abs te concessero.

Cõcedere à vel ab &c. huc vel illuc. Plaut. in Mostell. 6.81, Cõcedã à foribus huc, hinc specula bor procul. Terent. in Heaut. 3.3.11, At certe concedas aliquò ab eorũ ore aliquantisper.

Concedere ad. Plautus in Aulul. 21.6, Tantisper hic ego ad ianuam concessero. Ie me retiray vers la porte. Terent. in And. 4.4.12, Concede ad dexteram, Retire toy a dextre.

Concedere ex ædibus, Sen aller hors de la maison demourer ailleurs. Terẽt. in Hecyra, 4.4.57, Pollicita est ea se concessuram ex ædibus.

Concedere hinc à. Terent. in Phor. 5.1.14, Concede hinc à foribus paululum istorsum sodes.

Concede hinc, intrò vel domum. Terent. in Eunucho, 1.2.126, Concedam hinc intrò: atque expectabo dum venit. Ie men vois dici lyens. Idem in Heaut. 3.1.85, Cõcede hinc domũ: ne nos inter nos congruere sentiant.

Concedere solum biduum, Sen aller aux champs, pour dici a deux iours. Terent. in Eunucho, 1.2.102, Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum saltem vt concedas solum.

Concedere in. Se retirer en quelque lieu. Plin. de viris illust. 49, Inde in voluntarium exilium concessit, vbi reliquã egit ætatem. Liuius, de secundo bello Punico, Annibal, Sagunto capta, Carthaginem nouam, in hiberna concesserat. Il se estoit retire. Idem lib. 4. ab vrbe cõdita, Quæ cum agerentur, hostes in loca altiora concessere.

Concedit nox diei, La nuict faict place au iour, La nuict est conuertie en iour. Plaut. in Amphit. 4.122, Neque iugula, nec vesperugo, neque vergiliæ occidunt: ita statim stant signa, ne-

que nox quoquam concedit die.

Concedere, Saccorder a vng autre, & eſtre de ſon opinion. Plin. epiſt. 137, A quibus libenter requiſierim, cur concedant (ſi concedunt tamen) hiſtoriam debere recitari: quæ non oſtentationi, ſed fidei, veritatique cõponitur. &c. Cic. in Verrẽ, act. 2, Da mihi hoc, concede quod facile eſt. Accorde moy ce qui eſt facile. Idem de off. lib. 3, Si negligent, omnia turpia per ſeipſa fugienda eſſe concedant.

Concedere alicui quæ vult, Accorder a aucun ce quil veult. Plaut. in Caſina, 5.49, Illum mihi æquius eſt, quàm me illi, quæ volo, concedere. Cic. de Amicitia, 36, Nã cum conciliatrix amicitiæ virtutis opinio fuerit, difficile eſt amicitiam manere, ſi à virtute defeceris. quòd ſi rectum ſtatuerimus, vel concedere amicis quicquid velint, vel impetrare ab amicis quicquid velimus &c.

Concedere alicui, Aggreer a aucun, ſaccorder a ce quil veult, & lendurer. Terent. in Hecyra, 2.1.27, Rus habitatum abij, concedens vobis, & rei ſeruiens. Ibidem, 3.5.28, Sed quando ſeſe indignam deputat matri meæ, cui concedat, cuiuſque mores toleret ſua modeſtia.

Concedo tibi, Ie te accorde ce que tu dis. Terent. in Phorm. 4.4.19, Audi nunc contrà iam: ſi argentum acceperit, ducenda eſt vxor, vt ais: concedo tibi: ſpatium quidem tandẽ apparandis nuptijs. Ibidem, 5.3.22, Nõ norat patrem? c. norat. D. cur aliud dixit? c. nunquámne concedes mihi, neque intelliges?

Concedere partem octauam pretij, Remettre, ou rabattre lhuytieme partie du pris, Dõner & quitter lhuytieme partie de la debte. Plin. epiſt. 155, Itaque omnibus quidem, ne quis mihi non donatus abiret, partem octauam pretij, quo quis emerat, conceſſi.

Concedere de vita ſua. Plaut. in Trinum. 8.60, At pol ego etiã ſi vetet, edam, atque ambabus malis expletis vorem, & quod illi placeat præripiã potiſſimum: neque illi concedã quicquã de vita mea. verecundari neminem apud menſam decet. Ie ne maccorderay rien a luy, puis quil eſt queſtion de ma vie.

De Caſina, certum eſt cõcedere homini nato nemini: Ie ne maccorderay a hõme qui viue, quil ait Caſina en mariage premier que moy. Plaut. in Caſina, 6.15.

Concedere de ſuo iure, Relacher de ſon droit. Terent. in Adelphis, 2.2.9, Metuiſti, ſi nunc de tuo iure conceſſiſſes paululum, atque adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultiſſime, ne non tibi iſtuc fœneraret.

Concedere alicui de familiaritate, Neſtre point ſi familier & ſi priue enuers aucun que eſt vng autre. Cic. in Verrem, act. 4, Qui ſcribit? qui monet? qui proximus eſt? is eſt C. Clodius, qui in Sicilia ſequeſter iſtius, interpres, cõfector negotiorum, propè collega Timarchidi numerabatur: nũc obtineat eum locum, vt vix Apronio illi de familiaritate concedere videatur: & qui ſe non Timarchidis, ſed ipſius Verris collegam & ſocium eſſe dicebat.

Concedere fato, Mourir. Plin. in paneg. 20, In principe enim qui electo ſucceſſore fato conceſſit, vna, itémque certiſſima diuinitatis fides eſt bonus ſucceſſor.

Conceſſum eſt mihi ab dijs. Plaut. in Amphit. 3.11, Nam vos quidem id iam ſcitis conceſſum & datũ mihi eſſe ab dis alijs, nũtijs præſim & lucro. Les dieux mont ottroye & permi cecy. Cic. de Amicitia, 40, Quare talis improborum conſenſio non modo excuſatione amicitiæ tegenda non eſt, ſed potius omni ſupplicio vindicanda eſt, vt nequis conceſſum putet, amicum bellum patriæ inferentem ſequi.

Conceditur vt. Cic. de Amicitia, 46, Conceditur profecto eſſe verum vt bonos boni diligant, aſciſcántque ſibi quaſi propinquitate coniunctos, atque natura. Certainement on accorde bien que les bons aiment les bons.

Conceſſo conceſſis, conceſſere: frequentatiuum. Plaut. in Aſinaria, 7.24, Sed quid ego hic properans cõceſſo pedibus, lingua largior? Pourquoy reſpargne ie mes pas? pourquoy ne marche ie, ſans tant quaqueter?

CONCELEBRO concelebras concelebrare, Feſter, ſolennizer. Apud Pliniũ in epiſt. concelebrare natalem legitur.

Concelebrare plateam hymenæo: Faire la feſte parmi la rue en chãſons de nopces. Plautus in Caſina, 19.2, Age tibîcen, dum illam educunt huc nouam nuptam foras, ſuaui cantu concelebra omnem hanc plateolam hymenæo.

CONCERTO cõcertas, cõcertare, Soy debattre auec vng autre. Terent. in Adelph. 2.2.3, Quid iſtuc Sannio eſt, quod te audio neſcio quid concertaſſe cũ hero? Tu as eu noiſe de quelque choſe auec ton maiſtre.

Concertatio concertationis, f. g. Combat. Terent. in Adelphis, 2.2.4, Nunquam vidi iniquius concertationem comparatam, quàm quæ hodie inter nos fuit: ego vapulando, ille verberando vſque, ambo defeſſi ſumus.

Concertatus concertata concertatum, Debattu. Vt cõcertata res, Vne affaire qui a eſte debattue & diſcutee, ou diſputee long temps entre gens congnoiſſans en laffaire. Cic. in partitionibus, Atque etiam ante iudicium de conſtituendo ipſo iudicio ſolet eſſe contentio, cum aut ſitne actio illi qui agit, aut iámne ſit, aut nũ eſſe deſierit, aut illáne lege, hísne verſibus ſit actio quæritur: quæ etiam ſi antequam res in iudicium venit, aut concertata, aut dijudicata, aut cõfecta non ſunt: tamen in ipſis iudicijs permagnum ſæpe habent pondus.

CONCHA conchæ, f. g. Vne coquile comme de limaceon, douytres, ou de moulles. Columella, Implicitus cõchæ limax. Ouid. Oſtreáque in conchis tuta fuêre ſuis. Cicero de pinna loquens, Duabus grandibus obſita conchis.

Concha generali nomine, oſtreum dicitur, Vne ouytre. Plin. lib. 1x. cap. 35. Plaut. in Rudente, 17.37, Ex concha natam eſſe autumant.

Concha, Valis genus cõcauum ac ſuperius patulum, ab huius conchæ ſimilitudine. Vne iatte, vne ſibylle de preſſoir, ou ſemblable. Lugdunenſes dicunt, Vne conche. Cato de re ruſtica, cap. 13. Dolia olearia & opercula & labra olearia. x1111 conchas maiores duas & minores duas. Plinius, Puluis ſemper in catinos digeritur, & ex aceto maceratur, vt omnis duritia ſoluatur, ac rurſus tunditur: deinde lauatur in conchis, ſiccatúrque. Iuuenalis, Cum bibitur concha.

Concha: pro tuba ponitur. Virgilius lib. 7, Sed tum forte caua, dum perſonat æquora concha. Ouidius lib. 1, Metamorph. Cæruleum Tritona vocat, conchaque ſonaci Inſpirare iubet. Seruius hoc nomen à κόνχη trahit. Alij latinum putant, à concauitate deductum, atque ſine aſpiratione ſcribunt.

CONCHIS huius conchis, f. g. Fabæ genus ſiue edulium ex faba. Iuuenal. Cuius conche tumes. Perottus dicit eſſe fabam cum cortice ſuo elixam, ad differentiam fabæ frixæ quæ ſine cortice coquitur, à ſimilitudine concharum, quòd fracto cortice velut implicita conchis ſuis caro videatur. Martialis, Si ſpumat rubra conchis tibi pallida teſta, Lautorum cœnis ſæpe negare potes.

CONCHYLE huius conchylis, n. g. vel conchylium cõchylij, Græce κογχύλιον, latine murex, genus piſcis ex concharum genere, vt ait Plinius lib. 9. cap. 35 & 36. quem muricẽ & ſarram & oſtrum appellant: ex cuius inciſa concha colligitur ſuccus tingẽdis veſtibus expetitus. Ex eo enim inficitur purpura, qui color auſterus in glauco eſt, & iraſcenti in mari.

Conchylium, ipſe color. Plin. Concharum ad purpuras & conchylia eadem eſt materia.

Conchylium, muricem, oſtrum, in eadem ſignificatione accipimus.

Conchyliatus conchyliata conchyliatum, Veſtis purpurea, à conchylijs. Plin. In conchyliata veſte cætera eadem ſine buccino. Cicero in Philippicis Conchyliata periſtromata appellat quæ infecta erant ſucco cõchyliorum.

Conchyta conchytæ, m. g. Qui conchylia cõquirit in mari. Plaut. in Rud. 9.5, Saluete fures maritumi, cõchytæ atque hamiotæ, famelica hominũ natio quid agitis? Cõchyliarij etiã dicũtur.

CONCIDO, concîdis, concîdi, concîſum, concidere, Couper en pieces & morceaux, hacher menu. Plin. Caro eius conciſa ac decocta adhibenda eſt. Plaut. in Amphit. 3.85, Quíve quo placerent, alter feciſſet minus, eius ornamenta & coriũ vti conciderent. Ibidem, 15.9, O di faciant, vt tu quoque conciſus pugnis, & illiſis dentibus, id impranſus creduas. Idem in Epidico, 10.52, Hem iſtic homo te articulatim concîdit ſenex.

Concidere, Deſchirer. Terent. in Eunucho, 5.1.4, Virgo conciſſa veſtæ lachrymans obticet.

Concidere, Caſſer. Plin. Et nucleus dentibus conciſus ſuper vulnus imponitur.

CONCIDO cóncidis, cóncidi, concaſum, concídere, Cheoir ius. Plaut. in Rudent. 4.85, Vt præ timore ingenua in vndas cóncidit. Idem in Amphitruone, Vt quiſquis inſtiterat, cóncidit crepitu.

Concídere, Soudainement mourir. Columella, lib. 8, Atque alia genera pecorum cum peſtilentia vexantur, prius morbo & langoribus maceſcunt: ſolæ capellæ, quãuis opimæ atque hilares, ſubitò cóncidunt.

CONCILIVM concilij, n. g. Aſſemblee de gens. A concalando dictum cõcilium, id eſt vocando. Vel, vt ait Varro, à coactione: Seu ſecundũ Feſtum, à populi conſenſu. Virg. Conciliúmque vocat diuûm pater, atque hominum rex.

Conciliabulum conciliabuli, n.g. Le lieu ou ſe faict vne aſſemblee de gens. Plaut. in Bacchid. 1.47, Quid ſi apud te veniat deſubito prandiũ, aut potatio forte, aut cœna, vt ſolet in iſtis fieri conciliabulis? Idem in Trinummo, 6.33, Iſtæc ego mihi ſemper habui ætati tegumentum meæ, ne penetrarem me vſquam, vbi eſſet damni conciliabulum.

Concilio concilias, conciliare, Mettre en amour auec aucun, ioindre par amour. Plaut. in Milit. 10.205, Tua mihi vxore dicam delatum, & datum, vt ſe ad eum conciliarem. Idem in Epid. 10.36, His legibus habeas licet. M. conciliauiſti pulchre. Tu nous as fort bien ioings.

Conciliauit eum huc. Plaut. in Capt. 4.28, Sed ſi vllo pacto ille huc conciliari poteſt, vel carnificinam hunc facere poſſum perpeti, Si en aucune maniere on le pourroit induyre, & luy mettre en laffection de venir demourer icy.

Conciliare aliquem ad alterum, dixit Plautus, in præcedentibus ipſius verbis.

Conciliare aliquem alteri. Plin. de viris illuſt. 74, Mox per Murenam in Aſia claſſem Mithridatis & Ptolemæum regem Alexandriæ conſuli Syllæ conciliauit.

Conciliare aliquem in libertatem, Faire tant par amitie que aucũ ſoit mis en liberte. Plaut. in Epid. 13.46, Tibi quidem quod ames, domi præſto eſt, fidicina, opera mea, & ſororẽ in libertatem idem opera concilio mea.

Conciliare ſibi animũ alicuius, Par amitie attirer le cueur daucun a nous aimer. Liuius lib. 1, AEneas aduerſum tanti belli terrorem, vt animos Aboriginum ſibi conciliaret, &c.

Conciliare amicitiam, Attirer en amitie. Cic. de Amicitia, 82, Virtus inquam, C. Fanni, & tu Q. Muti, & conciliat amicitias, & conſeruat. Faict auoir amitie enſemble.

Conciliare nugas. Plaut. in Trinũmo, 13.12, Nunc adeò ſiquid ego addidero amplius, eo conductor melius de me nugas conciliauerit. Id eſt, vt interpres dicit, ob iſta nugatoria ſuam rem melius egerit.

Conciliare affinitatem inter aliquos, Faire auoir affinite entre aucuns. Plaut. in Trinummo, Meus gnatus me ad te miſit, inter ſe atque tuos affinitatem vt conciliarem.

Conciliare pacem, Mettre paix. Terent. in Heaut. 5.5.2, Exeo ergo, vt pacem conciliem.

Conciliare pacem ab aliquo. Plaut. in Moſtell. 16.6, Nunc ego de ſodalitate ſolus ſum orator datus qui à patre eius conciliarem pacem.

Conciliare pecuniam, Amaſſer argent du peuple. Cic. in Verrem, act. 4. Et quoniam de ea pecunia quam tibi ad ſtatuam cenſores contulerunt, dixi, non mihi prætermittẽdum videtur, ne illud quidem genus pecuniæ conciliatæ, quam tu a ciuitatibus ſtatuarũ nomine coegiſti.

Conciliatrix conciliatricis, Celle qui met vng autre en amitie auec aucun. Plaut. in Milit. 22.17, Viduam eſſe cenſui: itáque eſſe ancilla conciliatrix dicebat mihi. Feſtus Pompeius, Cõciliatrix dicitur, quæ viris conciliat vxores, & vxoribus viros.

CONCINNO concinnas, concinnare, Appareiller, accouſtrer. A concinnus formatum verbum, quod ex con & cinnus componitur. Cinnus autem, potionis genus eſt ex multis liquoribus confectum. Non. Marcellus. Plaut. in Aſinaria, 5.64, Auceps quãdo concinnauit areã, effundit cibum, aues aſſueſcunt.

Concinnare, Faire. Plaut. in Capt. 11.71, Vt illi maſtigiæ cerebrum excutiam, qui me inſanum verbis concinnat ſuis. Il me faict deuenir fol par ſes parolles. Idem in Amphit. 8.94, Atrabili percita eſt, nulla res tam delirantes homines concinnat cito.

Concinnare liuorem ſibi. Plaut. in Truculento, 17.17, Iam liuorem ſcapulis iſtoc concinnas tuis. Tu es bien taille dauoir ſur tes eſpaules pour cecy. ou tu te mes en danger dauoir force coups ſur tes eſpaules.

Concinnare lutũ, Appareiller & accouſtrer de la boue pour faire maiſons. Plau. in Rud. 4.8, Si ſapiam, hoc, quod me mactat, concinnem lutum.

Concinnare ſe leuẽ ſuis, Ne cherger point les ſiens, ne les moleſter point par viure a leurs deſpens. Plaut. in Trinummo, 10.58, Nunquam erit alienis grauis, qui ſuis ſe concinnat leuẽ.

Concinnare ſtruices patinarias, Appareiller diuers appareils de viandes, diuers mets. Plautus in Menæh. 3.26, Cerealeis cœnas dat, ita menſas extruit, tãtas ſtruices cõcinnat patinarias.

Concinnare veſtem, Accouſtrer & rabiller vne robe, la refaire. Plau. in Menæh 16.33, Tũne tibi hanc ſurreptam dicere audes, quam mihi dedit alia mulier vt concinnandam darem?

Concinnare viam. Plaut. in Sticho, 5.13, Curre vt lubet, caue quenquã floccifacias, cubitis depulſa de via: tranquillam viam concinna. Fais voie que on puiſſe paſſer, chaſſe tous hors.

Concinnare vxorem lachrymantem, Faire plourer ſa femme. Plaut. in Amphit. 6.31, Lachrymantem ex abitu concinnas tu tuam vxorem.

Concinnatus concinnata concinnatum, Appareillé & accouſtré. Plaut. in Milite, 12.49, Populi odiũ quidni nouerim? magnum illum concinnatum mœchum vnguentatum. Ce grand perruquet attifé.

Concinnata veſtis. Plaut. in Menæh. 11.2. Potin' vt quieſcas, ſi ego tibi hanc hodie probe, lepidéque concinnatam referam tempori?

Concinnus concinna concinnum, Orné, accouſtré, aiancé, beau. Plautus in Perſa, 15.81, Sat pol concinna facie.

Concinnitudo, concinnitudinis, pro conuenientia. Cicero lib. 3 Artis veteris, Splendoris & feſtiuitatis & concinnitudinis minimum.

Concinnatorem capillorum dixit Columella.

Concinne aduerbium, Proprement, honeſtement. Plaut. in Epid. 5.39, Sed veſtita aurata ornamenta vt lepide, vt concinne, vt noue. Quelle eſt proprement & mignonnement accouſtree.

CONCINO concinis, concinui, concentum, concinere, Chanter enſemble. Cic. lib. 1. acad. Qui cum ſimilitudine concinere maxime ſibi videntur.

Concinere, conuenire eſt, inquit Feſtus Pompeius.

Concentus concentus cõcentui, m. g. Vng accord de pluſieurs voix enſemble. Virg. lib. 1. georg. Hinc ille auium concentus in agris.

Concentus, Accord de volunte. Plin. in Paneg. 74, Neque enim à te minore cõcentu, vt tolleres pantomimos, quàm à patre tuo, vt reſtitueret, exactum eſt.

CONCIO concis, conciui, concitum, concire, Appeller a ſoy. Liuius lib. 1, Deinde, ne vana vrbis magnitudo eſſet, adijciendæ multitudinis cauſſa vetere conſilio condentiũ vrbes, qui obſcuram atque humilem conciẽdo ad ſe multitudinem natam, è terra ſibi prolẽ ementiebãtur.

Concire, Eſmouuoir. Terent. in Hecyra, 3.1.33, Fortaſſe vnum aliquod verbum inter eas irã hanc conciuerit. Idem in Heaut. 5.2.17, Diſperij, ſceleſtus quãtas turbas conciui inſciẽs. Plautus in Mercat. 22.36, Hic fauonius ſerenus eſt, hic auſter imbricus: hic facit trãquillitatem, iſte omnes fluctus conciet.

Concire lites alicui, Eſmouuoir noiſe contre aucun, Faire tenſer aucun. Plaut. in Aſin. 14.13, Tu ergo face vt illi turbas, lites cõcias: cum ſuo ſibi gnato vnà ad amicã de die hunc potitare, illam expilare, iam emone.

Concire hoſtes alicui, Eſmouuoir ennemis a aucun. Plautus in Mercat. 16.56, At te vicine di deæque perduint cum tua hac amica, cúmque amationibus quæ ſuſpicione impleuit me indigniſſime, conciuit mihi domi hoſtes, vxor acerrima eſt.

Concire malum alicui. Plaut. in Menæh. 20.4, Meus Vlyſſes, qui ſuo regi tãtum cõciuit mali.

Conciet turbas vxori, Ie tenſe a ſa femme. Plautus in Amphit. 5.14, Actũtũ vxori turbas conciet, atque inſimulabit eam probri.

Fames & mora bilem in naſum conciunt. Plaut. in Amphit. 15.41.

Concito concitas, concitare, frequentatiuum. Prouoquer a ire, eſmouuoir. Concitare turbã, Faire vne eſmeute. apud Plautum.

Concitatus concitata concitatum, Eſmeu, courrouce. Gellius, Erat enim aliquanto concitatior.

CONCIO concionis, f. g. Aſſemblee de gens. Cic. de Amicitia, 78, Concio quæ ex imperitiſſimis conſtat, tamen iudicare ſolet quid interſit inter popularem, id eſt aſſentatorem, & leuẽ ciuem &c. Salluſtius, Itaque concione aduocata, huiuſmodi orationem habuit.

Concio, Le lieu auquel monte celuy qui veult faire ſermon au peuple, harãgue, ou oraiſon. Liuius lib 1, Vocato ad concilium populo, ſummiſſis faſcibus, in concionem aſcendit.

Concio, Loraiſon, harangue, ou ſermon que on faict au peuple. Cic. Dolabellæ, Legi concionẽ tuam, nihil illa ſapientius.

Concionem habere, Faire vng ſermon, oraiſon, ou harangue au peuple. Plaut. in Menæhmis, 10.7, Vt illum dij omnes perduint, qui primus commentus eſt concionem habere quæ homines occupatos occupat.

Concionor concionaris, concionari, Idem quod concionem habere. Cic. Cornificio, Nos hic cum homine gladiatore omnium nequiſſimo collega noſtro Antonio bellum gerimus, ſed non pari conditione arma, contra verbis. At etiam de te concionatur: nec impune.

Concionator concionatoris, m. g. Vng preſcheur, ſermonneur, orateur.

Concionalis, huius concionalis, Qui eſt idoine a faire ſermon & predication, ou qui ha de couſtume de ce faire, Vng preſcheur. Curius Ciceroni, Quod quidem ſi inter vos ſenes cõcionales vænale præſcripſerit, egerit multum.

Concionatorius cõcionatoria concionatorium, Qui appartiẽt a vne aſſemblee. Gellius, Ecce autem pro tibicina laconica, tibia quoque illa concionatoria in mentem venit, quam C. Graccho ſub populo agente, præiſſe ac præmonſtraſſe modulos ferunt. Qui ſeruoit a faire aſſembler le peuple.

Cõcionalis, Qui ſaſſemble par bandes, par cõpagnies ou aſſemblees. Cic. Attico, libro 1, Accedit illud, quod illa concionalis hirudo ærarij miſera & ieiuna plebecula, me ab hoc Magno vnice diligi putat.

CONCIPIO concipis, concepi, conceptum, concipere, Conceuoir. vt, mulier concipit.

Concipere animo, Deliberer & propoſer en ſoymeſme. Senec. Iamdudum animo conceperat quid eſſet acturus.

Concipere oculis, veoir. Plaut. in Pœnulo, 4. 55, Quid habetis qui mage immortales vos credam, quàm ego ſum, qui hæc tanta oculis bona concipio?

Concipere fœdus, Prendre & faire alliance auec aucun. Virgilius, Aut tu bella cie, conceptúmque excute fœdus.

Concipere metum, Auoir paour. Plautus in Amph. 4. 147, Igitur magis maiorem in modum in ſeſe concipiet metum.

Concipere ſcelus, Machiner, & propoſer en ſoymeſme de faire quelque mal. Cic. pro C. Rabirio, Quodnam concepi tantum ſcelus? aut quod in me tantum facinus admiſi iudices?

Concipere ſpem de aliquo, Auoir eſtime daucun, ou opinion, ou eſperance quil ſera quelque grand choſe. Plin. epiſt. 10, Atque vtinam ſic ſpem ipſe quam tunc ille de me concepit, impleuerim, vt ille multum virtutibus ſuis addidit.

Concipere iuſiurandum, quid ſit, ex verbis Taciti intelligere poſſumus libro ſecundo, Excogiter vne forme de ſerment a ſa fantaſie. Sic enim inquit de delatoribus loquens: Signo vltionis in accuſatores dato, petit à Cæſare Iunius, vt commentariorum principalium poteſtatem ſenatui faceret, per quos noſceret quem quiſque accuſandum popoſciſſet. Conſulendum tali ſuper re princeps reſpondit. Senatus inchoantibus primoribus iuſiurandum concepit, quo certatim omnes magiſtratus cæteri, vt ſententiam rogabantur, deos teſtes aduocabant, nihil ope ſua factum, quo cuiuſquam ſalus læderetur: neque ſe præmium aut honorem ex calamitate ciuiũ cepiſſe, trepidis per verba iuriſiurãdi per varias artes mutantibus quis flagitij conſcientia inerat. Id eſt, ijs qui delationum conſcientia vrgebantur, conceptionem, hoc eſt formulam iuramenti mutantibus, vt ſolent qui fallaciter iurant. Idem alibi, Auxilia è Gallia hortantibus præfectis ſtatim à Vitellio deſciſcunt, vetus miles cũctabatur, ſed adigẽte Flacco dixit ſacramentum, non vultu, neque animo ſatis affirmans. Et cũ cætera iuriſiurãdi verba conciperent, Veſpaſiani nomen hæſitantes, aut leui murmure, & plerunque ſilentio tranſmittebant. Conciperent (inquit) id eſt comminiſcerentur & excogitarent.

Concipere, Aſſembler, congreger & mener en vng. Columella lib. 1, Ne quum à vertice torrens imbribus conceptus affluxerit, fundamenta cõuellat. Idem, Sed ampla ſtabula ſic ordinentur, vt ne quis humor influere poſſit, & vt quiſque ibi conceptus fuerit, quàm celerrime dilabatur, vt nec fundamenta parietum corrumpantur, nec vngulæ pecudum.

Conceptus concepta conceptum, Conceu, delibere, arreſte en ſoymeſme.

Conceptis verbis iurare, Iurer de propos delibere, ou iurer tout ainſi quil plaira a vng autre, ſelon la forme & maniere qui luy plaira ordonner, & dicter, ce quil vouldra. Plau. in Ciſtell. 2. 89. At ille conceptis iurauit verbis apud matrẽ meam, me vxorẽ ducturũ eſſe. Idem in Mercat. 16. 50, Conceptis verbis iam iuſiurandum dabo, me nunquam quicquam cum illa. Idem in Aſinaria, 11. 16, Vbi fidentem fraudaueris, vbi hero infidelis fueris, vbi verbis conceptis ſciens libenter peieraris. Idem in Pſeud. 5. 118, Iuraſtin' te illam nulli venditurum, niſi mihi? BAL. fateor. CAL. nempe conceptis verbis. BAL. etiam conſultis quoque. Id eſt, non modo dictatis à te verbis, ſed etiam cogitatis, animaduerſis, præmeditatis.

Conceptiuæ feriæ à Feſto dicuntur, quæ certis diebus quotannis obſeruabantur, vt Sementinæ & Compitalitiæ.

CONCIPILO concipilas concipilare, interprete Feſt. Pompeio, Corripere eſt & inuolare. Plautus in Truculento, 11. 61, Etiam ſcelus minitare, quem ego affatim iam iam concipilabo? Ie tempongneray.

CONCLAMO conclamas, conclamare, Crier a aucun. Plaut. in Milite, 5. 22, Vbi abijt, cõclamo, heus quid agis tu in tegulis?

Conclamare, Faire vng cri parmi les rues, comme a ſon de trompes ou autrement. Plaut. in

Menæhmis, 24.96, Vis conclamari auctionem fore quidem?

Conclamatum eſt, Ceſt faict, il eſt perdu. Terent. in Eunucho, 2.3.56, Deſine, iam cõclamatum eſt. Donatus, Conclamatum eſt, tranſactum ac finitum. vt Conclamata corpora, quæ nihil reliqui iam habent ad vitæ officia. Lucanus, Corpora nondum conclamata iacent. Aut conclamatum, ſatis deploratum, ſatiſque vociferatum eſt: quia dixerat, O infortunatum ſenem: ſi & hic amare cœperit. Tanquam dicat, Iam occiſum patrem, tandem ſcimus, iámque deflemus. Hæc Donatus.

Cõclamata vaſa, On a crie que on aſſemble le bagage, la vaiſſelle, il ſenfault aller. Exercitu enim caſtra moturo conclamari ſolet vt vaſa colligant. Cæſar, Vaſis militari more conclamatis, progreſſus milia &c.

Non conclamatis vaſis abire, Sen aller ſans dire a dieu a ſon hoſte, ſans le faire aſſauoir a ſon hoſte, Se partir ſans dire mot. Cæſar lib. 3. de bello ciuili, Scipio noſtrorum ſtudium alacritatémque pugnandi cum cognouiſſet, ſuſpicatus fore, vt poſtero die, aut inuitus dimicare cogeretur, aut magna cum infamia in caſtris ſe continere, noctu neque conclamatis quidem vaſis, flumen tranſijt.

Conclamito conclamitas, cõclamitare, frequentatiuum, Souuent crier parmi la ville. Plautus in Mercat. 3.51, Conclamitare tota vrbe, & prædicare omnes tenerent mutuitanti credere.

CONCLAVE conclauis, n.g. & conclauis huius cõclauis, f.g. Vng lieu ſecret au derriere de la maiſon la ou on ſe retire pour parler enſemble ſecrettement, vng cabinet ou arriere chambre. Terent. in Heaut. 5.1.29, Eſt mihi vltimis cõclaue in ædibus quoddam retro: huc eſt intro latus lectus, veſtimentis ſtratus eſt. Idem in Eunucho, 5.35, Dũ apparatur, virgo in cõclaui ſedet, ſuſpectans tabulam quandam pictam.

Conclauia, dicuntur loca, quæ vna claue clauduntur, inquit Feſt. Pomp.

Conclauium conclauij, Idem. Plaut. in Aulul. 12.23, Etiã rogitas ſceleſte homo, qui angulos omneis mearum ædium, & conclauium mihi peruium facitis?

CONCLVDO concludis, concluſi, concluſum, Concludere, Enfermer. Plautus in Curculione, 8.79, Quia enim in cauea ſi forent concluſi itidem vt pulli gallinacei, ita non potuere vno anno circuirier. Idem in Rudente, 10.59, Ibidem in naui concluſit ipſe in vidulum, ne copia eſſet eius.

Concludere ſe in cellam. Terentius in Adelphis, 4.2.14, Nam me in cellam aliquam cum illa concludam, id tutiſſimum eſt. Plaut. in Caſina, 2.43, Concludêre in feneſtram firmiter vnde auſcultare poſſis.

Nam illum aliquò concluſſem: neque illi commiſiſſem virginem. Terẽt. in Eunucho, 4.3.25.

An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit: quæ tot res, tantas, tam opportune in vnum concluſit diem? Terent. in Eunucho, 5.9.17.

Concludar huc. Terentius, Ex ea re quid fiat vide. P. vt ab illa excludar, huc concludar. In Andria, 2.3.12.

Concludere orationẽ, Finir, faire fin a ſon oraiſon, faire cõcluſion. Cic. de Amicitia, 82, Quã obrem ad illam primam redeamus, eámque ipſam concludamus aliquando.

Concluſus concluſa, concluſum, Enfermé. Plaut. in Amphit. 4.187, Quò ambulas tu, qui Vulcanum in cornu concluſum geris?

CONCOQVO concoquis, concoxi, cõcoctum, concoquere, Cuyre enſemble, recuyre, digerer en leſtomach, ronger la dedãs ſon cueur. Vt decoquere animi ægritudinẽ, Rõger ſon frain. Plaut. in Pſeud. 13.80, Quia ſorbitione faciam ego te hodie mea item, vt Medea Peliam concoxit ſenẽ, quem medicamento & ſuis venenis dicitur feciſſe rurſus ex ſene adoleſcentem.

Concoquere odia, Endurer & ſouffrir haine, & faſcheries. Cic. ad Q. Fratrem lib. 3, De epiſtola Vatinij riſi. ſed me ab eo ita obſeruari ſcio, vt eius iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquam.

CONCORS concordis, omnis generis. Qui eſt dung meſme courage dung autre, qui ha vne meſme affection. Plaut. in Aulul. 15.17, Et multo fiat ciuitas concordior, & inuidia nos minore vtamur, quàm vtimur.

Concordia, concordiæ, f.g. Concorde & vnion enſemble. Salluſt. Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.

Concorditas pro concordia, apud Pacuuium, Concorditatem hoſpitio adiunctã perpetem probitatem conſeruetis.

Concordo, concordas, concordare, Eſtre daccord auec vng autre, viure en paix, ſans diſſention

auec luy. Terentius in Phormione, 2.3.86, Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam ſenectutem oblectet.

CONCORPORO concorporas, concorporare, Faire & ioindre pluſieurs choſes en vne, & nen faire que vng corps, Allier. Plinius, Semper mulſum ex vetere vino facilliméque cũ melle concorporatur.

CONCREDO concredis, concredidi, concreditum, cõcredere, Commettre quelque choſe en la foy dautruy, Se fier de quelque choſe a aucun. Plaut. in Trinummo, 13.112, An ille ita eſſet ſtultus, qui mihi mille nummos crederet Philippeum, quòd me aurum deferre iuſſit ad gnatum ſuum atq; ad amicum Calliclem, cui rẽ aiebat mandaſſe hic ſuam, mihi cõcrederet, ni me ille, & ego illum noſſem probe? Idem in Capt. 6.98, Nec quenquã fideliorem, neque cui plus credat, potes mittere ad eum, nec qui magis ſit ſeruus ex ſententia, neque adeò cui tuum concredat filium hodie audacius. Idem in Aulul. 3.6, Sed mihi auus huius obſecrans cõcredidit Theſaurum auri. Ibidem 16.49, Caueſis tibi ne tu in me mutaſſis nomẽ, ſi hoc cõcreduo. Idem in Caſina, 10.42, Apud hunc ſodalem meum atque vicinum mihi locus eſt paratus, ei ego amorem omnem meum concredui: is mihi ſe locum dixit dare.

Cõcredere aliquid taciturnitati alicuius, Dire ſon ſecret a aucun, en ſe fiãt quil nen dira rien. Plaut. in Trinũ. 4.76, Subigis maledictis me tuis Megaronides nouo modo, adeò, vt quod meæ concreditum ſit taciturnitati, fidei & fiduciæ, ne enũtiarem cuiquam, neu facerem palàm, vt mihi neceſſe ſit iam id tibi concredere. De te le dire, & me fier en toy que tu ne le rediras a aucun.

Concredere mari nauigia, Mettre nauires ſur la mer. Columella in præfatione, Iámque qui ædificare velint, fabros & architectos aduocent: qui nauigia mari concredere, gubernandi peritos: qui bella moliri, armorum & militiæ gnaros.

Concredere aliquẽ in cuſtodiam alterius, Bailler aucun en garde a vng autre. Plaut. in Merc. 5.9. Poſterius quàm mercatus fueram, viſus ſum mihi eam in cuſtodiam ſimiæ concredere.

CONCREPO concrepas, concrepui, concrepitum, concrepare, Fort bruyre, & faire grand bruit. Plaut. in Bacchid. 13.28, Sed huc concedam: nam concrepuerunt fores. Terentius in And. 4.1.59, Hem: ſed mane: concrepuit à Glycerio oſtium. Plaut. in Milite, 5.51, Concrepuit digitis, laborat cerebro, cõmutat ſtatus. Cic. lib. 4. off. Itaque ſi vir bonus habeat hanc vim, vt ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletum teſtamenta nomen eius irrepere.

CONCRESCO concreſcis, concreui, cõcretum, concreſcere, Croiſtre enſemble. Ou ſe ioindre enſemble. Virg. Concreſcunt ſubitæ currenti in fluminę cruſtæ. Id eſt congelaſcunt.

Concretus concreta concretum, Conionct, aſſemble enſemble. Virg. Multa diu concreta modis inoleſcere miris.

CONCRIMINOR concriminaris, concriminatus ſum, concriminari, Meſdire daucun, le blaſmer, impoſer crime a aucun. Plaut. in Milite, 5.87, Vt ſi illic concriminatus ſiet aduerſum militem meus conſeruus, eam vidiſſe oſculantem hic cum alieno: eum ego contrà arguã, illã vidiſſe apud te cum ſuo amatore amplexantem atque oſculantem.

CONCVBO concubas, & concumbo concumbis, concubui concubitum, concumbere, vel concubare: Dormir & repoſer auec vng autre. Terẽt. in Hecyra, 3.3.33, Nam aiunt tecũ pòſt duobus concubuiſſe eam menſibus.

Concubium concubij, n.g. Le premier ſomme, le profond de la nuict, pleine nuict. Plautus in Trinummo, 13.41, Quia pater, ſi ante lucem ire occipias, à meo primo nomine, concubium ſit noctis, prius quàm ad poſtremum peruenieris. Il ſera bien minuict &c. Siſenna lib. 4. hiſt. Ipſi legati concubia nocte oppido digreſſi, iam ſupra hoſtium munitionem ſuccedunt.

Concubinatus concubinatui, m.g. Paillardiſe, puterie. Plaut. in Pœnulo, 2.120, Illam minorem in cõcubinatum ſibi volt emere miles quidam qui illam deperit. Suetonius in Nerone, cap. 28; Super ingenuorum proagogia, & nuptarum concubinatus, Veſtali virgini Rubriæ vim intulit.

CONCVLCO conculcas, conculcare, Fouller aux pieds.

CONCVPISCO concupiſcis, concupiui, concupitũ, concupiſcere, Fort deſyrer. Salluſt. Nã vti quiſque domum aut villam, poſtremo vas aut veſtimentum alicuius cõcupierat, dabat operam vt is in proſcriptorum numero eſſet. Iuſtinus libro 2, Nihil victores præter victoriam concupiſcunt.

Concupiſcentia concupiſcentiæ, f.g. Conuoitiſe.

CONCVRO concuras, concurare, Soingner, auoir ſoing de quelque choſe faire. Plautus in

Bacchid. 2.23, Magis vnum in mente eſt mihi nunc, ſatis vt commode pro dignitate obſonij hæc concuret coquus.

CONCVRRO, concurris, concurri, concurſum, concurrere, Courir auec vng autre. Terẽt. in Eunucho, 2.2.25, Concurrunt læti obuiam mihi cupedinarij, cetarij &c.

Concurrere alicui, Courir contre aucun. Virg. Audẽtque viris cõcurrere virgo. Salluſt. Maximo clamore cum infeſtis ſignis concurrunt. Ils courent lung contre lautre.

Concurrunt veriſimilia. Terent. in Adelph. 4.4.18, Id ipſum metuo vt credant, tot concurrunt veriſimilia. Tant de choſes vrayes ſemblables ſuruiennent & conuiennent. Idem in Andria, 3.2.31, Multa concurrunt ſimul, qui coniecturã hanc nunc facio. Idem in Heaut. 2.2.3, Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant, locus, occaſio, ætas.

Concurſus concurſus concurſui, m.g. Accourement. Plaut. in Epid. 5.28, Fit cõcurſus per vias, filios ſuos quiſque viſit.

CONCVTIO concutis, concuſſi, concuſſum, concutere, Fort, ou du tout eſmouuoir. Terẽt. in Eunucho, 3.5.42, At quem deum? qui templa cæli ſummo ſonitu concutit.

CONDALIVM condalij, n.g. annuli genus, teſte Feſt. Pomp. Plaut. in Trinummo, 14.6, Ecce hominem te Staſime nihili, ſat in thermopolio condalium oblitus es.

CONDECET, condecebat, condecuit, imperſonale. Plaut. in Pſeud. 14.28, Sed vide an ornatus hic me ſatis condecet? Ceſt habit me ſied il bien? Idem in Amphit. 8.88, Ob iſtuc omẽ ominator capies quod te condecet. Ce qui tappartient, & eſt conuenable.

CONDECORO condecoras, condecorare, Reparer, faire, ou mettre en honneur quelque choſe. Terent. in prolog. Hecyræ, 45, Vobis datur poteſtas condecorandi ludos ſcenicos.

CONDEMNO condemnas, condemnare, Condamner aucun. Aliquando genitiuo, aliquãdo ablatiuo iungitur. Etiam cum præpoſitione de, nonnunquam legitur.

Genitiuo. Plaut. in Moſtell. 15.49, Tanto apud iudicem hunc argenti condemnabo facilius. Idem in Trucul. 10.5, Scio ego multos memorauiſſe milites mẽdacium, & Homeronidam, & poſtilam illi memorari poteſt, qui & conuicti & condemnati falſi de pugna ſient. Cic. ad Tironem, Etiam ſceleris condemnat generum ſuum.

Ablatiuo. Cic. Curioni, Quare ſi iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine.

Ablatiuo cum DE. Cic. Philipp. 2, Licinium Lenticulam de alea condemnatum colluſorem ſuum reſtituit.

Condemnare, pro vincere, ſiue condemnari facere. Suet. in Tib. Cæſ. cap. 8, Fannium Cepionem, qui cum Varrone Murena in Auguſtum conſpirauerat, reum maieſtatis apud iudicem fecit, & condemnauit.

CONDENSO condenſas, condenſare, Eſpeſſir. Columella lib. 8, Torrido ſale contingitur, rurſúſque ponderibus condenſatur.

CONDICO, condicis, condixi, condictum, condicere, Deuiſer, ordonner, & eſtablir enſemble. Iuſtinus lib. 3, Nam inducias, quas proprio nomine condixerant, ex ſociorum perſona rũpebant. Idem, Hi per epiſtolas inuicem ſe confirmantes, locum tempúſque coeũdi cõdicunt.

Condicere, Denoncer & dire quelque choſe a aucun quil face. Plaut. in Sticho, 7.28, Eo cõdictum ſymbolum ad cœnam, ac eius cõſeruum Sangarinum Syrum. Ie menuois denoncer & dire que on apporte pour ſoupper.

Condicere cœnam, Promettre, aſſigner a ſoupper. Suet. in Tiberio, Cœnam ea lege condixit, ne quid ex conſuetudine immutaret.

Condicere ad cœnã, Promettre a ſoupper ou le banquet a aucun. Plaut. in Sticho, 7.38, Atque id ne vos miremini, homines ſeruulos potare, amare, atque ad cœnam condicere.

Condicere operam, Arreſter, prendre la charge de quelque choſe, Promettre que on en fera diligence. Plin. in præfatione, Cum hanc operam condicerẽ, non eras in hoc albo. Id eſt, Quũ hanc cauſam agendam recepi, quum hoc opus ſuſcepi, non prouidebam te futurum eius iudicem. non enim erat in albo nomen tuum cum aliorũ qui ſortitione exierunt ex Decurijs.

Condicere: abſolutum, Arreſter auec aucun, promettre de venir boire & manger auec aucun. Cic. Lentulo, Nã cum mihi condixiſſet, cœnauit apud me, in mei generi Craſſipedis hortis.

Condicere, Determiner, decerner, & ordonner de quelque choſe. Tit. Liuius ab vrbe cõdita, Rex his ferme verbis patres conſulebat, Quarum rerum, litium, cauſarũ, cõdixit pater patratus populi Romani Quiritum, patri patrato priſcorum Latinorum, hominibúſque priſcis Latinis.

Condicere, Redemander quelque choſe. Apud iuriſconſ. Iulius, Si alienam rem mortis cauſſa

donauero, eáque vſura parta ſit, verus dominus eam condicere non poteſt.
Condicere, Contredire. Paulus iuriſconſ. Hic ſcit poſſe ſibi condici, ſi conualuerit donator.
Condictus condicta condictum, Ce qui eſt dict & ordonne en commun. Feſt. Pomp. Plautus in Curcul. 2.5, Si media nox non eſt, ſiue eſt prima veſpera, ſi ſtatus condictus cum hoſte interce dit dies, tamen eſt eundum quò imperauit ingratijs. Suet. Velut ad ſubitam, condictámque cœnulam inuitaret populum.
Cõdictio condictionis, f.g. Eſt eius rei quæ agitur, in diem tertiũ denuntiatio, inquit Feſt. Põp.
CONDIGNVS condigna condignum, Vne choſe digne & de la value de celle qui nous a eſte donnee. Plaut. in Amphit. 6.39, Ecaſtor cõdignum donum, qualis eſt qui donum dedit. M. immò ſic condignum donum qualis eſt cui dono datum eſt.
Condigne aduerbium, Dignement, a bon droit, comme il appartient. Plaut. in Caſina, 17.14, Sed nimium lepide diſſimulant fore hoc futurum huius quod eſt: cõdigne autem nimis lepide huc conducti coqui. Idem in Aulul. 14.6, Condigne etiã meus me intus gallus gallinaceus, qui erat anui peculiaris, perdidit peniſſume. Idem in Caſina, 2.42, Noctu vt cõdigne recu bes, curabitur. Idem in Capt. 4.22, Condigne pater eſt eius moratus moribus.
CONDIO condis, condiui, conditum, condire, Bailler ſaueur a quelque viãde, faire quelle ait ſaueur, comme en ſalant quelque choſe. Plaut. in Pſeud. 13.21, Non ego item cœnã condio vt alij coqui, qui mihi condita prata in patinis proferunt, boues qui conuiuas faciunt. Idem in Aſin. 5.27, Is habet ſuccum, is ſuauitatem, eum quouis pacto condias.
Condimentum condimenti, n.g. Saulſe que on faict pour bailler ſaueur a la viande. Plau. in Ca ſina, 5.4, Coquos equidem nimis demiror qui tot vtuntur condimentis: eos eo cõdimento vno non vtier quod præſtat omnibus. Idem in Milite, 5.39, Domi habet hortum, & condimen ta ad omnis molis mellifica.
Condimentum voluptati. Cic. lib. 3. off. Nam vt tribuamus aliquid voluptati condimenti.
Cõdimentum amicitiæ. Cic. de Amicitia, 59, Accedat huc ſuauitas quædam oportet ſermonũ, atque morum haudquaquam mediocre condimentum amicitiæ.
Sapientiæ ætas condimentum eſt, ſapiens ætati cibus eſt. Plaut. in Trinummo, 6.80.
Conditaneus conditanea conditaneum, authore Nonio Marcello, quod condi vel condiri recte poteſt. Varro de re ruſt. lib. 1, In agro craſſo & calido oleam conditaneam, radium maiorem, ſalentinam horcitem, poſeam ſerginam, colmineam albicerem.
CONDISCO condiſcis, condidici, condiſcere, Apprendre. Plaut. in Pſeud. 14.40, Ego iſtuc alijs dare cõdidici, mihi obtrudere non potes palpum. Idem in Curc. 11.2, Non ego nunc mediocri incedo iratus iracundia, ſed eapſe illa, qua excidionem facere condidici oppidis.
Plin. epiſt. 141, Paulatim lucem ferre condiſco. Idem in paneg. 46, Patriámque, non vt pa triam tantum, verum vt altricem amare condiſcunt.
Condiſcipulus cõdiſcipuli, Qui apprent auec vng autre, qui va a leſcolle auec vng autre. Cic. pro P. Sylla, Veniebat enim ad me, & ſæpe veniebat Antronius multis cum lachrymis ſupplex, vt ſe defenderem: & ſe meum condiſcipulum in pueritia, familiarem in adoleſcentia, collegam in Quæſtura commemorabat fuiſſe.
CONDO condis, condidi, conditum, condere, Mettre dedens quelque lieu, pour eſtre garde. Plaut. in Trucul. 13.7, Minas viginti mi dat: accipio lubens, condo in crumenam. Idem in Capt. 16.22, In lapidicinas compedîtum condidi, vbi reſciui mihi data eſſe verba. Idem in Caſina, 7.1, Vna ædepol opera in furnum calidum condito, atque ibi torreto me pro pane ru bido hera. Idem in Trucul. 19.26, Condidi intrò, quod dediſti. Idem in Pſeud. 7.120. Sed ſi non faxis, nunquid cauſſa eſt, illico quin te in piſtrinũ condam? Idem in Aulul. 10.21, Vin cite, verberate, in puteum condite.
Condere, Cacher, muſſer. Virg. Et nota conduntur in aluo. Plin. Si libeat credere, vt ſub vna ficu turmæ condantur equitum.
Condere, Edifier. Salluſtius, Vrbem Romam, (ſicuti ego accepi) condidere atque habuêre ini tio Troiani.
Condere, Sarrer quelque choſe en vng lieu, pour puis apres le retrouuer. Plin. Formicæ con dunt æſtate fructus, quibus hyeme fruantur.
Condere fructus, Mettre les biens de la terre en granche. Cic. de ſenect. 21, Nunquam ferè vlla in agro maiora opera fiunt, non ſerendis, non percipiendis fructibus, non condendis.
Condere, Compoſer quelque liure. Plinius opus condidit perpetuo omnibus legendum.
Condere, Enſeuelir, mettre en ſepulchre. Plin. Poſt conditum monumento corpus.

Condere ſe in neruum brachialem, Sembraſſer lung lautre. Plaut. in Pœnulo, 18.97.

Condere iuramentum. Plaut. in Rud. 31.18, Iuſiurandum ſeruandæ rei, non perdundæ conditum eſt. Il a eſte faict & controuue.

Conditur dies cum tua laude. Plin. in paneg. 134, Fungeris enim, ſufficiſque mandanti, cum tibi dies omnis ſumma cum vtilitate noſtra cum tua laude conditur.

Cõditus condita conditũ, Cache. Plaut. in Pſeud. 14.35, Teneo, omnia in pectore cõdita ſunt.

Conditor conditoris, m.g. Qui a faict quelque choſe. Vt conditor legum. Plaut. in Epid. 10.86, Qui omniũ legum atque iurum fictor, conditor cluet. Plin. epiſt. 246, Quorũ ego ſuppliciũ diſtuli, vt te conditorem diſciplinæ militaris, firmatorémque conſulam de modo pœnæ.

Conditorium, conditorij, n.g. Vng ſepulchre. Plinius epiſt. 96, Tam rara in amicitijs fides, tam parata obliuio mortuorum, vt ipſi nobis debeamus etiam conditoria extruere, omniáque hæredum officia præſumere.

Conditítius conditítia conditítium, Qui eſt cache & gardé en quelque lieu. Columella lib. 9, de columbis, Duobus aut tribus modis menſibus acceptãt conditítia cibaria, cæteris ſeipſas paſcunt ſeminibus agreſtibus.

Conditiuus conditiua conditiuum, Qui eſt de garde, Qui ſe peult cacher, ſarrer & garder ſans ſe gaſter. Varro lib. 1. de re ruſt. Cõditiua mala ſtructea cotonia, ſcantiana, ſcandiana muſtea, in loco arido & frigido, ſuperpoſita palea ſeruari recte putant.

Conditiuum, Qui eſt ſarré, caché, & garde. Columella lib. 8, Itaque mane, priuſquam procedãt in paſcua, conditiuis cibis ſuſtinendæ ſunt, ne immaturis herbis citetur aluus.

Conditio conditionis, f.g. Condition, offre, & parti que on faict a aucun. Plaut. in Aulul. 15.2, Narraui amicis multis conſilium meum de conditione hac. Idem in Milite, 13.6, Quin tu rem tuam cura potius, quàm Seleuci, quæ tibi conditio noua & luculenta fertur per me interpretem. Idem in Bacchid. 20.126, Duæ conditiones ſunt, Vtram tu accipias vide: vel vt aurum perdas, vel vt amator periurer. Terent. in Heaut. 2.3.85, Aut hæc cum illis ſunt habẽda, aut illa cum his amittenda ſunt: harum duarum conditionum nunc vtram malis vide.

Cic. O miſeram conditionem adminiſtrandi conſulatus.

Conditio, Auenture, bonne fortune. Plaut. in Truculento, 17.72, Adímæo dicam, vt aliam conditionẽ filio inueniat ſuo. Idem in Stich. 3.81, Quin vos capitis conditionem ex peſſima primariam?

Conditiones pacis oblatæ: Apud Liuium, Les cõditions & traictés de paix. Plin. in paneg. 21, Ergo ſuſtulerant animos, & iugum excuſſerãt: nec iam nobiſcum de ſua libertate, ſed de noſtra ſeruitute certabant: ac ne inducias quidem, niſi æquis cõditionibus inibant, legéſque vt acciperent, dabant.

CONDOCEFACIO condocefacis, condocefeci, condocefactum, cõdocefacere, Inſtruire. Cic. lib. v. Tuſcul. Nemo eſt enim qui eorum bonorũ, animũ putet eſſe iudicem, eúmque condocefaciat, vt ea quæ bona, malàve audiantur, poſſit contemnere.

CONDOLEO condoles, condolui, condolitũ, condolere, Quant quelque choſe de noſtre corps nous faict mal. Plaut. in Trucul. 10.2, Date iam ſoleas, atque me intrò actũtum ducite: nam mihi de vento, miſerè condoluit caput.

CONDONO condonas, condonare, Dõner quelque choſe a aucun. Dicimus autem, condono te & tibi. Plaut. in Menæhmis, 14.83, Ego illam non condonaui, ſed ſic vtendam dedi. Idem in Amphit. 6.38, Nunc tibi hanc pateram quæ dono mihi illic ob virtutem data eſt &c. Alcumena tibi cõdono. Idem in Perſa, 13.37, Caue ſis me attingas, ne tibi hoc ſcipione malum magnum dem. P. te condono: vtere. Ie te le baille.

Condonare, Bailler vne debte, & nen demãder rien a celuy qui la doibt, luy remettre la debte, le quitter. Plaut. in Bacchid. 23.20, Si quam debes, te condono, tibi habe, nunquã abs te petam. Idem in Rud. 31.12, Imò hercle vt ſcias gaudere me, mihi triobolum ob eã ne duis: condono te. Ie te quitte. Terent. in Phormione, 5.8.54, Quid vis tibi? argentum quod habes? condonamus te. Salluſt. Ex queis magna pars, vbi neque creditum condonare, neque te ciuibus ſicuti hoſtibus vti vident, defluxere.

Condonare, Pardonner quelque faulte a aucun. Salluſt. Haud facile alterius libidini malefacta condonabam. Plin: de viris illuſt. 4.b, Qui apud duumviros condemnatus, ad populum prouocauit: vbi patris lachrymis condonatus, ab eo expiãdi gratia ſub Tigillũ miſſus, quod nunc quoque viæ ſuppoſitum, Sororium appellatur. Terẽt. in prolog. Eunuch. 17, Habeo alia multa, quæ nunc cõdonabitur: quæ proferentur pòſt, ſi perget lædere, vt facere inſtituit.

CONDORMIO cõdormis, condormiui, condormitũ, condormire: Dormir auec dautres. Plaut. in Moſtell. 7. 55, Vt foris cœnauerat tuus gnatus, poſtquam redit à cœna domum, abimus omnes cubitum: condormiuimus.

Condormiſco condormiſcis, condormiſcere: Sommeiller, dormir quelque peu. Plautus in Rudente, 14. 13, Obſecro hoſpes, da mihi aliquid loci, vbi condormiſcam parum. s. iſtic vbi vis, condormiſce: nemo prohibet, publicum eſt. Idem in Milite, 11. 13, Quî libitum eſt illi condormiſcere?

CONDVCO conducis, conduxi, conductum, conducere, Emmener, mener en quelque lieu, ou mener auec ſoy. Plaut. in Menæh. 4. 13, Atque adeò ne me nequicquam ſerues, ob eã induſtriam hodie ducam ſcortum ad cœnam, atque aliò cõducam foras. Idem in Epid. Mane me iuſſit ſenex conducere aliquam fidicinam ſibi huc domum.

Conducere: Louer aucun pour argent a faire quelque choſe. Plautus in Aulul. 9. 1, Poſtquam obſonauit herus, & conduxit coquos, tibicinaſque haſce. Idem in Rud. 2. 57, Nauis clanculum conducitur. Idem in Pſeudolo, Quãtulo argenti te conduxit Pſeudolus? Cic. Tironi, Huic ego locum in proximo conduxi.

Conducere: Acheter pour argent. Plaut. in Amphit. 14. 53, Credo iã quæ volebat ſacrificia ad epulum conduxit. Idem, Cædendum conduxi ego illum.

Conducere, Entreprendre quelque beſongne a faire, pour en auoir & gaigner argent. Iulianus Iureconſ. Si quis vitulos paſcendos vel ſarciẽdum quid poliendúmve conduxit, culpam eum præſtare debere. Vlpianus, Si quis ſeruũ docendũ cõduxerit, eúmque peregre duxerit. &c.

Conducere: Amaſſer, aſſembler, cõgreger. Varro, Mane ſuſcitat roſtra, populũ in foro cõducit.

Conducit, in tertijs perſonis, vel infinitiuo, ſignificat vtile eſſe: Eſtre vtile & prouffitable. Si de homine loquamur, datiuo tantũ iungitur. Plaut. in Bacchid. 1. 22, Nam huic ætati non conducit mulier, latebroſus locus. Ibidem, 16. 4, Sed nũc truculẽto mihi atque ſæuo vſus ſene eſt. nam non conducit, huic ſycophantiæ ſenem tranquillũ eſſe, vbi me aſpexerit. Columella, lib. 1, Nam id minime conducit agricolæ.

Conducit ad. Plaut. in Capt. 14. 6, Nam ſi alia memorem, quæ ad ventris victum conducunt, mora eſt.

Conducit in. Plaut. in Capt. 7. 26, Vt adhuc locorum feci, faciam ſedulo, vt potiſſimum in rẽ quod rectè conducat tuam, id petã, id perſequárque corde & animo atque viribus. Idem in Ciſtell. 8. 4, Quanquam inuita te carebo, meum animum ego inducam tamẽ, vt illud, quod tuam in rem bene conducat, conſulam.

Conducit reip. rationibus. Cic. Lentulo, Et reip. rationibus putem conducere.

Conduci nõ poſſum: On ne me ſauroit faire croire. Plaut. in Aſin. 16. 36, Non ædepol cõduci poſſum vita vxoris annua. On ne me ſauroit mettre en teſte que ma femme puiſſe encore viure vng an.

Conductus conducta conductum, Qui eſt loue a quelcun. Plaut. in Aulul. 12. 33, Nummo ſum conductus, plus iam medico mercede eſt opus. Idem in Epid. 8. 36, Ego aliquã parabo doloſam fidicinam, nummo conducta quæ ſit, quæ ſe emptam ſimulet.

Conductus ſum coctum. Plautus in Aulul. 13. 8, Heus ſenex, pro vapulando hercle ego abs te mercedem petam: Coctum ego, non vapulatum, dudum conductus fui.

Conducta opera alicuius, aut oratio, Loue pour beſongner, non point pour quaqueter. Plaut. in Aulul. 13. 6, Abi, opera huc conducta eſt veſtra, non oratio.

Cõducta nauis, apud Terẽtiũ in Adel. 2. 2. 17. Cõducti coqui, apud Plautũ in Caſi. 17. 14.

Conducta dicta ad fallaciam. Plaut. in Pœnulo, 8. 3, Fac modo vt conducta tibi ſint dicta ad hanc fallaciam.

Conductor conductoris: Qui loue aucun a faire quelque beſongne. Plaut. in Trinũmo, 13. 12, Nunc adeò ſi quid ego addidero amplius, eo conductor melius de me nugas conciliauerit.

Conducibilis & hoc conducibile: Qui eſt vtile & prouffitable. Plaut. in Epid. 6. 8, Reperiamus aliquid callidi, conducibilis conſili. Idem in Bacchid. Non ego iſtuc facinus mihi conducibile eſſe arbitror.

Conductitius, conductitia, cõductitium, Qui eſt de louage, que on a de couſtume de louer pour largent. Plautus in Epid. 6. 8, Sed me turbat res, ratióque: Apoecidi quam oſtendam fidicinam aliquam conductitiam.

Conductitia opera: Le traueil, labeur, ou la peine daucũ que on a loue. Varro, Omnes hi agri coluntur hominibus ſeruis aut liberis aut vtriſque. Liberis autẽ, quũ ipſi colunt, vt plerique

pauperculi, cum ſua progenie, aut mercenarijs & conductitijs operis liberorum.

CONDVPLICO conduplicas, conduplicare, Redoubler, bailler plus que le double. Terẽtius in Phorm. 3. 2. 31, Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris conduplicauerit.

Conduplicatio conduplicationis, f. g. Redoublement. Plaut. in Pœnulo, 19. 18, Quid hoc eſt cõduplicationis? quæ hæc congeminatio?

CONDVS condi, maſ. gen. Vng deſpenſier, qui ſarre les biens de la maiſon. Sicut Promus promi, Qui les baille quant on en a affaire. Plautus in Pſeudolo, 9. 16, Condus, promus, procurator peni.

CONFABVLO confabulas, & confabulor confabularis, confabulari, Raconter fables, contes & ſornettes les vngs aux autres. Plaut. in Moſtell. 7. 77, Perij: hiſce hodie hanc confabulabunt fabulam. vſitatius eſt fabulor.

Confabulari, Diuiſer & raconter quelque affaire a aucun. Plaut. in Ciſtel. 10. 88, Saluam eccã: ſed ego rem meam magnam tecum confabulari volo, ſociã te mihi opto ad meam ſalutem.

CONFERO confers, contuli, collatum, conferre, Porter tout enſemble, Emporter. Plin. de viris illuſtr. 70, Mummius Corinthum ſignis, tabuliſque ſpoliauit: quibus cũ totam repleſſet Italiam, in domum ſuam nihil contulit. Plaut. in Capt. 13. 26. Proinde omnes itinera inſiſtant ſua, Neu quis in hac platea negotij cõferat quicquam ſui. Columella lib. 1, Sitque vtrique proximum horreum, quò conferatur ruſticum inſtrumentũ. Que on les mette enſemble.

Conferre: Dõner, adminiſtrer quelque choſe. Plau. in Moſtell. 16. 39, Quicquid fecit, vnà nobiſcum fecit: non delinquimus: fœnus, ſortem, ſumptúmque omnẽ, qui amica eſt, omnia nos dabimus, nos conferemus noſtro ſumptu, non tuo. Plin. epiſt. 118. lib. v, Et tanquam parens alter, puellæ noſtræ confero quinquaginta milia nummum.

Conferre, Deuiſer & parler daucunes choſes enſemble. Plaut. in Rud. 10. 7, Melius ominare, verùm omnes ſapientes decet conferre & fabulari.

Conferre ad aliquem ſiniſtram diligentiam: Blaſmer aucũ deſtre diligent ou il ne fault point. Plin. epiſt. 148, Ais quoſdam apud te reprehendiſſe, quòd amicos meos ex omni occaſione vltra modum laudem. Et paulopoſt, Sed vt norint, quid inuident mihi feliciſſimo errore? Vt enim non ſint tales, quales à me prædicantur, ego tamen beatus quòd mihi videntur. Igitur ad alios hanc ſiniſtram diligentiã conferant. Diligẽtiam accepit hic quomodo Terentius, Quorum negligẽtiam æmulari exoptat potius, quàm iſtorum obſcuram diligẽtiam. Ita diligens etiam in malam partem à Cicerone vſurpatur pro lege Manilia, In hoc vno, inquit, ſunt tam diligentes. Ils cerchent en ceſt homme tant de choſes.

Conferre amorem, Aimer. Plaut. in Curcul. 2. 28, Ita tuum conferto amorem ſemper, ſi ſapis, ne id quod ames, populus ſi ſciat, tibi ſit probro.

Conferre animum alió, Oſter ſon amour de quelcun, & le mettre en vng autre. Terentius in Heaut. 2. 4. 10, Hæc vbi immutata eſt, illi ſuum animum aliò conferunt.

Conferre conſilia, Conſulter enſemble. Terent. in Heaut. 3. 1. 64, Syrus cum illo veſtro conſurrat, conferunt conſilia adoleſcentes. Idem in Adelph. 3. 2. 1, Nũc illud eſt, quòd ſi omnes omnia ſua conſilia conferant, atque huic malo ſalutem quærant, auxilij nihil afferant.

Conferre culpam in aliquem, Se prendre a aucun de quelque mal faict, le charger & dire quil eſt cauſe. Terent. in Eunucho, 2. 3. 96, Si certũ eſt facere, facías: verum ne poſt conferas culpam in me. Ne ten prens point a moy, nen mes pas la coulpe puis en moy.

Conferre capita, Saſſembler pour conſulter de quelque affaire. Liuius lib. xi ab vrbe cõdita, Conſules velut deliberabundi, capita conferunt, colloquuntur.

Conferre curas. Cic. libr. 3. off. Omnes curas, cogitationéſque meas conferebam. Ie les amaſſoie enſemble.

Conferre conſulatum. Plinius in Paneg. 149, Quid, quòd eundem in annum conſulatum noſtrum contuliſti?

Conferre dona alicui, Pluſieurs enſemble apporter dons a aucũ. Plaut. in Menæh. 4. 18, Quid dona ceſſant mihi conferre omnes gratulantes quía pugnaui fortiter?

Conferre exempla, Prendre exemple, & auoir eſgart a autruy. Plaut. in Pœnulo, 4. 75, Satis nunc lepide ornatam ſoror credo tibi viderier. ſed ſi exempla conferuntur meretricum aliarum, ibi tibi erit cordolium, ſi quam ornatam melius forte aſpexeris. Terent. in Adelph. 1. 2. 14, Denique ſi conferendum exemplum eſt, non fratrem videt ruri dare operam, ruri eſſe parcum ac ſobrium? nullum huius ſimile factum.

Conferre gradum, Marcher, ſauancer de marcher. Plaut. in Pſeud. 11. 18, Illic homo eſt, vide vt paratragœdiat carnufex. Idem in Menæhmis, 12. 30, Propera Menæhme, fer pedem, confer gradum.

Conferre fructum alió. Terent. in Eunucho, Metuet ſemper quem ipſa nunc capit fructũ, nequando iratus tu alió cõferas. Que par quelque corroux tu ne mettes ton amour en vne autre, a laquelle tu face les biens, plaiſirs & ſeruices que tu luy faiſois.

Conferre in pauca verba: Dire en brief, en peu de parolles. Plaut. in Aſinaria, 3. 76, Nũc verba in pauca conferam quid te velim. Idem in Perſa, 16. 191, Tum tu pauca in verba confer, quid datur? tanti indica. Idem in Menæh. 2. 6, Nunc argumẽtum accipite, atque animum aduertite: quàm potero in verba conferam pauciſſima.

Conferre in pauca: Eſt concludere, inquit Cicero lib. 3. off.

Conferre in ſenectutem ſua vitia: Attribuer a vieilleſſe, & dire que vieilleſſe en eſt cauſe. Cicero de ſenect. 13, Sua enim vitia inſipientes, & ſuam culpam in ſenectutem conferunt. Plaut. in Truculento, 17. 52, Non placet in mutum quippiam conferri, quod loqui non poteſt. nã vinum, ſi fabulare poſſit, ſe defenderet. Cela ne me plaict point de blaſmer ce qui ne peult parler, & dire que ceſt par luy, quil en eſt cauſe, ſen prẽdre a ce qui ne peult reſpõdre.

Conferre manũ, vel manus, Aſſaillir lung lautre, ſe ioindre a la bataille. Cic. pro Fonteio, Partim qui cum ipſo M. Fonteio ferrũ ac manus contulerunt. Virg. lib. 1x, Et ſi conferre manum furor iráque monſtrat.

Conferre orationem: Tourner ſa parolle. Plaut. in Capt. 6. 26. A E. quid tu, ſeruóſne eſſe an líber mauelís? memora mihi. P. proximum quod ſit bono, quódque à malo longiſſime, id volo: quanquam non multum fuit moleſta ſeruitus, nec mihi ſecus erat, quàm ſi eſſem familiaris filius. A E. euge pol Thalem talento nõ emam Mileſium: Nam ad ſapientiam huius, nimius nugator fuit. vt facete orationem ad ſeruitutem contulit. Vois tu comment il a tourne la parolle pour dire de ſa ſeruitude en laquelle il a eſte.

Conferre officia in aliquem: Faire ſeruice & plaiſir a aucun. Cic. de Amicitia, 62, Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium: quæ meminiſſe debet is in quem collata ſunt, nõ commemorare qui contulit.

Conferre pecuniam in opus aliquod, Emploier de largẽt a quelque choſe faire. Plin. epiſt. 240, Deinde quam ipſi erogare in oleum ſoliti, parati ſunt in opus balinei conferre.

Conferre pedem, Sauancer de marcher, ſe haſter. Plaut. in Merc. 22. 41, Sãpis ô Charine, cõtra pariter fer gradum & confer pedem, porrige brachium, prehende. iam tenes?

Conferre pedẽ, Venir au point de la matiere, ſe ioindre, ne reculer point. Cic. pro Planco, Non poſſum magis conferre pedem (vt aiunt) aut propius accedere.

Confertur pulchre hæc ratis. Plautus in Bacchid. 17. 27, Vt verba mihi dat, vt neſcio quam rem gerat, ſeruos arceſſit intus, qui me vinciant. Bene nauis agitatur, pulchre hæc confertur ratis. Tranſlatio eſt, & perinde eſt ac dixiſſet, res noſtra ſuccedit ex voto, proſperóque ſucceſſu vehitur.

Conferre rem in pauca: Abreger vng affaire, Se haſter de le faire. Plau. in Pœnulo, 18. 52. Sed vt aſtu ſum aggreſſus! P. lepide hercle, atque commode. perge etiam, tenta: rẽ in pauca cõfer, ſitiunt qui ſedent.

Conferre ſermonem, Parler. Plaut. in Amphit. 10. 25, Nam certo ſi ſis ſanus, aut ſapias ſatis, quam tu impudicam eſſe arbitrere, & prædices, conferas ſermonem nec ioco nec ſerio, Tu nen parlerois point, ne par ieu, ny en bon eſciant. Idem in Pœnulo, 2. 34, Matronæ tacíte ſpectent, tacite rideant, canora hic voce ſua tinnire temperent, domum ſermones fabulandi conferant: ne & hic viris ſint & domi moleſtiæ.

Conferre ſermones inter ſe: Parler lung auec lautre, diuiſer enſemble. Plautus in Curc. 7. 11, Conſtant, conferunt ſermones inter ſe tanquam drapetæ.

Conferre ſigna: Ioindre les enſeignes en guerre, ſe battre lung lautre. Liuius lib. 1, Aliquoties Latinus exercitus cominus cum Romanis ſigna contulerat. Seſtoit entrebatu auec les Romains.

Conferre alicui ſeditionem in tranquillum, Appaiſer la noiſe que aucun ha enuers vng autre, & les mettre daccord. Plautus in Amph. 5. 16, Tum meus pater eam ſeditionem illi in trãquillum conferet.

Conferre tempus in aleam: Emploier ſon temps a iouer aux dets. Plin. in Paneg. 136, An non

plerique principes hoc idem tempus in aleam, ſtupra, luxum conferebant, cum ſeriarum laxamenta curarum, vitiorum contentione ſupplerent?

Conferre cruciamenta, Aſſembler diuers torments enſemble. Plaut. in Aſinar. 7.52, Si quidē omnes coniuratim cruciamenta conferant, habeo opinor familiare tergum, ne quærā foris.

Conferre verba ad rem, Faire ce que on dict. Terent. in Eunucho, 4.6.4, Vſque adeò ego illius ferre poſſum ineptias, & magnifica verba, verba dum ſint: verum enim ſi ad rem conferentur, vapulabit. Sil les met en effect.

Conferre nouiſſima primis, Ioindre les dernieres choſes auec les premieres. Cic. ad Octauium, Nam vt ordiar à principio, & perducam ad extremum, & nouiſſima conferam primis.

Conferre ſe in pedes, Senfuyr. Plau. in Bacchid. 6.7, Quæ vt aſpexi, me continuo contuli protinam in pedes.

Conferre ſe ad ſtudia, Saddonner a leſtude: ſe mettre a eſtudier. Suetonius de claris grammaticis, 24, Marcus Valerius Probus Berrytius diu centuriatum petijt, donec tædio ad ſtudia ſe contulit.

Conferre ſe ad remp. Se mettre a gouuerner la choſe publique. Cic. de Amicitia, 72, De amicitia omnes ad vnum idem ſentiunt, & hi qui ad remp. ſe contulerunt, & hi qui rerum cognitione doctrináque delectantur.

Conferre ſe ad aliquē, Sen aller vers aucun, Se mettre a le ſuyure. Cic. de Amic. 1, Quo mortuo me ad pontificem Scæuolam contuli: quem vnum noſtræ ciuitatis & ingenio & induſtria præſtantiſſimum audeo dicere.

Conferre ſe ad hoſtes: Se donner aux ennemis, ſenfuyr deuers eulx. Cic. de Amicitia, 36, Itaq; hac amentia quæſtione noua perterritus, in Aſiā profugit, ad hoſtes ſe contulit, pœnas reip. graueis, iuſtáſque perſoluit.

Confert in tertijs perſonis, Il eſt vtile & prouffitable. Columella lib. 1, Cæterum ad æſtiuos temperandos calores plurimum conferunt ſalientes riui.

Collatus collata collatū, Mis aupres, conferé, regardé aupres dung autre. Plin. epiſt. 49.g, Quis ex iſtis, qui tota vita literis aſſident, collatus illi, nō quaſi ſomno & inertiæ deditus erubeſcat?

Collatis viribus. Plin. epiſt. 167.h, Vtrúmne ſentētiæ duæ, collatis viribus, nouiſſimā premēt, an ſeparatim vnaquæque tantundem, quantum altera valebit? Quant les puiſſances ſeront iointes & aſſemblees enſemble.

Collata omnium vota in vnius ſalutem. Plin. in Paneg. Tout dung accord deſirēt quil viue.

Collatio collationis, f.g. Conference, eſgard de lung a lautre. Plautus in Milit. 12.67, Vbi facta erit collatio noſtrarum malitiarum, haud vereor ne nos ſubdola perfidia peruincamur.

Collatio, Don, collation que on faict a aucun. Plin. in Paneg. 66, Nam mihi cogitanti eundē te collationes remiſiſſe, donatiuū reddidiſſe, cōgiarium obtuliſſe, delatores abegiſſe &c.

Collator collatoris, Qui contribue, & baille auec dautres. Plaut. in Curculione, 9.13, Symbolorum collatores, apud forum piſcarium. Banqueteurs, qui font banquets enſemble, & contribuent chaſcun ſa part.

CONFERCIO confercis, conferſi, confertum, cōfercire, Empeſſir, entacer. Varro de re ruſtica, Quo facto non modo non deſiſtunt pugna, ſed etiam conferciunt ſe lingentes.

Confertus conferta confertum, Rempli, eſpes, entaſſe. Cic. in Catil. Vino languidi, conferti cibo, ſertis redimiti, vnguentis óbliti.

Confertum, Entaſſe en vng tas, ioing en vng monceau, ſarre lung contre lautre. Cæſar in cōment. Vt nunquam conferti, ſed rari, magniſque interuallis præliarentur. Ibidem, Neque à tanta multitudine coniecta tela conferti vitare poterant. Titus Liuius de bello Punico, Alij ad exitus theatri conferti obſiſtunt. Idem ab vrbe condita, In confertos Veientes euntem ferox viribus tranſfigit. Idem de Bello Punico, Cæteros confertos in media valle recepit. Ibidem, Deinde rari in confertos illati. Idem de bello Maced. Turba conferta iter clauſit.

Confertiſſimum. Cæſar in comment. Qua parte hoſtium acies confertiſſima viſa eſt, erupit. Liuius ab vrbe condita, In confertiſſima turba prope regium tribunal conſtitit. Ibidem, Eò ſe in turbam confertiſſimam recipit. Idem de bello Punico, Per confertiſſimam hoſtiū turbam impetum facit.

Confertim, aduerbium: En vng tas, ſarrés pres lung contre lautre. Liuius ab vrbe condita, Cum confertim Romani, vt ſolent, denſatis excepiſſent ſcutis. Idem de bello Punico, Quo

acrius & confertim magis vtrinque pugnabatur. Idem de bello Macedonico, Cõfertim pugnabant & cedunt.

CONFICIO conficis, confeci, confectum, conficere, Faire, accomplir. Cic. Cõfeci quæ iuſſiſti omnia. Idem, Si me amas, confice: quamcunque ei fidem dederis, præſtabo.

Conficere, Rompre, caſſer. Plin. Nucem dentibus conficere, ac plagæ imponere.

Conficere, Parfaire, acheuer. Cicero lib. 2. offic. Honeſtatis pars confecta eſt, quam tibi cupio eſſe notiſſimam.

Conficere aliquẽ, Le deffaire, tãt battre quil meure, frapper, ou tuer, mettre a mort de coups. Plaut. in Trucul. 11. 65, Fac quod iuſſi, mane, iam ego te affatim conficiã. Cic. Plagis confectum ante oculos tuos cecidiſſe. Suet. in Tito, Notiſſima Ieroſolymorũ oppugnatione, duodecim propugnatores totidem ſagittarum confecit ictibus.

Conficere, Faire defaillir, deuenir ſec & tomber en maladie, par doleur & triſteſſe. Cic. lib. 2. off. Nec me langoribus dedi quibus eſſem confectus. Plin. epiſt. 139. a, Reliqua labũtur: méque non metu tantum, verumetiam dolore conficiunt. Idem epiſt. 169, Confecerunt me infirmitates meorum, mortes etiam & quidem iuuenum.

Cõficere, Surmõter & vaincre, & cõme abbatre de parolle, Interprete Donato. Ter. in Eunuc. 5. 4. 6, Virginem quam amabat, eam confeci ſine moleſtia, ſine ſumptu, ſine diſpendio.

Conficere aliquid, Parfaire, venir a bout de quelque beſongne. Terẽt. in Heaut. 4. 5. 55, Et ſimul conficiam facilius ego quod volo. Idem in Adelph. 4. 5. 59, Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos?

Conficere diem ſermone, Emploier tout le iour en parolles. Plaut. in Trinummo, 11. 57, At enim nimis longo ſermone vtimur, diem conficimus, quod iam properato eſt opus.

Conficere flagitium. Terent. in Phorm. 5. 2. 5, Etiam argẽtum eſt vltro obiectum ei, vt ſit qui viuat, dum aliquid aliud flagitij conficiat.

Conficere malum alicui, Forger quelque mal a aucun, luy eſtre cauſe de quelque mal. Terẽt. in Heaut. 5. 3. 1, Profecto niſi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali.

Conficere bellum, Finir, & parfaire, ou mettre fin a guerre. Cic. Nam ſi hoc expectandum ſit, dum totum bellum conficiam.

Conficere negotium, Acheuer la beſongne. Plaut. in Ciſtell. 12. 2, Ne expectetis ſpectatores, dum illi huc ad vos exeant: nemo exibit, omnes intus conficient negotium.

Conficere nuptias: Faire les nopces. Terent. in Phorm. 2. 1. 28, Bonas me abſente hic cõfeciſtis nuptias. Idem in Heaut. 5. 1. 22, Magis etiã inſtare vt hodie cõficerẽtur nuptiæ. Idem in And. 4. 1. 50, Nam ſatis credo, ſi aduigilaueris, ex vnis, geminas mihi conficies nuptias.

Conficere argentum. Conſumer & deſpendre ſon argent. Terent. in Phorm. 5. 5. 11, Ego me ire ſenibus Sunium dicam ad mercatum, ancillam emptum, quam dudum dixit Geta: ne cũ hic non videant me, conficere credant argentum ſuum.

Conficere pacem, Faire la paix. Terent. in Heaut. 5. 2. 45, Nanque adoleſcens quàm minima in ſpe ſitus erit, tã facillime patris pacem in leges conficiet ſuas. Tant plus facilemẽt appaiſera il ſon pere a ſon vouloir, a en faire ce quil vouldra.

Conficere peculium grande, Amaſſer & acqueſter grands biens. Plautus in Mercat. 3. 96, Lucrum ingens facio, præterquam mihi meus pater dedit æſtimatas merces: ita peculium confício grande.

Conficere pecuniam, Appreſter ou faire de largẽt a aucun, trouuer le moyen de luy paier largent qui luy eſt deu de reſte. Terẽt. in Phorm. 1. 1. 4, Erat ei de ratiuncula, iã pridem apud me reliquum pauxillulum nummorum: id vt conficerem. confeci: affero.

Conficere penſum, Filler, acheuer ſa fuiſee. Plaut. in Merc. 7. 75, Ea molet, conficiet penſum, pinſetur flagro.

Conficere penſum, Faire ce que on ma ordonné, & enchargé de faire. Plaut. in Perſa, 8. 1, Penſum meum quod datum eſt, confeci, nunc propero domum.

Conficere prandium, Diſner. Plautus in Menæhmis, 11. 4, Pallam ad Phrygionem fert confecto prandio.

Cõficere ſolicitudines alicui, Mettre aucun en ſouci. Terẽt. in And. 4. 1. 26, Ah neſcis quãtis in malis verſer miſer, quantáſque hic ſuis conſilijs mihi cõfecit ſolicitudines meus carnifex.

Conficere opus: Acheuer & faire ſa beſongne. Plaut. in Capt. 12. 67, Ibi quum alij octonos lapides effodiunt, niſi quotidianum ſeſquiopus confeceris, ſexcentoplago nomen indetur tibi.

Conficere verbis aliquem, Abbatre aucun de parolles. Plaut. in Pſeud. 7.49, Conficiet ſam te hic verbis, vt tu cenſeas non Pſeudolum, ſed Socratem tecum loqui.

Conficere tabulas. Plin epiſt. 10.c, An vt magis angar, quod nõ licet? nam diſtringor officio, vt maximo, ſic moleſtiſſimo. ſedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, confício tabulas: ſcribo plurimas, ſed illiteratiſſimas literas. Ieſcrips en tables les miſes & receptes, ie fais vng regiſtre, ou mets en regiſtre.

Conficere tunicas hibernas. Plau. in Milite, 10.93, Verùm egóne eam ducam domũ, quæ mihi hæc dicat, Eme mi vir lanam, vnde tibi pallium mallacum & calidum, conficiãtur tunicæ mihi hibernæ bonæ, ne algeam hac hyeme.

Conficere longam viam. Cic. de ſenect. 6, Volumus ſanè, niſi moleſtum eſt tibi Cato, tanquam aliquam viam longam confeceris, qua nobis quoque ingrediendum ſit, iſtuc quò peruenìſti videre quale ſit.

Confectus confecta confectum: Qui eſt tout deffaict, maigre, & poure de corps & caſſe dennuy, ou autre choſe. Cic. pro domo ſua ad pontif. Quem quandiu abfui, nemo niſi lachrymantem confectúmque vidit.

Confectus cura. Terent. in And. 2.1.5, Ita poſtquam adempta ſpes eſt: laſſus, cura confectus ſtupet. Plaut. in Trucul. 18.37, Si venerit, næ iſtum ærcaſtor hodie aſtis confectum fallacijs.

Confectus macie. Plin. epiſt. 147.b, Mox apparebat ſenex idolon, macie & ſqualore cõfectus, promiſſa barba &c. Confectus cruciatu. Cic. Attico, lib. v1, Cõfectus iam cruciatu maximorum dolorum, ne ſi ſit quidem, quod ad te debeam ſcribere, facile id exequi poſſem &c.

Conficiens conficientis: Qui faict. Inde apud Ciceronem in oratione pro L. Flacco, Conficientiſſima literarum ciuitas: Qui eſcript a force, & ne faict rien quelle ne mette par eſcript. Dicunt (inquit) ſe Flacco, & ijs qui ſimul eſſent, drachmarum x v millia dediſſe. Cum ciuitate mihi res eſt acerrima conficientiſſima literarũ, in qua nũmus moueri nullus poteſt ſine quinque prætoribus, tribus quæſtoribus, quatuor menſarijs, qui apud illos à populo creantur.

CONFIDO confidis, cõfiſuſſum, confiſum, confidere: Croire, & eſtre certain, & aſſeure ſoit dune choſe paſſee, preſente, ou aduenir: Inquit Donatus.

De præterito. Cicero, Quoniam probatam rationem officij mei vobis eſſe confido.

De præſenti. Plau. in Capt. 11.4, Quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? mihi res omnis in incerto ſita eſt: quid rebus confidam meis? Cic. Quãquam à Cratippo noſtro, principe huius memoriæ philoſophorum, hæc tibi aſſidue audire confido.

Num cõfidit? Voyes la quel aſſeure paillard. Plau. in Pſeud. 20.98, Meo tu dediſti epiſtolã ſeruo? cui ſeruo? H. Syro. B. num confidit? ſycophãta hic nequam eſt, nugis meditatur male.

De futuro. Plaut. in Curc. 3.50, Non ita res eſt, nam confido paratum hodie aduenturum cũ argento ad me. P. magnum incipis, ſi id expectas quod nuſquam eſt.

Confido fore: Ie croy que ainſi aduiendra, Ieſpere que ainſi ſera. Plaut. in Amphit. 10.54, Te ſumme Iuppiter quæſo, Amphitruoni vt ſemper iratus ſies. A propitius ſit potius. 1. confido fore. Idem in Pœnulo, 17.45, Ego quidem amores meos mecum confido fore. ſed eccas video ipſas. Idem in Captiuis, 4.68, Nam eccum hic captiuum adoleſcentem alium, prognatum genere ſummo, & ſummis diuitijs: hôc illum me mutare cõfido fore. Terẽt. in Adelphis, 5.3.40, Quæ ego eſſe in illis video, vt cõfidam fore, ita vt volumus: video eos ſapere, intelligere. &c.

Confidere ſibi, Eſtre hardi, auoir cueur, ſe fier en ſoymeſme. Cic. lib. 3. de legib. Vir excellẽs & fortis confidere ſibi debet, & ſuæ vitæ & actæ & conſequenti. Idem de Amicitia, 15, Ego vero non grauarer, ſi mihi ipſe confiderem.

Confidens confidentis, o.g. Aſſeure, & hardi, qui ne craint rien. Et in bonum & in malum accipitur, de probo & improbo homine.

In bonum. Plaut. in Merc. 22.15, Cupido quantus es! nam quemuis confidentem facile tuis factis facis, eundem ex confidente actũtum diffidentem denuo. Idem in Capt. 12.8, Decet innocentem ſeruum atque innoxium, confidentem eſſe, ſuum apud herum potiſſimum.

In malum. Plaut. in Amphit. 4.1, Qui me alter eſt audacior homo? aut qui confidentior? iuuẽ tutis mores qui ſciam, qui hoc noctis ſolus ambulem? Terent. in Phormione, 1.2.72, Homo confidens, qui (illum dij omnes perdant) hoc conſilium, quod dicam, dedit. Plautus in Menæh. 14.41, Nihil hoc confidentius, qui quæ vides, ea pernegat.

Confidens, Cõſtant, interprete Donato. Terent. in And. 5.2.14, Neſcio quis ſenex modo ve-

nit. ellum confidens, catus: cum faciem videas, videtur esse quantiuis pretij.

Confidentissimus. Virg. Nam quis te iuuenum confidentissime nostras Iussit adire domos?

Confidentia confidentiæ, Confiance, esperance certaine, asseurance. Plaut. in Milite, 5.74, Tu te vnus si hoc recipere ad te dicis, cõfidentia est nos inimicos profligare posse. Idem in Pseud. 11.73, Confidentia est inimicos meos me posse perdere. Idem in Capt. 13.43, Satur homo est, habet profecto in ventre confidentiam.

Confidentia, Hardiesse meschante, a mal faire, inquit Donatus. Teren. in Eunuch. 5.1.22, Vide ámabo, si non cum aspicias, os impudens videtur. T. non est. P. tum quæ eius confidentia est.

Confidentiloquius nihil est. Plaut. in Trinummo, 4.121, Nihil est profecto stultius, neque confidentiloquius, neque periurius, quàm vrbani assidui ciues. Il ny a nul qui parle si hardiment.

Confidenter, aduerbium, Hardiment, Asseurement, sans crainte.

Confidenter alicui astare. Plaut. in Capt. 12.6, At vt confidenter mihi contrà astitit. Idem in Pseud. 7.44, Bene confidenterque te astitisse intelligo.

Confidenter colloqui. Plaut. in Amphit. 4.185, Verum certum est confidenter hominem contrà colloqui.

Confidenter facere. Plaut. in Milit. 8.53, Neque eques, neque pedes præfectus quisquam tanta audacia est, qui æque faciat confidenter, quàm mulieres faciunt.

Confidenter loqui. Plaut. in Mostell. 2.37, Quàm confidenter loquitur. Idem in Amphit. 8.205, Quæ non deliquit, decet audacem esse, & confidenter pro se & proterue loqui.

Confidenter restare in aliqua re. Terentius in Heaut. 5.3.6, In qua re nunc tam confidenter restas stulta?

CONFIGO cõfigis, confixi, confictũ, configere, Ficher a quelque chose. Plaut. in Aulularia, 13.25, Confige sagittis fures thesaurarios.

CONFINGO confingis, confinxi, confictum, confingere, Faindre quelque chose cõme si elle estoit vraye. Plaut. in Merc. 1.4, Confingit seruus emptam matri pedisequam. Terentius in Phorm. Omnia hæc confingam quod erit mihi bonum atque commodum: cum tu horum nihil refelles, vincam scilicet.

Confingere dolum, Controuuer quelque tromperie. Plaut. in Capt. 2.35, Hice autẽ inter sese confinxerunt dolum, quo pacto hic seruus herum hinc amittat domum.

Confictus conficta confictũ, Faint. Confictæ lachrymæ, Larmes faintes. Terẽt. in And. 3.3.27, Priusquã harum scelera, & lachrymæ confictæ dolis, reducant animum ægrũ ad misericordiã.

CONFINIVM confinij, n.g. Le lieu, ou la chose la ou deux autres choses se terminent. Columella, lib. 4, Mediocritas in lectione loci maxime probatur, quoniam in confinio boni, malíque posita est. Elle est sur les fins de bien & de mal, elle est entre bien & mal.

CONFIO, confis, cõfieri, Estre faict. Virg. Cõfieri possit, paucis aduerte docebo. Columella lib. 2, Tria stercoris genera sunt præcipua, quod ex auibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus cõfit. Cic. Attico, lib. 11, Te hortari desineremus, vt velles his rebus interesse, quo facilius & maiore cum dignitate per te, qui vtrique es coniunctus, res tota confieret. Terẽt. in Adelphis, 5.8.24, Verùm quid ego dicam? hoc confit quod volo.

Confit, Il est consumé & despendu, mis ex pieces. Plaut. in Trinummo, 8.5, Quid factũ est eos? comesum, expotum, exutum, elotum in balineis: piscator, pistor abstulit: confit cito quàm si tu obijcias formicis papauerem.

CONFIRMO confirmas, confirmare, Cõfermer quelque chose, certifier, asseurer que ainsi est que il dict. Cicero Trebatio, Balbus mihi confirmauit te diuitem futurũ. Plin. epist. 244, Maximus libertus & procurator tuus domine, præter decẽ beneficiarios, quos assignari à me Gemellino optimo viro iussisti, sibi quoque confirmat necessarios esse milites. Cic. de Amicitia, 9, Nemo vnquam erit, & (vt confirmare possum) nemo certe fuit.

Confirmare se, Saffermir, se fortifier, prẽdre force, apres auoir este malade. Cicero Tironi, Satis enim te mature videro, cum planè confirmatũ videro. Eidem, Adhuc dũ mihi nullo loco deesse vis: nunquam te confirmare potuisti. Eidem, Cũ te bene confirmaris, ad nos venias.

Confirmare animum, Prendre courage. Plaut. in Aulul. 13.1, Volui animum tandem confirmare meum vt bene haberem filiæ me in nuptijs.

Confirmare opes factionis. Sallust. in Catil. Sed Cethego atque Lentulo, cæteríque, quorum cognouerat promptam audaciam, mandat, quibus rebus possent, opes factionis confirment: insidias consuli maturent, cædem, incendia, aliáque belli facinora parent. Quils conferment & asseurent laide & support de leur coniuration en toutes choses quils pourront.

Confirmitas, cõfirmitatis, f.g. Fermete en ſon propos, ſoit en bien, ſoit en mal. Plaut. in Milite, 5.34, Os habet, linguam, perfidiam, malitiam, atque audaciam, confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam, qui arguat ſic, eum contrà vincat iureiurando ſuo.

CONFISCO confiſcas, confiſcare, Confiſquer, condãner quelque argent deſtre mis auec larget public, au threſor de la ville, ou au prouffit du prince. Suet. in Auguſt. Deuictis his, & cõfiſcatis, promiſſa veteranis præmia ſoluerẽtur. Idem in Cæſare Caligula, Multis incendiorũ damna ſuppleuit: ac ſi quibus regna reſtituit, adiecit & fructum omnem vectigaliorum & reddituum medij temporis, vt Antiocho Comageno HS millies confiſcatum.

Confiſcare, etiam ad homines relatum, non ſolum ad rem. Suet. in Cæſare Caligula, cap. 41, Et quondam proximo colluſori, demandata vice ſua, progreſſus in atrium domus, cum præteruntes duos equites Ro. locupletes ſine mora corripi, cõfiſcarique iuſſiſſet, exultãs redijt. Idem in Tib. Cæſare, cap. 49, Præterea Galliarum & Hiſpaniarũ, Syriæque & Græciæ principes confiſcatos ob tam leue ac tam impudens calumniarum genus, vt quibuſdã non aliud ſit obiectum, quàm quòd partem rei familiaris in pecunia haberent.

CONFITEOR confiteris, confeſſus ſum, cõfiteri, Dire tout, cõfeſſer ſans cõtrainte, ou franchemẽt dire ce que on ſcet. Plaut. in Trinũ. 4.108, Hæc ſunt: ſeu recte, ſeu peruerſe, facta ſunt, egomet feciſſe confiteor. Idem in Ciſtell. 10.85, Cõmoda loquelam iam tuã, tibi nos prodimus, ac confitemur ciſtellam habere. Idem in Perſa, 6.33, Quid tu confitere, vt te autumo? P. fatear ſi ita ſim. Idem in Capt. 6.46, Hæc tu eadem ſi confiteri vis, ex tua re feceris, quæ tamen ſcito ſcire me ex hoc. Terent. in Heaut. 5.3.13, Egóne confitear meum non eſſe filiũ qui ſit meus? Idem in And. 3.5.1, Atque hoc confiteor iure obtigiſſe. Idem in Phormione, 5.9.45, Verùm quando iam accuſando fieri infectum nõ poteſt, ignoſce, orat, confitetur, purgat, quid vis amplius? Plau. in Ciſtell. 9.9, Omnia inficiatur ea, quæ dudum confeſſa eſt mihi. Cic. pro lege Manilia, Hoc ego non ſolum confiteor, verum etiam profiteor.

Confeſſus confeſſa confeſſum, participium, Qui eſt cler & manifeſte, & declaré ſans contrainte. Plin. in Paneg. 28, Et tamẽ confeſſa hoſtium obſequia, vt vincendus nemo fuerit. Les ſeruices des ennemis ſont tout euidens, leſquels ſans contrainte ils font.

In confeſſum venire. Plin. epiſt. 302, Te domine rogo, vt me in hoc præcipue genere cognitionis, regere digneris, cum alioqui magna ſit expectatio: vt neceſſe ſit in ea re quæ & in cõfeſſum venit, & exemplis defenditur, deliberare. En vne choſe que tous confeſſent eſtre ainſi, que tous congnoiſſent manifeſtement, qui eſt toute notoire.

CONFLAGRO conflagras, conflagrare, Eſtre tout en feu, & ardre. Plin. de viris illuſt. 4.a, Et dum Numam Pompilium ſacrificijs imitatur, Ioui Elicio litare non potuit, fulmine ictus, cum regia conflagrauit.

Conflagrare inuidia, Bruſler denuie. Plin. epiſt. 53.1, Norbano tamen, non ordo legis, non legati nomen, non inquiſitionis officium præſidio fuit, tanta conflagrauit inuidia, homo alioqui flagitioſus, & Domitiani temporibus vſus, vt multi, &c.

CONFLIGO confligis, conflixi, conflictum, confligere, Se battre cõtre vng autre. Salluſt. Optimum factu ratus, in tali re fortunam belli tentare, ſtatuit cum Antonio quamprimum cõfligere. Id eſt prælio congredi. Donner le choc a Antoine. batailler contre luy.

Conflicto conflictas, conflictare. Cic. libr. 2, ad Herennium, Malo magno eſt hominibus auaritia, idcirco quòd homines magnis & multis incommodis conflictantur. Id eſt, concutiuntur, iactantur, vexantur.

Conflictare cum malo: eſt quaſi congredi, & pugnare cũ malo, vt ipſum vincas. Terẽt. in Phor. 5.2.20, O fortunatiſſime Antipho, A. egóne? P. cui quod amas, domi eſt: nec cum huiuſmodi vnquam vſus venit vt conflictares malo.

Conflictor conflictaris, conflictari. Donatus, atteri interpretatur. Terẽt. in And. 1.1.66, Nam qui cum ingenijs conflictatur eiuſmodi, neque commouetur animus in ea re tamẽ: ſcias poſſe habere iam ipſum ſuæ vitæ modum. Qui fraye, qui ſe touche, ou ſe frotte a gens de telle ſorte. Hoc eſt, qui cum eiuſmodi hominibus verſatur, Qui hante auec telles gens.

Conflictari iniqua valetudine, Eſtre tormente dune mauuaiſe maladie. Plin. epiſt. 12.b, Sed tam longa, tam iniqua valetudine conflictabatur, vt hæc tanta pretia viuendi, mortis rationibus vincerentur.

Conflictari nouiſſima valetudine. Plinius epiſt. 44.b, Velleius Blæſus ille locuples, conſularis. nouiſſima valetudine conflictabatur, cupiebat maturare teſtamẽtum. Il eſtoit vexe de ſa derniere maladie. Il approchoit de ſa fin.

Conflictatus morbis. Suet. in Claud. Cæſare, cap. 2, Infans autem relictus à patre, ac per omne ferè pueritiæ atque adoleſcentiæ tẽpus, variis & tenacibus morbis conflictatus eſt. Il fut vexe de diuerſes & fort continuelles maladies.

Conflictatio conflictationis, vt inquit Donatus, eſt tactus corporum inuicem, & colliſio. Quant deux corps ſe frayent & frappent lung contre lautre.

CONFLO, conflas, conflaui, conflatũ, conflare, Souffler lung quãt & lautre, enſemble. Quod propriè dicuntur venti facere cum ſunt diuerſi.

Conflare, Forger quelque choſe. Virg. lib. 1. georg. Et curuæ rigidũ falces conflantur in enſem.

Conflare æs alienum, Tirer de largent dautruy, emprunter, ſendebter. Salluſt. Quique alienũ æs grande conflauerat, quo flagitium aut facinus redimeret.

Conflare exercitum, Amaſſer vng armee. Cicero pro P. Sylla, Cum exercitus perditorum ciuium clandeſtino ſcelere conflatus, crudeliſſimum ac luctuoſiſſimũ patriæ exitũ cõparaſſet.

Conflare familiaritatem, Saccointer auec aucun, prendre familiarite. Terentius in Eunucho, 5. 2. 36, Sæpe ex huiuſmodi re quapiã, & ex malo principio, magna familiaritas cõflata eſt.

Conflare ignem, Souffler le feu. Plin. Philiſcus officinam pinxit pictoris, ignem conflãte puero. Plautus in Rudẽte, 18. 57, Nullum habemus ignem, ficis victitamus aridis. D. ego dabo ignẽ, ſi quidẽ conflandi in capite tuo copia eſt. Si tu as aſſes bonne teſte pour le ſouffler.

Conflare inuidiam alicui, Faire que aucun ſoit hay, & que on luy vueille mal, inciter haine alencontre daucun. Cic. in L. Catilinam, oratione prima, Quamobrem, vt ſæpe iã dixi, proficiſcere: ac ſi mihi inimico, vt prædicas, tuo conflare vis inuidiam, recta via perge in exiliũ. vix feram ſermones hominum, ſi id feceris, vix molem iſtius inuidiæ, ſi in exiliũ ieris iuſſu conſulis, ſuſtinebo. Salluſt. Magnã illi inuidiam conflauerant, vſque adeò vt nõnulli equites populi Romani, qui præſidij cauſſa cum telis erant circum ædem Concordiæ. Ils luy auoient acquis & engendre vne groſſe haine.

Conflare accuſationem & iudicium. Cic. in Verrem, actione 4, Ardebat amore illius hoſpitæ, propter quam hoſpitij iura violarat. hoc nõ ſolum ſciri tum, verumetiam commemorari ſemper volebat. Itaque ex illa ipſa re, quam accuſante Agathino geſſerat, Veneri potiſſimum deberi præmium ſtatuit, quæ illam totam accuſationem, iudiciúmque conflarat. Laquelle auoit eſte cauſe de toute celle accuſation & iugemẽt. Liuius de decemviris, lib. 3, Iudicia domi conflabant, pronuntiabant in foro. Ils forgeoient & compoſoient a leur maiſon, les ſentences de iudicature: puis les prononcoient au pretoire & en plain plaidoier.

Conflare mendacium, Coitione & conſenſu multorum adornare mendacium. Cic. Vnde hoc totum ductum & conflatum mendacium eſt.

Conflare pecuniam, Forger de la monnoye. Inde conflata pecunia.

Conflare periculum. Cic. pro P. Scylla, Qui vobiſcum in conſilio fuerũt, qui vobiſcum illa cognorunt: quibus ipſis periculum tum conflari putabatur, qui Antronio nõ affuerunt, qui in illum teſtimonia grauia dixerunt, hunc defendunt, huic adſunt.

Conflare ſeditionem, Eſmouuoir vne ſedition. Cic. pro Cluent. Maxime eius opera cum quæſtor eſſet, in exercitu ſeditionem eſſe conflatam.

Conflages conflagum, dicuntur loca, in quæ diuerſi conflant venti, à conflo conflas. Feſt. Pompeius. Antiquum eſt.

CONFLVO confluis, confluxi, confluxum, confluere, Abonder tout en vng, comme quant diuers ruyſſeaux coulent tous en vng lieu. Plaut. in Epid. 11. 2, Id ego experior, quoi multa in vnum confluunt locum, meúmque pectus pulſant.

Confluunt cruciatus. Plautus in Aſina. 7. 48, Tantum facinus modo inuenio ego, vt nos dicamur duo omnium digniſſimi eſſe, quò cruciatus confluant. Que les torments arriuent ſur nous, que ſoions tormentés.

Confluit turba, Vne foulle & multitude de gens ſaborde. Plin. epiſt. 299, Ea conditio eſt ciuitatis Byzantiorum, confluente vndique in eam commeantium turba, vt ſecundum conſuetudinem præcedentium temporum &c.

Confluges conflugum, ſunt loca in quæ riui diuerſi defluunt. Nonius Marc.

CONFODIO confodis, confodi, confoſſum, Confodere, Cauer, fouyr bas en terre. Plaut. in Aulul. Hic apud me confodere hortum iuſſi.

Confodere, Percer aucun doultre en oultre. Salluſt. Inter confertiſſimos incurrit, ibique pugnando confoditur.

CONFOEDVSTI apud veteres dicebantur fœdere coniuncti. Feſt. Pomp.

CONFOETA ſus, dicebatur quæ cum omni fœtu adhibebatur ad ſacrificium. Feſt. Pomp.

CONFORE. Donatus, Ab eo quod eſt confit, id eſt perficitur, futurũ tempus infinitiui modi confore facit, id eſt perfectum iri. Terent. in And. 1.1.140, Reſtat Chremes qui mihi exorandus eſt: & ſpero confore, Ieſpere que la choſe ſe fera.

CONFRICO confricas, confricui, confrictum, confricare, Fort, ou bien frotter. Plautus in Aſinaria, 12.80, At pol hodie non feres, ni genua confricantur. Columella lib. 2; Boues cum ab opere dimiſerit, ſubſtrictos confricet, manibúſque comprimat, dorſum & pellem reuellat.

CONFRINGO confringis, confregi, confractum, confringere, Rompre, caſſer, briſer tout a net, rõpre du tout. Plaut. in Capt. 15.8, Aulas, caliceiſque omnes confregit, niſi quæ modiales erant. Idem in Bacchid. 4.24, Scis tu vt confringi vas cito Samium ſolet.

Confringere teſſeram apud aliquem, Neſtre plus bien venu enuers aucun, ny eſtre plus receu, mais eſtre deſchaſſe. Nam vt inquit Lactãtius in VII Thebaidos, Teſſera erat bellorum ſignum, vt hoſpitalem teſſeram dicimus. veteres enim quando non poterant omnes hoſpites ſuos noſcere, teſſeram illis dabant: quam illi ad hoſpitia reuerſi oſtendebant præpoſito hoſpiti, vnde intelligebantur hoſpites. Plaut. in Ciſtell. 5.27, Abi quærere vbi tuo iurando ſatis ſit ſubſidij: hic apud nos iam Alceſimarche confregiſti teſſeram. Tu te es mis hors de grace ches nous, tu nas pas beau reuenir vers nous, tu es hors de court.

Confringere rem, Deſpendre ſes biens, & conſumer pourement. Plaut. in Sticho, 10.49, Non ergo is tu apud me, ſatis ſpectata eſt mihi tua felicitas: dum paraſitus mihi, fratríque fuiſti, rem confregimus. Idem in Trinummo, 6.54, AEdepol hominem prædicatum ferme fami liariter, qui quidem nunquam per virtutem rem confregit, atque eget.

Confractus confracta confractum, Rompu & caſſé. Plaut. in Rud. 2.73, Sedẽt eiecti, nauis cõfracta eſt ijs. Ibidem, 4.64, Heri confracta nauis in mari eſt illis. Id eſt naufragiũ fecerunt. Leur nauire fut hier perie en la mer.

Confragoſus confragoſa confragoſum, Aſpre, deſrompu. Columella lib. 2, Incultum igitur locum conſyderemus, ſiccus an humidus, nemoroſus arboribus, an lapidibus confragoſus,

Confragoſum, Rude, & difficile a entẽdre. Plaut. in Ciſtell. 7.71, Teneo iſtuc ſatis: ſed ego illud quæro confragoſum, quo modo prior poſterior ſit, poſterior ſit prior.

Confragoſæ conditiones, Partis ou conditions ruineuſes & entremeſlees. Plaut. in Menæh. 14.18, Dixi cauſſam, cõditiones retuli tortas, confragoſas: plus minus opus quàm erat, multo dixeram controuerſiam, vt ſponſio fieret.

CONFVGIO confugis, confugi, confugitũ, confugere, Aller a refuge vers aucũ, ſoy retirer vers luy pour auoir ſecours. Liuius, Inde Turnus, Rutulíq; diffiſi rebus ſuis, ad florẽtes Hetruſcorum opes, Mezentiúmque regẽ eorũ confugiunt. Terent. in Hecyr. 3.3.24. Nũc huc confugit, te atque alios partum vt celaret ſuum. Plin. de viris illuſt. 42, A Scipione ſuperatus ad Antiochum regem Syriæ confugit.

Confugere ad aliquid, ſe excuſandi gratia. Terẽt. in Heaut. 4.5.45, Sed illud quod tibi dixi de argento quod iſta debet Bacchidi, id nunc reddendum eſt illi: neque tu ſcilicet eò nunc confugies, quid meã? num mihi datum eſt? num iuſſi? Id eſt non erit quod excuſationis cauſſa hæc dicas: quid mea? &c. Tu auras beau reculer & alleguer cecy pour excuſe: moy quen ay ie a faire? &c.

Confugere ad vota & preces, Soy retirer, auoir ſon refuge a prier dieu. Plin. epiſt. 268, Itaq; ad vota confugio, deóſque precor, vt ijs quæ in me aſſidue confers, non indignus exiſtimer.

CONFVLGEO confulges, confulſi, confulgere. Plaut. in Amphit. 17.44, Totæ ædes confulgebant tuæ, quaſi eſſent aureæ. Id eſt, vndique fulgebant. Toute ta maiſon reluyſoit de tous coſtés, comme ſi elle fuſt dor.

CONFVNDO confundis, confudi, confuſum, confundere, Braſſer, brouiller, & meſler tout enſemble, tellement que on ne congnoiſſe plus lequel eſt lequel. Plin. Et ſi noſcãtur, facile confundunt colorem. Plaut. in Moſtell. 4.12, Itidem olent, quaſi quum vnà multa iura confundit coquus. Comme quant vng cuiſinier braſſe & meſle pluſieurs ſortes de brouets enſemble.

Confundere, Partroubler, eſtonner, eſpouanter. Liuius lib. V 1, Confuſam eam ex recẽti morſu animi quum pater forte vidiſſet, percontatus eſt, Satin' ſalue? Idem, Colligit & ipſe Alexamenes animum confuſum tantæ cogitatione rei. Id eſt perturbatum.

Confundere, Ioindre auec, ou en vng: de pluſieurs choſes nen faire que vne, comme dung peuple. Liuius lib. 1, Alterius vrbis duo populi in vnum cõfuſi ſunt. Virg. lib. 4, Qui nunc ore Arethuſa tuo Siculis confunditur vndis.

CONFVTO confutas, confutare, A force de raiſons & remonſtrances confondre & cõuaincre le propos dung autre, ceſt a dire monſtrer & prouuer eſtre faulx ce quil a dict. Plautus in Truculento, 7.19, Ita ego illam ædepol ſeruem, itáque parce victitem, vt nulla faxim cis dies paucos ſiet, ego iſtos, qui nunc me culpant, confutauero. Terent. in Phorm. 3.1.13, Quid is fecit? G. confutauit verbis admodum iratum patrem. Idem in Heaut. 5.1.76, Hic, ita vt libe ros eſt æquum, dictis confutabitur.

Confutare, confundere, committere, commouere. Varro Manio, Harum ædium ſumme atria confutabant architecti omnes. Titinnius in Setina, Coquus magnum ahenũ, quando feruit, paula confutat trua. Non. Marc.

Confutatio confutationis, f.g. Eſt (vt ait Cicero ad Herennium) contrariorum locorũ diſſolutio.

CONGELO congelas, cõgelare, Faire tenir enſemble par gelee. Columella lib. 1, Oleũ quod minus prouenit, ſi congelatur, flaceſcet. Vix inuenitur, niſi in tertijs perſonis.

CONGEMINO congeminas, congeminare, Doubler. Plautus in Amph. 8.52, Nunc ſi pateram patera peperit, omnes congeminauimus. Nous ſommes tous doubles, nous ſommes deux de chaſcun.

Congeminatio congeminationis, f.g. Doublement. Plaut. in Pœnulo, 19.18, Quid hoc conduplicationis? quæ hæc congeminatio?

CONGENERO congeneras, congenerare, Aſſocier, ioindre enſemble, allier. Accius in fidicinis, Quam vehat grato tibi congenerat gentium, aut generum affinitas. Ennius, Quem mihi congenerat affinitas. Non. Marc.

CONGENVLO congenulas, congenulare, En pliant le genouil, cheoir, tomber en terre, Siſenna, hiſt. lib. 3, Multi plagis aduerſis icti, & congenulati Romanis præcipitatis, ipſi ſupra voluit in caput. Cæcil. Ipſe regis ferit pectus, aduerſum cõgenulat, percuſſu deijcit dominũ.

CONGERMINO congerminas congerminare, Coaleſcere, cõiungi, vel conſociari, Saioindre, ſallier, ſaſocier enſemble. Varro rerum humanarum lib. 3, Poſtea cum his vnã remp. coniuncti & congerminati tenuere.

Congerminaſco congerminaſcis, congerminaſcere, Idem quod cõgermino. Quadrigarius Annalium, Facite exempla eorum, vt vos cum illis congerminaſcere ſciatis.

CONGERO congeris, congeſſi, congeſtũ, congerere, Amaſſer, aſſembler, amonceler. Plaut. in Pſeud. 13.34, Hõc hic quidem homines tam breuem vitam colunt, Quum haſce herbas huiuſmodi in ſuum aluum congerunt.

Congerere dona. Plaut. in Truculento, 4.16, Me illis quidem hæc verberat verbis: nam ego huc dona congeſſi.

Congerere penum ad. Terent. in Eunuch. 2.3.8, In ea re vtilitatem ego faciam vt cognoſcas meam, cum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum.

Congerere in amicitia. Cic. de Amicitia, 52, Neque enim verẽdum eſt, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat, aut ne plus æquo quid in amicitia congeratur.

Congeſtitius, congeſtitia, congeſtitium, Qui eſt amaſſe, & aſſemblé en vng tas. Columella lib. 2, Non deterius tamen etiam pinguibus harenis, vel congeſtitia humo proueniunt.

CONGERRO congerronis, m.g. Compagnon en choſe legiere & de nulle valleur, comme a iaſer, babiller, railler, paſſer le temps en parolles ioyeuſes. Plaut. in Moſtell. 11.27, Nũc ego me illac per poſticum ad congerrones conferam: dicam vt hic res quietæ ſunt. Idem in Truculento, 4.6, Quin ei vt reapſe nequam veniunt ad ſcorta congerrones, conſultaſſunt conſilio, quando intrò adueniunt.

CONGIARIVM congiarij, n.g. Vne largeſſe que faict le roy, ou autre prince au peuple. Seneca lib. 4, de benefi. Hoc donabatur populus, ſicut donatiuo milites donabantur. Sic Plinius in Panegyrico laudat Traianum quòd congiarium populo dediſſet, quo locupletatæ ſunt tribus, quum donatiuum milites accepiſſent. Huius cõgiarij diuerſæ fuerunt ſummæ. Tiberius enim congiarium populo trecentos nummos viritim dedit. Caligula congiarium populo bis dedit tricenis ſeſtertijs. Nero quadragenos nummos populo diuiſit.

Congiarium, Quelque don que faict quelque grand ſeigneur a aucun du peuple. Suet. de claris Rhet. 4, Nec eo minus, imò vel magis ob hoc Antonio gratus: à quo mox cõſule ingens etiam congiarium accepit.

Congiarium, Genus menſuræ eſt, vt apud Paulum iureconſultum, Item vrnæ æreæ, & cõgiaria ſextaria. Quintil. Vt Fabius Maximus incuſans Auguſtiæ congiariorũ, quæ amicis dabãtur, exiguitatẽ, heminam eſſe dixit: nam congiariũ cõmune eſt liberalitatis atq; mẽſuræ.

CONGIVM congij, n.g. mensuræ genus est, sex sextarios continens.

Congialis & hoc congiale. Fidelia congialis. Plaut. in Aulul. 18.15, O fides, mulsi cõgialem plenam faciam tibi fideliam. Fidelia est genus vasis.

CONGLACIO conglacias, conglaciare, Se glacer, deuenir en glace.

Conglaciat tribunatus Curioni. Cælius Ciceroni epist. 111. b. lib. 8, Consules autem habemus summa diligentia: adhuc senatusconsultum nisi de ferijs Latinis, nullum facere potuerunt. Curioni nostro tribunatus conglaciat.

CONGLOBO, conglobas, cõglobare, Assembler en vng monceau, comme vng ploton de fil. Sallust. in Iugurtha, Equites Maurí atque Getuli, nõ acie, neque vllo more prælij, sed caterua tim, vti quosque fors conglobauerat, in nostros cõcurrunt. Selon comme ils sestoient dauenture amasses en vng floc, & en vne foulle, sans tenir aucun ordre.

CONGLVTINO conglutinas, conglutinare, Conioindre, Assembler & faire tenir ensemble. Plin. lib. 23, Cortex vitium & folia arida, vulnerum sanguinem sistunt, ipsumque vulnus conglutinant. Ils font reprẽdre la playe. Cic. de senect. 66, Vt nauem, vt ædificium, idem destruxit facillime qui construxit: sic hominem eadem optime, quæ conglutinauit, natura dissoluit. Idem de Amicitia, 32, Nã si vtilitas amicitias conglutinaret, eadem cõmutata dissolueret. Terent. in And. 5.4.10. Ac meretricios amores nuptijs conglutinas.

CONGRAECO congræcas, vel congræcor cõgræcaris, cõgræcari, Gourmãder, yurongner. Plaut. in Bacchid. 15.93, Atque id pollicetur se daturũ aurum mihi, quod dem scortis, quódque in lustris cõmedam, & congræcem pater. Tractum est ex more Græcorum: qui compotationibus ac delicijs plus æquo indulgebant. Vnde congræcari, & pergræcari, id est genialẽ vitam agere. Gaudir, faire bonne chere, se donner du bon temps.

CONGREDIOR congrederis, congressus sum, congredi, Id est conuenire. Soy assembler plusieurs tous en vng lieu. Varro, Omnesque in vnam domum congressi, simul discubuere.

Congredere actũtum, Marche legierement. Terent. in Phorm. 5.6.12.

Congredi aliquem, Assaillir aucun pour parler a luy. Plaut. in Amphit. 15.35, Hominẽ ne cõgrediamur quæso, prius quàm stomachum detexerit. Idem in Epid. 11.18, Sin ea est quam incerto animo, hanc congrediar astu. Ie le affronteray finement.

Congredi cũ hoste: Se ioindre a son ennemi pour se combatre contre luy, ou pour le tromper, ou pour disputer contre aucun. Plaut. in Pseud. 8.8, Nam ego in meo pectore prius ita parauí copias duplices, triplicesque dolos, perfidias, vt vbicunque cũ hostibus congrediar, malorum meũm fretus virtute. ne mei dicam industria, & malitia fraudulẽti, vt facile vincam. Gellius, Qui ter cum hoste congressus, victor redijt.

Congressus congressus congressui, m.g. Compaignie. Cicer. de Amicitia, 73. Quinetiam si quis asperitate ea est & immanitate naturæ vt congressus & societatem hominum fugiat atque oderit, qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus &c.

Congressus, Assault. Sallust. Multi in eo congressu perierunt. Id est in eo cõflictu, seu prælio.

CONGRVO congruis, congrui, cõgruere, Conuenir, estre daccord. Suet. de claris grãmat. 7, Quod equidem non temere crediderim, cum temporum ratio vix congruat.

Congruit sermo tibi cum illa, Tes parolles & les siennes saccordẽt bien, elles dient tout vng. Plaut. in Milite, 15.23, Tecum illa verba facere de ista re volo: nam cum illa sane congruit sermo tibi.

Congruunt concorditer inter se: Ils viuent en paix, ils sont daccord ensemble. Plaut. in Curc. 6.14, Sane illi inter se congruunt concorditer. De dijs loquitur.

Concede hinc domum, ne nos inter nos congruere sentiant. De paour quils napperceoiuent que ayons intelligence ensemble. Terent. in Heaut. 3.2.86.

Congruunt illi commoda multa: Beaucop de choses a point luy viennent ensemble. Terent. in Eunucho, 5.9.3, Nam in me planè di potestatem suam omnem ostendere, cui tam subito tot congruerint commoda.

Congruunt extrema primis, Les derniers faicts cõuiennẽt & resemblent au premiers. Plin. in Paneg. 111, Hoc pro concione, pro rostris, pro iureiurando scilicet, vt primis extrema congruerent, vtque hoc solo intelligerentur ipsi consules fuisse, quòd alij non fuissent.

Congruunt omnes: Ils sont tout dung accord, ce nest que vng cueur de eulx tous. Terent. in Phorm. 2 1.34, Ecce autem similia omnia: omnes congruunt: vnum cognoris, omnes noris.

Congruit mulier mulieri magis, Vne femme accordera mieulx auec vng autre femme. Terẽtius in Phorm. 4.5.14.

Congruere cũ moribus alicuius, Saccorder aux cõditions & manieres de viure daucun. Cic. de Amicitia, 27, Deinde cum ſimilis ſenſus extitit amoris, ſi aliquem nacti ſumus, cuius cũ moribus & natura congruamus, quòd in eo quaſi lumen aliquod probitatis & virtutis proſpicere videamur.

Congruens, congruentis, o. g, Accordant, conuenant, ſemblable, pareil, tout vng. Plin. in paneg. 148, Ita charitas mutua, ita congruens tenor vitæ, ita vna, eadémque ratio propoſiti poſtulabat. Idem epiſt. 8. g, Vereor ergo vt ſit ſatis congruens, cum in dicendo aſſentatiõnẽ vulgi, acclamationémque defugerim, nunc eadem illa editione ſectari.

CONGRVS vel conger congri, m. g. Genus piſcis de quo Plinius lib. 9. cap. 62, Mugil & lupus mutuo odio flagrant: Conger & murena caudas inter ſe prærodentes. Ibidem, Locuſtã conger, rurſus polypum congri lacerãt. Plaut. in Aulul. 14. 2, Dromo deſquama piſceis: tu Macherio congrum, murænã exdorſua quantum potes. Terent. in Adelph 3. 3. 23, Piſceis cæteros purga Dromo: congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere.

CONIICIO conijcis, conieci, coniectum, Mettre, bouter, ietter. Cic. M. Cælio, Sin ſe in intimum conijcere vellent, non ſatis commode calceati & veſtiti id facere poſſent.

Conijcere aliquem in amorem. Plaut. in Mercat. 23. 5, Quoniam hæc tibi nõ abſtulit modo, ſed in amorem coniecit fortius, quo te, conſiliúmque tuum atque mentem perdit funditus. Elle ta mis plus fort en amour.

Conijcere in collum. Plaut. in Epid. Orna te Epidice, & palliolum tuum in collum conijce.

Conijcere ſe in fugam, Senfuyr. Cic. M. Cælio, Atque illo repentino hominum impetu ſe in fugam coniecíſſe.

Conijcere ſe intrò, Entrer, ou ſe mettre dedens haſtiuement. Terentius in Heaut. 2. 3. 36, Hæc vbi aperuit oſtium, continuo hic ſe coniecit intrò: ego conſequor.

Conijcere in ignem. Plaut. in Rudente, 18. 61, Nam hercle te barba continuo arripiam: & in ignem conijciam.

Conijcere aliquem in lætitiam: Mettre aucun en ioye. Terent. in Heaut. 2. 3. 51, Syre mi, obſecro ne me in lætitiam fruſtra conijcias.

Conijcere aliquem in malum. Plaut. in Merc. 23. 8, Me quoque in magnum cõieciſti malum: nec quid faciam ſcio. Terent. in Hecyra, 1. 2. 57, Parmeno perij, quid ego egi? in quod me conieci malum. En quel malheur me ſuis ie fourre.

Conijcere in morbum. Plaut. in Pœnulo, 2. 69, Qui perijſſe vidẽs vnicum gnatum ſibi, cõijcitur ipſe in morbum ex ægritudine. Il eſt cheut en maladie.

Conijcere in nuptias. Terent. in And. 3. 5. 14, Oh, tibi ego vt credam furcifer? tu rem impeditam & perditam reſtituas? hem quo fretus liem, qui me hodie ex tranquilliſſima re conieciſti in nuptias. an non hoc dixi futurum? Ibidem, 3. 4. 23, Nihil eſt preci loci relictum, iam perturbaui omnia: herũ fefelli, in nuptias conieci herilem filium: feci hodie vt fierent, inſperante hoc atque inuito Pamphilo.

Conijcere ſe in pedes, Le gaigner au pied, ſenfuyr. Terentius in Phorm. 1. 4. 13, Aliquid conuaſaſſem, atque hinc me conijcerem protinus in pedes.

Conijcere in plagas. Plaut. in Trinummo, 5. 12, Nunquam amor quenquam niſi cupidum hominem poſtulat. ſe in plagas conijcere eos cupit, eos conſectatur: ſubdole blanditur, ab re cõſulit. Il deſire de les attraper. In plagas. id eſt in retia. Tranſlatio à venatoribus.

Conijcere ſe in ſaginam, Hardiment ſe fourrer en quelque bon lieu pour ſe refaire, & manger de gras morceaux pour ſengraiſſer. Plaut. in Trinummo, 10. 95, In ſaginam herus ſe cõiecit meus, credo ad ſummos bellatores acrem fugitorem fore.

Conijcere aliquẽ in breue tempus, Mettre aucun en vne courte ioye. Terent. in Hecy. 5. 4. 2, Vide mi Parmeno etiam ſõdes, vt mihi hæc certa & clara attuleris, ne me in breue hoc conijcias tempus gaudio hoc falſo frui.

Conijcere aliquem in tricas, Enuelopper aucun en ſes affaires, tellemẽt quil nen puiſſe ſortir, ne ſoy deſempeſtrer. Plaut. in Perſa, 13. 21, Quid ais tu crux, ſtimulorũ tritor? quomodo me hodie verſauiſti? vt me in tricas conieciſti? Sunt autem tricæ, pullorũ gallinaceorum impedimenta, quibus ſcilicet eorum pedes implicantur.

Conijcere aliquẽ in vincula, Empriſonner aucun. Salluſt. Ex eo numero complures, Q. Metellus celer prætor ex ſenatuſconſulto, cauſſa cognita, in vincula coniecerat.

Conijcere tela, Tous enſemble ietter du traict. Liuius lib. 2, Clamore ſubito vndique in vnũ hoſtem tela conijciunt. Cæſar lib. 1, Pro vallo carros obiecerant, & è loco ſuperiore in no-

ſtros venientes tela conijciebant.

Conijcere, Diuiner: & par long temps & diuerſes choſes penſer, venir a la congnoiſſance de quelque choſe, & lentendre, preſumer. Terent. in Heaut. 1.1.11, Annos ſexaginta natus es aut plus eò, vt conijcio. Selon que ie puis penſer, a mon aduis. Idem in Phorm. 1.3.14, Tu conijcito cætera, quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex iſtac copia. Penſe le demourant. Idem in Eunucho, 3.4.9, Quid illud mali eſt? nequeo ſatis mirari neque cõijcere. Plaut. in Curc. 6.3, Mane ſis dum huic conijcio ſomnium. Cic. libro de diuinatione, Nũ igitur aut aruſpex, aut augur, aut vates, quis aut ſomnians melius cõiecerit aut ex morbo euaſurum ægrotum, aut ex periculo nauem, aut ex inſidijs exercitum, quàm medicus, quàm gubernator, quàm imperator?

Coniecto coniectas, coniectare, frequentatiuum. Terent. in Eunuch. 3.4.5, Neque ſcio quid dicam, aut quid coniectem. Ie ne ſcay que ie puiſſe dire ny preſumer.

Coniectus, coniecta, coniectum, Iette, mis. Coniecti omnium in te oculi: Chaſcun iette les yeulx ſur toy & te regarde par admiration. Cic. de Amicitia, 5, Sed exiſtimare debes omnium oculos in te eſſe coniectos: vnum te ſapientem appellant & exiſtimant.

Coniector coniectoris, m. g. Qui deuine quelque choſe. Cic. Deferunt ad coniectorem quidam ſomniaſſe ſe ouum pendere ex faſcia lecti cubicularis. Plaut. in Curc. 5.34, Quin coniectores à me conſilium petunt. Idem in Pœnulo, 5.34, Nã iſti quidem hercle orationi OEdipo opus eſt coniectore, qui Sphyngi interpres fuit.

Coniectura coniecturæ, f. g. Coniecture, diuinement, & preſumption de quelque cas, le iugemẽt que on ha de quelque choſe apres y auoir penſe. Quintil. lib. 3, Cõiectura dicta eſt à cõiectu, id eſt directione quadam rationis, ad veritatem: vnde etiam ſomniorum atque omniũ interpretes, coniectores vocamus.

Coniectura augurari pro coniectura conſequi. Cic. epiſtola 9. ad Atticum, lib. 2, Etenim quãtum coniectura auguramur, erit nebulo iſte cum ijs dynaſtis in gratia.

Coniectura conſequi. Cic. Cornif. Quantum copiarum haberes, tum ipſa coniectura conſequi poteram, tum ex literis tuis cognoui. Ie pouois bien diuiner & eſtimer apres y auoir penſe, quelle armee tu auois.

Coniecturam facere. Terent. in And. 3.2.32, Multa concurrunt ſimul, qui coniecturam hanc nunc facio. Il y a beaucop de choſes enſemble, qui me font dire que la choſe va ainſi que ie dis. Idem in Heaut. 2.3.25, Nam & vita eſt eadem, & animus te erga idem ac fuit: quantũ ex ipſa re coniecturam fecimus.

Coniecturam facere de moribus alicuius. Plin. in paneg. 33, Præterea futuri principes velint nolint, ſciant, tantum conſtat, propoſitiſque duobus exemplis meminerint, perinde coniecturam de moribus ſuis homines eſſe facturos, prout hoc vel illud elegerint. Ils diuineront a peu pres & cõgnoiſtront de quels meurs ils ſont, ſelon quil voirõt quils eſlirõt cecy ou cela.

Cõiectura reperire. Plaut. in Trinummo, 13.74, At enim multi Leſbonici ſunt hic, niſi nomẽ patris dices, non monſtrare poſſum iſtos homines quos tu quæritas. quod ad exemplum eſt, coniectura ſi reperire poſſumus? De quelle ſorte eſt il, ſi dauenture nous le pouons cõgnoiſtre & trouuer?

Cõiecturalis & hoc coniecturale, Vne choſe de laquelle on eſt a diuiner ou preſumer qui la faict. Cic ad Heren. Coniecturalis eſt, cum de facto controuerſia eſt. hoc modo: Aiax in ſylua poſtquam reſciuit quæ feciſſet per inſaniam, gladio incubuit. Vlyſſes interuenit, occiſum conſpicatur, corpore telum cruẽtum educit. Teucer interuenit, vbi fratrẽ occiſum & inimicum fratris cum gladio cruentato videt, capitis accerſit. Hic quoniam coniectura verũ quæritur, de facto erit controuerſia & ex eo conſtitutio cauſſæ coniecturalis nominatur.

Coniectarium: Efficax & perfectum. Cic. lib. 4. de finibus bonorum & malorum, Illud verò mihimet coniectarium, ſed in primis habes illorum. Non. Marc.

CONIVGO coniugas, coniugare, Accoupler, ioindre enſemble.

Coniugatio coniugationis, f. g. Aſſemblement, accouplement, cõiunction lung a lautre. Cic. de Senect. 49, Cuius quidem vtilitas nõ me ſolum, vt antè dixi, ſed etiam cultura & natura ipſa delectat. adminiculorum ordines, capitum coniugatio, & religatio & propagatio vitium, ſarmentorúmque ea, quam dixi, aliorum amputatio, & aliorum immiſſio.

CONIVX coniugis, communis generis, Le mari & la femme ioincts enſemble par mariage. à coniugo coniugas, vt inquit Phocas. Et coniuges, inquit Feſtus Pomp. eiuſdem iugi pares. Priſcianus ſcribit coniunx per n. Veteres modo abſque n, modo cum n ſcripſere.

Coniungo coniungis, coniunxi, coniunctum, coniungere, Eſt copulare, Ioindre enſemble. Coniungere cum. Cic. de ſenect. 39, Mihi verò & Flacco neutiquam probari potuit tã flagitioſa & tam perdita libido, quæ cum probro priuato coniungeret imperij dedecus.

Coniunctus coniuncta coniunctũ, Conioinct. Cic. de amicitia, 70, Vt quoniam ſolitaria nõ poſſet virtus ad ea quæ ſumma ſunt peruenire, cõiuncta & ſociata cũ altera peruenire. Ibidem, 14, Quocum mihi coniuncta cura de rep. & de priuata fuit: quocũ domus & militia cõmunis.

Cõiunctus vſu cum aliquo, Qui hante & ha familiarite auec vng autre. Cic. de Amicitia, 28, Quid mirum eſt ſi animi hominum moueantur, quibuſcum vſu coniuncti eſſe poſſint, virtutem & bonitatem perſpicere videantur?

Coniuncta virtuti fortuna. Cic. de ſenect. 55, Tum Lyſandrum intuentem purpuram eius & nitorem ornatúmque Perſicum multis gemmis, multóque auro, dixiſſe, Recte verò te Cyre beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta eſt.

Coniunctius amare. Plin. epiſt. 94. a, lib. 6, Huius eſt hæres Maximus noſter, quẽ & ipſe amo, ſed coniunctius tu. Tu laimes plus fort.

Cõiunctiſſimi inter ſe: Ils ſont fort ioincts, vnis, daccord enſemble, ils ſentreaimẽt fort. Cic. de Amicitia, 37, Tum etiam cum ijs & inter ſe coniunctiſſimos fuiſſe Marcum Curium & T. Coruncanum memoriæ proditum eſt.

CONIVGARE inter ſe. Lucilius lib. 29, Quam mihi quantum eſt inter humanum genus, rerúmque inter ſe coniugat communicat. A Iugo iugas, inquit Non. Marc.

Coniuro coniuras, coniurare, Iurer lung a lautre, promettre la foy lung a lautre. Plaut. in Merc. 9. 38, Iam biennium eſt, quum tecum habet rem? P. certe: & inter nos coniurauimus, ego cum illo & ille mecum, ego cum viro, & ille cum muliere: niſi cum ille, aut ille mecum, neuter ſtupri cauſſa caput limaret.

Coniurare, Iurer enſemble de faire quelque choſe, ſoit bien ou mal: mais principalement mal, Conſpirer, Machiner. Salluſtius, Sed ante coniurauere pauci, in quibus Catilina fuerat.

Coniurare, in bonum. Mutius Sceuola apud Liuium, Trecenti coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, vt in te hac via graſſaremur. Horatius: Coniurat amicæ.

Coniuratio, coniurationis, f. g. Coniuration, conſpiration, machination. Terentius in Hecyra, 2. 1. 1, Prò deũm atque hominum fidẽ, quod hoc genus eſt, quæ hæc coniuratio? Vt omnes mulieres eadem æque ſtudeant, nolintque omnia?

CONNECTO connectis, connexui, connexum, connectere, Lier enſemble.

Connexus connexa connexum, Lié enſemble. Cõnexæ duæ maniculæ, apud Plautũ in Rudẽte.

CONNITOR conniteris, connixus vel conniſus ſum, conniti, Mettre toute ſa force a faire quelque choſe. Cic. lib. 3. off. Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, ſi diſcendi labor eſt potius quàm voluntas, tãtum fac vt efficias. Plaut. in Milite, 3. 29, Pol ſi quidem conniſus eſſes, per coriũ, per viſcera, pérque os elephãti brachium trãſmitteres.

CONNIVEO conniues, & conniuo conniuis, conniui, vel connixi, connictum, conniuere, Fermer ſes yeulx a demy. Plin. lib. x i, Grauiores alitum inferiore gena conniuent.

Conniuere caua ventris & ſtomachi dixit Gellius lib. x v, pro ſtipari, claudi, & contrahi.

Conniuent coagmenta in foribus. Plautus in Moſtell. 1 0. 59, Vidén' coagmenta in foribus? TE. video. TR. ſpecta quàm arte dormiunt. TE. dormiunt? TR. illæ quidem, vt conniuent, volui dicere. Quelles font bien ſemblant de dormir.

Cõniuere in, Paſſer oultre, & ne faire ſemblant de veoir ou apperceuoir quelque choſe. Cic. in Philippicis, Quibuſdam in rebus etiam conniueo. Idem pro Cælio, Prò dij immortales, vt cur interdum conniuetis in hominum ſceleribus maximis? Cic. de aruſpicum reſpõſis, Videant ij qui illũ Cn. Põpeio inimicum eſſe gaudebant: ob eámque cauſſam in tot, tantiſque ſceleribus conniuebant, & nonnunquam eius indomitos atque frenatos furores plauſu etiã ſuo perſequebãtur, quàm ſe cito inuerterit. Suet. in Cæſare, Delicta neque obſeruabat omnia, neque pro modo exequebatur, ſed deſertorum ac ſeditioſorum inquiſitor, ac punitor acerrimus conniuebat in cæteris.

Conniuentia conniuentiæ, f. g. Eſt patientiam accommodantium, ac videre ſe diſſimulantium.

CONNO connas, connaui, connatum, connare, Nager enſemble. & proprium eſt piſcium.

Connare per metaphoram, Nager en vne meſme eaue, faire vng meſme faict. Plau. Connationis noſtræ conſcius. hoc eſt, quòd eandem adiremus mulierem.

Connato connatas, connatare, Idem. Etiam per metaphoram ponitur. Plautus, Connatat nobiſcum, Id eſt riualis eſt.

CONNVBO connubis, connupſi, connuptũ, connubere, Eſtre mariee auec aucun. Apuleius, Neſcientibúſque parentibus, puellari ætate connupſeramus.

Connubium connubij, n.g. Mariage dune auec aucun. Virgilius, Cõnubio iungam ſtabili, propriámque dicabo.

CONOR conaris, conatuſſum, conari, Sefforcer & ſe mettre en peine de faire quelque choſe. Terent. in And. 1.5.35, Tum autem hoc timet ne deſeras ſe. P. hem, egóne iſtuc conari queã? Scio quid conere: Ie ſcay bien queſt ce que tu tache de faire, queſt ce que tu pretẽs de faire. Terentius in And. 4.2.20.

Conari manibus pedibus: Semploier du tout, & mettre toute ſa force a faire quelque choſe. Terẽt. in And. 4.1.50, Ego Pamphile hoc tibi pro ſeruitio debeo conari manibus pedibus, nocteiſque & dies capitis periculum adire, dum proſim tibi.

Conari aliquid fallaciæ: Tacher a faire quelque fallace. Terẽt. in And. 1.2.25, Si ſenſero hodie quicquam in his te nuptijs fallaciæ conari, quo fiant minus: aut velle in ea re oſtẽdere quàm ſis callidus, verberibus cæſum te in piſtrinum Daue dedam vſque ad necem.

Conari alicui obuiam. Terẽt. in Phorm. 1.2.2, Si quis me quæret rufus. D. præſto eſt, deſine. G. oh, at ego obuiam conabar tibi Daue.

CONOPOEVM conopœi, n.g. Tẽtorium ſeu velũ, & papilio ille lineus vel laneus ſeu bombycinus qui thoro circundatur ad arcendos culices, quo maxime vtuntur Alexandrini, quòd ex Nilo culices confluant, quos Græci κώνωπας dicunt. Vne tente, vng voille, vng pauillon, ou vng ciel que on tend ſur vng lict, auec ſes courtines. Propertius lib. 3, Fœdáque Tarpeio conopœo tendere ſaxo.

CONQVASSO conquaſſas, conquaſſare, Souuent mouuoir, remuer, blanſler.

Conquaſſatio conquaſſationis, f. g. Frequente commotion, agitation, & tróuble. Cic. lib. 4. Tuſculanarum quæſt. Ita illa duo morbus & ægrotatio ex totius valetudinis corporis conquaſſatione & perturbatione gignuntur.

CONQVEROR conquereris, conqueſtus ſum, conqueri, Se cõplaindre en ſoymeſme ou a vng autre de quelque choſe.

Conqueri, cum accuſatiuo. Plaut. in Aulul. 7.13, Quid tu ſolus tecum loquere? E. pauperiem meam conqueror. Suet. in Auguſto, Vicem ſuam conqueſtus eſt.

Conqueri, accuſatiuo iunctum, & præpoſitioni cum. Plaut. in Milite, 4.46, Deinde poſtquã occaſio eſt, conqueritur mecum mulier fortunas ſuas.

Conqueri, accuſatiuo, cum ob. Suet. in Claudio, Ipſe quodam libello conqueritur ob hanc eandem valetudinem.

Conqueri, ablatiuo, cum DE. Idem in Auguſto, Tiberio quoque de eadem re ſedulo, violentius apud ſe per epiſtolam conquerenti, ita reſcripſit.

Conqueri abſolute. Se complaindre. Cic. Quid multa? conqueſtus eſt grauiter.

CONQVIESCO conquieſcis, conquieui, conquieſcere, Ceſſer, deſiſter, ſoy repoſer de faire quelque choſe: Eſtre en repos. Cic. Lentulo, Tu niſi perfecta re de me non conquieſti.

Conquieſcere ab execrationibus. Plin. in paneg. 88, Quare ego te Cæſar muneribus omnibus tuis, omnibus comparo, multis antepono, quòd licet nobis & in præteritum de malis imperatoribus quotidie vindicari, & futuros ſub exẽplo præmonere, nullum locum, nullum eſſe tempus, quo funeſtorum principum manes à poſterorum execrationibus conquieſcant.

Conquieſcere in amici mutua beneuolentia eſt oblectari. I prendre plaiſir & delectation et ſi arreſter. Cic. de Amicitia, 20, Principio quis poteſt eſſe vita vitalis, vt ait Ennius, qui non in amici mutua beneuolentia conquieſcat?

CONQVINISCO conquiniſcis, conquexi, cõquiniſcere, Sencliner, baiſſer la teſte. Plaut. in Ciſtell. 9.5, Faciundum eſt puerile officium, conquiniſcam ad ciſtellam.

CONQVIRO conquiris, conquiſiui, conquiſitum, cõquirere, Cercher de tous coſtés & de toutes pars, cercher par tout.

Conquirere: Coercere eſt aliquãdo, ſiue conſtringere, authore Feſto Pomp. Vnde cõquiſitores, ſatellites vel lictores. Cicero pro Milone, Si Italiæ delectus vt tui conquiſitores dictitant, cõtra Milonis impetum armatus eſt.

Conquiſitor conquiſitoris, m.g. Cercheur, qui cerche & fouille par tout pour trouuer quelque choſe. Plaut. in Amph. 3.65, Nunc hoc me orare à vobis iuſſit Iuppiter vt conquiſitores ſinguli in ſubſellia eant per totam caueam ſpectatoribus, ſi qui fauitores delegatos viderint. Ibidem, 3.81, Hoc quoque etiam mihi in mandatis dederat, vt conquiſitores fierent hiſtrio-

nibus, qui ſibi mandaſſent delegati vt plauderent. Idem in Mercat. 12.80, Orabo vt cõquiſitores det mihi in vicis omnibus.

CONREGIONE pro è regione dici, docet Feſt. Pomp.

Conſaluto conſalutas, conſalutare, Saluër enſemble auec dautres. Liuius lib. 1, Vtrunque regem ſua multitudo conſalutauerat.

Conſalutare pro ſalutare dicebant antiqui, Feſto Pompeio teſte.

CONSANGVINEVS conſanguinei, maſ. gen. qui ſanguine cõiunctus eſt cũ altero, Son prochain parent. Plautus in Pœnulo, 16.74, Meis conſanguineis nolo te iniuſte loqui.

Conſanguinitas conſanguinitatis, Ipſa coniunctio.

CONSCENDO conſcendis, conſcendi, conſcenſum, conſcendere, De nauigantibus proprie dicitur: Monter en la nauire auec dautres. Cum præpoſitione dixit Plautus in Bacchid. 5.43, Poſtquã aurum abſtulimus, in nauim cõſcendimus, domum cupiẽtes. Virgilius abſque præpoſitione, Bis denis Phrygium conſcendi nauibus æquor, Matre dea mõſtrante viam. Cæſar de bellociuili, Non minori animo ac fiducia quàm antè dimicauerant, naues conſcendunt. Nominatim euocati, atque obſecrati, naues conſcendunt. Ibidem, AEquo vt animo mancipia atque impedimenta in Italia relinquerent, ipſi expediti naues conſcendunt.

Conſcendere, abſolute poſitum, Monter en vne nauire auec dautres. Cic. Attico, Idibus Martijs Pompeium à Brunduſio conſcendiſſe. Cæſar in comment. Erat completis litoribus cõtentio, qui potiſſimum ex magno numero conſcenderent. Cicero, Tu ſi ita expedit, velim bona & certa tempeſtate conſcendas, ad méque venias. Idem, Epheſo conſcendentes, hanc epiſtolam dedimus. Idem, Hæc ego conſcendens, è Pompeiano, tribui actuariolis. In his exemplis, ſubintelligitur nauis. Liuius, Cõſcendunt alacres copiæ, feritur fœdus inter ſummates vtriuſque exercitus. Itaque graues quæ hactenus fuerãt, inimicitiæ, in amicitias omnium maxime laudabiles conuertuntur.

CONSCINDO conſcindis, conſcidi, conſciſſum, conſcindere, Simul ſcindere, Rompre en pieces.

Conſcindere ſibilis pro diffamare, Diffamer, & ſiffler quelcun par les rues comme meſchant. Cicero epiſtola 19, lib. 2. ad Atticũ. Gladiatorij qua dominus, qua aduocati ſibilis conſciſſi.

Conſcindere pro criminari, & alicui cõuitiari. Cicero epiſtola vltima lib. 8. ad Atticum, Is me ab optimatibus ait conſcindi.

Conſciſſus, conſciſſa, conſciſſum, Rompu en pieces. Plaut. in Trucu. 3.22, Aut petit aurũ quòd conſciſſa pallula eſt, aut empta ancilla, aut aliquod vaſum argenteum.

CONSCIO conſcis, conſciui, conſcitum, conſcire, Sauoir quelque choſe auec vng autre: Sauoir quelque choſe que vng autre ſcet, Qui ſcet les affaires dung autre. Genitiuo aliquãdo, frequentius datiuo iungitur. Plaut. in Mercatore, 23. 11, Tute hoc tecum ſic cogites, nõ æquum te facere arbitrabere, cum amico homini, tuique conſcio ita ſuccenſeas miſere, quaſi tu nunquam quicquã aſſimile huius facti feceris. Cic. Philipp. 14, Itaque P. Apuleius Trib. plebis, meorum omnium conſiliorum periculorúmque iam inde à conſulatu meo teſtis, conſcius, & adiutor, dolorem ferre non potuit, doloris mei concionem habuit maximam populo Romano, vnum atque idem ſentiente. Virg. 1. AEneid. Et mens ſibi conſcia recti. Idem in Rud. 22.17, Theſaurum hic ego ineſſe reor, nec mihi conſcius eſt vllus homo: Il ny a que moy qui en ſache rien. Terentius in Phormione, 1.3.4. Rogitas, qui tam audacis facinoris mihi cõſcius ſcis? Idem in Heaut. 1.1.69, Vbi comperiex his qui ei fuêre conſcij, domum reuertor mœſtus, atque animo ferè perturbato.

Conſcius mihi ſum: Ie ſcay bien au vray quant eſt de moy, de ma part. Terent. in Eunucho, 1.2.119, Ego pol quæ mihi ſum conſcia, hoc certo ſcio, neque me finxiſſe falſi quicquã, neq; meo cordi eſſe quenquam chariorem hoc Phædria. Idem in Adel. 3.2.50, Poſtremo quando ego conſcia mihi ſum, à me culpam eſſe hanc procul.

Mens bene conſcia. Horatius in Odis, Ibit ad extrémos orbis colonos mens bene conſcia. Ouidius, Conſcius introrſum rapitur, vitióque tacendo, Seſe inſtar venti ſemper euntis agit.

Conſciũ facere aliquẽ: Bailler a congnoiſtre quelque choſe a aucun, luy faire ſcauoir. Plaut. in Trucul. 3.28, Quos cum celamus ſic facimus conſcios, qui noſtræ ætati tempeſtiue tempe-

rant, vnde parata demus pòſt partoribus.

Conſciam facere rem aliquam: Faire, ou bailler a congnoiſtre quelque choſe. Plaut. in Ciſtell. 7.47, Me indicauit, & ſuas ac meas miſerias alias faciam conſcias.

Conſcius animus: Vng cueur coulpable de quelque cas, qui ſcet quil a faict quelque mal. Plautus in Moſtellaria, 8.12, Nihil eſt miſerius, quàm animus hominis conſcius, ſicut me nunc habet. Salluſt. in Catil. Poſtremo omnes quos flagitiũ, egeſtas, cõſcius animus exagitabat, ij Catilinæ proximi familiaréſque erant. Iuuenalis, Diligitur nemo niſi cõſcius: & cui ferens AEſtuat occultis animus, ſempérque tacendis.

Conſcientia conſcientiæ: Conſcience, vng ſauoir que lhomme ha dauoir faict quelque choſe, ou non. Cic. de ſenectute, 8, Non ſolum quia nunquam deſerunt, nec in extremo quidem tempore ætatis (quanquam id maximum eſt) verumetiam quia conſcientia bene actæ vitæ, multorúmque benefactorum recordatio iucundiſſima eſt. Idem pro T. Annio Milone, Magna vis eſt cõſcientiæ iudices, & magna in vtranque partem: vt neque timeant qui nihil commiſerint, & pœnam ſemper ante oculos verſari putent qui peccarint. Idem Attico, lib. 14, Verum illis magna conſolatio, conſcientia maximi & clariſſimi facti.

Conſcientiã habere conditionis ſuæ: Sauoir & congnoiſtre en ſoymeſme ſon eſtat & cõdition. Plin. epiſt. 247, Lecti ſi ſint, inquiſitor peccauit: ſi vicarij dati, penes eos culpa eſt qui dederunt. ſi ipſi, cum haberent conditionis ſuæ conſcientiam, venerunt: animaduertendum in illos erit.

Conſcientia bona: Vng ſauoir & certitude que on ha en ſon cueur de nauoir mal faict. Plinius epiſt. 229, Ad quam ſpem alioqui quietiſſimum hortatur & natalium ſplẽdor, & ſumma integritas in paupertate, & ante omnia felicitas temporũ, quæ bonam conſcientiam ciuiũ tuorum ad vſum indulgentiæ tuæ prouocat & attollit.

Conſciſco conſciſcis, conſciui, conſcitum, conſciſcere: Statuere apud ſe, & decernere. Ordonner, & arreſter quelque choſe en ſoymeſme, deliberer & conſtituer de faire quelque choſe. Liuius lib. 1, Quod ſenatus populi Romani Quiritium cenſuit, cõſenſit, conſciuit, vt bellum cũ priſcis latinis fieret. Alibi, Itaque conſentio, conſciſcóque.

Conſciſcere facinus. Liuius, Oppidani, cõſcientia ſcelerum, facinus in ſe ſuóſque fœdum ac ferum cõſciſcunt. Brutus ad Ciceronem, Neque incolumis fuit Cæſare viuo, niſi poſtquam illud conſciui facinus.

Cõſciſcere ſibi mortem: De ſon propre vouloir ſoy tuer. Cic. de Amicitia, 40, Fecit idem quod viginti annis antè apud nos fecerat Coriolanus: ijs adiutor contra patriam inuentus eſt nemo. itaque mortem ſibi vterque conſciuit. Idem Mario, Mortẽ mihi cur conſciſcerẽ, cauſſa non eſt viſa: cur optarem, multæ. Plaut. in Milite, 18.26, Aliquo modo ſi impetrare nõ quibo, conſciſcam letum, ſine illo ſcio viuere me non poſſe.

Conſciſcere: Attirer a ſoy. Columella, lib. 8, Diligénſque paſtor ſtabulũ quotidie conuerrit, nec patitur ſtercus humorem conſciſcere, lutúmve capris inimica. Il nendure point que le fiens attire a ſoy lhumeur, ne la terre.

CONSCRIBELLO, conſcribellas, conſcribellare, pro cõſcribere veteres dixerũt. Varro, Itaque eas in ceram conſcribellauit Herculis ad litem.

CONSCRIBO conſcribis, conſcripſi, conſcriptum, conſcribere, Eſcrire auec, ou enſemble.

Conſcribere latrones: Mettre en eſcript, & comme enrouler. Plaut. in Milite, 3.77, Nam rex Seleucus me opere orauit Maximo vt ſibi latrones cogerem & conſcriberem.

Conſcribere leges. Plaut. in Aſin. 12.10, Videlicet Solon eſt leges vt cõſcribat, quibus ſe populus teneat. gerræ.

Conſcribere ſyngraphum, Eſcrire ſon ſignet a quelque choſe. Plaut. in Aſinar. 13.1, Agédum iſtum oſtende quem conſcripſiſti ſyngraphum inter me & amicam & lenam, leges pellege.

Conſcribere aliquem ſtilis vlmeis, Feſſer aucun iuſques au ſang. Plautus in Pſeudolo, 7.133, Imò ſic Simo, ſi ſumus conſpecti, ſeu conſilium vnquam inimus de iſtac re, aut ſi de ea re vnquam inter nos conuenimus, quaſi in libro cum ſcribũtur literæ calamo, ſtilis me totum vſque vlmeis conſcribito.

Conſcriptus conſcripta conſcriptum, Eſcript. Conſcriptæ literæ. Plaut. in Pſeud. 3.26, Cur inclementer dicis lepidis literis, lepidis tabellis, lepida conſcriptis manu?

Cõſcripti dicebãtur qui in ſenatu ſcriptis annotati erant: qui per inopiã ſenatorũ ex equeſtri or-

dine in ſenatorum numerum recipiebãtur. Liuius libro 2, Deinde quo plus virium in ſenatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regis diminutum patrum numerum, primoribus equeſtris gradus allectis, ad trecentorum ſummam expleuit. Traditum inde fertur vt in ſenatum vocarentur qui patres, quique conſcripti eſſent: conſcriptos videlicet in nouum ſenatum appellabant lectos.

Conſecro conſecras, conſecrare, Conſacrer quelque choſe, dedier a dieu. Plin. de viris illuſt. 2.b, Spolia opima Ioui Pheretrio in Capitolio conſecrauit. Cicero lib. 2, Tuſculan. Quaſi addicti & conſecrati.

Cõſecrare eſt perſcribere & ab obliuione vindicare, Enregiſtrer affin quil en ſoit perpetuelle memoire. Cic. epiſt. 1. lib. 12. ad Attic. Sed iucũda nobis ratio eſt quemadmodum in omni ratione dominorum qui innumerabiles fieri poſſunt in infinita poſteritate ſi modo extabunt, illud quaſi conſecratum manere poſſit.

Conſecrare memoriam nominis. La faire immortelle. Cic. epiſt. ad Q. Fratrem prima, lib. 1, Cũ ampliſſimis monimentis conſecrare voluiſſes memoriam nominis tui.

Conſecraneum conſecranei: idem quod conſecratum, vocabulum ferè in caſtris repertum: qualia ſunt conterraneũ, commilitaneum, militaneum, ſuffaraneũr, limitaneum. Iulius Capitolinus in cõcione quadam Maximini Cæſaris, Commilitones, inquit, ſacrati, immò verè conſecranei. Alio loco, Nullam ciuitatem æque militaneam eſſe dixit.

CONSENESCO conſeneſcis, conſenui, conſeneſcere: Deuenir vieux, enuieillir. Plautus in Capt. 4.31, Ego qui tuo mœrore maceror, maceſco, conſeneſco, & tabeſco miſer. Idem in Rudente, 30, 15, Nam quidem hoc uenatum eſt, verum ita in manibus conſeneſcit. Cic. de ſenect. 26, Nec vlli bonarum artium magiſtri non beati putandi, quanuis conſenuerint vires, atque defecerint.

CONSENTIO conſentis, conſenſi, cõſenſum, conſentire: Conſentir, accorder auec aucun.

Conſentio, cum datiuo. Cic. in Acad. quæſt. Sed mihi neutiquam cor conſentit.

Conſentire cum. Cic. in Acad. quæſt. Apparet enim iam cor cum oculis cõſentire. Idem Attico, Quoniam cum conſilijs tuis mea & facta & conſilia conſentiunt. Idem Planco, Quæ autem recitatæ ſunt literæ in ſenatu, nequaquam conſentire cum oratione Furnij viſæ ſunt.

Conſentire ad. Cic. de natura deorum, Ita feruntur, moderantúrque curſus, vt ad omnia conſeruanda & tuenda conſenſiſſe videantur.

Conſentire de. Cic. de Amicitia, 71, Vna eſt enim amicitia in rebus humanis, de cuius vtilitate omnes vno ore conſentiunt.

Conſentiens conſentientis, participium. Cic. de diuinatione, Animorum conſentientium multitudine completum eſſe mundum.

Conſentiens fama de aliquo. Cic. de ſenect. 57, Iure igitur grauis, cuius de laudibus omniũ eſſet fama conſentiens. Lequel tous dung accord louent.

Conſenſio conſenſionis, f. g. Accord, conſentement. Cic. de reditu ſuo, Tanta conſenſione Italiæ.

Conſenſio pro conſenſu. Cic. epiſt. 5. ad Caſſium lib. 12. epiſtolarũ famil. Pop. Romani totiúſque Italiæ mira conſenſio.

Conſenſus conſenſus conſenſui, m. g. Idem. Cic. de natura deorũ, Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia conſenſúque naturæ.

Conſentaneus conſentanea conſentaneũ, Conuenant, conuenable, accordant. Plaut. in Bacchid. 2.31, Non par videtur, neque ſit conſentaneum, cum hic herus intus ſit, & cum amica is accubet, quúmque oſculetur, & conuiuæ alij accubent, præſentibus illis pædagogus vnà adſiet. Idem in Curc. 4.9, Anime mi, procul amantẽ abeſſe haud conſentaneum eſt. Cic. lib. 1. off. Hæ igitur diſciplinæ ſi ſibi conſentaneæ velint eſſe, de officio nihil queant dicere.

CONSEPIO conſepis, conſepiui, conſeptũ conſepire, Enuirõner, & clorre dune haie. Cic. de ſenect. 54, Cæteris in rebus comem erga Lyſandrum atque humanum fuiſſe, & ei quendã conſeptum agrum & diligenter conſitum oſtendiſſe.

CONSEQVOR conſequeris, conſequi, Suyure aucun, aller apres aucun. Plautus in Amphit. 17.3, Neque vlla eſt confidentia iam in corde, quin amiſerim, ita mihi videntur omnia, mare, terra, cælum conſequi iam vt opprimar, & vt enicer. Ibidem, 9.20, Mercurium iuſſi me continuo conſequi: ſi quid vellem imperarem. Idem in Rudente, 23.11, Eloquere, quid id eſt? T. vide, nuſpiã conſequitur prope. Terent. in Heaut. 4.7.9, Haſce ornamentis conſequẽtur alteræ.

Conſequi, datiuo iunctum, Plaut. in Pœnulo, 16.19, Vidén' homini ſarcinatos conſequi? atque vt opinor, digitos in manibus non habent. Ne vois tu pas que aucuns chargés ſuyuent ceſt homme la? Idem in Amph. 8.4, Ita cuique comparatum eſt in ætate hominum, ita dis placitum voluptati vt mœror comes conſequatur.

Conſequi: Rataindre aucun, Venir iuſques a luy ou il eſt venu. Plaut. in Trucul. 10.33, Conſequere: atque illam ſaluta, & gratulare illi. Terent. in Heaut. 2.3.36, Hæc vbi aperuit oſtiũ, continuo huc ſe coniecit intrò: ego conſequor. Cic. Attico, Quamobrem te oro des operã vt me ſtatim conſequare. Idem in Catilinam, Aurelia via profectus eſt: ſi accelerare volẽt, ad veſperum cõſequentur. Cæſar in commẽt. Hoc prælio facto, reliquas copias Heluetiorum vt conſequi poſſet, pontem in Arare faciendum curauit.

Conſequi gradu vocem. Plaut. in Rudente, 6.18, Conſequamur gradu vocem. vbi es? P. ecce me, adi contrà.

Conſequi, Pourſuyure aucun. Plaut. in Ciſtell. 2.82, Dum redeo domum, cõſpicillo conſequutus eſt clanculum me vſque ad foreis.

Conſequi, Senſuyure, aduenir. Teren. in Heaut. 1.2.3, Verùm vbi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala: neceſſe eſt Clitipho conſilia conſequi conſimilia.

Cõſequuta eſt mors matrẽ ex ægritudine: La mere eſt morte de la maladie quelle auoit. Terẽtius in Phorm. 5.1.3, Viuúntne's. viuit gnata: matrem ipſam ex ægritudine miſeram mors conſequuta eſt.

Conſequi: Obtenir. Cic. in Verrinis, act. prima, Quod ego meo labore & vigilijs conſequutus ſum. Plin. in paneg. 31, Conſequuti ſunt, vt abſens quoque de abſentibus nemini magis, quàm tibi crederes.

Cõſequi aliquid verbis: Exprimer par parolles. Cic. Cæſari Iuniori. Extra verò quanta & qualia ſint, verbis conſequi non poſſunt. On ne le pourroit dire.

Conſequi aliquẽ in prætura. Plin. epiſt. 136, Simul militauimus, ſimul quæſtores Cæſaris fuimus. ille me in tribunatu liberorum iure præceſſit: ego illum in prætura ſum conſequutus, quum mihi Cæſar annuum remiſiſſet.

Conſequi gloriam. Plin. epiſt. 129.c, Sed hi luſus, non minorem interdum gloriam, quàm ſeria conſequuntur. Ils nont point moint de gloire. ils ne ſont point moins loués.

Conſequi iudicium principis. Plin. epiſt. 73.a, Gratularis mihi quòd acceperim auguratũ: iure gratularis. primùm quòd grauiſſimi principis iudicium in minoribus etiam rebus conſequi pulchrum eſt: deinde quòd ſacerdotium ipſum cum priſcũ & religioſum, tum hõc quoque ſacrum planè, & inſigne eſt, quòd non adimitur viuenti.

Conſequi laudem. Plin. epiſt. 82.c, Quare ego verò Coreliæ adero promptiſſime: nec ſubire offenſas recuſabo: quanquam non ſolum veniam me, verumetiam laudem apud iſtũ ipſum à quo, vt ais, noua lis fortaſſe, vt fœminæ intenditur, arbitror conſequuturum.

Conſequi famam malignitatis. Plinius epiſt. 182. Plerique autem dum verentur ne gratiæ potentiũ nimium impertire videantur, ſiniſteritatis atque etiã malignitatis famã cõſequuntur.

Conſequens conſequentis, participium, Suyuant. Cic. de ſenect. 17, Sed memoriam illius viri excipient omnes anni conſequentes. Qui viendront apres luy.

Conſector conſectaris, conſectari, Pourſuyure en diligence, Aller apres, ſuyure. Plaut. in Pſeud. 20.125, Ne expectetis dum hac domum redeam via, ita res geſta eſt, angiporto hoc certũ eſt conſectarier. Idem in Bacchid. 22.7, Omnibus exemplis crucior, omnia me mala conſectantur: omnibus exitijs interij.

Conſectari etiam minutiſſima, Pourſuyure & prendre garde. Plin. epiſt. 101.o.lib.5, Vides vt Aratus minutiſſima etiam ſydera conſectetur, & colligat, modum tamen ſeruat. Idem in Paneg. 125, Sed quid ſingula conſector & colligo? quaſi verò aut oratione cõplecti, aut memoria conſequi poſſim.

Conſectari, Enſuyure. Plin. in paneg. 71, Cæteri vbi laboris inertiæ, vigilantiæ ſomno, frugalitatis luxuriæ merces datur, eadem iſta, quibus alios artibus aſſecutos vident, conſectãtur: qualéſque ſunt illi, tales eſſe & videri volunt, & dum volunt fiunt.

Conſectari, Hanter, enſuyure, conuerſer. Terentius in Eunucho, 2.2.18, Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt, nec ſunt: hos conſector, hiſce ego non paro me vt rideant.

CONSERO conſeris, conſerui, conſitum, conſerere, Semer enſemble, ou planter. Virgilius,

En quis cõſeuimus agros. Columella lib. 2, Celerius etiam ſi eodem tempore ſtercores & lupino vel faba conſeras. Cic. de ſenect. 54, Socrates in eo libro loquitur cum Critobulo, Cyrum minorem Perſarum regem præſtantem ingenio atque imperij gloria, cum Lyſander Lacedæmonius vir ſummæ virtutis veniſſet ad eum Sardis, eique dona à ſocijs attuliſſet, & cæteris in rebus comem erga Lyſandrum atque humanum fuiſſe, & ei quẽdam conſeptum agrum & diligenter conſitum oſtendiſſe.

Conſitus, conſita, conſitum, Planté, ou ſemé. Conſitum ſenectute hominẽ dixit Plautus in Menæh. 17. 3, Nã pernicitas deſerit, cõſitus ſum ſenectute, onuſtum gero corpus, vires reliquêre.

CONSERO conſeris, conſerui, conſertum, conſerere, Meſler enſemble. Virg. lib. 2. AEneid. Multáque per cæcam congreſſi prælia noctem Conſerimus.

Conſerere manum cum hoſte: Se cõbattre main a main cõtre ſon ennemy. Plin. de viris illuſt. 31, Edixit Fabio Rutiliano, quem exercitui præponebat, ne manum cum hoſte conſereret.

Cõſerere prælia: Batailler lung contre lautre, quant les armees ſont meſlees lune parmi lautre. apud Virgiliũ in ſecundo AEneid. Multáque per cæcã congreſſi prælia noctem Cõſerimus.

Conſerere pugnã, Meſler la bataille, batailler. Plin. de viris illuſt. 2. b, Romulus aduerſus Tatium, qui montẽ Tarpeium tenebat, proceſſit, & in eo loco, vbi nunc Romanum forum eſt, pugnam conſeruit.

Conſerere pugnam ſeni. Plaut. in Bacchid. 20. 43, Poſthæc cũ magnifico milite, qui verbis vrbes inermis capit, conflixi, atque hominem repuli, dein pugnam cõſerui ſeni. Ie me ſuis entrebatu auec le vieillart.

CONSERVO, conſeruas, conſeruare, Garder. Vt conſeruare fores.

Cõſeruare maieſtatẽ: Contregarder, entretenir la maieſte du peuple Romain, quelle ſoit touſiours en regne. Cic. pro L. Cornelio Balbo, Adiunctum illud etiam eſt, quod nõ eſt in omnibus fœderibus, maieſtatem populi Romani comiter conſeruent. id habet hanc vim, vt ſit ille in fœdere inferior.

Cõſeruare ſe. Terent. in Heaut. 4. 1. 45, Iſtuc recte: cõſeruaſti te atque illam. Tu tes preſerue.

Conſeruare, Eſpargner & ſarrer des biens, faire amas. Terent. in Adelph. 5. 3. 27, Eãdem illam rationem antiquam obtine: conſerua, quære, parce, fac quàm plurimum illis relinquas. Cic. lib. 2. off. Res familiaris quæri debet ijs rebus, à quibus abeſt turpitudo: cõſeruari autem diligentia & parſimonia.

Conſeruus conſerui, m. g. Qui eſt ſerf a vng meſme maiſtre a qui ie ſuis, conſeruiteur, ſeruãt auec moy. Plaut. in Amph. 3. 1 29, Nunc quũ eſſe credent ſeruum & conſeruum ſuum, haud quiſquam quæret qui ſiem, aut quid venerim. Terent. in Adelph. 3. 3. 70, Et quòd queo, conſeruis ad eundem illis præcipio modum. Plaut. in Capt. 5. 49, Vt qui herũ me tibi fuiſſe, atque eſſe nunc conſeruum velint.

Conſerua conſeruæ: Celle qui eſt ſerue & ſubiecte a vng meſme maiſtre que vne autre ſert. Terentius in Eunucho, 2. 3. 74, Quid ita? CH. rogitas? ſumma forma ſemper conſeruam domi videbit, colloquetur, aderit vnà in vnis ædibus.

Conſeruitium, conſeruitij, n. g. La ſeruitude par laquelle aucuns ſont enſemble en la ſubiection & pouoir dung maiſtre & ſeigneur. Plau. in Capt. 5. 52, Et per mei te erga bonitatem patris, pérque conſeruitiũ commune quod hoſtica euenit manu.

CONSIDEO conſides, conſedi, conſeſſum, conſidêre: Eſtre aſſis auec dautres. Cic. At poſtquam conſedimus omnes. Virg. Dicite, quãdoquidem in molli conſedimus herba. Cic. de ſenect. 59, Cum autem ad Lacedæmonios acceſſiſſet, qui legati cum eſſent, certo in loco conſederant, conſurrexiſſe illi omnes dicuntur, & ſenem illum ſeſſum recepiſſe.

Conſedit terra Liuius de bello Macedonico, In Veliterno agro terra ingentibus cauernis cõſedit, arboréſque in profundum exhauſtæ: Conſedit dixit pro deſedit. La terre creuſe par deſſoubs eſt cheute.

Conſeſſus, conſeſſus, conſeſſui, m. g. Gens aſſis enſemble en quelque lieu. Cic. de ſenect. 59, Quibus cum à cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, dixiſſe ex eis quendam, Athenienſes ſcire quæ recta eſſent, ſed facere nolle.

CONSIDO conſidis, conſedi, conſidere, Se aſſoir, ou ſe loger auec vng autre. Liuius lib. 1, Conſederant vtrinque pro caſtris duo exercitus, periculi magis præſentis, quàm curæ expertes. Columella lib. 8, Neque aut recubet, aut confidat.

CONSIGNIFICO conſignificas, cõſignificare: Monſtrer par ſignes que quelque choſe eſt ainſi que on la dict. Apul. Ea furoris conſignificatione perterriti omnes.

CONSIGNO consignas, cõsignare, Signer aucune choſe en quelque lieu, & lenfermer. Plaut. in Curc. 7.86, Eamus intrò, vt tabulas conſignemus. Idem in Trinummo, 11.32, Feras epiſtolas duas: eas nos conſignemus quaſi ſint à patre. Idem in Perſa, 13.12, Atque educ virginem, & iſtas tabellas quas conſignaui tibi.

Conſignare literis: Marquer en lettres, eſcrire, ou ſignifier par lettres. Cic. in epiſt. Hanc commendationem, quam his literis conſignare volui, ſcito omnium eſſe gratiſſimam. Idem in Acad. Itaque vt literis conſignamus quæ mandare memoriæ mandamus: ſic ille in animo res inſculptas habet.

Conſignatus conſignata conſignatum, Teſmoigné, teſtifié, ſignifié. Cic. de diuinatione, Quem enim non moueat clariſſimis monumẽtis teſtata conſignatáque antiquitas? Idem de legibus, Publicis literis conſignatam memoriam nullam habemus.

CONSILEO conſiles, conſilui, conſilere, pro conticere, poſuit Ennius, teſte Feſto Pompeio.

CONSILIVM conſilij, n.g. Eſt (vt inquit Cicero lib. 2. artis veteris) aliquid faciendi nõ faciendive ratio excogitata. Conſeil. Idem de lege agraria, Hæc per deos immortales vtrũ eſſe vobis conſilia ſiccorum, an vinolentorum ſomnia?

Conſilium: Propos que on ha delibere & propoſe en ſoymeſme de faire. Plaut. in Aulul. 15.1, Narraui amicis multis conſilium meum de conditione hac: Euclionis filiam laudant, ſapiẽter factum & conſilio bono. Cic. in Philipp. 12, Quod ſi eſt erratũ, P. C. ſpe falſa atque fallaci, redeamus in viam: optimus eſt portus pœnitenti, imitatio conſilij.

Conſilium quãdoque ſumitur pro iudicijs deſignatis. Iuges deputés & ordonnés pour quelque affaire. Cic. pro Roſcio, Qui ex ciuitate in ſenatum propter dignitatem ex ſenatu in hoc cõſilium delecti eſtis, propter ſecuritatem. Et infrá, Dij prohibeant iudices, vt hoc quod maiores conſilium publicum vocari voluerunt, præſidium ſectorum exiſtimetur.

Conſiliũ eſt ita facere: Iay ainſi delibere & propoſe de faire. Plaut. in Milite. 6.70. Terẽt. in Hecyra, 3.5.44, Si ſanus ſies, iube illam redire. P. non eſt conſilium pater: matris ſeruibo cõmodis. Ie nen feray rien, ce neſt point de mon conſeil ne de mon conſentement.

Conſiliarius cõſiliarij, Qui donne conſeil. Plaut. in Milit. 14.22, Quẽ ego hic audiui? P A. ſociũ tuorũ conſiliorũ, & participem conſiliarium. Idem in Trucul. 5.6, Verũ apud hunc me hera conſilia ſume, loquitur libere, magiſque adeò ei conſiliarius hic amicus eſt, quàm auxiliarius.

Conſiliarius ſenatus. Plaut. in Epid. 3.56, Ite intrò: ego de re argentaria iam ſenatum conuocabo in corde conſiliarium, Ie conſulteray en moymeſme quil en eſt de faire.

Conſulo conſulis, conſului, conſultum, conſulere: Bailler, ou demander conſeil, aduiſer, pro varia conſtructione.

Cõſulere, abſque adiecto: Auiſer, ou prendre conſeil en ſoymeſme, penſer, & regarder queſt ce quil doibt faire. Plautus in Caſina, 10.64, In re præſenti, ex copia piſcaria conſulere licebit quid emam, Quant ie ſeray ſur le lieu, ſelon que ie voiray quil y aura abondãce de poiſſon, ie maduiſeray que ie acheteray. Terent. in Adelph. 5.9.25, Reddet tibi cito. M. iſtoc vtilius. A E. frugi homo es. S. reddam hercle, da modo. A E. age pater. M. pòſt cõſulã. Ie me auiſeray.

Conſulere in longitudinem, Pourueoir pour dicy a long temps. Terent. in Heaut. 5.2.10, Vbi te vidi animo eſſe omiſſo, & ſuauia in præſentia quæ eſſent, prima habere, neque cõſulere in longitudinem, cepi rationem vt neque egeres, neque hæc poſſes perdere.

Conſulere in commune: Conſeiller choſes prouffitables tant pour lung que pour lautre, prouuoir pour le commun prouffit. Terent. in Andr. 3.3.17, Sed ſi ex ea re plus mali eſt, quàm cõmodi vtrique, id oro te in cõmune vt conſulas. Cõſulere in publicũ. Plin. epiſt. 190.g, Non ferè quiſquam in ſenatu fuit, qui non me complecteretur, exoſcularetur, certatimque laudem cumularet, quòd intermiſſum iãdiu morem in publicum conſulendi, ſuſceptis prorijs ſimultatibus, reduxiſſem.

Conſulere ab re: Donner cõſeil qui neſt point prouffitable, qui eſt inutile. Plaut. in Trinũmo, 5.13. Se in plagas conijcere eos cupit, eos cõſectatur, ſubdole blanditur, ab re conſulit, blãdiloquentulus, harpago, mendax, cupes, auarus.

Conſulere de aliquo bene vel male, Eſt bene vel ſecus eum accipere & tractare, & cum eo agere commode aut incommode. Liuius, De perfugis grauius quàm de fugitiuis cõſultum. Il en a eſte plus rigoureuſemẽt ordõne. Idem, De nullis enim, quàm de vobis, acerbius cõſuluerunt. Id eſt, nullos acerbius acceperunt & tractarunt: Vel, cogitarunt, & tractare ſtatuerũt.

Conſulere de ſe grauius. Cic. Attico, Quintum fratrẽ ames, néve quid eum patiare grauius cõſulere de ſe quàm expediet ſororis tuæ filio. Id eſt, noxium & exitioſum ſibi conſiliũ capere.

Conſulere in aliquē, Idem quod male eum accipere & tractare. Liuius, In humiliores crudeliter libidinoſeque conſulebatur.

Conſulere aliquid grauius: Eſt aliquid ſibi pernicioſum cōſtituere & exequi. Liuius, Quod vbi nuntiatum eſt Scipioni, ne quid æger animo ferox iuuenis grauius cōſuleret, accitum eum ſolatur. Id eſt ne ſibi mortem conſciſceret.

Boni conſulere. Vide BONVS

Conſulere alicui: Prouuoir a aucun, penſer du prouffit daucun, tacher a luy aider, & faire ſon prouffit. Terent. in Heaut. 4.3.37, Nam dum amicam hanc, meam eſſe credet, nō cōmittet filiam: tu fortaſſe quid me fiat, parui pendis, dum illi conſulas. Plaut. in Ciſtell. 2.88, Nā ſi extemplo ames, melius illi multo quam ames conſulas, quàm rei tuæ. Cic. Cōſuli quidem te à Cæſare ſcribis: ſed ego tibi ab illo conſuli mallem.

Conſulere alicui optime. Cic. de Amicitia, 46, Non eſt enim inhumana virtus, neque immunis, neque ſuperba, quæ etiam populos vniuerſos tueri, eiſque optime conſulere ſoleat.

Conſulere male alicui: Faire le dōmage dautruy. Plaut. in Aſin. 16.88, Dicebā pater ne matri cōſuleres male. Ie le diſoie bien mō pere, que vous ne fiſſies point de tort a ma mere. Idem in Bacchid. 13.36, Quid, tibi non erat meretricum aliarū Athenis copia, quibus cum habe-res, rem: niſi illam, quam ego mandaſſem tibi, occiperes tute amare: & me ires conſultum ma le? Me pourueoir mal?

Optime illi conſultum volt eſſe: Il deſire fort le prouffit diceluy. Terentius in Phorm. 1.3.1, Adeóne rem rediſſe, vt qui mihi conſultum optime velit eſſe Phædria, patrem extimeſcam, vbi in mentem eius aduenti venit?

Conſulere tergo ſuo: Pouruoir a ſon dos que on ne ſoit fouette. Plaut. in Aſin. 9.3, Næ ille ædepol tergo & cruribus conſuluit haud decore.

Conſulere alicui aliquid: Conſeiller quelque choſe a aucun, ſoit bien ou mal. Plaut. in Perſa, 13.65, Certo illi homines mihi neſcio quid mali conſulunt, quod faciant.

Conſulere aliquem, Demāder conſeil a aucun. Plaut. in Perſa, 8.7, Vbi Toxilus eſt? p. vbi illi lubet: neque te conſulit. Idem in Menæhmis, 8.36, Si me conſulas, nummum illum quem tibi dudum pollicitus dare, iubeas ſi ſapias, porculum afferri tibi.

Conſulere coniectorem, quid faciendum. Plaut. in Amphit. 17.76, Ego Tireſiam coniectorem aduocabo, & conſulam quīd faciendum cenſeat.

Conſulere Apollinem de bello. Plin. de viris illuſtr. 35, Quum imperium orbis agitans Romanos potentes videret, Apollinem de bello conſuluit. Il demanda a Apollo ſil deuoit faire guerre, ou non.

Cōſulere aliquid amicos quid faciendum. Plaut. in Menæh. 15.26, Ibo, & conſulam hanc rem amicos, quid faciendum cenſeant.

Cōſulere aliquid in ſe & in aliquem. Terent. in Heaut. 3.1.28. Quamobrem Chreme? c. quia peſſime iſtuc in te atque in illum cōſulis, ſi te tam leni & victo eſſe animo oſtenderis. Car ceſt vne choſe mal auiſee a toy pour toy & pour luy, ſi &c.

Conſultum nō eſt. Plaut. in Rud. 6.7, Neque eā vſquam inuenio, neque quo eam, neque quâ quæram conſultū eſt. Ie ne me puis auiſer ou ie la porueye chercher, ou, ie ne ſcay ou ie &c.

Conſulto conſultas, conſultare: Cum accuſatiuo, Demander conſeil. Plau. in Milite, 15.4, Quid me conſultas quid agas? dixi equidem tibi quo id pacto fieri poſſit clementiſſime.

Conſultare aueis. Plin. in paneg. 128, Vna erat in limine mora conſultare aueis, reuererique numinum monitus: nemo perturbabatur, nemo ſubmouebatur.

Conſultare reipublicæ: Donner conſeil, conſeiller ce qui eſt au prouffit de la choſe publique. Salluſt. Delecti quibus corpus animis firmū, ingeniū ſapientia validū erat, reip. cōſultabāt.

Cōſultare ex re ſua: Auiſer, ou tacher, & viſer a ſon prouffit. Plaut. in Aſin. 10.35, Quid faciā? mone. CL. hem meum caput contemples, ſi quidem ex re conſultas tua.

Conſultare conſilio, Conſulter enſemble. Plaut. in Trucul. 4.7, Noui ego hominum mores, ita nunc adoleſcentes morati ſunt: quin ei vt reapſe nequam veniunt ad ſcorta congerrones, cō ſultaſſunt conſilio, quando intrò adueniunt.

Male corde conſultare: Penſer mal en ſon cueur. Plaut. in Truculento, 5.15, Bonis eſſe oportet dētibus lenam probam, arridere quiſquis veniat, blandéque alloqui: male corde cōſultare, bene loqui lingua.

Conſultare aliquid: Conſulter enſemble pour quelque choſe. Liuius, Ad hæc conſultanda.

Conſultatio conſultationis, f.g. Conſultation. Terent. in Hecyra, 4.4.28, Nulla tibi Pamphile

hic iam conſultatio eſt. P. perij. Il ne te fault plus rien icy conſulter, il ne fault plus que tu demandes conſeil de ceſte affaire, ceſt faict. Plin. in paneg. 176. b, Redeunt illa prima, illa poſtrema ſuffragia mea, illi ſermones, illæ conſultationes.

Conſultus conſulta conſultum, participium, A qui on a demande conſeil. Vt conſultus medicus.

Conſultus, nomen: Vt cõſulta verba, Parolles ſages & prudentes, bien auiſees, & penſees en ſon cueur. Ouid. lib. 1. de arte amandi, Sit tibi credibilis ſermo, conſultáque verba.

Conſultus, Prudent & ſage, Vng homme de conſeil, Qui ne dit, ne ne faict, quil nait premier regarde & conſulte en ſoymeſme queſt ce quil doibt faire, ou dire. Horatius, Eris tu qui modo miles Mercator, tu conſultus, modo ruſticus.

Conſultus eloquentiæ: Fort ſauant en eloquence. Liuius lib. x, Callidos, ſolertéſque iuris, atq; eloquentiæ conſultos. Plin. de viris illuſtr. 72, Idem primo dubitauit, honores peteret, an argentariam faceret: ſed eloquentiæ conſultus, ex ea gloriam peperit.

Conſultus iuris & iuſtitiæ, Sauant en loix, & en iuſtice. Cic. Philipp. IX, Neque enim ille magis iuris conſultus, quàm iuſtitiæ fuit. Itaque quæ proficiſcebantur à legibus, & à iure ciuili, ſemper ad facilitatem, æquitatémque referebat: neque conſtituere litium actiones malebat, quàm controuerſias tollere.

Conſultiſſimus iuris. Liuius lib. 1, Conſultiſſimus iuris, vt illa quiſquam ætate eſſe poterat. Plinius de viris illuſt. 44, Eloquentia primus, iuris ſcientia conſultiſſimus, ingenio ſapientiſſimus fuit.

Conſultum conſulti, n. g. Ce qui eſt conſeille, ou qui a eſte reſpondu pour conſeil. Horat. in epiſt. Qui conſulta patrum, qui leges iuráque ſeruat.

Conſultum, Statu, ordonnance, decret, ou arreſt. Vt ſenatus conſultum. Nã conſulto opus eſt, ſignificat idem quod opus eſt conſulere: ſicut opus eſt facto, id eſt facere: ablatiuo participij eiuſmodi pro infinitiuo vſurpato. Salluſt. Nam & priuſquam incipias, conſulto: & poſtquam conſulueris, maturè facto opus eſt. Deuãt que tu entreprennes rien il ten fault conſeiller: & puis quant tu auras bien regarde par tout, il te fault mettre incontinent en beſongne.

Conſultor conſultoris, Qui demande conſeil a vng autre. Cicero pro Cornelio Balbo, Etenim ſi Q. Scæuola ille augur, cum de iure prætorio conſuleretur iureconſultiſſimus, conſultores ſuos nonnunquam ad Furium & Camillũ reijciebat. Idem pro Murena, Vigilas tu de nocte, vt conſultoribus tuis reſpondeas.

Conſultor, Qui conſeille vng autre, qui luy donne cõſeil. Salluſt. in Iugurtha, Simul ab eo petijt, vt fautor conſultórque ſibi adſit. Et in illo ſenario prouerbiali, apud Gellium, lib. 4. cap. 5, Verſus hic ſcite factus, cantatúſque à pueris, vrbe tota fertur, Malum conſilium conſultori peſſimum eſt. Varro de re ruſtica, Opinor inquam, nõ ſolum quod dicitur, Malum conſilium conſultori eſſe peſſimum, ſed etiam bonum conſilium ei qui conſulit, & qui conſulitur, bonum habendum.

Conſulte, aduerbium, Prudemment, auec auis, & penſement. Plaut. in Rud. 27. 14, Ille qui cõſulte, docte, atque aſtute cauet, diutine vti bene licet partum bene.

Conſulto, aduerbium, Idem quod conſulte. Plaut. in Pœnulo, 11. 43, Conſulto hoc factũ eſt mihi vt inſidiæ fierent. Cecy ma eſte faict tout a propos, de faict a penſee.

CONSIMILIS & hoc conſimile: Qui eſt du tout ſemblable a vng autre. Plaut. in Amphit. 4. 289, Tam conſimilis eſt atque ego, ſura, pes, ſtatura, tonſus, oculi, naſum, labra, malæ, mentum, barba, collum, totus. Ibidem, 15. 6, Aín' tu alterum te reperiſſe domi conſimilem Soſiam domi?

Conſimilis genitiuo iunctum. Plaut. in Capt. 4. 7, Liber captiuus auis ferè conſimilis eſt, ſemel fugiendi ſi data eſt occaſio, ſatis eſt, nunquam poſt illa poſſis prendere. Terẽtius in Heaut. 2. 4. 13, Vos cum vno ſimul vbi ætatem agere decretum eſt viro, cuius mos maxime eſt conſimilis veſtrum, hi ſe ad vos applicant.

Conſimilis, datiuo, Conſimiles mores iſti formæ. Terentius in Heaut. 2. 4. 2, Id cum ſtudui iſti, iſti formæ mores vt conſimiles forent, miniméque ita me dij ament, miror, ſi te ſibi quiſque expetit.

Conſimilis moribus. Terent. in Heaut. 5. 3. 16, Non, ſed quod magis credendum ſiet, id quòd eſt conſimilis moribus, conuinces facile ex te natum. nam tui ſimilis eſt probe.

Conſimilis ludus. Terent. in Eunucho, 3. 5. 38, Egomet quoque id ſpectare cœpi: & quia conſimilem luſerat iam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi.

CONSISTO conſiſtis, conſtiti, conſtitum, cõſiſtere, Soy retenir & arreſter. Plaut. in Aulul.

14.15, Iam nunc non auſim præterire, quin conſiſtam & colloquar. Ibidem, 5.38, Adeunt, conſiſtunt, copulantur dexteras, rogitant me vt valeam. Terent. in Adelph. 2.1.2, Otioſe, nunc iam illico hic conſiſte: quid reſpectas?

Conſiſtere, Soy tenir ferme. Liuius, Cum inſtructæ acies conſtitiſſent.

Conſiſtere cum aliquo, Sarreſter auec aucun en chemin. Plaut. in Curcul. 10.16, Nec vobiſcũ quiſquam in foro frugi conſiſtere audet: Qui conſtitit, culpant eum, conſputatur, vituperatur: eum, rem, fidémque perdere, tametſi nihil fecit, aiunt.

Conſiſtere tranquillo animo: Auoir le cueur en repos, auoir leſperit arreſté, & en paix. Cic. de ſenectute, 67, Mortem igitur omnibus horis impendentem timens, quis tranquillo poſſit animo conſiſtere?

Conſiſtere pectore nequit conſilium: Ie ne ſcay que ie doibs faire. Terent. in Adelphis, 4.4.4, Membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit, pectore conſiſtere nihil conſilij quid. Rien de conſeil ne marreſte au cueur, ie ne ſcay que ie doibs faire.

Conſiſtit tibi omnis cauſſa familiæ: Toute laffaire de la maiſon giſt en toy, ou tombe ſur toy, toy ſeule tu as la charge de toute la famille. Plaut. in Aſin. 10.16, Quin pol ſi repoſui remũ, ſola ego in caſteria vbi quieſco, omnis familiæ cauſſa conſiſtit tibi.

Conſiſtit quæſtus. Plaut. in Pœnulo, 4.64, Non poteſt quæſtus conſiſtere, ſi eum ſumptus ſuperat. Il ny peult auoir dacqueſt, ſi les deſpens ſont plus grans que lacqueſt.

Conſiſtere, Soy dreſſer debout. Virg. Conſtitit in digitos.

CONSOBRINI, dicuntur qui ex duabus ſororibus editi ſunt, quaſi conſororini. de quibus exempla multa ſunt in antiquis authoribus, & maxime in Afranio & iuris vetuſtiſſimis ſcriptoribus. Nonius Marcellus.

CONSOCIO conſocias, conſociare: Accompagner aucũ dung autre, bailler aucun pour cõpagnie a vng autre. Plaut. in Rud. 13.67, Vel conſociare mihi quidem tecum licet: æquas habemus partes, Ie me peulx bien accompagner auec toy, ie peulx bien eſtre ton compaignon.

CONSOLOR conſolaris, conſolari: Conſoler aucun par parolles. Plaut. in Bacchid. 14.11, Conſolandus mihi eſt, ibo ad eum. Mneſiloche quid fit? M. perij.

Conſolari, Bailler ou mettre en repos. Plaut. in Trinummo, 7.3, Sed hoc conſolatur me, atque animum meum, quia qui nihil aliud, niſi quod ſibi ſoli placet, conſulit, aduerſum filium nugas agit. Cic. Sulpitio, Dices, Quid me iſta res conſolatur in tantis tenebris, & quaſi perpetuis reip. eſt omnino vix conſolabilis dolor.

Conſolor, paſſiue, Eſtre conſole, apud Aſinium, Sed cum ob ea quæ ſperaueram, dolebam, conſolabar ob ea quæ timui.

Conſolabilis & hoc conſolabile, Qui peult eſtre conſolé. In præcedentibus Ciceronis verbis.

Conſolatio, conſolationis, f. g. Cõſolation. Cic. Philipp. 14, Sed quãdo P. C. gloriæ munus optimis & fortiſſimis ciuibus monimenti honore perſoluitur, cõſolemur eorum proximos, quibus optima eſt hæc quidem conſolatio parentibus, quòd tanta reip. præſidia genuerunt.

CONSOMNIO conſomnias, conſomniare: Songer. Plautus in Moſtell. 9.61, Nunc hoc te orare iuſſit opere maximo, vt ſibi liceret inſpicere haſce ędeis tuas. S. nõ ſunt venales. TR. ſcio equidem iſtuc. ſed ſenex gynæceum ædificare volt hic in ſuis, & balneas, & ambulacrũ, & porticum. S. quid is conſomniauit? TR. ego dicam tibi. Qua il ſonge?

CONSONO conſonas, conſonare, Sonner, faire bruit enſemble. Plau. in Amph. 4.74, Poſtquam id actum eſt, tubæ vtrinque canunt. contrà conſonat terra, clamorem vtrinque efferũt. Varro de apibus, Cum iam euolaturæ ſunt, aut etiam inceperunt, conſonant vehementer, perinde vt milites ſolent cum caſtra mouent.

CONSORS conſortis, omn. g. Qui eſt tout de la ſorte & dung eſtat dung autre en quelque affaire, qui y participe, qui y peult autant que vng autre, Compaignon en quelque affaire.

Conſors conſilij publici. Plin. epiſt. 167.b, Inde honores petituri, aſſiſtebant curiæ foribus: & conſilij publici ſpectatores, antè quam conſortes, erant.

Conſors periculorum, Compaignon es dãgers. Plin. in paneg. 101, Bellorum iſtud ſocijs olim, periculorum conſortibus, pace tamen tribuebatur, quod tu ſingularibus viris, ac de te quidem bene ac fortiter præſtitiſti.

Conſortium, conſortij, n. g. Compagnie, ſociete que on ha enſemble.

Conſortio conſortionis, f. g. Idem. Liuius lib. 6, Quænam iſta ſocietas, quænam conſortio eſt? Cic. lib. 3. off. Diſſoluatur neceſſe eſt omnis humana conſortio. Lucil. lib. 18, Deierat enim ſcripſiſſe, & poſt non ſcripturum redi in conſortionem.

CONSPERGO conſpergis, conſperſi, conſperſum, conſpergere: Fort & en abondãce eſpãdre, ietter ſur la terre quelques choſes. Plaut. in Sticho, 6.30, Age tu ocyus, pinge humũ, conſperge ante ædes. Iette force ionchee ou autres choſes deuant lhuys.

Conſpergere, ablatiuo poſt accuſatiuum iunctum. Plaut. in Curc. 2.80, Vinoſiſſima eſt, eáque extẽplo, vbi vino has cõſperſi fores, de odore adeſſe me ſcit, aperit illico. Columella lib. 3, Stercore vel palea conſpergito ſolum ante brumam.

CONSPICIO conſpicis, conſpexi, conſpectum, conſpicere, Veoir, apperceuoir queſque choſe. Plaut. in Moſtell. 10.67, Profecto nullam equidẽ illic cornicẽ intuor TR. at tu iſtac aduerſum obtúere, quoniam cornicem nequis conſpicari. Idem in Amph. 8.121, Qui ipſus equidem nunc primum iſtanc tecum conſpicio ſimul. Idem in Menæh. 9.69, Eadem ignorabitur, ne vxor cognoſcat te habere, ſi in via conſpexerit. Idem in Pœnulo, 8.8, Ibi habitãt, ibi eos conſpicias, quàm prætorem, ſæpius.

Conſpicere ſibi: Pouruoir a ſon cas. Plaut. in Trinũmo, 10.11, Sat ſapio, ſatis in rem quæ ſint meam, ego conſpicio mihi.

Conſpicere corde. Plautus in Pſeudolo, 12.3, Næ illi, quantũ ego nunc corde conſpicio meo, malam rem magnam multáſque ærumnas danunt. Autãt que ie peulx apperceuoir en moymeſme, ou preuoir.

Conſpectus conſpectus conſpectui, m.g. Veue, reſgard. Plau. in Moſtell. 16.33, Is me adijt: nam illum prodire pudet in conſpectum tuũ, propterea quòd fecit quæ te ſcire ſcit. Il ha honte de ſe trouuer deuant toy. Terent. in Phormione, 2.2.1, Itáne patris ais cõſpectum veritum hinc abiſſe? G. admodum.

Conſpicuus, conſpicua, conſpicuum, Cler a veoir. Plin. epiſt. 144.a, Ac primum conſpicuus forma, omnes ſermones malignorum & puer & iuuenis euaſit. Idem 37.a, Pater quoque & patruus illuſtri laude conſpicui.

Conſpicor conſpicaris, conſpicari, deponens, Veoir, apperceuoir. Plaut. in Epid. 2.3.O, Epidícumne ego nunc conſpicor? E. certe oculis vteris. Idem in Pſeud. 15.24, Credo in tenebris cõſpicatus ſi ſis me, abſtineas manũ. Idem in Epid. 2.68, Patrem prius conuenire ſe nõ vult, neque conſpicari, quàm id argentũ quod debet, dinumerauerit. Terent. in Eunuch. 5.9.32, Cur ergo in his ego te conſpicor regionibus? Idem in Heaut. 1.1.16, Nunquam tam mane egredior, neque tam veſperi domum reuertor, quin te in fundo conſpicer. Plaut. in Amphit. 4.88, Quiſque vt ſteterat, iacet, obtinétque ordinem. hic vbi Amphitruo herus conſpicatus eſt, illico equites iubet dextra irruere. Salluſt. in Iugurtha, Cum interea Metellus monte digrediens conſpicatur, primo dubius quidnam inſolita facies oſtenderet.

Conſpicor, paſſiuũ. Plautus in Pſeud. 7.130, Quis me audacior, ſi iſtuc facinus audeam? imò ſic Simo ſi ſumus conſpecti, ſeu conſilium vnquam inimus de iſtac re, aut ſi de ea re vnquam inter nos conuenimus: quaſi in libro cum ſcribuntur literæ calamo, ſylis me totum vſque vlmeis conſcribito.

Conſpicilium conſpicilij, n.g. authore Non. Marcello, eſt vnde cõſpicere poſſis. Plaut. in Medico, In cõſpicilio obſeruabam. Apud Plautũ in Ciſtell. 2.82, legitur, Dum redeo domum, cõſpicillo conſecutus eſt clanculum me vſque ad foreis, inde in amicitiam inſinuauit cum matre & mecum ſimul blanditijs. Conſpicillum legitur, quod videtur id eſſe quod gallice lunettes dicimus. Il ma pourſuyui auec ſes lunettes, il a attentiuement reſgarde ou ie alloie.

CONSPIRO conſpiras, conſpirare, Ietter hors ſon vent ou halaine en abondãce. Columella lib. 4, Cæleſtes admittat imbres, eóſque alendis feminibus diſpenſet, ac ſuis omnibus partibus ad educandam prolem nouam conſpiret.

Conſpirare. Sentortiller & mettre en vng rond, Et eſt proprie ſerpentum. Plin. de viris illuſt. 22, Anguis è ſedibus eius elapſus, venerabilis, non horribilis, per mediam vrbem cum admiratione omnium ad nauem Romanorũ perrexit, & ſe in Volumnij tabernacúlo conſpirauit.

Conſpirare, Souffler, enflamber, inciter. Gellius lib. 1, Sed enim ad Achæos Homerus pugnã indipiſci ait, non fidicularum, tibiarúmque concentu conſpiratam.

Conſpirare, Deliberer, conſpirer & propoſer auec aucuns, conſentir, & ſaccorder de faire quelque choſe ſoit bien ou mal. Plaut. in Merca. 18.28, Mirum ni ſenes vicini in vnum nidum cõſpirauerint. Columella lib. 12, In malum. Nihil quod aut maritus aut fœmina proprium eſſe iuris ſui diceret, ſed in commune cõſpirabatur ab vtroque in malum. In bonũ. Cic. de lege agraria contra Rullum, Quamobrem per deos immortales, colligite vos tribuni plebis, deſerite eos à quibus, niſi proſpicitis, breui tempore deſeremini: conſpirate nobiſcum,

cõſentite cum bonis, communem remp. communi ſtudio atque amore defendite. Plin. in epiſt. Proinde conſpirate, conſentite, maiorémque animum ex meo ſumite.

Conſpiratio conſpirationis, f. g. Conſpiration, cõſentement, accord faict auec aucũs, ſoit en bien ou en mal. In bonum. Cic. pro Ligario fratrum conſpirationem dixit. Idem lib. 2. off. Magnas vtilitates adipiſcimur conſpiratione hominũ atque conſenſu. Idem pro domo ſua, Hanc noſtram conſpirationem in rep bene gerenda certi homines fictis ſermonibus diremerunt.

CONSPONDEO conſpondes, conſpondi, conſponſum, Promettre la foy ſemblablemẽt & ſobliger a celuy qui nous promet & oblige a nous.

Conſponſos veteres dicebant, fide mutua obligatos. Feſt. Pomp.

Conſponſor conſponſoris, Qui promet ſa foy a celuy qui luy promet la ſienne. Cõſponſores, Qui promettẽt la foy lung a lautre. Cic. Leptæ, De negotio tuo quòd ſpõſor es pro Pompeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit.

CONSPVO conſpuis, conſpui, conſputum, conſpuere. Cracher contre aucun. Plaut. Ab omnibus deriſus, atque conſputus.

Conſputo conſputas, conſputare: Souuent ou fort cracher contre aucun, & le reietter. Plaut. in Curcul. 10.17, Nec vobiſcum quiſquam in foro frugi conſiſtere audet: Qui conſtitit, culpant eum, conſputatur, vituperatur.

CONSTABILIO conſtabilis, conſtabiliui, conſtabilitum, conſtabilire. Affermir, aſſeurer, faire que quelque choſe ſoit ferme. Plaut. in Capt. 7.94, AEdepol rem meam conſtabiliui, quũ illos emi de præda à quæſtoribus: expediui ex ſeruitute filiũ, ſi dis placet. Iay bien aſſeure mõ cas. Terent. in Adel. 5.1.9, Dis quidem eſſes Demea, ac rem tuam conſtabiliſſes.

CONSTERNO conſternas, conſternaui, conſternatum, conſternare: Ruer aucũ par terre, abattre. Salluſt. Et quæ ſine rectoribus exterriti, aut faucij conſternantur.

Cõſternari animo: Defaillir de courage, eſtre abattu de courage, Nauoir plus de cueur. Sallu. Qua victoria elati hoſtes, noſtri territi, atque animis conſternati diſceſſere.

Conſternatio cõſternationis, Defaillement de courage, quant aucun tombe a terre tout eſperdu, de paour quil a eu.

CONSTERNO conſternis, conſtraui, conſtratũ, conſternere, Emplir, couurir. Virg. It ſtridor, & alte Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes.

Conſternere, Pauer quelque lieu. Columella, lib. 1, Area ſi competit, ita conſtituenda eſt, vt vel à domino, vel certe à procuratore deſpici poſſit: eáque optima eſt ſilice conſtrata, quòd & celeriter frumenta deteruntur, non cedente ſolo pulſibus vngularum, tribularum, & eadem euentilata mundiora ſunt, lapilliſque carent & glebulis.

CONSTITVO conſtituis, conſtitui, conſtitutũ, conſtituere, Diſpoſer, & bien colloquer enſemble. Cic. lib. 2. Tuſcul. Metrodorus eum perfecte putat beatum, cui corpus bene conſtitutum ſit, & exploratũ id ita ſemper fore. Medici recentiores barbare dicũt, bene complexionatum. Plaut. in Milite, 12.43, Facile eſſe nauem facere, vbi fundata & conſtituta eſt. Si elle eſt bien ordonnee.

Conſtituere: Propoſer, deliberer. Terentius in Phorm. 4.3.71, Nam illi mihi dotem iam conſtituerunt dare. Virg. Quiteneant (nã inculta videt) hominéſne, feráne, Quærere cõſtituit.

Conſtituit conuenturum. Terent. in Hecyra, 3.4.23, Quid vis dicam? an conueniam modo? PAM. imò quòd conſtitui me hodie conuenturũ eum, non poſſe, ne me fruſtra illic expectet vola. Idem in Eunucho, 1.2.125, Et is hodie venturum ad me conſtituit domum.

Conſtitueram vt. Plaut. in Pſeud. 7.137, Quin rus hodie vt irem, iam here conſtitueram.

Conſtituere cum aliquo, Conuenir auec aucun, faire paction, promettre. Terentius in Hecyra, 1.2.120, Nam conſtitui cum quodam hoſpite me eſſe illum conuenturam.

Conſtituere cum aliquo. Determiner vng certain temps a aucun, ouquel il doibue venir. Cic. Mario, Quare ſi quid conſtitutum cum podagra habes, fac vt in alium differas diem.

Conſtituere, abſolute, Promettre, aſſeurer. Terent. in Heaut. 4.4.4, At cum venturam dixero, & conſtituero: cum is certe renuntiarit, Clitipho cum ſpe pendebit animi.

Conſtituere tempus & locum, Ordonner le temps, aſſigner en quel temps & lieu quelque choſe ſe doibt faire. Terent. in Eunucho, 3.4.3, Chæream ei rei præfecimus: dati annuli: locus, tempus conſtitutum eſt.

Cõſtituere diem nuptijs, Aſſigner le iour que on fera les nopces. Plaut. in Trinummo, 8.139, I hâc Leſbonice mecum, vt coràm nuptijs dies conſtituatur, eadem hæc confirmabimus.

Conſtitutæ nuptiæ in hunc diem: Il eſt ordonne que auiourdhuy ſe ferõt les nopces. Terẽt. in

And. 1.5.34, Quid agit M. rogas? laborat è dolore: atque ex hoc miſera ſolicita eſt, diẽ quî olim in hunc ſunt conſtitutæ nuptiæ.

Conſtituere in diem tertium, Deliberer, prendre complot, & ordonner que le troiſieme iour apres ſe fera ce que a eſte dict. Salluſtius in Iugurtha, Deinde compoſitis inter ſe rebus in diem conſtituunt, quòd is feſtus, celebratúſque per omnem Africam, ludum & laſciuiã magis quàm formidinem oſtentabat.

Conſtituere, Gouuerner, retirer, & affermir. Cicero, Ineuntis enim ætatis inſcitia, ſenum conſtituenda & regenda eſt prudentia.

Cõſtituere, Appareiller ou preparer. Cic. in Verrem, act. 2, Qui vbi erat Philodemo nuntiatũ, tametſi erat ignarus quantum ſibi ac liberis ſuis iam tum mali conſtitueretur.

Conſtituere, Eſleuer, dreſſer. Virg. lib. v 1, Et ferales ante cupreſſos Conſtituunt.

Conſtituere actionem: Quod vulgo euacuare finem non procedendi dicũt. Cic. Quare de cõſtituendis actionibus, accipiendis ſubeundiſque iudicijs, de excipienda æquitate accuſationis, quia hæc generis eius ſunt, vt antè iudicium tractanda videantur. &c.

Conſtituere diſceptationem, id eſt quod accordare ſcripturas dicunt. Cic. in Partitionibus, Ex rationis autem & ex firmamenti conſultatione, & quaſi cõcurſu quæſtio quædam exoritur, quam diſceptationem voco: in qua quid veniat in iudicium, & de quo diſceptetur, quæri ſolet. Idem, Diſceptatio autẽ cum eſt conſtituta, propoſitũ eſſe debet oratori quo omnes argumentationes repetitæ ex inueniendis locis conijciantur.

Conſtituere fines in amicitia. Cic. de Amicitia, 50, Cõſtituendi autem ſunt qui ſint in amicitia fines & quaſi termini diligendi. Il fault determiner, & arreſter, & ordonner les fins & limites ou bornes iuſques auſquelles ſeſtend amitie.

Conſtituere in vel cũ re præſenti, Conſtituer & ordonner de quelque choſe ſur le lieu, en voyãt laffaire & le lieu de quoy il eſt queſtion. Quintil. in v 1 1, Quare plurima petamus à nobis, & cũ cauſis deliberemus, cogitemúſque homines antè inueniſſe artẽ quàm docuiſſe. Illa enim potẽtiſſima eſt, quæq; verè dicitur totius cauſſæ diſpoſitio, quæ cõſtitui, niſi velut in re præſenti non poteſt. Idem in 1 x, Occaſionibus vtendum, & cum re præſenti deliberandum. Plin. epiſt. 257, Quid oporteat fieri circa theatrum, quod inchoatum apud Nicẽſes eſt, in re præſenti optime deliberabis & conſtitues.

Conſtituere iudicium dicebãt, & conſtituere quæſtionem, quod vulgo euacuare finẽ non procedendi dicunt. Cic. in Partitionibus, Atque etiam ante iudicium de conſtituendo ipſo iudicio ſolet eſſe cõtentio, cum aut ſitne actio illi qui agit, aut iámne ſit, aut num eſſe deſierit, aut illáne lege, hiſne verbis ſit actio quæritur: quæ etiam ſi antequam res in iudicium venit, aut concertata aut dijudicata, aut confecta nõ ſunt, tamen in ipſis iudicijs, permagnum ſæpe habẽt pondus. Cõcertata dixit, pro eo quod debatuta depugnatáque dicimus, Debatue & agitee: Diiudicata, pro appunctata, appoinctee: Confecta pro euacuata. Quintilianus quæſtionẽ pro iudicio dicere ſolet. Cicero in Verrẽ actione tertia, Amici eius recuſare, ne quod nouum iudiciũ, neque ipſius cognitio, illo abſente de conſtitutione eius cõſtitueretur.

Conſtituere iudicium, Eſt etiam id quod nunc recipere in proceſſum ordinarium dicimus. Quintil. lib. 3, Diuerſum id genus quod dicitur comparatiuum: cuius rei tractatus in parte cauſſæ frequens eſt. vt cum apud centumviros poſt alia quæritur & hoc vter dignior hæreditate ſit. Rarum eſt autem vt in foro iudicia propter id ſolum conſtituantnr, ſicut diuinationes quæ fiunt de accuſatore conſtituendo, & nonnunquam inter delatores vter præmium meruerit.

Conſtituere maieſtatem, eleganter dicitur, quando ſignificat lapſam aut labentem confirmare dignitatis venerationem, atque amplitudinis exiſtimationem. vt in illo loco concionis Salluſtianæ, Maiores noſtri parandi iuris, & maieſtatis conſtituendæ gratia, per ceſſionem armati, bis Auentinum montem occupauere.

Conſtituere quæſtionem, Eſt decernere vt vindicetur. Cic. pro Milone, Hanc verò quæſtionẽ, etſi non eſt iniqua, nunquam tamen ſenatus conſtituendam putauit. erant enim leges, erant quæſtiones vel de cæde, vel de vi: nec tantum mœrorem ſenatui mors P. Clodij afferebat, vt noua quæſtio conſtitueretur.

Conſtituere ſtatum cauſæ iudex dicitur, cum aut iuris diſceptationem eſſe pronuntiat, aut facti. Cũ igitur ſignificare volumus nos appunctatos eſſe contrarios, Que nous auons appoincte aucuns qui eſtoient en debat: Latine dicere debemus, Statum cauſſæ coniecturalem aut inficialem eſſe, cauſſámque inficialiter aut coniecturaliter conſtitutam eſſe.

Cõſtituere vadimonium: Bailler gaige. Cic. de ſenect. 19, Omnia quæ curant meminerũt, vadimonia conſtituta, qui ſibi, quibus ipſi debeant.

Conſtitutus conſtituta conſtitutum, participium. Conſtitué.

Animus bene conſtitutus, Vng cueur bien complexioné, qui eſt de bõne nature & facon. Cicero de amicitia, 44, Ergo hoc proprium eſt animi bene cõſtituti & lætari bonis rebus, & dolere contrarijs.

Conſtitutus bene de rebus domeſticis. Cic. pro P. Sextio, Eſto igitur vt ij ſint, quam tu nationẽ appellaſti: & qui integri ſunt & ſani & bene de rebus domeſticis cõſtituti. Qui ſont aſſés aiſes gens, ayans bien de quoy, bien garnis de ce quil leur fault en la famille.

Conſtitutus, conſtitutus, conſtitutui. Feſtus Pompeius, Conſtitutus hominum, à conſtituentium multitudine appellatur. Vng monceau ou amas de gens.

CONSTO conſtas, conſtiti, conſtitum & conſtatum. Lucanus lib. 2. Conſtatura fides ſuperũ. Mart. Conſtatura fuit Megalenſis purpura centum.

Conſtare, Sarreſter enſemble. Plaut. in Capt. 7. 11, Conſtant, conferunt ſermones inter ſe tanquam drapetæ.

Conſtare, Sarreſter, ſoy tenir en vng lieu, ne bouger. Terent. in Eunuch. 4. 2. 7, Male verò me habens, vbi ad ipſum veni diuerticulum, conſtiti: occœpi mecum cogitare, &c.

Conſtare cum altero. Plaut. in Ciſtell. 10. 31, Sed is hâc, aut hâc, ſocri video veſtigium in puluere. perſequar hac: iam hoc loco cum altero conſtitit.

Conſtare, Eſtre ferme, perſeuerer en ſon opinion, eſtre conſtant. Et datiuo iungitur. Cic. lib. 1, Tuſcul. Et ſi tibi quidem conſtare vis, omnes quicunque nati ſunt, erúntve, nõ ſolum miſeri, ſed etiam ſemper miſeri.

Conſtare in ſententia: Demourer ferme en ſon opinion. Cic. Qua in ſententia ſi conſtare voluiſſent, ſuam authoritatem cum ſalute recuperaſſent.

Conſtare, Valoir quelque ſomme, couſtér, eſtre acheté. Plaut. in Truc. 10. 57, Perij miſer: iam auro contrà conſtat filius, etiamnũ nihil pendit. Plin. lib. 33, Et omnibus penè annis mutari, prout nauigationes conſtiterint, aut vt quiſque mercatus ſit, aut aliquis prævalens, mãceps annonam flagellet. Cic. Quod mihi conſtat charius, quàm ſi in foro emiſſem.

Conſtare: Eſtre compoſé & faict. Plaut. in Amphit. 4. 80, Ex ſpiritu atque anhelitu nebula cõſtat vulneris vi & virium.

Conſtare: Conſiſter, eſtre parmanant, & demourer en eſtre. Cic. lib. 1, Tuſc. Animus qui ſi eſt horum quatuor generum, vnde omnia conſtare dicuntur.

Conſtare, Eſtre. Cic. de amicitia, 24, Agrigentinum doctum quẽdam virum carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ in rerum natura totóque mundo conſtarent, quæque moerentur, ea contrahere amicitiam.

Conſtant campis & vineis, & ſyluis agri. Plin. epiſt. Iam quod deliberationis noſtræ caput eſt, agri ſunt fertiles, pingues, aquoſi, conſtant campis, vineis, ſyluis: quæ materiam & ex ea reditum, ſicut modicum, ita ſtatutum præſtant. Il y a auec ces terres labourables fertiles, des champs ou praries, des vignes &c.

Conſtet modus, Quil y ait meſure. Plin. epiſt. 56, Noſtræ tamen cœnæ vt apparatus & impendij, ſic temporis modus conſtet. Que on ne ſoit point plus a table que de raiſon.

Conſtat ratio, Il y a cauſe legitime, & raiſonnable, pourquoy cela a eſte faict, ou ſe fera. Plin. epiſt. 5. 8, Mihi & tentandi aliquid, & quieſcendi illo authore ratio conſtabit. Idem epiſt. 220, Cui obſequio meo opto vt exiſtimes cõſtare rationem, cum omnia facta, dictáque mea, ſanctiſſimis moribus tuis cupiam. Vlpianus, Planè ſi defendendi gratia aliquid fecerit, rationem ei conſtare oportet. Id eſt, rationem eum iuſtã aut oſtendere, aut facile poſſe oſtẽdere.

Conſtat magiſtratibus reuerentia, Lhonneur demeure aux magiſtrats, on leur porte honneur comme touſiours, il dure touſiours. Plin. in paneg. 101, Vis conſtare reuerentiam magiſtratibus, legibus authoritatem, modeſtiam petulantibus? adi.

Conſtat, Il eſt manifeſte, cler, & euident. Cic. lib. 2. ad Cæſarem Iuniorem, Quum conſtet lupercis id vectigal dediſſe, quî antè poterat id conſtare? Plin. epiſt. 47. 2, Iam circunſpicien dus rhetor latinus, cuius ſcholæ ſeueritas, pudor in primis, caſtitas cõſtet. Cic. de amicitia, 46, Quamobrẽ hoc quidem Fanni & Sceuola conſtat, vt opinor, bonis inter bonos quaſi neceſſariam beneuolentiam eſſe.

Conſtat hoc mihi tecum, Nous conuenons enſemble de ceſte choſe, ie taccorde cela. Cic. lib. 1. ad Herennium, Adhæc quæ dicta ſunt, arbitror mihi conſtare cum cæteris ſcriptoribus.

Conſtans conſtantis, Conſtant, ferme, Perſeuerant en quelque choſe. Cic. de amicit. 78, Concio quæ ex imperitiſſimis conſtat, tamen iudicare ſolet quid interſit inter popularem, id eſt aſſentatorem, & leuem ciuem: & inter conſtantem, ſeuêrum, & grauem.

Conſtantia conſtantiæ, f.g. Conſtance, perſeuerance, fermete. Plin. epiſt. 128, Nam cum omnibus virtutibus abundet, tum hac præcipue quòd habet maximam in amore conſtantiam.

Conſtanter, aduerbium, Conſtamment, perſeuerãment. Cic. de Amicitia, 6, Cato quia multarum rerum vſum haberet, multáque eius & in ſenatu & in foro vel prouiſa prudenter, vel acta cõſtanter, vel reſponſa acute ferebantur. Plin. epiſt. 109. b. lib. v, Et quanuis neminẽ authoritate traxiſſet, conſtanter in ſententia mãſit. Idem in Paneg. 106, Proinde P. C. fauete aperte, diligite conſtanter. Ibidem, 137, Quàm illa nihil ſibi ex fortuna tua, niſi gaudium vendicat? quàm conſtanter non potentiam tuam, ſed ipſum te reueretur?

CONSTREPO, conſtrepis, conſtrepui, cõſtrepitum, cõſtrepere: Faire bruit & tumulte enſemble, ſoit des pieds, des mains, ou autres choſes. Gellius lib. 2, Atque omnium bonorum & teſtimonijs & exemplis cõſtrepebat.

CONSTRINGO conſtringis, conſtrinxi, conſtrictum, conſtringere, Eſtraindre, ſarrer enſemble, empaqueter. Plaut. in Trinummo, 10. 92, Quid ego nunc agam, niſi vti ſarcinam cõſtringam, & clypeum ad dorſum accommodem, fulcimenta, iubeam ſuppingi ſoccos?

Conſtringere manus alicui, Eſtraindre, enſerrer les mains a aucun. Plautus in Milite, 10. 11, Quippe ſi reſciuere inimici conſilium tuum, tibi tuopte conſilio occludunt linguam, & cõſtringunt manus.

Conſtringere quadrupedem. Terent. in And. 5. 2. 24, Tu tamen cura adſeruandum vinctum, atque audín? quadrupedem conſtringito.

Conſtrictus conſtricta conſtrictum, participium. Plaut. in Trucul. 16. 57. Proh dij immortales, Calliclen video ſenem alteram tonſtricem huius, alteram ancillam ſuam, meus qui affinis fuit, ancillas duas conſtrictas ducere. Liees & garrotees.

CONSTRVO conſtruis, conſtruxi, conſtructum, conſtruere, Conſtruire, & edifier. Cic. de ſenect. 66, Vt nauem & ædificium idem deſtruit facillime qui conſtruxit: ſic hominem eadem optime quæ conglutinauit, natura diſſoluit.

Conſtructio cõſtructionis, Conſtruction, edifice, maſſonnage. Plin. epiſt. 257, Gymnaſijs indulgent Græculi: ideo forſitan Nicenſes maiore animo conſtructionem eius aggreſſi ſunt.

CONSVADEO conſuades, conſuaſi, conſuaſum, conſuadere, Mettre en teſte a aucun de faire quelque choſe. Plaut. in Mercat. 4. 32, Sin ego ſaluti quod tibi eſſe cenſeo, id conſuadeo.

CONSVALIA conſualiorum, Ludi dicebantur, inquit Feſtus, quos in honorem Conſi faciebant. Plin. de viris illuſt. 2. a, Quibus negatis, ludos Conſualia ſimulauit, ad quos cũ vtriuſque ſexus multitudo veniſſet, dato ſuis ſigno, virgines raptæ ſunt.

CONSVDO, conſudas, conſudare, Eſtre tout en ſueur, fort ſuer. Plaut. in Pſeud. 9. 73, Iube ſis te operiri: beatus ſi conſudaueris.

CONSVEFACIO conſuefacis, conſuefeci, conſuefactũ, conſuefacere, Accouſtumer. Terẽt. in Adelph. 3. 3. 60, Fit ſedulo, nihil prætermitto, conſuefacio. Ibidem, 1. 1. 29, Ea ne me celet, conſuefeci filium.

CONSVESCO conſueſcis, conſueui, & conſuetus ſum, conſuetum, cõſueſcere: Saccouſtumer auec aucun, ſappriuoiſer a luy. Plaut. in Aſinaria, 5. 69, Bene ſalutando conſueſcunt, compellando blanditer.

Conſueſcere, Saccouſtumer a quelque choſe. Columella lib. 2, Iumentis præbeas medicam, ſed inter initia parcius, dum conſueſcant.

Conſueſcere alicui, Saccouſtumer auec aucun. Hanter ſouuent, conuerſer auec aucun. Terentius in Adelp. 4. 5. 32, Quid illi tandem creditis fore animi miſero, qui illi conſueuit priùs?

Conſueſcere dolori: Saccouſtumer a auoir douleur. Plin. epiſt. 176. b, Accedit lachrymis meis quòd abſens & impendentis mali neſcius, pariter ægrum, pariter deceſſiſſe cognoui, ne grauiſſimo dolori timore conſueſcerem.

Conſueſcere ſtagno. Columella lib. 9, Nec magis humo quàm ſtagno conſueuerunt.

Conſueſcere cum aliquo. Plaut. in Ciſtell. 2. 78, Sed tu an vnquam cum cuiquam viro conſueuiſti's. niſi quidem cum Alceſimarcho, nemine. Terent. in Hecyra, 4. 1. 41, Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe de-repẽte, auellere, quicum tot conſueſcet annos, non eum hominem duçerem. Idem in Phor. 5. 6. 33, Hem quid ais? cum eius conſueui olim matre in Lemno clanculum.

Conſuetus cõſueta cõſuetum, Accouſtumé. Plaut. in Capt. 13. 98, Eſurire mihi videre. ER. mihi

equidem eſurio, non tibi. AE. tuo arbitratu, facile patior. ER. cõſuetus puer. Ie y ſuis accouſtume des ma ieuneſſe.

Conſuetus amor: Amour que on ha enuers aucun par auoir ſouuent hante & cõuerſe auec luy. Terent. in Andr. 1.1.108, Mea Glycerium, inquit, cur te agis? cur te is perditum? tum illa, vt conſuetum facile amorem cerneres, reiecit ſe in eum flens quam familiariter.

Conſuetudo conſuetudinis, f.g. Couſtume, accouſtumãce. Plaut. in Milite, 19.12, Hoc adeò fieri credo conſuetudine. Idem in Merc. 24.41, Conſuetudine animus rurſus te huc inducet. Idem in Trinummo, 6.81, Mentire ædepol gnate, atque id nunc facis haud conſuetudine. Plin. epiſt. 299, Ea conditio eſt ciuitatis Byzantiorum, confluente vndique in eam commeantium turba, vt ſecundum conſuetudinem præcedentium temporum, honoribus eius præſidio centurionis legionarij conſulendum habuerimus.

Conſuetudo, Hantement, conuerſation, accouſtumance que on ha par hanter auec aucun. Terentius in Andria, 3.3.29, Spero conſuetudine & coniugio liberali deuictum Chreme. Idem in Heaut. 2.3.42, Nam ea res dedit tum exiſtimandi copiam quotidianæ vitæ cõſuetudinem: quæ cuiuſque ingenium vt ſit, declarat maxime. Idem in And. 1. 5.44, Adeóne me ignauum putas: adeóne porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, vt neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor commoueat, neque cõmoneat, vt ſeruẽ fidem? Cic. ad Curionẽ lib. 2, Ego te abfuiſſe tandiu à nobis, & doleo, quòd caruí fructu iucundiſſimæ cõſuetudinis: & lætor, quòd abſens omnia cum maxima dignitate es conſecutus.

Conſuetudo vitæ & ſermonis. Cic. de Amicitia, 20, Iã virtutem conſuetudine vitæ ſermoníſque noſtri interpretemur. Selon noſtre maniere de viure, & ſelon noſtre vſaige de parler.

Cõſuetudo maiorum deflexit de curriculo. Cic. de amicitia, 38, Etenim eo loco Fanni & Scæuola locati ſumus, vt nos longe perſpicere oporteat futuros caſus reip. deflexit enim iam aliquantulum de ſpatio curriculóque, cõſuetudo maiorum. Id eſt mos maiorũ. La bonne maniere de viure & louable couſtume de nos prædeceſſeurs eſt deſia aucunement declinee de ſon droit cours.

Conſuetudo eſt vt. Cic. de amicitia, 16, Sed quis ego ſum? aut quæ in me eſt facultas? doctorum eſt iſta conſuetudo, eáque Græcorum, vt is præponatur de quo diſputent, quanuis ſubito.

CONSVLO conſulis. Vide CONSILIVM.

CONSVL conſulis, m.g. Maior magiſtratus erat Romæ, inquit Feſt. Pomp. Conſulum & prætorum proprietas, quòd conſulant & præeant populis, authoritate Varronis oſtenditur de vita populi Romani, lib. 2, Quòd ijdem dicebantur conſules & prætores, quòd præirent populo prætores, quòd conſulerent ſenatui conſules. Cic. in L. Piſonem, Animo conſulem eſſe oportet, cõſilio, fide, grauitate, vigilantia, cura, toto denique munere conſulatus, omni officio.

Conſulatus, conſulatus, conſulatui, Loffice du conſul.

Conſularis, huius conſularis: vt vir conſularis, Celuy qui a exerce loffice de conſul. Cic. Philipp. 8, Non enim ita gerimus nos hoc bello conſulares, vt æquo animo populus Romanus viſurus ſit noſtri honoris inſignia. Idem Lentulo, Q. Maximo, qui filium conſularem amiſit.

Conſularis & hoc conſulare, Choſe appartenant a loffice du conſul. Vt conſularis ætas. Cicero Philipp. 5, Quid Macedo Alexander, cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, nónne in tertio & triceſimo anno mortem obijt? quæ eſt ætas noſtris legibus decem annis minor, quàm conſularis.

CONSVMMO conſummas, conſummare: Cueillir quelque choſe en ſomme, regarder en ſomme quelque affaire. Columella lib. 2, Hac conſummatione operum, colligitur poſſe agrum ducẽtorum iugerum ſubigi duobus iugis boum, totidem bubulcis. Par la ſomme des oeuures ainſi faicte & calculee.

Cõſummare. Parfaire, acheuer. Plin. epiſt. 256, Cogor petere à te, non ſolum ob theatrum, verumetiam ob hæc balinea, mittas architectum diſpecturum vtrum ſit vtilius, poſt ſumptum qui factus eſt, quoquomodo cõſummare opera, vt inchoata ſunt: an quæ videntur emendãda corrigere, quæ tranſferenda, tranſferre.

Conſummatus, conſummata, conſummatũ, Parfaict, entier. Vnde conſummatus homo. Martialis, Quod magni Thraſeæ, conſummatique Catonis. Et conſummata ſapientia. Columella, Nullus eſt conſummatæ ſapientiæ.

CONSVMO conſumis, conſumpſi, conſumptũ, conſumere, Conſumer, vſer, deſpendre, mettre a rien, mettre a fin.

Conſumere conſilium. Terent. in And. 1.1.133, Simul ſceleratus Dauus, ſi quid conſilij ha-

bet, vt conſumat nunc, cum nihil obſint doli. Sil a quelque conſeil de fineſſe & malice, quil le mecte en effect, & face du pis quil pourra, maintenāt que ſes fineſſes ne peuuēt de riē nuyre.

Conſumere diem in apparando, Emploier tout le iour a preparer quelque choſe. Terentius in Adelph. 5.7.2, Occidunt me quidam, dum nimis ſanctas nuptias ſtudent facere, in apparādo conſumunt diem. Ils perdent tout le iour es apreſtes, ils y paſſent toute la iournee.

Conſumere fidem, Perdre ſon credit. Salluſt. Ego non rem familiarem modo, verumetiam fidem conſumpſi.

Conſumere operam in aliqua re, Mettre ou emploier ſa peine a faire quelque choſe. Terent. in Heaut. 1.1. 21, Quod in opere faciundo operæ conſumis tuæ, ſi ſumas in illis exercendis, plus agas.

Conſumere orationem. Salluſt. in Iugurtha, Ac tametſi ſenatus verbis graues minæ nuntiabātur, quòd ab oppugnatione non deſiſteret, multa tamen oratione conſumpta, fruſtra legati diſceſſere. Apres auoir beaucoup parler ſans rien conclure.

CONSVO conſuis, conſui, conſutum, conſuere: Coudre enſemble, ioindre. Plaut. in Amphit. 4.213, Imò equidem tunicis conſutis huc aduenio, non dolis. Idem in Pſeud. 4.14, Neque Alexandrina beluata, conſutáque tapetia.

Conſuere dolos: Faire, ou machiner tromperie ſur tromperie. Plaut. in Amphit. 4.212, Næ tu iſtic hodie malo tuo, compoſitis mendacijs huc aduenisti audaciæ columen, conſutis dolis.

CONSVRGO conſurgis, conſurrexi, conſurrectum, cōſurgere, Soy leuer debout auec dautres. Salluſt. Conſurrexere omnes, ſimúlque in eum impetum fecerunt. Plin. in paneg. 89, Quinetiam tanto maiore conſenſu in venerationem tui theatra ipſa conſurgēt, quanto magis ſcenæ de te ſilebunt.

CONSYDERO conſyderas, conſyderare: Conſyderer & penſer en ſoymeſme. A contemplatione ſyderum videtur appellari, inquit Feſtus. Plaut. in Trinummo, 8.2, Cum cōſydero, meminiſſe videor fieri.

Conſyderare ſecum in animo. Terent. in Heaut. 2.4.5, Et cum egomet nunc mecum in animo vitam tuam conſydero, omniúmque adeò veſtrarum, vulgus quæ ab ſe ſegregant.

CONTABESCO contabeſcis, contabui, contabeſcere: Languir, defaillir. Plaut. in Mercatore, 4.89, Cor ædepol miſerum meum, quod guttatim contabeſcit, quaſi in aquam tu indideris ſalem.

CONTAGIVM contagij, n. g. Attouchement. Plin. epiſt. 76. c, Cúmque ei carnifex manū daret, aſſeruata eſt, & reſiluit, fœdúmque contagiū quaſi plane à caſto puróque corpore nouiſſima ſanctitate reiecit.

Contagium contagij, Vne maladie qui vient par attoucher lung lautre. Virg. Dira per incautū ſerpant contagia vulgus. Idem, Ne mala vicini pecoris contagia lædant.

Contagio contagionis, f. g. Idem. Plaut. in Amph. 3.31, Atque ego quoque etiam qui Iouis ſum filius, contagione meæ matris metuo malum. Iuuenalis, Dedit hanc contagio labem: Et dabit in plures: ſicut grex totus in agris vnius ſcabie cadit, & porrigine porci.

Contages contagis, f. g. Idem. Lucretius, lib. 4, Quæ contage ſua palloribus omnia pingunt.

CONTAMINO contaminas, contaminare, Ceſt proprement auec les mains ordes & pleines de boue ſouiller, maculer, & gaſter quelque choſe. Sed per metaphoram dixit Terētius in prologo And. 16, Iſti vituperant factum, atque in eo diſputāt, contaminari non decere fabulas. Id eſt, ex multis Græcis, vnam latinam facere. Idem in prologo Heaut. 17, Nam quòd rumores diſtulerunt maleuoli, multas contaminaſſe græcas, dum facit paucas Latinas: factum hic eſſe id non negat. Idem in Eunucho, 3.5.4, Nunc eſt profecto interfici cum perpeti me poſſum, ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine aliqua.

CONTECHNOR contechnaris, contechnari, Machiner, inuenter quelque moien de faire quelque tromperie, quelque fallace. Plaut. in Pſeud. 19.34, Bonáne fide iſtuc dicis? vnde ea ſit mihi? vide modo ne illic ſit contechnatus quippiam.

CONTEGO contegis, contexi, contectum, contegere, Couurir, cacher quelque meffaict que on ne le voie. Terent. in Hecyra, 3.3.41, Continuo exponetur: hic tibi nihil eſt quicquam incommodi, & illi miſeræ indigne factam iniuriam contexeris.

CONTEMNO contemnis, contempſi, contemptum, contēnere. Peu ou rien eſtimer, meſpriſer, ne tenir compte de quelque choſe. Plaut. in Aſin. 9.10, Tu verbero imperium meū cō tempſiſti. Idem in Sticho, 5.31, Atque illam augeam ex inſperato opportuno modo, contundam facta Thaltybij, contemnámque omnes nuntios, ſimúlque ad curſuram meditabor.

Terent. in Eunuch. 2. 2. 8, Hic ego illum contempſi præ me, quid homo, inquam, ignauiſſime?

Cic. in Verrem, act. 3, Quémque contempſerit, deſpexerit, liberum eſſe dixerit vnquam.

Contemptus contempta, contemptum, Meſpriſe, deſpriſe, rien eſtime. Plaut. in Pœnulo, 6. 15, Ego faxo poſthac, di, deæque cæteri contemptiores mage erunt, atque auidi minus, cum ſcibũt Veneri vt adierit leno manum condigne.

Contemptor contemptaris, Frequentatiuum. Plaut. Mirari noli, neque me contemptarier.

Contemptim, aduerbiũ, En meſpriſant, par meſpriſemẽt, par deſdaing. Plaut. in Pœnulo, 7. 34, Sed tamen quomodocunque, quanquam ſumus pauperculi, eſt domi quod edimus, ne nos tam contemptim conteras. Idem in Perſa, 15. 81, Sat ædepol concinna facie. T. Vt contemptim carnufex? Voiés comment il dict cela par deſdaing.

CONTEMPLOR contẽplaris, deponens: Contempler, regarder fort quelque choſe. Feſt. Pompeius, Contemplari dictum eſt à templo, id eſt loco, qui ab omni parte aſpici, vel ex quo omnis pars videri poteſt, quem antiqui templum nominabãt. Plautus in Perſa, 15. 82, Taciti contemplemur formam. Terent. in Phormione, 1. 4. 34, Vultum contemplamini. hem, ſatin' ſic eſt? Ibidem, 3. 3. 17, Hem, dum igitur diem licet, dúmque adſum, loquimini mecum Antipho, contemplamini me.

Contemplo contemplas, contemplare, actiuum, frequẽtiſſime legitur apud Plautum in Amph. 4. 287, Certe ædepol, cum illum contemplo, & formam agnoſco meam, quemadmodum ego ſæpe in ſpeculum inſpexi, nimis ſimilis eſt mei. Idem in Perſa, 16. 97, AEdepol, qui cũ hanc magis contẽplo, magis placet. Idem in Moſtell. 4. 19, Contempla ámabo mea Scapha, ſatin' hæc me veſtis deceat. Idem in Epid. 13. 17, Contempla Epidice vſque ab vnguiculo ad capillum ſummum. Ibidem 9. 2, Honoris cauſſa modo homines æquum fuit ſibi habere ſpeculũ, vbi os contemplarent ſuum. Obſoletum eſt.

Contemplans contẽplantis, Qui contemple & regarde attentiuemẽt a vne choſe. Cic. de ſenect. 51, Cuius quidem ego villã contẽplans (abeſt enim non longe à me) admirari ſatis nõ poſſum.

CONTENDO contendis, contendi, contenſum, vel contentum, contendere: Tirer ou aller au deuãt dung autre, aller vers luy. Cæſar lib. 1, Ipſe de quarta vigilia eodem itinere quo hoſtes ierant, ad eos contendit.

Contendere curſum recta platea: Sencourir droit parmi la grant rue. Plaut. in Ciſtell. 5. 58, Sed quis hic eſt qui recta platea curſum huc contendit ſuum?

Contendere aliquid ab amico: Demãder & fort requerir quelque choſe a ſon ami. Cic. de amicitia, 37, Igitur ne ſuſpicari quidem poſſumus, quenquem horum ab amico quidpiam contendiſſe, quod contra fidem, contra iuſiurandum, contra remp. eſſet.

Contendere, Sen aller. Salluſt. in Iugurtha, Ex prælio fugit in prouinciam, ac deinde Romam contendit. Cic. de rep. Sed audiſſe te credo, tum vero Platonem Socrate mortuo primum in AEgyptum diſcendi cauſſa, pòſt in Italiam contendiſſe.

Contendere ad. Cic. in Verrem, act. 2, Hæc vbi filio nũtiata ſunt, ſtatim exanimatus, ad ædeis contendit: vt & vitæ patris, & pudicitiæ ſororis ſuccurreret. Contendit ad ædeis. Id eſt profectus eſt domum.

Contendere cum infinitiuo. Virg. Quæ littora proxima curſu contendunt petere. Id eſt vehementer nituntur.

Contẽdere: Eſtraindre, ſarrer a force. Virg. lib. 4. georg. Sed quãto ille magis formas ſe vertet in omnes, Tanto nate magis contende tenacia vincla.

Contẽdere, Soy debattre pour auoir, gaigner, & vaincre quelque choſe. Cic. Extremum autem præceptũ in beneficijs, operáque danda nequid contra æquitatem contendas. Caſſius Ciceroni, Ita contendo, vt in eo fortunas meas poſitas putem.

Contendere tela: Tirer droit a quelque choſe. Virg. Qui tamen aerias telũ contendit in auras.

Cõtendere bello: Faire guerre contre vng autre pour auoir quelque choſe. Virg. lib. 4. AEneid. Quis talia demens. Abnuat, aut tecum malit contendere bello?

Cõtẽdere armis. Sall. in Iugurthino bello, Fretus multitudine militũ, ſperabat armis cõtẽdere.

Contendere ciuiliter, Debattre de quelque choſe, citoien contre citoien, comme font deux cõpetiteurs. Cic. in 1. de offi. Vt enim cum ciuiliter contendimus, aliter ſi eſt inimicus, aliter ſi eſt competitor: cum altero certamen honoris & dignitatis eſt: cũ altero capitis & famæ. &c.

Contentus contenta contentũ. Contenta corpora. Corps qui ſeſtendent & emploient au labeur. Cic. lib. 2. Tuſcul. Sunt quædam animi ſimilitudines cũ corpore: vt onera cõtentis corporibus facilius feruntur: remiſſis, opprimunt.

Contentio cõtentionis, Efforcement, peine & traueil que on prent pour paruenir a quelque choſe. Cic. 1. de off. Miſerrima eſt omnino ambitio, honorúmque contentio.

Contentio, Continuation. Cic. lib. 3. de Oratore, Nihil pernicioſius, quàm ſine intermiſſione contentio. Ibidem, libr. 2, Id quod eius ſcripta declarant, & contentiones vocis, & remiſſiones continuarentur.

Contentio, Noyſe, debat. Cic. de amicitia, 33, Sin autem ad adoleſcentiam perduxiſſent, dirimi tamen interdum contentione, vel luxuriæ conditione, vel commodi alicuius, quod idem adipiſci vterque non poſſet.

Contentio, apud Rhetores, vt diffinit Cicero, eſt cum ex contrarijs rebus oratio cõficitur, hoc pacto, Habet aſſentatio iucunda principia: eadem exitus amariſſimos affert.

Contentio animi adhibenda. Cic. in Hortenſio, Magna etiam animi cõtentio adhibenda eſt explicando Ariſtotelem, ſi leges. Hoc eſt, intendẽdæ ſunt ingenij vires. Il y fault mettre & employer tout ſon eſperit, ou entendement.

Contentio vitiorum. Plin. in paneg. 136, An non plærique principes hoc idem tempus in aleã, ſtupra, luxũ conferebãt, cum feriarum laxamẽta curarum, vitiorũ contẽtione ſupplerẽt?

CONTERO conteris, contriui, contritum, conterere, Vſer quelque choſe en frappant cõtre vne autre. Plaut. in Pœnulo, 3. 11, At heri in tergo meo tres facile corios contriuiſti bubulos.

Conterere aliquem oratione: Laſſer quelcun, faſcher & ennuyer de parolles. Plaut. in Ciſtell. 5. 58, Conteris tu tua me oratione mulier.

Cõterere ætatem in piſtrino: Vſer ſa vie a tourner la meule. Plautus in Bacchid. 17. 11, Atque ei facta cupiam quæ is velit, vt tua iam virgis latera lacerentur probe, ferratúſque in piſtrino ætatem conteras.

Conterere carcerẽ: Eſtre en priſon ſi long tẽps, que par maniere de dire elle en ſoit vſee. Plaut. in Rud. 18. 9, Si tuas eſſe oportet, níve eas eſſe oportet liberas, neu te in carcerem compingi eſt æquum, ætatémque ibi te vſque habitare, donec totum carcerem contriueris.

Conterere diem: Emploier & perdre tout le iour a quelque choſe ſans prouffit. Plau. in Caſin. 13. 4, Contriui diem, dum aſto aduocatus cuidã cognato meo. Terent. in Hecyra, 5. 3. 17, Ita curſando atque ambulando totum hunc contriui diem.

Conterere operam: Perdre ſa peine. Plaut. in Moſtellaria, 8. 56, Quid ego huc recurſem? aut operam ſumam, aut conteram? Terent. in Phormione, 1. 4. 33, Quid conterimus operam fruſtra quin abeam?

Conterere otium tempúſque in ſtudijs, Emploier tout ſon temps a leſtude. Cic. de amicit. 85, Nam quid ego de ſtudijs dicam, cognoſcendi ſemper aliquid aut diſcendi? in quibus remoti ab oculis populi, omne otium tempúſque contriuimus.

Conterere quæſtum: Deſpendre & conſumer tout lacqueſt. Plaut. in Moſtell. 13. 46, Nihil hoc quidem eſt triginta minæ: prætérque, alios dapſiles ſumptus facit. perdidit patrẽ vnus iſtic ſeruos ſacerrumus Tranio: is vel Herculi conterere quæſtum poſſet.

Conterere vitam in quærundo, Vſer ſa vie a acquerir. Terent. in Adelphis, 5. 4. 15, Porrò autẽ dum ſtudeo illis, vt quamplurimũ facerem, contriui in quærundo vitam atque ætatem meã.

Contritor contritoris, m. g. Qui frotte quelque choſe contre vne autre, Qui conſume & vſe quelque choſe. Vt apud Plautum in Perſa, 12. 15, Cõtritor compedum: Qui pour ſes meſchantetes eſt touſiours es ceps enferre. Scortorum (inquit) liberator, ſubiculum flagri, compedum contritor, piſtrinorum ciuitas.

CONTESTOR conteſtaris, conteſtari, interprete Feſto Pompeio, eſt cum vterque reus dicit, teſtes eſtote. Idem, Cõteſtari litẽ dicũtur duo, aut plures aduerſarij, quòd ordinato iudicio, vtraque pars dicere ſolet, teſtes eſtote. Cõteſtari igitur, eſt teſtes palàm cière, Prendre a teſmoing, ſe rapporter a aucun de quelque cas. Cic. in Verrem, Deos hominéſque conteſtatus.

Conteſtatus conteſtata cõteſtatum: Teſmoingne, de quoy aucun porte teſmoignage. Cic. de diuinatione, Clariſſimis monumentis conteſtata conſignatáque antiquitas.

CONTEXO çontexis, contexui, contextum, cõtexere, Ioindre enſemble. Plin. epiſt. 101. b. lib. 5, Sub his per latus omne, vineæ porriguntur, vnámque faciem longe, latéque contexunt. Elles font vng grand champ long & large tout en vng tenant.

Contexere: Compoſer. Virg. lib. 2. AEneid. Præcipue cum iam hic trabibus contextus acernis Staret equus.

CONTICEO contices, conticui, conticitum, conticere: Se taire tout quoy. Plautus in Aſin. 9. 42, Audio, & quieſco. ME. tandem opinor cõticuit. Virg. 2. AEneid. Conticuere omnes,

intentique ora tenebant.

Conticeſco conticeſcis, cõticeſcere, Idem quod conticêre: Quant pluſieurs ſe taiſent tous enſemble. Plin. lib xi, Tunc repente omnes conticeſcunt.

Conticinium, conticinij, n g. Noctis primum tempus, quo omnia quieſcendi gratia conticeſcũt: Authores multi ſunt miri, ſed authoritate deficiunt. Nonius Marcellus. Plaut. in Aſin. 12.95, Redito huc conticinio.

CONTIGNO contignas, contignare: Aſſembler & compoſer vng edifice, de pluſieurs pieces de bois ioinctes enſemble. Plinius lib. x, Alexandri magni claſſium præfecto prodidere in domibus fores maxillis belluarum, ſcilicet balenarum facere, oſſibus tecta contignare, ex quibus multa quadragenum cubitorum longitudinis reperta.

Contignatio contignationis: Aſſemblemẽt des pieces de bois enſemble, qui ſont en vne maiſon, tant en bas, que par tout iuſques au feſtre dicelle, vng eſtage. Apud Liuium refertur pro miraculo, bouem in tertiam contignationem conſcendiſſe. Eſtre monte iuſques au tiers eſtage.

CONTINEO contines, continui, contentum, Continere, Entretenir & garder enſemble: Cic. lib. 2. off. Nec enim vlla res tam vehementer remp. cõtinet, quàm fides: quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit vicaria ſolutio rerum creditarum. Traianus Plinio, 237, Nihil opus ſit mi Secũde chariſſime ad continendas cuſtodias plures commilitones conuerti.

Continere: Tenir. Plaut. in Rud. 13.26, Perij, animo male fit, cõtine quæſo caput. Tiens moy la teſte. Idem in Caſina, 15.13, Ne cadã tene me. s. quicquid eſt eloquere mihi cito. p. cõtine pectus, face ventulum amabo pallio.

Cõtinere amicitiam: Entretenir amitie. Cic. de amicitia, 19, Sed hæc ipſa virtus amicitiam gignit & continet: nec ſine virtute, amicitia eſſe vllo pacto poteſt.

Continere audita, Se taire & ne dire mot de ce que on a ouy. Terent. in Eunuc. 1.2.23, Quæ vera audiui, taceo, & cõtineo optime. ſin falſum, aut vanũ, aut fictum eſt, cõtinuo palam eſt.

Continere lachrymas: Soy garder de plourer. Plaut. in Moſtellaria, 10. 37, Vix videtur continere lachrymas.

Continere manus, Soy garder de frapper. Terent. in Adelph. 4.2.27, Laudas? næ ille cõtinebit poſthac, ſi ſapiet, manus.

Cõtinere manus alicuius ab aliquo: Garder aucun quil ne frappe vng autre. Cic. in Catilinã, Quorum ego vix abs te iamdiu manus ac tela contineo.

Continere riſum. Soy garder de rire. Plaut. in Aſin. 11.36, Nimis ægre riſum cõtinui, vbi hoſpitem inclamauit, quod ſe abſente mihi fidem habere noluiſſet.

Continere ſe: Soy retenir & garder de faire quelque choſe. Plautus in Menæhmis, 7.26, Verũtamen me nequeo continere quin loquar. Terentius in Eunucho, 5.2.20, Vix me cõtineo quin inuolem in capillum.

Cõtineri nequeo quin, On ne me ſauroit retenir & garder que &c. Plau. in Menæh. 24.67, Signa cognoui. contineri quin complectar, nõ queo. Idem in Captiuis, 11.62, Sed enim iam nequeo contineri: crucior.

Continere ſe domi. Plaut. in Capt. 13.35, Continete vos domi, continete à vobis vim meam. Tenés vous en la maiſon. gardés de ſortir. Terent. in Phorm. Domi ſe continebat.

Continere ſe ruri: Soy tenir & demourer es champs. Terent. in Phorm. 2.3.13, Pauper, cui opera vita erat, ruri ferè ſe continebat.

Cõtinet me tempeſtas, La tempeſte mengarde. Plaut. in Amphit. 8.56, An te auſpicium commoratum eſt? an tempeſtas te cõtinet, qui non abiſti ad legiones vt dudum dixeras?

Continebat tertia epiſtola eſſe tibi redditam orationem pro Clario, eámque viſam vberiorem quàm dicente me, audiente te fuerit. Plin. epiſt. 205.

Cõtinetur publica ſalus incolumitate illius. Plin. epiſt. 252, Solẽnia vota pro incolumitate tua qua publiqua ſalus continetur, & ſuſcipimus domine pariter, & ſoluimus.

Cõtinete à vobis vim meã, pro eo quod eſt prohibete. Gardés vous de moy. Plautus, vt ſuprá.

Continens continentis, Tout ioignant, Sentretenãt, continu. Liuius, Cõtinens imperium vſque ad nos habebitis. Id eſt ſine vllo interuallo.

Cõtinenti biduo, Deux iours continus. Suet. in Calig. Per hunc pontem vltro citróque commeauit, biduo continenti. Deux iours tout de ſuyte.

Continens oratio, Qui ſe continue, qui ſentretient, en laquelle maintenant lung, maintenant lautre ne parle point. Cicero libr. 1. Tuſcul. Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo. Id eſt, ſine interruptione.

Cõtinens ſcriptura: Quelque eſcripture qui neſt point diuiſee en pluſieurs liures, ne par chapitres, mais va tout de ſuyte. Suet. de claris grãmat. 2, Vt C. Octauius Lampadio Næuij Punicum bellum, quod vnico volumine & continenti ſcriptura expoſitum erat, diuiſit in ſeptem libros.

Velut continenti incendio omnia ardere viſa. Curtius. Comme ſi le feu euſt eſte par tout.

Continens, Qui ſe abſtiẽt & garde de quelque vice, principalement de volupte & plaiſir charnel. Terent. in Eunucho, 2.1.21, Hoc nemo fuit minus ineptus, magis ſeuerus quiſquam, nec magis continens.

Continens: Tenant, Eſpargnant, gardant ce quil ha, chiche. Plaut. in Aſin. 16.7, Ah ſceleſta, ego, præter alios meum virum fui rata ſiccum, frugi, continentem, amantẽ vxoris maxime. Plin. epiſt. 114.b, lib. v, Eſt enim tam parcus & continens, vt nõ ſolum delicias, verumetiã neceſſitates valetudinis frugalitate reſtringat.

Continentia, continentiæ, f.g. Continence, ou abſtinence, quant on ſe garde de quelque choſe que ce ſoit. Cic. lib. 2. off. Sed valetudo ſuſtentatur notitia ſui corporis, & obſeruatione earum rerum quæ aut prodeſſe ſoleãt aut obeſſe. Et cõtinentia in omni victu, omníque cultu corporis tuendi cauſſa, & in prætermittendis voluptatibus.

Continenter, aduerbium: Tout de ſuyte, tout dung tenant. Plaut. Trium dierum ſitim continẽter tulit. Cæſar, Belgæ cũ Germanis bellum continenter gerunt. Continuellemẽt, ſans ceſſe.

Continenter, Sichement. Plaut. Quanquam illum pater arcte & continenter habet.

Contentus contenta contentum, nomen potius, quàm participium: dicitur qui continet quod animo ſatiſfacit, Qui eſt cõtent de ce quil ha, qui ha ſuffiſance. Plau. in Mercat. 20.8, Nam vxor contenta eſt, quæ bona eſt, vno viro.

Contentus eſt eloquẽtia ſui ſeculi. Plin. epiſt. 5.e, Ait timere ſe, ne animo meo penitus hæreret, quòd in Centũuirali iudicio aliquando dixiſſet, cũ reſponderet mihi, & Satrio Rufo, Satrius Rufus, cui eſt cum Cicerone æmulatio, & qui contentus non eſt eloquentia ſeculi noſtri.

Contentus cum infinitiuo. Plin. epiſt. 223, Ego autem quia inter AEgyptios, cæteróſque peregrinos nihil intereſſe credebam, Contentus fueram hoc ſolum ſcribere tibi, eũ ſcilicet à peregrina manumiſſum, patronámque eius iampridem deceſſiſſe.

Continuus continua continuũ, Qui eſt tout de ſuyte, ſans aucũ entredeux, Continu. Plin. epiſt. 41.1, Litus ornant varietate grauiſſima, nunc continua, nunc intermiſſa tecta villarum.

Continuum triduũ: Trois iours de ſuyte & entiers. Plaut. in Milite, 10.146, Nam hoſpes nullus tam in amici hoſpitium deuorti poteſt, quin vbi triduum continuum fuerit, iam odioſus ſiet. Idem in Sticho, 4.61, Quot autem prandia, quæ inter continuũ perdidi triennium? Idem in Ciſtellaria, 5.15, Ita pater apud villam detinuit me hoſce ſex dies ruri continuos. Plin. epiſt. 114.b, lib. v, Deinde dum per continuos dies nimis imperat voci, veteris infirmitatis tuſſicula admonitus, rurſus ſanguinem reddidit.

Continui conſulatus. Plin. in paneg. 97, Non te ad exemplar eius voco qui continuis conſulatibus fecerat longum quendam & ſine diſcrimine annũ. Qui tout dune venue, tout de ſuyte auoit eſte conſul pluſieurs fois.

Continui labores. Plin. in paneg. 132, Alius labores ſi non continuos deſidiæ ac voluptati deditſſet, otio tamen & quiete recreaſſet.

Continua laus. Plin. epiſt. 151.a, Nunquam ſecundis rebus intumuit, nunquam officiorũ varietate continuam laudem humanitatis infregit.

Continuo continuas continuare, Perſeuerer, continuer, ſans ceſſe faire quelque choſe. Apuleius, Scaphas aſcendere, mari iter continuare.

Continuatus, continuata, cõtinuatum, Continué. Plin. in paneg. 149, Aucta eſt dignitas dignitate, neque continuatus tantum, ſed geminatus eſt honor. finémque poteſtatis alterius, tanquam parum eſſet excipere, præuenit.

Cõtinuatio cõtinuationis, f.g. Cõtinuation. Plin. in paneg. 73, Quod fruſtra ſperauerũt diſſimiles: eóq; obſequij cõtinuatione peruénimus, vt propè omnes homines vnius moribus viuamus.

Continuo, aduerbium: Incõtinent, ſans arreſter. Plaut. in Perſa, 2.38, Vt des mihi nummos ſexcentos, quos pro capite illius pendam: quos cõtinuo reponã tibi in hoc triduo aut quatriduo. Terẽt. in And. 1.1.55, Qui tũ illã amabant, forte, ita vt fit, filium perduxêre illuc ſecũ, vt vnà eſſet meũ. egomet cõtinuo mecũ, Certe captus eſt, habet. Idem in Eunuch. 2.3.43, Cõtinuo accurrit ad me quàm longe. Idem in Andr. 2.2.18, Tuus pater modo me prehẽdit, ait tibi vxorẽ dare ſe hodie: itẽ alia multa, quæ nunc nõ eſt narrandi locus! continuo ad te properans,

percurro ad forum vt dicam tibi hæc.

Continuo exeo. Terent. in Eunucho, 3.2.40, Hos prius introducam: & quæ volo, ſimul impe rabo, poſtea continuo exeo.

Continuo hic ero. Plaut. in Epid. 9.40, Atque vbi erit otium, reuertere ad me extẽplo. A. continuo hic ero. Terent. in Heaut. 3.1.91, Continuo hic adero.

Poſtquam illico, continuo. Plaut. in Epid. 11.36, Nam poſtquam audiui illico ex meo ſeruo illam eſſe captam, continuo argentum dedi vt emerent.

Siquid, continuo. Terent. in Andria, 3.2.24, Sed ſi quid narrare occœpi, continuo dari tibi verba cenſes.

CONTINGO contingis, contigi, contactum, contingere: Attaindre. Columella lib. 1, Plurimis, & his anguſtis illuſtratum teneſtris, atque à terra ſic editis, ne manu contingi poſſint. Virg. Funémque manu contingere gaudent. Plaut. in Amphit. 8.203, Vt mihi extra vnũ te mortalis nemo corpus corpore contigit, quo me impudicam faceret.

Contingit, impersonale, Il aduient. Plaut. in Pſeud. 10.26, Euge par pari aliud autem quod cupiebam contingit. Plin. epiſt. 329, Breuia tamen & infirma ſunt, niſi illis tua contingat authoritas. Si ton authorite ny eſt adiouſtee. Cic. lib. 5, Tuſcul. Quod nõ modo ſingulis hominibus, ſed potiſſimũ philoſophis contigit. Terent. in And. 4.2.13, Hanc mihi expetiui, contigit: conueniunt mores. Elle meſt eſcheute.

Contigit vt. Plautus in Amphit. 4.33, Quod nunquam opinatus fui, neque alius quiſquam ciuium ſibi euenturum, id contigit, vt ſalui potiremur domi victores, victis hoſtibus legiones reueniunt domum.

Contiguus contigua contiguum, Qui attouche de pres, prochain, qui eſt ioingt & tenant a quelque choſe. Plaut. in Ciſtell. 2.31, Illa te, ego hanc mihi educaui ex patribus contiguis.

CONTOLLO contollis, contollere. Plaut. in Aulul. 27.6, Ipſus eſt. L. haud alius eſt. S. con grediar. L. contollam gradum. Id eſt, conferam gradum, congrediar. Ie me ioindraya luy, ie mapprocheray de luy pour parler enſemble.

CONTORQVEO contorques, contorſi, contortum, contorquere: Plier, tordre. Ceſt auſſi entrainer. Virg. lib. 1. georg. Proluit inſano contorquẽs vertice ſyluas Fluuiorũ rex Eridanus. Hoc eſt, tãtum excreuit, vt etiam ſyluas moueret, & erueret arbores: Quil arrachoit & entraynoit les arbres.

Contorquere telum: Tirer vng traict. Virg. AEneid. 2, Sic fatus, validis ingẽtem viribus haſtam in latus, Inque feri curuam compagibus aluum Contorſit.

CONTORTVPLICO contortuplicas, contortuplicare: Entortiller, & plier enſemble. Plaut. in Perſa, 18.25, Ita ſunt Perſarum mores, longa nomina, cõtortuplicata habemus. Hoc eſt, adeò dura & quaſi cõfragoſa, vt vix efferri poſſint. Verbũ eſt fictum ex cõtorqueo & plico.

CONTRA præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruiens. Contre. Virg. Contra Neptunum & Venerem, contráque Mineruam.

Contra diſciplinam meam te geſſiſti: Contre ce que ie tauoie enſeigne, ou autrement que ie ne tauoye enſeigne. Apud Plautum.

Contra te aſtans. Plaut. in Perſa, 6.27, Quid agis? P. fœminã ſceleſtam te aſtans cõtra cõtuor.

Contra me: Deuers moy, vis a vis de moy. Plautus in Perſa, 2.13, Quis illic eſt qui contra me aſtat? T. Quis hic eſt qui contra me aſtat? ſimilis Sagariſtionis eſt. Idem in Moſtell. 15.55, Surge, ne nugare: aſpice dum contra me. Regarde a moy, deuers moy.

Contrà aduerbium, viciſſim, Auſſi pareillement. Plau. in Aululari a, 3.20, Item à me contrà factum eſt: nam item obijt diem. Ie luy ay rẽdu la pareille, ie luy ay faict ainſi quil mauoit faict. Idem in Mercatore, 22.41, Sapis ô Charine, contrà pariter fer gradum, & confer pedem, porrige brachium, prehende. Idem in Bacchid. 11.6, Is eſt, adibo contrà, & tollam gradum. Ie iray au deuant. Idem in Truculento, 4.23, Dinarchúſne illic eſt? atque is eſt. adi nos, ſi iturus, fer contra manum, & pariter gradere. Terentius in Eunucho, 3.1.54, Si laudabit hæc illius formam: tu huius contrá. Idem in Adelphis, 1.1.25, Ille vt item contrà me habeat, facio ſedulo.

Contrà, Au contraire, a lencontre. Terent. in Eunucho, 2.3.63, Imò ſi ſcias quod donũ huic dono cõtra comparet. Idem in Phorm. 1.3.20, Ita plerique ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet pœnitet. A. at tu mihi cõtrà nunc vidêre fortunatus Phædria, cui de integro eſt poteſtas conſulendi, quid velis, retinere, amare, amittere.

Contrá. Pour. Plaut. in Epid. 9.31, Nætu graphicũ habes ſeruum & quantiuis pretij. P. non carus eſt auro contrá. Ce ne ſeroit point chier de bailler de lor pour iceluy, en change diceluy, pour retour.

Contrà ac. Autrement que. Cic. pro Cornelio Balbo, Si denique aliquid, quod non contrà ac liceret factum diceretur, ſed contrà atque oporteret. Idem de Oratore, Vt contrà ac dicat, accipi & ſentiri velit. Idem in Verrem, Si hæc contra ac dico eſſent omnia. Idem de finibus bonorum & malorũ, Itaque contrà eſt ac dicitis. Idem de diuinatione, Vides tamẽ omnia ferè contrà ac dicta ſunt euenisſe. Idem in Philipp. 12, Præſertim cum cõtrà ac Deiotarus ſentit, victoria belli indicauerit. Salluſt. in Catil. Vbi videt Catilinam contrà ac ratus erat, contendere.

Contrà atque. Cic. pro P. Sylla, Iam enim faciam criminibus omnibus penè diſſolutis contrà atque in cæteris cauſſis fieri ſolet. Idem in Catilinam, Ijdémque iuſſerunt ſimulachrũ Iouis facere maius, atque in excelſum collocare, contrà atque antea fuerat. Idem in Somnio Scipionis, Qui verſatur retro, contrario motu atque cælum. Cæſar in comment. Qui contrà atque eſſet dictum prælium commiſiſſent.

Contrà quàm. Cic. pro A. Cecinna, Miror te hoc in hac re alieno tẽpore, & contrà quàm iſta cauſſa poſtulaſſet, defendiſſe. Idem pro Cluentio, Generi ſui contrà quàm fas erat amore capta. Idem de arte Rhetorica, Summa impudentia eſt, eum qui contrà quàm ſcriptum eſt, eum qui contrà quàm ſcriptum ſit, aliquid probare velit. Idem in Piſonem, Vt ſenatus contrà quàm ipſe cenſuiſſet, ad veſtitum rediret. Vlpianus, de ſeruitutibus, quod vi, aut clàm. l. Prætor ait, Si quis contrà quàm prohiberetur, fecerit. Idem, quod vi aut clàm. l. Si alius: Ait Iulianus, Qui antè nuntiationis remiſſionem contrà quàm prohibitus fuerit, opus fecerit.

CONTRAHO contrahis, contraxi, contractum, contrahere: Amaſſer aucunes choſes enſemble, aſſembler. Virg. Contrahimúſque viros. Contracta exemplaria emẽdare, apud Suet. de claris grammat. Id eſt emendare codices varios vndique conquiſitos. Plin. in Paneg. 41, Magnificum Cæſar & tuum diſiunctiſſimas terras munificentiæ ingenio velut admouere, immenſáque ſpatia liberalitate contrahere.

Contrahere ſe: Se reſarrer, & retraindre. Cic. de natura deorum, Pulmones tum ſe contrahũt aſpirantes, tum ſpiritu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis. Ibidem, Partes quæ ſunt infra, quàm id deuoratur, dilatantur: quæ autem ſuprà, contrahuntur. Cic. in Lælio, Vt & bonis amici quaſi diffundatur, & incommodis contrahatur. Quil ſe reſiouyſſe amplement des biens de ſon amy, & quil ſoit contriſté & deſplaiſant des inconueniens diceluy. Hanc metaphoram facile declarat ſequens exemplum, ex ipſo Cicerone.

Contrahere: Commettre quelque cas, quelque mal, faire quelque faulte. Plaut. in Amph. 9.11, Nam mea ſit culpa, quod egomet contraxerim, ſi id Alcumenæ innocenti expetat. Cic. ad Q. Fratrem, Ea moleſtiſſime homines ferre debent, quæ ipſorum culpa contracta ſunt.

Contrahere æs alienum: Sendebter, emprunter argent dautruy. Plin. epiſt. 55. a, Pecuniam etiam qua tunc illi ampliore opus erat, vt æs alienum exolueret, contractum ex pulcherrimis cauſſis.

Contrahere animum: Soy contriſter. Cic. in 4. Tuſcul. Eodem enim vitio eſt effuſio animi in lætitia, quo in dolore contractio. Ibídem lib. 1, Sed eo quod in hoc eſt omnis animi cõtractio ex metu mortis. Ibidem lib. 4, Animóſque demittunt & contrahunt.

Contrahere frontem: Soy refrongner, faire mauuaiſe chiere. Tũc enim frons ferè corrugatur, id eſt in rugas contrahitur. Alors voluntiers on faict des rides au front, on ſe chagrine. Plaut. in Amphit. 3.52, Quid contraxiſtis frontem? quia tragœdiam dixi futuram hanc? Plin. epiſt. 55. b, Gaudes quòd me venturum eſſe polliceor? ſed contrahes frontem, cũ adiecero ad paucos dies. Plaut. in Rud. 9.13, Ecquem recaluum, ac ſilonem ſenem, ſtatutum, ventrioſum, tortis ſupercilijs, contracta fronte, fraudulentum. Qui a le front tout ride.

Contrahere litigium: Eſmouuoir noiſe & debat. Plaut. in Caſina, 12.31, Nam ego aliquid cõtrahere cupio litigij inter eos duos. Idem in Capt. 2.63, Proin ſi quis pugnam expetat, lites contrahat. &c.

Contrahere pecuniam, Amaſſer argent de coſté & dautre. Plin. epiſt. 311, Pecunia curantibus nobis contracta non deerit.

Cõtrahere perſonas ad aliquod negotiũ: Aſſembler gens. Plin. epiſt. 305, Nicẽſibus qui inteſta-

torum ciuiũ ſuorum conceſſam vindicationẽ bonorum à diuo Auguſto affirmant, debebis vacare, contractis omnibus perſonis ad idem negotium pertinentibus.

Cõtrahere tẽpus: Abbreger le temps. Plin. in Paneg. 80, Num ipſum tempus epularũ tuarũ cũ frugalitas contrahat, extendit humanitas? Ouidius, 1. Metamorph. Iuppiter antiqui contraxit tempora veris.

Contrahere valetudinem, Engendrer, ou prendre vne maladie, deuenir malade. Plin. epiſt. 139. a, Angit me Fanniæ valetudo. cõtraxit hanc dũ aſſidet Iuniæ virgini ſponte primum. Idem epiſt. 154, Iter commode explicui, excepto quod quidam ex meis aduerſam valetudinẽ feruentiſſimis æſtibus contraxerunt.

Contrahere: pacíſci, & conuentionem facere, Demener marchandiſe, faire marchés & conuẽtions enſemble en achetant & vendant marchãdiſes les vngs aux autres. Cic. lib. 3. Off. Tollendum eſt igitur ex rebus contrahendis omne mendaciũ. Ibidem libr. 1, Nulla vitæ pars neque publicis neque priuatis neque forenſibus neque domeſticis in rebus, neque ſi tecum agas quid, neque ſi cum altero contrahas, vacare officio poteſt.

Contrahere, Acquerir. Liuius lib. 4, Bonáque contracta, pretij regni mercandi publicarentur. Cic. lib. 1, ad Heren. A noſtra perſona beneuolentiam contrahemus, ſi noſtrum officium, ſine arrogantia laudabimus. Id eſt colligemus, conciliabimus, cõparabimus nobis auditorũ beneuolentiam. Nous acquerrons la grace des auditeurs, nous nous mettrons en leur grace.

CONTRASTO, contraſtas, contraſtiti: Contraſtare, Repugner, aler alencontre, eſtre cõtraire a aucun. Neuius, Contraſtat ſemper, nec me ſinit loquier.

CONTRAVENIO contrauenis, contrauení, contrauentum, contrauenire, Contreuenir, venir a lencontre. Cic. lib. 1. Tuſcul. Ego verò facile ſum paſſus, ne in mentẽ mihi aliquid cõtraueniret, ita iſti faueo ſententiæ.

CONTRIBVO contribuis, contribui, contributum, contribuere, Attribuer. Plin. lib. 3. de citeriore Hiſpania loquens, Accedunt inſulæ, quarum mentione ſepoſita, præter ciuitates cõtributas alijs, prouincia ipſa, CCXCIII continet oppida.

CONTROVERSVS controuerſa, controuerſum: Aduerſaire, cõtraire. Gellius, Argumẽta autem cenſebat aut probabilia eſſe debere, aut perſpicua, & minime controuerſa. Id eſt ſine magna controuerſia. Sans grant contredit, ou repugnance.

Controuerſia cõtrouerſiæ, f. g. Debat, differẽt, noyſe pour quelque choſe. Plaut. in Menæchmis, 14. 19, Dixi cauſſam, conditiones retuli, tortas, cõfragoſas: plus minus opus quàm erat, multo dixeram controuerſiam, vt ſponſio fieret. Idem in Rud. 19. 45, Apage controuerſia eſt: Hæc quidem Palæſtra, quæ reſpondit, non mea eſt.

Nulla controuerſia mihi tecũ erit: Nous naurons aucun debat enſemble. Plaut. in Aul. 7. 83.

Controuerſia de. Suet. de claris grammat. 22, Quando non putat is cum aduerſario de iure, ſed ſibi de ſolœciſmo controuerſiam futuram.

Sine controuerſia. Plaut. in Curc. 14. 68, Quia ille ita repromiſit mihi, ſi quiſquam hanc liberali aſſeruiſſet manu, ſine controuerſia omne argentum redderet. Sans aucun proces, ou debat. Terent. in Phormione, 5. 6. 14, Sine controuerſia à Dis ſolus diligere Antipho. Sans doubte. Cicer. lib. 3. off. Panetius, qui ſine cõtrouerſia de officijs accuratiſſime diſputauit. Sans aucun contredit, ſans ce que aucun die le contraire.

Controuerſioſus, controuerſioſa, cõtrouerſioſum, Qui eſt en debat, choſe pour laquelle y a noiſe & debat entre aucuns. Liuius lib. 3, Quem enim ſine hoc priuatæ rei iudicem feciſſet, vt controuerſioſam adiudicaret rẽ. Id eſt rem controuerſam: ſiue de qua eſſet controuerſia. Vne choſe litigieuſe.

Controuerſor controuerſaris, controuerſari, Soy debattre lung contre lautre de quelque choſe, eſtre en diſſenſion de quelque choſe. Cic. in Protagora, nunc à vobis Protagora & Socrate poſtulo, vt de iſto concedatis alter alteri, & inter vos de huiuſmodi non controuerſemini. Id eſt non contendatis.

CONTRVNCO contruncas, contruncare, Diminuer, appetiſſer. Plautus in Sticho, 9. 48, Senex ille quaſi ego, Si vis, inquit, quatuor ſanè dabo: dum equidem hercle quod edãt, addas, meum ne contruncent cibum. Id eſt ne imminuant. Affin quils ne me deſpendent rien.

CONTVBERNIVM contubernij, n. g. Verbum caſtrenſe, vt ſcribit lib. 2. de re militari Vegetius. Vocabatur manipulus, ab eo quòd coniunctis manibus pariter dimicabant. Et proprie decẽ milites ſub vno papilione degentes, dicebantur contubernium: quibus præerat de-

canus, qui caput erat contubernij. Vnde accipitur pro conuictu & ſodalitate. Plin. epiſt. 135, Priſci noſtri contubernium iucundum tibi futurum ſciebam. Idem epiſt. 41. l, Atque vtinã concupiſcas, vt tot tantiſque dotibus villulæ noſtræ maxima commendatio ex tuo contubernio accedat.

Contubernalis huius contubernalis, cõmunis generis, Socius, Compaignon. Plin. epiſt. 19, Municeps tu meus & condiſcipulus & ab ineunte ætate cõtubernalis. Columella lib. 1, Sed qualicunque villico contubernalis mulier aſſignata eſt, quæ contineat eum.

CONTVEOR contuêris, contutus ſum, contueri: Deffendre, & garder aucun. Cic. in Clodium, Videant hi qui illum Pompeij inimicũ, ob eámque cauſſam tot tantiſque ſceleribus contuebantur, & nonnunquam eius indomitos furores plauſu etiam ſuo proſequebantur, quàm ſe cito inuerterit.

Contueri: Veoir. Cic. lib. 1. Tuſcul. Quod tandem ſpectaculum fore putamus, cum totam terram contueri licebit? Plaut. in Capt. Inimico vultu contuetur.

CONTVMAX, contumacis, m. g. Qui ſenfle contre vng autre, par inobedience, qui eſt inobedient. Contumax (inquit Donatus) proprie dicitur contemptor potiorum. Plin. in paneg. 66, Alius vt contumacibus iraſceretur, tarditatémque ſoluendi dupli vel & quadrupli irrogatione multaret.

Contumax, etiam in bonum dicitur, Fort patient & endurãt. Cor. Tacitus, Contumax etiam aduerſus tormenta ſeruorum fides, ſupremæ clarorum virorum neceſſitates.

Contumacia, contumaciæ, Inobedience, rebellion. Cic. de Amicitia, 49, Itaque illi efferuntur faſtidio & contumacia. Plin. in Paneg. 123, Num ergo modum tua ſaltem modeſtia impoſuit? nã quanto magis à te reprimebatur, exarſimus, nõ contumacia Cæſar, ſed vt in tua poteſtate eſt, an gaudeamus, ita inquam nec in noſtra. Idem epiſt. 274, Neque enim ſufficit eũ pœnæ ſuæ reſtitui, quem contumacia eluſit.

Contumaciter, aduerbium, Par inobedience & rebellion. Plin. in paneg. 66, Nunquam principibus defuerunt, qui fronte graui & triſti ſupercilio vtilitatibus fiſci contumaciter adeſſent.

CONTVMELIA contumeliæ, f. g. Tort, & iniure, ou en parolles, ou en faict, auec contẽnement de la perſonne. Plaut. in Pſeud. 20. 68, Contumeliam ſi dices, audies. Terentius in And. 1. 5. 2, Prò deûm atque hominum fidem, quid eſt, ſi non hoc contumelia eſt? Idem in Eunucho, 4. 7. 1, Hanccine ego vt contumeliã tam inſignẽ in me accipiam gnato? Plin. epiſt. 171. d, Auditum eſt frequenter ab ipſo, cum quereretur de contumelijs debilitatis ſuæ, digitos ſeruorum ſuorum quotidie lingere.

Contumelioſus contumelioſa cõtumelioſum. Qui iniurie ou faict tort a autruy. Teren. in Phor. 2. 3. 1, En, vnquam cuiquam contumelioſius audiſtis factam iniuriam, quàm hæc eſt mihi?

CONTVNDO contundis, cóntudi, contuſum, contundere, Frapper ſur quelque choſe tellement que on la rompe, caſſe, & briſe, la piller ou broyer. Columella lib. 7, Plus etiam eiuſdẽ radix contuſa prodeſt. Horat. Speratum meritis, duram qui cõtudit hydram. Id eſt domuit, confregit, debellauit.

Contundere aliquem pugnis: Frapper aucun a coups de poing. Plaut. in Amphit. 4. 253, Nónne hic homo modo me pugnis cóntudit? Idem in Bacchid. 8. 46, Mira ſunt, ni Piſtoclêrus Lydum pugnis cóntudit. Idem in Aulularia, 11. 4, Ita me miſerum & meos diſcipulos fuſtibus male contuderunt.

Contundere facta alicuius. Plaut. in Sticho. 5. 30, Heram ex mœrore eximam: benefacta maiorum meûm exaugeam, atque illam augeam ex inſperato opportuno modo: contundã facta Thaltybij, contemnámque omnes nuntios, ſimúlque ad curſurã meditabor me ad ludos Olympiæ. Par mes proueſſes & vaillantiſes ie aboliray les faicts de Thaltybius, tellemẽt quil nen ſera plus de memoire, on ne parlera que de ma legierete, & agilite de corps.

CONTVOR contúeris, contuitus ſum, cóntui, Veoir. Plaut. in Aſinar. Ego illud argentum tã ſcio eſſe paratum, quàm me hunc ſcipionem contui. Ibidem, At hercule ipſum adeò contuor, quaſſanti capite incedit. Idem in Merc. 17. 15, Quid Periſtratã hic Demiphonis cõtuor?

CONTVRBO conturbas, conturbare, Troubler, meſler, & entouiller du tout. Terent. in Eunucho, 5. 2. 29, Neque ædepol quid nunc conſilij capiam ſcio de virgine iſtac, ita conturbaſti mihi rationes omnes, Tellement tu mas tout brouille mes affaires & tout mon cas.

Cõturbare, Decoquere & pecuniam ſuam diſſipare ſignificat. & proprie de ſeruis dicitur, qui cum rationibus dominicis paria non faciunt. Deſpendre, & diſſiper largent deſon maiſtre. Cic. ad Atticum, Illi dij ſint irati huiuſmodi Græco, qui conturbare quidem putat ſibilicere

quod equitibus Romanis. Idem Q. Ciceroni fratri, Miſi ad Cæſarem eodem illo exemplo literas: locum autem illius de ſua egeſtate ne ſis aſpernatus. Ad quem ego reſcripſi, nihil eſſe quod poſthac artis noſtræ fiducia conturbaret: luſique in eo genere & familiariter & cũ dignitate. Idem pro Cn. Planco, Nam quòd ais Caſſi, non plus me Planco debere quàm bonis omnibus, quòd ijs æque mea ſalus chara fuerit: ego me debere bonis omnibus fateor, ſed etiam ij, quibus ego debeo, boni viri, & ciues, comitijs AEdilitijs, aliquid ſe meo nomine debere Planco dicebant. Verum fac me multis debere, & in ijs Planco, Vtrum igitur me cõturbare oportet? an cæteris cũ cuiuſque dies venerit, hoc nomen debitoris, quo vrgetur nũc cõpetitor diſſoluere? quãquam diſſimilis eſt pecuniæ debitio & gratiæ. nam qui pecuniã diſſoluit, ſtatim non habet id quod reddidit. qui autem debet, æs retinet alienum. gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipſo quod habet, refert. Vlpianus de inſtitoria actione, l. Quicunque. Idem Labeo ait, Si quis piſtor ſeruum ſuum ſolitus fuerit in certum locum mittere ad panem vendendum: deinde pecunia accepta præſenti, vt per dies ſingulos ei panes præſtaret, conturbauerit, dubitari non oportet quin ſi promiſit ei dari ſummas, teneri debeat. Alphenus de in rem verſo, l. Quidam ſeruus, Boues vendiderat, alios rede merat, nummos venditori non ſoluerat, poſtea conturbauerat: qui boues vendiderat, nummos à domino petebat, actione de peculio, aut quod in rem domini verſum eſſet.

Sic intelligi debet conturbabit Atlas apud Martialem in nono Epigrammaton, Grandis in æthereo licet auctio fiat olympo, Cogantúrque dei vẽdere quicquid habent, Cõturbauit Atlas, & non erit vncia tota Decidat tecum qua pater ipſe deũm. Id eſt, cælum totum ipſe tibi decoquet. Sic in decimo, Hic pretioſa fames, conturbatórque Macellus. Sic conturbatorẽ Macellum dixit, vt in ſeptimo conturbatorem aprum, Noſter te non capit ignis Conturbator aper, vilius eſurio. Qui enim ex macello viuebant Romæ, & cupedijs mẽſas & apro one rabant, a dextremum patrimonia vorabant, & decoctores vel inopes certe fiebãt. Iuuenalis, Sic Pedo conturbat, Matho deficit.

Sic conturbare fortunas, Cicero dixit ad Cæliũ, lib. 8. epiſt. Deſprẽdre & mãger tout ſon bien.

Conturbare rem Idem. Salluſt. in Iugurtha, Poſtquam Cyrenenſes aliquanto poſteriores ſeſe vident, & ob rem corruptam domi pœnas metuunt, criminari Carthaginenſes ante tẽpus domi digreſſos, conturbare rem.

CONTVS conti, m. g. ſudes eſt, ſiue haſta longior, duriórque, & acuta, ſine ferro, ad percutiẽdum apta. Vne longue perche de bois. Virg. Aſſueti lõgo muros defendere conto. Idem, Ac duris detrudere contis. Idem lib. v 1, Ipſe ratem conto ſubigit.

CONVALLIS, huius conuallis, f. g. Vne vallee, entre deux montaignes. dicta, vt inquit Varro, quaſi cauata vallis. Virg. 2. Georg. At quæ pinguis humus, dulcíque vligine læta, Quique frequens herbis, & fertilis vbere campus: Qualem ſæpe caua montis conualle ſolemus Deſpicere.

Conuallis, Sciſſio terræ manufacta ad deducendam aquam, Foſſés, ou conduys en terre pour conduyre leaue en quelque lieu. Plin. lib. 33. cap. 4, Flumina ad lauandam hanc ruinam iugis montium ducere obiter à centeſimo plerunque lapide: Corrugos vocant, à corriuatione crẽdo, nimirũ & hic labor eſt. Præcepiſſe libramento oportet, vt fruaris quando influat: itaque altiſſimis partibus ducitur conuallis: & interualla ſubſtructis canalibus iunguntur.

CONVADOR conuadaris, conuadari, verbum cõmune. Vadimonio obſtringere, Cõtraindre aucun a bailler reſpondant out plaige. Plaut. in Curcul. Vbi tu es qui me conuadatus es Venerijs vadimonijs? vbi tu es qui me libello Venerio citaſti? ecce me ſiſto. ades contra. ſiſto ego tibi me, & mihi cõtra itidẽ te vt ſiſtas ſuadeo. Verba ſunt amicæ ad amatorẽ adoleſcentẽ.

CONVASO conuaſas, conuaſare, Piller, amaſſer quelque choſe, & la deſrobber. Figuratum, inquit Danatus, à colligendis vaſis. Terent. in Phor. 1. 4 13, Recte ego mihi vidiſſem, & ſenis eſſem vltus iracundiam: aliquid conuaſaſſem, atque hinc me conijcerem protinus in pedes.

CONVEHO conuehis, conuexi, cõuectum, cõuehere, Comportare: Mener ou porter de pluſieurs lieux en vng. Plinius de formicis ſcribens, lib x1. Semina arroſa condunt: ne rurſus in fruges exeant è terra. Et paulo poſt infert, Et quoniam ex diuerſo conuehunt altera alterius ignara, vt ſigna recognoſcant, certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur.

Conuectare frequẽtatiuum à conueho. Virg. Prædamque per herbas Conuectant calle anguſto: pars grandia tradunt Obnixæ frumenta humeris. De formicis loquitur.

Conuector conuectoris, m. g. Qui meine aucuns enſemble, comme vng marinier. Cic. Attico, lib. x, Deinde epiſtola ſcripta, cumulatiſſime cætera & hercule hominem bonum & doctum

& probum exiſtimo. quinetiam naui eius me, & ipſo conuectore vſurum puto.

CONVELLO conuellis, conuulſi, & conuelli, conuulſum, conuellere, Arracher, ou eſbranler, & mettre quelque choſe hors de ſon lieu. Plaut. in Amph. 14. 2, Quis tam vaſto impete has foreis toto conuullit cardine? Id eſt, concuſſit. Qui eſt ce qui a ſi impetueuſement eſbranle ceſte porte? Plin. epiſt. 139. b, Ac mihi domus ipſa nutare, conuulſáque ſedibus ſuis rúitura ſupra videtur. Id eſt emota. Eſbranlee.

Conuellere funem à terra. Virg. lib. 1. georg. Nõ illa quiſquam me nocte per altum Ire, neque à terra moneat cõuellere funem. Id eſt, nemo mihi ſuadebit nauim tunc è portu ſoluere. Periphraſis poetica.

Conuellere aliquem de ſtatu. Cic. Attico, lib. 8, Habes ad primam: ſecutæ ſunt duæ prid. cal. ambæ datæ, quæ me conuellerunt de priſtino ſtatu, iam tamen, vt ante ad te ſcripſi, labantem. Id eſt, me concuſſerunt, & conturbauerunt. quod etiam de ſtatu deijcere dicitur.

Conuellere, ſubducere, & ſuffurari: Detourner & deſrobber, & oſter par larrecin quelque choſe a vng autre. Plaut. in Curc. 8. 5, Diues ſum ſi non reddo eis quibus debeo: Si reddo illis quibus debeo, plus alieni eſt. Verum hercle vero conuellere illis cogito.

CONVENIO conuenis, conuéni, conuentum, conuenire, Venir enſemble. Plaut. in Pſeud. 4. 45, Facite hodie vt mihi munera multa huc ab amatoribus conueniant. nam niſi penus annuus hodie conuenerit, cras populo proſtituã vos. Faictes que vos amoureulx mapportent force dons. car ſi on ne mapporte de quoy viure pour vng an &c.

Conuenire, Aſſembler de pluſieurs pars, tout en vng lieu. Liuius, Poſtera die arma capiunt, quò miſſi erant conueniunt. Salluſt. Poſtquam vnum in locum omnes conuenere. Plin. in Paneg. 90, Tuæ moderationis hæc laus conſtantia noſtra & tibi obſequimur, quòd in curiã, non ad certamen adulationum, ſed ad vſum munúſque iuſtitiæ conuenimus.

Conuenire pro venire. Plaut. in Truc. 14. 10, Heus tu, iam poſtquam in vrbem crebro conuenio, hic factus iam ſum cauillator.

Conuenire, Eſtre daccord, appoincter. Terent. in Heaut. 4. 8. 23, Dic conueniſſe, egiſſe te de nuptijs. M. dicam. quid deinde? c. me facturum eſſe omnia, generum placere: poſtremo etiã ſi voles, deſpõſam quoque eſſe dicito. Plaut. in Capt. 7. 21, Recte conueniſſe cenſeo. Il me ſemble que laccord que aués faict entre vous eſt bien faict. Ouid. Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur Maieſtas & amor.

Conuenire cum. Plaut. in Pſeud. 20. 8, Cum ijs mihi nec locus nec ſermo cónuenit. Ie ne hãte point auec eulx, ie ne parle point a eulx.

Conuenit inter eos ratio accepti & expenſi, Ils ſont daccord quant aux miſes & receptes. Plaut. in Moſtell. 4. 147, Bene igitur ratio accepti atque expenſi inter nos cõuenit: tu me amas, ego te amo, merito id fieri vterque exiſtimat.

Conuenit inter nos de hac re. Plaut. in Pſeud. 7. 131, Imò ſic Simo, ſi ſumus conſpecti, ſeu conſilium vnquam inimus de iſthac re, aut ſi de ea re vnquã inter nos conuenimus, quaſi in libro, cum ſcribuntur literæ calamo, ſtilis me totum vlmeis conſcribito.

Conuenit inter nos, vt. Plaut. in Capt. 7. 18, Nunc ita conuenit inter me, atque hunc Tyndare, vt te æſtimatum in Aulidem mittam ad patrem: ac, ſi nõ rebitas huc, vt viginti minas dem pro te.

Conuenit hoc mihi cum fratre. Terent. in Adelphis, 1. 1. 34, Hæc fratri mecum non conueniunt, neque placẽt. Mon frere ne ſaccorde point a moy en cela, Il neſt point de ma fantaſie en cela. Cic. lib. v. de finibus, Hoc mihi cum tuo fratre cónuenit.

Conuenit mihi cum hoc de filio. Plaut. in Captiuis, 7. 36, Dicito patri quo pacto mihi cum hoc conuenerit de huius filio. Tu diras a ſon pere quel appoinctement iay faict auec luy de ſon fils.

Conueniunt mores: Les meurs de lung & de lautre ſont fort ſortables, & accordẽt bien lung a lautre. Terent. in Andr. 4. 2. 13, Hanc mihi expetiui, contigit: conueniunt mores. valeãt qui inter nos diſſidium volunt: hanc, niſi mors, mihi adimet nemo.

Non conuenit nomen: Le nom neſt point conuenable, il neſt point a propos du perſonnaige dont il eſt queſtion. Terent. in And. 5. 4. 40, Næ iſtam multis tuam inueniri gaudeo. P. credo pater. CH. at mihi vnus ſcrupulus etiam reſtat qui me male habet. Et paulo poſt, Nomen non conuenit. CR. fuit hercle aliud huic paruæ.

Conuenit numerus quantum debui: Vela autant dargent que ie deuoye. Terent. in Phorm. 1. 2. 3, Accipe, hem lectum eſt. conueniet numerus quantum debui. Tu trouueras autant

que ie te debuoie.

Conueniunt vtriuſque verba: Leurs parolles ſe rapportent les vnes aux autres, ils ne ſe cõtrediſent point en parolles. Plaut. in Truc. 17.17, Conueniunt adhuc vtriuſque verba.

Non conueniunt hæc nuptijs: Cela neſt point ſortable, ne vient point a propos de faire nopces. cela naccorde point a vouloir faire nopces. Terent. in And. 2.2.29, In ædibus nihil ornati, nihil tumulti. acceſſi intrò. aſpexi. P. ſcio: magnum ſignum. D. num videntur conuenire hæc nuptijs? P. non opinor Daue.

Conuenit hæc ætas ludo: Ceſt affaire a ceulx de ceſt aage de iouer, il leur appartient de iouer, Le ieu leur conuient, il leur eſt deu, ou ſeant. Plautus in Bacch. 2.21, Non omnis ætas Lyde ludo conuenit. Cicer. in Hortenſio, Nam quid vereris ne non conueniat noſtris ætatibus oratio quæ ſpectat ad hortandum?

Conuenit aliam ætatem aliud factum, Chaſcune choſe ha ſon temps. Plaut. in Mercat. 24.24, Itidem vt tempus anni, ætatem aliam aliud factum conuenit. Nam ſi iſtuc ius eſt ſenecta ætate ſcortari ſenes, Vbi loci res ſumma noſtra publica?

Conuenit pax. Salluſt. in Catil. Quæ quanquã grauia, & flagitij plena erant, tamen quia mortis metu nutabant, ſicuti regi libuerat, pax conuenit. Paix fuſt accordee, ils furent daccord & paiſibles enſemble.

Conuenit ad. Cic. de Amicitia, 16, Ego vos hortari tantum poſſum vt amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. nihil eſt enim tam naturæ aptum, tam conueniens ad res ſecũdas vel aduerſas. Il ny a rien ſi conuenable.

Conuenit hoc in me: Cela meſt propre. Terẽt. in Heaut. 5.1.3, Nam hoc mihi præſtat: in me quiduis harum rerum conuenit quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus. Cic. pro S. Roſcio, Non in omnes arbitror omnia conuenire.

Cõuenit in vaginã hæc machæra: Ceſt eſpee eſt iuſte, & ſortable a ceſte gaine. Plaut. in Pſeud. 20.76, Conueniebátne in tuam vaginam machæra militis?

Conuenire aliquem: Vocare aliquem in ius, Le faire cõuenir en iuſtice. Cic. in Verrem, act. 2, Non dubitat, quin ſi ipſe Verrem conueniat, æquitate cauſſæ, authoritate ſua commouere hominem poſſit.

Cõuenire aliquem in ius. Idem. Plaut. in Moſtell. 15.39, Seruos pollicitus eſt dare ſuos mihi omnes quæſtioni: nugas nunquam mihi ædepol dabit. T R. dat profecto. T E. quin illũ in ius conueniam. mane experiar, vt opinor, certum eſt.

Cõuenire: Id quod hodie appellamus reſortiri, Eſtre du reſort de quelque iuridition. Ab antiqua fortaſſe cõſuetudine. cauſſæ enim, ſortibus ex vrna ductis, cognoſcebantur. Vnde illud Vergilianum, Nec verò ſine ſorte datæ, ſine iudice leges, Quæſitor Minos vrnam mouet. Plinius, Carthaginem conueniunt populi LXII, exceptis inſularum incolis. Idem lib. V, Pergamea vocatur eius tractus, ad eam conueniunt Mygdones, Moſini, aliæque in honore ciuitates.

Conuenire aliquem, Parler a aucun. Plaut. in Amphit. 8.133, Niſi tu dudum hanc conueniſti, & narrauiſti hæc omnia. Terent. in Eunucho, 3.2.14, Quæſo hercle vt liceat, pace quod fiat tua, dare huic quæ volumus: conuenire & colloqui. Cic. Vatinio, Eámque, ſi opus eſſe videbitur, conueniam.

Conuenibo, in futuro, antique Plautus dixit in Caſina, 12.18, Vbi nuptiæ fuerint, tum iſtam conuenibo.

Conuenire, Deliberer. Apuleius, Conuénimus ad portum quamprimum ire.

Conuenit: Ie ſuis content, ie ſuis daccord, ceſt ce que ie demande. Plaut. in Amphit. 8.222, Nunquid cauſſam dicis, quin te hoc mulctem matrimonio? A L. ſi deliqui, nulla cauſſa eſt. AM. conuenit.

Conuenit vt: Il eſt conclu & ordonne que. Plaut. in Amphit. 4.71, Cõuenit, victi vtri ſint eo prælio, vrbem, agrum, aras, focos, ſéque vti dederent.

Conuenit de hoc. Quint. Quanquam de hoc parum conuenit.

Conuenit inter. Iũuenalis, Sæuis inter ſe conuenit vrſis.

Conuenit, Impersonale. Il fault, ceſt choſe conuenable, il appartient. Plaut. in Mercatore, 10.8, Aduleſcens cum ſis, tum cum eſt ſanguis integer, rei quærundæ tuæ conuenit operam dare. Idem in Rudente, 17.36, Decet abs te id impetrari, ignoſcere his te conuenit. Terentius in Eunucho, 3.2.41, Ego hinc abeo, tu iſtanc operire. P. haud conuenit vnà ire amica cum, imperatorem in via.

Conueniens, conuenientis, om. gen. Cõuenant, choſe fort a point, & accordant a quelque choſe. Plin. in paneg. 142, Ciuile hoc erat, & cõuenientiſſimum, nihil cogere, ſemperque meminiſſe, nullam tantam poteſtatem cuidã dari poſſe, vt non ſit gratior poteſtate libertas. Idem epiſt. 220, Sed cum poſtea conſul deſignatus, cenſuiſſes tacendum nobiſcum quorum erat excuſatio recepta, vt eſſemus in ſenatus poteſtate, pateremúrque nomina noſtra in vrnam conijci, conuenientiſſimum eſſe tranquillitati ſeculi tui putaui.

Conuenæ conuenarum, communis gen. dicuntur qui ex diuerſis populis gentibúſque in vna mœnia conuenerunt, ſimúlque coaleſcunt. Plinius de viris illuſtr. 2. a, Romulus Aſylum conuenis patefecit: & magno exercitu facto, cum videret coniugia deeſſe, per legatos à finitimis ciuitatibus petijt.

Conuentio conuentionis, nomen generale eſt ad omnia pertinens, vt ſcribit Vlpianus, de quibus negotij contrahendi tranſigendíque cauſſa conſentiunt qui inter ſe agunt. Conuention, & accord faict entre aucuns de quelque choſe. Plin. epiſt. 96. a. lib. v, Curianus orabat vt ſibi donarem portionem meam, ſeque præſidio iuuarem, eandem tacita conuentione ſaluam mihi pollicebatur.

Conuentus conuenta conuentum, participium. Conuenta pax apud Salluſtium in Iugurtha, Poſt diem octauum redit ad Bocchum, & ei nuntiat Iugurtham cupere omnia quæ imperarẽtur, faceret: ſed Mario parum confidere: ſæpe antea cum imperatoribus Romanis pacem conuentam fruſtra fuiſſe. Paix accordee.

Cicero Attico libr. XIII, Fratrem credo à te eſſe conuẽtum, ſcire igitur ſtudeo quid egeris. Ibidem libr. 15, De Antonio iam antea tibi ſcripſi, non eſſe eum à mẽ conuentum.

Conuentus, conuentus, conuentui, m. g. Feſt. Pomp. Cõuentus, quatuor modis intelligitur, Vno cum quemlibet hominem ab aliquo cõuentum eſſe dicimus: Celuy a qui aucũ a parle. Altero, cum ſignificatur multitudo ex compluribus generibus hominum cõtracta in vnum locũ. Vng conuent. Tertio, cum à magiſtratibus, iudicij cauſſa, populus congregatur. Vne aſſemblee ou congregation. Erant enim in prouincijs ſtatuti conuentus per rectores earum ad iudicia facienda. Vnde Plinius de Hiſpania, Nunc vniuerſa prouincia diuiditur in ſeptem conuentus. Idem lib. 3. ſcribit in Bethica fuiſſe iuridicos conuentus quatuor: Gaditanum, Cordubenſem, Aſtygitanum, Hiſpalenſem. Quarto, Cum aliquem in locum frequentia hominum, ſupplicationis aut gratulationis cauſſa colligitur. Vne proceſſion.

Conuentus, aliquando pro coniugio. Iuuenalis, Conuentum tamen & pactum & ſponſalia noſtra tempeſtate paras.

Conuenticulum conuenticuli, n. g. Petite aſſemblee, & de peu de gens: principalement de meſchans gens aſſemblés pour faire quelque mal. Cic. pro Sextio, Cõuenticula hominum quæ ciuitates nominantur.

CONVERRO, conuerris, conuerri, conuerſum, conuerrere, Ballier, tirer & ſarrer les ordures de quelque lieu en vng. Plaut. in Sticho, 6. 51, Hercle verò capiam ſcopas, atque hoc cõuerram lubens. Ibidem 64, Reuerrã hercle hoc quod conuerri modo. Ibidem, Cape illas ſcopas. G. capiã. D. hoc egomet, tu hoc conuerre. Columella lib. 8, Diligẽs paſtor quotidie ſtabulũ conuerrit, nec patitur, ſtercus aut humorem conſiſtere. Publius, Cellas ſeruorũ cõuerri.

Conuerrere aliquem, Frotter, ſecouer aucun, & le bien battre. Plaut. in Rud. 20. 7, Nunc pol ego perij, Pleuſidipus eccum adeſt, conuerret iam hic me totum cum puluiſculo.

Conuerritor conuerritoris, m. g. apud Apuleium in Apologia pro Magia, Cõuerritorem tumidæ gingiuulæ. Vng cure dens, inſtrumẽt a nettoier les dens. Hoc loco apud Apuleium ſunt qui legant complanatorem.

Conuerſe, aduerbium, Nettement. Cato, Villam conuerſe mundéque habeat.

CONVERTO conuertis, conuerti, conuerſum, conuertere: De re aliqua & homine dicitur.

Conuertere ſe domum: Retourner en la maiſon. Terent. in Adelph. 2. 4. 22, Ego iam trãſacta re conuertam me domum cum obſonio. Plau. in Sticho, 7. 1, Quũ bene re geſta ſaluus cõuertor domum.

Conuertere ſe ad ſenſum & nutũ alterius, Soy tourner, & faire a lappetit daucun. Cic. de amicitia, 77, Quid enim poteſt eſſe tam flexibile, tam deuium, quàm animus eius qui ad alterius non modo ſenſum, ac voluntatem: ſed etiam vultum atque nutum conuertitur?

Conuertere ſe ad verum. Plaut. in Rud. 24. 107, Si hercle tantillum peccaſſis, quod poſtea poſtules te ad verum conuerti, nugas mulier magnas egeris. Si tant ſoit peu tu faulx a me dire la verite, & que tu penſes te deſdire apres, & dire vray, tu te abuſe grandement.

Conuertere ſe ad dolos: Soy tourner a faire tromperies. Plin. de viris illuſtr. 14, Veientes ad dolos conuerſi, pecora ex aduerſo in conſpectu illorum poſuerunt.

Conuertere fugam in ſe: Senfuyr. Plaut. in Amph. 4. 84, Vicimus vi feroces: ſed fugam in ſe tamen nemo conuertitur: nec recedit loco, quin ſtatim rem gerat: animam amittunt, priuſquã loco demigrent. Hoc loco, conuertitur pro conuertit dixit Plautus

Conuertere ſe in hominem. Terent. in Eunucho, 3. 5. 40, Deum ſeſe in hominem conuertiſſe, atque per alienas tegulas veniſſe clanculum per impluuium.

Conuertere aliquid in ſerium. Plaut. in Pœnulo, 19. 41, Heus tu ſiquid per iocum dixi, nolito in ſerium conuertere. Ne prens point a bon eſciant ce que iay dict par ieu.

Cõuertere gaudia in diuerſum. Plin. epiſt. 176. b. Tot ſpes, tot gaudia dies vnus in diuerſa cõuertit. Renuerſe tout au contraire.

Conuertere ad. Terent. in And. 4. 1. 48, Hac non ſucceſſit, alia aggrediemur via. niſi id putas, quia primo proceſſit parum, non poſſe iam ad ſalutem conuerti hoc malum. Que ce mal ne puiſt eſtre repare.

Conuertere ordinem votorum: Souhaiter pareillement a aucun ce quil nous ſouhaite. Plin. in paneg. 121, Nam quod precatus es vt illa ipſa ordinatio comitiorum bene ac feliciter eueniret nobis, reip. nonne tibi tale eſt vt nos hunc ordinem votorum cõuertere debeamus? deos denique obſecrare vt omnia quæ facis, quæque facies, proſpere cedant tibi.

Conuertimus in amicitiam: Nous retournons en amitie. Plaut. in Sticho, 7. 13, Quoniam bene re geſta redijſſe me videt, magnáſque apportauiſſe diuitias domũ, ſine aduocatis ibidem in cercuro, in ſtega, in amicitiam atque in gratiam conuertimus.

Conuertunt ſe amicitiæ in. Cic. de Amicitia, 67, Cauẽdum verò eſt, ne etiã in graueis inimicitias conuertant ſe amicitiæ.

Conuertor pro conuerto dici apud Plautum in Amph. 4. 84, Fugam in ſe tamen nemo cõuertitur: Admonet Nonius Marcellus.

CONVEXVS, conuexa, conuexum, A conueho, inquit Perottus: quod concauo oppoſitum eſt: quemadmodum ſpecula, quæ neque plana, neque concaua ſunt, conuexa dicuntur, Choſe eſleuee en boſſe & creuſe par deſſoub, comme le ciel, ou vng mirouer. Virg. in Bucol. Nutantẽ conuexo cardine mundum.

Conuexitas conuexitatis, Ipſa, vt ita dicam, porrectio aduerſus nos.

CONVINCO conuincis, conuici, conuictum, conuincere, Vaincre & ſurmõter en quelque maniere que ce ſoit.

Conuincere facta alicuius turpia: Conuaincre aucun de meſchantete, monſtrer a aucũ par vifues raiſons, ou par teſmoings que meſchamment il a faict. Plaut. in Amph. 15. 43, Blepharonem ego audio, mirum quid ad me veniat: opportune tamen ſe offert vt vxoris facta conuincam turpia.

Conuincere aliquem eſſe ſuum. Terent. in Heaut. 5. 3. 14, Quid? metuis, ne non, cum velis, cõuincas illum eſſe tuum? s. quòd filia eſt inuenta. c. non, ſed quod magis credundum ſiet, id quod eſt conſimilis moribus, cõuinces facile ex te natum: nam tui ſimilis eſt probe.

Conuincere aliquem. Plaut. in Amphit. 8. 145, Tu qui quæ facta inficiare, quem ego iam hic conuincam palám. Ie te conuaincray deuant tous que tu es vng menteur.

Conuincere falſi. Plaut. in Trucul. 10. 5, Qui & conuicti & condemnati falſi de pugna ſient. Cic. de amicitia, 57, Quãquam Ennius recte inquit, amicus certus in re incerta cernitur: tamen hæc duo leuitatis & infirmitatis pleroſque cõuincunt. Ces deux choſes monſtrent manifeſtement quils ſont legiers. Idem, Maleficiorum multorum cõuictam, inquit.

CONVITIVM conuitij, n. g. Parolle iniurieuſe & meſdiſante. Cic. pro Cælio, Maledictum autem nihil habet propoſiti præter cõtumeliam: quæ ſi petulantius iactatur, cõuitium: ſin facetius, vrbanitas nominatur.

Conuicium, per c ſcribunt nõnulli. Labeo iurecõſultus, Conuicium, contumelia eſt, quaſi cõuocium, mutata litera, à cõcitatione vel à cõuentu, id eſt collatione vocum. cum enim in vnum complures voces conferuntur, conuicium dicitur. cum autem nec in cœtu, nec vociferatione dicitur, non proprie conuicium nominatur. In hac diffinitione, reprehenditur Labeo à Perotto & Valla.

Conuicium (inquit Feſtus Pomp.) à vicis, in quibus primum habitatum eſt, videtur dictũ. Vel immutata litera, quaſi conuocium.

Conuitium (authore Nonio Marcello) dictum eſt quaſi vitijs locum, qui ſecũdum ignobilita-

tem loci, maledictis & dictis turpibus cauilletur.

Conuitium (inquit Laurentius Valla) à vitium, vel potius à vito deſcendit: vt vitupero. tamẽ etſi nõ omnino repugnem ſcribi per c, vt quibuſdam placet, non per t. Et eſt cõuitium, maledictũ contumelioſum. Quintil. lib. 7, Sic autẽ præparabit actione prima iudicum animos, vt noluiſſe potius obiicere, quàm nõ potuiſſe credatur. eóque ſatius eſt: omni ſe antè actæ vitæ abſtinere cõuitio, quàm leuibus aut friuolis, aut manifeſte falſis reum inceſſere.

Conuitium dicere: Dire iniure a aucun, liniurier, luy dire meſchantes parolles, meſdire daucũ en ſon abſence. Plaut. in Aſin. 16.49, Sine venias modo domum, faxo vt ſcias quid periculi ſit dotatæ vxori conuitium dicere.

Conuitium facere. Terent. in Adelph. 2.1.26, Ante ædeis nõ feciſſe erit melius hic cõuitium.

CONVIVO conuiuis, conuixi, conuictum, cõuiuere, Viure, ou boyre & menger auec aucũ. Plaut. in Amph. 15.45, Miſiſti ad nauim Soſiam, vt hodie tecum conuiuerem.

Conuiuium conuiuij, n.g. Banquet. Terent. in Eunucho, 3.1.32, Vnà in cõuiuio erat hic quem dico. Cic. de ſenectute, 42, Bene enim maiores noſtri accubationẽ epularum, quòd amicorũ vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt: melius quàm Græci qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem vocant.

Accerſere in conuiuium, Hucher aucun pour aller au banquet. Terent. in Eunucho, 4.1.12, Puer Pamphilã accerſe, vt delectet hic nos. illa exclamat, minime gẽtium. in cõuiuium illã? Cõuiuij ſat eſt, modo noſtra huc amica accedat. Plau. in Sticho. 14.25, Il y a aſſés a banqueter, pourueu que &c.

Conuiuor conuiuaris, conuiuari, Faire, ou bailler vng banquet, ou banqueter. Terent. in Heaut. 1.2.32, Scortari crebro nolũt, nolunt crebro conuiuarier. præbent exigue ſumptum & ea ſunt tamen ad virtutem omnia.

Conuiuare pro conuiuari, Banqueter. Pomponius in Munda, Si calendis cõuiuent, idibus cœnant foris. Ennius ſatyr. lib. 1, Magno hercle ſuo malo cõuiuat ſine modo. Non. Marc.

Conuiua cõuiuæ, cõm. g. Qui eſt inuite ou ſemons au bãquet. Plaut. in Aſin. 13.23, Nec vlla ſit cera vbi facere poſſit literas: vocet conuiuam neminem, illam tu voces. Terent. in Heaut. 1.1.120, Iamdudum domi præſto apud me eſſe aiunt: egomet conuiuas moror.

Cõuiuam aliquem ſibi abducere: Mener aucun banqueter auec ſoy. Terent. in Eunuc. 3.1.17, Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi.

Cõuiuator cõuiuatoris, Qui donne & appreſte le banquet. Scitum cõuiuatorem appellat Liuius, elegantem & nitidum in apparatu conuiuali. Qui ſcet bien appareiller vng banquet.

Conuictor conuictoris, m. g. Vng portionniſte, ou qui boit & mãge auec nous tous les iours familierement. Horatius, Nunc quia ſum tibi Mecœnas cõuictor. Suet. in Tiberio, Nihilo lenior in conuictores græculos.

Conuiualis & hoc conuiuale, Choſe appartenant a conuiue ou banquet. Liuius, Multáque cõuiualia ex auro & argento vaſa.

CONVOCO conuocas, conuocare, Appeller pluſieurs enſemble, congreger & aſſembler. Plaut. in Moſtellaria, 15.8, Capio conſilium, vt ſenatum congerronem conuocem. Idem in Epidico, 3.56, Ite intrò, ego de re argentaria iam ſenatum conuocabo in corde conſiliarium. Idem in Milite, 5.43, Pauliſper tace, dum ego mihi conſilia in animum conuoco, & dum conſulo quid agam. Cicero lib. 1. Tuſculan. Qui diſſipatos homines congregauit, & ad ſocietatem conuocauit.

CONVOLO conuolas, conuolare, Voler enſemble, auec dautres.

Conuolare, Accourir enſemble. Terent. in prologo Hecyræ, 40, Cum interea rumor venit, datum iri gladiatores, populus conuolat: tumultuantur, clamant, pugnant de loco.

CONVOLVOLVS conuoluoli, m. g. Ceſt vne petite beſte, moindre & plus petite que vne chenille, qui ſenueloppe au fueilles des vignes, & les ronge. Aucũs lappellẽt hurbec. Hoc animal, voluox etiã dicitur. Plin. lib. 17. cap. 28, Simili modo ne conuoluolus fiat in vinea, amurcæ congios duos decoctos in craſſitudinẽ mellis, rurſus cum bituminis tertia parte & ſulphuris quarta ſub dio coqui, ne excãdeſcat ſub tecto. hoc vites circa capita ac ſub branchijs vngi, ita nõ fore conuoluolum. Et paulo poſt, Alij voluocem appellãt animal prærodens pubeſcentes vuas: quod ne accidat, falces cum ſint exacutæ, fibrina pelle detergunt, atque ita putant.

Conuoluolus etiã eſt herba in frutetis naſcens, nullo odore, nec crocos intus habens, ſed florem tantum ac candorem libij referens, veluti rudimentis naturæ lilia facere condiſcentis. dictus quòd ſeſe rei, cui adhæret, inuoluat.

CONVOTI, vt inquit Feſtus Pompeius, dicebantur iiſdem votis obligati.

CONVS coni, m.g. proprie dicitur nux pinea. Columel. lib. 7, Remedio ſunt cupreſſini quindecim coni, totidémque gallæ. Conus rotunditatem habet ſine lateribus.

Conus, figura eſt geometris, à ſimilitudine coni.

Conus dicitur curuatura quæ in ſummitate galeæ prominet, ſuper quam criſtæ ponuntur. licet quandoque pro criſta ponatur.

Conifera coniferæ, arbor quæ conos, hoc eſt nuces pineis ſimiles. Ouid. Et coniferæ cypariſſi.

Conoides conoidis, dicitur quicquid eſt coni figura. Vnde cupreſſus fœmina, conoides eſt, quæ in faſtigium conuoluitur. nam mas ſpargit extra ſe ramos, deputatúrque, & vitem accipit.

Coniſco coniſcas, coniſcare, apud Quintilianum, ſignificat arietare, & fronte frontem percutere: Heurter front contre front, ou teſte contre teſte comme les beliers & agneaux. Et ſatiati agni (inquit Quintilianus) ludunt, blandéque coniſcant.

CONVVLNERO conuulneras, conuulnerare, Bleſcer. Plin. in paneg. 56, Neque vt antea, exanguem illam & ferream frontem nequicquam conuulnerandam præbeant punctis, & notas ſuas rideant.

COOPERIO cooperis, cooperui, coopertum, cooperire, Couurir.

Coopertus cooperta coopertum, Couuert.

Coopertus facinoribus, Couuert de meſchantetes, & rempli. Salluſt. in Catil. Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus haud obſcuro loco, flagitijs atque facinoribus coopertus.

Coopertus miſerijs. Salluſt. in Iugurtha, Pòſt, vbi me iiſdem dolis nequit capere, nihil minus quàm vim aut bellum expectãtem, in imperio veſtro, ſicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem, & coopertum miſerijs effecit, vt vbiuis tutius, quàm in meo regno eſſem.

COOPTO cooptas, cooptare: Deſirer & ſouhaiter auec vng autre.

Cooptare in, Eſlire aucun a eſtre du nombre des autres. Cic. Bruto, Ciceronem noſtrum in veſtrum collegium cooptari volo. Ibidem, A quo in collegium augurum fueram cooptatus. Idem Philipp. 13, Paternum auguratus locum, in quo ego eum, vt quod à patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo.

Cooptare ſenatorem, apud Ciceronem in Verrem. Et cooptare patronum, apud Plinium in epiſt. Oppidum eſt (inquit) prædijs noſtris vicinum: quod me penè adhuc patronum cooptauit. De vniuerſitate dictum eſt id.

Cooptare ſibi collegam. Suet. in Auguſto, In tribunitia poteſtate ſemel atque iterum per ſingula luſtra collégam ſibi cooptauit.

COORIOR cooriris, vel coorei is, cooriri, Sourdre, ſe leuer enſemble, naiſtre auec dautres: vt coortus tumultus, Vng tumulte & bruit qui ſeſt leué. Liuius, Tum verò coorto tumultu terga vertere ſimulantes, paululum ceſſere.

COPIA copiæ, f.g. Abundance, richeſſes. Cic. de amicitia, 50. Quid autem ſtultius, quàm vt plurimum copijs, facultatibus, opibus poſſint cætera parare quæ parantur, pecuniam, equos, famulos, veſtes, gloriam, vaſa pretioſa: amicos non parare? Plin. in paneg. 135, Sed ſi his validior toto corpore animus imperitet, quẽ non fortunæ indulgentiæ molliant, nõ copiæ principales ad ſegnitiem luxúmque detorqueant.

Copia cordis. Plaut. in Epid. 9.4, Honoris cauſſa modo homines æquum fuit ſibi habere ſpeculum, vbi os contemplarent ſuum, ſibi qui perſpicere poſſent cor ſapientiæ, igitur perſpicere vt poſſint cordis copiam.

Copia vel copiæ in plurali, Vne armee, bande de genſdarmes. Plaut. in Amph. 4.65, Poſtquã vtrinque exitus eſt maxima copia, diſpertiti viri, diſpertiti ordines, nos noſtras more noſtro & modo inſtruximus legiones. Terent. in Eunucho, 4.6.16, Militem ſecum ad te quantas copias adducere. Cic. pro L. Murena, Audite, audite conſulẽ iudices, nihil dicã arrogantius, tãtum dicam, totos dies atque noctes de rep. cogitantem vſque eo. L. Catilina rẽp. deſpexit, atq; contẽpſit, vt ea copia quam ſecũ eduxit, ſe hanc ciuitatẽ oppreſſurũ arbitraretur. Idem Attico, lib. 8, Idcirco ad L. Domitium literas miſi, primum vt ipſe cum omni copia ad nos veniret. Ibidem, Vt Brunduſium ducerem hanc copiam. Idem ad Domitium, Nec ſolus cum iſta copia tãtam multitudinem cum iſta copia ſuſtinere poteris. Salluſt. in Catil. Dum ea Romæ geruntur, Catilina ex omni copia, quam & ipſe adduxerat, & Manlius inſtituerat, duas legiones inſtituit. cohortes pro numero militum complet. Idem, Memorare poſſum quibus in locis maximas hoſtium copias populus Romanus parua manu fuderit.

Copiæ, per tranſlationem, Aides. Terent. in Heaut. 4.2.2, Niſi me animus fallit, haud multum

à me aberit infortunium, ita hac re in anguſtum oppido nunc meæ coguntur copiæ, niſi aliquid video, ne eſſe amicam hanc gnati reſciſcat ſenex.

Copia, Aide, Support. Terent. in Heaut. 5.8.54, Fac te eſſe patrem ſentiat: fac vt audeat tibi credere omnia, abs te petere & poſcere: ne quam aliam quærat copiam, ac te deſerat.

Copiam dare: Donner pouoir, puiſſance, ou conge de pouoir faire quelque choſe. Terentius in prologo Heaut. 24, Facite æqui ſitis, date creſcendi copiam nouarum, qui ſpectandi faciunt copiam. Virg. Poſtquam introgreſſi, & coram data copia fandi.

Copiã dare cogitãdi, Bailler occaſion. Terent. in Heaut. 2.3.41, Vbi de improuiſo eſt interuẽtum mulieri: nam ea res dedit tum exiſtimandi copiam, quotidianæ vitæ conſuetudinem.

Copia eſt quæ volumus, Nous auons ce que nous voulõs. Plaut. in Capt. 5.25, Obnoxij vobis ſumus ob hanc rem, quom quæ volumus copia eſt, atque ea facitis nos compotes.

Copia non eſt vt pedem efferamus ex ædibus: Nous ne oſerions point mettre ſeulement le pied a lhuys. Plaut. in Bacch 8.19, Nego tibi annis viginti fuiſſe primis copiam digitum longe à pædagogo pedem vt efferamus.

Copia eſt vt: Tu peus hardiment faire que &c. Terent. in Heaut. 2.3.87, Nam apud patrem tua amica tecum ſine metu vt ſit, copia eſt.

Copia eſt illi in otio viuere: Il peult bien viure ſans rien faire. Salluſtius in Catil. Quibus in otio, vel magnifice vel molliter viuere copia erat, incerta pro certis, bellum quàm pacem malebant.

Copia vix fuit eũ adeundi: A grand peine ay ie eu cõge, ou ma il eſte permis: ou, ma on laiſſe entrer a luy. Plaut. in Milite, 18.10, Nã ædepol vix fuit copia adeũdi, atque impetrãdi.

Copia eſt: Ie peuls. Terent. in Phormione, 1.3.24, Ego in eum incidi infelix locum, vt neque mihi eius ſit amittendi, nec retinẽdi copia. Ie ne la peus enuoyer dauec moy, ne la retenir auec moy. Plaut. in Trinummo, 17.7, Quod datum vtendum eſt, id repetendi copia eſt quando velis.

Copia eſt illi inſpiciendi, Il luy eſt permis de la veoir. Terent. in Eunuchi prologo, 21, Nunc quam acturi ſumus Menandri Eunuchum, poſtquã ædiles emerunt, perfecit, ſibi vt inſpiciundi eſſet copia. Idem in Eunuch. 4.2.10, Quid tum poſtea? nihil eſt. quid nihil? ſi nõ tangendi copia eſt, eho ne videndi quidem erit.

Copia cunctandi non eſt tibi, Tu nas pas loiſir de targer, ou de ſonger a faire cecy. Plaut. in Epid. 3.59, Non enim nunc tibi dormitandum, neque cunctandi copia eſt.

Copia eſt tibi magis, Il teſt plus facile. Plautus in Captiuis, 13.83, Nominandi iſtorum tibi erit magis quàm edundi copia: Il teſt plus facile de les nommer lung apres lautre, que de les menger.

Copia nulla eſt tibi in illo: Ceſtuy la ne te peult de rien aider. Plaut. in Epid. 7.10, Sciui equidem in principio illico nullam tibi eſſe in illo copiam. s. interij hercle ego.

Copiam efficere alicui ad aliquam amicam: Bailler, ou faire entree a aucũ enuers quelcune, & le faire iouyr. Plau. in Milite, 10.173, Mihi opus eſt opera tua Periplectomene: nam ego inueni lepide ſycophantiam, qui miles admutiletur cæſariatus, atque vti huic amãti ad Philocomaſium hanc efficiamus copiam, vt eam hinc abducat, abeátque.

Copiam facere argẽti: Preſter de largent. Plaut. in Curculione, 7.51, Poſtquam ſum tuo iuſſo profectus, perueni in Cariam. video tuum ſodalem: argẽti rogo vt copiam faciat: ſcires veles gratiam tuam.

Copiam facere alicui, alterius conueniendi: Faire que aucun puiſſe parler a vng autre. Plaut. in Capt. 12.90, At vnum hoc te quæſo, ſi huc rebitet, & Philocrate, Vt mihi eius facias cõueniendi copiam. Fais moy parler a luy.

Copiam facere ſuæ ſcientiæ: Communiquer, & diſtribuer ſa ſcience & ſon ſauoir a aucun, lẽſeigner. Plin. epiſt. 147.f, Ne ego quidem indignus cui copiam ſcientiæ tuæ facias.

Copiam habere auxilij. Terent. in And. 2.1.22, Neque pol conſilij locum habeo, neque auxilij copiam. Ie nay point beaucop daide.

Copiam parare per aliam copiam, Plaut. in Epid. 7.3, Expectando exedor miſer, atque exenteror, quò mihi Epidici blanda dicta eueniant, nimis diu maceror. ſitne quid, nécne ſit, ſcire cupio. c. Per illam tibi copiam, copiam parare aliam licet. ſciui equidem in principio, illico nullam tibi eſſe in illo copiam. Il te fault bien auoir vng autre aide que ceſtuy la.

Ex copia rerum conſilium trahere: Conſeiller ſelon que les affaires ſe portent, Par leſtat & diſpoſition des affaires veoir & cõſeiller quil eſt de faire. Salluſt. in Iugurtha, Tum ex copia re-

rũ conſiliũ trahit: atque vti ſuis receptui locus eſſet, colles duos inter ſe propinquos occupat.

Pro copia, Selon ma richeſſe & puiſſance, ſelon ma cheuance. Plaut. in Truc. 4.44, Male vertit res pecuaria mihi apud vos, nunc viciſſim volo habere aratiunculam pro copia apud vos.

Pro copia: Selon mon pouoir, au moins mal que ie peuls. Plaut. in Merc. 9.8, Quin ſi imperes tu mihi, ego faciam: facere certum pro copia & ſapientia, quæ te velle arbitrabor.

Copi pro copioſo, à Veteribus dictum, vt annotat Nonius Marcellus ex Plauti Pſeudolo, Atque ego nunc vt glorioſum faciam, & copi pectore. Idem in Bacchid. 5.115, Vt amantem herilem copem facerem filium. Turpilius Epiclero, Te quidam omniũ iam pater copem cauſa rẽ fecit. Pacuuius Peribœa, O multimodis varie dubium & proſperum copem diem.

Copioſus, copioſa, copioſum, Abundãt. Cicero in Verrem, actione, 2, Vt erat inter eos copioſus, conuiuium comparabat.

Copioſum pretium. Plinius epiſt. 159.2, Poſtea viſum eſt pretium curæ: ipſum. s.c. quærere. inueni tam copioſum & effuſum, vt ille ſuperbiſſimus titulus, modicus atque etiam demiſſus videretur.

Copioſiſſimum ingenium. Plinius epiſt. 179, Illi enim & copioſiſſimum ingenium, & par ingenio materia.

Copioſe aduerbium, Abundãment. Cic. de ſenectute, 54, Quàm copioſe ab eo agricultura laudatur in eo libro qui eſt de tuenda re familiari.

Copior copiaris, copiari, Caſtrenſe verbum eſt, pro copias cogere. Cælius lib. 1, Armis & magno commeatu, ſed præda ingenti copiantur.

COPHINVS cophini, m.g. latine corba, Vng cophin. Iuuenalis, Cum dedit ille locum, cophino, fœnóque relicto. Idem, Cophinus, fœnúmque ſupellex Iudæis.

COPONA coponæ, taberna, inquit Feſt. Pomp. à copijs dicta.

COPVLO copulas, copulare, Ioindre, cõioindre, coupler. Plaut. in Pœnulo, 4. 121, Quid ais tu, quando mecum caput & corpus copulas?

Copulare ſermonem cum aliquo: Deuiſer auec aucun. Plaut. in Pœnulo, 9.42, Quid deinde? AD. ſermonem nobiſcum ibi copulat, ait ſe peregrinum eſſe, huius ignarum oppidi.

Copulor copularis, deponẽs: Idem quod copulo. Copulari cum. Plaut. in Epid. 9.21, Caueſis cũ filia mea hanc copulari, neque conſpicere.

Copulari dextras: Bailler la main lung a lautre: ſoy tenir par les mains. Plaut. in Aulul. 5.38, Et me benignius omnes ſalutant, quàm ſalutabant prius: adeunt, conſiſtunt, copulãtur dexteras: rogitant me vt valeam.

Copula copulæ, Vng couple, id eſt vng lien de quoy on atache les chiens pendãs, ou autre choſe a lier & ioindre a aucun les bras ou les pieds. Plaut. in Epid. 13.11, Nam per vrbem duo defloccati ſenes quæritant me, in manibus geſtant copulas ſecum, ſubueni.

COQVO coquis, coxi, coctum, coquere, Cuyre. Plautus in Aſinaria, 16.86, Non licet manere, cœna coquitur, dum cœnem modo? Idem in Rudente, 10.11, Sed quàm mox coctum eſt prandium?

Coquere, Meurir. Plin. AEgreſcũt ſexagenis diebꝰ ſiti maxime, antequã fici coquãtur autũno.

Coquito coquitas, coquitare. Feſtus Pompeius, Coquitare pro coctitare, id eſt frequenter coquere, Plautus poſuit.

Coquinor coquinaris, coquinari, Faire la cuiſine. Vnde

Coquinatum, pro ad coquendum, legimus apud Plautum in Aulul. 11.5, Nunquid ego vnquam niſi hodie, ad bacchas veni in bacchanal coquinatum?

Coquina coquinæ, f.g. Vne cuiſine. Nonius Marcellus, Culinã veteres, coquinam dixerunt, non vt nunc vulgus putat. Plaut. in Moſtell. Exi è culina. Donatus in primo actu Andriæ, Coquina, medicinæ famulatrix eſt.

Coquinarius, qui cibos coctos vendit, interpretatur Perottus.

Coquinum forum: Le marche, ou la place ou ſe tiennẽt les cuiſiniers. Plau. in Pſeud. 1.1, Forũ coquinum quum vocant, ſtulte vocant: nam non coquinum eſt, verum furinum eſt forum.

Coquus coqui, vel cocus coci, Vng cuyſinier. Plaut. in Pſeud. 13.4, Si ego iuratus peiorem hominem quærerem coquum, non potui, quàm hunc quem duco, ducere.

COR cordis, n.g. Le cueur de toute beſte. Plaut. in Capt. 7.27, Vt adhuc locorum feci, faciam ſedulo, Vt potiſſimum in rem quod recte conducat tuam, id petam, id perſequárque corde & animo atque viribus. Idem in Moſtell. 3.2, Recordatus multum & diu cogitaui, argumentáque multa in pectus inſtitui ego atque in corde meo, ſi quod eſt mihi cor.

Cor meum cœpit artem facere ludicrã: Le cueur ma cõmencé a mouuoir, ou ſauteler. Plaut. in Aulul. 19.3, Non temere eſt quòd coruus cantet mihi nunc ab leua manu, ſimul radebat pedibus terram, & voce crocitabat ſua. continuo meum cor cœpit artem facere ludicram, atque in pectus emicare.

Cordis copia: & Cor ſapientiæ. Plaut. in Epid. 9.3 & 4, Honoris cauſſa, modo homines æquũ fuit ſibi habere ſpeculum, vbi os contemplarent ſuum: ſibi qui perſpicere poſſent cor ſapientiæ, igitur perſpicere vt poſſint cordis copiam &c.

Cordi eſt hoc mihi, Cela me plaict, & eſt aggreable. Terent. in Phorm. 5.3.17, Quia vterque vtrique eſt cordi. Idem in Andria, 2.1.30, Sed ſi id non potes, aut tibi nuptiæ hæ ſunt cordi. P. cordi'c. ſaltem aliquot dies profer, dum proficiſcor aliquò ne videam. Cic. Ideóque eo mihi magis eſt cordi.

Corculum corculi, n.g. Vng petit cueur. Plaut. in Caſina, 8.9, Eo corculum adſudaſſit iã ex metu maſtigiaſ Idem alibi, Meum corculum, meus molliculus caſeus.

Corculum (interprete Feſt. Pomp.) à corde dicebant antiqui ſolertem & acutũ. Plaut. in Caſin. 20.15, Ego ſum liber, meum corculum, melliculum, verculum. Cic. lib. 1. Tuſc. Et Naſica ille prudẽs, bis conſul, corculum appellatus. Plin. lib. 7, Catos, Corculos, apud Romanos cognominatos eſſe refert, qui ſapientia præſtiterunt.

Cordatus homo, Vng homme ſage & de bon cueur ou bon entendement. vng homme cordial.

Cordatè aduerb. Saigement, & de bon cueur, cordialement. Plautus in Pœnulo, 3.3, Sæpe ego res multas tibi mandaui Milphio, dubias, egenas, inopioſas conſilij, quas tu ſapienter docte, & cordate & cate mihi reddidiſti certas. Idem in Milite, 14.95, Atque adeò audin' tu? dicito docte & cordate, vt cor ei ſaliat.

Cordoliũ cordolij, n.g. Vne douleur & triſteſſe de cueur, ennuy. Plautus in Ciſtell. 2.56, At mihi cordolium eſt. Idem in Pœnulo, 4.76, Sed vbi exempla conferuntur meretricum aliarũ, ibi tibi erit cordolium, ſi quam ornatam melius forte aſpexeris.

CORCHORVS corchori, m.g. vel corchoron, n.g. Herba vilis eſt: Du moron. Plin. lib. 25: cap. 13, Anagallida aliqui corchoron vocant. duo eius genera: mas flore phœniceo, fœmina ceruleo: nõ altiores palmo, & frutice tenero, folijs puſillis, rotundis, in terra iacentibus, naſcũtur in hortis & aquoſis. Vnde prouerbium contra eos qui magnis honoribus inhiant, cum ipſi ſint nihil: Corchorus inter olera.

CORALIVM coralij, n.g. lapis rubri coloris. Coural. Plin. lib. 32, cap. 2, Quantum apud nos Indicis margaritis pretium eſt, tantum apud Indos eſt in coralio. nanque iſta, perſuaſione gentiũ conſtant. Gignitur quidẽ & in rubro mari, ſed nigrius. &c. Ouid. lib. 4, Metamorph. Nunc quoque coralijs eadem natura remanſit.

CORALLOCHATES gemma eſt apud Plinium lib. 37. cap. 10.

CORAM præpoſitio, ablatiuo caſui ſeruit. vt Coram ſenatu orationem habui.

Coràm, aduerbium, En preſence.

Coràm præſens. Plautus in Pſeudolo, 20.35, Quid iamſ B. quia tu ipſus coràm præſens præſentem vides.

Coràm ante oculos. Terent. in Eunucho, 4.7.24, Quid tum poſteaſ THR. rogitas, quæ mihi ante oculos amatorem coràm adduxiſti tuumſ

Coràm in os. Terent. in Adel. 2.4.5, O mi AEſchine, ô mi germane: ah, vereor coràm in os te laudare amplius, ne id aſſentandi magis, quàm quod habeam gratum, facere exiſtimes.

Coràm huc. Terent. in And. 5.3.29, Sine me expurgem, atque illum huc coràm adducam.

Coràm, pro hic, hoc loco: interprete Donato. Terent. in Phor. 5.8.21, Fermè eadem omnia quæ tute dudum coràm me incuſaueras.

CORAMBLA coramblæ, herba eſt quæ oculos retundit, & hebetes facit. ideóque dicta. nã κόρα pupillam ſignificat. ἀμβλὺ verò retuſum & hebes. Columella in hortis lib. x.

CORAX coracis, m.g. Id eſt coruus. Cic. lib. 3. de oratore, Quare coracem iſtum veſtrũ patiamur nos quidem pullos ſuos excludere in nido, qui euolent clamatores odioſi ac moleſti?

Coracînus coracîna coracînum, Id eſt coruînum. Plinius, etiam piſcem quendam coracinum appellauit.

CORBIS huius corbis, f.g. & ſecundum Priſcianum, maſc. Vne corbeille ou grand panier faict doſier. Plaut. in Bacch. 15.65, Si id capſo, geritote amicis noſtris aurum corbibus. Cic. pro Sex. Roſcio, Meſſoria ſe corbe contexit.

Corbis dicta, vt inquit Varro, de lingua latina, ab eo, quòd ſpicas, aliúdve quid eò corruebāt.

Corbula corbulæ, f.g. Vne petite corbeille, vt docet Varro de lingua latina. Cato villicum dixit habere oportere corbulas amerinas quatuor. Columella verò ait, Corbulæ decemmodiæ, trimodiæ. Plau. in Aulul. 12.4, Niſi vnum hoc faciam, vt in puteo cœnam coquant, inde coctā ſurſum ſubducemus corbulis.

CORBITA corbitæ, f.g. Feſtus Pomp. Corbitæ dicuntur naues onerariæ, quòd in malo earum ſummo, pro ſigno corbes ſolerent ſuſpendi. Plaut. in Pœn. 7.4, Tardiores multo, quàm corbitæ ſunt in tranquillo mari.

Corbitam dare: Aller lachement, & bellement en beſongne. Plaut. in Pœnulo, 7.40, Obſecro hercle opera hac celôcem mihi, ne corbitam date. Ie vous prie haſtés vous de maider en ceſte affaire, ne trainés point laffaire, ne la faicte point longue. Et paulo poſt, Si quid tu placide, otioſéque agere vis, operam damus.

Corbito corbitas, corbitare, In corbitam immittere. Plaut. in Caſin. 17. 21, Ego noui illas ambas eſtrices, corbitant vbi comeſſe poſſunt: Per tranſlationem dixit, pro Ventrem implent, ſe ſe ad ſummum implent, quaſi nauigium onerent.

CORDVS corda cordum, quod ſerotina fœtura natum eſt: Semences qui viennent apres la ſaiſon ſoit froument ou autres. Vt cordum fœnum autumnale, quod autumno ſecatur. Columella lib. 12. cap. 13, Sunt etiam quædam herbæ, quas appropinquante vindemia cōdire poſſis, vt portulaca, & olus cordum, quod quidam ſatiuū battim vocant. hæ herbæ diligenter purgantur, & ſub vmbra expanduntur. Idem, Aluntur oues commodiſſime autumnali fœno, quod cordū vocatur. Plin. lib. 18. cap. 28, Rurſus rigari defecta oportet, vt ſecetur autumnale fœnum quod vocant cordū. Feſtus Pompeius, Corda frumenta dicta ſunt quæ ſero matureſcunt, vt fœnum cordum.

Cordi agni ſerotini, qui poſt tempus debitum naſcuntur. Plin. lib. 8, Gerunt partum diebus CL. poſtea concepti inualidi: cordos vocant antiqui poſt id tempus natos.

CORGO apud antiquos pro aduerbio, quod eſt profecto, ponebatur. Feſtus Pomp.

CORIA coriorum, ſunt in architectura ſinguli ductus ſtructuræ, qui vno tenore ducūtur aut in alcitudinem, aut in craſſitudinem. noſtri artifices vocant aſſidentias, id eſt aſſietas, Aſſietes, ſoit de pierres ou de bois. Apud Victruuium.

CORIAGO, coriaginis, f.g. morbus eſt quo boues laborant. Columella lib. 7. cap. 13, Eſt & infeſta peſtis bubulo pecori, coriaginem ruſtici appellāt, cum pellis ita tergori adhæret, vt apprehenſa manibus deduci à coſtis non poſſit. ea res non aliter accidit, quàm ſi bos aut ex langore aliquo ad maciē perductus eſt, aut ſudans in opere faciēdo, refrixit, aut ſi ſub onere pluuia madefactus eſt. Græcis echedermia dicitur.

CORIANDRVM coriandri, Coriandre, herbæ genus, de qua Plinius lib. 20. cap. 20. Et Plaut. in Pſeud. 13. 25.

CORIVM corij, n.g. Le cuyr de quelque beſte que ce ſoit, ou la peau.

Corium, etiam hominis pellem vocat Plautus, in Ciſtell. 10. 38, Quod perijt périjt, meúmque corium cum ciſtella.

Corius, maſculino genere dixit Plautus in Pœnulo, 3. 11, Heri in tergo meo tris facile corios contriui bubulos. Idem alibi, Iam tibi tuis meritis craſſus corius redditus eſt. Ex Feſt. Pomp. & Nonio Marc.

Corium terræ, apud Plinium, non tam cutis eius, faciéſque ſumma, quàm tectorium & ſtatumen quoddam craſſius, cui & aliud quoque ſubeſſe poteſt corium.

Coriarius coriarij, m.g. Courayeur.

CORNIX cornicis, f.g. auis, quæ aliarum auium dux eſſe dicitur. Plaut. in Aſin. 6. 12, Picus & cornix eſt ab leua, coruus porrò ab dextera.

Cornicum oculos cōfigere, Id eſt nouo quodā inuento, veterum eruditionem obſcurare, efficeréque vt ſuperiores nihil vidiſſe videantur. Cic. in oratione pro Murena, Poſſet agi lege, necne, pauci quondā ſciebant. faſtos enim vulgo non habebāt. erant enim in magna potentia qui conſulebantur, à quibus etiam dies tanquam à Chaldæis petebantur. Inuentus eſt ſcriba quidam Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit, & ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuerit: & ab ipſis iureconſultis, eorum ſapientiam compilarit. Itaque irati illi, quòd ſunt veriti, ne dierum ratione peruulgata & cognita, ſine ſua opera lege poſſet agi, notas quaſdam compoſuerūt, vt omnibus in rebus ipſi intereſſent. Idem in actione

pro L. Flacco, Hic Hercule cornici oculum, vt dicitur. nam hunc Hermippum hominē eruditum, ciuem ſuum, cui debebat eſſe notiſſimus, percuſſit. Dicitur igitur oculos cornicū configere, qui rem ipſiſſimam acu, quod aiunt, tangat, tantus videlicet artifex, vt non ſolū ſcopum, aut auem, verum & ipſos oculos iaculo feriat. Cornicum oculos configere (vt nō nullis placet) eſt callidos & verſutos homines verſutia & calliditate ſupplantare & eluctari. vt enim clauus clauo truditur, ſic vafritia vafer, & ars eluditur arte. A trompeur, trompeur & demi.

Cornîcor cornicaris, cornicari, More cornîcum garrire. Perſius, Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte.

CORNVS, huius cornus vel corni, f.g. tam quartæ quàm ſecundæ declinationis. Vng cormier. Hæc arbor ramos habet duritie & rigiditate cornibus ſimiles. fructum circa ſolſtitia facit, primo cādidum, poſtea ſanguineum. Virg. lib. IX, Coniecto ſternit iaculo, volat Itala cornus. Id eſt telum ex cornu factum.

Cornum corni, n.g. Le fruict dung cormier, des cormes. Virg. Baccæ, lapidoſáque corna.

Corneus cornea corneum, Qui eſt de cormier. Plautus, Duram ac corneam virgam.

Cornetum corneti, n.g. Locus vbi ſunt frequentes corni. ſicut à pino pinetum.

CORNV indeclinabile, & hoc cornum, & hic cornus ſecundum Priſcianum. Corne. Plinius, Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis. Omnibus ferè caua ſunt cornua, ceruis tantum ſolida, & ſingulis annis decidua. Idem, Quidā efficaciorem ad omnes vſus crudi cornus farinam arbitrantur.

Cornua fluminum, dicūtur flexus, curuitates alueorum, quòd multis in locis ad cornuum ſimilitudinem flectantur.

Cornua antemnarum, ſignificant vtranque partem antemnæ. Virg. Cornua velatarum obuertimus antemnarum.

Cornua, in prælio dicūtur vtraq; pars exercitus: Les deux coſtés de larmee. In exercitu enim eſt dextrum & ſiniſtrum cornu: & quod inter vtrunque eſt, dicitur medium. Terent. in Eunucho, 4.7.5, In medium huc agmen cum vecti Donax: tu Simalio in ſiniſtrū cornu, tu Syriſce in dexterum. Plin. de viris illuſt. Quū collato cum collega ſomnio conueniſſet, vt cuius cornu in acie laboraret, dijs ſe manibus voueret, inclinante ſua parte, ſe & hoſtes per Valerium pontificem dijs manibus deouit.

Cornua obuertere alicui in re ſecunda, Soy tourner contre aucun, & luy eſtre aduerſaire. Plautus in Pſeud. 16.5, Nimiſque ego illum hominem metuo & formido male, ne malus item erga me ſit, vt erga illum fuit: ne in re ſecunda nunc mihi obuertat cornua, ſi occaſionem cœperit.

Cornu, genus eſt tubæ obtortæ, à quo cornicines dicti ſunt. dictum ita, quia quod nūc ex ære eſt, tunc fiebat bubulo cornu. Vne trompette.

Cornucopiæ, indeclinabile. Cum affatim omnia ſupereſſe ſignificamus, copiæ cornu dicimus. Plaut. in Pſeud. 10.5, Nā hæc illa ea cornucopiæ eſt, vbi ineſt quicquid volo. Plinius in præfatione, oſtendit Græcos aliquot hanc inſcriptionem nimis arrogantem ſuis commētarijs impoſuiſſe, tanquam nihil in eis non contineretur, & quiduis inde peti atque accipi poſſit. Alij (inquit) ceras Amaltheas libros ſuos inſcripſerunt, quod eſt copiæ cornu, velut lactis Gallinacei ſperare poſſis in volumine hauſtum. Ouidius, Cornucopiæ dicit id fuiſſe quod Hercules cum Acheloo in ſpeciem tauri mutato congreſſus ei detraxit: hoc Naiades acceptum, & omnium fructuum primitijs refertum, copiæ conſecrarunt. Ouid.

—Achelous rigidum fera dextera cornu Naiades hoc pomis & odoro flore repletum
Dum tenet, infregit, truncáque à vertice vellit. Sacrarunt: diuéſq; meo bona copia cornu eſt.

Cornicen, cornicinis, m.g. qui cornu canit: Qui ſonne de la trompette. Iuuenalis, Quadragintā dedit Gracchus ſeſtertia, dotem Cornici, ſiue hic recto cantauerit ære.

Cornipes cornipedis, o.g. Toute beſte qui ha les pieds de corne, cōme vng cheual, vne chieure, & autres ſemblables. Ouid. lib. 2, Faſt. Cornipedi Fauno cæſa de more capella. Nā Faunus caprinos pedes habere fertur.

Corniculum corniculi, n.g. diminutiuum, Petite corne. Liuius lib. X, ſcribit Papyrium cōſulem equites omnes ob inſignem in bellis operam donaſſe corniculis, armilliſque argenteis, tanquā cornicula ſint inter donatitia ornamenta militaria.

Cornicularius, nomen eſt ordinis in militia, ſicut commentarienſis & accenſus. Docet Aſconius perinde ac cornicularius à corniculo ſic inclinetur, vt à cornu cornicem. nam qui corniculo

militabat, is cornicularius dicebatur.

CORONA coronæ, f. g. Vne couronne & chappeau de fleurs, ou autre choſe. Græci στέφανον vocant. à noſtris olim ſtrophia, à στροφή, quod eſt vertere. Plaut. in Aſin. 13 58, Tum ſi coronas, ſerta, vnguenta iuſſerit ancillam ferre Veneri aut Cupidini. Idem in Aulul. 13. 15, Nunc tuſculũ emi, & haſce coronas floreas. Idem in Caſin. 17. 9, Villicus hic autem cum corona candidè, lautè veſtitus, exornatúſque ambulat.

Corona, Vne aſſemblee de gens qui eſt a lentour daucun. Plinius epiſt. 119. a. lib. v 1, Sedebant iudices centum & octoginta (tot enim quatuor conſilijs conſcribuntur) ingens vtrinque aduocatorum, & numeroſa ſubſellia præſtantium corona, latiſſimum iudicium multiplici circulo ambibat.

Corona, circulus eſt circa lunam.

Corona, pro ſigno cæleſti ponitur, Ariadne Minois filia, quæ cõuerſa eſt à Baccho. Virg. lib. 1, georg. Gnoſiáque ardentis decedat ſtella coronæ. Hæc cancro & leone exoriente óccidit, exoritur cum ſcorpio nonis Octobris, habet ſtellas nouem in rotundo diſpoſitas.

Coronæ ſunt prominentiæ & veluti ſupercilia quædam parietum arcendis ſtillicidijs, inuenta, fabri larmieros appellant & intabulamẽta: ſiue ſtructura, ſiue inteſtino opere cõſtant: quod minutiariam lingua vernacula dicimus: Menuyſerie. Victruuius lib. 2, Summis parietibus ſtructura teſtacea ſub tegula ſubijciatur, altitudine circiter ſeſquipedali, habeátq; proiecturas coronarum. ita vetari poterunt quæ ſolent in ijs fieri vitia.

Corolla corollæ, f. g. Vne petite couronne ou chappeau de fleurs, ou dautres choſes. Plautus in Pſeud. 22. 16, Ibi nec moleſtum, nec ſermonibus morologis vti, vnguenta, atque odores, lemniſcos, corollas dari dapſiles, non enim parce promi. Propertius, Me iuuat externis poſitum languere corollis.

Coronarius coronarij, m. g. vel coronaria coronariæ, f. g. Celuy ou celle qui faict des couronnes ou chappeaux de fleurs ou dautres choſes. Plinius, Factum id eſt ex ingenio Glyceræ coronariæ dilectæ illi.

Coronarius coronaria coronarium, Choſe de quoy on faict couronnes. Vt aurum coronarium apud Ciceronem in oratione de lege agraria contra Rullum, Quod ad quenque peruenit, peruenerit ex præda, ex manubijs, ex auro coronario, quod neque conſumptum in monimento, neque in ærarium relatum ſit, id, ad decemviros referri iubet.

Coronamentũ, coronamenti, n. g. Vne multitude & monceau de couronnes & chappeaux. Plin. Atria quippe coronamentis referta.

Coronamentũ, Fleurs, violettes, & choſes ſemblables a faire couronnes & chappeaux. Plin. In hortis ſeri & coronamenta iuſſit Cato inenarrabili florum maxime ſubtilitate.

Corollariũ corollarij, n. g. Authore Varrone, lib. 1. de lingua latina, ſignificat id quod additũ eſt præterquã quod debitũ, tanquam auctarium quoddã, & id quod ſupra menſuram vel pondus iuſtum adijcitur. A corollis nomen deductum, quòd hæ, cum placuerant actores, in ſcena dari ſolitæ ſint. Ce qui eſt donne dauãtage oultre la iuſte meſure, ſurcrois. Plin. epiſt. 144. c, Ac deinde ſingulos geſtus dominæ cum canticis reddebant: qui nunc exiguiſſima legata theatralis operæ corollarium accipient ab hærede qui non ſpectabat. Cic. in Verrem, act. v, De viuo igitur erat aliquid reſecandum: vt eſſet vnde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur.

Corollaria dicuntur etiam ipſæ coronæ. Suet. in Auguſto, Itaque corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis, ac crebra & grandia de ſuo offerebat. Plinius lib. 21, Paulatim & Romæ ſubrepſit appellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollarijs, poſtquam è lamina ærea, tenui, inaurata, aut inargentata dabantur. Cic. in frumentaria, Noli hos colligere, qui nũmulis corrogatis de nepotum bonis ac de ſcenicorũ corollarijs decimã emerunt. Idem in Verrẽ, act. v 1, Cœnabat apud eum. argentũ illi cæterum purum appoſuerat, ne purus ipſe relinqueretur: duo pocula non magna, verũtamen cum emblematis. hic quaſi feſtiuum acroama, ne ſine corollario de conuiuio diſcederet, ibidem conuiuis inſpectantibus emblemata auellenda curauit.

Cornutus cornuta cornutum. Qui ha des cornes. Plaut. Cornutam beſtiam petis. Id eſt, laceſſis eum qui paratus ſit retaliare iniuriam, quemque non niſi tuo malo prouoces.

CORONIS coronidis, fœm. gen. κορωνίς κορωνίδος, Roſtrũ nauis eſt. Dicitur etiam finis, ſiue extremitas. Martialis, Si nimius videor ſeráque coronide longus Eſſe liber, legito pauca, libellus ero. Idem, Et mage principio grata, coronis erit.

CORPVS corporis, n.g. Vng corps. Non ſolum pro maſſa compacta ex artubus & membris: Seneca, Corpore trũcato caput abeſt: Sed etiam pro ſola carne ponitur. Cicero Gallo, Ego hic cogito commorari quoad me reficiã: nam & vires & corpus amiſi. Martialis vtrãque ſignificationem poſuit, Viuebant laceri membris ſtillantibus artus: Inque omni nuſquam corpore corpus erat.

Corpulentus corpulenta corpulentum: Qui eſt corporu, fourni, en bon point, & gras. Plaut. in Epidico, 2.8, Euge, corpulentior videre, atque agilior. Corpulentũ nos dicimus (inquit Feſt. Pomp.) corporis obeſi hominem.

Corporo, corporas, corporare, eſt, vt inquit Nonius, interficere, & quaſi corpus ſolũ ſine anima relinquere. Ennius in Andromeda, Corpus contemplatur, vnde corporaret vulnere.

Corporatura corporaturæ, f.g. Corpulãce, grandeur, ou ſtature dhomme ou de beſte. Columella lib.7, Habilis enim & modica corporatura pecoris operarij eſſe debet, neruíſque & muſculis robuſta, non adipibus obeſa. Victruuius lib.6, Sed ex cælo roſcidus aer in corpora fundens humorem, efficit ampliores corporaturas.

Corporatio, corporationis, f.g. Idem quod corporatura. Columella lib.7, Cuſtodiendum eſt ne in corporatione vel ſtatura vel viribus impar cum violentiore iungatur.

CORRADO corradis, corraſi, corraſum, corradere, Raſer du tout, oſter. Terent. in Adel. 2.2.34, Minas decẽ córradet alicunde. De quelque part que ce ſoit, il tirera ou emportera dix mines, ou trouuera maniere de tirer dix mines daucun.

Corradere munus. Terent. in Phormione, 1.1.6, Confeci, affero. nam herilem filium eius duxiſſe audio vxorem: ei credo munus hoc corraditur. Ie croy que ceſt pour luy que on amaſſe ceſt argent.

Corraſi omnia: Iay tout vendu, iay tout deſpẽdu, iay tout raſe, Ie ny ay rien laiſſe. Terent. in Heaut. 1.1.89, Nihil relinquo in ædibus. nec vas, nec veſtimẽtum: corraſi omnia. ancillas, ſeruos, niſi eos, qui opere ruſtico faciundo, facile ſumptum exerceant ſuum: omnes produxi ac vendidi: inſcripſi illico ædeis mercede.

CORRIGO corrigis, correxi, correctũ, corrigere, Corriger, redreſſer, amãder quelque faulte. Plin. epiſt. 256, Vtrum ſit vtilius poſt ſumptum, qui factus eſt, quoquomodo conſummare opera vt inchoata ſunt, an quæ videntur emendanda corrigere: quæ tranſferenda tranſferre. Terent. in Adelph. 4.7.23, Illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas.

Corrigere aliquem. Terent. in And. 3.4.17, Corrigere mihi gnatum porro enitere.

Corrigere aliquem ad frugem. Plaut. in Trinummo, 4.60, Quid tu adoleſcentem, quem eſſe corruptum vides, qui tuæ mandatus eſt fidei & fiduciæ, quin eum reſtituis? quin ad frugem corrigis?

Corrigitur. Terent. in And. 3.3.38, Nempe incommoditas denique huc omnis redit: ſi eueniat, quod di prohibeãt, diſceſſio. at ſi corrigitur, quot cõmoditates vide. Si la choſe eſt tournee autrement, ſi elle eſt tournee a bien.

Corrector correctoris, maſ. gen. Correcteur, qui amande quelque faulte. Terent. in Adelphis, 4.7.24, Si illud quod eſt maxime opus, iactu non cadit: illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas. D. corrector. Per ironiam dictum. Quel correcteur: Ceſt bien corrige, Parolle dicte par mocquerie.

CORRIPIO corripis, corripui, correptum, corripere: Empongner, Prendre ſoudainemẽt. Virg. Conſtitit hic, arcúmque manu, celereſque ſagittas Corripuit.

Corripere aliquem in neruum: Mettre legieremẽt les mains ſur aucun, & le mettre en priſon. Plaut. in Rud. 20.34, Vidẽ' me vt rapior? c. video, atque inſpecto lubens. L A. non ſubuenire mihi audes? c. quis homo te rapit? L A. adoleſcens Pleuſidippus. c. vt nactus es, abi bono animo: melius eſt te in neruum corripere.

Corripi dolore aliquo: Eſtre ſurprins, ou ſoudainemẽt prins de maladie. Plin. epiſt. 12.b, Tertio & triceſimo anno (vt ipſum audiebam) pedum dolore correptus eſt.

Corripere ſeſe intrò: Soudainemẽt ſe ietter dedens. Terẽt. in Hecyra, 3.3.5, Qua me propter exanimatum citius eduxi foras. nã modo me intrò vt corripui timidus, alio ſuſpicans morbo me viſurum affectam.

Corripere ſeſe ad aliquem: Sen aller haſtiuement vers aucun. Terent. in Hecyra, 4.1.3, Nã audiſſe vocem pueri viſus eſt vagientis, ita corripuit de repente tacitus ſeſe ad filiam.

Corripere ſe repente, Soy haſter daller vitement. Plautus in Mercatore, 12.76, Vt corripuit

ſe repente, atque abijt: heu miſero mihi.

CORROBORO, corroboras, corroborare, Faire robuſte, fortifier, endurcir aucũ. Suet. in Galba, cap. 6, Veteranum & Tironem militem opere aſſiduo corroborauit. Cic. Caſſio, Manebat enim illud malum vrbanum, & ita corroborabatur quotidie, vt ego quidem & vrbi & otio diffiderem vrbano.

CORRVDA corrudæ, fœm. g. ſylueſtris aſparagus vocatur: Eſparge ſauuage. Cato de re ruſtica, In harundineto corrudam ſerito, vnde aſparagi fiant. Varro de ruſtica, lib. 1, Item olera quæ arida loca ſequuntur, ſic vt vmbroſis locis alta ſeras, & corruda non noceat, quòd ita petit aſparagus. Plinius, Sylueſtres fecerat natura corrudas, nunc altiles ſpectantur aſparagi.

CORRVMPO corrumpis, corrupi, corruptum, corrumpere: Corrompre, gaſter.

Corrupta ſum atque abſumpta: Ie ſuis en grande affliction, ceſt faict de moy. Plautus in Amphitrione, 17.6.

Corrumpor ſitu. Plaut. in Truculento. 19.21, Neque ruri, neque hic operis quicquam facio: corrumpor ſitu, ita miſer cubando in lecto, hic expectando obdurui. Ie ſuis perdu & gaſte de ne rien faire.

Corrumpere ſeipſum: Se perdre, ſaddonner a meſchantete. Plaut. in Merc. 10.1, Tandem impetraui vt egomet me corrumperem: empta eſt amica mihi clam vxore & filio.

Corrumpere animum alicuius. Terent. in Hecyra, 2.2.6, Sed non adeo vt facilitas mea, illorum corrumpat animos.

Corrumpere aliquem ex optimo, Deprauer, & induire a meſchantete vng bon enfant. Plaut. in Moſtellaria, 2.80, Nunc rus abibo: nam eccum herilem filium video corruptum hic ex adoleſcente optimo.

Corrumpere oculos Plaut. in Merc. 9.3, Ne plora, nimium ſtulte facis, oculos corrumpis taleis. Idem in Amph. 6.32, Tace, ne corrumpe oculos, redibo actûtum.

Corrumpuntur piſces. Terent. in Adelphis, 3.3.67, Piſceis ex ſentẽtia nactus ſum: hi ne corrumpantur, cautio eſt.

Corrumpere fonteis. Salluſt. in Iugurtha, Eo tempore Iugurtha per colles ſequi, tempus & locum pugnæ quærere, quà venturum hoſtem audierat, pabulum & aquarum fontes, quorum pœnuria erat, corrumpere.

Corrumpere rem familiarem: Deſpẽdre ſes biens. Salluſt. in Iugurtha, Quæ omnia illis eò firmiora videbantur, quia diuturnitate belli res familiares corruperant, & animo cupienti nihil ſatis feſtinatur. Ibidem, Denique Romani multo ante labore prælijſque fatigati, poſt dies quadraginta quàm eò ventum erat, oppido modo potiti, præda omnis a perfugis corrupta eſt. Ibidem, Poſtquam Cyrenenſes aliquanto poſteriores ſeſe vident, & ob rem corruptã domi pœnas metuunt &c.

Corrũpere aliquid igni, Bruſler quelque choſe. Salluſt. in Iugurtha, Ibíque vino & epulis onerati, illáque & domum & ſemet igni corrũpunt: & quas victi ab hoſtibus pœnas metuerãt, eas ipſi volentes perpẽdere. Ibidem, Sed conſul, vbi ea res bene euenit, ad alia oppida pergit: pauca repugnantibus Numidis capit: plura deſerta, propter Capſenſium miſerias, igni corrumpit: luctu atque cæde omnia complentur.

Corrumpere conſilium. Salluſt. in oratione quam habuit in ſenatu. Si quiſque opes aut patrocinium quærendo, conſilium publicum corruperunt.

Corrumpere opportunitates: Perdre loccaſion & lopportunite. Salluſt. in Catilina, Cethegus ſemper quærebatur de ignauia ſociorum, illos dubitando & dies prolatando magnas opportunitates corrumpere.

Corruptor corruptoris, Qui corrompt, gaſte, & induit a mal aucũ. Plau. in Pœn. 12.21, Quando id, quod iræ operam dedimus, impetrauimus, vt perderemus corruptorem ciuium.

Corruptela; corruptelæ, Choſe qui corrompt & gaſte. Terent. in Adelph. 5.3.7, Eccum adeſt cõmunis corruptela noſtrûm liberûm. Plaut. in Truc. 14.2, Mirum videtur, rure herilem filium Stratacem non rediſſe: niſi ſi clanculum collapſus eſt hic in corruptelam ſuam.

Corruptelæ ſtudere, Se perdre & gaſter. Plaut. in Aſin. 16.17, Is apud ſcortum, corruptelæ & liberis luſtris ſtudet.

CORRVO corruis, corrui, corrutũ, corruere, Cheoir enſemble en terre. Liuius lib. 1, Duo Romani ſuper alium alius, vulneratis tribus Albanis, expirantes corruerunt.

Corruere, Tomber & faillir. Cic. de ſenect. 59, Quibus qui ſplendide vſi ſunt, ij mihi videtur fabulam ætatis peregiſſe. nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe.

CORS cortis. Idem quod Chors. Vide CHORS.

CORTEX corticis, m. & f.g. Leſcorſe darbres, ou la crouſte & dure couuerture de quelque choſe. Virg. lib. 7, Raptus de ſubere cortex. Idem in Buc. Tum phaetontiadas muſco circũdat amaræ Corticis. Varro in Prometheo, Tum viſus ſupernus cortex, aut cacumina moriẽtum in quercu, & arborũ aritudinem. Ouid. lib. 1. metamorph. Sentit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectus.

Corticula corticulæ, diminutiuum, Petite eſcorſe. Columella, Corticulis reſolutis.

CORTINA cortinæ, f.g. multa ſignificat.

Cortinæ ſunt vaſa ex ære vel plumbo, Cõme grandes chauldieres, In quibus pigmenta, colorésque coquuntur, quibus lanæ tinguntur, & vela pinguntur immerſa. Plin. lib. xix, Decimo fermè die liquatis cortina velis, elutriatum mergitur in experimentum. Idem lib. 35, Hoc cum fecere, non apparet in velis, ſed in cortina pingui. mirúmque cum ſit in cortina colos, ex illo alius atque alius fit, in veſte accipientis medicaminis.

Cortinam Seruius accipit pro tripode vel cauerna Apollinis, vnde reſponſa dabãtur. vel quòd Apollinis tripos corio Pythonis ſetpentis tectus ſit, vel certa illic reſponſa fundantur, quaſi certina. Virgilius, Neque te Phœbi cortina fefellit. Vel quia illic cor vatis tenetur. illuc enim raptæ Phœbades vaticinabantur. Cum autẽ hæ cortinæ Apollini Delphico antiquitus dicarentur, alio nomine Delphicæ ſunt nũcupatæ. Plin. lib. 34, Ex ære factitauere & cortinas tripodum, nomine Delphicas, quoniam donis maxime Apollinis Delphici donabantur.

Cortina dicta eſt (inquit Varro libr. 3.) quod eſt inter terram & cœlum: à ſimilitudine cortinæ Apollinis.

Cortinam plumbeam Cato accipit pro vaſe quò oleum fluit, vbi oleum in torcularío factores premunt. Cortinam (inquit) plumbeam in lacum ponito, quò oleum fluat.

Cortinæ dicuntur aulæa & vela ad locum contegendum, Courtines.

Cortina apud Plautum in Pœnulo 19.12, Pro vaſe à nonnullis accipitur. Súntque qui verba Plauti ad ſeruituti mancipatos homines referant, qui turpes humillima etiã exercebãt officia. Ait enim Plautus, Ita replebo atritate, vt atrior multo ſiet, quàm AEgyptij, aut qui cortinam ludis per circum ferunt.

Cortina, Locus velatus in theatro, ex quo egrediuntur recitatores & mimi. Virgilius, Magni cortina theatri.

Cortinale huius cortinalis, n.g. Locus in quo ſunt cortinæ, hoc eſt vaſa quibus ſapa decoquitur. Columella lib. 1, Cortinale vel defrutum fiat, nec anguſtum nec obſcurum ſit, vt ſine incommodo miniſter, qui ſapam decoquit, verſari poſſit.

CORVS cori, m.g. Ventus (vt inquit Plinius lib. 2. cap. 47.) ab occaſu ſolſtitiali flans: Zephyron & Argeſten vocant. Iuuenalis, Atque habites coro ſemper tollendus & auſtro.

Corus, aliâs caurus dicitur. Virg. Semper hyems, ſemper ſpirantes frigore cauri.

Corus menſuræ genus, & vox eſt Hebraica, quæ medimnos Atticos vnum & quadraginta capit: vt Ioſephus lib. 3. antiquitatum inquit.

CORVSCO coruſcas, coruſcare, Eſclairer. & dicitur de fulgetra de leſclair du ciel, Reſpendir. Virg. lib. 2, Stat ferri acies mucrone coruſco Stricta. Ibidem, Vix poſitũ caſtris ſimulachrũ, arſere coruſcæ Luminibus flammæ arrectis.

Coruſcare, Vibrare. Virg. Talia vociferans ſequitur, ſtrictúmque coruſcat Mucronem.

Coruſcare, Criſpare. Virg. Tum ſyluis ſcena coruſcis.

CORVVS corui, m.g. Vng oyſeau nomme corbeau. Plaut. in Aſin. 6. 12, Picus & cornix eſt ab leua, coruus porrò ab dextera conſuadent. κόραξ Græcis dicitur. quo verbo aliquando Latini vtuntur Cic. Quare coracem iſtum veſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere in nido, qui euolent clamatores odioſi ac moleſti.

CORYLVS coryli, f.g. arbor & fructus. Vng coudre, ou les noiſettes & auelaines qui croiſſent ſur vng coudre. Virg. lib. 2. georg. Plantis eduræ coryli naſcuntur. Idem, Hic inter corylos, modo nanque gemellos, Spem gregis, ah, ſilice in nuda connixa reliquit.

CORYMBVS corymbi, m.g. Le fruict du lierre. Vuæ hæderarum quibus coronabatur Bacchus. Tibullus, Sed varij flores, & frons redimita corymbis.

Corymbifer corymbiferi, m.g. qui fert corymbos ſiue hæderã. Ouid. Feſta corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.

CORYTHVS corythi, m.g. Vng quercois a mettre fleiches, ou mattras, ou autres traicts. Virg. Paruulus ex humero chorytus & aureus arcus, Pẽdentéſq; ſonãt aurata lynce pharetræ.

COS cotis, f.g. Vide CAVTES.

COSMITTERE antiqui dicebant pro committere, teſte Feſto Pompeio.

COSMETA coſmetæ, cõm.g. Ornator ſiue ornatrix dicitur, ancilla ſeruiens dominæ ad ornatum. Iuuenalis, Ponunt coſmetæ tunicas.

COSSVS coſſi, m.g. Vne maniere de ver qui ſengendre ou bois pourri. coſſon dicitur. Apud Phryges & in Ponto pro delicatiſſimis cibis ſumitur. Plin. lib. 17, Luxuria coſſos domorũ delicatiores adhibere in cibis.

Coſſes, nominatiuus pluralis apud Pliniũ legitur, lib. 30, cap. 13, Coſſes, qui in lignis naſcuntur, ſanant vlcera omnia.

Coſſi (inquit Feſt. Pomp.) ab antiquis dicebantur natura rugoſi corporis homines, à ſimilitudine vermium ligno editorum, qui coſſi appellantur. Vnde & Coſſutiorum familia apud Romanos dicta eſt.

COSTA coſtæ, f.g. Vne cõſte du corps. Plaut. in Pſeud. 4.4, Non poteſt vſura vſurpari, neq; homines magis aſinos vnquam vidi, ita plagis coſtæ callent, quos dum ferias, tibi plus noceas. Virg. Et pedibus ſubigit terram, fricat arbore coſtas.

COTANA vel coctana, pluralis tantum numeri, Genus eſt paruæ ficus: à Cotone vrbe Syriæ. Martialis, Paruáque cum canis venerunt cotana prunis. Plin. lib. 13, Syria in ficorũ genere habet caricas, & minores eius generis, quæ cotana vocant.

COTHVRNVS cothurni, m.g. Tragica calciamẽta, quibus calciãtur tragœdi, qui in theateo dicturi ſunt alta voce. Eſt autem calciamenti genus humile in modum crepidarum, ſed tale vt dextro & leuo pedi conueniat.

Cothurnus, calceamentum ſubleuatum ſubere: Pantoufle, quo mulieres grandiores appareãt. Iuuenal. Si breue parui Sortita eſt lateris ſpatiũ, breuiórque videtur Virgine pygmæa nullis adiuta cothurnis.

Cothurnus, altum dicendi genus. Virg. Alta Sophoclæo tua carmina digna cothurno.

Cothurnatus cothurnata cothurnatum. Mart. Grande cothurnati pone Maronis opus.

COTICVLA coticulæ, diminutiuum eſt à caute vel cote, licet non ſeruet ſignificatum primitiui. non enim eſt parua cos, ſed lapis quo fit auri vel argẽti experimentũ. Vne petite pierre a eſprouuer lor, nommee vne touche. Plin. lib. 33. cap. 8, Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant: quondam non ſolitus inueniri niſi in flumine Tmolo, vt author eſt Theophraſtus. nũc verò paſſim: quem alij Heraclium, alij Lydium vocant. ſunt autem modici, quaternas vncias longitudinis, binaſque latitudinis non excedentes.

COTONEVM cotonei, n.g. Vne ſorte de pomme, nõmee, pomme de coing. Quod Cydonium dicitur. de quo Plin. lib. 15. cap. 26.

COTTABVS cottabi, m.g. Le ſon que rend le coup, quant on frappe ſur aucun. Fictitium nomen eſt. Plaut. in Trinummo, 14.4, Caueſis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepẽt. Garde toy du fouet.

COTVLA cotulæ, ſiue cotyla cotylæ, Italica vox, qua & Græci vſi ſunt. Vne meſure, contenãt la moitie dung ſeptier de quelque liqueur. Hemina aliâs dicitur, Vne mine.

COTVRNIX coturnicis, f.g. Vne quaille. Plaut. in Aſin. 12.76, Dic igitur me tuũ paſſerculum, gallinam, coturnicem, agnellum. Idem in Capt. 19.6, Nam vbi illò adueni, quaſi patritijs pueris, aut monedulæ, aut anates, aut coturnices dantur quiſcum luſitent.

COXA coxæ, f g. La cuiſſe, ou los de la cuiſſe, la hanche. Plin in epiſt. Hũc dum ſequitur, colligitque per leue & lubricum pauimentum, fallente veſtigio cécidit, coxámque fregit, quæ parum apte collocata, reluctante ætate, male coijt, Celſus libr. 4, Coxis proxima ſunt genua. De oſſe dixit.

Coxendix coxendicis, f.g. Idem Varro de re ruſtica, Lata fronte, naribus ſimis, lato pectore, craſſis coxendicibus. Plaut. in Bacchid. 23.37, Tactus ſum vehemẽter viſco: cor ſtimulo foditur. N. pol tibi multo æquius eſt coxendicem. Plin. lib. 25, Coxendicibus & articulis omnibus cum axungia vtiliſſima. Cato incantamentum docet ad ſanandas coxendices luxas. Suet. de Auguſto, Coxendice & femore & crure ſiniſtro non perinde valebat, vt ſæpe etiam inde claudicaret.

C R

CRABRO crabronis, m.g. Froilon. Inſecti genus, affine veſpis, pertinaciſſimũ, aculeóque peſtilentiſſimo. Vne ſorte de groſſe mouche, ſemblable a mouche gueppes, & fort venimeuſes. Plin. lib 11. cap. 21, Veſpæ in ſublimi è luto nidos faciunt, & in ijs ceras: Crabrones in cauer-

nis ac ſub terra. Et paulo poſt, Ictus crabronum haud temere ſine febri eſt. Authores ſunt, ter nouenis punctis interfici hominem.

Irritare crabrones. Plaut. in Amph. 8.73, At pol quin certa res hāc eſt obiurgare, quæ me hodie aduenientem domum noluerit ſalutare. s. irritabis crabrones. Id dictum eſt à Poeta in mulierum ingeniū, quibus iratis ſi repugnes, magis prouoces, neque ſine tuo malo diſcedas.

CRACENTES, obſoletum prograciles, apud Enniū, Succincti gladijs, media regione cracentes. Feſtus Pompeius.

CRAMBE crambes, fœminini gen. Plin. lib. 20. cap. 9, Inter braſſicæ ſpecies, tertio loco refert & cramben.

CRAPVLA crapulæ, f. g. Græce κραιπάλη, ſiue lucta capitis. omnis noxa à vino facta, à Græcis κραιπάλη nominatur: vt inquit Galenus in quinto Aphoriſ. Hippocratis. Gourmandiſe, yurongnerie telle que la teſte en ſoit troublee.

Crapulam exhalare, Vomir & reietter par la bouche ce que on a trop beu. Cicero in Verrem, actione 5, Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiam Aproniani conuiuij crapulam exhalaſſent.

Crapulam edormiſcere: Dormir ſon vin, iuſques a tant que la fumee du vin que on a beu ſoit paſſee, & la viande digeree. Plaut. in Rud. 14.28, Sed quid ego hic aſto infelix vuidus, quin abeo hinc in Veneris phanum, vt edormiſcam hanc crapulam, quam potaui præter animi quàm libuit ſentētiam. quaſi vinis Græcis Neptunus nobis ſuffudit mare. Cic. Philip. 2. Edormi crapulam inquam & exhala.

CRAS aduerbium, Demain. Plaut. in Aulul. 6.29, Quæ cras veniet, perendie foras feratur ſoror. Terent. in Adelph. 2.1.50, Vbi me dixero dare tanti, teſtes faciet illico vendidiſſe me. de argento ſomnium, mox cras redi. Idem in Eunucho, 2.3.46, Scin' quid ego te volebam? dic: cras eſt mihi iudicium. Cic. Attico, lib. 12, Scies igitur fortaſſe cras, ſummum perendie. Ibidem, lib. 14, Lentulus Spinther hodie apud me, cras mane vadit.

Craſtinus craſtina craſtinum, Le iour de demain. Plau. in Menæh. 4.60, Mihi, tibi, atque illi iubebo iam apparari prandium, inde vſque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus.

Craſtinus, Quelque iour que ce ſoit apres le lendemain. Virgilius, Si verò ſolem ad rapidum lunáſque ſequentes Ordine reſpicies, nunquam te craſtina fallet Hora, nec inſidijs noctis capiere ſerenæ.

Craſtino, aduerbium, idem quod cras. Gellius, Si dominus meſſiū ad amicos reiecit, craſtino ſeges non metetur.

CRASSVS craſſa craſſum, Gras, gros, ou peſant.

Craſſus homo: Qui eſt gras. Terent. in Hecyra, 2.4.26, At nō noui hominis faciē. PAM. at faciam vt noueris: magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius.

Craſſus pro ſtulto & hebeti, inquit Nonius Marc. Varro, Sexageſi. Senibus craſſis humuli nō vidimus quid faciat.

Craſſæ compedes: Entraues ou ceps peſans. Plau. in Pſeud. 20.71, Suram vbi aſpicias, ſcias eū poſſe gerere craſſas compedes.

Craſſum infortunium: Vne grande mal auenture. Plaut. in Rudent. 19.52, Quid eſt quod caueam? LO. hehem à craſſo infortunio.

Craſſi poſtes: Poutres eſpeſſes, & groſſes. Plau. in Moſtellaria, 10.34, Age ſpecta poſtes quoiuſmodi, quanta firmitate facti, & quāta craſſitudine. Craſſiſſima buxus in Corſica, inquit Plinius lib. 16. cap. 16.

Craſſamentum craſſamēti, n. g. Groſſeur, ou eſpeſſeur. Gellius, Surculi erāt duo teretes, oblonguli, pari craſſamento, eiuſdem longitudinis, derafi atque ornati ſimiles.

Craſſamen tum vini fœculenti dixit Columella.

Craſſamen craſſaminis, n. g. Eſpeſſeur. Columella lib. vltimo, Semper requieta aqua craſſamen aliquod in imo reperitur.

Craſſeſco craſſeſcis, craſſeſcere, Deuenir gros & gras, fourni & eſpes. Columella lib. 1x, de turturibus, Nec quia tritico, vel alijs frumentis minus craſſeſcant, verum quòd ſemine eius maxime delectantur. Plin. lib. 1, Qui neque in nebulam denſetur, nec craſſeſcat.

CRASSIVENIVM craſſiuenij, n. g. Vne ſorte darbre. A venarum craſſitudine dictum. Plin. lib. 16, cap. 15, E viliori genere craſſiuenium vocatur.

CRATER crateris, m. g. in accuſatiuo, craterem vel cratera. Et cratera crateræ, f. g. ἀπὸ τοῦ κρατῆρ, quod eſt tenere, capere, vel potius miſcere. Vaiſſeau a mettre huyle, ou vin, cōme pour-

roient eſtre godets ou taſſes. Virg. in Buc. Crateréſque duos ſtatuã tibi pinguis oliui. Idem, AEneid. lib. v 1, Fuſo crateres oliuo. Idem lib. 1, Crateras magnos ſtatuũt, & vina coronãt.

Crater in monte AEtna appellatus eſt foramẽ per quod ignis euomitur. Ouid. Et pronos curſus medio cratere recepit.

Crater in fontibus dicitur receptaculum, quod & labrum dicitur. Le baſſin dune fontaine, auquel leaue de la fontaine chet, & de la par petites fontaines de cuyure ou tuyaux de plomb coulle.

Cratera crateræ, iuxta Nonium à cratere differt, quòd hic, ſit olei vas, illa vini. Vne taſſe a verſer vin. Virg. Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant. Feſtus tamẽ Pompeius, craterem dicit eſſe vas vini.

CRATERRA craterræ, f. g. Nonius dicit eſſe id quod nunc vocamus ſitulãm: Vng ſeau, ou ſeille, dedens laquelle on met de leaue. Nouius Lycurgo, Nam vt ludere lætanteis inter ſe vidimus præter amnem craterris ſumere aquam ex ponte. Varro de vita populi Romani, lib. 3, Ad ſibaritanam prædam, in qua ſunt tripodes, craterræ, anaucea, populo nobilium Tarentinarum. Cic. de deorum natura, lib. 2, In medióque ſinu fulgens craterra relucet.

CRATES huius cratis, f. g. Vne claie ſoit doſſiere ou de verges de fer. Plaut. in Pœn. 16.62, Quid ait? aut quid orat? expedi. M. ſub cratim vt iubeas ſeſe ſupponi, atque eo lapides imponi multos, vt ſeſe neces.

Craticula craticulæ, diminutiuum, Vng gril de fer, ſur quoy on roſtit poiſſon ou chair.

Cratio cratis cratire, Cratibus operire, Couurir de claies quelques terres, ou autre choſe. Plinius lib. 18, Vtiliſſimũ ſimul & herbæ arare, deinde cratire, ſerere florẽ ex fœnilibus atque ex præſepibus fœno dilapſum ſpargere, priuſquam cratiantur.

CRAMBE crambes, f. g. Plin. lib. 20. cap. 9, Inter braſſicæ ſpecies tertio loco refer & cramben. Vne ſorte de chous, qui ont les fueilles menues. Tertia eſt (inquit) proprie appellata crambe, tenuioribus foliis, & ſimplicibus, denſiſſimiſque, amarior, ſed efficaciſſima. Cato criſpam maxime probat, deinde leuem, grandibus foliis, caule magno.

Crambe repetita, apud Iuuenalẽ, ſatyra ſeptima, Declamare doces, O ferrea pectora Vecti, Cũ perimit ſæuos claſſis numeroſa tyrannos, Nam quæcunque ſedẽs modo legerat, hæc eadem ſtans Proferet, atque eadem cãtabit verſibus iiſdem. Occîdit miſeros crambe repetita magiſtros. Cramben repetitam appellat declamationem maximo cum tædio iterum atque iterum audiendam.

CREBER crebra crebrum. Souuenteſſois, ou beaucop enſemble.

Crebri decidêre. Plaut. in Pœnulo, 6.36, Vt quenque viſco offenderant, tam crebri ad terram decidebãt quàm pyra. Ils cheoient auſſi dru en terre, ou autant a la fois, que poires du poirier. Idem in Amph. 4.81, Crebri hoſtes cadunt, noſtri cõtrà ingruũt. Il en chet beaucop a la fois. Idem in Trinũmo, 14.4, Caue ſis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepẽt. Garde que coup a coup, ou coup ſur coup ne ſonnent ſur toy, ou que tu ne recoiue force coups.

Crebro ſalicto oppletus locus: Vng lieu ou il ya force ſauſaie plantee. Plaut. in Aulul. 22.9, Syluani lucus extra murum eſt auius, crebro ſalicto oppletus.

Crebra diluuia: Deluges deaues qui aduiennent ſouuenteſſois. Plin. epiſt. 170.a, Nũ iſtic quoque immite & turbidum cælum? hic aſſiduæ tempeſtates & crebra diluuia.

Crebro aduerbium, Souuenteſſois, ſouuent. Plaut. in Trucul. 14.10, Heus tu, iam poſtquam in vrbem crebro conuenio, hic factus iam ſum cauillator probus. Idem in Amphit. 3.128, Verſari crebro hic quum viderent me domi. Terentius in Heaut. 1.2.32, Paulo qui eſt homo tolerabilis, ſcortari crebro nolunt, nolunt crebro conuiuarier. Cic. de ſenectute, 41. Delectabatur crebro funali & tibicine.

Crebreſco crebreſcis, crebrui, crebreſcere. Crebreſcit fragor, De plus en plus vng ſon eſclant ſe oit. Plin. epiſt. 147. d, Ille non tollere oculos, nõ remittere ſtylum, ſed obfirmare animũ, auribúſque prætendere, tum crebreſcere fragor, aduentare etiam, &c.

CREDO credis, credidi, creditum, credere, Croire.

Credo cum infinitiuo. Plaut. in Truc. 10.61, Viginti minis vænire illæc poſſe credo dona, quæ ei dono dedi. Idem in Aulul. 3.39, Credo aurum inſpicere vult, ne ſurreptum ſiet.

Credo affuturum eſſe. Terent. in Eunucho, 4.61, Credo equidem illum iam affuturum eſſe, vt vt illam à me eripiat. Ie croy quil ſera icy a ceſte heure.

Credo fore dum. Plaut. in Aſin. 9.58, Credam fore, dum quidem ipſe in manu habeo.

Credo credere. Terent. in And. 5.4.45, Omnes nos gaudere hoc, Chreme, te credo credere.

Credo miſericors eſt: nunc propterea quòd me meus herus fecit vt vigilem, hic pugnis faciet hodie vt dormiam. Plaut. in Amph. 4.143.

Credere, Penſer & eſtimer en ſoymeſme. Terent. in Eunucho, 2.2.14, Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via. Idem in Adelph. 4.5.58, Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos? Idem in And. 4.4.48, Non te credas Dauum ludere.

Credo, ironice dictum. Terent. in Eunucho, 5.2.23, Abi hinc inſana. P. quid ita verò? debeam credo iſti quicquam furcifero, ſi id fecerim. Ie croy vrayement quil penſe que ie ſoye bien tenu a luy de ce faire.

Credere alicui, Croire au faict ou dict daucun. Plautus in Bacchid. 4.6, Venire tu me gaudes: ego credo tibi.

Age nunc belua, credis huic quod dicat? P. Quid iſti credã? res ipſa indicat. Viens ca beſte que tu es, luy crois tu de ce quil dit? P. Aquoy faire luy croiroye ie? leffect le monſtre. Terentius in Eunucho, 4.4.38.

Credóne tibi hoc nunc peperiſſe hanc è Pamphilo? Mais penſes tu que ie te croye, de dire que lenfant que ceſte cy a enfante, ceſt de Pamphilus? D. Quid credas? quaſi non tibi renuntiata ſint hæc ſic fore. Pourquoy le croirois tu? qui eſt ce qui ty cõtraint? quaſi quil ne teuſt pas eſte renonce. Terent. in And. 3.2.17.

Credere ſe alicui, Soy fier a aucun, Soy commettre en la garde daucun. Plaut. in Trinũmo, 4.75, Illum qui mandauit, extũrbaſti ex ædibus? ædepol mandatũ pulchre, & curatum probe. Crede huic tute, iam ſuam melius rem geſſerit. Fie toy en luy vne autre fois. Dictum per ironiã.

Credere ſe Neptuno, Oſer aller, ou ſe mettre ſur mer. Plaut. in Rud. 13.2, Qui homo hominem ſeſe miſerum & mendicum volet, Neptuno credat ſeſe, atque ætatem ſuam. Credere ſe cælo: Soy mettre en lair & voler. Virg. Sexto AEneid. Dædalus, vt fama eſt, fugiens Minoia regna, Præpetibus pennis auſus ſe credere cælo.

Credũt ſe gramina in nouos ſoles, Les verdures ſe iettent hors de terre, ou prin tẽps. Virg. lib. 2. georg. Parturit almus ager Zephyríque tepentibus auris Laxant arua ſinus, ſuperat tener ombibus humor, Inque nouos ſoles audent ſe gramina tuto Credere.

Credere aliquid alicui: Dire quelque choſe a aucun, en aſſeurãce & ſe fiant quil le tiendra ſecret. Plau. in Trin. 4.79, Subigis maledictis me tuis Megaronides nouo modo, adeò vt quod meæ concreditum ſit taciturnitati clàm, fidei & fiduciæ, ne enũtiarem cuiquam, neu facerẽ palàm, vt mihi neceſſe ſit iam id tibi concredere. M. mihi quod crediderís ſumes vbi poſueris. Et paulo poſt, Nummorũ Philippêum ad tria milia. id ſolus ſolũ per amicitiam & fidem flens me obſecrauit, ſuo ne gnato crederem, néve cuiquam, vnde ad eum id poſſet permaneſcere. Il ma plus que prie que ie nen die rien a ſon fils. Terent. in Adelphis, 4.5.6, Quandoquidem hoc nunquam mihi ipſe voluit credere. Idem in Heaut. 1.1.104, Tu illũ nunquam oſtendiſti quanti pẽderes: Nec tibi ille eſt credere auſus quæ eſt æquũ patri. Il ne ta rien oſe dire de ſon ſecret.

Credere ſuum animum alicui & vitam: Mettre toute ſon affection & amour en aucũ, & ſe mettre en ſa ſauuegarde. Terent. in And. 1.5.37, Egóne iſtuc conari queam? ego propter me illam decipi miſeram ſinam, quæ mihi ſuum animum atque omnem vitam credidit?

Credere argentum alicui: Bailler argent engarde a aucun. Plaut. in Perſa, 12.26, Id tibi ſuccenſui, quia te negabas credere argentum mihi. Idem in Aſin. 9.88, Nunquam hodie induces, vt tibi credam hoc argentum ignoto.

Credere argentũ alicui, Accroire, Preſter argẽt a aucun. Plaut. in Pſeud. 7.91, Quid nũc agetis? nam hinc quidem à me non poteſt argentum auferri, qui præſertim ſenſerim: ne quiſquã credat nummum iam edicã omnibus. Idem in Rud. 14.23, Verum interim tibi ego nunquam hodie quicquam credã, niſi accepto pignore. Ie ne te preſteray rien ſans auoir gaige.

Credere ceræ aliquid: Eſcrire quelque choſe en de la cire. Plaut. in Perſa, 15.62, Poſtquam recitaſti quod erat ceræ creditum, iam mihi credis.

Credere ſua conſilia alicui: Dire ſon conſeil a aucun, & ſen fier a luy, quil ne le reuellera point a aucun. Terent. in Eunucho, 3.1.12, Rex te ergo in oculis. T. ſcilicet. G. geſtire. T. verũ credere omnem exercitũ, cõſilia. Ibidem, 1.2.48, Mea conſilia vt tibi credam omnia. Idem in Adelph. 5 4.19, Me fugitant, illi credunt conſilia omnia.

Credere exercitum alicui, Commettre, bailler la charge dune armee a aucun. Terent. in Eunucho, 3.2.12, Rex te ergo in oculis. T. ſcilicet. G. geſtire. T. verum credere omnẽ exercitũ.

Credere facinus aliquod timido pectori: Bailler la charge de quelque affaire a vng couart. Plaut. in Pſeud. 8.4. Neque quicquam eſt quod dubitem, neque quod timeam aggredi: ita

meo conditum eſt in pectore conſilium. nam ea ſtultitia eſt, facinus magnum timido cordi credere. Ceſt folie de craindre a celuy qui entreprent quelque cas.

Credere fidei alicuius: Se fier en la foy daucun. Plaut. in Amph. 4. 237, Dicito quiduis, nõ nocebo. s. tuæ fidei credõ. m. meæ. s. quid ſi falles. m. tum Mercurius Soſiæ iratus ſiet. Me oſeroye ie bien fier en ta foy? Idem in Caſina, 25. 28? Nõ irata es? c l. nõ ſum irata. s. tuæ fidei credo. c l. meæ. Ie te croy. c l. croy moy, il eſt ainſi. Terentius in Eunucho, 5. 2. 59, Hunc tu in ædeis cogitas recipere poſthac? t. cur non? p. Crede hoc meæ fidei, dabit hic aliquam pugnã denuo. Croys moy ſur ma foy. Soies tout aſſeuré, attends toy de cela a moy.

Credere aurum fidei alicuius: Bailler de lor en garde a aucun, en ſon aſſeurãce. Plautus in Aulularia, 18. 8, Tuæ fidei credidi aurum.

Credes illi male. Plaut. in Curc. 9. 20, Ibi ſunt qui dant, quique accipiunt fœnore. Pone ædem Caſtoris, ibi ſunt quibus credas male. Il ne faict pas bon leur preſter aucune choſe.

Credere mutuitanti, Preſter a celuy qui emprunte. Plaut. in Merc. 3. 52, Cõclamitare tota vrbe: & prædicare, omnes tenerent mutuitanti credere.

Credere verba alicui. Dire ſon ſecret a aucun. Terent. in Phor. 1. 2. 11, Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris, verere ei verba credere?

Credo: in reſponſione. Terent. in Eunucho, 2. 2. 41, Nunquidnam hic quod nolis vides? p. te. g. credo. at nunquid aliud? Ie le croy bien. Idem in And. 5. 1. 21, At verò vultu, cũ ibi me adeſſe neuter tum præſenſerat. s. Credo. & id facturas, Dauus dudum prædixit mihi.

Satis credo. Terentius in Andria, 4. 1. 49, Nam ſatis credo, ſi aduigilaueris, ex vnis geminas mihi conficies nuptias. Idem in Eunucho, 5. 9. 21, Gaudeo. c. ſatis credo, nihil eſt Thaide tua dignius quod ametur.

Creduis, vel creduas pro credas, frequens apud Plautum, vt in Amph. 8. 38, Nũquam ædepol tu mihi diuino quid creduis poſt hunc diem. Idem alibi, Ipſus nec amat, nec tu creduas.

Creditur impersonale. Plaut. in Sticho. 9. 5, Satis abs te accipiam, niſi videam mihi te amicum eſſe Antipho. nũc quia te amicum mihi experior eſſe, creditur tibi. Ie te croy, ie me fie en toy.

Creditur: On te le preſte. Plaut. in Perſa, 9. 19, Habe animum bonum, creditur, commodabo: ſequere hac ſis, argẽtum hic eſt quod me dudum rogaſti. Idem in Curc. 15. 3, Nã male creditur qui nunquam reddunt, ſed prorſus perit.

Creditur mihi apud illum: Iay credit enuers ceſtuy la. Plaut. in Menæh. 15. 25, Neque domi, neque apud amicam mihi iam quicquam creditur. Iay perdu mon credit enuers mamie.

Creditum eſt. Terent. in Adelph. 3. 4. 28, Venit ipſus vltro lachrumans, orans, obſecrãs, fidẽ dans, iurans ſe illam ducturũ domum. ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt. On luy a creu.

Creditor creditoris, Celuy a qui il eſt deu aucune choſe, pour quelque choſe que ce ſoit. Caius de verborum ſignificatione, Creditorũ appellatione, non ij tantum accipiuntur, qui pecuniã crediderunt, ſed omnes quibus ex qualibet cauſſa debetur, ſicuti ex empto, vel ex locato, vel ex alio vllo contractu debetur.

Credibilis, & hoc credibile, Choſe facile a croyre, creable. Plaut. in Pœnulo, 19. 50, Credibile ecaſtor dicit: crede huic mi pater. Plin. epiſt. 122, lib. 7, Patiar ergo æſtatem inquietem nobis exercitámque tranſcurrere: & hyeme demum cũ credibile erit, noctibus ſaltẽ vacare te poſſe.

Credulus credula credulum, Qui croit de legier. Cic. de amicitia 82, Hæc etiam in fabulis ſtultiſſima perſona eſt, improuidorum & credulorum ſenum. Virg. in Buc. Ego non credulus illis.

CREMASTERES, Nerui, à quibus teſtes dependent. Columella lib. 6, cap. 26, Priuſquã ferrum admoueas, duabus anguſtis lineis regulis (veluti forcipibus) apprehendere teſtium neruos, quos Græci κρεμαστῆρας ab eo appellant, quòd ex illis genitales partes dependent.

CREMOR cremôris, m. g. Lac expreſſum ex grano aqua macerato. Cato de re ruſtica, cap. 86, Vbi coctum erit, lacte addat paulatim, vſque adeo donec cremor craſſus factus erit.

CREMO cremas, cremare, Bruſler. Plin. de viris Illuſt. 3, Qui libri, quia leueis quaſdam ſacrorum cauſſas continebant, ex authoritate patrum cremati ſunt.

CREO creas, creare, Creer, de rien en faire quelque choſe.

Creare ærumnas. Plaut. in Milite, 3. 33, Venter creat omnes has ærumnas, auribus peraudiẽda eſt, ne dentes dentiant. Mon ventre me faict auoir ceſte miſere & peine.

Creare cõmoditates. Plaut. in Pœnulo, 14. 95, Proba materia eſt, ſi probum adhibes fabrum. m. potin' vt taceas? s. taceo atque abeo. m. mihi commoditates creas. Tu me fais grand plaiſir. Barbare, tu facis mihi magnum placitum quod tu abis.

Creare conſules: Eſlire, & faire des conſuls. Plinius in paneg. 95, Ita verò quæ ciuitas quin-

quies atque etiam ſexies conſules vidit, non illos qui expirante iam libertate per vim ac tumultum creabantur, ſed quibus ſepoſitis & abſentibus, in rura ſua conſulatus ferebantur.

Creare fraudem. Plaut. in Milite, 6.23, Tuis nunc cruribus, capitique fraudem capitalē hinc creas tibi iam vt pereas.

Creare lites: Suſciter & eſmouuoir noiſes. Plaut. in Pœnulo, 8.9, Hodie doctiores nō ſunt qui lites creant, quàm hi ſunt, qui ſi nihil eſt litium, lites ſerunt.

Creare periculum: Mettre en dāger. Cic. in oratione ad populum & equites, Illud ab vniuerſis poſtulo, peróque, ſi dum in ciuitate manere licitum eſt, nemini iniuſte periculum creaui, nemini innocenti fui calamitati, &c.

Creare voluptatem inimicis. Plaut. in Caſina, 9.3, Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim: & præter operam, reſtim ſumpti fecerim, & meis inimicis voluptatem creauerim. Ie les feray bien ioyeulx.

Creator creatoris, Qui faict choſe qui na point encore eſte faicte.

Creator vrbis Romæ Romulus, Qui a eſte premier fondateur de la ville de Romme. Cic. pro L. Cornelio Balbo, Illud verò ſine vlla dubitatione maxime noſtrum fundauit imperiū, & populi Romani nomen auxit, quòd princeps ille creator huius vrbis Romulus, fœdere Sabino docuit, etiam hoſtibus recipiendis augeri hanc ciuitatem oportere.

CREPA crepæ, capra antiquis dicebatur, teſte Feſto Pompeio.

CREPIDA crepidæ, fœm. gen. & Crepis crepidis, teſte Seruio, Thuſcum calciamentum, quod corrigijs ligabatur. Comme ſont pantoufles a femmes. Perſius, Non hic qui in crepidis Graiorum ludere geſtit. Catullus, Vt poſſit crepidas lingere coprotinas. Vel cerpotinas. Horat. in Serm. Chryſippus dicat ſapiens crepidas ſibi nunquam Aut ſoleas fecit.

Crepidatus crepidata crepidatum, Qui ha chauſſe des pantoufles. Cic. in L. Piſonem, Imperator amiſſorum oppidorum, cæſarum legionum, prouinciæ præſidio, & reliquis militibus orbatæ, ad ſempiternum dedecus ſui generis & nominis indicia cōſtituit: inde nocte intempeſta crepidatus veſte ſeruili nauem conſcendit. Et paulopoſt, Quo metu commoti Dyrrhachini, profugiſſe noctu crepidatum imperatorem indicauerunt.

Crepidula crepidulæ, diminutiuum. Gellius lib. 13, Crepidas & crepidulas id genus calciamenti appellarunt, quod Græci κρηπῖδας vocāt. Et paulò ſuprà, Omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantū in fine teguntur, cætera prope nuda, & teretibus habenis iuncta ſunt, ſoleas dixerunt, nōnunquam voce græca, crepidulas. Quidam hoc nomen à crepitu, hoc eſt à ſono, quem ambulando reddunt, dicunt appellatum.

CREPIDO crepidinis, f. g. Le bort de leaue, La chauſſee, Le riuage contre lequel leaue frappe & bruit. Cic. in Verrem, act. 7, Prò dij immortales, pyraticus Myoparo cum imperium populi Romani, nomē ac faces eſſent Syracuſis, vſque ad forum, & ad omnes vrbis crepidines acceſſit, quo neque Carthaginenſium glorioſiſſimæ claſſes, cum mari plurimum poterāt, multis bellis ſæpe conatæ, vnquam aſpirare potuerunt. Columella lib. 9, Præcatiuntur in gyrū moles: ſic enim maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur, & in tranquillo conſiſtens piſcis, ſedibus ſuis non exturbatur.

Crepido, Le bort ou la gueulle dung puis.

Crepido, abrupti ſaxi altitudo etiam dicitur. Virg. lib. x, Forte ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi Expoſitis ſtabat ſcalis, & ponte parato.

CREPO crepas, crepui, crepitū, crepare, Faire vng ſon, bruyre. Plaut. in Menæh. 20.27, Dic mihi, en vnquam inteſtina tibi crepant quod ſentias? MEN. vbi ſatur ſum, nulla crepitāt: quādo eſurio crepant. Ouid. Et crepat ad medios laurus aduſta focos.

Crepuit foris: Lhuys a faict vng bruit. Plaut. in Amphit. 5.34, Orationem comprimā, crepuit foris. Idem in Pœnulo, 8.33, Hæ fores fecerunt magnum flagitium modo. AD. quid flagitij eſt? c. crepuerunt clare. Terent. in Adel. 2.3.11, Sed quidnā foris crepuit? Idem in Eunucho, 5.8.5, Sed fores crepuere ab ea, perij.

Crepare: Eſtre dolent, ſoy complaindre. Horat. lib. 1. Carm. Quis poſt vina grauem militiā aut pauperiem crepat? Lucretius, lib. 2, Et crepat antiquum genus, vt pietate repletū. Nauoir autre choſe en la bouche, ne parler dautre choſe.

Crepare, Eſtre rompu. Virg. Et acuto murice remi Obnixi crepuere.

Crepare, cum accuſatiuo, ſignificat idem quod loqui, prædicare. Horatius, Sulcos & vineta crepat mera, præparat vlmos. Idem, Si quid Stertinius veri crepat.

Crepito crepitas, crepitare, Faire ſon, comme font cloches, cymbales, & autres telles choſes.

Crepitare dentibus, Craquer des dens. Plaut. in Rud. 13. 52, Quid ſi aliquò ad ludos me pro manduca locem? L. quapropter? c. quia pol clare crepito dentibus.

Crepitat mihi venter: Le ventre me bruyt de fain. Plaut. in Amph. 15. 12, Nam vt video, expectat Amphitruo, & vacuus mihi venter crepitat.

Crepitus, crepitus, crepitui, m. g. Bruit, vng ſon aigre & retondiſſant. Plaut. in Amph. 7. 11, Nã vbi parturit, deos inuocat, Strepitus, crepitus, ſonitus, tonitrus, vt ſubito, vt propere, vt tonuit valide. vbi quiſque inſtiterat, cóncidit crepitu.

Crepit⁹ foriũ. Plau. in Curc. 4. 1, Placide egredere, & ſonitũ prohibe foriũ, & crepitũ cardinũ.

Crepitus polentarius. Plaut. in Curc. 7. 16, Ego eos, ſi offendero, ex vnoquoque eorum eijciã crepitum polentarium.

CREPICVLVM crepiculi, Ornamentum capitis. id enim in capitis motu crepitũ facit. Feſtus Pompeius.

CREPERVS crepera creperũ, Anceps & dubium, Choſe doubteuſe, inquit Feſt. Põp. & Nonius Marcellus, vt creperũ bellũ. Lucretius, lib. v, Exæquatáque ſunt creperi certamina belli. Accius Phœniſſis, Quæ ego cũcta eſſe fluxa in mea re crepera comperi. Idem Telepho, Nũc tu in re crepera tua quid capias cõſilij vide. Lucilius lib. v. ſatyr. Sanute ſoli mihi in magno mœrore triſtitia, in ſummo crepera iuuentus ſalutis. Pacuuius Duloreſte, Nõ vetet animum ægritudinem in re crepera confici. Varro Myſterijs, Priſca horrida ſilent oracula crepera in nemoribus. Non Marc.

CREPVSCVLVM crepuſculi, Extremũ diei tempus, inquit Feſt. Pomp. La fin ou cõmẽcement du iour, ou quel on ne ſcet ſil eſt nuyt ou iour, Entre chien & loup. Plin. Oriente ſole aut occidẽte matutini veſpertiniue cognominari, prout alterutris eorum mane vel crepuſculo contingit. Columella lib. 7, Iuxta conſeptum ſaxis & canalibus ſal ſuperiectus, ad quem ſaturæ pabulo libenter recurrunt, cũ paſtorali ſigno quaſi receptui canitur. nam id quoque ſemper crepuſculo fieri debet, vt ad ſonum buccinæ pecus ſi quod in ſyluis ſubſtiterit, ſepta repetere conſueſcant. Lucanus, Longa repercuſſo nituere crepuſcula phœbo.

Crepuſculo primo: Des le fin matin, que on voit encore bien peu cler. Plaut. in Caſina, 2. 39, Is ſeruus (ſed ab hinc annos factus eſt ſedecim) cum conſpicatus eſt primo crepuſculo puellam exponi, ad.t extemplo ad mulierem.

CREPVNDIA crepundiorum, n. g. p. n. Reculæ pueris ludendi gratia datæ, vt enſiculi, equulei, imagunculæ, puppæ, tintinnabula: Petites choſes que on baille aux enfans pour ſeſbatre, comme poupees, pirouettes, images, & autres choſes ſemblables Plau. in Ciſtell. 8. 5, Meũ animum ego inducam tamen vt illud quod tuam in rem bene conducat conſulem. nam hic crepũdia inſunt, quibuſcũ te illa olim ad me detulit. Ibidem 10. 76, Eloquere vnde hæc ſunt tibi cito crepundia.

Crepundia quæ ſint, his verbis declarat Plautus in Rud. 24. 110, Gripe, animum aduorte, ac tace. P. ſunt crepundia. D. ecca video. G. perij in primo prælio. D. mane: ne oſtenderis. qua facie ſunt? reſponde ordine. P. enſiculus eſt aureolus primum literatus. D. dice dum, in eo enſiculo literarũ quid eſt? P. mei nomẽ patris. Pòſt, altrinſecus eſt ſecuricula ancipes, itẽ aurea literata: ibi matris nomẽ in ſecuricula eſt. Et paulo poſt, Pòſt eſt ſicula argẽteola, & duæ connexæ maniculæ, & ſucula. Et paulopoſt, Et bulla aurea eſt &c.

CRESCO creſcis, creui, cretum, creſcere, Croiſtre. Plaut. in Mercatore, 19. 29, Da mihi benignius operam: nulla dari mihi poterit melius: par eſt ætas, vnâ creuimus, pares ætate habemus viros.

Creſcere: Saugmenter. Iuuenalis, Creſcit amor nũmi, quantũ ipſa pecunia creſcit. Terẽt. in prologo Heaut. 28, Date creſcendi copiam nouarum, qui ſpectandi faciunt copiã ſine vitijs.

Creſcere hæreditate. Cic. Attico, lib. x 1, Galeonis hæreditate creui.

Cretio cretionis, Augmẽtation. Cic. Attico, lib. x 1, Galeonis hæreditate creui. duco enim cretionem fuiſſe ſimplicem, quoniam ad me nulla miſſa eſt.

CRETA cretæ, De la croie. Vide Plinium lib. 35. cap. 17.

Creta aſiatica. Cic. pro L. Flacco, Hæc quæ eſt à nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa aſiatica, quæ ferè eſt omnibus nota nobis, qua vtuntur omnes, non modo in publicis, ſed etiam in priuatis literis, quas quotidie videmus mitti à publicanis ſæpe vnicuique noſtrum.

Cretula cretulæ, diminutiuum. Cic. in Verrem, act. v 1, Cum Valentio eius interprete epiſtola Agrigenti allata eſſet, caſu ſignum iſte animaduertit in cretula: placuit ei: exquiſiuit vnde eſſet epiſtola.

Cretæus cretæa cretæum, Qui eſt faict de croie. Ouid. Strataque cretæam belua ſtrauit humũ.

Cretatus cretata cretatum, Qui eſt blanc de croie. Plin. lib. 35. cap. 8, Hoc eſt inſigne venalitijs gregibus, opprobriumque inſolẽtis fortunæ, qua & nos adeò potiri rerum vidimus, vt prætoria quoque ornamenta decerni à ſenatu iubente Agrippina Cl. Cæſaris viderimus libertis: tãtúmque non cum laureatis faſcibus remitti illò, vnde cretatis pedibus aduenifſent.

Cretatis pedibus homines intelligit Plinius venales, qui ex ſummis diuitijs in paupertatẽ redacti eſſent. Idem lib. 35. cap. 17, Eſt & viliſſima creta, qua circũ præducere ad victoriæ notam, pedeſque venalium trans mare aduectorum denotare inſtituerũt maiores. Iuuenalis in eandem ſententiam dixit, Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.

CRIBRVM cribri, n.g. Vng crible, a cribler le ble, ou autre choſe, & le nettoyer. Plautus in Rud. 4. 14, Villam integundam intelligo totam mihi: nam nunc pellucet ea, quàm cribrum crebrius. Idem in Pſeud. 3. 100, Non pluris refert, quàm ſi imbrem in cribrum geras.

Cribro cribras, cribare, Cribler froument ou autre choſe: & le purger.

Cribrarius cribraria cribrarium, Choſe appartenantes a cribles. Plin. lib. 18, Item cribraria, quæ ſimili modo in tertio remanſit cribro.

CRIMEN criminis, n.g. Faulte que aucun a faict. Ouid. in epiſt. Si non ſapiẽter amaui, Crimine te potui demeruiſſe meo.

Crimen, pro criminatione: Ce que on met a ſur a aucũ auoir faict, Accuſation. Cic. Hæredita tẽ mihi negaſti obuenifſe, vtinã hoc tuum verũ crimen eſſet. Idem in Verrẽ, act. v, Iudices ex hoc vno crimine Scandiliano omnia ſimul intelligere potuiſtis. primum hoc non eſſe Romæ natum. de ſocietate Decumarum, non ab accuſatore fictum, non vt ſolemus interdũ in defenſionibus dicere, crimen domeſticum ac vernaculum.

Crimen, Contention, noyſe, debat. Virg. Diſijce compoſitam pacem, ſere crimina belli.

Criminoſus, criminoſa, criminoſum, Cas de crime, duquel on peult eſtre accuſe & reprins. Columella lib. 1, Criminoſum tamen ſenatori fuit ſupra quinquaginta iugera poſſediſſe.

Criminor criminaris, criminari, Accuſer aucun. Plaut. in Bacch. 17. 13, Omnia reſciui ſcelera ex Mneſilocho tua. c. mẽ' criminatus eſt? Terent. in Eunucho, 5. 2. 16, Vnam hanc noxiã mitto ſi aliam vnquam vllam admiſero, occidito. T. num meã ſæuitiam veritus es? C. non. T. quid igitur? C. hanc metui ne me criminaretur tibi.

Criminat, pro criminatur, apud Ennium ſatyr. lib. 3, Nam is non bene vult tibi qui falſo criminat apud te.

CRINIS huius crinis, m. vel f. g. Cheueul de la teſte de lhomme. A diſcretione dicti crines, inquit Feſtus, ἀπὸ τοῦ κρίνειν. Virg. lib. 4. AEneid. Et crines flauos. Plaut. in Moſtell. Secũdum morem cenſeo, & capiundas crines tibi. Non. Marc.

Crinio crinis, criniui, crinitum, crinire, Qui deuient cheuelu, a qui les cheueulx viennent. Vnde crinitus crinita crinitum, Qui eſt cheuelu, ou qui ha longs cheueulx.

CRINON, à Græcis dicitur lilij genus, aliâs Cynorhodon, & eſt rubri coloris.

CRISPVS criſpa, criſpum, Qui ha les cheueulx creſpus. Plaut. in Capt. 11. 117, Macilento ore, naſo acuto, corpore albo, & oculis nigris, ſubruffus aliquantum, criſpus, cincinnatus. Idem in Truc. 6. 32, Iam ego iſtos fictos, compoſitos, criſpos, cinnos tuos vnguẽtatos vſque ex cerebro expellam. Terent. in Hecyra, 3. 4. 26, Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius.

CRISTA criſtæ, f. g. Vne creſte de coq, ou autre beſte. Toutes choſes faictes en ſorte de creſte, comme plumars que on met ſur les heaulmes.

Criſta, eſt etiam herbæ ſpecies: de qua Plinius lib. 27. cap. 5, Alectorolophos, quæ apud nos criſta dicitur, folia habet ſimilia gallinacei criſtæ, plura, caulem tenuem, & ſemen nigrum in ſiliquis.

CROCALLIS huius crocallis, f. g. gẽma, quæ ceraſum, vel, vt alij legunt, ceram repræſentat, vt inquit Plinius lib. 37. cap. 10.

CROCINVM crocini, n. g. genus vnguẽti: oleum eius eſt ex croco, de quo Plinius lib. 13. cap. 1, Vnguẽtis cognomina dedere alijs patriæ, alijs ſucci, alijs arbores, alijs cauſſæ. primúmque id ſcire conuenit, mutata authoritate, ad peius tranſiſſe gloriam. Laudatiſſimum fuit antiquitus in Delo inſula: poſtea Medenſium. Crocinum in ſolis Ciliciæ diu maxime laudatum. Propertius, Et crocino nares mureus vngat onyx.

CROCIO crocis, crociui, crocitum, crocire, dicitur coruus.

Crocito crocitas, crocitare, frequentatiuum. Plaut. in Aulul. 19. 2, Non temere eſt quòd coruus cantet mihi nunc ab leua manu, ſimul radebat pedibus terram, & voce crocitabat ſua.

Crocitum propriam coruorum vocem veteres eſſe voluerunt, inquit Nonius.

Crocatio crocationis, f.g. coruorum vocis appellatio. Feſt. Pomp.

CROCOTVLA crocotulæ, f.g. genus veſtis, à croco dictæ. Plaut. in Epid. 5.48, Induſiatã, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

Crocotularius crocotularij, Qui teinct veſtement en iaune. Plaut. in Aulul. 15.49, Iam hoſce abſolutos cenſeas, quum incedunt infectores crocotularij.

CROCODILVS crocodili, m.g. Vne beſte nommee crocodile. Dictus, vt nonnulli volũt, quòd crocum fugiat, ac eius odorem refugiat. Vide Plinium, lib. 8. cap. 25.

CROCVM croci, n.g. vel crocus croci, vt grammaticis placet. Safran. Plaut. in Curcul. 3.6, Tu crocum & caſia es. Virg. lib. 4. geor. Et glaucas ſalicis, caſſiámque, crocúmque rubentẽ.

CROCVTA crocutæ, f.g. Fera naſcens in AEthiopia. de qua Plinius lib. 8. cap. 30.

CROLLA plectilis, detractione literæ, pro corolla, parua corona, apud Plautũ in Bacc. 1.37.

CROTALVM crotali, n.g. græce κρόταλον, crepitaculum, inſtrumentũ muſicũ quo AEgyptij in deorũ ceremonijs vtebãtur. Pulſantur autẽ laminis quibuſdã crotala, ex ære rotundis, ſeu orbiculis ſonũ ex colliſione reddẽtibus: à pulſatione dicta. κρότος enim, latine plauſus: & κροτεῖν pulſare atque percutere. Cic. in Piſonẽ, Quod mihi certamen eſſet huiuſmodi: cum C. Mario ſcilicet: aut cũ aliquo pari: aut cũ altero barbato Epicureo: cũ altero Catilinæ laternario: quos neque Hercule ego, neque ſuperciliũ tuũ, neq; collegæ tui cymbala ac crotala fugi.

Crotalum, alij dicunt eſſe annulũ æreum, qui ferreo baculo percutiebatur ad ſonũ fiſtulæ reddendum. Virg. de Copa, Criſpum ſub crotalo docta mouere latus.

Crotalia appellari margaritas quaſdã reſonantes, docet Plin. lib. 1x. cap. 35, quarũ ſono gaudebant apud Græcos. Subeunt (inquit) luxuriæ eius nomina & tædia exquiſita perditiore portatu: ſiquidem cum id fecere, crotalia appellant, ceu ſono quoque gaudeant, & colliſu ipſo margaritarum.

CRVDVS cruda crudum, Fres, ou nouuellement faict, comme encore ſanglant. Vt crudum vulnus, Playe freſchement faicte. Plin. epiſt. 111. c. lib. 5, Vt enim crudum adhuc vulnus, medentium manus reformidat, deinde patitur, atque vltro requirit: ſic recens animi dolor conſolationes reijcit ac fefugit, mox deſyderat, & clementer admotis acquieſcit.

Crudum, Choſe crue, qui neſt point cuyte. vt cruda caro.

Cruda poma, Fruicts qui ne ſont point encore meurs, & ſont aigres. Cic. de ſenectute, 55, Senes autem ſic, vt ſua ſponte, nulla adhibita vi, cõſumptus ignis extinguitur, & quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi auelluntur: ſi matura & cocta, decidunt: ſic vitam adoleſcẽtibus vis aufert, ſenibus maturitas.

Crudi cibi, Viandes en leſtomac qui ne ſont point digereés. Iuuenalis, Et crudum pauonem in balnea portas.

Crudus homo: Qui ha mauuais eſtomac, qui ne digere point bien les viandes. Quintilianus crudo oratori declamandũ non putat. Cic. Quòd in cœnã nõ veniret, quòd eſſet crudior.

Cruditas cruditatis, f.g. Male digeſtion. Cic. de ſenect. 40, Etiã ſumma laus ſenectutis eſt, quòd ea voluptates nullas magnopere deſyderat. At caret epulis, extructiſque menſis, & frequentibus poculis. caret ergo vinolẽtia & cruditate & inſomnijs. Columella lib. 7, Cruditatis ſigna ſunt, crebri ructus, ac ventris ſonitus, faſtidia cibi.

CRVDARIA crudariæ: argẽti vena quæ in ſummo reperta eſt: inquit Plinius lib. 33. cap. 6.

CRVMENA, crumenæ, f.g. Vne gibbeciere, ou bource a mettre argent. à κρεμάω ſuſpẽdo, quòd plerũque ſuſpenſa geſtetur. Plaut. in Aſin. 12.67, Hic pone, hic iſtam colloca crumenã in collo plane. Idem in Perſa, 18.3, Quid ei nummi ſciſtis? Crumenam hanc emere aut facere, vt remigret domum. Idem in Epid. 8.24, Ipſe meo in collo tuus pater crumenã collocauit. Idem in Truculento, 13.5, Homo crumenã ſibi de collo detraxit: minas viginti dat: accipio lubens. condo in crumenam.

CRVOR, cruoris, m.g. Le ſang qui degoutte de quelque plaie.

Cruentus cruenta cruentum, Qui eſt ſanglant, & plein de ſang. vt cruenta victoria, Vne victoire, en laquelle beaucop de ſang a eſte eſpandu. Salluſt. Cauete ne inulti animam amittatis, neu capti potius ſicut pecora trucidemini, quàm virorum more pugnantes cruẽtam atque luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis.

Cruentus, Cruel. vt cruenta vox, cruenta oratio.

Crudelis, & hoc crudele, Cruel, ſans miſericorde, terrible. Cic. pro Deiotaro, Crudelis Caſtor, ne dicã ſceleratũ & impiũ: qui nepos auum in diſcrimẽ capitis adduxerit: adoleſcẽtiæq; ſuæ terro-

rem intulerit ei, cuius ſenectutem tueri, & tegere debebat.

CRVS cruris, n.g. La iambe.

Cruricrepidæ, à Plauto dicuntur, quibus crura crepuerunt ferro. In Trinummo, 14.13.

Cruſculum, diminutiuum, à crure, inquit Feſtus. Vne petite iambe. Martialis, Pectus cicadæ, cruſculúmque formicæ.

CRVSTA cruſtæ, f.g. ſignificat fragmentum tenue lapidis, aut ligni, aut vitri, aut gelu, aut alterius huiuſmodi. Morceau de pierre, voyarre & de telles autres choſes. Virg. lib. 3. georg. Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Plin. Lithoſtrata cœpere iam ſub Sylla paruulis certe cruſtis.

CRVSTA, Vne crouſte, ou vng renduit de pieces de marbre ou autre choſe que on faict par deſſus les parois. Plin. Cruſtas parietum exciſas, tabulis marginatis incluſas eſſe.

Cruſta, nonnunquam pro cruſto ponitur. Varro de lingua latina, Cruſtulum à cruſta pultis.

Cruſtula cruſtulæ, diminutiuum. Apuleius, Paruas marmoreas cruſtulas parieti adiungens.

Iuuenalis, Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſeruo.

Cruſto cruſtas cruſtare, Enduyre de pieces de marbre, ou dautre choſe, vne paroy.

Cruſtati parietes, Parois renduittes de pieces de marbres, comme on renduit maintenant de chaulx & ſablon: Secabãtur enim marmora in laminas, & parieti apponebãtur. Primũ, Romæ (vt ſcribit Plinius libr. 36. cap. 6,) Parietes cruſta marmoris operuiſſe totius domus ſuæ in Cælio monte Cornelius Nepos tradit Mamurcum Formijs natum, equitem Romanum, præfectum fabrorum C. Cæſaris in Gallia.

Cruſtata vaſa, quæ vitreis cruſtis tecta ſunt.

Cruſtarius cruſtarij, m.g. Qui renduit & couure de pieces de marbre les parois. Plin. Habuit & Teucer cruſtarius famam.

CRVSTVM cruſti, n.g. Vng morceau de pain, ou autre viande. Virg. Et violare manu, maliſque audacibus orbem, Fatalis cruſti. Idem, Patulis nec parcere quadris Fatalis cruſti.

Cruſtulũ cruſtuli, n.g. diminutiuũ. Petit morceau. Plau. in Sticho, 14.19, Hoc cõuiuium eſt pro opibus noſtris, ſatis cõmodule nucibus, fabulis, ficulis, olea interrupto lupillo, cõminuto cruſtulo ſat eſt ſeruo homini. Horat. Vt cruſtula blandi Doctores elemẽta velint vt diſcere prima. Varro de lingua latina, Cruſtulum à cruſta pultis: eo quòd vt corũ exuritur cruſta dicta.

CRVSTVMINA pyra ſunt, quę ex parte rubẽtia putãtur. De quibus Plin. lib. 15. cap. 15.

CRVX crucis, f.g. Vne croix ou gibbet, a quoy on attache les malfaicteurs & condamnés a mort. Plau. in Aſin. 11.4, Aduerſum ſtimulos, laminas, crucéſq; cõpedéſq;. Idem in Amph. 14.17, Ita ego te certò cruce & cruciatu mactabo. Idem in Curc. 15.15, Collum obſtringe, abduce iſtum in malam crucem. Terent. in And. 3.5.15, Quid meritus es? D. crucem.

Cruci dare aliquem: Pendre aucun au gibbet. Plau. in Milite, 5.28, Niſi quidem illa nos vult, qui ſerui ſumus, propter ſuum amorem omnes crucibus contubernaleis dari.

Crux, Toute choſe qui tormẽte aucun, & baille ennuy & moleſte. Terent. in Eunuch. 2.3.91, An id flagitium eſt, ſi in domum meretriciã deducar: & illis crucibus, quæ nos, noſtrámque adoleſcentiam habent deſpicatam &c.

Crucio crucias, cruciare, Pendre en la croix: ou affliger, tormenter. Plaut. in Merc. 19.25, Malabilis cruciat me atque exagitat. Idem in Bacch. 8.89, Vidén' vt ægre patitur gnatũ eſſe corruptum tuũ, ſuũ ſodalem? vt ipſus ſe cruciat ægritudine? Terent. in Eunucho, 2.3.92, Quæ nos ſemper omnibus cruciãt modis. Idem in Heaut. 5.5.1, Enimuero, Chremes nimis grauiter cruciat adoleſcentulum, nimiſque inhumane.

Cruciat cor meum facinus illud, Cela me griefue le cueur. Plaut. in Milite, 10.23, Atque hoc me facinus, miſerum macerat, meúmque cor, corpúſque cruciat.

Ne crucia te obſecro, anime mi, Phædria: Ne te melancholie point, ne te donne point de maul temps, ne te chagrine point. Terent. in Eunucho, 1.2.15.

Crucior bolum tantũ mihi ereptum tam ſubito è faucibus. Ie ſuis grieuement marri: ie me debas. Terent. in Heaut. 4.2.6.

Crucians cruciantis, o.g. Qui tormente, vexe, & afflige. Plaut. in Capt. 13.45, Qui præbẽt populo piſces fœtidos, qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti canterio.

Cruciabilitas cruciabilitatis, f.g. Torment, affliction. Plaut. in Ciſtell. 5.3, Qui omnes homines ſupero, atque antideo cruciabilitatibus.

CRYPTA cryptæ, f.g. Locus abditus & concameratus: Vng lieu cache en terre & voulté, cõme vne caue. Iuuenalis, Et ſolitus mediæ cryptam penetrare ſuburræ.

Cryptoporticus cryptoportici, Occulta & latens porticus. Plin. epiſt. 41. g, Teporem ſolis infuſi

repercuſſu cryptoporticus auget: quæ vt tenet ſolem, ſic aquilonem inhibet &c. Eſt ſubterranea porticus, cum amplis feneſtris, quibus refrigerandi gratia per æſtatem vtimur. Poteſt etiam dici porticus vndique ſepta & quaſi ſepimento parietum abſcondita, tanquã ſubterranea. Idem Plin. in epiſt. Subeſt cryptoporticus ſubterraneæ ſimilis, æſtate incluſo frigore riget, contentáque aere ſuo, nec diſyderat auras, nec admittit.

CRYSTALLVS cryſtalli, maſ. g. vel Cryſtallum neutro genere, Cryſtal. ex κρύος, quod eſt gelu, & στέλλω contraho. ita vt gelu concretũ, cryſtallum dicatur. Plin. lib. 37. cap. 2, Cõtraria huic cauſſa cryſtallum facit, gelu vehementiore concreto.

Cryſtallinus cryſtallina cryſtallinũ, Qui eſt de cryſtal. Plin. lib. 37. cap. 2, Inuenio medicos, quæ ſunt vrenda corporũ, non aliter vtilius id fieri putare, quàm cryſtallina pyra, aduerſis appoſita ſolis radijs. Mart. Frangere dũ metuis cryſtallina frangere, peccas. Iuuenalis, Grandia tolluntur eryſtallina, maxima rurſus Murrhina, deinde Adamas notiſſimus & Beronices.

C T

CTENES, ſunt quatuor dentes medij, qui in prima digeſtione terunt cibum.

C V

CVBITVS cubiti, m. g. Le coude. Plaut. in Caſina, 20. 23, Pectus mihi agit nunc cubito.

Idem in Sticho, 5. 13, Cubitis depulſa de via, tranquillam viam tranquilla.

Cubitus cubiti, vel cubitum, cubiti, Vne coudee, de pied & demi, ceſt adire de vingtquatre doibts. Plinius lib. 7, Inuenimus in monumẽtis Salaminæ Cautimenos filium in tria cubita triennio accreuiſſe.

Cubitalis & hoc cubitale, Choſe dune coudee.

Cubitale, ſubſtantiuum pro ornamento cubiti. Horat. in Serm. Ponas inſignia morbi, Faſciolas, cubitale, focalia.

CVBO cubas, cubui, cubitum, cubare, Eſtre en cõuche, comme vne accouchee. Plaut. in Truc. 9. 22, Nunc prius præcauero ſciens, cúmque ornatu, vt grauida, quaſi puerperio cubem.

Cubare, Eſtre au lict malade. Horatius, Cubat hic in Valle Quirini. Id eſt ægrotat. Idem, Trans Tyberim longe cubat is, prope Cæſaris ortos. Cic. lib. 2. Tuſc. Itaque narrabat eũ grauiter & copioſe de ipſo nihil eſſe bonum, niſi quod honeſtum eſſet, cubantem diſputaſſe.

Cubare in morbo. Plaut. in Caſin. 2. 36, Eſt ei quidã ſeruus qui in morbo cubat, imò hercle verò in lecto, ne quid mentiar.

Cubare, Eſtre couché. Plaut. in Aſin. 16. 73, At etiam cubat cuculus, ſurge amator, i domum.

Cubare cum aliquo: Eſtre couche auec aucun. Plaut. in Amph. 3. 112, Et meus pater nũc intus hic cum illa cubat. Ibidem, 8. 100, Imò mecum cœnauiſti, & mecum cubuiſti.

Cubare in lecto. Plaut. in Caſina, 2. 36, In morbo cubat, imò hercle verò in lecto, ne quid mẽtiar. Idem in Milite, 8. 58, Quid, domi's c. in lecto cubat.

Cubare in carcere. Plaut. in Rud 13. 14, Vtinam cum in ædeis meas te adduxi primulum, in carcere illo potius cubuiſſem die.

Primus cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat villicus. Quil ſoit le premier leue, & le dernier couche. Cato de re ruſtica, cap. v.

Cubito cubitas, cubitare: frequentatiuum. Plaut. in Pſeud. 20. 72, Quid ais? túne etiam cubitare ſolitus es in cunis puer? Auois tu accouſtume de ſouuent coucher? Cic. pro Cælio, Et propter nocturnos quoſdam manes metu, tecum ſemper puſio cum maiore ſorore cubitauit.

Cubatus cubatus cubatui, m, g. Couuement. Plin. Si in cubatu tonuerit, oua pereũt. Si elle couuant ſes oeufs &c.

Cubile, cubiculis, n. g. Le lict ou on couche.

Cubile ſalutatorium dicitur, in quo ſimulachra deorũ imponi ſolent: quod & lararium alio nomine dicitur.

Cubile, dicitur etiam de ſtructura. Plin. lib. 36, Ea maxima moles fuit, nec ſedit in cubili. Elle neſtoit point poſee en ſa place. Vtitur hac voce Victruuius lib. 2.

Cubiculum, cubiculi, n. g. Chambre & lieu ou eſt dreſſe le lict ou on couche. Terent. in Adel. 4. 5. 60, Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos? & illam ſine tua opera in cubiculum iri deductum domum?

Cubicularius, Vng ſeruiteur ou varlet de chambre. Cic. Hunc veſtri ianitores, hunc cubicularij diligunt. Idem Attico lib. 6, Aditus autem ad me minime prouinciales, nihil per cubicularium, ante lucem inambulabam domi, vt olim candidatus.

Cubicularis & hoc cubiculare, Choſe de quoy on ſe ſert en chambre. Vt veſtis cubicularis. Et lectus cubicularis legitur apud Ciceronem lib. 5. Tuſc.

Cubitor bos apud Columellam lib. 7, Qui a tous coups ſe couche en terre, de mauuaiſtie.

CVBVS cubi, figura eſt ex omni latere quadrata, quales ſunt teſſeræ, quibus in alueolo ludi-tur, ex quo ipſæ appellatæ cubi.

CVCVBO cucubas, cucubare: propriũ eſt vocis noctuæ: Ceſt la voix dung hibou. Ouid. No-ctua lucifuga cucubat in tenebris.

CVCVLVS vel cucullus, m.g. Vng oyſeau, nõme coquou. Mart. Quãuis per plures cuculus cantauerit annos. Horat. in Serm. Cui ſæpe viator Ceſſiſſet, magna compellãs voce cucullũ.

Cucullum, Maritũ vocat mulier apud Plautũ, qui cũ alienis vxoribus dormiebat: quòd cucul-lus auis, cũ tempus ſuæ partitudinis appetit, nidum auiculæ, cui curruca nomẽ eſt, animad-uertit, in eiúſque nido, excluſis illius ouis, oua ſua enititur. In Aſinaria, 16.73, At etiã cu-bat cuculus, ſurge amator, i domum. Et paulo poſt, 84, Cano capite te cuculũ vxor ex lu-ſtris rapit. Idem in Merc. 19. 11, Iſtæc filio nõ credo, qui obſequitur patri: huic vero vt me-ro cuculo id certum eſt mentiri ampliter.

Cucullus, Genus eſt veſtis. Columella lib. 1. cap. 8, Cultã veſtitámque familiam magis vtiliter quàm delicate habeat, munitámq; diligenter à vento, frigore, pluuiáque, quæ cũcta prohibẽ tur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel ſagis cucullis. Iuuenalis, Sumere noctur-nos meretrix auguſta cucullos. Idem, Contentúſque illic veneto, duróque cucullo.

CVCVLIO cuculionis, m.g. vt Iulius Capitolinus docet, eſt genus pilei viatiorũ, quo capite obtecto, vagari nocte ſolent. Apud Catonem de re ruſtica, videtur accipi pro cucullo, cũ in-quit, Quæ opera per imbrẽ fieri potuerint, nouos fieri centones, cuculionéſve familiam opor-tuiſſe ſarcire.

CVCVMA cucumæ, Vne ſorte de baſton ferre. Iuriſconſ. ad legem Iuliam de ſicarijs, Sed & ſi clauí percuſſerit, aut cucuma in rixa: quanuis ferro percuſſerit, tamen nõ occidendi animo, leniendam eius pœnam. Martialis in decimo, Cucumam fecit Otacilius.

Cucumella cucumellæ, f.g. diminutiuum. Iuriſconſ. In cap. Siquando. ff. ſi ſeruitus vendicetur.

CVCVMER cucumeris, & cucumis, huius cucumeris, m.g. Cõcombre. Virg. in geor. Creſ-ceret in ventrem cucumis, nec ſera comantem.

Cucumerarium cucumerarij, n.g. Le lieu ou croiſſent les concombres.

CVCVRBITA, cucurbitæ, f.g. Vnè courge que on mange. De qua Plin. lib. 19. cap. 5.

Cucurbitula cucurbitulæ, diminutiuum: Vne petite courge.

Cucurbitula, apud Celſum, ea appellatur, quæ nũc vẽtoſa dicitur. Vne vẽtoſe, de laquelle vſent les medecins a tirer du ſang de quelque lieu de deſſus la perſonne. Vſus cucurbitulæ (inquit Celſus) præcipuus eſt, vbi non in toto corpore, ſed in parte aliqua vitium eſt.

Cucurbitanus cucurbitana cucurbitanũ, Qui eſt dune courge, ou en facon dune courge, & re-ſemblant a icelle. Vt cucurbitana pyra, cucurbitanæ ficus.

CVCVRIO cucuris, cucurire, Gallorum propriũ eſt, ceſt vng mot que on dict des coqs quãt ils chantent. Iuuenalis, Cucurire ſolet gallus, gallina gracillat.

CVDO cudis, cudi, cuſum, cudere, Frapper, comme a coups de marteaux, forger.

Cudere nũmos: Forger de largent. Plaut. in Moſtell. 8. 92, Tace ſis faber, qui cudere ſoles plũ-beos nũmos. Terent. in Heaut. 4. 4. 18, Quam rem agis ſcelus? s. egóne? argentum cudo.

Cudere multa miſera oculis. Plaut. in Capt. 5. 7, Eiulatione haud opus eſt, oculis multa miſera cuditis. Vous faictes beaucop de mal a vos yeulx.

In me hæc cudetur faba: On ſe prẽdra a moy de ceſte affaire, ie porteray la folle enchiere de ce-cy: ien receueray les cops: ien porteray la paſte au four. Terent. in Eunucho, 2. 3. 89, Vide ne nimiũ calidũ hoc ſit modo. CH. non eſt profecto: ſine. P. at enim iſtæc in me cudetur faba: ah flagitium facimus. Le mal tombera ſur moy.

CVIAS cuiatis, o.g. De quel pais. Cic. lib. 5. Tuſcul. Socrates quidem cũ rogaretur cuiatem ſe eſſe diceret, Mundanum inquit. totius enim mundi ſe incolam & ciuem arbitrabatur.

Cuias: de quelle ſecte, de quelle partie es tu? Vt cuiates philoſophi vos eſtis? Stoicin', an Epicurei?

Cuiatis, huius cuiatis, cõm. gen. antiquum pro cuiãs. Plaut. in Curc. 8. 36, Dic mihi, quid enim nunc quæris, aut cuiatis?

CVIVS, cuia, cuiũ: A qui eſt ce? A qui eſt il? Qui eſt ſon maiſtre? Plaut. in Amphit. 4. 224, Cu-ius es? s. Amphitruonis inquam Soſia. A qui es tu? Qui eſt ton maiſtre? Terent. in Eunuch. 2. 3. 29, Quid virgo, cuia eſt? CH. neſcio certe. Idem in And. 4. 4. 25, Cuius puerum hic ap-poſuiſti? dic mihi. M. tu neſcis? D. mitte id quod ſcio: dic quod rogo. M. veſtri. D. cuius noſtri? M. Pamphili. A qui, ou de qui, ou a qui appartient ceſt enfant? &c. Virg. Dic mihi Dameta? cuium pecus? an Meliboei?

Cuia vox auribus ſonat procul? Qui eſt ce que ioy la loing? Plaut. in Curcul. 3. 17. Ibidem, 5. 14, Quis hic eſt qui loquitur? P. cuiam vocem audio? Idem in Bacch. 20. 54, Cuianã vox prope me ſonat? C. ô Nicobole.

Neque vnquam quiſquam, ſi cuius ille ager fuit, quin peſſime ei res verterit, cuiũ fuit: alij exulatum abierunt, alij emortui, alij ſe ſuſpẽdẽre. hem nunc hic cuius eſt, vt ad incitas redactus. Plaut. in Trinummo, 8. 101. Cicero. Nauim petit ille cuius fuerat.

CVIVS MODI, vox eſt indeclinabilis. De quelle, ou en quelle ſorte: ou quel. Plau. in Moſtel. 11. 5, Ecquid placẽt? T E. ecquid placent, me rogas? imò hercle verò perplacẽt. T R. Cuiuſmodi gynæceũ? quam & porticum? Par admiration, vois la quel logis, quel demeure de femmes, mon dieu quil eſt beau. Idem in Menæh. 6. 3, Abi, atque obſoniũ affer, tribus vide quod ſit ſatis, neque defiat, neque ſuperſit. C. cuiuſmodi homines erũt? E. ego & Menæhmus & paraſitus eius. Cic. Tuſc. quæſt. lib. v, in fine, Sed quãdo mane eſt eundũ, has quinque diſputationes memoria cõprehendamus. equidem me etiam conſcripturũ arbitror (vbi enim melius vti poſſumus hoc, cuiuſmodi eſt, ocio?) ad Brutúmque noſtrum hos libros alteros quinque mittemus. Plaut. in Rudente, 3. 1, Proh di immortales, tempeſtatem cuiuſmodi Neptunus nobis nocte hac miſit proxima. Mon dieu quelle tempeſte.

Cuiuſmodicũque. Cic. pro A. Cluentio, Nam illud me non præterit, cuiuſmodicunque mater ſit, tamen in iudicio filij, de turpitudine parentis dici vix oportere. Quelle quelle ſoit.

Cuiuſque modi. Cic. pro Sext. Roſcio Amerino, Vereor enim cuiuſque modi es Roſci, ne ita hũc videar voluiſſe ſeruare, vt tibi omnino non pepercerim. Veu leſtat ou tu es.

Cuiuſcũque modi. Salluſt. in Catil. Iiſdẽ temporibus Romæ Lẽtulus, ſicuti Catilina præceperat, quoſcũque moribus aut fortuna nouis rebus idoneos credebat, aut per ſe, aut per alios ſolicitabat: neque ſolũ ciues, ſed cuiuſcunque modi gẽus hominũ, quod modo bellico vſui foret. De quelque ſorte dhomme que ce fuſt. Ibidem, Sed per deos immortales, vos ego appello, qui ſemper domos, villas, ſigna, tabulas veſtras pluris quam remp. feciſtis, ſi iſta cuiuſcũque modi ſint quæ amplexamini, retinere: ſi voluptatibus veſtris otiũ præbere vultis, expergiſcimini aliquando, & capeſcite remp. Quelques choſes que ce ſoient. Plin. in paneg. 65, Cuiuſcunque modi ea pecunia ex hereditate alicuius obuenerit, ſecurus habeat, quietuſq; poſſideat. En quelque ſorte ou maniere que ce ſoit.

CVLCITRA culcitræ, f. g. Le coutil dung lict. Cic. lib. 4. Tuſcul. Eripiamus huic ægritudinẽ, quo modo collocemus in culcitra plumea pſaltriã abducamus. Idem Attico, lib. 13, Scripto iã ſuperiore verſiculo, Heros mihi dixit, ſibi Murenã reſpondiſſe: eo igitur vtamur. nã Sílius culcitras non habet. Dida autem (opinor) hoſpitibus totam villam conceſſit.

Culcitrã gladiũ facere, & ſuper eũ incũbere: Soy tuer dune eſpee, ſe fourrer vne eſpee au trauers du corps. Plau. in Caſ. 6. 28, Si ſors autẽ decolaſſit, gladiũ faciã culcitrã, eúmq; incũbã.

Culcitrula culcitrulæ, f. g. diminutiuũ, Vng petit coutil. Plau. in Moſtell. 8. 94, Is me ſuam quidem pol optat culcitrulam.

CVLCITVLA, fuſticulus quidam ligneus in ſacris dicebatur, vt vult Feſt. Pomp.

CVLEST, pro qualis eſt, neutro genere poſitũ eſſe pro maſculino apud Plautum in Amphit. 6. 39, Ecaſtor condignũ donũ, culeſt cui dono datũ eſt: Annotauit Non. Marc. Fortaſſe, non Culeſt, ſed qualeſt, pro qualis eſt, legendum apud Plautũ, vt vetera exẽplaria legiſſe videntur.

CVLEVS culei, m. g. Vng ſac a porter ble. Plin. lib. 7. cap. 20, Iunius Valens meruit in prætorio diui Auguſti centurio, vehicula cũ culeis onuſta, donec exinanirentur, ſuſtinere ſolitus. In eo etiam ſceleſtiſſimi homines cũ ſimia & gallo & ſerpente incluſi mari inijciebantur. Vnde Iuuenalis, Quis tam perditus vt dubitet Senecã præferre Neroni, Cuius ſupplicio non debuit vna parari Simia, nec ſerpens vnus, nec culeus vnus?

Curriculum ſolis & lunæ, Le cours du ſoleil & de la lune. Cic. in Timæo, Rare igitur & mẽte diuina, ad originem temporis curris, curriculum inuentum eſt ſolis & lunæ.

Curriculum: Le lieu ou on ſeſbat & exercite a courir. Horatius in Odis, Sunt quos curriculo puluerẽ Olympicũ Collegiſſe iuuat, metáque feruidis Euitata rotis. Apuleius, Quos ſæpe in curriculo victores fuiſſe conſtat. Cic. de amicitia, 38, Etenim eo loco Fanni & Scæuola, locati ſumus, vt nos longe proſpicere oporteat futuros caſus reip. deflexit enim iam aliquantulum de ſpatio curriculóque maiorum. Per tranſlationem dixit Cicero, Deflexit de curriculo maiorum conſuetudo, On ne vit plus ſelon la couſtume & ordonnance des anciens.

Curriculo, aduerbium, Legierement, haſtiuement, ſoudainement. Plaut. in Epid. 2. 12, Nam vt apud portũ te conſpexi, curriculo occœpi ſequi, vix adipiſcendi poteſtas modo fuit. Idem in Milite, 9. 43, Heus Philocomaſiũ cito trãſcurre curriculo ad nos, ita negotium eſt. Idem in Perſa, 6. 17, Face hanc rem cum cura geras: curriculo vola. Terent. in Heaut. 4. 4. 11, Curriculo percurre: apud eum miles Dionyſia agitat.

CVRRVCA currucæ, fœm. gen. Parua auis, quæ alienos pullos, proprios putãs, nutrit, maxime cuculi. Iuuenalis, Tu tibi tunc curruca places, fletúmque labellis Exorbes. Per tranſlationem poſuit Iuuenalis. Vng genin, qui nourrit les enfans quil penſe eſtre a ſoy.

CVRTVS curta curtum, Mal a point, ſans accouſtrement. Horatius, Nũc mihi curto Ire licet mulo, vel ſi lubet vſque Tarentum.

Curtus calix, apud Martialem, id eſt fractus.

Curta ſupellex, Cours biens, peu de biens. Perſius, Tecum habita, & noris quàm ſit tibi curta ſupellex.

CVRVLE, huius curulis, neut. g. per ſimplex r, Et curulis, huius curulis, f. g. ſedes ex ebore, qua maiores magiſtratus vtebãtur in curru. Horatius lib. 1. epiſt. Cuilibet hic faſces dabit, eripiétque curule, Cui volet importunus ebur. Lucanus lib. 3, Prætor adeſt, vacuæque loco ceſſeræ curules. Nam ſenatores qui curulẽ magiſtratum, hoc eſt, maiorem honorem geſſiſſent, honoris gratia in curiam vehi ſoliti erant curru, in quo ſella eſſet, ſupra quam conſiderent.

Curules, Magiſtratus, qui curulibus vehebãtur. Statius, lib. 4. Syluarum, Exultẽt leges Latiæ, gaudete curules.

Curulis ſella, Vectabulum erat quo ſedentes magiſtratus geſtabantur. Iuuenalis, Viſne ſalutari, ſicut Seianus, habere Tantundem, atque illis ſellas donare curules? Plin. lib. 7. cap. 48, M. Valerius Coruinus centum annos impleuit: cuius inter primum & ſextum conſulatum, XLVI anni fuere. Idem ſella curuli ſemel ac vicies ſedit, quoties nemo alius.

Curules equi, quadrigales, inquit Feſtus Pomp.

CVRVVS curua curuum, Courbe. Virg. in ſecundo georg. Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.

Curua ſenecta: Vieillars courbes & pencheans deuant. Tibullus, Et properat celeri curua ſenecta pede.

Curuo curuas, curuare, Courber. Virg. 2. georg. Ithureos taxi curuantur in arcus.

Curuamen curuaminis, n. g. Courbeté. Plin. epiſt. 184, Hæc lacu propius, illa latius vtitur. hæc vnũ ſinum molli curuamine amplectitur, illa editiſſimo dorſo duos dirimit. Ouidius lib. 2, Metamorph. Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes. Gellius, Sub alio atque alio cæli curuamine.

CVSPIS cuſpidis, f. g. La pointe dung couſteau, pique, iaueline, & de tels autres inſtrumẽts. Martialis, Aetola cuſpide fixit aprum.

Cuſpido cuſpidas, cuſpidare, Poindre, frapper de la pointe. Plinius lib. x1, Vrorũ cornibus barbari ſeptentrionales potant: vrnáſque binas capitis vnius cornua implent, alij præfixa his pila cuſpidant.

CVSTOS cuſtodis, cõm. g. Celuy ou celle qui garde quelque choſe. Terent. in Eun. 2. 2. 59, Miror quid ex Piræeo abierit: nam ibi cuſtos publice eſt nunc. Il eſt garde de la ville. Cic. in Philipp. 12, Etenim qui multorum cuſtodem ſe profiteatur, eum ſapientes ſui primum capitis aiunt cuſtodem eſſe oportere.

Cuſtos ianitrix, apud Plautum in Curcul. 2. 76, Anus hic recubare ſolet cuſtos ianitrix.

Cuſtos herilis, Garde du fils de mon maiſtre. Plau. in Aſin. 12. 65, Di te ſeruaſſint ſemper cũſtos herilis, decus populi, theſaurus copiarum.

Malus enim cuſtos eſt diuturnitatis metus. Cicero.

Cuſtodio cuſtodis, cuſtodiui, cuſtoditum, cuſtodire, Garder. Plautus in Captiuis, 12. 71, Noctu neruo vinctus cuſtodibitur, inter diu ſub terra lapides eximet. Cuſtodibitur dixit Plautus antique nunc cuſtodietur.

Cuſtodire breuitatem: Eſtre brief en parler. Plin. epiſt. 20. a, Frequens mihi diſputatio eſt cum quodã docto homine & perito, cui nihil æque in cauſis agendis vt breuitas placet. Quã ego cuſtodiendam eſſe confiteor, ſi cauſſa permittat, alioqui præuaricatio eſt tranſire dicenda.

Cuſtodire honorem inimici, dixit Plinius in epiſtolis.

Cuſtodire diſcrimina ordinum. Plin. epiſt. 182, Sed tẽperare mihi non poſſum, quo minus laudem, ſimilis monenti, quòd eum modum tenes, vt diſcrimina ordinum, dignitatémque cuſtodias: quæ ſi confuſa, turbata, permiſta ſint, nihil eſt ipſa æqualitate inæqualius.

Cuſtodire parſimoniam: Eſtre eſpargnant, viure de petit. Gellius lib. 1, Parſimoniã apud Veteres Romanos & victus atque cœnarũ tenuitas, non domeſtica ſolũ obſeruatione ac diſciplina ſed publica quoque animaduerſione, legúmque cõplurium ſanctionibus cuſtodita eſt.

Cuſtodia cuſtodiæ, f. g. Celuy qui garde. Plaut. in Captiuis. 6. 4, Pol tibi ne quæſtioni eſſemus, cautum intelligo, ita vinculis, cuſtodiíſque circummuniti ſumus. Tibullus, Sed pretiũ ſi grãde feras, cuſtodia victa eſt.

In cuſtodiam alterius ſe tradere: Se mettre en la garde daucun. Plaut. in Moſtell. 6. 58, In tuam cuſtodiam me & meas ſpes trado.

Cuſtodia, Celuy que on garde. Suet. in Domitiano, Nec niſi ſecreto atque ſolus pleraſque cuſtodias receptis quidem in manu catenis audiebat. Et Digeſt. de rerum cuſtodia ſcribitur, Ne quis receptam cuſtodiã ſine cauſſa dimittat. Et alibi, Si cuſtodia ſe interfecerit, vel præcipitauerit, militis culpæ aſcribitur.

Cuſtodia, Vne priſon. Columella lib. 1, Nam illa ſolennia ſunt omnibus circunſpectis, vt ergaſtuli mancipia recognoſcant, vt explorent an diligẽter vincta ſint, an ipſæ ſedes cuſtodiæ ſatis tutæ munitæque ſint.

Cuſtodite, aduerbium. Plin. epiſt. 111. a. lib. v, Quàm ſtudioſe, quàm intelligenter lectitabat. vt parce cuſtoditéque ludebat. En ſe donnant de garde.

Cuſtodelam dicebant antiqui, quam nunc dicimus cuſtodiam.

CVTIS, huius cutis, f. g. La peau qui couure la chair de lhõme, ou autre. Plin. Ergo cutis ipſa ſenſu caret, maxime in capite, vbicunque per ſe, ac ſine carne eſt vulnerata, non coit, vt in bucca, cilióque.

Cutis, græcam habet originem. hanc enim illi κύνος dicunt. Feſt. Pomp.

Cuticula, cuticulæ, f. g. diminutiuum, La petite peau.

CVTVRNIVM, Vas quo in ſacrificijs vinum fundebatur. Feſt. Pomp.

CYAMEA cyameæ, Gemma. de qua Plin. lib. 37. cap. x i, Cyamea nigra eſt, ſed fracta ex ſe fabæ ſimilitudinem parit.

CYATHVS, cyathi, m. g. Vng petit vaiſſeau a boire, comme pourroit eſtre vne coupe, ou vne taſſe, ou autre choſe en faceon de voarre. Plin. Potui vero aqua pluuialis decocta, ſed quæ per binos, ternóſve cyathos bibatur. Iuuenalis, Cardiaco nunquam cyathum miſſurus amico. Cyathus, menſuræ genus. Plin. lib. 21. cap. 34, Cyathus pendet per ſe drachmas decem. Cyathus, genus quoddam menſuræ, quo cibaria gallis dari ſolebant. Columella lib. 9, Nã ſingulis capitum quaterni cyathi, diurna cibaria ſunt, quum magis terni vel bini præbeantur. Ad cyathos alicui ſtare: Verſer a boire a aucũ. Suet. in Cæſare, Sed C. Memmius etiã ad cyathũ & vinum Nicodemi ſtetiſſe obiecit. Iuuenalis, ſaty. 13, Nec puer Iliacus, formoſa nec Herculis vxor Ad cyathos. Ex his conijcitur, antiquos cyathis potus ſui menſuram metiri ſolitos, quòd ſerui quidam ad cyathos ſtare vel eſſe dicerentur, vt ſerui ad limina, & ad pedes. Pocillatores ab Apuleio appellantur, qui latine, à cyathis ſtare dicuntur.

Cyathiſſo cyathiſſas, cyathiſſare, Eſt cyatho vinũ bibendum admetiri: Verſer a boire par meſure a aucun, comme vng voarre plein a chaſque fois, ou demi voarre. Plaut. in Menæh. 8. 29, Non ſcis quis ego ſim, qui tibi ſæpiſſime cyathiſſo apud nos, quando potas?

CYBIVM cybij, n. g. Piſcis genus, quod ita ſciſſum eſt, vt mediũ eius æque pateat in omnes partes ad ſimilitudinem teſſerarũ. Plin. lib. 32. cap. 7, Et cybia vetera eluta in nouo vaſe, deinde trita proſunt doloribus.

CYBORIVM cyborij. n. g. genus pomorum Alexandrinorũ. Horat. Obliuioſo leuia maſſico cyboria. Acron, Cyboria Alexandrina poma, quæ habent ſimilia colocaſijs folia, in quorum ſimilitudinem facta pocula, eodem nomine appellantur. Aut certe pro cibis poſuit, tanquam cibum poculis compenſaret.

CYCLAS cycladis, f. g. Veſtis fœminea rotunda. Nam Græci κύκλον, circulum, καὶ κυκλόω circundo dicunt. Iuuenalis, Hæ ſunt quæ tenui ſudant ex cyclade. Propertius, Et longa cyclade Verrit humum. Videtur veſtis tenuiſſima explicatilis & ſpatioſa.

CYGNVS cygni, m. g. Latine olor dicitur, Vng oyſeau nõme vng cigne. Ouid. Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

CYLINDRVS cylindri, m. g. Columnella lapidea rotatilis, qua rei ruſticæ ſcriptores areã æquari iubent. Virg. Area tum primum ingẽti eſt æquanda cylindro. Cato, Aream vbi frumentum teratur, ſic facies. Confodiatur minute terra, amurca bene cõſpergatur, & combibat plurimum: comminuito terram, & cylindro aut paniculo coæquato. Tractum nomen ἀπὸ τοῦ κυλίειν, id eſt à voluendo.

Cylindrus, Toute choſe qui ſe roulle facilement. Cic. de fato, Sed reuertamur ad cylindrũ & ad turbinem ſuam, quæ moueri incipere, niſi pulſa, non poſſit. Id autem quum ſuapte natura quod ſupereſt, & cylindrum volui vel verſari turbinem putat.

Cylindrus gemma. Plin. lib. vltimo, de beryllis loquens, Ideo cylindros quidam ex his facere malunt, quàm gemmas: quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine. Ex his Plinij verbis colligitur, cylindros oblongos eſſe, gẽmas verò quadratas aut rotundas. Martialis, Tu nube, atque tace, donant arcana cylindros.

Cylindraceus cylindracea cylindraceum, Quod eſt factum ad ſimilitudinem cylindri. Long & rond. Plinius ſcribit ſiliquas piſo, quod genus leguminis eſt, cylindraceas eſſe.

CYMA cymæ, f. g. Plinius, quid ſit, declarat his verbis, lib. 19. cap. 8, Braſſica toto anno ſeritur, quoniã & toto ſecatur. Vtiliſſime tamen ab æquinoctio autumni. Tranſfertur cũ quinque foliorum eſt. Cymas à prima ſectione præſtat proximo vere. hic eſt quidã ipſorũ cauliũ delicatior, teneriórque cauliculus, Apicij luxuria, & per eum Druſo Cæſari faſtiditus, non ſine caſtigatione Tiberij patris. Poſt cymam ex eadẽ braſſica cõtingunt æſtiui, autumnaleſq; cauliculi, mox hyberni, iterúmq; cymæ, nullo æque genere multifero, donec ſua fertilitate cõſumatur.

CYMBA cymbæ, f. g. Vne naſſelle, ou vne barque. Afranius, Tum conſcẽdo cymbam, inter ibi lucis piſcatoriã venio, iacitur anchora, inhibant leuiter. Cic. de offic. lib. 2, Cymbarũ ante pedes multitudo, pro ſe quiſque quod ceperat, afferebat. Virg. Gemuit ſub pondere cymba. Cymbula cymbulæ, diminutiuum, Vne petite naſſelle, ou barque. Plin. epiſt. 173. c, Sæpe maiores minoribus, velut cymbulæ onerarij, adhæreſcunt.

CYMBALVM, cymbali, inſtrumentum muſicũ, quod in ſacris matris deûm cum tympanis adhibebatur.

Cymbaliſta cymbaliſtæ, qui pulſat cymbala. Apul. de deo Socratis, Barbara autem ſtrepitu cymbaliſtarum & tympaniſtarum choraularum.

CYMBIVM cymbij, n. g. genus poculi vinarij procerum, ac cymbæ ſimile: Comme pourroit eſtre vne iatte de bois. Virg. lib. 3, Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte. Plinius lib. 37. cap. 8, Præfertur his chryſopraſius, porri ſuccum & ipſa referēte, ſed & paulum declinās à topazio in aurum. huic & amplitudo ea eſt vt cymbia etiam ex ea fiant.

Cymbium ab Apuleio dicitur, quod Latine Seruius ſitulam vocat.

Cymbium græce dici teſtatur Feſtus, quod cymbam appellamus.

CYNA cynæ, Arbor arabica. Plin. lib. x i. cap. x i, Arabiæ autem arbores, ex quibus veſtes faciant, cynas vocari, folio palmæ ſimili.

CYNOGLOSSVS herba, quæ lingua canis dicitur. Plinius lib. 25. cap. 8, Iūgitur & cynogloſſos, caninas imitans linguas, topiarij operibus gratiſſima.

CYNOMYIA cynomyiæ, f. g. muſca canina, Vne mouche qui ſuce le ſang des beſtes.

Cynomyia, herbæ genus. Plin. lib. 15. cap. x i, Pſyllion, alij cynoides, alij cryſtallion, alij ſicelion, alij cynomyian appellant, radice tenui, ſuperuacua, ſarmentoſum, fabæ granis in cacuminibus, folijs canino capiti non diſſimilibus, ſemine autem pulici, vnde & nomen hoc in baccis. Ipſa herba in vineis inuenitur.

CYNORODOS, roſa ſylueſtris. Plin. lib. 25. cap. 2.

CYNOSBATON cynoſbati, alij cynoſpaſton vocant, vt inquit Plinius libr. 24. cap. 14. genus rubi.

CYNOSORCHIS, huius cynoſorchis, herba, de qua Plin. lib. 27. cap. 8.

CYPARISSVS cypariſſi, f. g. Per ſynæreſin cypreſſus: deinde conuerſione y in u, cupreſſus dicitur, cypres. Virg. Aeriæ quercus, aut coniferæ cypariſſi.

CYPRIVM æs dicitur, quod vulgari vſu nominatur cuprium. Du cuyure.

CYTINVS, cytini, m. g. flos ſatiuæ punicæ. Plin. lib. 23. cap. 6, Primus pomi huius partus florere incipientis, cytinus vocatur à Græcis.

CYTISVS cytiſi, m. g. genus fruticis, de quo Plinius lib. 13. cap. 24. Virg. in Buc. Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella.

D A

DACTYLVS, dactyli, E concharum genere eſt, ab humanorum vnguium ſimilitudine appellatus. Plin. lib. 9. cap. 61.

Dactyli, id eſt caricæ, Les fruicts dune palme, nōmés dactes. Apitius, Et croci drachmæ ſingulæ dactylorum oſſibus torridis quinque, his denique dactylis nunc mollitis eſt.

Dactylides vuæ, dictæ à gracilitate digitali. Plin. lib. 14. cap. 3.

DAMA damæ, m. & fœm. g. Vng dain. Virg. Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Mart. Dente timetur aper, defendūt cornua ceruum: Imbelles damæ quid niſi præda ſumus?

DAMASCENA arbor, Vng prunier de damas. Plin. lib. 15. cap. 13, In peregrinis arboribus dicta ſunt damaſcena, à Syriæ Damaſco cognominata. &c.

DAMNVM damni, n. g. Dommage. Terent. in Adel. 2. 2. 23, Niſi eò ad mercatum veniam, damnum maximum eſt. Ie perderay beaucop, ie y auray grand dommage.

Damno auctus: Qui ha vng nouueau dommage. Terent. in Heaut. 4. 1. 15, Sic eſt factum domina: ergo herus damno auctus eſt.

Damnum dare: Faire dommage. Terent. in And. 1. 1. 118, Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum?

Damnum facere: Perdre, auoir dommage. Cic. Volumnio, lib. 7. epiſt. Quòd declamationibus noſtris cares, damni nihil facis. Tu ni pers rien.

Dānoſus damnoſa damnoſum, Qui faict & porte dōmage a aucun. Plaut. in Curc. 9. 11. Apud Cluacinæ ſacrū ditis dānoſos maritos ſub baſilica quærito. Idem in Pſeud. 7. 1. Si de dānoſis gnatis, aut de amatoribus dictator fiat, nūc Athenis Atticis, nemo antecedat filio credo meo. Idem in Bacch. 2. 9. Quid tibi cōmerci eſt cū dis dānoſiſſimis? Terent. in Heaut. 5. 4. 11, Si ſcire vis, ego dicā, gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, damnoſus: crede, & noſtrū te eſſe credito. Plaut. in Truculēto, 3. 31, Faxim lenonum & ſcortorum minus, & minus damnoſorum homi-

num, quàm nunc ſunt ſiet.

Damnoſum eſt, Cela porte dommage. Columella lib. 1, Quòd ſi per partes nõnunquam damnoſum eſt, in ſumma tamen compendioſum.

Damnoſus, Profuſus, Prodigue, grand deſpenſier. Suet. in Nerone, cap. 31, Non in alia re dãnoſior, quàm in ædificando.

Dãnificus, Qui faict dommage. Plaut. in Ciſtell. 10. 68, Imitatur nequam beſtiã & damnificam.

Damni gerulus, Qui porte dommage a aucun. Plau. in Trucul. 11. 1, Ita hâc ſimul mulieri dãni geruli foras gerrones.

Damno damnas, damnare, Accuſer aucun de quelque crime, ou le condemner pour aucun cas de crime, ou condemner aucun a endurer quelque peine & paier aucun argent, ſoit a tort ou a droict. Et nunc ablatiuo, nunc genitiuo iungitur, nunc accuſatiuo, nunc præpoſitioni.

Genitiuo. Cicero Attico, lib. 7, Magno vſui cauſæ noſtræ fuiſſet: damnaſſe enim ſceleris hominem amicum, reip. cauſſa videretur. Idem de ſenect. 38, Exoratus eſt in conuiuio à ſcorto, vt ſecuri feriret aliquem eorum qui in vinculis eſſent damnati rei capitalis. Idem ad Herẽ. lib. 4, Maiores noſtri, ſi quam vnius peccati mulierẽ damnabant, ſimplici iudicio, maleficiorum multorum cõuictam oportebat. Quo pacto? Quoniam quam impudicã iudicauerant, eam veneficij quoque damnatã exiſtimabant. Plin. epiſt. 36. b, Summotum à proconſulatu, quia ſe in legatione turpiter geſſerat, de procõſulibus iudicare, damnatúmque ſordium, vel damnare alios, vel abſoluere. Liuius, Nequaquam tantum relictum eſt, quãtæ ſummæ damnatus fuerat. Horat. Damnatus longi Siſyphus laboris. Ouid. Parce tuum vatẽ ſceleris damnare Cupido.

Accuſatiuo. Cic. in Tuſcul. Rerum naturam, quàm errorem damnare maluimus.

Ablatiuo. Cic. primo Tuſcul. Capite damnatos, morte mulctauit.

Damnatus de. Cic in Verrem, act. 2, Quinto Hortenſio prætore de pecunijs repetũdis damnato, lis æſtimata ſit eo nomine, quòd ille ob rem iudicandam, pecuniam accepiſſet. Quòd in C. Herẽnio, quòd in C. Popilio ſenatoribus, qui ambo peculatus dãnati ſunt. Quòd in marco Attilio, qui de maieſtate damnatus eſt, hoc planum factum eſt.

Damnari ad. Plaut. in Rud. 29. 2, Quis me eſt mortalium miſerior, qui viuat alter hodie? quẽ modo dãnauit ad recuperatores Pleuſidipus? Plin. epiſt. 249, Erit autem vel hoc maxime corrigendum, quòd, qui damnati ad pœnam erant, non modo ea ſine authore, vt ſcribis, liberati ſunt, ſed etiam in cõditionem proborum miniſtrorum retrahantur.

Damnari in. Plin. epiſt. 248, In pleriſque ciuitatibus, maxime Nicomediæ, & Niceæ, quidam vel in opus damnati, vel in ludum (ſimilia in his genera pœnarum) publicorũ ſeruorũ officio miniſterióque funguntur. Idem epiſt. 35. c, Martianus vnius equitis Romani ſeptingentis milibus plura ſupplicia arguebatur emiſſe. erat enim faſcibus cæſus, damnatus in metallum, ſtrangulatus in carcere.

Damnari indicta cauſſa dicuntur, qui ad iudicium vocati non affuerunt, abſentéſque ſententiam paſſi ſunt. Curtius lib. 8, Itaque nullius cædes, maiorem Alexandro excitauit inuidiam, quàm quòd virum optimis moribus, artibúſque præditum, non tantum occiderit, ſed etiam torſerit, indicta quidem cauſſa. De Calliſthene loquens. Cic. primo de legibus, Vt dictator qui eſſet, quem vellet ciuium indicta cauſſa, impune poſſet occidere. Id eſt, inauditum, vt nunc loquimur. Sans lauoir ouy en ſes deffenſes.

Damnare votis apud Virgiliũ, Vt Baccho, Cereríque, tibi ſic vota quotannis Agricolæ faciẽt, damnabis tu quoque votis. Id eſt, ita tu votis ſupplicum compelleris eos exaudire.

Damnatior. Cicero in L. Piſonem, Vbi exercitus? vbi ſumptus? vbi imperium? vbi illa vberrima ſupplicationibus, triumphíſque prouincia? ſin autem aliquid ſperare volueras, cogitaras id, quod imperatoris nomen, quod laureati faſces, quod illa trophæa plena dedecoris & riſus, te commentatum eſſe declarant. quis te miſerior? quis te damnatior? qui neque ſcribere ad ſenatum, à te bene remp. eſſe geſtam, neque præſens dicere auſus es. Ou trouueroit on homme plus digne deſtre pendu, ou qui ait ſi bien gaigne la mort que toy?

Dãnâs pro dãnatus, apud Iuriſcõſultos. Marcellus, Quiſquis mihi hæres erit, dare damnâs eſto.

DANISTA daniſtæ, Id eſt fœnerator, Qui bailie a vſure. Plaut. in Epid. 2. 51, Iſtanc quam emit, quanti eam emit? T. vili. E. haud ego iſtuc te rogo. T. quid igitur? E. quot nũmis. T. tot, quadraginta minis. E. id adeò argẽtum? T. ab daniſta apud Thebas. E. ſumpſiſti fœnore? T. in dies, mináſque argenti ſingulas numus. E. papæ. T. & is daniſta aduenit vnà cum eo qui argentum petit.

DAPS, inquit Feſtus, apud antiquos dicebatur res diuina, quæ fiebat aut hiberna ſemente, aut verna. quod vocabulum ex græco deducitur, apud quos id genus epularũ δαὶς dicitur. Vide Varronem de re ruſtica cap. 132.

Dapes, dapum, dapibus, Magnifiques & ſumptueulx appareils de viandes. Martialis, Illa quidẽ lauta eſt, dapibúſque inſtructa ſuperbis: Sed nihil omnino, te recitante, placet.

Dapes (inquit Nonius) non tantum opiparos apparatus aut religioſos, ſicut plerunque, ſignificare, ſed & vitabiles & infandos cibos, authore Virgilio poſſumus dicere, AEnei. lib. 3. de Cyclope, Nã ſimul expletus dapibus, vinóque ſepultus. Et in Buc. Quas illi Philomena dapes, quæ dona pararit.

Dapino dapinas, dapinare, Magnifiquement, ſumptueuſement appareiller viandes. Plautus in Capt. 13. 128, Sume, poſce, prome quidvis, te facio cellarium. nam hercle, niſi manticulatus probe hæc fuiſti, petito, æternum tibi dapinato victum, ſi vera autumas.

Dapalis & hoc dapale. Dapalis cœna, eſt amplis dapibus plena. Varro, Toto fit in foco de lignis mihi dapalis cœna. Plinius, Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortenſius, dapali cœna ſacerdotij.

Dapaticus dapatica dapaticũ, Id eſt amplum ac magnifícum. vt dapaticum negotiũ. Feſt. Pomp.

Dapatice aduerbium. Dapatice ſe acceptos antiqui dicebant, ſignificantes magnifice. Feſt. Põp.

Dapſilis & hoc dapſile, Choſe abondante & liberale. Vt Dapſilis ſumptus: Grans couſts, magnifiques & liberauls. Plaut. in Moſtellaria, 13.44, Nihil hoc quidẽ eſt triginta mnæ, præterque, alios dapſiles ſumptus facit.

Dapſiles dotes: Grans & riches douaires. Plaut. in Aulularia, 6.40, Iſtas magnas factiones, animos, dotes dapſiles, clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram nihil moror.

Dapſilis, lectus: Vng lict dexcellẽce, magnifique, bon, comme pourroit eſtre vng lict de can. Plaut. in Trucul. 3. 24, Pallula eſt, aut empta ancilla, aut aliquod vas argenteum, aut vas æneum aliquod, aut lectus dapſilis, aut armariola.

Dapſilia dicta: Parolles franches & liberales, beaucop de parolles liberalemẽt dictes. Plaut. in Pſeud. 6.3, Quid nunc acturus, poſtquã herili filio largitus dictis dapſilis? Spionia dapſilis muſto: inquit Columella lib. 4, Id eſt abundans.

Dapſile, aduerbium, Abundamment. Suet. in Veſp. Sed & conuiuabatur aſſidue, ac ſæpius recte ac dapſile.

DAPHNOIDES daphnoidis, f.g. Herbæ genus. Plin. lib. 24. cap. 15, Eſt & alia clematis AEgyptia cognomine, quæ ab alijs Daphnoides, ab alijs polygonoides vocatur, folio lauri, lõga, tenuiſq; aduerſus ſerpẽtes, ac priuatim aſpides, ex aceto pota efficax. AEgypt⁹ hãc maxime gignit. Daphnoides, eſt etiã ſylueſtris laurus. Plin. lib. 23. cap. 8.

DARDANVM dardani, n.g. genus ornamẽti quod lacertis adhibebatur. Plin. lib. 33, Cuius ſceleris nos coarguimus illũ primum, qui auro dignitatem per annulos fecit, vt habeãt in lacertis iam quiddam & viri quod è Dardanis venit, & dardanum vocabatur.

DARDANARIVS, ab Vlpiano vocatur, qui annonam præmit, vti demum carius vendat. Gros marchans qui achetent les viures, pour les reuẽdre bien chier a ceulx de la ville. Dicti ſunt Dardanarij, à Dardano quodã contaminatiſſimo & profligatiſſimo mago. A quo etiã Dardaniæ artes à Columella vocantur magicæ. At ſi (inquit) nulla valet medicina repellere peſtem, Dardaniæ veniant artes.

DE

DE præpoſitio, ablatiuo caſui iungitur.

De nocte abijt: De nuict. Plaut. in Rudente, 21.7, Miror, de nocte qui abijt piſcatũ ad mare. Terent. in Adel. 5.3.55, Cæterũ rus cũ filio cũ prima luce ibo hinc. M. imò de nocte cẽſeo.

De nocte multa exurrexi. Plaut. in Rud. 22.7, Nam vt de nocte multa impigréque exurrexi, lucrũ præpoſui ſopori & quieti. Apres que ie fus leue quil eſtoit encore grande nuict.

De nocte vigilare, apud Ciceronem. Vide paulo pòſt Vigilare de nocte.

De die: Du iour. Plau. in Aſin. 10. 12, Ergo vna orationis pars de die dabitur mihi? Ne me ſera il point permis de parler auiourdhuy vng petit mot?

De die: Incontinent, tout a lheure, ſur le champ, ſans auoir aſſigne iour. Terentius in Adelphis, 5.9.8, Et quidẽ porrò hæc, obſonare, cum fide ſcortum adducere, apparare de die cõuiuiũ, non mediocris hominis hæc ſunt officia. Donatus, De die, Id eſt repẽte, neque antè prædictum, neque pridie conſtitutum.

De die, Par iour. Plaut. in Aſin. 14. 16, Cum ſibi ſuo gnato vnà ad amicã de die hunc po-

titare illam expilare, iam emone.

De die viuere: De iour en iour, tous les iours. Cic. Philipp. 2, Iam iam minime miror te otiũ perturbare, non modo vrbem odiſſe, ſed etiam lucem, cum perditiſſimis latronibus, non ſolum de die, ſed etiam in diem viuere.

De meo his præceptis nihil nouũ appoſui, Ie nay rien adiouſte de nouueau du mien a ces cõmandemens icy. Plaut. in Milite, 12.31.

De tuo iſtuc addis: Tu dis plus que on ne ta dict. Plaut. in Menæh. 4.38, Ecquid audes de tuo iſtuc addere? Comment oſes tu adiouſter cela du tien?

De meo: De mon bien. Plaut. in Perſa, 15.5, Argento vicit iam hodie, alienum cœnabit, nihil guſtabit de meo. Il ira ſoupper ailleurs, il ne taſtera ia de mes biens. Terent. in Adelphis, 1.2.37, Obſonat, potat, olet vnguẽta de meo. Ceſt de mon bien, non point du tien, ceſt a mes deſpens.

De tuo: De ton bien. Plaut. in Bacchid. 1.65, Nam id flagitium meum ſit, mea gratia te operam dare mihi, & ad eã operam facere ſumptum de tuo. Plinius in paneg. 77, De tuo das congiarium.

De noſtro ſæpe edunt, quod fartores faciunt. A nos deſpens. Plaut. in Trucul, 4.10. Boni de noſtro tibi nec fecimus, nec damus, neque pollicemur. Plaut. in Pœnulo, 9.28.

De mea ſentẽtia fecit quod peccauit, Ceſt par moy, par mon cõſeil, quil a faict ce mal. Plaut. in Bacch. 20.123, Neq; ego haud cõmittã vt ſi quid peccatũ ſiet, feciſſe dicas de mea ſentẽtia.

De ſua ſentẽtia: A ſa fantaiſie, ſans en demander conſeil a aucũ. Plin. de viris illuſt. 45, Et quũ per calumniã triũphus ei à ſenatu negaretur, de ſua ſententia in Albano monte triũphauit.

De ſua ſentẽtia commẽti ſunt vt: Il ont controuue cela de leur fantaſie. Plaut. in Capt. 2.48, Itaque hi commenti de ſua ſententia, vt in ſeruitute hic ad ſuum maneat patrem.

De prandio: Apres diſner. Plaut. in Moſtel. 9.5, Non bonus eſt ſomnus homini de prãdio.

De, Quant eſt de. Plaut. in Rud. 31, 41, De talẽto nulla cauſſa eſt quin feras quod iſti ſum iuratus. Idem in Trucul. 10.28, Meus eſt ſcio iam de argumẽtis, nimium quidem ſimilis eſt. Terent. in Hecyra. 3.3.43, Nam de reducenda, id verò neutiquam honeſtum eſſe arbitror. Plaut. in Caſin. 6.15, De Caſina certum eſt concedere homini nato nemini. Terent. in Hecyra, 2.1.36, Nam de te quidem ſat ſcio, peccãdo detrimenti nihil fieri poteſt. Plaut. in Trinummo, 8.129, De iſthoc quod dixiſti modo, ſi antea voluiſſes, eſſes: nunc ſero cupis.

De illis verbis caue tibi: Garde toy bien de dire ces parolles la. Plaut. in Menæh. 20.32, Nũc homo inſanire incœptat, de illis verbis caue tibi.

De, Pour. Cic. Cũ de imperio decertatur, belloque quæritur gloria. Idem, Alij de vita, alij de gloria & beneuolentia ciuium in diſcrimen vocantur.

De verbis modeſtior. Plaut. in Menæh. 20.33, Modeſtior nunc quidem eſt de verbis, præ vt dudum fuit. nam dudum vxorẽ ſuam eſſe aiebat rabioſam canem. Il eſt beaucop plus modere en paroiles que &c.

De lanificio neminem metuo, vna ætate quæ ſit: Quant eſt de beſongner en laine &c. Plautus in Mercatore, 9.22.

De manu in manum: De main en main. Cic. C. Cæſari imperat. lib. 7. epiſt. Totũ denique hominem tibi trado, de manu (vt aiunt) in manum tuam iſtam & victoria & fide præſtantem.

De ſummo loco adoleſcens. Plaut. in Aulul. 3.28.

De ſummo loco, ſummóque genere filius. Plaut. in Capt. 2.30.

De ſummo loco diues. Plaut. in Pœnulo, 7.13.

D E, varijs verbis iungitur:

Adij te de filia. Ie ſuis alle a toy pour te parler de ta fille. Terent. in Hecyra, 2.2.9.

Adortus ſum iurgio fratrẽ de iſthac pſaltria: Iay tenſe mon frere pour ceſte cy, ou a cauſe. Terentius in Adelph. 3.3.51.

AEdificet de meo exemplo: Sil veult ædifier, quil prenne patron a mon edifice. Plautus in Moſtellaria, 9.77.

AEgritudo de filio. Terent. in Heaut. 3.1.15.

Agere de aliqua re. Plaut. in Trucul. 18.8. Et agere de aliquo. Terent. in Heaut. 3.3.34. & in Adelphis, 4.7.6.

Amo te de iſtac: Ie taime pour lamour ou a cauſe de ceſte cy. Terent. in Eunucho, 3.2.4.

Audiui de Dauo. Terent. in And. 2.1.3. & in Phorm. 4.3.7. Cic. in Bruto, Tũ ego audiui equidem iſta de maioribus natu. Idem pro Cornelio Balbo, Audiui hoc de parente meo.

Auferre præmium de aliquo. Plaut. in Pſeud. 20. 115.
Capere prædam de prædonibus. Plaut. in Trucul. 4. 12.
Clamat de via illis qui ſunt intus. Terent. in And. 3. 2. 11.
Comperi hoc de amore. Terent. in And. 1. 3. 6.
Condoluit caput de vento. Plaut. in Trucul. 12. 1.
Conducere de. Cic. de diuinatione, Redemptor qui columnam illã de Cocta & de Torquato conduxerat faciendam.
Deijciam araneas de foribus. Plaut. in Sticho, 6. 31.
Demere aliquid de magnis diuitijs. Plaut. in Trinummo, 6. 66.
Demutare animum de firma fide. Plaut. in Trinummo, 15. 15.
Detrahere annulum de digito. Terent. in Heaut. 4. 1. 42.
Dictum vnum de melioribus. Plaut. in Capt. 8. 22.
Dicis de fallacia? Terentius in Heaut. 3. 3. 35. De prandio tu dicis. debetur. dabo. Plautus in Pœnulo, 20. 12.
Dicere contumeliam de nihilo: Pour vng rien iniurier. Plaut. in Curc. 9. 17.
Dicere de peccatis alicuius. Terent. in prologo Heaut. 33.
Dicere de ſe primo aliquid. Plaut. in Trucul. 9. 4.
De illo quod dudum? Dictum ac factum. Dis tu, ou parles tu de ce que nous parlions il ny a gueres. Terent. in Heaut. 4. 5. 12.
Dici de ſtultitia tua non poteſt, vt dignum eſt. Terent. in Phorm. 2. 3. 55.
Dicam de dictis melioribus. Plaut. in Sticho, 6. 75.
Da tu mihi de tuis delicijs ſummis, quicquid pauxillulum. Plaut. in Trucul. 19. 46.
Dabo eam tibi de genere ſummo. Plaut. in Rud 25. 7.
Edere de alieno affatim. Plaut. in Pœnulo, 7. 31.
Eligunt de aſinis. Varro de re ruſtica, De aſinis quenque ampliſſimum & formoſiſſimum quẽ poſſunt eligunt.
Emet illam de te. Plautus in Epid. 5. 113. Emit hoſce de præda ambos de quæſtoribus emit: Plaut. in Capt. 2. 34. De Cataſta emptus Hero. Suet. de claris grãmat. 13. Cato de re ruſtica, De domino bono, colono, bonóque ædificatore melius emetur. Cic. Lentulo, Quòd de Craſſo domum emiſſem.
De foro ad lenones aperto capite eunt. Plaut. in Capt. 8. 25.
Facere aliquid de ſuo conſilio Cic. Attico, Neque facturus quicquam niſi de meo conſilio.
Facio gratiam tibi de cœna. Plaut. in Moſtell. 16. 9.
Facit finem de ſe. Terent. in prologo Phorm. 24, Peccandi ipſe cum de ſe finem non fecit.
Feciſti me ludos de illa fidicina. Plau. in Epid. 14. 42, Quo me modo ludos feciſti de illa cõductitia fidicina. Tu as bien faict tes ieulx de moy a cauſe &c.
Factus eſt rhetor de oratore. Plin. epiſt. 76. a.
Feſſus de via. Cic. de Academicis quæſt.
Fiunt ſordidæ de illius ore. Plaut. in Epid. 10. 11, Nam ſtrenuiori deterior ſi prædicat ſuas pugnas, de illius ore fiunt ſordidæ.
Fieri doctum de alijs. Plautus in Perſa, 15. 73, Sed te de alijs, quàm alios de te ſuauius eſt fieri doctos.
Habes de patre meo agrum colendum. Terent. in Phorm. 2. 3. 17.
Habetote ſic de me. Cic. de amicitia, 9, De me autem (vt iam cũ vtroque loquar) ſic habetote.
Inſidiæ ſunt ei parate de auro & de ſeruo meo. Plaut. in Pœnulo, 7. 46, Scitis rem, narraui vobis, quod veſtra opera opus ſiet: de lenone hoc, qui me amantem ludificatur tam diu, ei paratæ vt ſint inſidiæ de auro & de ſeruo meo.
Inſpectauit de tegulis. Plaut. in Milite, 5. 17.
Largitor de te puer. Terent. in Adelph. 5. 8. 18.
Mercatus eſt te de lenone. Plaut. in Epid. 10. 59 & in Rud. 2. 81. Cic. pro L. Flacco, Fundum Cirneum Romæ mercatus eſt de Pupillo Metulonio.
Meretur male de mendico. Plaut. in Trinummo, 6. 57.
Metuo abs te dè verbis tuis. Plaut. in Menæh. 7. 41.
Miſſus equitatus de media nocte. Cæſar.
Mittis deos in conſilium de te. Plin. in paneg. 114.
Miſit ad me Cn. Magium de pace. Cæſar, Ad Cæſarem de pace miſerunt. Idem.

Nonnulli de notiſſimis. Suet. de claris grammaticis.
Ne noceas hominem neminem de hac re. Plaut. in Milite, 22.18.
Noui eum de forma, de forma non queo nouiſſe. Plaut. in Curc. 5.17.
Noui eum de facie. Cic. in Piſonem, Sed ſemper iratus, ſi aſpernaretur amicitiã meam, ſéque mihi implacabilem inexpiabilémque præberet, tamen ei cum tantas res geſſiſſet, habet hoc virtus, quem tu de facie ne quidem noſti. Lequel tu ne congnois point meſme de veue.
Periturus de dominis. Plin. de viris illuſt. 57, Et quum in domo Tiberij duo angues è geniali thoro repſiſſent, reſpõſo dato, eũ de dominis periturũ, cuius ſexus anguis fuſſet occiſus &c.
Peto de te vxor chariſſima. Papinianus.
Petere aliquid de ſummo. Plaut. in Menæh. 3.27, Standũ eſt in lecto, ſi quid de ſummo petas.
Profectus de tertia vigilia. Cæſar, De tertia vigilia cum legionibus tribus è caſtris profectus ad eam partem deuenit.
Pronuntiare de ſententia conſilij. Cic. in Verrem, De conſilij ſententia Mamertinis ſe frumẽtum non imperare pronuntiat.
Pugnare de loco. Terent. in prologo Hecyræ, 41.
Quæſiuit de Pompeio. Cicero Attico, Poſtea Meſſala de Pompeio quæſiuit. Liuius, Quæro de te arbitreriſne.
Quærere de deo. Cic. de diuinatione. Et eum admiratum quæſiſſe de deo.
Queri in dominos de ſeruis. Cic. in part. Qui cum in dominos de ſeruis queri voluiſſent.
Quicquid eſt de me. Plaut. in Milite, 9.102, Verumtamen de me quicquid eſt, ibo hinc domũ. Quoy quil puiſſe aduenir de moy. Quoy quil en aduienne.
Recitare de ſententia conſilij. Cic. in Verrem, Ac de conſilij ſententia præclarum recitari cõſilium iudices audiſtis.
Regredere de via in ſemitam. Plaut. in Caſina, 15.39.
Surripuiſti te mihi de foro. Plaut. in Menæh. 11.26.
Scit de odore me adeſſe. Plaut. in Curcul. 2.81.
Scire poteris de Antiocho. Cic. Attico.
Scire certũ de cognitione. Terent. in Eunuc. 5.3.12, Ibo intrò, de cognitione vt certũ ſciam.
Siletur de iurgio. Terent. in Phorm. 5.2.13.
Solus de ſodalitate datus ſum orator. Plaut. in Moſtell. 16.5.
Solus is ſuperfit de ſtultitia mea. Plaut. in Trinummo, 8.82.
Venio in dubium de ſorte. Terent. in Adelphis, 2.2.25.
Videbimus de iſthoc quid opus ſit. Terent. in Heaut. 3.2.46.
Videat de dote quid poſſit. Plaut. in Trinummo, 8.141.
Vigilare de nocte. Cic. ad Q. Fratrem, Efficiam quod ſæpe viatoribus, cum properãt euenit: vt ſi ſerius quàm voluerint forte ſurrexerint, properando etiam citius quàm ſi de nocte vigilaſſent, perueniunt quò velint.
De compacto. Plaut. in Capt. 8.24, Nemo ridet: ſciui extẽplo rem de compacto geri. Ie cõgneu incõtinent quils ſentrentendoiẽt en ceſte affaire, que ce eſtoit faict par accord. Idem in Pſeudolo, 7.127, Quid ſi hice inter ſe cõſenſerunt Callipho, aut de cõpacto faciũt, conſutis doliſ
De improuiſo, A deſprouueu, ſans y auoir penſe parauant, dauenture. Plaut. in Aſin. 7.44, Audacter licet ſis amanti ſubuenire familiari filio, tantũ adeſt boni de improuiſo. Idem in Mercatore, 19.10, Ibo de improuiſo obuiam, ne ceſſaſſe intellegat. Terent. in Adelph. 3.3.53, Vah, nihil reticuit. nam vt numerabatur forte argentum, interuenit homo de improuiſo. Idem in Phorm. 5.7.1, Tãtam fortunam de improuiſo eſſe his datam. Idem in Adel. 4.4.1, Diſcrucior animi, hoccine de improuiſo mali mihi obijci? Idem in Heaut. 2.3.40, Vbi de improuiſo interuentum eſt mulieri. Idem in And. 2.5.6, Quaſi de improuiſo reſpice ad eũ. Ibidem, 2.2.23, Redeunti interea ex ipſa re mihi incidit ſuſpicio: hem paululum obſoni, ipſus triſtis, de improuiſo nuptiæ: non cohærent.
De induſtria: A ſon eſciant, de faict a penſee, tout a propos. Plaut. in Aſin. 5.60, Quod ego iuſſeram, quod volueram, faciebatis: quod nolebam, ac vetueram, de induſtria fugiebatis, neque conari id facere audebatis prius. Idem in Caſina, 5.62, Subolet iã vxori quod ego machinor: propter eam rem magis armigero dat operam de induſtria. Terent. in And. 4.5.56, Paulum intereſſe cenſes, ex animo omnia, vt fert natura, facias, an de induſtria?
De integro, Derechef, ou tout de nouueau, depuis le commencement. Terent. in Heaut. 4.2.7, Quid agam, aut quid comminiſcar, ratio de integro ineũda eſt mihi. Idem in Phor. 1.3.22,

Cui de integro eſt poteſtas etiã cõſulendi quid velis, retinere, amare, amittere. Idem in prol. Andriæ, 26, Poſthac quas faciet de integro comœdias, ſpectandæ, an exigendæ ſint vobis prius. Idem in Adelphis, 1.2.73, Sperabam iam deferuiſſe adoleſcentiam: gaudebam: ecce autem de integro.

De more, Selon ſa couſtume, quil auoit de couſtume. Plin. in paneg. 9, Tibi aſcendenti de more Capitolium, quanquam non id agentium ciuium clamor, vt iam principi occurrit. &c.

De nihilo, Pour vng rien. Plaut. in Truc. 16.54, De nihilo nihil eſt iraſci, quæ te non floccifacit, Ce neſt rien, ou ceſt folie de ce courroucer dung rien, puis quelle ne te deſpriſe point.

Non hoc de nihilo eſt, quòd Laches nunc me conuentam eſſe expetit. Ce neſt point ſans cauſe, que Laches deſyre de parler a moy. Terent. in Hecyra, 5.1.1.

De præfacili. Plaut. in Epid. 14.21, De præfacili exoras Epidice. Tu impetres fort facilemẽt ce que tu demandes.

De proximo ſenex: Dicy aupres, Voiſin. Plaut. in Aulul. 13.31, Eam ego hodie faciam vt hic ſe nex de proximo ſibi vxorem poſcat. Idem in Milite, 15.43, Nam quos videre exoptabam me maxime, vnâ exeuntes hinc video de proximo.

De procul, De loing. Plaut. in Perſa 14.6, Lepide hercle adiuuas. s. age, illuc aſpice de procul in conſpectum. Regarde la dicy loing.

De repente, Incontinent, ſubitemẽt, tout a coup. Plaut. in Moſtell. 7.57, Lucernam forte oblitus fueram extinguere: atque ille exclamat de repente maximum. Terent. in Hecyra, 4.1.3, Ita corripuit de repente tacitus ſeſe ad filiam. Ibidem, 4.1.40, Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe de repente auellere, qui cum tot conſueſcet annos: nõ eum hominem ducerem, nec virum ſatis firmum filiæ.

De ſubito: Subitement. Plaut. in Captiuis, 2.62, Nam hoc planè iniquum eſt comico choragio, conari de ſubito nos agere tragœdiã. Idem in Bacchid. 1.46, Quid ſi apud te veniat de ſubito prandium, aut potatio, forte aut cœna? Idem in Sticho. 14.39, Nanque ædepol, quãuis de ſubito, vel cadus vorti poteſt.

De ſuper: Denhault. Plin. in paneg. 55, Nihil tamen gratius, nihil ſeculo dignius, quàm quod cõtigit de ſuper intueri delatorum ſupina ora, retortáſque ceruices agnoſcebamus & frueba-mur. Idem de viris illuſt. 73, Apuleius cum in curiam fugiſſet, lapidibus & tegulis de ſuper interfectus, caput eius Rabirius quidam ſenator per conuiuia in ludibrium circuntulit.

DEALBO dealbas, dealbare, Fort blãchir, ou du tout blãchir depuis le hault iuſques en bas. Curius Ciceroni, Nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare.

DEAMBVLO deambulas, deambulare, Aller de lieu a autre, ſoy pourmener. Terẽt. in Adelphis, Deambulare huc libitum eſt. Idem in Heaut. 3.3.26, Da illis locum. abi deambulatum. cL: deambulatum? quò?

Deambulatio, deambulationis, Pourmenement. Terent. in Heaut. 4.6.2, Nulla eſt tam facilis res quin difficilis ſiet, quam inuitus facias. vel me hæc deambulatio quam non laborioſa ad languorem dedit.

DEAMO deamas, deamare: Fort aimer. Plaut. in Epid. 5.36, Cum illa quam tuus gnatus annos multos deamat, deperit. Idem in Pœnulo, 14.72, Quia Adelphaſium, quam herus deamat tuus, ingenua eſt. Idem in Caſin. 5.19, Quàm te deamo. c. nolo ames. s. nõ potes impetraſcere. Terent. in Heaut. Næ ego ſum fortunatus, deamo te Syre.

Deamatus deamata deamatum: Qui eſt fort eſtime & tenu chier. Plau. in Trucul. 15.4, Diij magni, vt ego lætus ſum & lætitia differor, ita ad me magna nuntiauit Chiamus hodie gaudia, mea dona deamata, acceptáque habita eſſe apud Phroneſium.

DEARTVO deartuas, deartuare: Per artus incidere, Couper les membres. Plaut. in Capt. 11.110, Vbi ego minime atque ipſus ſe volt maxime, tum igitur ego ærumnatus, deartuatus ſum miſer ſceleſti hominis technis, qui me vt lubitum eſt, ductauit dolis.

Deartuare opes, per tranſlationem dixit Plautus in Capt. 12.14, Me, meámque rem, quod in te vno fuit, tuis ſceleſtis falſidicis fallacijs dilacerauiſti, deartuauiſtique opes. Tu as departi & deſpendu ca & la mes biens ou richeſſes.

DEBACCHOR debaccharis, debacchari, Præ ebrietate valde furere: De force dauoir beu eſtriuer & tancer a aucun. Terent. in Adelph. Satis iam debacchatus leno es? audi ſivis nunc. L. egóne debacchatus ſum in te, an tu in me?

DEBELLO debellas, debellare, Vaincre, & prendre par bataille. Plin. lib. 6, Darium Alexander debellauit. Virg. Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Debellatum eſt cum Græcis. Id eſt, finitum eſt bellum. Liuius lib. 8.

DEBEO debes, debui, debitum, debere, Eſtre tenu a aucun, & obligé pour quelques plaiſirs & ſeruices quil nous a faict. Terent. in And. 4. 1. 51, Ego Pamphile hoc tibi pro ſeruitio debeo, conari manibus pedibus, noctéſque & dies, capitis periculum adire, dũ proſim tibi. Cic. Plãco, Perfice vt ne minus reſp. tibi, quàm tu reip. debeas. Idem, Seruio, Homo & maximis meis beneficijs deuinctus, & prope omnium qui mihi debere aliquid videntur, gratiſſimus.

Debeo tibi, ſine accuſatiuo. Cicero ad Lẽtulum, Nos authoritatẽ eò minorem habemus quòd tibi debemus.

Debeam credo iſti quicquam furcifero, ſi id fecerim, præſertim cum ſe ſeruum fateatur tuum. Ironice dictũ, Ie croy que ien ſeray bien tenu a ce meſchant garſon icy, ſi ie fais cecy. Terẽt. in Eunucho, 5. 2. 22.

Debeo tibi hanc fidem. Plin. epiſt. 42. b, Debeo enim tibi, debeo memoriæ fratris tui hanc fidem, hoc ſtudium præſertim ſuper tanta re.

Debere: Debuoir argent ou autre choſe a aucun. Plaut. in Curcul. 8. 3, Beatus videor, ſubduxi ratiunculam quantũ æris mihi ſit, quantúmque alieni ſiet. diues ſum, ſi non reddo æs quibus debeo: ſi reddo illis quibus debeo, plus alieni eſt. Idem in Truc. 6. 6, At volo ſcire quid debetur hic tibi noſtræ domi.

Animam debet: Il doibt plus quil na vaillant. Terent. in Phorm. 4. 3. 56, Quid ſi animam debet? ager oppoſitus eſt pignori, ob decem minas, inquit.

Debere: Deuoir faire quelque choſe. Plaut. in Amph. 3. 39, Nunc iam huc animum ad ea quæ loquar aduortite: debetis velle quæ velimus, meruimus & ego & pater de vobis & republica.

Debitor debitoris, m. g. Debteur, qui doibt quelque choſe a aucũ. Plin. epiſt. 264, Quum vellem Apameæ domine cognoſcere publicos debitores, & reditum & impendia, reſponſum eſt mihi cupere quidem vniuerſos, vt à me rationes Coloniæ legerẽtur. Idem in paneg. 69. Donauit pater tuus multa: & ipſe donaſti. ceſſerit parum gratus: manent tamen ij qui bonis eius fruantur, nihílque ex illis ad te, niſi gloria redit: nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit.

Debitio debitionis, f. g. Ipſe actus, Endebtement. Cic. Attico, lib. 14, Quintus autem de emendo nihil curat hoc tempore. ſatis enim torquetur debitione dotis: in qua mirificas Egnatio gratias agit. Idem pro Plancio, Perquàm diſſimilis eſt pecuniæ debitio & gratiæ. nam qui pecuniam diſſoluit, ſtatim non habet id quod reddidit. Qui autem debet æs, retinet alienum. Gratiam autem & qui refert habet: & qui habet, in eo ipſo quod habet, refert.

Debitus debita debitum, participium, Qui eſt deu. Vt argentum debitum. Liuius lib. 22, Quũ Romanus plures quàm Pœnus recepiſſet, argentúmque pro eis debitum ſæpe iactatum in ſenatu, re quàm tunc conſuluiſſent patres, tardius erogaretur.

DEBILIS & hoc debile, Debile, foible. Terẽt. in Adelphis, 4. 4. 3, Diſcrucior animi. hoccine de improuiſo mali mihi obijci tantum, vt neque quid me faciam, neque quid agam certũ ſiet? membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit. Ouidius de triſtibus, Expetit exiguas debile corpus opes.

Debilito debilitas, debilitare, Debiliter & affoiblir: amoindrir la force. Cicero de amicitia, 22, Cúmque plurimas & maximas commoditates amicitia contineat, tamen illa nimirum præſtat omnibus, quòd bona ſpe prælucet in poſterum, nec debilitari animos aut cadere patitur.

DEBLATERO, deblateras, deblaterare, Eſt (vt inquit Feſtus Pomp.) Stulte loqui. nã βλάκας ſtultos vocant Græci. Nonius verò, deblaterare, obloqui & confingere interpretatur. Lucil. lib. 30, Deblaterat plenus, bonus, ruſticus, concinit vná. Plaut. in Aulul. 8. 1, Vbi tu es quæ deblateraſti iam vicinis omnibus me meæ filiæ daturum dotem?

DECACVMINO decacuminas, decacuminare, Cacumen præcído, ſiue cacumine príuo. Oſter le hault, le ſommet ou couplet de quelque choſe. Columella, lib. 6, Poteſt etiam vlmus ſic diſponi, vt adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinem quindecim pedum excedat.

DECEDO decedis, deceſſi, deceſſã, decedere, Eſt diſcedere. proprie verò à mãdato cuſtodiæ loco recedere. vt conſules, de prounicia dicũtur decedere, & præſides de vrbibus. Se partir de quelque lieu, & quitter la place a vng autre qui vient en noſtre lieu. Decedere, ei qui ſucceſſor miſſus eſt, cedere. Cic. Attico, Non putet nos ſenatus antè oportere decedere, quàm nobis ſucceſſum ſit. Idem in Piſonẽ, Altera ratio, quòd ij quos in prouincia liberalitatis & virtutis ſuæ teſtes habuerat, nondum deceſſerant. Idem de ſenect. 66, Ita fit vt illud breue vitæ reliquum nec auide appetendum ſenibus, nec ſine cauſſa deſerendũ ſit. vetátque Pythagoras,

iniuſſu imperatoris, id eſt dei, de prædio & ſtatione vitæ decedere.

Deceſſit Romæ: Il ſeſt parti de Rome. Cic. pro domo ſua ad pontif. Cyprius rex, cuius maiores huic populo ſocij atque amici ſemper fuerunt, cum bonis omnibus ſub præcone ſubijceretur, Negotium (inquit) dedi, vt ſi inde iret in Hiſpaniam, cum Romæ deceſſiſſet, cõſulatum ei petere liceret.

Decedamus hinc: Partons dicy. Plaut. in Bacchid. 1.74, Hic neſcio quid turbæ eſt: quin hinc decedimus? ſequere hac igitur me intrò in lectum, vt ſedes laſſitudinem.

Decedere alicui: Soy deſtourner de deuãt aucun en chemin, & faire honneur. Plaut. in Amph. 12.4, Nec quiſquam tam audax fuat homo qui obuiam obſiſtat mihi. nam mihi quidẽ hercle, qui minus liceat deo minitarier populo ni decedat mihi.

Decedere itinere: Se deſtourner du chemin. Plin. epiſt. 2.a, Non tamen omnino Marci noſtri λικύθους fugimus, quoties paulum itinere decedere, non intempeſtiuis amœnitatibus admonebamur.

Decedere de via. Idem. Plaut. in Amph. 12.1, Cõcedite atq; abſcedite, omnes de via decedite.

Decedere alicui de via: Soy deſtourner du chemin deuant aucun, & luy faire honneur & reuerence. Plaut. in Trinummo, 8.62, Non tibi dicam dolo, decedam ego illi de via, de ſemita, de honore populi.

Decedere via: Aller hors du chemin: Deſuoyer. Suetonius in Cæſare, Et cum luminibus extinctis deceſſit via diu errabundus, tandem ad lucem duce reperto per anguſtiſſimos tramites pedibus euaſit.

Decedere via alicui. Idem. Plaut. in Amphit. 12.7, Quamobrem mihi magis par eſt via decedere & concedere. Suet. in Tiberio, Nec mirum, cum palàm eſſet ipſum quoque eiſdem aſſurgere, & decedere via.

Decedere de ſuo more: Changer de couſtume. Cic. in Verrem, Nónne hoc indicant, tãtas eſſe iniurias, vt multo maluerint de ſuo more decedere, quàm de tuis moribus non dicere?

Decedere inſtituto ſuo, apud Liuium, Id eſt aliter agere quàm ipſe ſolitus eſt.

Decedere de iure ſuo: Remettre de ſon droict. Eſt non ſummo iure agere, aliquid ſui cõdonare comiter. Cic. in offic. lib. 2, Conuenit autem in vicinitatibus & confinijs eſſe æquum & facilem. eſt enim liberale, paululum nonnunquam de ſuo iure decedere, & interdum fructuoſum. Idem pro Roſcio Amerino, Eſto, cauſſam proferre non potes, tametſi ſtatim viciſſe debeo, tamen de meo iure decedam: & tibi quod in alia cauſſa non concederẽ, in hac concedam, fretus huius innocentia.

Decedere ſuo iure: Remettre ou lacher quelque choſe de ſon droict, & ne vſer de la rigueur quon pourroit bien. Liuius lib. 3, Caius Iulius decemvir diem Sextio dixit, & accuſator ad populum extitit. cuius rei iudex legitimus erat. Deceſſitque iure ſuo, vt demptũ de vi magiſtratus, populi libertati adijceret.

Decedere de officio: Contra quàm decet & officioſum eſt, aliquid agere: Ne faire pas ſon debuoir. Cic. in Verrem, Quid faceres pro homine innocẽte & propinquo, cum propter hominem perditiſſimum atque alieniſſimum, de officio deceſſeris?

Decedere officio. Idem. Liuius, Eas quoque colonias quæ officio deceſſiſſent. Id eſt inofficioſe egerant, quæ officio non erant in Romano populo functæ. Elles nauoiẽt point faict leur office ne leur deuoir enuers le peuple.

Decedet nihil de ſumma, Il nen ſera rien diminue, il ne deſcroiſtra rien de la ſomme. Terentius in Adelph. 5.3.30, Gloriam tu iſtam obtine, mea, quæ præter ſpem euenêre, vtantur ſine, de ſumma nihil decedet. quod hinc acceſſerit, id de lucro putato eſſe.

Decedet hæc ira. Terent. in Hecyra, 3.5.55, Percontumax rediſti nobis huc Pamphile, decedet iam ira hæc, etſi merito iratus eſt. Le courroux ceſſera: ſe paſſera.

Decedere, Mourir. Suet. de claris grammat. 17, Docuitque in atrio Catilinæ domus, quæ pars palatij tum erat, & ſeſtertia centena in annum accepit. Deceſſit ætatis exactæ, ſub Tyberio. Cic. Attico, lib. 1, Nam puer feſtiuus Anagnoſtes noſter Soſitheus deceſſerat, méque plus quàm ſerui mores debere videbantur, commouerat.

Decedi, Paſſiue. Cic. de ſenect. 58, Hæc enim ipſa ſunt honorabilia, quæ videntur leuia atque communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci. Eſtre honnore parmi la rue en faiſant voye.

Deceſſio deceſſionis, fœm. gen. Departement. Cicero ad Q. Fratrem, Ego tibi ſpem maturæ deceſſionis afferebam.

Decedens decedentis. Qui de la prouince retournoit a la ville de Rome. Cic. pro Murena, Mihi obuiam prodierunt de prouincia decedenti.

Deceſſor deceſſoris, Eſt cui è prouincia abeunti, ſucceſſor mittebatur. Vlpianus in lege Obſeruare, in tract. de off. procõſ. Recte autem & ordine faciet, ſi edictum deceſſori ſuo miſerit, ſignificétque quo die fines ſit ingreſſurus.

DECEM, nomen numerale indeclinabile, Dix. à Græco Δέκα. Terent. in Heaut. 5.1.36, Decem dierum vix mihi eſt familia. Ie nay pas de bien pour y fournir dix iours.

Decenus decena decenũ, Vne diſaine. Columella lib. 4, Vt ego exiſtimo, tricenas vt decenas certe amphoras percipient.

Decies, aduerbium, Dix fois. Plaut. in Sticho, 5.45, Quin & ipſa decies in die mutat locum. Idem in Aulul. 4.31, Ita me miſeram ad hunc modum decies die vno ſæpe extrudit ædibus. Idem in Amph. 7.19, Equidem decies dixi. Ibidem, 8.91, Ego inquam, ſi vis decies dicere. Idem in Pœnulo, Nam liberare, haud ſemel iurauiſti, me, ſed decies.

Decimus, decima, decimum, ſiue decumus, antique, Le dixieme. Plaut. in Amphit. 5.19. Alter decumo poſt menſe naſcetur puer.

Decumanus authore Feſto, appellatur limes, qui fit ab ortu ſolis ad occaſum. Alter ex trãſuerſo currens, appellatur cardo.

Decumana oua dicuntur, & decumani fluctus, qui ſunt magni. nam & ouum decimũ maius naſcitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur. Ita Feſtus Põpeius. Lucanus in quinto Phar. Hæc fatum decimus, dictu mirabile, fluctus Inualida cum puppe leuat.

Decumana porta in caſtris, quæ in poſtica parte caſtrorũ erat, vt ex Cæſare lib. 3. belli Gallici intelligimus: & ex Liuio his verbis, libro decimo, Ab tergo caſtrorũ decumana porta impetus factus. itaque captum quæſtorium: quæſtórque ibi occiſus.

Decumanus acipenſer apud Ciceronem in ſecũdo de finibus, ex Lucilij carminibus, Cœnaſti in vita nunquam bene, cum omnia in iſto Conſumis ſquilla acipenſere cum decumano.

Decumanus ager: Vng champ, ou vne terre qui paie decime. Cic. in Verrem, act. v, Præterea omnis ager Siciliæ ciuitatum decumanus eſt: itémque ante imperium populi Romani ipſorum Siculorum voluntate & inſtitutis fuit.

Decimæ decimarum, ſiue decumæ, Les decimes, la dixieme partie que on baille de quelque choſe que ce ſoit. Plaut. Vt decimas ſolueret Herculi. Cic. in Verrẽ, act. 5, L. Octauio, & C. Cottæ conſulibus ſenatus permiſit vt vini & olei decumas, & frugum minutarum, quas ante te lege quæſtores in Sicilia vendere conſueſſent, Romæ vẽderent, legémque his rebus, quam ipſis videretur, edicerent. Idem pro lege Manilia, Nã cum hoſtiũ copiæ non longe abſunt, etiam ſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio conquieſcit. itaque neque ex portu, neque ex decumis, neque ex ſcriptura veſtigal conſeruari poteſt.

Decimas, Plautus aliâs decimam partem vocat. In Sticho, Hæc veniſſe iam opus eſt quantum poteſt, vt decimam partem Herculi polluceam.

Decumani (vt Aſconius Pedianus docet) vocantur publicanorum principes, à quibus decumæ exigebãtur. Cic. in Verrem, act. 4, Decumani, hoc eſt principes, & quaſi ſenatores publicanorum, remouendas de medio literas cenſuerunt. Ibidem, Eáque, quæ iam diu ad ſalutem ſociorum, vtilitatémque reip. compoſita, comparatáque eſſent, ad ſuos improbiſſimos quæſtus conuerterit, qui primum certos inſtituerit, nomine decumanos, reuera miniſtros, ac ſatellites cupiditatum ſuarum.

Decimo decimas, decimare, Prendre decimes de quelque choſe.

Decimare legiones, Decimũ quenque ex legione ſupplicio affícere. Liuius lib. 2, Cætera multitudo ſorte decimus quiſque ad ſupplicium lecti. Mos enim erat antiquus quo in decimũ quenque militem ſortito animaduertebatur capitaliter.

Decempeda decempedæ, f. g. Vne meſure ou perche longue de dix pieds, a meſurer & partir terres. Cic. in Antoniana XIIII, Si vero coloniarum & municipiorum ſine vlla dubitatione hoſtis eſt, quid tandem huius cenſetis vrbis, quam ille, ad expiandas egeſtates latrocinij ſui cõcupiuit, quam iam peritus metator & callidus decempeda ſua Saxa diuiſerat. Saxa in hoc loco, proprium eſt nomen amici Antonij.

Decempedator decẽpedatoris, Qui decempeda metitur. Cic. in Antoniana, XIII, Cauebat etiã L. Antonio, qui fuerat æquiſſimus agri priuati, & publici decempedator.

Decemuiri dicebatur magiſtratus, qui ad remp. gubernandam ſucceſſit Conſulibus. Liuius

lib.3, Anno trecenteſimo altero quàm Roma condita erat, iterum mutatur forma ciuitatis ab conſulibus ad decemuiros, quemadmodum à regibus antè ad conſules venerat. Tranſlatio imperij minus inſignis, quia non diuturna mutatio fuit. læta enim principia magiſtratus eius, nimis luxuriauere, eo citius lapſa res eſt. repetitúmque duobus vti mandaretur conſulum nomẽ imperiúmque. Idem alibi, Iam redierant legati cum Atticis legibus. eo intẽtius inſtabãt tribuni, vt tandem ſcribẽdarum legum initium fieret. placet creari decemuiros ſine prouocatione, & nequis eo anno magiſtratus eſſet.

Decemviratus decemviratus, decemviratui: Dignitas & officium decemvirorum. Liuius, Opinio etiam ſine authore exierat, non in præſentis modo temporis eos iniuriam conſpiraſſe, ſed fœdus clandeſtinum inter ipſos iureiurando ictum, ne comitia haberent: perpetuóque decemviratu poſſeſſum ſemel obtinerent imperium.

DECERMINA, authore Feſto, dicuntur, quæ decerpuntur purgandi cauſſa.

DECERNO decernis, decreui, decretũ, decernere, Diſcerner, ou dire lequel eſt lequel. Plautus in Amph. 2.8, Blepharo captus arbiter, vter ſit, non quit, Amphitruo, decernere.

Decernere: Penſer & iuger en ſoymeſme de quelque choſe. Terent. in Adel. 4.2.6, Quid hoc, malùm, infelicitatis? nequeo ſatis decernere. Ie nen ſcay bonnement que dire.

Decernere: Propoſer & arreſter quelque choſe en ſoymeſme. Statuere & defigere, inquit Donatus. Terent. in Hecyra, 1.2.73, Sed quam decrerim me non poſſe diutius habere, eam ludibrio haberi Parmeno quin integrã itidem reddã, vt accepi à ſuis. Idem in Heaut. 1.1.95, Decreui tantiſper me minus iniuriæ Chreme meo gnato facere, dum fiam miſer.

Decernere: De re magna ſentẽtiam proferre, interpretatur Donatus. Determiner. Terent. in And. 1.5.3, Vxorem decrerat dare ſeſe mihi hodie: nónne oportuit præſciſſe me antè?

Decernere honores: Ordonner que aucuns honneurs fuſſent faits a ceulx qui auoiẽt faict quelque vaillantiſe, ou quelque guerre dont auoient eu victoire. Plin. epiſt. 139. d, Sed cum princeps optimus, parenſque publicus, rogatus à Pallante, eam partem ſententiæ, quæ pertinebat ad dandum ei ex ærario centies quinquagies ſeſtertium, remitti voluiſſet, teſtari ſenatũ, & ſe libenter, ac merito hanc ſummam inter reliquos honores ob fidem, diligentiámque Pallantis decernere cœpiſſe &c. Idem in Paneg. 90, Nam pleroſque ex decretis honoribus & alij non receperunt: nemo antè tantus fuit, vt crederetur noluiſſe decerni.

Decreta eſt mihi triumphalis ſtatua: Il a eſte ordonne du ſenat, que pour la victoire que iay eu, vne ſtatue me ſeroit eſleuee. Plin. epiſt. 31.a, Heri à ſenatu Veſtritio Spurinnæ, principe authore triumphalis ſtatua decreta eſt: non ita vt multis, qui nunquam in acie ſteterunt, nunquam caſtra viderunt, nunquam denique tubarum ſonũ, niſi in ſpectaculis audierunt: verùm vt illis, qui decus iſtud ſudore & ſanguine & factis aſſequebantur.

Decernere quæſtionem, pro eo quod nunc dicimus ordinare vt fiat informatio, & vt cõtra delinquentes procedatur. Ordonner que informations ſoient faictes. Cic. pro Milone, Cõprehenſus eſt in templo Caſtoris ſeruus P. Clodij, quem ille ad Pompeium interficiendum collocauit. Extorta eſt cõfitenti ſica de manibus. Caruit foro poſtea Pompeius, caruit ſenatu, caruit publico. Num quæ rogatio lata? num quæ noua quæſtio decreta eſt?

Decernere vt legibus quæratur. Idem. Cic. pro Milone, Quòd ſi per furioſum illum tribunũ ſenatui quod ſentiebat perficere licuiſſet, nouam quæſtionem nunc nullam haberemus. decernebat enim vt veteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur.

Decernere, Batailler. Virg. georg. lib.3, Cornibus inter ſe ſubigit decernere amanteis.

Decernere ferro vel armis. Virg. lib. x1 AEneid. Ipſum armis, ipſúmque iubet decernere ferro. Cicero Philipp. lib.3, Quam ne ſeruiam animis, armiſque decernere.

Decretum eſt mihi: Iay propoſe, iay delibere. Plaut. in Aulul. 16.38, Mihi bibere decretum aquã eſt. Idem in Aſin. 3.59, Eos me decretum eſt perſequi mores patris. Terentius in Heaut. 3.1.56, Sumat, conſumat, perdat, decretum eſt pati. Ibidem, 2.4.12, Vobis cum vno ſimul vbi ætatem agere decretum eſt viro.

Decretum eſt vt. Plaut. in P[illegible],6.52, Profecto feſtos habeam, decretum eſt mihi.

Decretum decreti, n.g. Vng arreſt. r lacitũ latine aliâs dicitur. græce dogma & pſephiſma. Plin. epiſt. 248, Quod affirmare tibi poſſum, vt decreta, quibus damnati erant, proferebantur.

Decretorius decretoria decretorium. Id eſt decretum, firmatum, extánſque ad aliquid arguendũ iudicandúmve. Quintilianus, At quidam litigationibus ſuis illũ modo ambitioſum declamandi ſudorem præſtitiſſe contenti, cum turba laudantium deſtituunt ſubſellia, pugnámque illã decretoriam, imperitis, ac ſæpe pullatæ turbæ relinquunt.

Decretorium ſydus, & tempus decretorium dicitur, id ex quo de prouentu aliquarum rerum futuro ſumitur iudicium. Plin. lib. 18, Res ſumma vitium agitur decretorio vuis ſydere illo quod caniculam appellauimus. Vnde carbunculatæ dicuntur, vt quodam vredinis carbone exuſtæ. Idem, Aliqua exoritur veſperi decretorio die florentibus oleis.

DECERPO decerpis, decerpſi, decerptum, decerpere, Prendre de quelque choſe. Vt decerpere vuam. Plin. epiſt. 197, Ipſe cum abſis, vindemias graciles quidē, vberiores tamē, quàm expectaueram, colligo: ſi colligere eſt nōnunquam decerpere vuam, torquulum inuiſere, guſtare de lacu muſtum, obrepere vrbanis, qui nunc ruſtici præſunt.

Decerpere ex dignitate alterius. Plin. epiſt. 177. a, Nihil ex cuiuſquā dignitate, nihil ex libertate, nihil ex cuiuſquam iactatione decerpſeris.

DECERTO decertas, decertaui, decertatū, decertare: Debatre. Cic. pro Cn. Plancio, Sed erat, non iure, non legibus, non diſceptādo decertandum. Idem de amicitia, 28, Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum eſt, Pyrrho & Hannibale.

DECET, decuit, decere, Impersonale, Il conuient. Plaut. in Amph. 12. 24. Ibo intrō, ornatū capiam qui potius decet. Vng habit conuenant a laffaire.

Decet me hæc veſtis: Ceſte robbe me ſied bien. Plaut. in Moſtell. 4. 10, Cōtempla āmabo mea Scapha, ſatín hæc me veſtis deceat.

Decet me his verbis fabulari: Il me conuient dainſi parler, il me fault ainſi parler. Plautus in Amphit. 4. 47, Sed quo modo & verbis, quibus me deceat fabularier, prius ipſe mecum etiā volo hic meditari.

Deos decet opulentia: Ceſt a faire aux dieux deſtre riche. Plaut. in Trinummo, 8. 69, Dei diuites ſunt, deos decet opulentia, & factiones.

Decet abs te id impetrari: Ceſt choſe fort raiſonnable & conuenante quelles obtiennent ce de toy. Plaut. in Rud. 17. 36, AEquū has petere intelligo, decet abs te id impetrari, ignoſcere his cōuenit. Idem in Epid. 10. 7, Promerui, vt mihi omnes mortales deceat agere gratias.

Decet, datiuo iūctum. Plaut. in Amph. 8. 186, Iſthuc facinus, quod tu inſimulas, noſtro generi non decet. Terent. in Adel. 5. 8. 6, Imò hercle ita nobis decet. Cicero de oratore, Quādoque id deceat prudentiæ tuæ.

DECIDO decîdis decîdi, decîſum, Decîdere, Coupper ius quelque choſe. Plaut. in Mercat. 6. 37, Decîde mihi collū, ſi falſum ad te loquar. Couppe moy le col ius de deſſus les eſpaules. Idem in Caſina, 6. 17, Ego pol iſtam iam aliquo verſum tragulam decidero.

Decidere, Mettre fin a quelque noiſe, debat, ou autre choſe. Plin. de viris illuſt. 56, Et progreſſus ad populū gratias fortunæ egit, quòd ſi quid aduerſi reip. immīnebat, ſua eſſet calamitate deciſum. Horat. Et poſt deciſa negotia campo.

Decidere, eſt litem conſenſu mutuo dirimere, quod tranſigere plerunque iuriſconſulti vocant. Appointer quelque noiſe, ou debat, faire quelque cōpoſition enſemble & mettre fin a quelque debat. Vlpianus de furtis, Vſqueadeò autem diuerſæ ſunt actiones, vt ſi quis eorum pro fure damnum deciderit, dici oporteat ſolummodo actionem ſibi competētem amiſiſſe eum, cæteris verò ſupereſſe. Idem, Nam ſi proponas ſeruum communem eſſe ſurreptum, & alterū ex dominis pro fure damnū deciditſſe, is qui non deciderit, habet furti actionē. Cicero pro Roſcio comœdo, At enim tu tuum negotium geſſiſti bene, gere & tuum bene: magno tuam dimidiam partem deciditi, magno & tu tuam partē decide. Seſtertiáque CCCL tu abſtuliſti: ſi ſit hoc verum, ſeſtertia quoque CCCL tu aufer. Sed hanc deciſionem oratione & opinione augere licet, reuera tenuem & mediocrem eſſe inuenietis. Decidit (inquit) partem ſuam, id eſt, pro parte ſua maluit CCCL ſeſtertia accipere, ne vltrà lite implicaretur.

Deciſio deciſionis, Appointement, compoſition, & accord entre deux qui ſe debattent de quelque choſe. Cic. in Verrem, Renuntiat deciſionem tutoribus Rabonius.

DECIDO décidis, décidi, decaſum: Cheoir de haut en bas. Plaut. in Trinummo, 8. 109, Ita cuncti, ſolſtitiali morbo décidunt.

Decidit ab archetypo: Il a failli a ſuyure ſon exēplaire. Plin. e 105, Vt enim pictores pulchrā, abſolutámque faciem raro niſi in peius effingunt: ita ego ab hoc archetypo labor ac décido.

Decidit de. Plaut. in Caſina. 23. 26, Decido de lecto præceps, ſubſilit. Idem in Perſa, 7. 7, Ea nunc quaſi decidit de cælo, dedit argentū. Terent. in Phormione, 4. 4. 27, Anguis per impluuium decidit de tegulis.

Decidere de ſpe: Perdre ſon eſperance. Terentius in Heaut. 2. 3. 9, Væ miſero mihi quanta de ſpe décidi.

Decidi ſpe. Ibidem, 4.8.11, Quanta ſpe decidi.

Decidere in. Plaut. Deciderint vobis fœmina in talos velim.

Decidit illis ouibus omnis fructus, Le fruict de ces brebis icy, eſt tout cheut. Plautus in Bacchidibus, 23.13, Exoluêre quanti fuêre, omnis fructus iam illis decidit.

Deciduus decidua, deciduum, Choſe qui chet, vt folia. Plin. lib. x1, Omnibus autem caua, & in mucronem demum concreta ſunt, ceruis tantum ſolida & omnibus annis decidua.

DECIPIO decipis, decepi, deceptum, decipere, Deceuoir. Plaut. in Rud. 10.68, At ego etiã qui ſperauerint, ſpem decepiſſe multos. Idem in Bacch. 5.41, Deceptus ſum, Autolico hoſpiti aurum credidi. Idem in Andria, 4.1.45, Deceptus ſum, at non defatigatus.

Deceptus ſum in eo: Ie ſuis deceu en cela. Plaut. in Aſin. 9.95, Diues abſente hero ſolus mihi talentum argenti ſoli adnumerauit, & mihi credidit, neque deceptus in eo.

Decipula decipulæ, Vng trebuchet a prẽdre oyſeaux, Quelque fillet ou las caché, ou foſſe, & telles autres manieres de deceuoir & prendre quelque beſte que ce ſoit, comme vng piege a prendre loups.

Decipulum decipuli, n. g. pro decipula. Apuleius, lib. 8, Opportunum decipulum nactus.

DECLAMO declamas, declamare, Eſt in ficto themate ſe exercere. Cic. Philipp. v, Inimicitias mihi denuntiauit: adeſſe in ſenatu iuſſit ad x111 cal. Octobris. ipſe interea decem & ſeptẽ dies, vt digeſtio potius, quàm declamatio videretur, de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, ſitim querens. hæc enim ei cauſſa eſſe ſolet declamandi.

Solebant enim Romani adoleſcentes eloquentiæ ſtudioſi exercendi ingenij gratia, inuehi orationibus in eos quos ſcirent aliquo crimine poſſe notari. Inde Senecæ & Quintiliani declamationes.

Declamito declamitas declamitare, frequẽtatiuum. In præcedenti Ciceronis loco adducto. Et in Bruto, Commentabar, declamitans. ſic enim loquuntur.

DECLARO, declaras, declarare, Monſtrer euidẽment, declarer par faicts ou dicts ſon vouloir. Cic. de amicitia, 74, Sed cum tot ſignis eadem natura declaret quid velit, ac quærat quid deſyderet, obſurdeſcimus tamen neſcio quo modo: nec ea quæ ab ea monemur, audimus.

Cicero Luceio, Itaque hoc ſæpius dicendum, vbique non ſignificandum, ſed etiam declarandum arbitror. Idem, Declarauit id modo temeritas C. Cæſaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit.

DECLINO declinas: Declinare aliquid, Euiter, fuyr. Cicero lib. 1. off. Declinétque ea quæ nocitura ſunt.

Declinare de, velè. Soy deſtourner de. Cic. lib. 4. Tuſcul. Quæ quoniam vt bona natura appetimus, ſic à malis natura declinamus. quæ declinatio, ſi cum ratione fiat, cautio appellatur, eáque intelligitur in ſolo eſſe ſapiente. Idem de Amicitia, 54, Vt etiam ſi qua fortuna acciderit, vt minus iuſte amicorum voluntates adiuuãdæ ſint, in quibus eorũ aut de capite agatur, aut fama, declinandum eſt de via, modo ne ſumma turpitudo ſequatur.

Declinare ab officio, Ne faire point ſon debuoir. Et declinare ſe ab ingenio aliarum mulierũ, Ne ſuyure point la nature des autres femmes. Cic. in Verrẽ, act. 5, Qui ſibi ſumpſit vt corrigat mores aliorum ac peccata reprehendat, quis huic ignoſcat, ſi qua in re ipſe ab religione officij declinarit? Terent. in Hecyra, 2.1.3, Nec declinatam quicquã ab aliarum ingenio vllam reperias.

Declinare ſe extra viam. Plaut. in Aulul. Inde ex eo loco video recipere ſe ſenem, ille me non videt: nam ego modo declinaui paululum me extra viam.

Declinare: Conduyre, meſner. Liuius lib. 1, Nec ea culpa quam arguo, omnium Albanorum ducem ſecuti ſunt, vt & vos ſi quo ego inde agmen declinare voluiſſem, feciſſetis.

Declinatio, declinationis, Deſtournement de la voie.

Declinatio (inquit Varro, lib. 3. de analogia) eſt cum ex verbo in verbũ, aut ex verbi diſcrimine, vt trãſeat mens, vocis commutatio fit, aliqua ſimilitudo declinationis. cum itẽ ex aliqua figura in figuram tranſit.

DECLIVIS & hoc decliue: Choſe qui penche en bas, qui va en abaiſſant.

Decliuis ætate, Qui eſt ſur laage, qui tent a vieilleſſe. Plin. epiſt. 171. c, Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate decliuis, diu vidua, mater olim parum decore ſecuta matrimonium videbatur diuitis ſenis ita perditi morbo, vt eſſe tædio poſſet vxori, quam iuuenis, ſanúſque duxiſſet.

DECOLLO decollas, decollare, Oſter quelque choſe pendu a ſon col. Ennius, Quod in col-

lo tuo eſt, decolles caue.

Decollare: Deſcoller aucun, luy oſter la teſte de deſſus le col. Suet. in C. Caligula, cap. 32, Sæpe in conſilio prandentis vel comeſſantis ſeriæ quæſtiones per tormenta habebantur. Miles decollandi artifex quibuſcunque è cuſtodia capita amputabat.

Decollare, pro deſtituere, fruſtrari. Plaut. in Capt. 8. 37, Nũc ibo ad portũ hinc, eſt illic mihi vna ſpes cœnatica: ſi ea decollabit, redibo huc ad ſenem ad cœnam aſperã. Si ie ſuis fruſtré de ceſte la, ſi ie ſuis deceu de ceſte la, que ie ne ſouppe point la. Idem in Caſina, 6. 28, Si nõ impetrauit, ſpicula etiam inſortita ſunt mihi. ſi fors autem decollaſſit, gladium faciam culcitram, eúmque incumbam. Si ie ſuis deceu de mon eſperance.

Decollare, Deeſſe interpretatur Columella. Varro lib. 1. rerũ ruſticarũ, de vitibus loquẽs, Duo in primis ſpectaſſe videtur homines Italici in colẽdo, poſſentne fructus pro impẽſa ac labore reddere, & vtrũ ſaluber locus eſſet, an non. Quorum ſi alterũ decollat, & nihilominus vult colere, mẽte eſt captus, atque ad agnatos & gentiles eſt deducẽdus. Columella lib. 1, Porcius quidam Cato cenſebat in emendo agro, inſpiciendóque, præcipue duo eſſe conſiderãda, ſalubritatem cæli, & vbertatem loci. quorum ſi alterutrum deeſſet, & nihilominus vellet incolere, mente eſſe captum, atque eum ad agnatos & gentiles deducendum.

DECOLOR decolôris, o. g. Qui na point de couleur, Qui a perdu ſa couleur. Tibullus, Quæ feret à celeri decolor Indus aqua.

Decolóro decolóras decolorare, Deſcoulourer, Gaſter la couleur a quelque choſe. Cic. lib. 2. ad Herennium, Mortuum, deformatum, tumore præditum, decoloratum corpore conſtat eſſe.

DECOQVO decoquis, decoxi, decoctum, decoquere, Paulatim diminuere ſignificat, & coquendo abſumere. Conſumer en cuiſant. Plin. lib. 31. cap. 3, Neronis principis inuentum eſt decoquere aquã. Liuius, Eo anno Chartaginẽſes in ſtipendium argentũ aduexerunt: id quia probum nõ eſſe Quæſtores nuntiauerunt, experientibúſque pars quarta decocta erat, mutua pecunia ſumpta intertrimentum argenti ſuppleuerunt. Quintil. in ſecundo, Materiam eſſe primum volo, vel abundantiorem, atque vltra quàm oporteat fuſam, multũ deinde decoquent anni. Id eſt diminuent, limabũt, atterent, & quaſi exugent. Vnde decoquere muſtũ vel aliud ad tertias & ad quartas, Columellæ lib. 13, & Plinio ſæpe.

Decoctum argentum, Cicero in Piſonem pro pecunia in luxum & ganeam abſumpta, poſuit his verbis ſcommatice & mordaciter in Piſonẽ dictis. Ita enim ſunt rationes perſcriptæ ſcitè & literatè, vt ſcriba ad ærarium, qui eas rettulit, perſcriptis rationibus ſecum ipſe caput ſiniſtra manu perfricans commurmuratus ſit. Ratio quidem hercle apparet, argẽtum decoctũ œchetæ. Id eſt, reliqua non comparent, non extant. Verba autem ſunt Plauti ex Trinummo à Cicerone per parodian, id eſt (vt Fabius inquit) per cãtici ac ſermonis ſimilitudinẽ in orationem ſuam tranſlata. quæ tamẽ in omnibus Ciceronis exemplaribus deprauatiſſime legũtur. His enim verbis deſcribitur habitus hominis profuſi de reliquis rationum ſuarũ anxij.

Decoxit domino ſuo fœtura. Columella in principio libri XII, Nam quanuis interdũ emendatum ſit perperam factum vel imprudentia vel negligentia, res tamen ipſa iam domino decoxit. nec mox in tantum exuberat, vt iacturam capitis amiſſi reſtituat, & quæſtum reſarciat. Decoxit, id eſt frugum fœturam quaſi fœnus debitum non reddidit.

Decoquere, Deſpendre & conſumer ſes biens meſchammẽt en yurongnerie & paillardiſe tellement que on doibue a chaſcun, leſquels on ne puiſſe paier. Eſt vorato patrimonio creditoribus fidem fallere, aut certe fidem ſuam non liberare. Plin. lib. 33, Non erat apud antiquos numerus vltra centũ milia. itaque hic & hodie multiplicatur, vt decies centena milia aut ſæpius dicantur. Fœnus hoc fecit, nummúſque percuſſus. & ſic quoque æs alienũ etiãnũ appellatur. Poſtea diuites cognominati, dummodo notum ſit eum qui primus accepit hoc nomen, decoxiſſe creditoribus ſuis. de Craſſo loquens, quòd diues cognomento dictus eſt.

Decoctor decoctoris, Qui deſpend ſon patrimoine meſchamment, & en telle ſorte quil doibue a tout le monde, & ne puiſſe paier. Cic. in Lucium Catilinam, Ex his copijs quæ à nobis quotidie comparantur, magnopere contemno, collectum ex ſenibus deſperatis, agreſti luxuria & ruſticis mendiculis, ex dococtoribus, ex his qui vadimonia deſerere, quàm illum exercitum maluerint.

DECOR decôris, m. g. eſt quaſi pulchritudo quædã. Beauté. Virg. lib. v, Et Dorycli cõiunx diuini ſigna decôris.

Decóro decóras, decorare: Orner, embellir, faire que quelque choſe ſoit belle a veoir & ouyr.

Decôrũ decori, n. g. Decẽtia quædã rebus, perſonis, locis, ſiue in agẽdo ſiue in loquẽdo accómo-

dã. Vne choſe bien cõuenãte ou ſeãte a aucũ, ou a quelque choſe que ce ſoit, ſoit en faire ou en dire. Cic. lib. 1. off. Quæ autẽ pars ſubiecta eſt eius generi, eã ſic definiunt, vt id decorũ velint eſſe, quod ita naturæ cõſentaneũ, vt in eo moderatio & tẽperãtia appareat cũ ſpecie quadã libe rali. Plaut. in Aſin. 10.5, An decorũ eſt aduerſari meis te præceptis? Virg. lib. 2 AEneid. Sic fatus: deinde comantem Androgei galeam, clypeique inſigne decorum Induitur.

Decóre, aduerbiũ, Hõneſtement. Cic. Sin aliquãdo neceſſitas nos ad ea detruſerit, quæ noſtri ingenij nõ erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligẽtia, vt ea ſi nõ decóre, quàm minime indecóre facere poſſimus. Plaut. in Aſin. 9.3, Tergo & cruribus conſuluit haud decóre.

DECVS décoris. n. g. honorificentia ex rebus geſtis. Honneur & gloire que on recoit pour ſes bienffaicts ou vaillantiſes. Virg. lib. v, Oblitus decoriſque ſui, ſociũmque ſalutis.

Decus populi: Qui eſt lhõneur du peuple. Plaut. in Aſin. 12.65, Dij te ſeruaſſint ſemper cuſtos herilis, decus populi, theſaurus copiarum.

Décoro décoras, decorare, Honeſtare ſeu honorificare: Honorifier, bailler hõneur, rendre honorable. Horatius, At bene nũmatum decorat Suadela Venúſque. Gellius, Leonides laudatur, qui ſimile apud Thermopilas fecit: propter eius virtutes omnis Græcia gloriam atque gratiam præcipuam claritudinis inclytiſſimæ, decorauere monumentis, ſignis, ſtatuis, elogijs, hiſtorijs, aliiſque rebus: gratiſſimum id factum habuere.

Décorum décori, Decora militiæ, laudes, honores, honeſtamenta militi in bello comparata. Statius lib. Theb. Terrarum decora alta viri, decoríque iugales.

Decor décoris, o. g. Beau & honneſte. Salluſt. lib. 3, Equis & armis decoribus vultus.

DECORTICO decorticas, decorticare: Oſter leſcorſe de deſſus quelque choſe.

DECOTES, inquit Feſtus, dictæ ſunt togæ attritæ, quaſi cotibus detritæ atq; cõſumptæ ſint.

DECREPITVS decrepita, decrepitũ. Vieux, qui eſt ſur le bort de ſa foſſe, vng vieillart qui ne faict que crier & tenſer. Decrepiti (inquit Donatus) ſunt dicti, quorũ crepitu & plangore familiæ fuerãt iã cõclamata funera. Idem, Decrepiti, dicti ſunt clamoſi ſenes. Idem, Decrepita anus, aut ſtomacho anili, & iracundo. aut decrepita, obtuſi animi, & læſæ ſenectutis. aut decrepita, cui ſæpe moribundæ crepuerit planctu familia. Plaut. in Aſin. 16.13, Verum hoc facto ſeſe oſtendit, qui quidem cum filio potet vnà, atque vnam amicam ductet decrepitus ſenex. Idem in Epidico, 14.1, Satín' ille homo ludibrio nos vetulos decrepitos duos habet? Terent. in Eunucho, 2.1.25, Cum meo decrepito hoc Eunucho. Idem in Adelphis, 5.8.13, Nouus maritus anno demum quinto & ſexageſimo fiam, atque anum decrepitam ducam.

Decrepitus (inquit Feſt Põp.) deſperatus, crepera iã vita, vt crepuſculũ extremũ diei tẽpus. Siue decrepitus dictus, quia propter ſenectutẽ nec mouere ſe, nec vllum facere poteſt crepitũ.

DECRESCO decreſcis, decreui, decretũ, decreſcere, Deſcroiſtre, diminuer. Plaut. in Curc. 5.4, Valetudo decreſcit, accreſcit labor. Martialis, Decreuere greges cũ cadit agna frequens.

DECVLTO decultas, decultare, Valde occultare, inquit Feſtus.

DECVMBO decumbis, decubui, decubitum, Se coucher.

Decumbere, Saſſoir a table. Plaut. in Mercat. 3.98, Sed dum in portu ibi ambulo, hoſpes me quidẽ agnouit: ad cœnam vocat: venio, decumbo, acceptus hilare atque ampliter. Idem in Aſin. 15.1, Agedum decumbamus ſis pater. D. vt iuſſeris, mi gnate, ita fiet. AR. pueri, mẽſam apponite. Terent. in Phor. 2.2.28, Dũ tibi ſit quod placeat, ille ringitur, tu rideas, prior bibas: prior decumbas, cœna dubia apponitur.

Decumbere, Mourir. Cic. lib. 2. Tuſcul. Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos qui quærant quid velint, ſi ſatiſfactum ijs ſit, ſe velle decumbere.

DECVBO decubas, decubui, decubitum, decubare: Se coucher. Apuleius, Decubantẽ excitaui feram. Columella lib. 7. Eſt etiã poſt domiturã mollioris generis bos qui decũbit in ſulco.

DECVRIO decurionis, m. g. Cheualier, capitaine, ayant charge dhõmes darmes. Quẽ barbari militem vocant. Cicero pro Sextio, Qua de cauſſa & tum conuentus ille Capuæ huic P. Sextio, apud me maximas gratias egit: & hoc tempore beneficium fidémque hominis beneficio declarant, periculum deprecantur ſuo decreto. Recita quæſo P. Sexti quid decreuerũt Capuæ decuriones. Plinius Iunior, lib. 1, Eſſe autem tibi cẽtum milia nummũm cenſuum ſatis indicat, quòd apud nos decurio es. Igitur vt te nõ decurione ſolum, verum etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecẽta milia nummũ.

Decuria decuriæ, f. g. Cheualerie, capitainerie, ordre. Nobilitas Romana in decurias, cæteri in cẽturias erant diuiſi: ſingularũ decuriarũ primi dicti ſunt decuriones. Columella, Claſſes etiã non maiores quam denum hominum non faciendæ, quas antiqui decurias appellauerunt. Decuriam pro familiaritate & conſortio vſurpauit Plautus in Perſa, 4.61, Atque niſi gnatam

tecum huc iam, quantum poteſt adducis, exigam ego hercle te ex hac decuria.

Decurio decurias, decuriare, In decurias diſtinguere, vel aſcribere. Cic. pro Cn. Plancio, Iſto in genere & fuimus ipſi, cũ ambitionis noſtra tempora poſtulabant, & clariſſimos viros eſſe vidimus, decuriatio tribuum, deſcriptio populi, ſuffragia largitione deuincta, ſeueritatem ſenatus & bonorum omnium vim, ac dolorem excitarunt: hæc doce, hæc profer, huc incumbe laterẽſis, decuriaſſe Plancium, conſcripſiſſe, ſequeſtrem fuiſſe, pronuntiaſſe, diuiſiſſe.

DECVRRO decurris, decurri, vel decucurri, decurſum: Courir de hault en bas. Virg. Summa decurrit ab arce.

Decurrere, Soy haſter de courir, haſtiuement courir. Plin. epiſt. 64. b, Audiebat ſenatus grauitate cenſoria, ita ſæpius digni, quàm gratioſi præualebant: quæ nunc immodico fauore corrupta, ad tacita ſuffragia, quaſi ad remedium decurrerunt.

Decurſo ſpatio ætatis. Plaut. in Sticho, 3. 14, Si manere hic ſeſe malint, potius quàm hic nubere, nõ faciant. quid mihi opus eſt decurſo ætatis ſpatio, cum eis gerere bellum, quum nihil, quamobrem faciam, meruiſſe arbitror? Apres que iay paſſé mon temps & aage. Cicero de ſenect. 76, Nec verò velim quaſi decurſo ſpatio à calce ad carceres reuocari. quid enim habet vita cõmodi? quid non potius laboris? Plaut. in Merc. 10. 4, Decurſo in ſpatio, breue quod vitæ reliquum eſt, voluptate, vino & amore delectauero.

Decurrere: Courir la lance lung contre lautre, cõme on faict es ioutes, pour ſoy exerciter. Liuius de bello Macedonico, lib. x, Mos erat luſtrationis, ſacro peracto, decurrere exercitum, & diuiſas bifariam acies concurrere ad ſimulachrum pugnæ. Regij iuuenes ei certamini ludicro dati. Suet. in Nerone, Nobiliſſimus eques Romanus elephanto ſuperſedẽs, per catadromum decucurrit. Virg. lib. x 1, Ter circum accenſos cincti fulgẽtibus armis, Decurrêre rogos, ter mœſtum funeris ignem Luſtrauere in equis.

Decurſorium decurſorij, n. g. Le lieu ou on faict les ioutes, vng tournoir.

Decurſus, decurſus, decurſui, Ioutes. Gellius lib. 7, Vt in decurſib⁹ ludicris, aut ſimulachris præliorum feri videmns.

Decurſio decurſionis, f. g. Ioutement. Suet. in Nerone, Deductus in forum tyro, populo congiarium militi donatiuum propoſuit, indicta decurſione.

DECVSSIS huius decuſſis, f. g. Decem aſſes.

Decuſſis, Exacta ſpatij diuiſio ab antiquis dicebatur. Vne place, ou eſpace diuiſee egualement en parties.

Decuſſis & decuſſationes, Victruuius vocat rectas & exactas diuiſiones complanatorum capitum tigni, & exaſceatorum: quæ decuſſatio fit ductis lineis quatuor ad centrum complanati tigni interſecantibus: quæ lineæ, areolas octo faciunt trigonas, quas vulgo facies appellamus, ob id octantes ab eodem authore dicuntur. Vne marque de ligne tiree en facon dune eſtoille ſur le bout dune piece de bois ſciee, pour la fendre ſelon ces lignes la.

Decuſſo decuſſas, decuſſare, Partir & diuiſer quelque choſe en ſorte dune eſtoille, quil y ait autant de diſtance entre vne ligne que lautre. Columella, lib. 5, De vinea iugata loquens, fere autem prædicta ætas læto ſolo truncóque tres materias raro quidem deſyderat, quæ per totidem partes ab alligatore diuidi debet. nihil enim refert iugum in ſtellã decuſſari atque diduci, niſi & palmites adiungantur.

Decuſſare, proprie per mediũ ſecare: Fendre par le milieu. Cic. lib. de vniuerſitate, Hãc igitur omnẽ cõiũctionẽ duplicẽ in lõgitudinẽ diffidit, mediæq; accõmodãs mediã quaſi decuſſauit.

Decuſſatim, aduerbium, Per decuſſes. Columella lib. vltimo, Rapam in alueo aut ſeria compoſito: deinde ſicut conſueuerunt ſalgamarij, decuſſatim ferramento lunato incidito.

DECVTIO decutis, decuſſi, decuſſum, Deijcio, Deorſum quatio, demeto, decido: Tirer ius, abatre. Plau. in Epidico. 6. 4, Quin ex occluſo atque obſignato armario decutio argenti tantũ quantum mihi lubet. Liuius lib. 1, Rex velut deliberabundus, in ortum ædium tranſijt, ſequente nuntio filij ibi inambulans tacitus, ſumma capita papauerũ dicitur baculo decuſſiſſe.

DEDECET, dedecuit, imperſonale. Il neſt pas honneſte, il eſt mal ſeant, & conuiẽt fort mal. Ouid. lib. 6. Metamorph. Admouique preces, quarum me dedecet vſus. Idem, Ingenuos dedecuere minæ.

DEDECORO dedecoras, dedecorare, Deſhõnorer. Plaut. in Bacch. 8. 95, Mneſiloche, cura & caſtiga hominẽ probe, qui dedecorat te, me, amicos, atque alios flagitijs ſuis Ter entius in Hecyra, An quicquam pro iſtis factis dignũ te dici poteſt? & me & te, & familiam dedecoras?

Dedecus, dedecoris, n. g. Dehonneur.

DEDICO, cas, dedicare: Dedier quelque choſe a aucũ. Plin. de viris illuſt. 43, Tarẽtũ ab hoſt

bus recepit. Herculis ſignũ inde tranſlatũ in Capitolio dedicauit. Cic. pro domo ſua ad põtif. Nihil loquor de pontificio iure, nihil de ipſius verbis dedicationis, nihil de religione, ceremonijs, nõ diſſimulo me neſcire ea quæ etiam ſi ſcirẽ, diſſimularem, ne alij moleſtus, vobis curioſus viderer. Poſtem teneri in dedicatione oportere videor audiſſe templis. poſtes nemo vnquam tenuit in dedicando: ſimulachrum autem aut aram ſi dedicaſti, ſine religione loco moueri poteſt. quanquam quid ego de dedicatione loquar? aut quid de veſtro iure, & religione, cõtrà quàm propoſueram, diſputabo?

Dedicare bibliothecam. Plin. epiſt. 8. a, Petiturus ſum enim vt rurſus vaces ſermoni, quem apud municipes meos habui, bibliothecam dedicaturus.

DEDIGNOR dedignaris, dedignari, Deſdaigner aucune choſe, la reietter cõme indigne ou ne vallãt rien. Pli. in paneg. 91, Age, ſiquãdo pietas noſtra ſilẽtiũ rupit, & verecũdiã vicit, quæ qualiacũq; decernimus nos, tu nõ recuſas, vt appareat nõ ſuperbia & faſtidio te ãpliſſimos honores repudiare, qui minores nõ dedigneris. Virg. Quos ego ſum toties iã dedignata maritos.

Dedignatio dedignationis, f. g. Deſdain. Plin. in paneg. 30, Aliud ex alio mihi occurrit, quàm ſpecioſum eſt enim quòd diſciplinam caſtrorum lapſam, extinctá mque refouiſti, depulſo prioris ſeculi malo, inertia & contumacia, & dedignatione parendi.

DEDISCO, dediſcis, dedidici, dediſcere: Deſaprendre ce que on a aprins, loblier. Plautus in Amphit. 8. 54, Haud æquum facit, qui quod didicit, id dediſcit. Propertius, Turpe eſt virtutem dedidiciſſe datam.

DEDO dedis, dedidi, deditũ, dedere, Dõner aucun en la puiſſance dung autre a touſiours, luy bailler ẽtre les mains pour en faire ce quil vouldra. Plau. in Curc. 14. 28, Quid iſtũ tibi tactio eſt? M. quia mihi lubitum. P. accede huc tu, ego illum tibi dedã, tace. Idem in Aulul. 4. 20, Si reſpexis donec ego te iuſſero, continuo hercle ego te dedam diſcipulã cruci. Idem in Pſeud. 20. 116, Di improbis viris auferri præmium & prædam decet, ſaltem Pſeudolum mihi dedas.

Dedere ſe alijs, Saddonner a faire tout ce que les autres vouldront. Terent. in And. 1. 1. 36, Sic vita erat, facile omnes perferre ac pati cum quibus erat, cúmque vnà his ſeſe dedere, eorum obſequi ſtudijs.

Dedere ſe hoſtibus: Se rendre aux ennemis, ſe ſoubmettre a eulx. Plaut. in Amph. 4. 72, Extra turbam ordinum colloquuntur ſimul, conuenit, victi ſint eo prælio, vrbem, agrum, aras, focos, ſeque vti dederent.

Dedo me tibi, Ie me rẽds a toy, ie ſuis tien, ie me ſoubmets a toy, fais de moy ce quil te plaira. Terent. in And. 5. 3. 26. Ego me amare hanc fateor. ſi id peccare eſt, fateor id quoque. tibi pater me dedo: quiduis oneris impone, impera. vis me vxorem ducere? hanc vis amittere? vt potero feram. Idem in Heaut. 4. 3. 3, Dedo me patri nunc iã, vt frugalior ſim quàm volt. Idem in Eunucho, 5. 8. 2, Egóne vt Thaidi me dedam, & faciam quod iubeat?

Dedere aliquem alteri ad ſuppliciũ. Liuius lib. 1, Sic ad ſuppliciũ Numitori Remus deditur.

Dedere ſe in ditionẽ: Soy rendre ſoub la ſubiection des ennemis. Plaut. in Amph 4. 104, Poſtridie in caſtra ex vrbe ad nos veniũt flẽtes principes, velatis manibus orãt ignoſcamus peccatũ ſuũ, dedúntque ſe, diuina humanáq; omnia, vrbẽ & liberos in ditionẽ atque in arbitratũ cũcti Thebano populo. Forma deditionis apud Liuiũ deſcribitur in Collatiæ deditione. Ita enim rex interrogauit, Eſtíſne vos legati, oratoréſque miſſi à populo Collatino, vt vos, populúmque Collatinũ dederetis? Sumus. Eſtne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditíſne vos populúmque Collatinũ, vrbem, agros, terminos, aquam, delubra, vtẽſilia, diuina, humanáque omnia in meã populique Romani ditionẽ? Dedimus. Et ego vos recipio.

Dedere in ditionẽ aures ſuas: Saddõner a eſcouter diligẽment. Plau. in Milite, 13. 8, Imò omnes res poſteriores pono, atq; operã do tibi, loquere. aures meas profecto dedo in ditionẽ tuã.

Dedere aliquem in piſtrinũ. Terent. in And. 1. 2. 28, Si ſenſero hodie quicquam in his te nuptijs fallaciæ conari, quo fiant minus, aut velle oſtendere in ea re quàm ſis callidus, verberibus cæſum te in piſtrinum Daue dedam vſque ad necem.

Dedo tibi hunc diem. Plaut. in Sticho, 7. 31, Age, abduc eas intrò, hunc tibi dedo diem. Ie te baille ce iour cy.

Dedo tibi iſthuc negotij, Ie te baille ceſte charge cy. Terent. in And. 5. 4 51, Recte admones: Dauo iſthuc dedam iam negoti.

Dedere aliquem morti: Faire mourir aucun. Plaut. in Aſin. 12. 18, Bene vale, apud orcũ te vidébo. nam equidem me iam quantum poteſt à vita abiudicabo. PH. Cur tu obſecro immerito meo me morti dedere optas?

Deditus dedita deditum, Adonné. Vt deditus amori animus. Terentius in Hecyra, 3. 1. 14, An

quiſquam vſquam gentium eſt æque miſer? priuſquàm hanc vxorẽ duxi, habebam alibi animũ amori deditum. Iaymoie vng autre.

Dedita opera, Tout de gré, de faict a penſee. Plautus in Ciſtell. 9. 18, Obſecro vnde hæc gentiũ? aut quis deus obiecit hanc ante oſtium noſtrum? quaſi dedita opera in tempore ipſo Spes mihi ſancta ſubuenit. Idem in Pœnulo, 7. 5, Ego hos duco aduocatos homines ſpiſſigradiſſumos, tardiores multo quàm corbitæ ſunt in trãquillo mari. atque equidẽ hercle dedita opera amicos fugitaui ſenes. Idem in Trinũmo, 4. 23, Animũ aduorte, atq; aufer ridicularia. nã ego dedita opera huc ad te venio. Terẽt. in Eun. Apud Antiphonẽ vterque pater & mater quaſi dedita opera erãt, vt nullo modo introire poſſem quin viderent me. Cic. pro Sex. Roſcio, Quæ facitis, eiuſmodi ſunt, vt ea dedita opera à vobis contra voſmetipſos facere videamini.

Deditius deditítia, deditítium, Qui ſe permittit alienæ voluntati: Qui ſe rend ſoub la puiſſance daucun, & ſe donne a luy. Liuius, Itaque populum Campanum vrbẽmque Capuam, agros, delubra deũm, humanáque omnia in veſtram populíque Romani deditionẽ dedimus: quicquid deinde patiemur, deditítij veſtri paſſuri.

DEDOCEO dedoces, dedocui, dedoctũ, Dedocere, Eſt ſecus ab eo quod quis doctus eſt, docere, vel falſum id eſſe oſtẽdere: Deſaprendre a aucũ ce quil a mal aprins. Quintil. lib. 2, Quãta in eluendis quæ ſemel inſederunt vitijs, difficultas cõſequatur, quum geminatũ onus ſuccedentes premat. Et quidem dedocendi onus, plus quàm docendi eſt.

DEDOLEO dedoles, dedolui, dedolere, Non dolere, vel dolore ſe priuare. Ouid. lib. 3. Faſt. Quid me in deſertis morituram liber arenis Seruabas? potui dedoluiſſe ſemel.

DEDOLO, dedolas, dedolare, Couper auec vne doloire, ou autre ferremẽt. Plaut. in Menæh. 17. 98, Faciam quod iubes, ſecurim capiam ancipitem, atque hũc ego ſenem exoſſem reddam, dedolabo aſſulatim viſcera. Columella lib. 1, Hæc, eorúmque ſimilia pedamẽta poſt putationem retractanda ſunt, partéſque eorum putres dedolandæ.

DEDVCO deducis, deduxi, deductũ, deducere: Tirer ius: Deorſum deducere. Virg. Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam.

Deducere in, Eſt de loco ad locum, ſiue de re ad rem ducere: Mener dung lieu en autre. Cæſar in primo cõment. Cæſar vna æſtate, duobus maximis bellis confectis, maturius paulo, quàm tẽpus poſtulabat, in hiberna in Sequanos exercitũ deduxit. Plau. in Trinũmo, 2. 5, Nũc ne quis erret veſtrũ, paucis in viã deducã, ſi quidẽ operã promittis dare. Ie le mettray en voye.

Deducere de locis præſidia: Oſter & emmener les garniſons de quelque lieu. Salluſt. Arma deponere, præſidia de locis deducere. Plaut. in Amphit. 4. 61, Proinde vti propere de finibus ſuis exercitus deducerent.

Deducere ex. Idem. Plin. de viris. illuſt. 37, Primo ad explorãdos hoſtes fretum piſcatoria naue traiecit, & cum duce Chartaginenſium egit, vt præſidium ex arce deduceret. Quædam exemplaria habent abſque EX præpoſitione.

Deducere riuos: Deſtourner vng ruyſſeau, le faire couler en vng autre lieu. Virg. Riuos deducere nulla Religio vetuit.

Deducere vocem: Faire ſa voix deliée, comme eſt celle dune femme. Pomponius, Vocem deducas oportet, vt mulieris videantur verba.

Deducere pedes de lecto: Tirer ſes pieds hors du lict. Plaut. in Curcul. 7. 82, Deduco pedes de lecto clàm, ne miles ſentiat.

Deducere cibum: Aualler la viande. Terent. in Eunucho, 2. 3. 23, Si qua habitior paulo, pugilem eſſe aiunt: deducunt cibum, tametſi bona eſt natura.

Deducere, Conduire, ou mener. Cic. de ſenect. 61, O miſerum ſenem, qui mortem cõtemnendam eſſe in tam longa ætate non viderit, quæ aut plane negligenda eſt, ſi omnino extinguit animum, aut etiam appetenda, ſi aliquo eum deducit vbi futurus ſit æternus.

Deducere ad aliquẽ. Terent. in Eun. 2. 3. 72, Quò nũc is? P. domũ, vt mãcipia hæc ita vt iuſſit frater, deducã ad Thaidem. Ibidem, 4. 4. 19, Ad nos hodie deductus eſt adoleſcentulus. Cic. de amicitia, 1, Ego autẽ à patre ita erã deductus ad Scæuolã, ſumpta virili toga, vt quoad poſſem & liceret, à ſenis latere nũquam diſcederem. Terent. in Eunucho, 2. 3. 60, Huc deducta eſt ad Thaidem meretricem, ei dono data eſt. Elle a eſte amenee a Thais.

Deducere, conuoyer aucun iuſques en la maiſon, ou autre lieu, le remener. Plaut. in Caſina, 22. 7, Vbi intrò hãc nouam nuptam deduxi via recta, clauem abduxi. Terent. in Andria, Hic nunc non dubitat quin ſe deducturũ neges. Cic. de ſenectute, 58, Hæc enim ipſa ſunt honorabilia, quæ videntur leuia atque communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, re-

duci, conſuli &c. Liuius de bello Punico, Dictator ſe magiſtratu abdicauit: priuatúſque de roſtris deſcendit, turbæque ſe immiſcuit, ne deducendi ſui cauſſa populum de foro abduceret. Ibidem, Tamen frequentes deduxerunt domum.

Deducere: De ratione vel ſumma aliquid demere: Deduire de la ſomme. Cic. de off. Hæc igitur talia circũſpicienda ſunt in omni officio, & cõſuetudo, exercitatióque capienda, vt boni ratiocinatores officiorũ eſſe poſſimus, & addendo, deducẽdóque videre quæ reliqui ſumma fuit, ex quo quãtũ cuique debeatur intelligas. Afranius de iure dotiũ, Pater deducta parte tertia, reliqua ſibi dos reddatur. Idem eodẽ titulo, Vno pluribúſve filijs deducta parte.

Deducere ſpõſam ad maritũ, vel amicã ad amantẽ. Cic. in Verrem, act. 4, Hic eſt Docimus ad quem iſte deduxerat Tertiã Iſidori mimi filiã, vi abductã ab Rhodio tibicine huius Tertiæ plus etiã quàm Pippæ, pluſquàm cæterarũ, ac propè dicam tãtũ apud iſtũ in Siciliẽſi prætura authoritas valuit, quantum in vrbana Chelidonis. Ouid. de Faſtis, Cum primum cupido Venus eſt deducta marito. Terent. in Hecyra, Vt ad pauca redeã, vxorem deducit domum. Tibullus, Vt iuueni primũ virgo deducta marito. Vlpianus, de cond. l. Hæc cõditio, In domum mariti deducta eſt. Scæuola de Donat. l. Seia Sempronio cum certa die nuptura eſſet, antè quàm domũ deduceretur, itabulæq; dotis ſignarẽtur, donauit tot aureos.

Deducere, Redigere. Catullus, Huc eſt mens deducta tua mea Leſbia cura.

Deducere, Auocare, & à propoſito remouere, Retirer aucũ de ſon propos ou vouloir. Cic. in Catil. Si impendens patriæ periculũ me neceſſario de hac animi lenitate deduxerit. Idem Terentiæ, Neque legis improbiſſimæ pœna deductus eſt, quo minus hoſpitij & amicitiæ ius officiúmque præſtaret.

Deducere in ſententiã: Tirer aucũ a ſon opinion. Plin. epiſt. 8. b, Quinimmò fortaſſe hanc ipſam cunctationẽ noſtrã in alterutrã ſententiã emendationis ratio deducet, quæ aut dignum editione, dum ſæpius retractat, inueniet: aut dignum dum idipſum experitur, efficiet.

DEERRO deerras, deerrare, Soy fouruoier, aller hors chemin. Plau. in Menæh. 24. 56, Cũ patre vt abij olim Tarẽtũ ad mercatũ, poſtea inter homines me deerrare à patre, atq; inde auehi.

Deerrare à propoſito: Aller hors de propos. Cic. Si tranſitionibus nullis vtemur, & ſi nõ deerrabimus à propoſito.

DEFAECO defæcas, defæcare, Oſter la lie, nettoier. Plin. lib. 18, Per brumam vitem ne colito: vina tamen defæcari, etiam diffundi Hyginius ſuadet. Columella, lib. vltimo, Et defæcatum vinum in amphoras bonas adijcito.

Defæcatus, defæcata, defæcatum, Purum, inturbatum, & ſine ſordibus poſſumus dicere, inquit Nonius, vt vinum ſine ſordibus. Plaut. in Aulul. 5. 1, Nunc defæcato demum animo egredior domo, poſtquã perſpexi ſalua eſſe intus omnia. Idem in Pſeud. 11. 70, Quicquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit, nunc liquet, nunc defæcatum.

DEFATIGO defatigas, defatigare, Fort laſſer aucũ. Terent. in Adelph. Vtinã quidem quod cũ ſalute eius fiat, ita ſe defatigarit velim, vt triduo hoc perpetuo prorſus è lecto nequeat ſurgere. Idem in Phormione, 5. 3. 11, Parce ſodes, vt poſſis cũ illa: ne te adoleſcens mulier defatiget. Idem in And. 4. 1. 45, Deceptus ſum, at non defatigatus. Cic. Cornificio, lib. 12. epiſt. Quam nos ſi licebit, more noſtro tuebimur, quãquam admodum ſumus iam defatigati.

Defatigatio, defatigationis, Laſſeté de traueil. Cic. de ſen. 32, Corpora quidẽ defatigatione & exercitatione ingraueſcũt, animi autẽ ſe exercẽdo leuãtur. Ibidem, 78, Senectus autẽ peractio ætatis eſt tãquã fabulæ: cuius defatigationẽ fugere debem⁹, præſertim adiũcta ſatietate.

DEFENDO, defendis, defendi, defenſum, defendere: Deffendre. Plaut. in Aſinaria, 9. 25, Te obſecro defende.

Defendere ſe. Plaut. in Trucul. 17. 53, Vinum ſi fabulare poſſit, ſe defenderet, nõ vinum moderari, ſed vino ſolent, qui quidem probi ſunt.

Defendere iniuriã alicui: Engarder que aucũ mal ne vienne a vng autre. Plaut. in Moſtellaria, 8. 169, Heus, ecquis hic eſt, maximã qui his iniuriã foribus defendat? ecquis huc exit, atque aperit? Qui me gardera de rompre ces portes? Que ne mouure ton, que ie ne rompe ces portes? Virg. in Buc. Solſtitium pecori defendite, iam venit æſtas.

Defendere aliquem à frigore. Virg. Hic ego dum teneras defendo à frigore myrtos.

Defendere aliquem contra iniquos. Cic. C. Matio, lib. epiſt. x1, Equidem ſiquando audio, tã defendo, quàm me neſcio à te contra iniquos meos ſolere defendi.

Defendere hoſtes: Repoulſer les ennemis, garder quils ne nuyſent. Ennius, Seruaciues, defende hoſtes, cũ potes defendere. Gellius, Q. Claudius hoſtes defendebat à pinnis facillime.

Defendere vim: Garder, que violence ne ſoit faicte. Plaut. in Rud. 18. 66, Vt illas ſerues, vim

defendas, dum ego herum adduco meum.

Defendit ſolis ardores. Il garde que les ardeurs du ſoleil ne facent mal. Cic. de ſenect. 49, Primo eſt peracerba guſtatu, deinde matura dulceſcit, veſtitáque pampinis, nec modico tepore calet, & nimios ſolis defendit ardores.

Defendenda noxia. Terent. in Phormione, 1.4.49, Meminiſti olim vt fuerit veſtra oratio, in re incipiunda ad defendendam noxiam.

Defẽdor defẽderis. Cic. de amicit. 79, Itaq; re magis, quàm authoritate cauſſa illa defenſa eſt.

Defenſo defenſas, defenſare, frequẽtatiuum, Soy deffendre vaillamment. Plaut. in Rud. 17.26, Sedete hic modo, ego hinc tamen vos tutabor, aram habete hãc vobis pro caſtris, mœnia hinc ego defenſabo præſidio Veneris, & malitiæ lenonis contrà incedam.

Defenſare ſe iniuria, Vaillammẽt ſe defendre que nul ne nous face mal. Plaut. in Bacch. 8.39, Nunc priuſquam eſt ſeptuennis ſi eum attingas manu, extemplo puer pædagogo tabula dirumpit caput. cum patrem adeas poſtulatum, puero ſic dicit pater, Noſter eſto dum te poteris defenſare iniuria.

Defenſito defenſitas, defenſitare, frequentatiuum eſt à frequentatiuo Defenſo. Cic. lib. 1. off. Si igitur non poterit ſiue cauſſas defenſitare, ſiue populum concionibus tenêre, ſiue bella gerere, ille tamen præſtare debebit quæ erunt in ipſius poteſtate.

Defenſor defenſoris, Qui deffend. Terentius in Andria, 4.6. 18, Simul arbitror iam eſſe aliquẽ amicum & defenſorem ei.

DEFERO defers, detuli, delatum, deferre, Apporter. Plaut. in Amph. 8.67, Quid ſi è portu nauis huc nos dormientes detulit?

Deferre epiſtolas: Porter lettres a aucun. Plaut. in Trinummo, 13.104, Hos ego quæro quibus me oportet has deferre epiſtolas.

Deferre dotem: Apporter douaire auec ſon mari. Plaut. in Mercatore, 15.4, Hem, cui decem talenta dotis detuli.

Deferre mandata: Apporter mandements. Virg. lib. 4, Celeres mandata per auras Detulit.

Deferre ad aliquem: Porter quelque beſongne a faire a aucun. Terent. in prologo Heaut. 45, Si qua laborioſa eſt, ad me curritur: ſin lenis eſt, ad alium defertur gregem.

Deferre ad aliquem: Porter quelque choſe a aucun. Plaut. in Aſin. 16.35, Egón' vt non domo vxori meæ ſurripiam in delicijs pallam quam habet, atque ad te deferam?

Deferre ad aliquem beneuolentiam: Attribuer a aucun. Cicero Trebatio, Vniuerſum ſtudium & beneuolentiam ad te defero.

Deferre cauſſam ad patronum, dicitur cliens, cum eum conſulit, & ei cõtrouerſiæ ordinẽ argumentúmque exponit. Racompter ſon cas & ſon affaire a quelque aduocat ou procureur. Cic. in Verrem, Itaque ad me præter cæteros, hanc querimoniam Sicilia detulit lachrymis. Idem, Reliqua eſt cauſſa iudices, non iam recepta, ſed innata: nõ delata ad me, ſed in animo ſenſúque meo affixa atque inſita.

Defertur hoc ad damnum: Cela porte dommage. Plaut. in Menæhmis, 4. 22, Meo malo à mala abſtuli, hoc ad damnum defertur.

Deferre. Denũtiare: Denoncer & ſignifier quelque choſe a aucũ. Cic. Ruffo, Scito, cõtubernales, duntaxat meos delatos eſſe. Idem Sulpitio, Eíque nec opinanti voluntatem tuam per literas detuliſſe?

Deferre regnũ alicui: Offrir le regne a aucun, luy bailler le gouuernemẽt du royaume. Liuius lib. 1, Omnes Numæ Põpilio regnum deferendum decernunt. Id eſt offerendum atque tradendum. Cic. Octauio, Quæ tibi non antequã poſtulares, maiora quàm velles, plura quàm ſaperes detulit ſenatus?

Deferre aliquid ad alterum. Idem. Offrir, preſenter, ou bailler. Cic. de amicitia, 63, Non enim tu poſſis, quantum vis licet excellas, omnes tuos ad honores ampliſſimos perducere: vt Scipio Rutilium potuit conſulẽ efficere, fratrem eius Lucium non potuit. Quòd ſi etiam poſſis quiduis deferre ad alterum, videndum eſt tamen quid ille poſſit ſuſtinere.

Deferre aliquem furti, Rencuſer aucun de larrecin. Cornelius Tacitus, Maieſtatis delatus eſt. Il a eſte rapporté de luy, il a eſte accuſé dauoir offẽſé la maieſté. Plin. epiſt. 126. b, Libertos eius, eoſdemque cohæredes ſuos falſi, vt veneficij reos detulerat ad principem: iudicémque impetrauerat Iulium Seruianum.

Deferre nomen alicuius, Rencuſer aucũ. Non eſt proprie accuſare: ſed ante accuſationẽ, apud iudicẽ vel magiſtratũ aliquẽ de aliquo crimine denũtiare. Plaut. in Aulul. 12.2, Redi, redi,

quò fugis nunc. tene? tene. C. quid ſtolide clamas? E. quia ad tres viros iam ego deferam tuũ nomen. C. quamobrem? E. quia cultrum habes. C. coquum decet. E. quid comminatus es mihi? Cicero in Verrem, act. 4, Ego meum ſtudium in rempub. iam illo tempore oſtendi, cum longo interuallo veterem conſuetudinem retuli, & rogatu ſociorum atque amicorum populi Romani meorum autem neceſſariorũ nomen hominis audaciſſimi detuli. Idem in eundẽ, Serui cuiuſdam nomen defertur. is accuſatur. ficti teſtes in eum dantur. Idem pro Cluẽtio, Atque vt intelligatis Cluentium non accuſatorio animo, non oſtentatione aliqua, aut gloria adductum, ſed nefarijs inſidijs propoſito ante oculos vitæ periculo, nomen Oppianici detuliſſe, paulo longius exordiũ cauſſa rei demonſtrandæ petam. Idem in Verrẽ, Ait, ſi liceret, nomẽ abſentis deferre ſe velle. Idem pro Roſcio Amerino. Qui Sexti Roſcij nomẽ deferendũ curauit. Idem pro Murena, Dixi in ſenatu me nomen conſularis cãdidati delaturũ.

Deferre ſermones de aliquo ad alterum. Cic. Appio Pulchro, lib. XIII epiſt. Tu cum iſtiuſmodi ſermones ad te de me delati ſunt, non debuiſti credere. Quant on te rapportoit ces parolles de moy.

Deferunt de me apud vos. Cic. de lege agraria contra Rullum, Commodius feciſſent tribuni plebis Quirites, ſi quæ apud vos de me deferunt, ea coràm potius me præſente dixiſſent. Ce quils vous ont faulſement rapporté de moy.

Delatio delationis, fœm. gen. Rapport que on faict daucun, & accuſation. Cic. in P. Gabinium, Nuper cum in P. Gabinium vir fortiſſimus & innocẽtiſſimus L. Piſo delationem nominis poſtularet. Plin. in paneg. 55, Nũc ſecretas illas & arcanas ac ſub te primum communes opes, nihil tamẽ gratius, nihil ſeculo dignius, quàm quod contigit deſuper intueri delatorum ſupina ora, retortáſque ceruices agnoſcebamus, & fruebamur. congeſti ſunt in nauigia, raptim. cõquiſita, ac tempeſtatibus, dediti abirent, fugerẽntque vaſtatas delationibus terras.

Delator delatoris, Rapporteur: Qui accuſe aucun & en dit mal deuant le iuge, ou autre en cachette. Plin. in paneg. 55, Delatorum claſſis permiſſa omnibus ventis, coactáque vela tempeſtatibus pandere, iratóſque fluctus ſequi quoſcũque in ſcopulos detuliſſent. Martialis, Et delator habet quòd dabat exilium.

DEFERVEO deferues, deferbui, deferuere, Se refroider, ne bouillir plus, neſtre plus ſi ardẽt en ſon cueur. Plin. epiſt. 190. b, Cum iam ſatis ille primus impetus deferuiſſet, & languidior in dies ira ad iuſtitiam rediſſet. Terent. in Adel. 1. 2. 72, Sperabam iam deferuiſſe adoleſcentiam: gaudebam: ecce autem de integro. Ieſperoye que lardeur de ceſte ieuneſſe fuſt raſſiſe.

Studia hominum deferbuere: Les hommes ſont refroidis, ils ne ſont plus ſi ardens a laffaire. Cic. pro Aulo Cluentio, Hæc tum agitante Quintio, neque in concione, neque in iudicio demonſtrata ſunt. neque enim ipſe dici patiebatur, nec per multitudinem concitatam conſiſtere cuiquã in dicendo licebat. Itaque ipſe poſtquam Iunium peruertit, cauſſam totã reliquit. paucis enim diebus illis & ipſe priuatus eſt factus, & hominũ ſtudia deferbuiſſe intelligebat.

Deferueſco deferueſcis, deferueſcere, frequentatiuum. Deferueſcit ira: Lire ceſſe, ce paſſe, ce diminue, ſappaiſe. Cic. lib. 4. Tuſcul. Aut rogandi, orandíque ſunt, vt ſi quam habent vlciſcendi vim differant in tempus, dum deferueſcat ira. Deferueſcere autem certe ſignificat ardorẽ animi inuita ratione excitatum, & reliqua.

Deferueſcere, proprie refrigerari: Se refroider, & affrechir. Columella lib. 2, de fœno loquens, Prudentes agricolæ quanuis iam illatum tecto, nõ antè componunt, quàm per paucos dies temere congeſtum in ſe concoqui & deferueſcere patiantur.

DEFETISCOR, defetiſceris, defeſſus ſum, vt inquit Priſcianus. Defetiſci, Eſtre laſſé. Terentius in Phorm. 4. 1. 23, Scio ita eſſe, & iſtæc mihi res ſolicitudini eſt, neque defetiſcar vnquã ego experirier, donec tibi id quod pollicitus ſum, effecero.

Defeſſus ſum quærere. Plautus in Epid. 5. 14, Di immortales, vtinam conueniam domi Periphanem, per omnem vrbem quem ſum defeſſus quærere. Idem in Mercat. 17. 3, Defeſſus ſum vrbem totam peruenarier.

Defeſſus ſum quæritando. Plaut. in Amphitruone, 13. 6, Apud omnes ædeis ſacras ſum defeſſus quæritando, nuſquam inuenio Naucraten. Idem in Adelphis, 2. 2. 5, Ego vapulando, ille verberando vſque ambo defeſſi ſumus. Ibidem, 4. 6. 1, Defeſſus ſum ambulando: vt Syre te cum tua monſtratione magnus perdat Iuppiter.

Defeſſus ſum ab. Plaut. in Pœnulo, 4. 11, Et binæ vnà ſingulis quæ datæ nobis ancillæ, hæ nos lauando, eluendo operam dederunt, ab gerundáque aqua ſunt viri defeſſi duo.

Defeſſa ſum de te ridẽdo: Ie ſuis laſſée de me mocquer de toy. Terent. in Eunucho, 5. 7. 7. De-

feſſa iam ſum miſera de te ridendo.

DEFICIO deficis, defeci, defectũ, deficere alicui aliquid. Quant quelque choſe default a aucun. Deficere: Deeſſe. Cicero in Verrem, act. 3, Vererer ne mihi crimina non ſuppeterent, ne oratio deeſſet, ne vox viréſque deficerent. Idem Seruio Sulpitio, Sed opprimor interdum, & vix reſiſto dolori: quòd ea mihi ſolatia deficiunt, quæ cæteris quorũ mihi exempla propono, ſimili in fortuna non defuerunt.

Deficere: abſolutum: Defaillir, quant le courage default a aucun. Hircius, Quare neque tanti ſum animi, vt ſine ſpe caſtra oppugnanda cenſeam: neque tanti timoris, vt ipſe deficiam.

Equidem here nos iamdudum hic te abſentem incuſamus qui abieris. A. teipſum quærebam. G. ſed ea cauſſa nihilo magis defecimus. Toutesfois pour ton abſence nous ne nous en ſommes point plus mal portés, nous nous ſommes aſſés bien portés.

Deficere aliquid: Defaillir en quelque choſe. Terent. in Phorm. 1.4.54, Nunc prior adito, ego in inſidijs hic ero ſuccenturiatus, ſi quid deficies.

Deficere animo: Defaillir de courage, nen auoir point. Cicero, Martius Rufus quæſtor in caſtris relictus à Curione, cohortatus ſuos ne animo deficiant. Deficere viſu: Defaillir par la veue. Suet. de claris grammat. 3, Hic quidem ad vltimam ætatem, & cum iam nõ grefſu modo deficeret, ſed & viſu.

Deficere alimento: Nauoir point de nourriture. Columella lib. 3. de vite loquens, Cúmque tranſtuleris de humido in aridum locum, vide ne priſtino alimento deficiat. Idem, Cõmode fluunt, nec deficiunt macro ſolo.

Et in paſſiuo, Idem lib. 3, Iugatum quadam parte deficitur, quadã ſuperat. Idem lib. 3, Qui ſi memoria deficitur, quominus agnoſcat cuiuſque progeniem, pice liquida eandem notam ſcrofæ & porcis innotat.

Deficit illum prudentia: Prudence le delaiſſe, il na point de prudence. Cic. Prudentia nunquã deficit oratorem. Cæſar, Fruſtra meæ vitæ ſubuenire conamini: quem iã ſanguis viréſque deficiunt. Cicero pro Roſcio, Tempus te citius quàm oratio deficeret. Horatius, Sectãtem leuia nerui Deficiunt.

Ipſos res frum ntaria deficere cœpit. Cæſar lib. 2.

Id quoque deficiebat me, in quo debebat eſſe aut promiſſio alicuius auxilij, aut cõſolatio doloris tui. Cicero P. Nigidio.

Deficiunt ſiluæ glandes: Les forets nont point de gland: le gland a defailli aux forets. Virg. Quum iam glandes atque arbuta ſacræ Deficerent ſyluæ.

Deficere ab aliquo, Diſſentire, recedere, ſeu rebellare: Se reuolter, laiſſer ſon ſeigneur, & ſen aller a vng autre. Salluſt. in Iugurtha, Quod oppidum primum omnium poſt malam pugnã ab rege defecerat. Cic. Difficile eſt amicitiam manere, ſi à virtute deceſeris. Liuius lib. 2, Eodem anno duæ coloniæ Pometia & Cora ad Aruncos deficiũt. Subintelligitur, à Romanis deficiunt, trãſeuntes ad Aruncos. Suet. in Vitellio, Qui prius à Galba ad ſenatum defecerat. Plin. de viris illuſt. 52, Cõſul Achæos, qui bello Macedonico interfuerant, poſt ad Antiochum defecerant: prælijs frequẽtibus victos, & in Ambraciam oppidum coactos, in deditionem accepit.

Deficitur. Plin. epiſt. 41. lz, Hæc vtilitas, hæc amœnitas deficitur aqua ſalienti, ſed puteos ac potius fontes habet. Elle na point deaue courante. Idem epiſt. 40. a, Sed ego propriam quandã legem mihi dixi, vt defunctorum voluntates etiam ſi iure deficerentur, quaſi perfectas tuerer. Ia ſoit quelles ne fuſſent fondées en droit. Cic. pro Aulo Cluentio, An id quod dicẽdum vobis eſt, & quod tũ Saſſia dictitabat, cum de furto quæreretur, tũ Strato ijſdem in tormentis dixit de veneno: en hoc illud eſt quod antè dixi, mulier abundat audacia, conſilio & ratione deficitur. Elle eſt defaillie de conſeil, elle na point de conſeil, Le conſeil luy default.

Defectus defecta defectum, participium à deficio vel deficior, habet ſignificationem actiuam in voce paſſiua. Qui default. Columella, Diligentis patriſſamiliâs eſt, primum quanque arborẽ, ſenio defectã tollere. Vng arbre qui default de vieilleſſe, & ne porte plus de fruicts. Quintil. lib. 3, Vt ſi obſeſſi & impares, & aqua cibóque defecti, de faciẽda ad hoſtẽ deditione deliberẽt. Defectior, defectiſſimus. Columella in præfatione, Sed ſiue fundũ locuples mercatus eſt, è turba pediſſequorũ lecticariorúmque, defectiſſimũ quenque annis & viribus in agrũ relegat.

Defectus, paſſiue, Delaiſſe. Cic. in oratione antequã iret in exilium, Nunc vel ſolus defectus ad calamitatem, vel primus vocatus ad tale periculum, omnium animos iure debeo commouere.

Defectus defectus defectui, Defaulte de quelque choſe. Liuius lib. 4, Defectus alibi aquarũ circa

torridos fonteis riuóſque, ſtragem ſiti pecorum morientium dedit.

Defectus ſolis: Diminution du ſoleil: Eclipſe de ſoleil. Gellius lib. 2, Sed de lunæ motibus, ſoliſque defectibus. Plin. lib. 1, Defectus autem ſuos & ſolis rem in tota contẽplatione naturæ maxime miram, & oſtento ſimilem.

Defectio defectionis, Rebellion: Depart dauec aucun pour aller a vng autre. Liuius lib. 1, Ob reſiduas bellorum iras maxime ſolicitati, ad defectionem voluntarios traxere. Cic. Tuſcul. lib. 4, Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiã, quæ eſt à tota mente, à recta ratione defectio.

Defectio ſolis & lunæ: Eclipſe de ſoleil. Cic. de ſenect. 45, Quàm delectabatur, cũ defectiones ſolis & lunæ multo antè nobis prædiceret.

Defectio virium: Defailliſſement de force. Cic. de ſenect. 26, Nec vlli bonarum artium magiſtri non beati putandi, quãuis conſenuerint vires atque defecerint: etſi ipſa defectio viriũ adoleſcentiæ vitijs efficitur ſæpius, quàm ſenectutis.

Defectiuus defectiua defectiuum, Quod eſt mancum. Cic. lib. 1. off. Etenim cognitio, cõtemplatióque naturæ manca, id eſt defectiua quodammodo.

DEFIGO defigis, defixi, defixum, defigere: Ficher en terre, pouſſer auãt dedens terre. Plãter. Columella lib. 2, Tum in terram bene paſtinatam & ſtercoratam rectum ſarmẽtum defigito. Virg. lib. 2. georg. Altius & penitus terræ defigitur arbos Eſculus in primis.

Defigere lumina rei alicui, Ficher ſa veue a quelque choſe, la regarder fermement. Virg. Conſtitit, & Lybiæ defixit lumina regnis.

Defigere aliquem colaphis in terram: Bailler tel ſoufflet a aucun que on le face tenir cõtre terre. Plautus in Perſa, 8. 23, Di deæque omnes perdant, niſi hodie, ſi prehendero, defigam in terram colaphis. P. amicus ſum, eueniant volo tibi quæ optas. at id fiat, tunc me defigas, te cruci ipſum propediem affigent alij.

Defixus defixa defixum, Fiché. Plin. epiſt. 211, Eſt enim tã nouus lector, quàm nouus poeta: ipſe neſcio quid illo legente interim faciam, ſedeam defixus & mutus, & ſimilis otioſo. &c.

DEFINIO definis, definiui, definitum, definire, Determiner de quelque choſe, larreſter & y mettre fin, Conclure de quelque choſe. Cic. de amicitia, 51. Altera ſententia eſt quæ definit amicitiam paribus officijs ac voluntatibus. Lautre opinion eſt laquelle conclud que en amitié les voluntés doiuent eſtre pareilles, & les ſeruices.

Definitũ eſt, Ceſt vng point vuyde, ceſt vng compte arreſté, ſen eſt faict. Plau. in Ciſtell. 5. 43, Perge eloqui: non remittam, definitum eſt. Quaquette tant que tu vouldras, ie ne le pardóneray point, il eſt tout conclu, La concluſion en eſt toute faicte.

Definite, aduerbium. Brieuement, & en peu de parolles. Plin. in Paneg. 144, Adoptauit te optimus princeps in ſuũ, ſenatus in optimi nomen: hoc tibi tam propriũ, quàm paternum, nec magis definite, diſtinctéque deſignat, qui Traianum, quàm qui optimum appellat.

DEFIT, impersonale: Il default. Plaut. in Menæh. 6. 3, Abi, atque obſonium affer tribus vide quod ſit ſatis: neque defiat, neque ſuperſit. Quil ny ait ne trop, ne trop peu. Terẽt. in Hecyr. 5. 2. 1, Nihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus ſit, benigne præbeatur. Ie ne ſouffriray, ou ie nẽdureray point que tu ayes default daucune choſe auec moy. Idem in Eunucho, 2. 2. 12, Omnia habeo, neque quicquam habeo: nihil cum eſt, nihil defit tamen. Prenés que ie naye rien, rien touteſfois ne me default, ie nay default de rien.

Defit animus mihi: Le courage me default. Plaut. in Milite, 8. 46, Tene me obſecro. M. cur? A. ne cadam. M. quid ita? A. quia ſtare nequeo, ita animus per oculos meos defit.

Defit dies: Le iour default: ſe ferme. Plaut. in Rud. 24. 64, Omnia iterũ vis memorari ſcelus, vt defiat dies. Affin que le iour ſe paſſe.

Defioculus defioculi, Qui vno eſt captus oculo, Borgne. Qui & Luſcus dicitur. Martialis, Et defioculus & inde lippus.

DEFLAGRO, deflagras, deflagrare, Vehementer comburi: Eſtre tout bruſlé. Cic. lib. 3. off. Ictu fulminis deflagrauit.

Deflagrare, Soy eſtaindre, quãt lardeur ſeſtaint, ſe diminue, & ſappaiſe. Lucanus, Sic deflagrare minaces Paſſus. Liuius, Spes interdum ſubibat deflagrare iras veſtras, purgari ſuſpiciones poſſe.

Deflagrare ſeditionem, apud Tacitum.

DEFLECTO, deflectis, deflexi, deflexum, deflectere, Pancher quelque choſe, la courber, & plier droit en bas. Columella lib. 3, Quum iam ſatis amplum incremẽtum ſuſceperit, ramum

oliuæ deflecte,& ad crus arboris ficulneæ religa.

Deflectere ex itinere: Se deſtourner hors du chemin. Plin. epiſt. 136, Spero, imò confido, facile me impetraturum, vt ex itinere deflectat ad te.

Deflexit de via conſuetudo in ea re: La couſtume eſt changeé en cela, elle a change de train. Per trãſlationem. Cicero lib. 3. off. Hoc autem de quo nunc agimus, idipſum eſt quod vtile: in quo verbo lapſa conſuetudo, de via deflexit.

Deflexit conſuetudo de ſpatio & curriculo maiorum, La couſtume des anciens eſt changeè. Cicero de amicitia, 38, Etenim eo loco Fanni & Scæuola locati ſumus, vt nos longè proſpicere oporteat futuros caſus reipub. deflexit enim iam aliquantulum de ſpatio curriculóque conſuetudo maiorum.

Deflectere in: Prendre ſon chemin vers. Plin. epiſt. 66. a, Atque adeò iã ſarcinulas alligamus, feſtinaturi, quantum itineris ratio permiſerit. erit vna, ſed breuis mora: deflectemus in Thuſcos, non vt agros, rémque familiarem oculis ſubijciamus.

DEFLEO, defles, defleui, defletum, deflere: Fort plourer. Plaut. in Capt. 4. 36, Di te bene ament Hegio. AE. ne fle. E. egóne illum non fleam, egóne non defleam talem adoleſcentem? Cic. lib. Tuſcul. Non exercitu amiſſo nudus in ſeruorum ferrum & manus incidiſſet, nõ liberi defleti, non fortunæ omnes à victoribus poſſiderentur.

Deflere cœnas: Auoir regret, eſtre dolent des banquets & bõnes chieres que on a perdu a faire. Plaut. in Sticho. 4. 59, Damna euenerunt maxima miſero mihi, ita me mancupia miſerum affecerũt male: potationes plurimæ demortuæ. quot adeò cœnæ, quas defleui, mortuæ?

Deflere in amici ſinu: Se cõplaindre a ſon ami. Plin. epiſt. 169, Eſt enim etiam quædam dolendi voluptas, præſertim ſi in amici ſinu defleas, apud quem lachrymis tuis vel laus ſit parata vel venia.

Deflere immaturam mortem alicuius in ſinu amici. Plin. epiſt. 25. e, Quibus ex cauſſis neceſſe eſt tanquam immaturam mortem eius in ſinu tuo defleam. ſi tamen fas eſt aut flere, aut omnino mortem vocare.

DEFLOCCATI ſenes, apud Plautum in Epid. 13. 10, Quin tu mihi adornas ad fugã viaticum, priuſquam pereo? nam per vrbem duo defloccati ſenes quæritant me, in manibus geſtant copulas ſecum. ſubueni. Defloccatos ſenes, dixit, qui florem virium depoſuere.

DEFLOREO deflores, deflorui, deflorere, Eſt ſine floribus eſſe. quod fit quũ flores decidũt.

Defloreſco defloreſcis, defloreſcere, Deuenir ſans fueilles, a qui les fueilles cheent. Sine floribus fieri. Plin. lib. XVII, Peſſimum eſt inter omnia cum defloreſcentem vitem & oleam percutit imber, quoniam ſimul defluit fructus.

Defloreſcit formæ dignitas: per trãſlationem: La beauté de la face ſe dechet. Cic. ad Herẽniũ, Formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate.

Deflorere, Florir, ietter hors ſes fleurs. Columella lib. 2, Et cum totam ſpicam edidit octo rebus defloreſcit, ac deinde grãdeſcit diebus quadraginta, quibus poſt florẽ ad maturitatẽ deuenit.

DEFLVO defluis, defluxi, defluxum, Couller. Virg. lib. 3, Vdiſque aries in gurgite villis Mer ſatur, miſſúſque ſecundo defluit amni.

Defluere, Tomber ou cheoir en terre. Cic. de amicitia, 52, Neque enim verẽdum eſt ne quid éxcidat, aut ne quid in terram defluat, aut ne plus æquo quid in amicitia congeratur.

Defluxit oratio ad leues amicitias: Nous ſommes tombés a parler des legieres amitiés. Cicero de amicitia.

Defluxit, tempus ætas, Le temps ſeſt eſcoullé, eſt paſſé. Salluſt. in Iugurtha, Sin captus prauis cupidinibus, ad inertiã & voluptates corporis peſſundatus eſt pernicioſa libidine pauliſper vſus, vbi per ſocordiam, vires, tempus, ætas, ingeniũ defluxere, naturæ infirmitas accuſatur, ſuam quique culpam authores ad negotia tranſferunt.

Defluus, deflua defluũ, Quod decidit, aut decidere ſolet, Qui eſt cheu, ou a acouſtumé de cheoir. Plin. lib xx, Hypocrates mulierum capillos defluos fricari raphanis iubet.

Defluuium defluuij, n. g. Ipſe decidendi actus, Dechet. Plin. Sed defluuia comarum facere dicitur. On dict que cela faict decheoir les cheueulx.

DEFODIO defodis, defodi, defoſſum, defodere, Enfouyr quelque choſe en terre. Plaut. in Aulul. 3. 8, Sed mihi auos huius obſecrans cõcredidit theſaurum auri: clam omnes in medio foco defodit, venerans me, vt id ſeruarẽ ſibi. Idem in Moſtell. 7. 51, Quid iſtuc eſt ſceleſte? aut quis id fecit? cedo. CR. hoſpes necauit hoſpitem captum manu. T. necauit? TR. aurúmque ipſi ademit hoſpiti, eúmque hic defodit hoſpitem ibidem in ædibus. Liuius, Fuerántque de-

foſſi annis quindecim ſupra quingentos, & durauerant. Subaudi, libri.

Defodere, Fouyr la terre. Columella lib. 8, Confeſtim ſcrobē defodiamus in limine ſtabuli, & viuam pecudem, quæ ſit puſtuloſa, reſupinā obruamus. Idem lib. x i i, Paſtinatur terreni iugerum, ita vt ſolum in altitudinem trium pedum defodiatur.

DEFOETVS defœta defœtum: Deſtitutus: Delaiſſé, Ouid. in Ibin, Sit quoque quod rarū eſt ſolito defœta fauore Fortunæ facies inuidioſa tuæ.

Defœtiſſimus. Columella, Sed ſiue fundum locuples mercatus eſt, è turba pediſequorū lecticariorúmque, defœtiſſimúmque annis & viribus in agrum relegat.

DEFORE, Optatiuo vtinam deforem, defores, deforet, & plu. deforent. Fut. infinit. defore. Cæteris caret. Significat deeſſe: Defaillir. Cic. contra Rullum, Verum arbitrabantur non defore qui illam reſtituerent. Il penſoient quil ny auroit point de faulte que aucū ne la reſtituaſt. Sillius, Promittítque viris, nulli ſe defore teſtem.

DEFORMO deformas, deformare, Deſtruere, & quaſi de forma deijcere, Deſtruyre & gaſter tellement que nulle forme ny demeure, defigurer, diformer. Cic. Qui ſunt qui Italiam deformauerūt? Chartaginēſes. Apul. lib. 1. de aſino, Alius furore ac miſeria macie deformatus.

Deformare: Eſt figurare, & noua forma inſignire: Orner & accouſtrer quelque choſe, quelle ait vne belle forme. Victruuius lib. v, Tragicæ ſcenæ deformantur columnis, ſignis & regalibus rebus.

Deformare: Faire vng pourtraict & vng get, ou plate forme de ce que on veult faire, ſoit dune maiſon, ou autre choſe, tout en la ſorte que on la deuiſe de faire. Victruuius, Architectus graphidis peritus, vt deformare poſſit lineis imitationē quam velit ædificiorum. Varro lib. 3. de re ruſtica, Inter quas locus deformatus ad tabulæ literariæ ſpeciem.

Deformare, Accouſtrer ſon cas comme on veult le dire ou faire. Plaut. in Pſeud. 10. 11, Quo modo quidque agerem, vt lenoni ſurripiam mulierculam, iam inſtituta, ornata cūcta in ordine habeo vt volueram: certe deformata habebam: ſed profecto hoc ſic erit.

Deformis & hoc deforme, Diſórme, qui eſt deſtruict, & a perdu ſa forme, ou facon. Plin. epiſt. 291, Placuit locus in quo fuit aliquando domus (vt audio) pulchra, nunc deformis ruinis.

DEFRAVDO, defraudas, defraudare, vel defrudare per ſyncopam, Oſter quelque choſe a aucū par fraude, Fruſter aucū de quelque choſe par trōperie. Plaut. in Aſin. 3. 79, Me defraudato. L. maximas nugas agis: nudo detrahere veſtimēta me iubes. defrudem ego te ageſis? tu ſine pennis vola. tene ego defrudem, cui ipſi nihil eſt in manu? niſi quid tu vxorem defraudaueris. Idem in Rudent. 31. 31, Iam te ratus nactum hominem, quem defraudandum dares? Idem in Pſeud. 3. 91, An tu te ea cauſſa vis ſciens ſuſpendere, vt me defrudes drachma, ſi dederim tibi? Terent. in Adelphis, 2. 2. 38, Præterea colaphis tuber eſt totum caput: etiam inſuper defrudet, nuſquam abeo.

Defraudare geniū, Ne manger point ſon ſaoul de paour de deſpendre ſes biens: viure eſcharſement. Terent. in Phor. 1. 1. 10, Quod ille vnciatim, vix de demenſo ſuo ſuum defrudans genium comparſit miſer, id illa vniuerſum abripiet.

DEFRICO defricas, defricare, Fort frotter, ou grater, ou galler. Cic ad Herent. Nam vt forte hic in balneas venit, cœpit poſtquam defuſus eſt defricari. Columella lib. 2, Solida in ſole ſiccetúrque, & radice ſilphij trita cum aceto aſpergatur, defricetur. Ibidem, Totúmque eorum ſuppalatum ſale defricato. Catullus in Egnatium, Et deus Hybera defricatus vrina.

DEFRINGO defringis, defregi, defractū, defringere: Defrompre. Plaut. in Milite, 10. 125, Metuerē ne ibi defregiſſet crura, aut ceruices ſibi. Columella, lib. 6, Plerunque fit vt aut crure aut cornibus boum ramuli vitium defringantur. Virgilius, Aut ſummas defringe ex arbore plantas.

DEFRVGO, defrúgas, defrugare, Omnem fructū exhaurire. Faire que vne terre ne rapporte point de fruict, par faulte de la gouuerner comme il fault. Defrugare ſegetem videtur qui vel nimia fœtura exinanit agros, vel per inſcitiā aut negligentiam perdit, laceſſítve fruges, omnino cū vel feſtinata ſementis eſt, vel ſerotina, præpropereque aut præpoſtere quid agitur, defrugari ſegetem contingit. Plin. lib. 8, Oraculum illud magnopere cuſtodiendum, Segetē ne defruges. Columella, Conſtat ſegetem nimia defrugatione exinaniri.

DEFRVTVM defruti, n. g. plurali caret: Eſt vinum coctum ad mediam vſque partem, à deferuēdo dictum. Vide Plinium, lib. 14. cap. 9. & 21. Columella, Muſtum quamdulciſſimum decoquitur ad tertias, & decoctum ſicut ſuprà dixi, defrutum vocatur. Plautus in Pſeudolo, 11. 51, Quid ſi opus ſit vt dulce promat indidem? ecquid habet? CH. rogas? murrhinā, paſſum,

defrutum, mellinam.

Defruto, defrutas, defrutare, eſt muſtum decoquere, vt defrutũ fiat. Columella lib. 2, Sed defrutum quoque & defrutare vinum licet.

Defrutarius, defrutaria, defrutariũ, Vaſa defrutaria, à Columella appellantur defruto conficiendo accommoda.

DEFVGIO defugis, defúgi, defúgitum, defugere: Fuyr quelque choſe.

Defugere aſſentationem, Fuyr flaterie. Plin. epiſt. 8. g, Vereor ergo vt ſit ſatis congruens, cum in dicendo aſſentationẽ vulgi, acclamationẽmque defugerim, nũc eadẽ illa editione ſectari.

Defugere authoritatem. Vide Authoritatem defugere. Cic. pro P. Sylla, Tu remp. reprehendis, quæ domeſticos hoſtes, ne ab ipſis ipſa necaretur, necauit. Itaque attende iam Torquate quàm ego defugiam authoritatem conſulatus mei.

Defugere munus, Refuſer quelque charge ou quelque office. Cic. Attico, lib. 8, Inuite cepi Capuam: non quo minus illud defugerem, ſed ſine cauſſa in qua nullus eſſet ordinum, nullus apparatus priuatorum dolor.

DEFVNGOR defungeris, defunctus ſum, defungi, Expedire, finem facere, peragere, ceſſare, liberari ab aliquo officio vel munere: Acheuer quelque choſe, mettre fin, ou deliuré, & eſchappé. Virg. O tandem magnis pelagi defuncte periculis. Qui as eſchappé tant de perils.

Defunctus iam ſum: Iay faict mon faict, iay faict ce que ie vouloie faire. Terent. in prologo Eunuchi, 15, Dehinc ne fruſtretur ipſe ſe, aut ſic cogitet, defunctus iam ſum: nihil eſt quod dicat mihi. Donatus, Defunctus iam ſum, Id eſt, iam egi fabulas meas: aut iã deſtiti periclitari in edendis comœdijs: aut certe iam edidi quam tu reprehendis fabulam.

Defunctum vtinam hoc ſit modo: Pleuſt a dieu que ce fuſt la fin, & quil ne deuſt iamais rencheoir en ce peſché. Terent. in Adelphis, 3.4.63, Non me indicente hæc fiunt, vtinã hoc ſit modo defunctum. Donatus, Defunctum, finitum, id eſt, ne vlterius peccet AEſchinus.

Defungi authoritatem. Plautus in Pœnulo, 3.19, Suſpende, vinci, verbera, author ſum, ſino. M. ſi authoritatem poſtea defungeris, vbi diſſolutus tu ſies, ego pendeam. Apres que a ton aueu, & par ton congié ie te auray lié, tu nye que tu ne mas pas donné lauthorité de ce faire. Hoc loco quædam exemplaria, defugeris habent.

Defuncta morbis corpora: Quæ euaſerunt morbos: Qui ont eſchappé, & ſont deliurés de maladie. Liuius, Defuncta morbis corpora, ſalubriora eſſe cœpere.

Defunctus fato. Liuius, Tempeſtas cum magnis procellis coorta coegit pleroſque tabernacula in foro ſtatuere. Eadem paulo poſtea, quum vndique diſſerenaſſent, ſublata. Defunctóſque fato vulgo ferebãt quòd inter fatalia vates cecinìſſent neceſſe eſſe tabernacula in foro ſtatui. Defunctos fato dixit, id eſt ſolutos & exemptos, nec vltra illi fato obnoxios.

Defunctus fatalibus malis. Suet. in Nerone, Britannia, Armeniáque amiſſa, ac rurſus vtraque recepta, defunctum ſe fatalibus malis exiſtimabat.

Defungi vnius pœna: Eſtre deliuré de quelque mal & incõueniant, par la peine & mort daucun. Liuius lib. 2, Sed adeò coorta erat infenſa plæbs, vt vnius pœna defungendum eſſet patribus. Id eſt, vt Marci Coriolani damnatione ab illa populi conſternatione liberandus eſſet ſenatus.

Defunctus cõſulis fato, Deliuré par la mort du cõſul. Liuius lib. x, At ex parte altera pontifex Liuius cui lictores Decius tradiderat, iuſſerátque proprætorẽ eſſe, viciſſe Romanos defunctos conſulis fato. Id eſt cõſulis ſeſe deuouentis ſpontanea morte ab imminentibus periculis liberatos & exemptos.

Defungi in re aliqua. Terent. in Phor. 5.9.31, Quamobrem te oro, vt alia tua facta ſunt, æquo animo hoc feras. N. quid ego æquo ſcupio miſera in hac re iam defungier. Donatus, Defungier: deſinere. Ie deſire de me deporter de ceſte affaire, & plus ne men meſler.

Defunctus pietate animus: Vng cueur qui na nul foy ne reuerence en dieu. Cic. antequã exiret in exilium, Si igitur aliquo tempore his hominibus conſuluiſtis, quorum animus eſt religionis pietate defunctus, debetis mihi quoque proſpicere, qui numini deorum cõſecratum, ſartum tectum ab omni periculo liberaui: & vos vt tutam tranquillámque fortunam trahe retis, mea perfeci vigilantia.

Defungi etiam dicimus, non toto conatu, non magnopere aliquid accurare, ſed tepide & inſtrenue, & eo tantum animo vt officio functi eſſe videamur, & quatenus ſatis ſit ad vitandã reprehenſionẽ, aut emerendam veniam. Faire legierement, & a la haſte quelque choſe, paſſer ſeulement par deſſus, pour monſtrer que nous y auons paſſé, & par maniere dacquiſt. Liuius

lib. 1. de Romulo & Remo, Sorte quadam diuinitus ſuper ripas Tyberis effuſus leuibus ſtagnis, nec adiri vſque ad iuſti curſum poterat amnis, & poſſe quanuis languida mergi aqua infantes ſpem ferentibus dabat. Ita veluti defuncti regis imperio, in proxima alluuie, vbi nunc ficus ruminalis eſt, pueros exponunt. Defunctos regis imperio dixit eos qui quaſi ſatiffeciſſent regis imperio. Ille enim in aquã fluentem pueros demitti iuſſerat: hi in ſtagnantibus aquis expoſuerunt in quibus tamen ſperabant merſum iri itidem vt in amne.

Defunctus defuncta, defunctũ, abſolute dicitur qui mortem obierit, quaſi ærumnis ſeculi liberatum & exemptum ſignificemus. Vng homme mort.

Defunctum, etiam more Græcorum, pro cadauere intelligimus ſubſtãtiue. Vng deffunct, vng corps mort. Vnde ſcitum illud Plinii in ſecũdo naturalis hiſtoriæ, de terra habitabili loquentis, Et vt publicos gentium furores tranſeam, hæc eſt in qua cõterminos pellimus, furtóque vicini ceſpitem noſtro ſolo affodimus, vt qui latiſſime rura metatus fuerit, vltráq; famam exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat? vel cum ad menſurã auaritiæ ſuæ propagauerit, quam tandem portionem defunctus eius obtineat?

Defunctorie aliquid agere, Id eſt, languide & remiſſe. Faire quelque choſe legieremẽt ou lachement, & par maniere dacquiſt. Vlpianus in L. ſecunda ad Tertullianum, Non ſolum autem quæ non petit, coercetur, ſed etiam quæ defunctorie petijt, vt priuilegio munitum vel oneratũ tribus tutelis. Hoc eſt, neglecte & oſcitanter. Hoc autem & perfunctorie dicitur ab eodem.

DEGENER, o. g. in ablatiuo, degenere vel degeneri. Qui maiorum ſuorum moribus non reſpondet: Qui ne ſuit point les meurs de ſes anceſtres. Lucanus, Si me degeneri ſtrauiſſent fata ſub hoſte.

Degener, Ignobilis & vilis, Lache, couart, qui neſt point de grande eſtime, ou valleur. Virgil. Degeneres animos timor arguit.

Degenero degeneras, degenerare, Forligner, ne reſembler point a ſes parẽs, ne ſuyure point les bonnes meurs de ſes parens. Propertius, Dij mihi ſunt teſtes non degeneraſſe propinquis.

Degenerare, tam à bono quàm à malo dicimus. Liuius lib. 1x, Ne degeneraueris à familia imperioſiſſima & ſuperbiſſima.

Degenerant poma. Virg. lib. 2. georg. Pomáque degenerant ſuccos oblita priores.

DEGERO degeris, degeſſi, degeſtum, degerere: Porter, emporter. Plaut in Menæh. 17.45, Me deſpoliat, mea ornamẽta ad meretrices degerit. Interpres, Apud meretrices abſumit, interpretatus eſt. Idem Plaut. in Menæh. 16.41, Pallam atque aurum meum domo cũ ſuppellas tuæ vxori, atque illud tuæ degeris amicæ.

DEGLVBO, deglubis, deglubi, deglubitum, deglubere: Corticẽ eximere, Eſcorcher. Tyberij Cæſaris verbum eſt, Boni paſtoris eſt tondere pecus, & non deglubere.

DEGO degis, degi, degere, Mener iuſques a la fin. Terent. in Adelph. 4. 1. 6, Hunc diem miſere nimis cupio vt cœpi, perpetuum in lætitia degere. Ie deſyre dacheuer ce iour cy en ioye.

Degere ætatem: Viure. Plaut. in Caſina, 6. 12, Sed vtrum nunc ea cœlibem te mauis eſſe liberum: an maritum ſeruum ætatem degere, & gnatos tuos? Terẽtius in Phormione, 2. 3. 70, Proximo iuſſa eſt dari, vt cum vno ætatem degeret. Cicero pro Roſcio, Inter feras ſatius eſt ætatem degere.

Degere tempus ætatis ſine moleſtia, Viure tout le temps de ſa vie ſans ennuy. Cic. de ſenect. 2, Cui qui pareat, omne tempus ætatis ſine moleſtia poſſit degere.

Degere vitam. Cic. pro P. Sylla, Vt cum Lentulo & Catilina & Cethego fœdiſſimam vitam & miſerrimam, turpiſſima morte propoſita degeret. Idem pro Roſcio, Per ſe liceat innocenti amicorum opibus vitam in egeſtate degere.

Degitur vita. Cic. de finibus bonorũ & mal. Ea vita quæ ex ſummo bono degitur. Ibidem, Beatam autem vitam eam, quæ cum virtute degatur.

Degere laborẽ alicui, Mettre aucũ hors de peine, luy diminuer ſa peine. Plau. in Aulul. 6. 38, Nunc ego iſtum ſoror laborem degam, & diminuam tibi.

Degere coriũ de tergo alicuius. Id eſt, detrahere, Vt exponit Nonius. Plaut. in Epidico, 2. 61, Amátne iſtam quam emit de præda? T. rogas? deperit. E. degetur corium de tergo meo. Ie ſeray fouetté.

DEGRVMMOR degrummaris, degrummari, Ad grummam mẽſuram dirigere. Lucilius lib. 3, Viámque Degrummari vis, vt caſtris menſor facit olim. Dreſſer vng chemin a la ligne, ou au cordeau. Nonius Marc.

DEGVLO degulas, degulare: Eſt gulæ tradere: Gourmander. Plaut. Poſtquam degulato pa-

trimonio pauper eſt factus. Ex Perotto.

DEHINC, aduerbium temporis, Dicy en auant, cy apres. Terent. in And. 3.3.31, Spero cõſuetudine & coniugio liberali deuictum Chreme, dehinc facile ex illis ſeſe emerſurum malis. Ibidem in prologo, 22, Dehinc vt quieſcant porrò moneo, & deſinant maledicere. Et in prologo Adelph. 22, Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ.

Dehinc, Des a ceſte heure. Terent. in Eunucho, 2.3.5, O faciem pulchrã: deleo omnes dehinc ex animo mulieres. Des a ceſte heure ie naime plus nulles autres femmes que ceſte cy.

Dehinc iam: Des a ceſte heure. Plaut. in Mercat. 24.40, Miſſas iam ego iſtas artes feci, & quidem ego dehinc iam.

Dehinc cæterum. Plaut. in Pœnulo, 2.125, Dehinc cæterum, valete, adeſte.

Nunc dehinc: Maintenant dicy en auant. Terent. in Eunucho, 5.2.33, At nunc dehinc ſpero æternam inter nos gratiam fore Thais.

Nunc iã dehinc: Des a ceſte heure cy & des maintenãt. Plaut. in Pœnulo, 4.52, Si quidẽ antè mentitus ſit, nunc iam dehinc erit tibi verax.

Dehinc, pro Deinde, apres ce. vt ſit aduerbium ordinis. Salluſt. In primis arduum videtur res geſtas ſcribere. primum quòd facta dictis exæquãda ſint. dehinc, quia plerique delicta quæ tu reprehenderis, maleuolentia atque inuidia putant eſſe dicta.

DEHISCO dehiſcis, dehiſcere, Se ouurir, & fort entrebailler. Plin. libr 9, Acus, ſiue belone vnus piſcium dehiſcente propter multitudinem vtero parit. Hoc eſt, ſe aperiente.

DEHONESTAMENTVM dehoneſtamenti, n.g. Cicatrix eſt, vultum hominis dedecorans, vt oculi effoſſio. Gellius, lib. 2, Quo dehoneſtamento corporis maxime lætabatur.

Dehoneſtus dehoneſta dehoneſtũ: Choſe fort hõneſte. Gellius, Dehoneſtũ, deculpatúmq; verbũ.

DEHORTOR dehortaris, dehortari, Deſenhorter. Terent. in Phormione, 5.8.17. At hic dehortatus eſt me ne illam illi darem. Plautus in Captiuis, 5.17, Imò ædepol ſi erit occaſio, haud dehortor.

DEIERO deieras, deierare. Faire vng grand iurement ou ſerment, fort iurer, comme on dict ſur les ſainctes euangilles. Donatus, Deierat, deos iurat, aut valde iurat. Terent. in Eunucho, 2.3.39, Illum liquet mihi deierare his menſibus ſex, vel ſeptem prorſus non vidiſſe proximis. Idem in Hecyra, 5.2.5, Phidippe Bacchis deierat perſancte. Gellius, lib. 1, Nam cum amicus eum rogaret, vt pro re cauſſáque eius falſum deieraret, his ad eum verbis vſus eſt.

Apud Plautum in Caſina, 15.36, Deiurauit legitur, Per deos omnes & deas deiurauit hac eum nocte occiſurum. Et in Rudente, 30.46. Tene aram hanc. L. teneo. G. deiura te mihi argẽtum daturum eodem ipſo die.

Deiurium deiurij, Quelque ſainct & grand iurement. Gellius, Octo ad hoſtes redire voluerunt, quod deiurio vincti forent, duo reliqui Romæ manſerunt.

DEIICIO deijcis, deieci, deiectum, deijcere, Ietter du hault en bas. Plaut. in Aſinaria, 9.19, Iuſſin' columnis deijci operas aranearum?

Deijcere de. Plaut. in Sticho, 6.31, Hic ego araneas de foribus deijciam, & de pariete. Cicero pro Sext. Roſcio, Habeo etiam dicere, quem contra morem maiorum minorem annis ſexaginta de ponte in Tyberim deiecerit.

Deijcere de gradu: Eſt deijcere de cõſtantia & animo offirmato. Cic. lib. 1. off. Fortis enim animi eſt non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantẽ de gradu deijci, vt dicitur, ſed præſentis animi vti conſilio.

Deijcere de gradu: Deijcere de dignitate. Cic. Attico lib. 16, Læptæ literarum exemplũ tibi miſi, ex quo mihi videtur σφαπηλὰξ ille deiectus de gradu.

Deijcere oculos à rep. Deſtourner ſes yeulx. Cicero in Philipp. Nec verò vſquam, nec à rep. oculos deijciebam.

Deijcere oculos, En moins que de baiſſer la veue. Celeritatem ſignificat. Cic. in Verrem, Si tãtulum oculos deiecerimus, præſto eſſe inſidias.

Deijcere ædilitate: Oſter aucun de loffice dedilite. Cic. Si me ædilitate deieciſſet.

Deijcere, Iaciendo defigere. Liuius lib. 1, Dum intentus in eum rex totus aduerteret, alter elatam ſecurim in caput deiecit.

Deijcere: Ietter hors aucun de ſa maiſon ou autre lieu, de ſon heritage ou poſſeſſion, ſoit par force, ou autrement. Deijcere à Capitolio, vel ex Capitolio, ex interiore parte ædium, ab ædibus, ex proximi vicini fundo, de via &c. Vide orationem Ciceronis pro A. Cecinna, circa finem, in qua abunde, de verbo deijcio tractat.

DEIN, Idem ſignificat quod deinde. En apres, puis apres. Terent. in And. 1.1.52, Sed poſtquã amans acceſſit, pretium pollicẽs, vnus & item alter (ita vt ingenium eſt omnium hominum ab labore procliue ad libidinem) accepit conditionem: dein quæſtum occipit.

Deinde: En apres. Terent. in prologo Heaut. 19, Factum hic eſſe id non negat, neque ſe id pigere: & deinde facturum autumat.

DEINCEPS deincipis, (teſte Feſto Pompeio) qui deinde cepit, vt princeps, qui primus cepit. Deincipem antiqui dicebant (inquit idem alio loco) proxime quenque captum, vt principem primum captum. Nonnulli legunt, proximum quenque capitum, quemadmodum principem, primum capitum.

Deinceps, aduerbialiter, Lung apres lautre, par fois, par tournee. Proprie ſignificat gradatim, per ordinem, ſiue per vices, ſiue quod dicere ſolemus, vnum poſt alium. Liuius lib. 1, Ita duo deincẽps reges alius alia vice, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt. Cic. Thermio, Sed tamen tres fratres ſummo loco natos, promptos, non indiſertos, quos video deinceps tribunos plæbis per triennium fore, te nolo habere iratos. Columella lib. 6, Quod quomodo & qualis generis faciendum ſit, non pigebit deinceps præcipere. Id eſt, per ordinem. Cicero, Rhodiũ quendam morientem ſed æquales nominaſſe, & dixiſſe, qui primus eorum, qui ſecundus, qui deinde, qui deinceps moriturus eſſet. En enſuyuant.

Deinceps pro præterea: En apres, en ſuyuant. Liuius, Extemplo aduocato concilio, ſceleta in ſe fratris, originem nepotum vt geniti, vt educati, vt congeniti eſſent: cædem deinceps tyrãni, ſeque authorem oſtendit.

DEINSVPER, ſignificat deſuper. Denhault. Salluſt. lib. 1. hiſt. Ad medium quaſi deinſuper aſtantum manibus in murum attollitur.

DEIVGO deiugas, deiugare, Deſaccoupler, deſioindre. Pacuuius Chryſe, Pérque noſtrã egregiam vnanimitatem, quam memoria deiugat.

DEIVNGO deiungis, deiunxi, deiunctum, deiungere, Deſioindre. Plautus in Aſinaria, 12.75, Da meus ocellus, mea roſa, mi anime, mea voluptas Leonida argentum mihi, ne nos deiunge amantes.

DEIVRO, deiuras, Vide DEIERO.

DEIVVO, deiuuas, deiuuare: Ne aider point aucun. Plaut. in Trinummo, 6.62, Deſerere illum, & deiuuare in rebus aduerſis pudet.

DELABOR delaberis, delapſus ſum, delabi, Cheoir tout doulcement den hault. Plautus in Caſin. 8.62, Vbi ſim neſcio, perij, cor lienoſum opinor habeo, iamdudum ſalit, delabor, pectus tũdit. Ie tombe a terre, ie chee. Liuius lib. 1, Cælo repẽte delapſus. Virg. in buc. Serta procul capiti tantum delapſa iacebant.

Delabi, Eſtre conſumé, & deuenir a rien. Cic. lib. 1. off. Habẽda eſt autem ratio rei familiaris, quam quidem delabi ſinere, flagitioſum eſt.

Delabi in inſidias, Cheoir & tomber dauẽture entre les mains des guettes des ennemis. Plin. de viris illuſt. 14, Veientes ad dolos conuerſi, pecora ex aduerſo in conſpectu illorum poſuerunt: atque progreſſi Fabij, in inſidias delapſi, ad vnum occiſione perierunt.

Delabitur oratio noſtra ad vulgares. Cic. de amicitia, 65, Iam enim a ſapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias noſtra delabitur oratio. Nos parolles tombent a parler de cõmunes amitiés, apres que auons parlé de celles que les ſages ont entre eulx.

DELACERO delaceras, delacerare, Dechirer, mettre en pieces. Delacerare opes. Plaut. in Cap. 12.14, Tuis ſceleſtis falſidicis fallacijs delacerauiſti, deartuauiſtique opes.

DELACHRYMO delachrymas, delachrymare: Eſt lachrymas vel aquam more lachrymãtis dimittere. Columella lib. 5, de vite loquens, Vt interdum potius deuexa, quàm in germine delachrymet. Catullus, Sicca orti facies delachrymanda foret. Il fauldroit arrouſer le iardin ſec.

DELANIO delanias, delaniare: Diſcindere & quaſi lanã trahere. Vnde Lancinia & Lanius dicitur, qui pecus diſcindit Feſt. Pomp.

DELASSO delaſſas, delaſſare, Fort ſe laſſer. Plaut. in Aſin. 16.22, At ego cenſeo eum etiam hominem ſenatui dare operam, aut clientibus: ibi labore delaſſatum, noctem totam ſtertere.

DELAVO delauis, delaui, delotum, Delauere, Fort lauer. Apud Plautũ in Rud. 14.21, Eho an te pœnitet in mari quod delaui, ne hic in terra quoque eluam?

DELECTO delectas, delectare, à delicio. Delectare proprie attrahere eſt, & ductare. Attraire aucun, lallicher. Ennius, Et me Apollo ipſe delectat ac ductat Delphicus. Quadrigarius,

Fabius de nocte cœpit hostium castra oppugnare, hostem delectare.

Delectare, Delecter, & esiouyr. Plaut. in Capt. 4.75, Nã isthoc me assiduo victu delecto domi. Idem in Merc. 10.5, Seruibo mihi, decurso in spatio breue quod vitæ reliquum est, voluptate, vino, & amore delectauero. Idem in Pseud. 7.161, Dum cõcenturio in corde sycophantias, tibicen vos interea hic delectauerit. Idem in Pœnul. 3.64, Oculos volo meos delectare hodie munditijs meretricijs.

Delectare, Sæpius in tertijs personis authores vtuntur. Cicero de senect. 48, Malleoli, plantæ, sarmenta, vites, traduces, propagines, nónne ita afficiunt, vt quenuis cum admiratione delectent? Idem Rufo, Itaque me & superiores literæ tuæ admodum delectauerunt, quibus expectatum meum aduentum abs te amanter videbam.

Delectare se re aliqua. Cic. Pæto, Plures iam pauones confeci, quàm tu pullos columbinos: tu te isthic Atheniano iure delectato, ego me hic Hirciano. Et apud Plautum in Merc. 10.5, Vino & amore me delectauero.

Delector delectaris, passiuum, Estre esiouy de quelque chose. Columella, lib. 1, Iucundius vtique viro, si etiã matrona comitatur: cuius vt sexus, ita animus est delicatior, amœnitate aliqua delectanda erit.

Delectamentum delectamẽti, Esbat, passe temps, & chose de plaisir. Cic. de senect. 50, Possem persequi permulta delectamẽta rerum rusticarum: sed ea ipsa quæ dixi, sentio esse longiora.

Delectatio delectationis, fœm. g. Delectation, plaisir. Cic. lib. 4. Tusc. Delectatio est voluptas suauitate auditus animum deliniẽs: & qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum & tactuum & odorationum & saporum, quæ sunt omnes vnius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ voluptates.

DELEGO delegas, delegare. Delegare alicui negotium. Commettre aucun sur quelque affaire ou besongne, Luy bailler la charge de quelque chose. Columella lib. 4, Imò quis non imprudentissimũ quenque, etiam eũ qui nihil aliud operis facere valeat, huic negotio delegat? Cic. Post delegatam mihi hanc prouinciam.

Delegatũ officiũ. Quelque affaire, ou charge cõmise a aucũ. Plin. epist. 49. c, Ante lucẽ ibat ad Vespasianum imperatorem: nam ille quoque noctibus vtebatur. Inde ad delegatum sibi officium reuersus domũ, quod reliquum temporis, studijs reddebat. Idem epist. 220, Vt toto animo delegato mihi officio vacarem.

Delegare: Enuoier aucun en embassade. Liuius, Decernunt vt duodecim delegarẽtur ad regẽ.

Delegare: Dispartire: Departir quelque affaire a aucũs, & leur bailler charge. Plaut. in Amph. 3.67, Nũc hoc me orare à vobis iussit Iuppiter, vt cõquisitores singuli in subsellia eãt per totã caueã spectatoribus, si quoi fauitores delegãtos viderint, vt his in caueã pign⁹ capiatur togæ.

DELENIO, delenis, deleniui, delenitum, delenire, Adoulcir, appaiser. Plaut. in Asin. 9.28, Vah delenire apparas, mihi scio vicariũ esse. Columella lib. x, Sed tamen iracũdia notæ melioris facile delenitur assiduo interuentu eorum qui curant aluearia.

Delenifico delenificas, delenificare, Faire doulx, appaiser.

Delenificus delenifica delenificum, Chose appaisante & adoulcissante. Plaut. in Milit. 5.34, Nã mulier domi habet animum falsiloquum, falsificum, falsiurium, domi dolos delenifica verba, domi fallacias.

DELEO deles, deleui, deletum, delere, Effacer. Vt delere literas.

Delere aliquem ex corde; Reietter aucun de nostre cueur, ne laimer plus, nen tenir plus de cõpte. Terent. in Eunucho, 2.3.5, O faciẽ Pulchrã: deleo omnes dehinc ex animo mulieres.

Delere bella. Cic. de amicitia, 10, Qui duabus vrbibus euersis inimicissimis huic imperio, non modo præsentia, verum etiam futura bella deleuit.

Delere veritatem. Cic. de amicitia, 77, Omniũ rerũ simulatio est vitiosa (tollit enim iudicium veri, idque adulterat) tũ amicitiæ repugnat maxime. delet enim veritatem, sine qua nomen amicitiæ valere non potest.

Deletilis & hoc deletile, Chose qui efface. Varro, Si displicet tibi tam magnum, sumam spongiam deletilem.

Delebilis, & hoc delebile, Chose qui se peult, & est facile a effacer.

DELIBERO deliberas, deliberare: à libella qua quid perpenditur dictũ, vt inquit Fest. Põp. Determiner de quelque chose, arrester. Cic. in Verrẽ, Deliberatũ est. Id est, fixũ, decretum est. Terẽt. in Adel. 2.1.42, Nunc vide vtrũ vis, argentũ accipere, an caussam meditari tuã: delibera hoc, dum ego redeo leno. Turpilius, Certum ac deliberatum est, me illis obsequi.

Deliberare: Doubter. Cic. lib. 3. Est enim totum sceleratum & impium qui deliberãt vtrum id

ſequantur quod honeſtũ eſſe videant. Terent. in Phorm. Ego amplius deliberandũ cenſeo.

Deliberatiuus, deliberatiua, deliberatiuum, Choſe de laquelle on eſt en deliberation ſi on la doibt faire, ou non, prendre ou refuſer, & autres telles choſes.

DELIBO delibas, delibare, Goutter vng petit, attoucher tant ſoit peu des bolieures, & comme aualer vne goutte.

Delibare honores. Plin. in paneg. 89, Quum eos quoque honores, qui tibi à nobis offeruntur, aut delibare parciſſime, aut omnino ſoleas recuſare.

Delibare beneficia. Plin. in paneg. 61, Delibaſſe quædam ſeu potius demonſtraſſe contentus, largam ac propè intactam benefaciendi materiam filio reſeruauit.

Delibare, Eſbranſler quelque choſe, hocher, & preſque la tirer de terre, ou la rompre. Columella lib. 2, Néve aut cornu bos ad ſtipitem væhementius offendat, aut extremo iugo truncum delibet deplantétque.

Delibare honeſtatem: Gaſter & corrompre hõneſtete. Gellius lib. 1, Rependitur quippe & cõpenſatur leue damnum delibatæ honeſtatis.

Delibati animi mente diuina, Qui ont goutté. ou ſont rẽplis du vouloir de dieu. Cic. de ſenect. 70, Audiebã Pythagorã Pythagoricóſq; incolas penè noſtros qui eſſẽt Italici philoſophi quondã nominati, nũquam dubitaſſe quin ex vniuerſa mẽte diuina delibatos animos haberem⁹.

Delibatorium delibatorij, Locus delibationis accõmodatus. Plin. lib. 16, Fuit & memoria noſtra in porticibus ſeptorum à M. Agrippa relicta æque miraculi cauſſa, quæ delibatorio ſuperfuerat viginti pedibus breuior ſeſquipedali craſſitudine.

DELIBVTVS delibuta, delibutum, Participium ſine verbo. nec ſcio an compoſitum ſit. Significat vnctum.

Delibutus capillus, Cheueulx huylés & mouillés dhuyle. Cic. pro Sext. Roſcio, Ipſe vero, quẽadmodũ compoſito, & delibuto capillo paſſim per forũ volitet, cũ magna caterua togatorũ, videtis iudices. Terentius trãſtulit ad animũ, quod eſt corporis, cũ dixit in Phor. 5. 6. 16, Satin' eſt, ſi te delibutũ gaudio reddo? Ne te ſouffit il pas, ſi ie te rempli tout de ioye?

Delibutus, Conſperſus. Cic. ad Herennium, 3, Aut ſi quam rem deformabimus turpem, vt ſic cruentam aut cœno óblitam, aut rubrica delibutam audiamus.

Delibutus periurijs, Rempli ou plein de pariuremẽts. Salluſt. in Ciceronem, Vxor ſacrilega, ac periurijs delibuta.

DELIBRO delibras, delibrare, à libro arboris. Eſcorſer vng arbre, ou oſter leſcorſe. Columella lib. 3, In ea nitidiſſimũ ramũ eligito, & eiuſdẽ ſpatij corticẽ circũcidito, & materiã delibrato. Idem lib. 5, Cortex quoq; aridus, fiſſúſq;, per ſumma trunci dependẽs delibrãdus eſt.

DELIBRO delibras delibrare, à libra libræ, Peſer iuſtement, & equalement. Gellius, Quid relinquitur, niſi delibrari ſibi cœnas iubeant, ne edendo defatigentur?

DELICATA delicatorum, dicebantur dijs conſecrata, quæ nunc dicata. Vnde adhuc manet delicatus, quaſi luxui dicatus. Feſtus Pomp.

Delicatus, Adonné a delices & ſumptuoſités & ſuperfluités, mollet, delicat, & tendret. Plaut. in Curcul. 15. 13, Delicatum te hodie faciam, cum catello vt accubes.

Delicatiſſimus amnis, Vng fleuue que on ne ſcet cõmẽt le traicter & tenir de paour de debourder & tout emmener. Plin. epiſt. 17. a, Anio delicatiſſimus amniũ, ideóq; adiacẽtibus villis, velut inuitatus, retentúſque, magna ex parte nemora, quibus inũbratur, & fregit, & rapuit.

Delicate, Delicieuſement, Superfluement, ſumptueuſement. Columella, Cultam, veſtitámque familiam, vtiliter magis habeat, quàm delicate.

DELICIVM delicij, n. g. In plurali, deliciæ deliciarum, f. g. Oblectamentũ, oblectamentáve, quæ nobis voluptati ſunt, Plaiſirs, Eſbaremẽts, ou eſbats, Choſes eſiouyſſántes, & paſſe temps. Martialis, Delicium paruo donabis Dorcada nato. Idem, Stellæ deliciũ mei colũba. Catullus, Paſſer delicium meæ puellæ. Suet. Titus amor deliciæ humani generis.

Delicia deliciæ, f. g. Idem quod delicium. Plaut. in Trucul. 19. 27, At ego ad te ibam. s. ad me delicia? Idem, Mea voluptas, mea delicia.

Delicias facere aliquem, Soy bauer, moquer, & railler daucun, & cõme en faire ſon fol. Plaut. in Pœnulo, Enímuero ære meo me laceſſis, ludos & delicias facis. Idem in Menæh. Eia, delicias facis mi Menæhme, quin amabo is intro? hic tibi erit rectius. Tu te mocques des gẽs, tu fais mines, tu te ioues &c.

Delicia dicitur etiã genus tigni quod à culmine ad tegulas angulares infimas verſus faſtígiatũ collocatur. vnde & tectum ipſum deliciatum, & tegulæ deliciares ſiue colliciares appellantur. Feſtus Pompeius.

DELICI porci, Ieunes cochons & tendres qui viennent de la mamelle. Varro de re ruſt. li. 2. cap. 4, Cũ porci depulſi ſunt à māma, à quibuſdã delici appellãtur, neque iã lactentes dicũtur.

DELICO delicas, delicare, Explanare, indicare, Dire, mõſtrer. Accius Achille, Qua re alia ex crimine inimicorum effugere poſſis, delica. Cæcilius Obolio, Iſta te, imò verò hæc ſol ante ſo litus ſum, res delicat. La choſe le mõſtre. Titinnius, lib. v, Quid iſthuc eſt, aut iſthic ſibi vult ſermo? mater delica.

DELIGO deligas, deligare, Fort lier. Plaut. in Menæh. 3.14, Quem tu aſſeruare rectè ne au fugiat voles, eſca atque potione vinciri debet, apud menſam plenam homini roſtrum deliges.

DELIGO deligis, delegi, delectum, deligere, Eſlire ce qui ſemble eſtre le plus conuenable, & ſortable a ce que nous voulõs, eſlire dẽtre tous les autres. Cic. Deligere oportet quẽvis diligere. Parare delectum: Prendre gens deſlite, qui ſoient eſlus dentre tous les eſlus. Plaut. in Pſeud. 5.156, Pauci ex multis amici ſunt homini, qui certi ſient: ego iſthuc ſcio. P. ergo vtrinque tibi nunc delectum para: ex multis exquire illis vnum qui certus ſiet.

DELIMO delimas, delimare: Limer & oſter de quelque choſe. Plinius, Alij delimatum æris ſcrobem aceto ſpargunt. Apuleius, delimatum poſuit pro delinito, Anus, inquit, muneribus delimata conſenſit.

DELINGO delingis, delinxi, delingere: Licher. Plaut. in Curcul. 12.6, Hic hodie apud me nunquam delinges ſalem. Idem in Perſa, 12.24, Niſi me hæc defendet, nũquam delinget ſalem. Iamais ne demourera ceans.

DELINIO delinis, deliniui, delinitum, delinire, Oindre ou frotter de quelque choſe.

Delinire: Attraire, attirer par belles parolles, ou autre choſe, amadouer. Plaut. in Sticho, 8.4, Nunc interuiſo, iámne à portu venerit, vt eum aduenientem, meis dictis deliniam. Idem in Amph. 8.213, Delinitus ſum profecto ita, vt me qui ſim, neſciam. Ie ſuis ſi emburluquoque que &c. On ma ſi bien attiré, amadoué &c. Cic. Tironi, Gallorum caſtris in æſtiuis feciſſe, quos ille latro, niſi aliquid firmius fuerit, ſocietate vitiorum deliniet. Idem Cæſari, lib. 1, Iã eſt biennium cum virtuti nuntium remiſiſti, delinitus illecebris voluptatis.

DELINIO delinias, deliniare, Tirer des lignes contre quelque choſe, pourtraire. Plin. de Apelle, Arrepto carbone extincto è foculo imaginem in pariete deliniauit.

DELINO delinis, delini, deleui, & deleni, delitũ, delinere, Gaſter, & barbouiller, & effacer. Cic. Caluo, Tuli moleſtè, quòd literæ delitæ mihi à te redditæ ſunt.

DELINQVO delinquis, deliqui, delictũ, delinquere, Proprie eſt prætermittere, Delaiſſer quelque choſe a faire.

Delinquere: Offenſer, faillir, pecher. Plaut. in Menæh. 7.46, Id vtrunque argentum quando habebo, cauero, ne tu delinquas, néve ego iraſcar tibi. Idem in Aſin. 10.7, Neque quæ rectè faciunt, culpo, neque quæ delinquunt amo. Idem in Menæh. 14.46, Nunquis ſeruorũ deliquit? num ancillæ aut ſeruæ tibi? reſponſa, ait loquere: impune non erit. Idem in Amph. 8.182, Tute edictas facta tua, ex me quid deliqueris?

Delinquere erga aliquem. Plaut. in Epid. 9.9, Quaſi quid filius meus deliquiſſet mederga: aut quaſi non plurimum malefacta mea eſſent ſolida in adoleſcentia.

Deliquium deliquij, Default, ou diminution, inquit Feſtus Pomp. Plau. in Capt. 11.95, Hoc ſi ſecus reperies, nullã cauſſam dico, quin mihi & parentum & libertatis apud te deliquio ſit. Dicitur & deliquium ſolis, Eclipſe de ſoleil.

Deliquum deliqui, n. g. Id eſt minus, Moins. Plaut. in Caſina, 4.27, Sine amet, ſine quod lubet, id faciat, quando tibi nil domi deliquum eſt.

Delictum delicti, Peché, defaulte, choſe que on laiſſe a faire. Plaut. in Bacchid. 25.50, Sine hoc exorare me obſecro abs te, vt iſthuc delictum deſiſtas tantopere ire oppugnatum.

DELIQVEO deliques, delicui, deliquere, In totum reſolui, Fõdre, comme la cire ſe font au ſoleil. Plaut. in Caſina, 8.46, Vtinam tua quidem, ſicut Herculeis prædicant quondã prognatis, ita in ſortiendo ſors delicuerit. Ouid. 7, Metamorph. Protinus imbutum cæleſti nectare corpus Delicuit, ſtagnúmque ſuo de nomine fecit.

DELIRO deliras, delirare, Deſuoier, aller hors de la droicte voye & ligne: reſuer. Tranſlatio ab aratore. Nam lira eſt recta foſſa, quæ contra agros tuendos ducitur, & in quam vligo terræ decurrit. Terent. in Phorm. 5.9.8, Delirat miſer timore. Ibidem, 5.3.18, Præter hæc cognatam comperi eſſe nobis. D. quid deliras? &c. ſic erit: non temere dico, redi mecum in memoriam. Plaut. in Epid. 9.11, Profecto deliramus interdum ſenes. Nous reſuons aucuneſfois. Idem in Amph. 8.93, Delirat vxor. Ta femme reſue.

Delirãs delirantis, participium. Delirantia dicta. Plaut. in Amph. 7.27, Iam ſequere ſis, herum

qui ludificas dictis delirãtibus: De parolles de reſuerie. Terent. in Adelphis, 4.7.43, Intus pſaltria eſt, domus ſumptuoſa, adoleſcẽs luxu perditus, ſenex delirans. Vng vieillart, qui reſue.

Delirus delira delirum: Qui deſuoye, qui reſue. Plaut. in Amph. 15.48, Vix video præ ira, adeò me iſthic hodie delirum fecit. Il ma faict deuenir fol.

Deliratio delirationis, f.g. Reſuerie & folie. Cic. de ſenect. 33, Iſta ſenilis ſtultitia, quæ deliratio appellari ſolet, ſenum leuium eſt, non omnium.

Deliramentum deliramenti: Reſuerie & folie. Plaut. in Amph. 8.62, Hæc quidem deliramenta loquitur: Elle reſue. Idem in Menæh. 20.21, Papæ audín' tu vt deliramenta loquitur?

DELITEO, delites, delitui, delitere, Eſtre caché en quelque lieu. Plaut. in Rud. 20.9, Amat hercle me, vt ego opinor: delituit mala. Virg. Limoſoq; lacu per noctẽ obſcur⁹ invlua Delitui.

DELVBRVM delubri, n.g. Locus in quo dei ſimulachrũ dedicatum eſt. Plaut. in Pœnulo, 18.2, Fuit hodie operæpretium eius qui amabilitati animum addiceret, oculis epulas dare, delubrum qui hodie ornatum eò viſere venit.

Delubrum locus eſt ante aras, dictus à diluẽdo. religio enim ſacrificij apud antiquos exigebat vt ante ſacrum ſacrificulus manus ablueret.

Delubrum, dei ſimulachrum alij accipiunt, à delibrato ligno ita dictum.

Delubrum. Seruius ait eſſe, quòd vno tecto plurima complectitur numina.

DELVCTOR, deluctaris, deluctari, Luyter & ſe cõbatre cõtre aucun. Plaut. in Perſa, 2.4, Cum apro AEtolico, cũ auibus Stymphalicis, cum Antæo luctari mauelim, quàm cum amore, ita fio miſer quærendo argento mutuo.

Deluctor deluctas, Apud Plautũ in Trinum. 12.20, Quibus ærũnis deluctaui, filio dũ diuitias quæro? Helas combien de peine & de traueil ay ie endure, pour amaſſer de largẽt a mon fils.

DELVDO deludis, deluſi, deluſum, deludere. Tromper & deceuoir aucun. Plaut. in Amph. 4.141, Timet homo, deludam ego illum. Idem in Aſin. 12.89, Age ſis, tu in partem nunc iã hunc delude, atque amplexare hanc. Terent. in And. 1.2.22, Vbivis facilius paſſus ſim, quàm in hac re me deludier.

Deludere dolis. Terent. in And. 3.4.4, Ego dudũ nonnihil veritus ſum abs te, ne faceres idem quod vulgus ſeruorum ſolet, dolis vt me deluderes.

Deludificor deludificaris, deludificari: deponẽs: Deceuoir & tromper. Plaut. in Moſtell. 14.41, Hæc res ſic eſt vt narro tibi, deludificatus eſt me hodie in perpetuum modum.

DELVMBIS & hoc delumbe, Non habens aliquid lumborũ, id eſt virtutis. in lumbis enim, corporis virtus ſita eſt. Delumbis, mollis & effœminatus, Perſius, Summa delumbe ſaliua Hoc natat in labris.

DELVO, vel diluo, delui, delutum, deluere: Fort nettoier, & diligemment lauer, Depurgare, & diligenter lauare. Cato, Lacerpitium aceto deluito.

Deluere, Madefaciendo aliquid delere, Effacer aucune choſe par lauoir arrouſé. Varro, Obortæque inter legendum lachrymæ, literas deluebant.

DELVTO delutas, delutare: Enduyre de boue, & maſſonner. Cato, Granarium totum oblinito craſſo luto: poſtea conſpergito amurca. Omne quod delutaueris, vbi aruerit, eo frumentũ condito, nõ nocebit. Idem, Habitationẽ delutare terra quàm maxime cretoſa vel rubricoſa.

DEMEO demeas, demeare, Sen aller embas, ou deſcendre en vng lieu bas. Deorſum penetrare, diſcedere. Apuleius, Quæ ſuis pedibus ad tartarum demeare cogeretur.

Demeaculum demeaculi, n.g. Deſcenſio ad loca ſubterranea, Deſcente de cauernes. Apuleius lib. 6, Et illuminarum Proſerpinæ nuptiarum demeacula.

DEMENS dementis, o.g. Qui eſt ſans entendement, fol, inſencé. Terent. in Andria, 3.1.11, Quid hoc? adeóne eſt demens ex peregrina?

Dementio dementis, dementiui, dementitum, Inſanio, deliro, de mente exeo, Deuenir fol, ſortir hors de ſon entendement. Lucretius, Dementit enim, deliráque fatur.

Demento dementas, dementare: Idem. Apul. in Magia, Confeſſa eſt ſeſe mea Magia in amorem inductam dementare.

Dementare: Mettre aucun hors du ſens, faire perdre lentendemẽt, & toute congnoiſſance. Vt in Actis apoſtolicis de Simone quodam mago, qui Samaritanos dementauerat.

DEMEREO demeres, demerui, demeritum, demerere, Gaigner. Gellius. Thais Corinthia, ob elegantiam, venuſtatémque grandem pecuniam demerebat. Plau. in Pſeud. 20.81, Quid mercedis petaſus hodie domino demeret? Que gaigne il a ſon maiſtre.

DEMEREOR, demereris, demerui & demeritus ſum, Demereri, Conciliare, & in amicitiã iungere, Faire plaiſir & ſeruice a aucun, dont nous ayons ſon amour & amitié: acqueſter a-

mis par plaiſirs & ſeruices. Plaut. in Moſtell. 9.2, Melius hoc anno nõ mihi fuit domi, nec qui eſca vna ſibi me demeruerit magis. Quint. Simul vt pleniori obſequio demererer amãtiſſimos mei. Plin. epiſt. 67.b, Vtque breuiter quod ſentio enuntiẽ, in Regulo demerẽdo, Regulum imitantur. Ouid. Crimine te potui demeruiſſe meo.

DEMETIOR demetiris, demenſus ſum, demetiri, Diligemmẽt compaſſer & meſurer quelque choſe: Diligenter & quadam ratione metiri. Cic. Quæ non inſidijs, ſed aperte & palàm laborat, vt verba verbis quaſi demenſa & paria reſpondeant.

Demenſum demenſi, n.g. à metiendo, vel à menſe. Quaſi menſuratum vel æquatum. Qui eſt dõné par meſure, les viures pour chaſcun moys, que on bailloit aux ſeruiteurs. Plaut. in Menæh. 2.15, Nunc argentum vobis demenſum dabo, non modio, neque trimodio, verum ipſo horreo. Terent. in Phor. 1.1.9, Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo ſuum defraudans geniũ comparſit miſer, id illa vniuerſum abripiet, haud exiſtimans quanto labore ſit partum. Plaut. in Sticho, Vos meminiſtis quot calendis petere demenſum cibum: qui minus meminiſtis quod opus ſit facto facere in ædibus. Donatus annotat, quaternos olim frumẽti modios quolibet menſe ſeruos à dominis ſuis accipere ſolitos: idque demenſum appellat.

DEMETO demetis, demeſſui, demeſſum, demetere, Moiſſonner. Columella lib.7, Illud deinceps præcipiendũ habeto, vt demeſſis ſegetibus iam in area futuro ſemini conſulamus. Cic. de ſenectute, 64, Ver enim tanquam adoleſcenti ã ſignificat, oſtenditque fructus futuros: reliqua autem tempora demetẽdis frugibus aut percipiendis accommodata ſunt. Catullus, Sole ſub ardenti flauentia demetit arua.

DEMIGRO demigras: demigrare, Chãger de logis, Sen aller demourer dung lieu en autre: Changer de place. Plaut. in Amph. 4.86, Fugam in ſe nemo conuertitur, nec recedit loco quin ſtatim rem gerat: animam amittunt priuſquam loco demigrent. Liuius lib.1, Quum hoſtes adeſſent, pro ſe quiſque in vrbem ex agris demigrant, vrbem ipſam ſepiunt præſidijs.

DEMINVO, ſiue diminuo, deminuis, deminui, deminutum, deminuere: Diminuer de quelque choſe, & en oſter. Amoindrir. Plaut. in Truc. 11.9, Iam de hoc obſonio de mina deminui modo quinque nũmos, mihi detraxit partem Herculaneam. Idem in Amphit. 14.21, Hac tegula tuum deminuam caput, vt cum dentibus linguam excrees.

DEMIROR demiraris, demirari, Fort ſeſmerueiller. Plaut. in Caſin. 5.4, Coquos equidem nimis demiror, qui tot vtũtur condimentis. Terent. in Heaut. 2.3.121, At hoc demiror qui tam facile potueris perſuadere illi, quæ ſolet quos ſpernere. Ibidem, 3.2.7, Equidem te demiror Chreme tam mane, qui here tantum biberis.

Demirari: pro neſcire: nam admirationem (inquit Donatus) ignorantia facit. Terent. in Phor. 2.1.5, Quid mihi dicent, aut quam cauſſam reperient, demiror.

DEMITTO demittis, demiſi, demiſſum, demittere, Deſualler quelque choſe du hault en bas. Salluſt. hiſt. lib.3, Cum machinis ſtrepitu demiſſum victoriæ ſimulachrum coronã capiti imponebant. Virg. Cælo demittitur alto.

Demittere: Defodere, Fouir parfond en terre. Virg. lib.2. georg. Altéq; iubebis In ſolido puteum demitti, omnémque repones, Rurſus humum.

Demittere authoritatẽ pecuniæ, Rabaiſſer lauthorite de largent, non plus eſtimer le riche que le poure. Salluſt. in oratione ad Cæſarẽ de rep. ordinanda, Ad pecuniam qua cuique lubet, nititur, & malis & bonis rebus ea creatur. Ergo in primis authoritatẽ pecuniæ demitto: neque de capite, neque de honore ex copijs quiſquã magis aut minus iudicauerit, ſi neque prætor, neque conſul ex opulentia, verùm ex dignitate creetur.

Demittere aliquid in pect9: Mettre quelque choſe en ſon cueur. Salluſt. in Iugurtha, Poſtremo hoc in pectus tuum demitte, nunquam populum Romanum beneficijs victum eſſe. nã bellum quid valeat, tute ſis.

Demiſſus demiſſa demiſſum, Aualle embas, ou abaiſſé.

Demiſſus animus: Abiectus. Cic. Timido animo, humili, demiſſo.

Demiſſæ aures. Les oreilles abaiſſees. Virg. lib.3. geor. Demiſſę aures, incertus ibidem Sudor.

Demiſſi homines: Gens abaiſſés, Qui de grandes richeſſes ou honneurs ſont venus au bas. Cic. pro L. Murena, Atque ita vos ſic Murena iudices orat, atque obſecrat, ſi iniuſte neminẽ læſit, ſi nullius auris voluntatémque violauit: ſi nemini (vt leuiſſime dicã) odio nec domi nec militiæ fuit: ſit apud vos modeſtiæ locus, ſit demiſſis hominibus perfugiũ, ſit auxiliũ pudori.

Demiſſis humeris virgo: Qui a les eſpaules baſſes. Terent. in Eun. 2,3.22. Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtratium, quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe, vincto pectore.

Demiſſis labijs, Qui ha les bolieures baſſes ou pendentes. Terent.in Eunucho, 2.3.44, Continuo accurrit ad me quàm longe quidem, incuruus, tremulus, labijs demiſſis, gemens.

Demiſſis manibus: Les mains pendentes en bas, comme de gens deſconfis. Plaut.in Epidico, 10.16, Imò ſi audias meas pugnas, fugias manibus demiſſis domum.

Demiſſiores ripæ: Riuages bas plus quil ne fault. Plin. epiſt. 170.a, Hic aſſiduæ tempeſtates, & crebra diluuia. Tyberis alueum exceſſit, & demiſſioribus ripis alte ſuperfunditur.

DEMO demis, dempſi, demptũ, demere, Detrahere, Oſter, & ſouſtraire quelque choſe. Terẽt. in Eunucho, 4.1.13, Inde aurum ſibi clàm mulier demit.

Demere: Rabbatre, diminuer, ou oſter de la ſomme. Plaut.in Truc. 17.68, Verum hoc ego te multabo bolo, ſex talenta magna dotis demam pro iſthac inſcitia.

Demere de. Plaut. in Trinummo, 6.67, De magnis diuitijs ſi quid demas, plus fit, an minus?

Demere fidem fabulis. Suet.de claris Rhetoribus, 1. d, Sæpe fabulis fidem firmare aut demere: quod genus θέσεως & ἀνασκευὰς & κατασκευὰς Græci vocant. Deſtourner que on ne adiouſte point de foy aux fables.

Demere moleſtias alicui: Loſter dennuy & de traueil. Terent.in Adelph. 5.3.33, Omnia hæc ſi voles in animo verè cogitare Demea, & mihi & tibi & illis dempſeris moleſtiam.

Demere ſoleas alicui: Deſchauſſer aucũ, luy oſter ſes ſouliers. Plaut.in Truc. 8.12, Mane, aliquid fiet cibi. D. ſparſiſti aquam: iam redijt animus: deme ſoleas, cedo vinum.

Demere vngues: Rongner ſes ongles Plaut. in Aulul. 9.33, Famẽ hercle vtendã ſi roges, nũquam dabit. Quin ipſi pridẽ tonſor vngues dempſerat, collegit, omnia abſtulit præſegmina.

DEMOLIOR demoliris, demoliri, Demolir quelque choſe, ruer par terre, rompre. Plaut.in Amphit. 14.23, Tún' meas pultare fores? haſce illico toto demoliar cardine. Cic. lib.off. 1, Demoliti ea, quorum altitudo officeret auſpicijs.

Demoliri culpam de ſe. Plaut.in Bacch. 6.12, Nunc prius quàm malũ iſthoc addis, certũ eſt, iam dicam patri, de me culpam hanc demolibor iam, & ſeni faciam palàm. Ie men deſchargeray, & monſtreray que ie nen ſuis point cauſe, & que ce neſt point par ma faulte que tu ne vaulx rien, ie veulx oſter ce ſoubſon que on pourroit auoir ſur moy que ien fuſſe cauſe.

DEMONSTRO demonſtras, demonſtrare, Monſtrer clerement & euidemment. Plaut. in Milite, 12, 2, Rem omnem hanc edere vos vt velim, tibi mea Milphidippa, domi demõſtraui ordine. Idem in Aſin. Et ædes demõſtraui noſtras. Terent.in Heaut. 4 4 9, Audiſtín' homo iſte modo quam villam demonſtrauit? Idem in Phorm. 2.1.76, Nihil ſuaue meritum eſt: hominem commonſtrarier mihi iſtum volo, aut vbi habitet demonſtrarier.

DEMORDEO, demordes, demordi, demorſum, demordere: Fort mordre. Plaut.in Mercat. 19.2, Syra non redit, quam accerſitum patrem iam diu eſt quòd miſeram. tarda nimium, aut lapis obriguit, aut angue demorſa ceſſauit turgida.

DEMORIOR demoriris vel demoreris, demori, Mourir tout a faict, du tout. Columella, lib. 5, Siue enim caput demortuum eſt, duo induantur ſtatim vimina.

Demoritur ea te: Elle meurt ſur les pieds, damour quelle a en toy. Plaut.in Milite, 13.23, Ea demoritur te, atque ab illo cœpit abire: odit ſenem. Nunc te orare atque obſecrare iuſſit vt tui copiam ſibi, poteſtatémque facias.

Demortuus demortua demortuum, Qui eſt mort. Cic. in Verrem, act. 4, Nam cum eſſet ex veterum numero quidam ſenator demortuus, & cum ex vtroque genere par numerus reliquus eſſet, veterem cooptari neceſſe erat legibus, vt his amplius numerus eſſet.

Demortuæ potationes. Plau.in Stícho, 4.58, Potationes plurimæ demortuæ: quot adeò cœnæ, quas defleui, demortuæ? quot potiones mulſi, quot autem prandia, quæ inter continuũ per didi triennium? Beaucop de beuueries que faiſions en compagnies, ſont abatues, & ceſſees. Per metaphoram.

DEMOROR, demoraris, demorari: Multũ moror, ſeu detíneo. Detenir, ou retarger beaucop aucun. Plaut.in Epid. 8.41, Sed nimis longũ loquor, diu me eſtis demorati. Columella, lib. 4, Prudentis magiſtri eſt, eiuſdem nomenclationis aucupio, quo potiri nequeat, ſtudioſos non demorari. Virg. lib. x. AEneid. Et tua progenies mortalia demoror arma.

DEMOVEO, demoues, demoui, demotum, demouere, Mouuoir dune place, ou dung lieu. Terent.in Adelph. 2.1.16, Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos. Liuius lib. 6, Quantum Romana ſe inuexit acies, tantum hoſtes gradu demoti.

Demouere aliquem de ſententia. Plaut.in Perſa, 10.46, Dicat quod quiſque volt, ego de hac ſententia non demouebor. Que on die ce que on vouldra, on ne me oſtera point de mon opi-

nion & fantaſie.

DEMVLCEO demulces, demulſi, demulſum, demulcere, Valde ſiue leniter mulcere, ſicut fit catulis cũ manus ſuper eos tractamus. Vt caput demulcere, Frotter la teſte a aucũ pour aucunes bõnes nouuelles quil nous a apporté. Ou catouiller, ou chatouiller aucun, pour leſmouuoir & inciter. Terent. in Heaut. 4.5.14, De illo quod dudum ſ dictum ac factũ reddidi. c. bonáne fide ſ. bona hercle. c. non poſſum pati quin tibi caput demulceam. accede huc Syre.

DEMVM, Ad poſtremum, En la parfin, en fin finale. Poſt, inquit Feſtus. Plaut. in Capt. 9.7, Tandem abij ad prætorem, ibi vix requieui: rogo ſyngraphum. datur mihi illico. do Tyndaro. ille abijt demũ. Ibidem, 19.14, Verùm enimuero nullus adæque eſt acherons, atque vbi ego fui in lapicidinis. illic ibi demum eſt locus. Terent. in Adelph. 5.8.16, Ego nouus maritus, anno demum quinto & ſexageſimo fiam, atque anum decrepitã ducam ſ Plau. in Capt. 19.4, Illic ibi demum eſt locus, vbi labore laſſitudo eſt omnis exigunda ex corpore.

Demum: Seulement. Plin. de viris illuſt. 46, Et cum moueri nullis viribus poſſet, ex libris cognitum eſt, caſtiſſimæ demum fœminæ manu moueri poſſe.

Demum accipi ſolet pro ſolum, dúntaxat, vt inquit Feſtus, ſiue pro omnino, præcipuéque iũctum cum is, & cum ita, Tant ſeulement, totalement, ou principalemẽt. Plaut. in Captiuis, 4.20, Ille demum antiquis eſt adoleſcens moribus, cui nunquã vultum tranquillauit gratus. Cic. in Salluſt. Ea demum magna voluptas eſt, Criſpe Salluſti, æqualem ac parem verbis vitã agere. Quintil. Illud ingeniorum velut præcox genus, non temere vnquam peruenit ad frugem. Hi ſunt qui parua facile faciunt, & audacia prouecti illud quicquid poſſunt, ſtatim oſtendunt. poſſunt autem id demum, quod in proximo eſt, verba cõtinuant, ac vultu interrito nulla tardati verecũdia proferunt. Ita demũ. Quintil. Tũ illa quoque ex cauſſa, quòd mentẽ tantæ rei intentam vacare omnibus alijs etiã culpa carentibus curis oportet. Ita enim demum libera, ac tota nulla diſtringẽte, atque aliò ducente cauſſa, ſpectabit id ſolũ ad quod accingitur. Idem, Ita mihi demum ſatiſfacies, ſi apud patrem fuiſti. Plin. Ea demum ſola auium nonniſi volatu depaſcitur.

Nunc demum: Seulemẽt a ceſte heure, en prime, maintenãt ſeulement. Plaut. in Milite, 9.62, Meæ ſtultitiæ ignoſcas: nunc demũ ſcio me fuiſſe excordem, cæcũ, incogitabilem. Idem in Menæh. 14.60, Quin vt dudum diuerti abs te, redeo nunc demum domum. Terentius in Heaut. 2.3.12, Vah, nunc demum intelligo.

Poſt demum. Apres en fin, a la parfin. Plaut. in Aſin. 16.65, Atque interea vt decũbamus ſuadebo, hi dum litigant. poſt demum huc cras adducam ad lenam, vt viginti minas ei det.

Tum demum: Alors, a lheure la ſeulement. Plaut. in Milite, 10.214, Ego enim dicam tibi tum demum, quando vſus poſcet: interea tace. Idem in Trinummo, 11.36, Tum tu igitur demum adoleſcenti aurum dabis, vbi erit locata virgo in matrimonium.

Demum, denique. Plaut. in Amph. 5.10, Igitur demum omnes ſciẽt quæ facta: denique Alcumenam Iuppiter rediget antiquam in concordiam coniugis.

Demus pro Demum, veteres poſuerũt. Pacuuius, Quid demus magis commodum eſt, quàm ne tutum perduas iniuriam pati.

DEMVSSO demuſſas, demuſſare, pro diſſimulare. Apud Apuleium lib. 3, Contumelia demuſſata legitur, id eſt, diſſimulata, & cum ſilentio indignatione que tranſmiſſa.

DEMVTO demutas, demutare: Chãger, comme complexion, ou autre choſe. Plaut. in Milite, 15.37, Nunquid videtur demutare ſ aut vtique dixi vobis dudum hunc eſſe meum militẽ ſ Vous ſemble il quil ait mué ou changé de complexion, de maniere de faire ſ

Demutãt ingenium mores: Les meurs chãgent la nature ou leſperit de lhomme. Plaut. in Trinummo, 4.28, Si immutare vis ingenium moribus, aut ſi demutant mores ingenium tuum, neque eos antiquos ſeruas.

Demutare animũ de firma fide. Plaut. in Trinummo, 15.14, Hic meo hero amico ſolus firmus reſtitit, neque demutauit animum de firma fide. Il eſt touſiours demoure ferme en ſa fidelite, il na point varie.

Demutare imperiũ alicuius, Faire cõtre le cõmãdemẽt daucun. Plaut. in Menæh. 17.110, Sed quis hic eſt, qui capillo me hinc de curru deripit, imperiũ tuũ demutat, atq; edictũ Apollinis ſ

Demutare aliquò orationẽ: Adreſſer ſa parolle a aucun. Plaut. in Milite, 19.8, Sed eccũ Palæſtrionem, ſtat cum milite: oratio illò mihi demutanda eſt mea. Il me fault parler a eulx.

Nõ demutabo, Ie ne me deſdiray point, ie feray ce que ie dis. Plaut. in Pſeud. 7.143, Et ſi hunc videbo nõ dare argentũ tibi, quod dixti, potius quàm id non fiat, ego dabo: non demutabo.

DENARIVS denaria denarium, Le dixieme.

Denarius, decem librarum nummus erat. cuius quarta pars seſtertius: eo tempore scilicet quo denarius decussi valebat. Erat autem denarius argēteus nummus quatuor & viginti siliquas pendens. Apud Priscianum ita legitur, Siliquæ tres obolum faciūt. duo autem oboli scrupulum. tria scrupula drachmam. ita duodeuiginti siliquæ in drachma. sic quatuor drachmæ in tribus denarijs, hoc est duæ & septuaginta siliquæ.

Denarius quaternos seſtertios nūmos valebat, hoc est quaternos caroleos nostros & binos denariolos turonicos. Ex eo denarius dictus quòd pro decē assibus æreis locaretur, & cederet in solutum. Cicero in Verrē, act, 4. cum ita dixisset, Nam cum ex Sicilia legibus frumentū in cellam sumere liceret: idque frumentum senatus ita æstimasset quaternis seſtertijs tritici modium, binis ordei: iste numero ad summam tritici adiecto, tritici modios singulos cum aratoribus denarijs trinis æstimauit. Hæc verba velut exponēs, paulò pòst ita subdidit, Verum enimuero cum esset frumentum seſtertijs binis aut etiam trinis quibusvis in locis prouinciæ: duodenos seſtertios exegisti.

Denarium nunc appellamus Caroleum nummum argēteum, qui antiquum seſtertium valet.

DENARRO denarras, denarrare, Raconter par ordre. Terent. in Phor. 5. 8. 51, Hæc adeò ego illi iam denarrabo. c. obsecro ne facias. Gellius, lib. 2, Hæc nobis Fauorinus summa cū elegantia verborum, totiúsque sermonis comitate atque gratia denarrauit.

DENASCOR denasceris, denasci. Cassius Hemina, annaliū lib. 2, Quæ nata sunt, ea omnia denasci aiunt. Desnaistre & mourir.

DENASO denasas, denasare: Oster le nés a aucun. Plaut. in Capt. 11. 74, Nāque ædepol, si adites propius, os denasabit tibi mordicitus.

DENEGO denegas, denegare, Denier & refuser de donner aucune chose. Plaut. in Trinummo, 17. 46, Metuo si id denegem quod me oras, ni te leuiorem erga me putes. Terentius in Heaut. 3. 1. 78, Dare denegabis: ibit ad illum illico, quo maxime apud te se valere sentiet. Idem in And. 1. 5. 6, Quid Chremes, qui denegarat se cōmissurum mihi gnatam suam vxorē? Ibidem, 1. 1. 131, Et nūc id operam do, vt per falsas nuptias vera obiurgādi causſa sit, si deneget. Ibidem, In denegādo modo quis pudor est paululum. pòst vbi tempus promissa iā perfici, tum necessario se aperiunt, & timent, & tamen res cogit denegare.

Denegare, Renier que quelque chose ait este faicte. Plaut. in Amph. 8. 219, Atque is si denegat facta, quæ tu facta dicis, quid tibi æquum est fieri? Idem in Menæh. 14. 8, Datum denegāt quod datum est. Idem in Pœnulo, 10. 25, Scilicet, extemplo denegabit, iuratus quidem.

DENIGRO denigras, denigrare, Noircir. Plin. Capillum denigrat suffitu.

DENIQVE, Finablement, en fin finale. Plaut. in Bacchid. 5. 60, AEdepol mortales malos: quid denique agitis? Idem in Casin. 23. 15, Quid fit denique, edisserta. Terent. in Andria, 3. 3. 36, Nempe incommoditas denique huc omnis redit, si eueniat, quod di prohibeant, discessio. Idem in Phorm. 2. 2. 11, O vir fortis atque amicus. verum hoc sæpe Phormio vereor, ne isthæc fortitudo in neruum erumpat denique. Idem in Heaut. 3. 3. 8, Quàm molestus: vt equidem (ita me di ament) metui quid futurum denique esset.

Denique, multis enarratis in fine ponitur. Terēt. in Phormione, 4. 3. 44, Vt ad pauca redeā, ac mittam illius ineptias: hæc denique eius fuit postrema oratio, Ego, inquit, à principio amici filiam &c. Plaut. in Milite, 14. 38, Aliquam mihi partem hodie operæ des, denique iam tandem ades illico.

Tum denique. Plaut. in Capt. 4. 39, Tum denique omnes nostra intelligimus bona, quū quæ in potestate habuimus, ea amisimus. Alors finablement.

DENS dentis, m. g. Plaut. in Curc. 7. 39, Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame. Idem in Menæh. 24. 59, Nam tum dentes mihi cadebant primulum.

Dens, omne id à quo aliquid teneri vel extrahi potest, solet appellari. Virg. lib. 6. Tum dente tenaci Anchora fundabat naues.

Dentio dentis, dentiui, dentire, Les dens viennent.

Dentire, Craquer les dens de force de fain. Plaut. in Milite, 3. 34, Venter creat omnes has ærumnas, auribus peraudienda sunt, ne dentes dentiant.

Dentitio dentitionis, f. g. Dentium emissio: Percement de dens, quant les dens percent au petis enfans. Plin. lib. 28, Infantibus nihil butyro vtilius, per se & cum melle, priuatim & in dentitione, & ad gingiuas, & ad oris vlcera. Dens lupi adalligatus infantibus, prohibet pauores, dentitionis que morbos.

Dentatus dentata dentatum, Qui ha grans dens. Plau. in Pſeud. 17.3, Non ego te ad illũ duco dentatum virum Macedonienſem, qui lenonem flentem facit.

Dentatum dictum fuiſſe M. Curium ſcribit Plinius lib. 7, quoniã cum dentibus natus fuerit.

Dentale, huius dẽtalis, n. g. Lignũ cum quo vomer inducitur, Quod & dens à Varrone dicitur.

Dentale, pro vomere poſitum. Columella, lib. 7, Et dentalibus terrã ſubigere, quo minoris bubus id adminiſtrari poſſit.

Dentifricium, Medicamentum quo dentes fricantur, vt fiant candidi. Plinius docet ex pumicibus fieri dentrifricia. Apuleius in Magia, Primo igitur legere è iudicris meis epiſtolium de dentifricio verſibus compoſitum.

Dentifrangibulũ dentifrangibuli, Quelque choſe a rompre les dens. Plaut. in Bacch. 13.14, Næ tibi hercle haud longe eſt os ab infortunio: ita dentifrangibula hæc meis manibus geſtiunt.

Dentiloquus, dentiloqui. Plaut. in Capt. 13.28, Dentiloquos omnes mortales faciam, quenque offendero. Id eſt, Dentes loquentes faciam, hoc eſt ex ore emittentes, verborum loco: quia illis adeò dentes concutiam, vt ſuis ſedibus eiectos expuant. Aliqui codices habent dentilegos, Id eſt dentes legentes, vt ſacrilegos, ſacra legentes. Magis placet dentiloquos. Liuius lib. 9. de bello Macedonico, Itaque vnum tantum moratus diem, quietis eorum cauſſa, quos habuerat ſecum itinere, inde ſimili fugæ in dẽtiloquos tranſcurrit: ſocij erant: ſed propter inopiam, haud ſecus quàm hoſtium fines, Macedones populati ſunt. Dentiloquos Macedones vocat Liuius.

DENSVM denſi, n. g. Eſpes, fort ſarré enſemble. Virg. lib. 2. georg. Rara ſit an ſupra morẽ ſi denſa requiras, Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho, Denſa magis Cereri, rariſſima quæque Lyæo.

Denſo, denſas, denſare: Eſpeſſir, fort ſarrer enſemble & ioindre. Lucanus lib. 4, Denſatúrq; globus, quantũ pede prima relato. Virg. lib. 1, georg. Et Iuppiter humidus auſtris Denſat erant quæ rara modo, & quæ denſa relaxat.

DENVBO denubis, denupſi, denuptum, denubere: Marier aucune. Apuleius in oratione ſecunda Apollinis, At tu dum eam putas etiam nunc claro fratri denuptam falſa ſpe inductus, filióque eius Pontano autnor aſſentiendi fuiſti.

DENVDO denudas, denudare: Deſpouiller aucun, le mettre tout nud.

DENVMERO denumeras, denumerare, Cõpter argent a aucũ, luy bailler argent, ou paier. Plaut. in Aulularia, 9.47, Verum iſthuc argẽtum tamẽ ſi vis denumerare, repromittam iſthoc nomine ſolutam rem futuram. Idem in Epid. 8.17, Leno omne argentum abſtulit pro fidicina: ego reſolui, manibus his denumeraui.

Denumerare militibus ſtipendium: Paier les gendarmes. Plaut. in Milite, 3.75, Videtur tempus eſſe vt eamus ad forum, vt in tabellis, quas conſignaui hic heri, latronibus ego denumerem ſtipendium.

DENVNTIO denuntias, denuntiare: Denoncer, predire, ſignifier quelque choſe auenir, ou qui ſe doiue faire. Cic. de ſenect. 17, At ſenatui quæ ſunt gerẽda præſcribo, & quomodo Charthagini male iam diu cogitanti bellum inferatur, multo antè denuntio. Columella, Sinautem cœli ſtatus frigidus & pruinoſus hyemis violentiã denuntiat, in Idus Februarias hanc curam differemus.

Denuntiare teſtimonium: Eſt homini diem dicere ferẽdo teſtimonio, hoc eſt ad iudicium euocare ferendi gratia teſtimonij, & à iudicibus, vel ab accuſatore fit. Aſſigner iour a aucũ, adiourner aucun de comparoiſtre en quelque iuſtice loingtaine, & le contraindre pour teſmoigner daucune choſe. Cic. in Prætura vrbana, Non putaſti me tuis familiariſſimis teſtimonia denuntiaturum, qui tuæ domi ſæpe fuiſſent: ex quibus quærerem, ſignáne ſcirent quæ nõ eſſent. Quintil. lib. v, Duo ſunt genera teſtium, aut voluntariorum, aut eorum quibus iudex in publicis iudicijs lege denuntiare ſolet: quorum altero vtraque pars vtitur, alterũ accuſatoribus tantum conceſſum eſt.

Denuntiare dimicationem: Menacer de ce vouloir combatre a aucun. Cicero pro domo ſua, Cum equitibus Romanis mortem proſcriptionémque minitarentur, me terrerent minis, & mihi cædem & dimicationem denuntiarent.

Denuntiare inimicitias, Signifier a aucun inimitié. Cic. in Philipp. Nõ ſum arbitratus quenquam nouas huic inimicitias, nulla accepta iniuria denuntiaturum. Idem alibi, denuntiare ſeruitutem dixit, Menacer de mettre en ſeruitude.

Denuntiatio denuntiationis, fœm. gen. Menace, Cæſar, Cum neque pollicitationibus, neque denuntiatione periculi permouere poſſet, oppugnare inſtitit. Plinius ad Priſcum, Quanquam

quid denuntiationibus & quaſi minis ago?

Denũtiatio teſtimonij: Adiournement faict a aucũ de comparoiſtre en quelque lieu loingtain, voire par force, & maulgre quil en ait affaire. Cic. pro Flacco, Adiũxit ille, vt eos qui domo exire nolebãt, teſtimonij denuntiatione terreret: Qui domi ſtare nõ poterant, largo & liberali viatico commoueret. Idem, Locupletes & graues homines teſtimonij denuntiatione deterret, ne ſibi aduerſarẽtur: egẽtes & leues ſpe largitionis & viatico publico priuata etiam benignitate perlectat. Plin. epiſt. lib. v i, Licinius petẽdum cenſuit à conſulibus, vt referrent ſub exemplo legis ambitus de lege repetũdarum, an placeret in futurum ad eam legem adijci, vt ſicut accuſatoribus inquirendi, teſtibúſque denuntiãdi poteſtãs ex ea lege eſſet, ita reus quoque fieret.

DENVO aduerbium: Derechef. Plaut. in Amphitruone, 4. 240, Amphitruonis ego ſum ſeruus Soſia. M. etiam denuo? Toiray ie derechef? te tairas tu? parles tu encore? Idem in Truculẽto, 8. 32, Vt eſſet aliquid, ſi aquæ vſque eſt & redimiculum, reuerſionem vt ad me faceret denuo. Idem in Amphit. 14. 19, Si denuo pultaueris, ſi minuſculo digito increpuerint fores, hac tegula tuum deminuam caput.

Denuo ædificãtur ædes, On redifie la maiſon tout de nouueau. Plaut. in Moſtell. 3. 24, Donicum parietes ruunt, ædificantur ædes totæ denuo.

DEORARE pro perorare, nõnulli vſurparunt. Et deoratum pro perorato, à veteribus ſcriptum fuiſſe teſtatur Feſtus Pomp.

DEORSVM aduerbium, Du hault en bas. Plautus in Amphitruone, 17. 56, Poſtquam in cunas conditus eſt, deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo, maximi, cõtinuo extollunt ambo capita.

Deorſum, Droit en bas. Terẽt. in Adelph. 4. 2. 35, Noſtin' porticum apud macellum hãc deorſum? Qui va ou tire, ou deſcent en bas.

Surſum deorſum curſitare: Courir hault & bas. Terent. in Eunucho, 2. 2. 47, Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddã, ne ſurſum deorſum curſites, néve vſque ad lucem vigiles, ecquid beo te?

Deorſum verſum: Droit en bas. Verſus inferiorem locum. Terẽt. in Adelph. 4. 2. 37, Præterito hac recta platea ſurſum, vbi eo veneris cliuus deorſum verſum eſt, hac te præcipitato. Varro de lingua latina, Deorſum verſum ad ſingularia perueniunt. Idem lib. 2. rerũ ruſticarum, Linulis deorſum verſum preſſis. Paulus de gradibus affinitatis, l. Iuriſconſultus, Surſum verſum vel deorſum verſum tendens. Et paulopoſt, Primo gradu cognationis ſunt ſurſum verſum duo, pater & mater: deorſum verſum, duo, filius & filia.

DEPACISCOR, depaciſceris, depaciſci, Eſt pactionem tranſigere, Faire paction & accord. Terent. in Phor. 1. 3. 14, Iã depaciſci morte cupio, tu cõijcito cætera. Ie vouldroie eſtre mort. Cic. Quidam cum circũſederetur, neque effugere vllo modo poſſet, depectus eſt cum hoſtibus vt arua & impedimenta relinqueret, milites educeret. Il conuint, il feit paction.

Depaciſci ad. Cicero in Verrem, act. v, Scitote equitem Romanum biduũ cibo tectóque prohibitum, biduum Leontinis in foro cuſtodijs Apronij retentum, atque ſeruatum: neque ante dimiſſum, quàm ad cõditiones eius depactus. Iuſques a tant quil euſt accordé au parti ou conditions que on luy offroit.

DEPALMO depalmas, depalmare, Frapper aucun de la main. Gellius, Quemcunque depalmauerat, numerari ſtatim ſecundum x i i tabulas, viginti & quinque aſſes iubebat.

DEPANGO depangis, depanxi, & depegi, depangere, Plantare, defigere, in terram ponere. Ficher ou plãter en terre. Columella, lib. 4, Deinceps paſtinatur malleolus vitibus inſerẽdus, eúmque ſat erit medio ſpatio, quod vacat inter vites, per vnam lineam depãgere. Idem, Poſſes in fine ficeti cacumina ficorum pyrorúmve depangere.

DEPAVPERO depauperas, depauperare. Apourir, mettre a poureté. Varro, Priuſquã domum depauperaſſet ſumptu ſuo.

DEPECTO depectis, depexui, depexum, depectere. Pigner. Terẽt. in Heaut. 5. 1. 78, Egóne? ſi viuo, adeò exornatum dabo, adeò depexum, vt dum viuat meminerit ſemper mei. Ie lacouſtreray de telle ſorte, & le pigneray ſi bien, que &c. Nonius, Depexum, laceratũ interpretatur. Perottus, hoc loco depeſſum legit, à pando, vel à patior.

DEPECVLASSO depeculaſſis, depeculaſſere. Lucilius lib. 26, Depeculaſſere aliqua ſperãs me, ac deargentaſſere, decalauticare eburno ſpeculo depeculaſſere. Nonius Marcellus. Obſoletum verbum.

DEPELLO depellis, depuli, depulſum, depellere. Chaſſer aucun de quelque lieu. Plinius de viris illuſt. 47, Præſidium hoſtiũ depulit. Idem in paneg. 92, Illi enim reges, hoſtémque victorem mœnibus depulerunt.

Depellere, Oſter. Virg. Dulce ſatis humor depulſis arbutus hœdis.

Depellere criminationes. Cic. de amicitia, 59, Aperte enim vel odiſſe alium, magis ingenuum eſt quàm fronte occultare ſententiam. deinde nõ ſolum ab aliquo oblatas criminationes depellere, ſed ne ipſum quidem eſſe ſuſpicioſum.

Depulſo depulſas, frequentatiuum. Plaut. in Sticho, 5. 13, Caue quenquã floccifacias, cubitis depulſa de via, tranquillam viam concinna.

DEPENDEO dependes, dependi, dependſum, dependere, Pencher en bas. Deorſum pendere. Plaut. in Aſin. 7. 39, Vbi manus manicæ complexæ ſunt, atque adductæ ad trabem, nec dependes, nec propẽdes, quin malus, nequámque ſis. Columella lib. 4, Sed ſi per vnumquenque pampinũ, maior numerus vuarum depẽdeat. Virg. Depẽdent lychni laquearibus aureis.

Dependere de. Suſtentari, Eſtre ſoubtenu. Cic. Omnis illorũ ſalus à noſtra ſalute dependebat.

DEPENDO dependis, dependi, dependſum, dependere.

Dependere pœnas. Souffrir aucune peine ſoit de corps ou de biens, pour auoir faict & cõmis aucune faulte. Cic. in Catilinã, oratione quarta, At verò C. Cæſar intelligit legem Semproniam eſſe de ciuibus Romanis conſtitutam: qui autem in rep. ſit hoſtis, eum ciuem eſſe nullo modo poſſe. denique ipſum latorem legis Semproniæ iuſſu populi pœnas reip. dependiſſe.

Dependere operam, Mettre peine & trauailler en aucune choſe. Columella lib. v, Nanque aliter incaſſum depẽditur opera, cum de genere etiam renouatæ priſtinum ſeruabunt ingeniũ.

Depenſo pretio, Id eſt ſoluto. Apuleius lib. 8.

DEPERDO deperdis, deperdi, deperditum, deperdere. Caius ſcribit deperditum dici, quod in natura rerum eſſe deſijt.

Deperdere de iure ciuitatis. Cic. pro A. Cecinna, Quòd ſi adimi ciuitas A. Cecinnæ lege potuiſſet, magis illam rationem tamẽ omnes boni quæreremus, quemadmodum ſpectatiſſimũ, prudentiſſimúmque hominem ſummo conſilio, ſumma virtute, ſumma authoritate, domeſtica præditum, leuatum iniuria ciuem retinere poſſemus, quàm vti nunc cum de iure ciuitatis nihil potuerit deperdere, quiſquam exiſtat, niſi tui Sexte ſimilis, & ſtultitia & impudẽtia qui huic ciuitatem ademptam eſſe dicat.

DEPEREO deperis, deperiui, vel deperij, deperire, Valde perire eſt, inquit Feſtus: Eſtre en dãger damour que on a en aucũ, le tãt aimer que on ſe perde, & que on en meure ſur les pieds. Plaut. in Curcul. 2. 46, Odioſus es, eam vult meretricem facere: ea me deperit, ego autem cum illa facere nolo mutuum. Idem in Milite, 2. 1, Meretricem ingenuam deperibat mutuo. Idem in Ciſtell. 3. 12, Is amore miſerè hãc deperit mulierculã. Idem in Amphit. 6. 19, Nunquam ædepol quenquam mortalem credo ego vxorem ſuam ſic efflictim amare, perinde vt hic te efflictim deperit.

Deperit eum conſilium. Plaut. in Milite, 14. 34, Nullum eſt hoc ſtolidius ſaxum. redeo nunc ad te, conſilium quaſi hunc depereat.

DEPILO depilas, depilare, Pilos detrahere, apud Martialem.

Depilare, Rarefacere. Lucil. Depilati omnes ſumus.

Depilis & hoc depile, Qui eſt ſine pilis. Varro lib. 1. de vit. pa. Quod ludis præſulis pueri eſſent glabri, ac depiles propter ætatem.

DEPINGO depingis, depinxi, depictum, depingere: Paindre au vif.

Depingere verbis formam alicuius: Raconter & dire quelle eſt la face daucun. Plaut. in Pœnulo, 16. 150, Formam quidem hercle verbis depinxiſti mihi.

Depingere facta alicuius, Raconter les faicts daucun tout ainſi comme ils ſont. Terentius in Phorm. 2. 1. 38, Probe eorum facta imprudens depinxit ſenex.

DEPLANTO, deplantas, deplãtare, Deſplãter. Plin. Sed vtraque infirmiſſima, & quæ cortice nituntur tantum vel leni aura, ocyſſime deplantantur. Columella, lib. 2, Ne aut cornu bos ad ſtipitem vehementius offendat, aut extremo iugo truncũ delibret, ramúmque deplãtet.

DEPLEO deples, depleui, depletũ, deplere, Deſemplir, & vuider, & eſpuiſer. Columella, Cõchæ quibus depletur oleũ. Papinius, Da tu mihi, ſi veteres digno depleuimus hauſtu, Da fontes mihi Phœbe nouos.

DEPLORO deploras, deplorare, Eſtre triſte & dolent, & cõme gemir en ſoymeſme de quelque choſe. Cic. de ſenect. 7, Noſtri ferè æquales deplorare ſolebãt, tum quòd voluptatibus ca-

rerent, ſine quibus vitam nullam putarent, tum quòd ſpernerentur ab ijs, à quibus eſſent coli ſoliti. Ibidem, 76, Non libet enim mihi deplorare vitam, quod multi & indocti ſæpe fecerũt. Idem lib. 2 off. Admonebat me res, vt hanc quoque intermiſſionem eloquentiæ deplorarem, niſi vererer ne de me ipſo aliqua viderer queri.

Deplorare de incommodis. Cic. in Verrem, act. 4, Hoc iure ſunt ſocij, vt his ne deplorare quidem de ſuis incommodis liceat.

DEPOLIO depolis, depoliui, depolitum, depolire, Perficere. Depolitum, perfectũ: quia omnes perfectiones, antiqui politiones appellabant. Feſt. Pomp.

DEPONO deponis, depoſui, depoſitum, deponere: Mettre ius. Plaut in Curcul. 7. 81, Caput deponit. quum dormiſcit, ei ſubduco annulum. Idem in Moſtell. 6. 34, Ecce autem hic depoſuit caput, & dormit. Il a mits ſa teſte ius ſur le cheuet.

Deponere bellum: Ceſſer de faire guerre. Plin. de viris illuſt. 12, Qua re ille territus, bellũ, acceptis obſidibus, depoſuit.

Deponere officia, dictaturam &c. Se deſmettre de ſon office, ne lexercer plus, la laiſſer. Plinius de viris illuſt. 17, Sexto decimo die dictaturam quam acceperat depoſuit, & ad agriculturam reuerſus, iterũ poſt viginti annos dictator dictus. Idem in paneg. 142, Et ille quidẽ vt maxima fructus ſuſcepti, ita maiore depoſiti officij gloria fruitur.

Deponere moleſtias: Oſter tout ennuy, le ietter arriere. Cic. Exiſtimaui honeſtiſſime moleſtias poſſe deponi, ſi me ad philoſophiam retuliſſem.

Deponere imperio: Deſmettre aucũ, & le priuer de ſon empire ou ſeigneurie. Suet. Ne imperio turpiter depoſitus, priuatus viueret.

Deponere: Delaiſſer aucun, ou quelque choſe en laquelle ny ait aucun remede. Vnde depoſiti, deſperati dicuntur, De qui on na point deſpoir. Virg Ille vt depoſiti proferret fata parentis. Cic. in Verrem, act. 1, Itaque mihi videor iudices magnam & maxime ægrã & prope depoſitam reip. partem ſuſcepiſſe.

Deponere aliquem vino: Priuer ou deſtourner aucun de boire vin. Plaut. in Aulul. 16. 39, Scio quam rem agat, vt me deponat vino, eam affectat viam.

Deponere aliquid apud aliquem, Bailler quelque choſe en garde a aucun. Plaut. in Curc. 11. 4, Nunc niſi tu mihi propere properas dare triginta minas, quas ego apud te depoſui, vitam propera ponere. Idem in Bacch. 5. 71, Nos ibi apud Theotimum omne aurũ depoſuimus. Cic. lib 3. offic. Ergo & promiſſa non facienda nonnunquam, neque ſemper depoſita reddẽda. Si gladium is apud te ſana mente depoſuerit, repetat inſaniens, reddere peccatum ſit, officium nõ reddere. Quòd ſi is qui apud te pecuniam depoſuerit, bellum inferat patriæ, reddáſne depoſitum? non credo.

Deponere cũ aliquo: Mettre quelque choſe en gaige contre aucun, mettre en ieu. Virg. in Buc. Vis ergo, inter nos, quid poſſit vterque, viciſſim Experiamur? ego hanc vitulam (ne forte recuſes) bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus) Depono: tu dic mecũ quo pignore certes: De grege non auſim quicquam deponere tecum. Plin. epiſt. 105. lib. 6, Candidati ne conuiuentur, ne mittant munera, ne pecunias deponant.

Deponere aliquid apud fidem alicuius, Commettre quelque choſe en la foy daucũ. Plin. epiſt. 326, Cum honeſtiſſime ij, qui apud fidem tuam à Valerio Paulino poſiti ſunt, conſultum velis, matura per me.

Deponere rem ſuſceptam: Delaiſſer ce que on auoit entreprins. Cicero de amicitia, 43, Neque enim eſt conſentaneum vllam honeſtam rem actionémve, ne ſollicitus ſis, aut non ſuſcipere, aut ſuſceptam deponere.

Deponere amorem: Delaiſſer amour, Ceſſer daimer, naimer plus. Cic. de amicitia, 33, Atque earum rerum exemplum ex ſimilitudine capiebat ineũtis ætatis, quòd ſummi puerorũ amores ſæpe vnà cum prætexta & toga deponerẽtur. Ibidem, 66, Cauendum erit, ne non ſolũ amicitiæ depoſitæ, ſed inimicitiæ etiam ſuſceptæ videantur.

Depoſitum depoſiti, Ce qui eſt baille en garde a aucun, ou le gaige mis en ieu.

DEPONTANI ſenes appellabantur qui ſexagenarij de ponte deijciebantur. Feſt. Pomp.

DEPORTO, deportas, deportare, Emporter. Columella lib. 5, Nec procul à mari vel nauigabili flumine, quo deportari fructus, & per quod merces vehi poſſint. Cic. Trebatio, Mihi crede, nihil ex iſta prouincia potes quod iucũdius ſit, deportare. Idem de ſenect. 1, Noui enim moderationem animi tui, & æquitatem: teque non cognomen ſolum Athenis deportaſſe, ſed humanitatem & prudentiam intelligo.

DEPOSCO depoſcis, depopoſci, depoſcere, Fort requerir dauoir quelque choſe daucũ. Columella, lib. 2, Canabis ſolum pingue ſtercoratúmque & riguum vel planum atque humidum & alte ſubactum depoſcit.

DEPRAVO deprauas, deprauare: Corrompre quelque choſe, la gaſter. Terent. in Phorm. 4.4.16, Nihil eſt Antipho, quin male narrãdo poſſit deprauarier. Salluſt. in Iugurtha, Gratia deprauata deinde vtrique curia egrediuntur, ſenatus ſtatim conſulitur, fautores legatorũ, præterea ſenatus magna pars gratia deprauata.

DEPRECOR deprecaris, deprecari, Fort prier a aucun. Deprecari ab aliquo. Cic. in Verrẽ, act. v, Nũc proficiſcemur ad reliqua, ſi pauca antè erimus à vobis iudices deprecati. Idem in oratione ad Quirites poſt reditũ, Conſules, prætores, tribuniplebis, ſenatus, Italia cuncta ſemper à vobis deprecata eſt: denique omnes qui veſtris maximis beneficijs, honoribúſque ſunt ornati. Idem de amicitia, 35, Cum ad me qui aderam cum Lenate & Rutilio cõſulibus, in cõſilio deprecatum veniſſet, hanc vt ſibi ignoſcerem, cauſſam afferebat.

Deprecari aliquem ab altero, Supplier & faire requeſte enuers aucun pour vng autre que aucun mal ne luy ſoit faict; quil luy ſoit pardonné. Cic pro lege agraria cõtra Rullum, Quemadmodum cum petebam, nulli me vobis authores generis mei commẽdarunt, ſic ſi quid deliquero, nullæ ſunt imagines quæ me à vobis deprecentur.

Deprecari alicui ne vapulet: Supplier pour aucun quil ne ſoit batu. Plaut. in Aſin. 17.5, Nũc ſi vultis deprecari huic ſeni ne vapulet, remur impetrari poſſe.

Deprecari: Refuſer quelque choſe. Virg. Equidem merui, nec deprecor inquit, Vtere ſorte tua. Ouid. lib. 1, de Ponto, Sæpe precor mortẽ, mortem quoque deprecor idem. Plin. in paneg. 92, Ac mihi intuenti ſapientiam tuã, minus mirum videtur quod mortales iſtos, caducóſque titulos aut depreceris, aut temperes.

Deprecari pœnam. Aſinius Ciceroni, Nec periculum eſt vllum, quod pro libertate aut refugiã aut deprecer. Liuius de bello Macedonico, Ego ſi quid ſcelerate in fratrem admiſi, nullam deprecer pœnam.

Deprecari iniuriam. Liuius lib. 4. belli Maced. In oratione Catonis, At Hercle ne quid nouũ in eas rogetur recuſant, non ius, ſed iniuriã deprecantur: imò vt quam iuſſiſtis ſuffragijs veſtris legem, hanc vt abrogetis.

Deprecari: Depellere, Reietter de ſoy. Cic. in Catil. lib. 1, Nunc vt à me. P. C. quandam propè iuſtam querimoniam deteſter atque deprecer, percipite, quæſo, diligẽter quæ dicam. Idem pro Balbo, Quiddam de cõmuni aditione omniũ noſtrum deprecandæ maleuolentiæ cauſſã, breuiter cõmemorandum videtur. Idem lib. VI de rep. Etiam Claudij inuidiam Gracchi charitas deprecabatur. Id eſt propulſabat & defendebat. Salluſt. in Iugurtha, Sed quãdo eò natus ſum vt Iugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem, iam nõ mortem & ærumnas, tantummodo imperium inimici & cruciatus corporis deprecor.

Deprecator deprecatoris, Qui reum ad impunitatẽ expoſcit, & reatu eximit. Cor. Tacitus, Impetrabili venia & paratis deprecatoribus, ſi pœniteret.

Deprecatio deprecationis, f. g. Cic. lib. 2. ad Herennium, Deprecatione vtemur, cum fatebimur nos peccaſſe, neque id imprudẽter, aut fortuito, aut neceſſario feciſſe dicemus, & tamẽ ignoſci nobis poſtulabimus. Idem de inuẽtione, Deprecatio eſt, cum & peccaſſe, & conſulto peccaſſe reus ſe confitetur, & tamen vt ignoſcatur poſtulat.

DEPREHENDO deprehendis, deprehendere, Surprendre aucũ en quelque affaire. Incautum quempiam capere.

Deprehendi pro mœcho. Terent. in Eunucho, 5.5.9, Quis homo pro mœcho vnquam vidit in domo meretricia deprehendi quenquam?

Deprehenſus in furto. Plaut. in Aſin. 11.17, Vbi parietes perfoderis, in furto vbi ſis deprehenſus, vbi ſæpe cauſſam dixeris.

Deprehendere gaudium & exultationes: Prendre ioye & eſiouyſſance. Plinius in paneg. 116, Nam ſi eadem cura bonis quæ malis eſſet, quam vbique admirationem tui, quod gaudium, exultationémque deprehenderes? quos omnium, cum coniugibus ac liberis, quos etiam cum domeſticis aris, focíſque ſermones?

Deprehendere ſermones, dicit Plinius, Ouyr parler les gens.

Deprehenſus deprehenſa deprehenſum, Qui in ſumma difficultate ſtupet animo, & inopia conſilij oppreſſus eſt, Qui eſt ſurprins, tellemẽt quil ne ſcet quil doibt faire. Quint. lib. x, Vt neque deprehenſus orator, neque litigator deſtitutus eſſe videatur. Curtius in v, Tũc hæſitabat de-

prehenſa felicitas, nec aliud remedium erat, quàm reuerti quà venerat.

DEPRIMO deprimis, depreſſi, depreſſum, deprimere, Deijcere, humiliare, defigere, Abaiſſer, mettre au bas. Cic. de ſenect. 70, Eſt enim animus cæleſtis ex altiſſimo domicilio depreſſus, & quaſi demerſus in terram, locũ diuinæ naturæ, æternitatique cõtrarium. Salluſt. Vbi paululum aſcenderis ad leuam circiter duodecim pedes humi depreſſus. Varro, Ab eo depreſſus, à quo erigi, extollique ſperabam.

Deprimere, Affaiſſer, & plus fort charger, ou appeſantir. Plaut. in Merc. 13.9, Quid oneris? s. annos octoginta & quatuor: & eódem accedit ſeruitus, ſudor, ſitis. ſimul hæc etiam quæ mecum porto, deprimunt.

Depreſſus depreſſa depreſſum. Bas, baiſſé en bas. Participium. Apud Plinium, epiſt. 266, AEdes vetuſtiſſima eſt Matris Magnæ aut reficienda, aut tranſferẽda, ob hoc præcipue, quòd eſt multo depreſſior opere eo quocum maxime ſurgit.

DEPROMO depromis, deprompſi, depromptum, depromere, Mettre, ou tirer hors. Plaut. in Trucul. 13.2, Rus mane dudum ire me iuſſit pater, vt bubus glandem prandio deprome rem. Que ie baille du glãd aux beufs pour leur diſner. Idem in Trinũmo, 13.99, Calliclis ad villam aiebant ſerui depromptum cibum, mãdere porrò. Ibidem, 11.20, Clàm dos depromi poteſt, dum occaſio ei reperiatur, interim ab amico alicũde argentum rogem. Idem in Curculione, 6.1, Palinure quid ſtas? quin depromuntur mihi quæ opus ſunt paraſito? vt ſit paratũ prandium, conueniat. Et paulo poſt, Mane ſis, dum huic conijcio ſomnium. abi, deprome. Idem in Amphit. 4.4, Quid faciam nunc, ſi tresviri me in carcerem compegerint, inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum?

DEPROPERO, deproperas, deproperare, Se fort haſter. Plaut. in Pœnulo, 4.99, Sacrificatum ire occupant priuſquã expergiſcatur Venus: deproperãt ſedulo ſacrificare. Idem in Caſin. 16.16. O cœna, modo ſi ſit cocta. s. ergo abeant propere, cito introite, & cito deproperate.

DEPSO depſis, depſere, Peſtrir de la paſte: Subigẽdo manibus aliquid molle & tenerum reddere. Quo verbo vtitur Cato lib. de re ruſtica. Et Varro Myſterijs, Sed tibi fortaſſe alius molit & depſit. A Græco magis ſignificantiam & originem trahit, inquit Nonius Marcellus.

DEPVBER, vel depubis, dicitur is qui ad pubertatis annos nõ potuit peruenire. Hinc depũbem porcum (inquit Feſtus) lactentem, qui prohibitus ſit pubes fieri.

DEPVDET depuduit, Pudorem abiecit, Il a oſté toute honte, il eſt tout eſhonté. Il a paſſé par deuant lhuys du paſticier. Ouid. Depuditus, profugúſque pudor, ſua ſigna reliquit.

DEPVDICO depudicas, depudicare, Violer vne fille. Hoc verbo veteres vtebãtur, & eſt violare, ſtuprare, & quaſi pudicitiam auferre.

DEPVGNO depugnas, depugnare: Soy combatre contre vng autre vaillamment. Plaut. in Caſina, 7.45, Nunc nos collatis ſignis depugnabimus. Ibidem, 7.37, Ita ego rem natam intelligo, neceſſum eſt verſis gladijs depugnarier. Idem in Sticho, 10.47, Ita ingenium meũ eſt, quicum vis depugno multo facilius, quàm cum fame. Cic. de ſenect. 28, Depugnaui apud Thermopylas.

Depugnare: Eſtre en debat & noyſe pour quelque choſe. Cic. pro A. Cecinna, Non erit cur depugnare quiſquam poſthac poſſeſſionis cauſſa velit.

Depugnare cum animo ſuo, Tacher a vaincre ſon courage. Plaut. in Trinũmo, 6.24, Qui homo cum animo inde ab ineunte ætate depugnat ſuo, vtrum id itáne eſſe mauelit, vt eũ animus æquum cenſeat, an ita potius vt parentes eum eſſe & cognati velint?

Depugnatus depugnata depugnatum, Qui a eſté combatu vaillammẽt. Plau. in Menæh. 21.23, Venio aduorſum: nunc fores pultabo, adeſſe vt me ſciat: ſed metuo ne ſero veniam, depugnato prælio: Apres la bataille faicte.

DEPVRGO depurgas, depurgare: Purger & nettoier au net. Cato de re ruſtica, Terram cũ ſtercore bene permiſceto, depurgato ab herba, graminibúſque.

Depurgare piſces. Habiller poiſſon. Plaut. in Sticho, 6.35, Alij ligna cædite, alij piſces depurgate, quos piſcator attulit.

DEPVTO deputas, deputare: Proprie deorſum putare, Couper. Columella lib. 3, In agro macro & ſicco vineam imbecillem in brumam amputáto: quam partem nõ deputaueris circa calendas Februarias repetito & deputato.

Deputare, Fort penſer & eſtimer, ou iuger en ſoymeſme. Plaut. in Pſeud. 2.19, Nũc proloquar ego: ſatis id faciet Pſeudolus. ſatis id dictũ vobis puto iã, atque deputo. Ie penſe & repenſe. Idem in Trinũmo, 11.14, Vide ſi hoc vtibile magis, atque in rẽ deputas. Idem in Amph.

4.5, Nec quicquam ſit, qui nõ me omnes eſſe dignũ deputẽt. Ibidem 14.41, Lucri eſt quod miſeriã deputat. Terent. in Hecyra, 3.5.27, Sed quando ſeſe indignã deputat matri meæ cui concedat. Ibidem. 5.3.1, AEdepol næ meam herus eſſe operam deputat parui pretij. Idem in Heaut. 1.1.8, Malo quidem me dignũ quouis deputem, ſi id faciã. Idem in Phormione, 2.1.16, Quicquid præter ſpem euenıat, omne id deputare eſſe in lucro.

Deputare ſecum rationes. Terent. in Adelphis, 2.1.54, Accipiunda & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt. Sed nemo dabit, fruſtra egomet mecum has rationes deputo. C'eſt folie de penſer a ceſte affaire.

DEPVNIO depunis, depuniui, depunire, Cædere. ex de, & punio cõpoſitum. Lucanus, Palmiſque, miſſellam Depunit me. Id eſt, verberauit.

DE REPENTE, Subitement, tout incontinent. Cic. pro Q. Ligario, Si cum hoc domi faceremus quod & fecimus, & vt ſpero, non fruſtra fecimus, tu de repente irrupiſſes, & clamare cœpiſſes. Terent. in Hecyra, Ita corripuit de repente tacitus ſeſe obuiam.

DERADO deradis, deraſi, deraſum, deradere, Racler de quelque choſe, oſter & enleuer, cõme leſcorſe dung arbre. Plin. Quod deraſum eſt teritur & cribratur.

DERIDEO derides, deriſi, deriſum, deridere: Se rire daucun, & ſe mocquer de luy. Plaut. in Aulul. Neque ædepol ego te deriſum venio, neque derideo, neque dignum arbitror. Idem in Pſeud. 18.8, Nunc deridebo hercle hominem, ſi conuenero.

Deridiculum deridiculi, n.g. Mocquerie, raillerie, iaſerie que on faict daucun. Plaut in Pſeud. 18 7, Ego peierare mauellem me millies, quàm mihi illum verba per deridiculum dare.

DERIPIO deripis, deripui, dereptum, deripere: Diuerſa diuerſe rapere: Rauir, piller, & emporter. vt fit in vrbium expugnatione. Gellius, Nam cum oppidum Tholoſanum in terra Italia Q. Cepio conſul deripuiſſet, multúmque auri in eius oppidi templis fuiſſet, quiſquis ex ea dereptione aurum attigit, miſero, cruciabilique exitu periit.

Deripere aliquem capillo, Arraper aucun par les cheueulx, & le ruer ius. Plaut. in Menæh. 17.109, Et ecce Apollo denuo me iubes facere impetum in eum qui ſtat, atque occidere. ſed quis hic eſt, qui capillo me hinc de curru deripit?

Deripere, In bonum quandoque accipitur: Prendre, ou auaindre de quelque lieu. Virg. lib. 2, georg. Tu ſpiſſo vimine qualos, Colaque prælorum fumoſis deripe tectis.

DERIVO deriuas, deriuare: Deſtourner, & faire venir de leaue dune riuiere en quelque lieu par ruyſſeaux ou autrement. Plaut. in Trucul. 11.11, Nam hoc aſſimile eſt, quaſi de fluuio qui aquã deriuat ſibi, niſi deriuetur tamen, omnis aqua abeat in mare. Columella lib. 1, Crebróque ſulcos aquarios, quos nõnulli elices vocant, faciamus, & omnem humorẽ in cloacas, atque inde extra ſegetes deriuemus.

Deriuare aquam: ſulco deducere. Feſt. Pomp.

Deriuare iram alicuius in ſe: Se mettre en la haine, ou male grace daucun: Tourner ſur ſoy le courroux daucun. Terent. in Phor. 2.2.9, Inſtructa ſunt mihi corde conſilia omnia. c. quid agesſp. quid visſ? niſi vt maneat Phanium, atque ex crimine hoc Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram deriuem ſenisſ?

Deriuare ſuam culpam in aliquem: Tourner & reietter ſa faulte ſur aucũ, luy mettre a ſus, dire quil en eſt cauſe, ia ſoit que non. Cic. in Verrem, act. 4. Quid eſt quamobrem putes te tuã culpam non modo deriuare in aliquem, ſed communicare aliquò poſſe?

Deriuare crimen, Deſtourner ou tourner ſur vng autre quelque crime, oſter aucun blaſme ou crime de deſſus nous, que on met a ſur. Cicero pro Milone, Fecerunt id ſerui Milonis: dicam enim, non deriuandi criminis cauſſa, ſed vt factum eſt, neque imperante, neque præſente domino, quod ſuos quiſque facere ſeruos voluiſſet.

DEROGITO derogitas, derogitare, Foit prier aucun, ſupplier humblemẽt. Plaut. in Aſin. 7.60, Placide ergo vnumquodque derogita, vt acquieſcam.

DEROGO derogas, derogare, Cum quid ex lege veteri, quo minus fiat, ſancitur lege noua. Cic. ad Herennium lib. 2, Cum diu leges inter ſe diſcrepant, videndum eſt primum num abrogatio, an derogatio ſit.

DERVNCINO deruncinas, deruncinare, Diſſecare & diſſipare. Tractum à runcinis, quæ maiores ferræ dicũtur, quibus fabri lignarij maiora ligna ſecant. Plaut. in Milite, 16.6, Ea nimis facete, nimiſque facunde mala eſt. vt lepide deruncinauit militem.

DERVO deruis, derui, deruitum, deruere, Deorſum ruere, radere, Cheoir. Apuleius Prolapſus deruiſſem.

DESAEVIO deſæuis, deſæuiui, deſæuitũ, deſæuire. Saddoucir, deuenir doulx. Lucanus, Nec dum deſæuiat ira Expectat.

DESCENDO deſcendis, deſcendi, deſcenſum, deſcendere: Deſcendre. Plaut. in Merc. 12.4, Ni ex oculis lachrumæ deſcẽdant, iam ardeat credo caput. Liuius lib. 1, Tenuêre tamen arcem Sabini: atque inde poſtero die, cum Romanus exercitus inſtructus, quòd Palatinũ, Capitolinúmque collem Campani compleſſent, non prius deſcẽderunt in æquum, quàm ira & cupiditate recuperandæ arcis ſtimulante animos Romani aduerſum ſubiere.

Deſcendere rimis, Auoir grandes fantes & ouuerture, aller en decadence. & de loco dicitur: Hiare. Plin. epiſt. 258, Ingentibus enim rimis deſcendit & hiat: ſiue in cauſſa ſolum humidũ & molle, ſiué lapis ipſe gracilis & putris.

Deſcẽdas ad meas curas. Plin. epiſt. 248, Salua magnitudine tua domine, deſcendas oportet ad meas curas, cũ ius mihi dederis referendi ad te de quibus dubito. Il fault que tu te humilie a ouyr ce de quoy tu mas baillé le ſoing.

Deſcendis in omnia familiaritatis officia: Tu te ſoubmets & te rabaiſſe a faire tous ſeruices. Plin. in paneg. 140, Diligis ergo, cum diligaris: & in eo quod vtrique honeſtiſſimũ eſt, tota gloria tua eſt, qui ſuperior factus, deſcendis in omnia familiaritatis officia, & in amicum ex imperatore ſubmitteris, imò tunc maxime imperator, cum amicum ex imperatore agis.

Deſcendere in ſeſe: Soy humilier, regarder quel on eſt. Perſius, Nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo Nec præcedenti ſpectatur mantica tergo.

Deſcendere ad accuſationem. Cic. pro Cælio, Sic conſtituetis iudices, nec deſcenſurum quenquam ad hanc accuſationem fuiſſe, cui vtrum vellet liceret, nec quum deſcendiſſet, quicquã habiturum ſpei fuiſſe.

Deſcendere in cauſſam: Eſt ſe adiungere cauſſæ: Sadioindre au proces, ou a quelque affaire. Cic. Attico, lib. 8, Quo minus mirere ſi inuitus in eã cauſſam deſcendo, in qua neque pacis, neque victoriæ ratio quæſita ſit vnquam, ſed ſemper flagitioſæ & calamitoſæ fugæ, eundẽ vt quencunque fors tulerit caſum, ſubeam potius, cum his qui dicuntur eſſe boni, quàm videar à bonis diſſentire. Idem in Philipp. 8, Si enim belli nomen tollitur, municipiorum ſtudia tolluntur, conſenſus populi Romani, qui iam deſcendit in cauſſam, ſi nos langueſcimus, debilitetur neceſſe eſt.

Deſcendere ex alto ad ſummum: Monter en hault. Plaut. in Milite 16. 14, Non tu ſcis, cum alto ex puteo ſurſum ad ſummum deſcenderis, maximum periculum inde etiam ab ſummo ne rurſum cadas?

Deſcendere in campum: Aller en champ de bataille. Horat. in Odis, Hic generoſior Deſcendat in campum petitor. Virg. Inſtructos acie, Tyberino à flumine Teucros, Tyrrhenámque manum totis deſcendere campis.

Deſcenſus, deſcenſus, deſcenſui: Deſcente. Virg. Facilis deſcenſus Auerni.

Deſcenſio deſcenſionis, f. g. Deſcente. Plin. epiſt. 101. g. lib. 5, In hac tres deſcẽſiones: duæ in ſole; tertia à ſole.

DESCISCO deſciſcis, deſciui, deſcitum, deſciſcere, Diſcedere, & ab imperio, ductúque alterius ſe ſubtrahere, rebellare, deficere. Liuius lib. 2, Prænesté à Latinis ad Romanos deſciuit. Elle a laiſſé les Latins, & ſeſt donnee & ioincte aux Romains.

Deſciſcere ab aliquo, vel ab opinione alicuius: Eſtre dopinion cõtraire a celle dung autre. Gellius, Eam rem Cæcilium non inconſyderate dixiſſe, neque temere à Menandro atque à multorum opinionibus deſciuiſſe.

Deſciſcere à conſuetudine parentũ: Faire cõtre la couſtume des peres, defaillir de la couſtume. Plin. epiſt. 64. a, Procurrebãt omnes cum ſuis candidatis, multa agmina in medio, multique circuli, & indecora confuſio: adeò deſciueramus à conſuetudine parẽtum, apud quos omnia diſpoſita, moderata, tranquilla, maieſtatem loci, pudorémque retinebant.

DESCOBINATVS, ſaucius, abraſus, ſectus. Varro in Meleagris, Sinautem delectationis cauſſa venamini, quanto ſatius eſt ſaluis cruribus in circo expectare, quàm his deſcobinatis in ſylua curare?

DESCRIBO deſcribis, deſcripſi, deſcriptũ, deſcribere: Deſcrire quelque choſe, Copier, contre eſcrire. Cic. Cornificio, Sed proxime ſcripſit de optimo genere dicendi, in quo ſæpe ſuſpicatus ſum, te à iudicio noſtro, ſic vt doctum hominem à non indocto paulũ diſſidere. Huic tuo libro maxime velim ex animo, ſi minus gratiæ cauſſa ſuffragere, dicam tuis vt eũ ſi velint, deſcribãt, ad teque mittãt. Idem Attico, Quem librum ad te mittam, ſi deſcripſerint librarij.

Eidem, Dicta eius & conciones deſcribunt. T. Liuius ab vrbe condita, Iuſſi inclytas Solonis leges deſcribere.

Deſcribere, Arrenger, mettre par ordre. Cicero, Mei ſunt ordines, mea eſt deſcriptio.

Deſcribere, Peindre. Plautus in Aſinaria, 8.22. Macilentis malis, ruffulus, aliquantum ventrioſus, truculentis oculis, commoda ſtatura, triſti fronte. M. nõ potuit pictor rectius deſcribere eius formam.

Deſcribere: Tranſferer, tranſcrire dung langaige en autre: Compoſer. Terentius in prologo Eunuchi, 7, Qui bene vertendo & eas deſcribendo male, ex Græcis bonis, latinas fecit non bonas.

Deſcribere malos mores: Mõſtrer quels ſont les mauuaiſes meurs. Plaut. in Milite, 10.167, Bonus hercle vt malos deſcripſit mores.

DESECO deſecas, deſecui, deſectum, deſecare, Coupper, Columella, libro tertio, Et ſi fieri poteſt, iuxta aliquẽ nodum ſerrula deſecato. Idem lib. 12, Bonus operarius prati iugerum deſecat.

DESERO deſeris, deſerui, deſertum, deſerere: Delaiſſer. Vt deſerere telam, Laiſſer le filer, ceſſer. Terent. in Heaut. 2.3.64, Vbi dicimus rediſſe te, & rogare vti veniret ad te, mulier telam deſerit continuo.

Deſerere aliquem: Delaiſſer & abandonner aucun. Terentius in Heaut. 2.3.17, Collocupletaſti te Antiphila, & me in his deſeruiſti malis. Idem in Andria, 1.5.35, Tum autẽ hoc timet, ne deſeras ſe. Ibidem, 4.2.11, Myſis per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deſerturum, non, ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omnes homines. Idem in Adelphis, 5.4.19, Illum amant, me fugitant: illi credunt conſilia omnia, illum diligũt, apud illum ſunt ambo, ego deſertus ſum. Idem in Phorm. 5.1.24, Malefactum eſt, ego autem quæ eſſem anus deſerta, egens, ignota, vt potui, virginem nuptum locaui huic adoleſcẽti. Idem in Eunucho, 2.2.7, Quid iſthuc ornati eſt inquam? quando miſer quod habui perdidi. hem quò redactus ſum: omnes noti me atque amici deſerunt.

Deſerere aliquẽ fide & factis in ærumnis: Ne tenir point ſa foy a aucũ, ne luy aider point en ſes aduerſités comme il luy auoit promis. Plaut. in Capt. 7.46. Me hic valere & tu te audacter dicito: benéque hero geſſiſſe morem. in tantis ærumnis tamen neque me deſeruiſſe te neque factis neque fide, rebus in dubijs egenis.

Deſeruit me fides & fama: Iay perdu mon credit, & mon renom. Plau. in Moſtellaria, 3.43, Continuo pro imbre amor aduenit, is vſque in pectus permanauit, permadefecit cor meũ. Nunc ſimul res, fides, fama, decúſque & virtus deſeruerunt me.

Deſerunt hunc genua: Les genouls luy defaillẽt. Plaut. in Mercatore, 4.13, Genua hũc curſorem deſerunt.

Deſeret te ille ætate & ſatietate: Il te delaiſſera quãt tu ſeras vieille, & quil ſera ſaoul de toy. Plaut. in Moſtellaria. 4.39, Stulta es tu planè quæ illum tibi æternum putas fore amicũ & beneuolẽtẽ. moneo ego te, te deſeret ille ætate & ſatietate. Et paulo poſt, Nihilo ego quàm nunc tu, amata ſum, atque vni modo geſſi morem: qui pol me vbi ætate hoc caput colorẽ commutauit, reliquit, deſeruítque me: tibi idem futurum credo.

Deſerere maritum. Delaiſſer ſon mari, ſen aller dauec luy. Plautus in Amphitruone, 10.7, Neque me perpetiar probri falſo inſimulatam: quin illum ego haud deſeram, aut ſatisfaciat mihi &c.

Deſerere officiũ amicitiæ: Delaiſſer a faire ſon debuoir enuers ſon ami. Plinius epiſt. 162, Nulla enim ſtudia tanti ſunt, vt amicitiæ officium deſeratur, quod religioſiſſime cuſtodiendum ſtudia ipſa præcipiunt.

Deſerere pignus. Plautus in Captiuis, 7.77, Túque te pro libero eſſe ducas, pignus deſeras, ac neque des operam pro me. Delaiſſer ſon gaige, ne ſen ſoucier point, nen tenir compte.

Deſerere ſpem. Plaut. in Rud. 4.4, Sed mea deſidia ſpem deſerere nolui. Toutesfois nen nay pas voulu delaiſſer toute eſperance: Ieſpere encore quelque choſe.

Deſerere ius amicitiæ. Cic. de Amicitia, 34, Quod, ni recuſarent, quanuis honeſte id facerẽt, ius tamen amicitiæ deſerere arguerentur.

Deſerere patriam: Laiſſer ſon pais, & aller demourer auec les ennemis, Eſtre traiſtre.

Deſertor deſertoris, Qui delaiſſe ſon pais & ſen va auec ſes ennemis. Vng traiſtre. Virg. Deſertorem Aſiæ. Suet. in Cæſare, Deſertorum ac ſeditioſorum inquiſitor, ac punitor acerrimus, conniuebat in cæteris.

Deſertum deſerti, Vng deſert, vng lieu delaiſſe de tous, qui neſt point habité ne hanté. Virgilius AEneid. primo, Ipſe ignotus, egens Libyæ deſerta peragro Europa atque Aſia pulſus.

Deſerto deſertas, frequentatiuum. Actius, Cum me ſolum vterque parens deſertaſſent.

DESERVIO deſeruis, deſeruiui, deſeruitum, deſeruire, Deſeruir aucũ, & faire enuers luy loffice dung ſeruiteur.

Deſeruire honoribus. Plin. 130, Quis noſtrũ idem curæ, idem ſudoris ſumit? Quis adeò expetitis honoribus aut deſeruit, aut ſufficit?

Deſeruire ſtudijs: Eſtudier. Plin. epiſt. 127, Te negotijs diſtineri ob hoc moleſte fero, quòd deſeruire ſtudijs non potes.

DESIDEO deſides, deſedi, deſidere, Eſtre aſſis. Plaut. in Pſeud. 17.7, Quid tu intus quæſo deſediſti? Quas tu faict la dedens aſſis? Idem in Bacchid. 5.4, Nam meus formidat animus noſtrum tandiu ibi deſidere, neque redire filium. Iay paour de ce que tant long temps noſtre fils demeure la, ſans reuenir. Terent. in Eunucho, 5.3.2, AEdepol næ meam herus eſſe operam deputat parui pretij, qui ob rem nullam miſit fruſtra vbi totũ deſedi diem. La ou iay baquenaudé ou demeuré toute la iournee. Suet. in Cæſare, A quo ad accerſendam claſſem in Bythiniam miſſus, deſedit apud Nicomedem.

Deſes deſidis, omnis generis, Vng pareſſeulx, qui eſt touſiours aſſis ſans rien faire, ou ne ſe haſte point en ce quil fault legierement faire. Liuius lib. 1, Deſidem Romanum regem inter ſacella & aras acturũ eſſe regnum rati. Idem lib. 3, Sedemus deſides domi, mulierum ritu inter nos altercantes.

Deſidioſus deſidioſa deſidioſum, Qui eſt fort pareſſeulx, plein doiſiueté. Ouid. Quæritur AEgyſtus quare ſit factus adulter: In promptu cauſſa eſt, deſidioſus erat.

Deſidia deſidiæ, fœminini generis. Oiſiueté, pareſſe. Plautus in Bacchid. 21.9, AEquum puto, ſed nimium nolo deſidiæ ei dare locum. Salluſt. Non fuit conſilium, ſocordia atque deſidia bonum otium conterere.

DESIDO deſidis, deſedi, deſidere, Saſſeoir & repoſer en quelque lieu, ou ſur quelque choſe. Cic. de diuinatione lib. 1, Eo tempore ipſo cum hoc calamitoſum prælių fieret, tantos terræ motus in Liguribus, Gallia, compluribúſque inſulis, totáque in Italia factos eſſe, vt multa oppida corruerint, multis locis labes factæ ſint, terræque deſederint, fluminaque in contrarias partes fluxerint, atque amnes mare influxerint.

DESIGNO deſignas, deſignare, Deſcribere, quaſi per ſigna demonſtrare. Deſigner, bailler a congnoiſtre, & a entendre par ſignes de qui ont parle. Cæſar lib. 1, Cæſar hac oratione Liſci Domnorigen Diuitiaci fratrem deſignari ſentiebat. ſed quod pluribus præſentibus eã rem iactari nolebat, celeriter conſilium dimittit.

Deſignare: Decernere ſeu deligere: Eſlire aucun, & lordonner a quelque choſe. Salluſt. Catilina nihilominus in proximum annum conſulatũ petebat: ſperans, ſi deſignatus foret, facile ſe ex volũtate Antonio vſurum. Columella lib. 3, Ipſum autẽ agrum quẽ ſeminario deſignaueris, planũ & ſuccoſum ſit. Plin. epiſt. 74.e, Cenſuit Bebius Macer conſul deſignatus lege repetundarum Baſſum teneri.

Deſignare, inquit Donatus, eſt rem nouam facere in vtranque partẽ, id eſt bonam & malã. Et deſignata, recte & praue facta dicebãtur. Terent. in Adelph. 1.2.7, Nam illa quæ facta ſunt, omitto, modo quid deſignauit? fores effregit, atq; in ędeis irruit alienas. Puto ego (dicit Donatus) deſignationẽ, cõtractionẽ aut conductionẽ populi in vnũ intelligi. hoc enim cõtingit ei qui aliquo flagitio, populi in ſe oculos, oráque cõuertit, & ſpectaculo eſt vulgo. Apuleius lib. 8, de Aſino aureo, Inſit vaticinatione clamoſa, confiſto mẽdacio, ſemetipſum inceſſere, atque criminari, quaſi cõtra fas ſanctæ religionis deſignaſſet aliquid, inſuper iuſtas pœnas noxij facinoris ipſe de ſuis manibus expoſcere. Idem lib. x, Poſt dies pluſculos ibidem deſignatum ſceleſtum & nefarium facinus memini.

Deſignator deſignatoris, m. g. Qui ludis funebribus præeſt, & multitudinẽ retinet (inquit Donatus) credo ob eã cauſam quòd ipſis ludis multa fiant noua & ſpectãda, ſimul etiã turba retineatur. quæ fiũt aut in ſpectaculis, aut in litibus. Plaut. in Pœnulo, 2.19, Neu deſignator

præteriens obambulet, neu seſſum ducat, dum hiſtrio in ſcena ſiet.

Sunt qui deſignatores eſſe putent, eos qui conſtituendæ funebri pompæ, aut etiam quicunque præſunt, vnicuique incedendi locum, ordinémque præſcribentes: ſimili fere munere eorum qui Romæ magiſtri ceremoniarum vocãtur. Cuius ſignificationis eſt exemplum Plauti paulo antè adductum ex Pœnulo.

DESILIO deſilis, deſiliui vel deſilij, vel deſilui, deſultum, deſilire: Saulter du hault en bas. Virg. Deſiluit Turnus biiugis.

Deſilire de. Plin. de viris illuſt. 65, Armata familia Auentinum occupauit. Vbi ab Opimio victus, dum à templo Dianæ deſilijt, talum intorſit.

Deſilire ex. Plinius epiſt. 101. f, lib. v. Sed ante piſcinam quæ féneſtris ſeruit, ac ſubiacet, ſtrepitu viſúque iucunda. nam ex edito deſiliens aqua, ſuſcepta marmore, albeſcit.

Deſilire, Faire vng ſault, ſoy ietter tout dung coup. Plaut. in Rud. 2.75, Illa autẽ virgo, atque altera lenonis itidem ancilla, timidæ deſiluerunt in ſcapham.

Deſultores, Qui equos eligunt, alunt, ac docent, quorum ars eſt binos trahere equos, & alternatim ex vno in alterum mira celeritate tranſſultare. Courtiers de cheuaulx, ou maquignons. Varro de re ruſtica, Peritus belli aliter equos eligit, alit, ac docet, aliter quadrigarius ac deſultor. Hos AElianus de aciebus inſtruendis ἀμφίππους appellat de antiſtomo phalange loquens. Valet autem hoc (inquit) inſtruendæ aciei genus potiſſimum contra barbaros qui loca Hiſtro amni vicina incolunt, quos Amphippos cognominant à mutatione equorum: ex alijs enim in alios tranſſultare conſueuerunt.

Deſultorij, Ipſi equi duo, ſine ephippijs. Suet. de Cæſare, Quadrigas, bigáſque & equos deſultorios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes.

Deſultorius deſultoria deſultorium, per tranſlationem dicitur identidem ab alio in aliud commeans, & inſtabile, Qui ſaulte de lung en lautre, qui ne ſarreſte point en vng lieu ou en vng eſtat. Tranſlatum à deſultoribus equitibus, quos Græci Amphippos appellant. De quibus Liuius ita inquit libro tertio de bello Punico, Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, ſed quibus deſultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam ſæpe pugnam, in recentem equum ex feſſo tranſſultare mos erat. Cicero pro Lucio Murena, Reſpondebo igitur Poſthumio primum, qui neſcio quo pacto mihi videtur prætorius candidatus in conſulatum, quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Apuleius in primo de Aſino, Iam hæc quidem ipſa vocis immutatio deſultoriæ ſcientiæ ſtylo, quem acceſſimus reſpondet.

Deſultoria leuitas prouerbialiter dicitur. Iohannes Picus. Homo (inquit) variæ ac multiformis & deſultoriæ naturæ animal. Deſultoriam hominis naturam dixit quaſi verſipellem & ſubinde ſeſe in aliam aliámque formam mutantem, vt Proteum factitaſſe fabulantur. A Martiano Capella hoc ſumptum, qui leuitatem deſultoriam dixit. Leuitate (inquit) pernix deſultoria geſtiebat.

Deſultura deſulturæ, fœminini generis, Sault dung lieu en autre. Plautus in Milite, 6.9, Tu ſali ſolus: nam ego iſtam inſulturam & deſulturã nihil hic moror. Ie ne me ſoucie guere dy ſauter, & den ſaulter hors.

DESINO deſinis, deſiui, deſitum, deſinere, Omittere, finire, ceſſare, Ceſſer. Terẽtius in Adelphis, 5.3.67, Ah pergíſne? D. iam iam deſino. Ie me tais. Idem in Phorm. 2.3.72, Oheactum aiunt ne agas. D. non agam? imò haud deſinam, donec perfecero hoc. Idem in Adel. 2.6.10, Num illi moleſtæ quidpiam hæ ſunt nuptiæ, propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinem? D. nihil hercle. aut ſi adeò, bidui aut tridui eſt hæc ſollicitudo. noſtín'? deinde deſinet. Puis cela ſe paſſera. Ibidem in prologo, 22, Dehinc vt quieſcant porro moneo, & deſinant maledicere. Idem in Eunucho, 5.2.45, Nihil tibi quícquam credo. T. deſinas. Tais toy. Idem in Phorm. 1.2.19, Cui tanta erat res, & ſuperat? G. deſinas: ſic eſt ingenium. Tais toy.

Deſine: iam conclamatum eſt. Ne dis plus mot, ceſt faict. Terentius in Eunucho, 2.3.56. Idem in Heaut. 5.1.6. Ohe, iam deſine deos vxor gratulando obtundere, tuam eſſe inuentam gnatam.

Deſinit dicto magiſtri eſſe obediens. Plautus in Bacchidibus, 8.35, Nam olim populi prius honorem capiebat ſuffragio, quàm magiſtri deſinebat dicto eſſe obediẽs. Deuant quil feuſt hors dobeiſſance.

Deſinimus ibi. Plin. in paneg. 90, Incipimus inde, deſinimus ibi, à quo incipi, in quo deſini ſub alio principe non poſſet. La nous faiſons fin, nous ceſſons.

Deſinere gradatim. Plinius epiſt. 38. d, Veremur enim ne forte non has indignitates reliquiſſe, ſed laborem fugiſſe videamur. Sumus tamen ſolito rariores, quod initium eſt gradatim deſinendi.

Deſinunt caduca: Choſes caduques prennent fin. Plinius epiſt. 34. b, Nam cætera fragilia, & caduca, non minus quàm ipſi homines, óccidunt, deſinúntque.

Deſinit ibi triclinium: Il fine la, il va iuſques la, il ne paſſe point cela. Plin. epiſt. 101. libr. v, Poſt vtranque cryptoporticum, vnde triclinium deſinit, incipit porticus.

Deſinere artem ludicram, Renuntiare arti, atque relinquere. Renoncer au meſtier. Cicero Mario, Libenter me hercle artem deſinerem, tecúmque, & cum ſimilibus noſtri viuerem. Suetonius in Tiberio, cap. 36, Sed deprecantibus, ac ſe artem deſituros promittentibus veniam dedit.

Deſinit diſciplina tibijs canendi. Gellius, lib. xv, Omnium tum Athenienſium cõſenſu, diſciplina tibijs canendi deſita eſt.

DESIPIO deſipis, deſipui vel deſipiui & deſipij, deſipere: Inſipiẽter agere, ſiue de ſapiẽtia decidere: Faire follement, reſuer, eſtre hors de ſon entendement. Cic. M. Cælio, In quo cum obiurgaret quòd nimio gaudio penè deſiperem.

Deſipere mentis. Plaut. in Epidico, 3. 35, Deſipiebam mentis, cum illas ſcriptas mittebam tibi. E. mén' piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam', vt meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccidaneum?

DESISTO deſiſtis, deſtiti, deſtitum, deſiſtere: Sarreſter en quelque lieu, long temps demourer. Plautus in Moſtellaria, 10. 4, Quid illic deſtitiſti obſecro tandiu? T R. ſeni non otium erat, id ſum opperitus. Pourquoy as tu la tant demouré? Idem in Trinummo, 14. 5, Staſime fac te propere celerem, recipe te ad dominum domum: gradum appropera. iamdudum factum eſt cũ abiſti domo. ſi abieris ab heri quæſtione, ne deſtiteris currere. Ne ceſſe point de courir.

Deſiſtere, Deſiſter, ceſſer de faire quelque choſe. Plaut. in Ciſtell. 7. 40, Non deſtiti inſtare, vſqueadeò donec adiurat ſe anus eam mihi monſtrare. Idem in Rud. 17. 15, Ah deſine, nimis inepta es. P. deſiſte dictis nunc iam miſeram me conſolari, niſi quid re præſidium apparas. Idem in Epidico, 2. 38, Deſiſte percontari.

Deſiſtere ab aliquo. Plaut. in Menæh. 17. 19, Sed cur ab tuo ſeruo accerſi iubes? quid tu es triſtis? quid ille abs te iratus deſtitit? neſcio quid vos velitati eſtis inter vos duos. Qui a il quil ſen eſt parti dauec toy ſi courroucé?

Deſiſtere re aliqua. Plautus in Milite, 10. 141, Quid deorum conſilia culpes, ſtultus inſcitúſque, ſic qui deos vituperes? nunc iam iſtis rebus deſiſti decet. Il fault ſe deporter de cecy.

Deſiſtere litibus, Ceſſer de plaider. Terent. in Phor. 4. 3. 29, Eho dic quid velis dari tibi in manum, vt herus deſiſtat litibus.

DESOLO deſólas, deſolare, quaſi ſolum & deſertum facere, deſtruere, de ſoliditate deijcere. Columella libro primo, Quia flagitioſum quos hoſtis profligando deſolaſſet, agros nouos, nouo more emere Romanum ſupra vires patrimonij. Virgilius lib. x1, Vidimus ingentes, & deſolauimus agros.

DESPERNO deſpernis, deſpreui, deſpretum, deſpernere: Fort deſpriſer aucun. Varro, Homo ridiculus, & ab omni pube deſpretus.

DESPERO deſperas, deſperare, Neſperer point, eſtre hors de toute eſperance, deſperer. Plinius epiſtola 258, Hoc quoque dubium, intercepto rege mortalitate, an deſperato operis effectu.

Deſperare ſaluti: Neſperer point de ſalut. Cic. pro A. Cluentio, Itaque cum Oppianicum iam perditum & duobus iugulatum præiudicijs videret, promiſſis eum ſuis excitauit abiectum, & ſimul ſaluti deſperare vetuit.

Deſperare fortunis. Cic. Poſt reditum in ſenatu, Nolui cum conſul communem ſalutem ſine ferro defendiſſem, meam priuatus armis defendere, bonóſque viros lugere malui meas fortunas, quàm ſuis deſperare.

Deſperare aliquem: Nauoir plus deſperance daucun. Cic. in Catil. oratione ſecunda, Quòd ſi in vino & alea comeſſationes ſolum & ſcorta quærerent, eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen eſſent ferendi.

Deſperare omnia, Nauoir eſperance de rien du monde. Cicero de finibus bonorum & malorum, Aut omnia ſemper deſperantes.

Deſperari. Cic. ad Q. Fratrem, Siue reſtituimur, ſiue deſperamur.

Deſperare pacem. Cicero Atticco, Breuiloquentem iam me tempus ipſum facit: pacem enim deſperaui. Ie nay plus eſperance de paix.

Deſperare ſalutem alicuius. Cic. de amicitia, 76, Cuius autem aures clauſæ veritati ſunt, vt ab amico verum audire nequeat, huius ſalus deſperanda eſt. Idem Attico, Sed hæc iam noſtra ſalus cum hac lege deſperata erit. T. Liuius, Hos deſperata ſalus ad rabiē magis, quàm ad audaciam accendebat.

Deſperatiſſimus, deſperatiſſima, deſperatiſſimum, De qui on na nul eſpoir, ou eſperance. Cicero in L. Piſonem, Nunc etiā in hac quotidiana, aſſi dua, vrbanáque vita ſplendorem tuum, gratiam, celebritatem domeſticam, operam forenſem, conſilium, auxilium, authoritatem, ſententiam ſenatoriam nobis, aut verius dicam, cuiquam es infirmiſſimo ac deſperatiſſimo antè laturus. Idem Attico, lib. x v i, Deſperatis etiam Hypocrates vetat adhibere medicinam.

DESPICIO deſpicis, deſpexi, deſpectum, deſpicere: Regarder du hault en bas. Plautus in Milite, 9.72, Et me deſpexiſſe ad te per impluuium tuum fateor. Ibidem, 6.16, Forte fortuna per impluuium huc deſpexi proximum, atque ego hic aſpicio oſculantem Philocomaſium. Idem in Ciſtell. 10. 27, Hoc inquam age, ad terrā aſpice, & deſpice, oculis inueſtiga. Plin. de viris illuſt. 7. a, Et cum rex occiſus eſſet, Tanaquil ex altiore loco ad populum deſpiciens, ait, &c. Columella, lib. 1, Area ſi competit, ita conſtituenda eſt, vt vel à domino, vel certe à procuratore deſpici poſſit.

Deſpicere: Contemnere, Deſpriſer. Cic. lib. 2. off. Deſpiciunt autem eas & cōdemnant, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil neruorum putant. Idem in Verrem, act. 2, Quemadmodum tenuiſſimum quenque contempſerit, deſpexerit, liberum eſſe nunquam dixerit. Virg. Deſpectus tibi ſum, nec qui ſim quæris Alexi. Cic. de ſenect. 7, Nam ſi id culpa ſenectutis accideret, eadē mihi vſu venirent, reliquiſque omnibus maioribus natu, quorum ego multorum cognoui ſenectutem ſine querela, qui ſe à libidinū vinculis laxatos eſſe, non moleſte ferrent, nec à ſuis deſpicerentur.

Deſpectio deſpectionis, f. g. Regard dēhault. Cic. in Hortenſio, Cōſolabitur tam magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam deſpectio.

Deſpicientia deſpicientiæ, Deſpriſement & cōtemnement que on ha de quelque choſe, quant il ne nous chault dicelle. Cic. Tuſc. Totam vim bene viuendi in animi robore ac magnitudine, & in omni rerum humanarum contemptione ac deſpicientia ponamus.

Deſpecto deſpectas deſpectare. frequentatiuum: Souuent reſgarder denhault en bas. Virg. Nūc terras ordine longo Aut capere aut captas iam deſpectare videntur.

Deſpicor deſpicaris, deſpicari: Idem quod deſpicere, Deſpriſer. Terent. in Eunuc. 2.3.92, Quæ nos, noſtráque adoleſcentiam habent deſpicatam. Donatus, Deſpicatam, cōtemptam atque deſpectā. & ita eſt ἐπονείδισις & μεταφορὰ λασμὸς. vel certe alterius verbi declinatio, ab eo quod eſt deſpicor. Plin. de viris illuſtr. 23, Primum vt deos venerati, deinde vt homines deſpicati, interfecere.

Deſpicatus deſpicatus deſpicatui, m. g. Deſpriſement, contemnement.

Deſpicatui duci: Eſtre contemné & deſpriſé. Cicero pro L. Flacco, Quid porrò in græco ſermone tam tritum atque celebratum, quàm ſi quis deſpicatui ducitur, vt Myſorum vltimus eſſe dicatur?

DESPOLIO deſpolias, deſpoliare, Deſpouiller, deſueſtir. Plaut. in Caſina, 20. 4, Vir te veſtiat, tu virum deſpolies.

Deſpoliare dorſum alicuius virgis, Feſſer aucun tellement quil ne luy demeure peau entiere ſur le dos. Plaut. in Epid. 2. 83, Corium perdidi: nam vbi ſenex ſenſerit ſibi data eſſe verba, virgis dorſum deſpoliet meum. Vide DISPOLIO.

Deſpoliare digitos: Oſter ſes aneaulx de ſes doibs. Plautus in Milite, 14.56, Ab illa quæ digitos deſpoliat ſuos, & tuos digitos decôrat. nam hunc annulum ab tui cupiente huc detuli huic porró.

DESPONDEO, deſpondes, deſpondi, deſponſum, deſpondere, Promettre ſa fille ou ſon fils en mariage a aucun ou aucune. Plaut. in Ciſtell. 5. 22, Si illam vxorem duxero mihi vnquam quam deſpondit patet. Ibidem, 7. 57, Nempe iſtic eſt, qui Alceſimarcho filiam ſuam deſpondit in diuitias maximas. Idem in Trinummo, 17. 9, Sed ego hoc nequeo mirari ſatis, eum ſororem deſpondiſſe ſuam in tam fortem familiam. Idem in Aulul. 7. 28, Credo hercle, vbi

mentionem ego fecero de filia, mihi vt deſpõdeat, ſe à me derideri rebitur. Terent. in Heaut. 4.5.36, Ita tu iſthæc tua miſceto, ne me admiſceas. egón' cui daturus nõ ſim, vt ei deſpondeã? Cicero Attico libro primo, Hoc eo ad te ſcripſi, quòd is me accuſare de te ſolebat: in ſe expertus eſt illum eſſe minus exorabilem, meum ſtudium nec tibi defuiſſe. Tulliolam C. Piſoni, L.F. frugi deſpondimus.

Deſpondere animum ille dicitur qui ſuæ ſpontis ſtatuit finem, & quaſi ex deſperatione mori decreuit. Ne vouloir plus viure, ſe deſeſperer, eſtre hors deſperãce, perdre courage, ſe laiſſer mourir. Plaut. in Milite, 14.61, Quid ea nunc vult? N. te compellare, & complecti & cõtrectare. nam niſi tu fers illi ſuppetias, iam illa animum deſpondebit. Elle ſe laiſſera mourir. Ibidem, 3.6, Nam ego hanc machæram mihi conſolari volo, ne lamentetur, néve animum deſpondeat. Idem in Menæhmis, 2.33, Poſtquam puerum perdidit, animum deſpondit, atque is ægritudine paucis diebus pòſt Tarenti emortuus eſt. Idem in Mercatore, 12.29, Demiſiſti gladium in gulam, iam cadam. E. quæſo hercle animum ne deſpõde. C. nullus eſt quem deſpondeam. Varro lib.3. de re ruſtica, Ne reliqui ſi videant, deſpondeãt animum, atque alieno tempore venditori moriantur. Liuius lib.4, Nec ipſi ſolum deſpõderãt animos, ſed contemni cœpti erant à finitimis populis.

Deſpondere: Idem quod deſpondere animum. Columella, de turdis loquens, Difficulter in aliã regionem tranſferuntur, quia caueis clauſi, plurimi deſpondent. Ce laiſſent mourir.

Deſpondere laudem: Promettre quelque louange a aucun. Cic. de aruſp. reſp. Accedit etiam quòd expectatione omniũ fortiſſimo & clariſſimo viro T. Annio deuota & cõſtituta iſta hoſtia eſſe videtur: cui me præripere deſponſam, iam & deſtinatam laudem, cum ipſe eius opera & dignitatem & ſalutem recuperarim, valde eſſet iniquum.

Deſpondere prouinciam: Bailler la charge dune prouince a aucũ. Cic. de prouinc. conſul. Habere prouinciam debet, is vt eam deſponſam, non decretam videatur.

Deſpondere ſapiẽtiam: Nauoir point deſpoir de pouoir paruenir iuſques au hault de ſageſſe. Columella lib.12, Quàm probabilis ratio eſt obmuteſcendi, quia nequeas orator eſſe perfectus, vt in ſocordiam compelli, quia deſpõderis ſapientiam? magnæ rei quantũcunque poſſederis, fuiſſe participem, non minima eſt gloria.

Deſpondebitur. Terẽtius in Andria, 5.6.16, Ne expectetis dum exeant huc, intus deſpondebitur, intus tranſigetur.

DESPVMO deſpumas, deſpumare, Eſcumer. Virgilius lib.1, georg. Et folijs vndam tepidi deſpumat aheni.

Deſpumare: pro decoquere, per tranſlationem. Perſius, Stertimus indomitum quod deſpumare Falernum Sufficiat.

DESPVO deſpuis, deſpui, deſputum, deſpuere, Cracher contre aucun, ou ſe mocquer & auoir en horreur & abomination. Perſius, Eſt prope te ignotus cubito qui tangat, & acres Deſpuat in mores.

DESQVAMO deſquamas, deſquamare: Oſter leſquaille aux poiſſons. Plaut. in Aulularia, 14.1, Dromo deſquama piſces: tu Macherio congrum, murænam exdorſua quantum potes.

DESTINO deſtinas, deſtinare, Conclure, propoſer, ſappreſter a quelque choſe. Plin. epiſt. 50.b, Deſtino enim (ſi tamen officij ratio permiſerit) excurrere iſto. Idem, epiſt. 8.a, Reddite literæ tuæ ſunt, quibus flagitabas vt tibi aliquid ex ſcriptis meis mitterem. Cum ego id ipſum deſtinaſſem, addidiſti ergo calcaria ſpõte currenti. Idem epiſt. 49.g, Extendi epiſtolam, cum hoc ſolũ quod requirebas, ſcribere deſtinaſſem quos libros reliquiſſet. Idem epiſt. 190, Vt venit, Deſtinatum eſt inquam mihi maritum tuum non multum pati. Idem epiſt. 12.c, Miſit ad me vxor eius C. Geminium cum triſtiſſimo nuntio, deſtinaſſe Corellium mori.

Deſtinare cenſores, Eſlire, & ordonner des cenſeurs, ou autres officiers. Plinius epiſt. 300, Ego à deſtinatis cenſoribus quid ſentirem interrogatus, eos quidem qui minores triginta annis geſſiſſent magiſtratum, putabam poſſe in ſenatum & ſecundum edictum Auguſti, & ſecundum legem Pompeiam legi.

eſtinare diem: Ordonner iour, ou aſſigner. Plinius epiſt. 203, Intelligo enim me, dum veDniam prioribus peto, in illa ipſa quæ annotaueras incidiſſe. ſed confodias licet, dum modo iam nunc deſtines diem, quo & de illis, & de his coram exigere poſſimus. Cic. lib.5. Tuſc. Ad horam mortis deſtinatam.

Deſtinare de. Suet. de Cæſare, De ampliando imperio plura aut maiora in dies deſtinabat. Id

eſt, parabat, conſtituebat, deliberabat.

Deſtinare ædes: Acheter maiſon, dire au dernier mot cõbien on en veult bailler. Plau. in Moſt. 8.124, Quid ita ſpecula clamas clamorem merum? T. bene hercle factũ. quid, eas quanti deſtinat? T R. talentis magnis totidem quot ego & tu ſumus. Combien a il deliberé den donner? Idem in Perſa, 16.197, Adoleſcens vin' vendere iſthanc? s. magis libet, quàm perdere. D. tum tu pauca in verba confer, quid datur? tanti indica. s. faciam ita vt te velle videam, vt emas: habe tibi centum mnis. D. nimium eſt. s. octoginta. D. nimium eſt. s. nummus abeſſe hinc non poteſt, quod nũc dicam. D. quid id eſt ergo? eloquere actûtum, atque indica. s. tuo periculo ſexaginta hæc datur argenti mnis. D. Toxile quid ago? T. di deæque agitent irati ſcelus, qui hanc non properes deſtinare. Ibidem, 15.76, Iámne illam deſtinas? D. videam modo mercimonium. Idem in Rud. 2.45, Adoleſcẽs quidam ciuis huius Atticos, eam vidit ire è ludo fidicinio domum, amare occœpit. ad lenonẽ deuenit, minis triginta ſibi puellam deſtinat, dátque arrabonem, & iureiurando alligat. Il eſt cõtent & a deliberé de bailler trente mines pour icelle.

Deſtinare puellam: Promettre ſa fille en mariage a aucun. Plin. epiſt. 1 11. b. lib. v, Iam deſtinata erat egregio iuueni, iam electus nuptiarum dies, nos vocati.

Deſtinare, Mittere: Enuoyer. Iuuenalis, Deſtinat hoc monſtrum cymbæ liníque magiſter Pontifici ſummo.

Deſtinare, Alligare. Apuleius lib. 4. de aſino aureo, Arreptum me loro quàm valido, ad anſulam quandam deſtinatum.

DESTITVO deſtituis, deſtitui, deſtitutũ, deſtituere, Statuere, Ficher, & faire tenir a quelque choſe. Plaut. in Rudente, 19.42, Heu hercle, ne iſtic phana mutãtur cito? hoc Herculis eſt iam phanum, Veneris quod fuit: ita duo deſtituit ſigna hic cum clauis ſenex. Cæcilius, Deſtituit omnes ſeruos ad menſam ante ſe.

Deſtituere, Derelinquere, Delaiſſer. Plaut. in Menæh. 17.51, Dic mihi iſthuc Menæhme, quod vos diſſertatis, vt ſciam. quid tu triſtis es? quid illam autem iratam abs te deſtituis? Virg. Et freta deſtituent nudos in littore piſces.

Deſtituere: Priuare. & tunc cum ablatiuo conſtruitur. Columella, lib. 4, Rurſus nimiam ſiccitatem deſtituere plantas naturali alimento.

Deſtituere nauem anchoris, apud Næuiũ, pro diſſoluere, Multo nauẽ iubet deſtitui anchoris.

DESTRINGO deſtringis, deſtrinxi, deſtrictum, deſtringere, Arracher & rompre, ou cueillir de quelque choſe, ou coupper. Columella lib. x 11, Tum & olea deſtringenda eſt, ex qua velis viride oleum efficere. Martialis, Pergamus hàs miſit, curuo deſtringere ferro: Non tã ſæpe teret linthea fullo tibi.

Deſtringi aliquid, & abradi bonis. Plin. in paneg. 59, Itaque illis irrogatum eſt, his remiſſum, videlicet quòd manifeſtũ erat, quanto cum dolore laturi, ſeu potius nõ laturi eſſent, deſtringi aliquid & abradi bonis, quæ ſanguine, gentilitate, ſacrorum denique ſocietate meruiſſent.

DESTRVO deſtruis, deſtruxi, deſtructũ, deſtruere, Deſtruire & gaſter ce qui eſtoit edifié.

Deſtruit eum infamia. Plinius in paneg. 137, Multis illuſtribus dedecori fuit aut inconſultius vxor aſſumpta, aut retenta patiẽtius: ita foris claros domeſtica deſtruebat infamia: & ne maximi ciues haberentur, hoc efficiebat, quòd mariti minores erant.

DESVBITO aduerbium, Incontinent, Tout ſubit, ſubitement. Plautus in Bacchid. 1.46, Quid ſi apud te veniat de ſubito prãdium aut potatio forte, aut cœna, vt ſolet in iſtis fieri cõciliabulis? Idem in Moſtell. 6.62, Nam cuiuis homini vel optimo vel peſſimo, quanuis de ſubito facile eſt facere nequiter.

DESVBVLO deſubulas, deſubulare, A ſubula, ſignificat perfodere. Varro, Alterũ Carneadem deſubulaſſe bona corporis. Nonius Marcellus.

DESVDO deſudas, deſudare, Fort ſuer.

Deſudaſco deſudaſcis, deſudaſcere. Et deſudaſcitur impersonale. Plau. in Bacch. 1.33, Quid ego metuam rogitas? homo adoleſcens penetrem huiuſmodi in palæſtram, vbi dãnis deſudaſcitur, vbi pro diſco damnum capiam, pro curſura dedecus?

DESVEO deſues, deſueui, deſuetum. antiquum verbum, vt docet Nonius: Id eſt conſuetudinẽ ei abſtuli. Titinnius Gemina, Paraſitos amoui, lenonem ædibus abſterrui, deſueui ne quò ad cœnam exiret extra conſilium meum.

Deſueſco deſueſcis, deſueui, deſuetum, deſueſcere: Se deſaccouſtumer.

Deſuetudo deſuctudinis, Deſaccouſtumance. Liuius lib. 1, Mitigandum ferocem populũ armorum deſuetudine ratus.

Deſuefacio deſuéfacis, deſuefacere, Deſaccouſtumer.

Deſuefactus, deſuefacta, deſuefactum, Deſaccouſtumé. Cic. pro A. Cluentio. Qui, quòd roſtra iã diu vacua, locúmque illum poſt aduẽtum Lucij Syllæ à tribunitia voce deſertum oppreſſerat, multitudinémque iã deſuefactã à cõcionibus, ad veteris cõſuetudinis ſimilitudinẽ reuocarat.

DESVM, dees, deeſt, defui, deeſſe: Deficere. Terentius in Heaut. 3.3.26, Abi deambulatum. CL. deambulatum, quóſ's. vah, quaſi deſit locus. Comme ſil y auoit faulte de lieu. Plaut. in Trucul. 8.63, Me potius non amabo, quàm huic deſit amor. Que amours luy defaillent: quil nait aucune quil aime. Terent. in Phormione, 2.1.69, Non ratio, verũ argẽtum deerat. Largent leur defailloit.

DESYDERO deſyderas, deſyderare: Deſyrer. Cic. de ſenect. 44, Non caret is qui non deſyderat. Plaut. in Sticho, 9.10, Nunc me gratiã abs te inire verbis nihil deſydero. Ie ne deſyre point beaucop. Idem in Trinũmo, 13.67, Fieri iſthuc ſolet, quod in manu teneas, atque oculis videas, id deſyderes: Tu cerche & deſyre ce que tu as, comme ſi tu ne lauois point.

Deſyderare, per tranſlationem, pro deficere, vel mori: quòd qui mortui ſunt, vel quæ deficiũt, quæque non habẽtur deſyderemus, ſiue in nobis, ſiue in alijs. Deſyderare in. Curtius, In eo prælio trecẽti capti, quinquaginta milia deſyderata ſunt. Ils moururẽt cinquãte mille hõmes

Deſydero vires tuas: Tu nas nulle force. Cic. de ſenect. Non curia vires meas deſyderat, non roſtra, non amici, non clientes.

Deſyderare aliquid ab aliquo. Cic. de amicitia, 69, Plerique peruerſe, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipſi eſſe non poſſunt: quæque ipſi non tribuunt amicis, hæc ab his deſyderant. Ils requierent dautruy, ce quils ne font pas eulxmeſme. Idem de ſenectute, 40, Quòd ea voluptates nullas magnopere deſyderat.

Deſyderare, inquit Feſtus, à ſyderibus dici, certum eſt. Sunt qui ſydus à σὺρ & ἁλῶρ deducãt. & per y ſcribunt deſydero. Alij à ſido ſidis: & per i latinũ ſcribẽdũ cenſent. Vide SYDVS.

Deſyderium deſyderij, n.g. Deſyr & grand amour que on ha a aucun. Iuuenalis, Cur deſyderio Bibulæ Sertorius ardet? Cic. de amicitia, 68, Eſt enim is amicus quidem qui eſt tanquam alter idem. quòd ſi hæc apparent in beſtijs, volucribus, agreſtibus, natantibus, ſuibus, cicuribus, feris: primum vt ſeipſi diligant (id enim pariter cum omni animãte naſcitur) deinde vt requirant, atque appetant aliquas alias animantes, ad quas ſe applicent eiuſdem generis, idque faciunt cum deſyderio, & cum quadam ſimilitudine amoris humani &c.

Deſyderium, Nimia cupiditas videndi eum qui abeſt: Deſyr de veoir celuy qui eſt arriere de nous. Terent. in Heaut. 4.5.5, Ita magno deſyderio fuit ei filius. Ibidem, 2.3.66, Vbi dicimus rediſſe te, & rogare vti veniret ad te, mulier telam deſerit continuo, & lachrymis opplet os totum ſibi, vt facile ſcires deſyderio id fieri tuo. Damour quelle ha en toy, ou de deſyr quelle auoit de te veoir.

Deſyderio alicuius moueri: Auoir deſyr, ou regretter aucũ qui eſt mort. Cicero de amicitia, 9, Ego ſi Scipionis deſyderio me moueri negem, quàm id recte faciam, viderint ſapientes, ſed certe mentiar.

Deſyderiũ non ferre alicuius. Cic. de amicitia, 86, Quarum rerũ recordatio & memoria ſi vnà cum illo occidiſſet, deſyderiũ cõiunctiſſimi viri atque amãtiſſimi ferre nullo modo poſſem.

In deſyderio eſſe. Cic. de amicitia, 86, Diutius in hoc deſyderio eſſe non poſſum.

Deſyderio alicuius teneri. Cic. de ſenectute, 29, Moderatio modo virium adſit, & tãtum quãtum quiſque poteſt, nitatur: nec ille quidem magno deſiderio tenebitur virium. Il ne deſyrera point beaucop dauoir force.

Deſyderatio, deſyderationis, fœm. g. Deſyr. Cicero de ſenectute, 43, At non eſt voluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus. credo, ſed nec deſyderatio quidem. nihil eſt autem moleſtum quod non deſyderes.

DETEGO detegis, detexi, detectum, detegere, Deſcouurir. Plaut. in Rud. 3.3, Detexit ventus villam. Idem in Moſtell. 3.41, Texit, detexitque me illico.

Detexit ſtomachum. Plaut. in Amph. 15.35. Hominem ne congrediamur quæſo, priuſquam ſtomachum detexerit. Deuant quil ait paſſé ſa fumee, quil ſoit appaiſé.

Detexit mihi modeſtiam. Plaut. in Moſtell. 4.7, O Venus venuſta, hæc illa eſt tempeſtas mea, mihi quæ modeſtiam omnem detexit, tectus qua fui. Celle qui ma oſte toute modeſtie.

DETERGEO deterges, vel detergo detergis, deterſi, deterſum, detergêre, vel detérgere. Tor-

cher nettement. Plaut. in Menæh. 3. 2, Iuuentus nomen fecit Pœniculo mihi, Ideo quia menſam quãdo edo detergeo. Pli. in paneg. 81, Datur intueri pulcherrimas ædes, deterſo ſitu auctas & vigẽtes. Columella lib. 3, Quoties falcẽ acueris, ea pelle aciẽ detergito, Idem lib. 8, Aut cornu aut vngula tundunt, aut arbori affricant, parietibúſve detergent.

DETERMINO determinas, determinare, Aſſeoir les bornes a, la fin de chaſcune terre meſuree. Plaut. in Pœnulo, 2 49, Vos ſignatores eritis. eius nunc regiones, limites, cõfinia determinabo, ei rei finitor factus ſum ego.

DETERO deteris, detriui, detritum, deterere, Valde terere, Fort briſer & caſſer. Columella lib. 1, Area optima eſt in ſilice conſtructa, quòd & celeriter frumenta deteruntur.

Deterere calces, Vſer, ou refouller ſes talons. Plaut. in Mercat. 22. 111, Sequere ſiṣ. c. ſequor. E. clementer quæſo, calces deteris.

Deterere: Deſtruire & gaſter. Plin. Nimia cura deterit magis, quàm emendat.

Deterere laudes alicuius. Horatius in Odis, Laudes Cæſaris ac tuas culpa deterere ingeni.

Detrimentum detrimenti, n. g. Dommage. A detritu: quòd ea quæ trita, minoris pretij ſunt, inquit Varro de lingua latina, lib. 4. Terent. in Hecyra, 2. 1. 37, Satis ſcio peccãdo detrimẽti nihil fieri poteſt.

Deter, ſiue deterus detera deterum, Cui aliquid deeſt, quaſi detritum, ne bonũ ſit, Qui eſt ſi vſé quil ne vault plus rien. Deter deterior deterrimus: Qui eſt empiré, meſchant, & ne vault rien. Plaut. in Bacch. 23. 60, Vidi ego hominem nequam, verum te neminem deteriorem. De pire que toy. Idem in Epid. 10. 11, Strenuiori deterior ſi prædicat ſuas pugnas, de illius ore fiunt ſordidæ. Terent. in Heaut. 3. 1. 74, Deteriores omnes ſumus licentia. Plaut. in Moſtell. 8. 67, Quid tu nunc hominum te omnium deterrime, veniſti huc oſtẽtatum? Terent. in And. 5. 1. 16, Per ego te deos oro, vt ne illis animum inducas credere, quibus id maxime vtile eſt, illum eſſe quàm deterrimum.

DETERREO deterres, deterrui, deterritum, deterrere: Par vng eſpouantement & crainte deſtourner aucun de faire quelque choſe. Plaut. in Amph. 7. 7, Tamen quin loquar hæc vti facta ſunt, nunquam vllo modo me potes deterrere. Cic. lib. 1. Tuſcul. Itaque non deterret ſapientem mors, quæ propter incertos caſus, qui quotidie imminent. &c. Terentius in Heaut. 1. 1. 27, Rectum ego vt faciam, non vt deterream.

Deterrere à. Cic. de opt. dicendi genere, Nec verò Ariſtotelem in philoſophia deterruit à ſcribendo amplitudo Platonis, nec ipſe Ariſtoteles admirabili copia cæterorũ ſtudia reſtrinxit.

Deterrere ne. Terent. in prologo Phorm. 3, Maledictis deterrere ne ſcribat parat. Idem in prologo Hecyræ, 27, Quòd ſi ſcripturam ſpreuiſſem in præſentia, & in deterrendo voluiſſem operam ſumere vt in otio eſſet potius quàm in negotio, deterruiſſem facile ne alias ſcriberet.

DETESTOR deteſtaris, Fort proteſter, ou teſtifier. Plautus in Menæh. 17. 53, Quiſquis es, quicquid tibi nomen eſt ſenex, ſummũ Iouem, deóſque deteſtor, me neque iſti malefeciſſe mulieri &c. Ie prens dieu a teſmoing, Dieu me ſoit en teſmoing.

Deteſtari, Teſmoingner de quelque choſe que on la en horreur & abomination. Horat. lib. 1, Carm, Belláque matribus deteſtata.

Deteſtari nomen alicuius à rep. Cic. in L. Piſonem, Omnes memoriam conſulatus tui, facta, mores, faciem denique, ac nomen à rep. deteſtantur. Tous ont en horreur quil ſoit aucune memoire de ton conſulaſt en la rep.

Deteſtabilis & hoc deteſtabile: Deteſtable, & que on doit auoir en horreur. Cic. de Amicitia, 27, Primum ex ea charitate quæ eſt inter natos & parentes: quæ dirimi, niſi deteſtabili ſcelere non poteſt. Idem de ſenectute, 37, Quocirca nihil eſſe tam deteſtabile, támque peſtiferum quàm voluptatem.

DETEXO detexis, detexui, detextum, detexere. Deffiller de la toille: la deſtiſſer.

Detexere telam, Fort ordir ou tiſſer de la toille. Plaut. in Pſeudol. 6. 7, Neque exordiri primũ, vnde occipias, habeas, neque ad detexundam telam certos terminos. Tranſlatio. Detexere pallium: Fort tiſſer vne robbe. Plaut. in Amph. 4. 140, Illic homo hoc denuo vult palliũ detexere. Tranſlatio, pro vult me verberare.

Detexere: Perficere. Virg. ſecunda Egloga, Quin tu aliquid ſaltem, potius quorum indiget vſus Viminibus, mollíque paras detexere iunco? Detexere, Id multum texere, finire, perficere.

DETINEO detines, detinui, detentum: detinere: Detenir, ou retenir aucũ quil ne ſen aille, ou face ce quil veult, le retarger. Plaut. in Aſin. 9. 8, Si quidem nunc ſummum Iouem te dicas detinuiſſe, atque is precator adſiet, malam rem effugies nunquam. Idem in Ciſtell. 5. 14, Ni-

ſi quia miſer, ne eo peſſum, mihi vlla abeſt iam perdito pernicies: ita pater apud villã detinuit me hoſce ſex dies ruri. Terent. in Eun. 2.2.48, Detineo te fortaſſe, tu profectus aliò fueras.

Detinuit me morbus. Terent. in Phorm. 4.1.8, Pol me detinuit morbus.

Detinuit me negotium. Plaut. in Perſa, 15 39, Neque iſtò redire his octo poſſum menſibus: Itaque hic eſt quod me detinet negotium.

Detineri vẽtis: Eſtre engardé des vens daller plus oultre. Plin. epiſt. 124.a, Mox quum è militia rediens in Icari inſula ventis detinerer.

Detinet nos de noſtro negotio: Il nous retargé & empeſche de faire noſtre affaire. Plautus in Pœnulo, 4.179, Aliquid huic reſponde. M. ámabo commode, ne incommodus nobis ſit: nã detinet nos de noſtro negotio.

DETONDEO detondes, detondi, detonſum, detõdere, Tondre tout a faict, depuis le hault iuſques en bas. Plaut. in Bacchid. 23.8, Pol hodie altera iam bis detõſa certo eſt. De ouibus loquitur. Columella, lib. 8, Et eſt modus optimus conſiderare tempeſtates, quibus ouis, neque frigus, ſi lanam detraxeris: neque æſtum, ſi nondum detonderis, ſentiat. Verum cũ quæque detonſa fuerit, vngi debet tali medicamine.

DETORQVEO detorques, detorſi, detortum, detorquere: Deſtordre. Columella libro 4, Sed quod in ſalicto conſerendo vitauerimus, id ſequamur in eiuſmodi malleolo, quem eſt neceſſe longiorem facere, ſi volumus detortum pangere.

Detorquere: per tranſlationem poſitum. Cic. lib. 2. off. Nã & voluptates blandiſſimæ dominæ maiores partes animi à virtute detorquẽt. Deſtordent, & mettent hors du chemin de vertu.

Detorquere rectè facta: Blaſmer & reprendre quelque bien faict, le prendre a mal. Plin. epiſt. 8.c, Nam cum ipſi honeſtati, tum aliquanto magis gloriæ eius, prædicationique inuidemus: atque ea demum rectè facta, minus detorquemus & carpimus, quæ in obſcuritate & ſilentio ponuntur.

DETRAHO detrahis, detraxi, detractum, detrahere, Deſueſtir, oſter la robbe a aucũ, luy tirer ſes chauſſes, ſes ſoulliers, & toutes autres choſes. Terent. in Heaut. 1.1.72, Aſſido, accurrunt ſerui, ſoccos detrahunt. Plaut. in Aſin. Nudo detrahere me veſtimẽta iubes. Terẽt. in Eunucho. 4.4.40, Chæreáne tuam veſtem detraxit tibi?

Detrahere nido. Virg. georg. lib. 3, Obſeruans nido implumes detraxit.

Detrahere de. Plaut. in Truc. 13.5, Homo crumenã ſibi de collo detraxit. Terent. in Heaut. 4.1.43, Cum exponendam do illi, de digito annulum detraho.

Detractus eſt pedibus. Suet. de claris Rhet. 5. C. Albutius Silus Nouarienſis cum ædilitate in patria fungeretur, cum forte ius diceret, ab ijs contra quos pronuntiabat, pedibus è tribunali detractus eſt.

Detrahere alicui: Oſter quelque choſe a aucun par violence. Cic. de off. lib. 3, Nunquam cõmittit vt alienum appetat: & id quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat. Idem de frumẽta. in Verrem, Poſtremo ſicuti ciuitati ſociæ tantum detraxit, quantum commodum fuit. Idem in Hortenſio, Vt ea ſibi ratio vera reſtituat, quæ conſuetudo vitioſa detraxerit.

Detrahere: Extrahere, Tirer hors. Lucilius libro xxix, Cum ipſi in locum deſcendant, cum alios detrahant.

Detrahere alteri, Derogare, Detracter daucũ, dire mal daucũ. Ouid. de Triſtib. Detrahat authori multum fortuna licebit.

Detrahere de. Cicero Appio, Ego ſi in prouincia detrahere de tua fama vnquã cogitaſſem. Idem de reſponſis Aruſp. Qui in concione detrahat de Põpeio. Idem de ſignis, Et ſi quæritis vt ipſe de me detraham, illos ego accuſatores puto.

Detrahere de commodis ſuis: Diminuer de ſon prouffit. Cic. de Amicitia, 51, Multæque res ſunt, in quibus de ſuis commodis viri boni multa detrahunt, detrahíque patiuntur, vt his amici potius, quàm ipſi fruantur.

Detrahere de viuo. Cicero pro L. Flacco, Dat de lucro, nihil detrahit de viuo, minus igitur lucrifacit.

Detrahere aliquem de cælo: De ſumma gloria eum perturbare, Le ruer ius des grans hõneurs quil ha. Cic. in Philipp. 2, Collegam tuum de cælo detraxiſti.

Detrecto detrectas, detrectare. frequentatiuum, Vitare, fugitare, auerſari, reſtitare: Refuſer a faire quelque choſe, ſen reculler arriere: Ne le vouloir faire. Tacitus, Nec Sequani detrectare certamen, fortuna melioribus affuit: fuſi Lingones. Quintil. in ſecundo, Rhetorice officia ſua non detrectet: nec occupari gaudeat pertinentem ad ſe laborem: quæ dum opere cedit, iam

penè poſſeſſione depulſa eſt. Arrianus, de re militari, Grauius autem delictũ eſt detrectare munus militiæ, quam appetere. Virg. libr. 3. georg. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo, Aut iuga detrectans, interdúmque aſpera cornu. Plin. de viris illuſt. 62, Metellũ ſororis ſuæ virum laudare noluit, quòd is olim ſuum iudicium & leges detrectarat.

DETRVDO detrudis, detruſi, detruſum, detrudere, Ruer ius en poulſant. Cic. pro A. Cecinna, Neceſſe eſt eum detrudi, cui manus afferantur. neceſſe eſt inquam, ſi ad verbum rem volumus attingere, neminem ſtatu detruſum, qui non adhibita vi manu demotus & tactus præceps intelligatur. Plaut. in Mercat. 4. 6, Eos qui te aduerſum eunt, aſpellito, detrude, deturba in viam. Liuius lib. 2, Iam impetu conabantur detrudere virum.

Detrudunt naues ſcopulo: Il poulſent leurs nauires arriere du rocher. Virg. in primo AEneid.

Detrudere: Pouſſer aucun qui ne veult cheminer, le faire marcher par force. Plaut. in Aulul. 10. 8, O Strobile ſubdole, huccine detruliſti me ad ſenem parciſſimum? Idem in Pœnulo, 17. 32, Ego iam detrudam ad molas, inde porrò ad puteum, atque robuſtum codicem. Plin. de viris illuſt. 66, Conſuli legibus agrarijs reſiſtenti vt multus ſanguis efflueret è naribus, morti iam detrudi ſe dicebat.

Detrudere aliquem ad mendicitatem: Mettre aucun a poureté, preſt a querir ſon pain. Plaut. in Menæhmis. 5. 22, Hoc animo decet animatos eſſe amatores probos, qui quidẽ ad mendicitatem ſe properent detrudere.

Detruſit nos ad ea. Cicero lib. 1. offic. Sin aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit, quæ noſtri ingenij non erunt.

Detrudere regno: Chaſſer aucun de ſon royaume. Virg. lib. 6. AEneid. Hic & Aloidas geminos immania vidi corpora, Qui manibus magnũ reſcindere cælum Aggreſſi, ſuperíſque Iouem detrudere regnis.

DETVRBO deturbas, deturbare, Ruer ius par violẽce. Plaut. in Rud. 2. 78, Ad villã illius exul vbi habitat ſenex cuius deturbauit ventus tectum & tegulas. Virg. Puppi deturbat ab alta. Columella lib. v, ad pampinationem tranſtulit, Vinitor, inquit, qui antè ferro, nũc manu deputet, vmbríſque compeſcat, ac ſuperuacuos pampinos deturbet.

Deturbare aliquem ædibus, Mettre hors aucun de la maiſon par les eſpaules. Plaut. in Amph. 15. 55, Quid mali fecit tibi? A. rogas? ex illo tecto excluſum foribus me deturbauit ædibus.

Deturbare aliquem in via. Plaut. in Milite, 5. 6, Hunc deturbatote in via.

Deturbauit illi verecundiam. Plaut. in Moſtell. 3. 40, Hæc verecundiam mihi & virtutis modũ deturbauit. Elle ma oſté toute honte.

Deturbare ex ſpe. Cic. Cn. Pompeio, Sed hoc ſcito, tuos veteres hoſtes, nouos amicos vehementer literis tuis perculſos, atque ex ſpe deturbatos iacere. Iettés hors deſperance.

DETVRGEO deturges, deturſi, deturgere, Se deſenfler.

Deturgere, Se deſcroiſtre. Plin. Deturgente Nilo, muſculi reperiuntur.

DETVRPO deturpas, deturpare: Gaſter, ſouiller, alaidir. Suet. in Calig. cap. 35, Pulchros & comatos, quotiens ſibi occurrerent, occipitio raſo deturpabat.

DEVEHO deuehis, deuexi, deuectum, deuehere: Mener par charroy ou nauire. Plinius epiſt. 101. c. lib. v, Medios ille agros ſecat, nauium patiens, omnéſque fruges deuehit in vrbem, hyeme duntaxat & vere.

Deuehere, Emporter. Iuuenalis, Vnde alius furtiue deuehit aurum.

DEVELLO deuellis, deuelli, vel deuulſi, deuulſum, deuellere.

DEVENIO deuenis, deueni, deuentũ, deuenire, De loco editiore deſcendere: Deſcẽdre den hault en bas. Virg. lib. 4. AEneid. Speluncam Dido dux & Troianus eandem Deueniunt.

Deuenire domum: Aller, venir ou arriuer en la maiſon. Plaut. in Epid. 8. 28, Verum nunc ego aſtutiam hãc inſtitui, Deueniam ad Lenonẽ domum egomet ſolus. Idem in Milite, 15. 10, Sororem hic eius geminam eſſe, & matrẽ dicito, quibuſcum comitata, recte deueniat domũ.

Deuenire ad. Plaut. in Pœnulo, 9. 14, Viam qui neſcit qua deueniat ad mare, eũ oportet amnẽ quærere comitem ſibi. Idem in Aulul. 9. 38, Pulmentum pridem ei eripuit miluius, homo ad prætorem plorabundus deuenit. Nonius hoc loco legit, deplorabundus venit.

Deuenit ad illum malum. Mal leſt venu veoir. Terent. in Heaut. 4. 5. 2, Ita me dij amabũt, vt nunc Menedemi vicem miſeret me tantum deueniſſe ad eum mali.

Deuenire in inſidias. Plau. in Menæh. 4 25, Heus adoleſcẽs, ecqua in iſthac pars mihi eſt præmij? M. perij: in inſidias deueni. P. imò in præſidiũ, ne time. Ie ſuis accable, ie ſuis cheut entre les mains de ceulx qui me guettoient. Idem in Aſinaria, 3. 93, Quid ais tu Demenete?

quid ſi forte in inſidias deuenero? tum redimes me, ſi me hoſtes interceperint? D. redimam.

DEVENVSTO, deuenuſtas, deuenuſtare: Deturpare, Allaidir, Gaſter, ſouiller. Gellius, Tã quam pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet.

DEVERBERO deuerberas, deuerberare: Treſbien battre aucun. Terent. in Phor. 2.2.13, Quot me cenſes homines iam deuerberaſſe vſque ad necem hoſpites, tum etiam ciues?

DEVERRO deuerris, deuerri, vel deuerſi, deuerſum, Deuerrere, Ballier nettement, ou ballier ordures de quelque lieu. Columella lib. 8, Stabula verò frequenter deuerrenda & purganda, humórque omnis vrinæ deuerrendus eſt.

DEVERSVS, veteres dicebant, quaſi deorſum verſus. Feſt. Pomp.

DEVERTO, vel deuorto: frequentiſſime apud Plautum legitur, pro diuerto. more antiquo. Vide DIVERTO.

DEVESTIO deueſtis, deueſtiui, deueſtitum, deueſtire, Deſueſtir. Apul. lib. 3, Iam primũ omnibus lacinijs ſe deueſtit.

DEVEXVS, deuexa, deuexum, Decliuis, & deflexus, Qui panche droit en bas. Columella lib. 1, Parte campeſtri, parte alia collibus vel ad orientem vel ad meridiem molliter deuexis. Plin. epiſt. 101. c. lib. V, Cuncta perennibus riuis nutriuntur, vbi aquæ plurimum, palus nulla, quia deuexa terra, quicquid liquoris accepit, recebſorbuit, effundit in Tyberim.

Deuexitas deuexitatis. Decliuitas, Pãchement droit en bas. Plin. epiſt. 161. a, Lato gremio pateſcit purus fons & vitreus, vt numerare iactas ſtipes, & relucentes calculos poſſis. Inde nõ loci deuexitate, ſed ipſa ſui copia, & quaſi pondere impellitur.

DEVINCIO deuincis, deuinxi, deuinctum, deuincîre, Fort ſarrer & lier. Plau. in Captiuis, 4.1, Aduerte animum, ſcis tu iſtos captiuos duos, heri quos emi de præda de quæſtoribus, his indito catenas ſingularias: iſtas maiores, quibus ſunt deuincti, demito. Quidã legunt vincti.

Deuincire ad. Plaut. in Pſeud. 4.68, Cras te quaſi Dircen olim (vt memorant) duo gnati Iouis ad taurum deuinxere, item hodie te ſtringam ad carnarium.

Deuincire ſibi aliquẽ beneficio: Obliger a ſoy aucun par luy faire plaiſirs & ſeruices. Plaut. in Aſinaria, 15.21, Quoniam tibi poteſtatem dedi cum hac annum vt eſſes, atque amanti argẽti feci copiam. AR. hem iſthoc me facto tibi deuinxiſti. Ibidem, 7.19. Ambobus nobis ſint obnoxij, noſtro deuincti beneficio. Plin. epiſt. 7.2, Etenim ſicut fas eſt mihi, præſertim te exigente, excuſare Bethicis contra vnum hominem aduocationem, ita nec fidei noſtræ, nec conſtantiæ quam diligis, cõuenit adeſſe contra prouinciam, quam tot officijs, tot laboribus, tot etiam periculis meis aliquando deuinxerim.

Deuincimini vtrique ab vtriſque beneficio: Vous eſtes obligés les vngs aux autres par bienfaicts. Terent. in Heaut. 2.4.14, Hoc beneficio vtrique ab vtriſque vero deuincimini.

Deuincire homines charitate. Cic. Coniunctio ſanguinis deuincit homines charitate.

Deuinxit ſe animus cupiditate mala. Terẽt. in Heaut. 1.2.34, Verum vbi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala, neceſſe eſt Clitipho conſilia conſequi conſimilia. Puis quil ſeſt entrelaſſé, entremeſlé, & lié auec cupidité.

Deuinctus metri neceſſitate, Contraint. Plin. epiſt. 129. d, Ineſt his quoque eadem quæ alijs carminibus vtilitas, quòd metri neceſſitate deuincti, ſoluta oratione lætamur.

DEVINCO deuincis, deuici, deuictum, deuincere: Surmonter, vaincre. Plaut. in Bacchid. 20.44, Poſthæc cum magnifico milite, qui verbis vrbes inermis capit, conflixi, atque hominem repuli, deín pugnam conſerui ſeni: eum ego adeò mendacio vno deuici, vno ictu extemplo cepi ſpolia. Terent. in And. 3.3.30, Spero conſuetudine & coniugio liberali deuictũ Chreme. Cic. de ſenect. 41, Qui pœnos claſſe primus deuicerat.

Deuictus animus. Terent. in Hecyra, 1.2.104, Hic animus partim vxoris miſericordia deuictus, partim victus huiuſce iniurijs.

DEVIVS deuia deuium, Qui eſt hors de la voye ou chemin: Deſuoyé.

Deuium, per tranſlationem dixit Cicero in Lælio, Quid poteſt eſſe tam flexibile, tam deuiũ, quàm animus eius, qui ad alterius nõ modo ſenſum ac voluntatem, ſed etiam vultum atque nutum conuertitur? I a il choſe qui aille plus de trauers, & plus hors de la droicte voye.

Deuium ſcortum dixit Horatius, quod eſt à via remotum.

Deuia rura. Propertius, Lætor quòd ſine me deuia rura colis. Champs par ou on ne paſſe point, & ſont arriere du chemin.

Deuius æqui, Apud Sylium Italicum. Qui ne va point a lequité.

Deuio deuias deuiare: Aller hors de la droicte voye.

DEVITO, deuitas, deuitare, Eſchapper, fuyr, & euiter. Terent. in Phorm. 1.4.3, Subito tanta te impendent mala quæ neque vti deuitem ſcio, neque quomodo me inde extraham. Idem in And. 3.5.5, Poſthac incolumem ſat ſcio fore me, nunc ſi deuito hoc malum.

DEVNX deuncis, ſ.g. Vnciæ vndecim, quaſi dempta vncia ab aſſe.

DEVOCO deuocas, deuocare, Inde vocare, Appeller, ou hucher aucũ de la ou il eſt, affin quil vienne & retourne. Liuius lib. 4, Cum à ſaucijs ſciſcitãdo comperiſſet caſtra Volſcorum deſerta eſſe, lætus à tumulo ſuos deuocat.

Deuocare, è cœlo philoſophiam. Cic. lib. Tuſc. Socrates primus philoſophiã deuocauit è cælo. Per tranſlationem dictum, quaſi deduxit: Il la feit venir du ciel, il lamena, & attira du ciel.

DEVOLO deuolas, deuolare, Voler denhault en bas. Plautus in Amphit. 17.56, Poſtquam in cunis conditus, deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo maximi.

Deuolare in: decurrere: Haſtiuement courir. Liuius lib. 3, Alij inter tumultum præcipites, pauore in forum deuolant.

Deuolare de. Deſilire. Liuius lib. 2, Deuolant de tribunali, vt lictori auxilio eſſent.

Deuolare: Diſcedere, Se partir, ſen voler, ſen aller. Cic. ad Heren. Ita falſi amici ſereno vitæ in tempore præſto ſunt: ſimúlque atque homini fortunæ inuiderint, deuolant omnes.

DEVOLVO deuoluis, deuolui, deuolutum, deuoluere, Rouller, ou couller du hault en bas. Columella lib. 1, Huic proxima fluens aqua è montibus oriunda, quæ per ſaxa præceps deuoluitur. Liuius lib. 2, de bello Punico, Saxa ingentia in agmen deuoluunt.

Deuoluta eſt res, per tranſlationem, deuoluta eſt hæreditas, quod vulgo dicitur, de manu in manum. Idem libro v, Et eò deuolui rem, vt aut Patritij, aut patritiorum aſſeclæ habendi tribuni plæbis ſint.

DEVORO deuoras, deuorare, Deuorer & enuoyer en bas au ventre, aualler. Cato de re ruſtica, Bos ſi ægrotare cœperit, dato continuo ieiuno ouum gallinaceum crudum, integrum facito deuoret.

Deuorare dicta alicuius, Macher les mots de quelcun, Prendre pres garde a iceulx. Plau. in Aſinaria, 12.59, Auſcultate, atque operam date, & mea dicta deuorate.

Deuorare libros: Beaucop lire, & ardemment, bruſler apres. Cic. Attico, lib. VII, Quid enim tibi faciam, qui illos libros deuoraſti? quin nunc ipſum non dubitabo rem tantam abijcere, ſi id erit rectius. vtrunque verò ſimul agi non poteſt, & de triũpho ambitioſe, & de rep. libere.

Deuorare lucrum. Cic. pro Flacco, Moleſte fert ciuitas credo: amiſſum eſt enim præter ſpem quod erat ſpe deuoratum lucrum. Sumpta eſt metaphora à canibus voracibus, qui oſtenſo ſibi fruſto, malis increpant, & mãdentium ſpeciem præbent, geſtiẽtes auiditate, & gãnientes.

Deuorare moleſtiam paucorum dierum. Endurer, prendre en patiẽce lennuy de peu de iours. Cicero Philipp. VI, Quapropter Quirites expectate legatorum reditum, & paucorum dierum moleſtiam deuorate: qui cum redierint, ſi pacem afferent, cupidum me: ſi bellum, prouidum iudicatote.

Deuorare nomen alicuius: Oublier le nom daucun. Plaut. in Trinũmo, 13.60, Quod eſt ei nomẽ? s. quod ædepol homini probo. c. lubet audire. s. ille ædepol, ille. Væ miſero mihi. c. quid eſt negotij? s. deuoraui nomen imprudens modo. c. non placet, qui amicos intra dentes cõcluſos habet. s. atque etiam modo vorſabatur mihi in labris primoribus. Tractum eſt ab ijs, qui aliquid in ore tenentes, id imprudentes deuorant.

Deuorare orationem alicuius: Ouyr vne oraiſon ſans lentẽdre, la laiſſer paſſer. Cic. in Bruto, Itaque eius oratio nimia religione attenuata, à multitudine & à foro, cui nata eloquẽtia eſt, deuorabatur. Id eſt, non intellecta tranſmittebatur. Quæ ſignificatio ducta eſt ab his qui cibum non guſtatum deglutiunt, quaſi ſtupente palato.

Deuorare orationem alicuius: Ouyr voluntiers & de grande affection la parolle daucũ. Plautus in Pœnulo, 16.8, Horum profecto certa eſt hominum oratio, quam orationem hanc aures dulces deuorant.

Deuorare ſtultitiam alicuius, Endurer tellement quellement la folie daucũ. Cic. in Bruto, Hominum ſtultitias & ineptias, quæ nobis deuorandæ ſunt, non ferebat ille.

Deuorare tædium. Quintil. in XI, Deuoret initio tædiũ illud, & ſcripta lecta ſæpius reuoluendi, & quaſi eundem cibum remandendi.

DEVORTO deuortis. Vide DIVERTO.

DEVOVEO, deuoues, deuoui, deuotum, deuouere, Solenniter vouere: Faire veu ſolennel, ou promeſſe. Virg. Quorum ſe deuouet aris. Cic. lib. 3. off. Quid Agamẽnon, cum deuouiſſet

Dianæ, quod in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet illo anno, immolauit Iphigeniam.

Deuouere ſe: Morti ſe dedere: Souffrir a mourir. Cic. de ſenect. 39, Vixerat M. Curius cum P. Decio, qui quinquennio ante eum conſul, ſe pro repu. quarto cõſulatu deuouerat. Liuius lib. 9, Equidem mortem pro patria præclarã eſſe fateor, & me vel deuouere pro populo Romano, legionibúſque, vel in medios me mittere hoſtes paratus ſum.

Deuouere caput ſuum: Se mettre en danger de mort. Cic. pro domo ſua ad Pontif. Si in illo penè fato reip. obieci meũ caput pro veſtris ceremonijs atque templis, perditiſſimorum ciuium furori atque ferro: & ſi iterum cum ex mea cõtentione interitus bonorum omniũ quæreretur, vos ſum teſtatus, vobis me ac meos commendaui, méque ac meum caput ea conditione deuoui, vt ſi & eo ipſo tempore, & ante in conſulatu meo commodis meis omnibus, emolumentis, præmijs prætermiſſis, cura, cogitatione, vigilijs omnibus, nihil niſi de ſalute meorum ciuium laboraſſem, tum mihi rep. aliquando reſtituta liceret frui.

Deuouere, Eſt diris imprecationibus malum alicui optare. Ouid. in Ibin, Illum ego deuoueo, quem mens intelligit Ibin. Ibidem, Deuoueo, téque tuóſque modo.

Deuotus deuota deuotum: Qui a voué & promis ſolennellement, Qui eſt profets.

Deuotus, Deſtinatus, Voué & deſtiné ſoit a bien ou a mal. Varro, Tũ deuoto tibi animo vtere. Virg. Præcipue infelix peſti deuota futuræ.

Deuotus, Deditus: Addonné. Suet. in Tiberio Cæſ. Siquãdo, inquit, de moribus meis deuotóque vobis animo dubitaueritis. &c.

Deuotus: Dirus, & execrandus. Ouid. Viuite deuoto fœmina vírque thoro.

Deuotio deuotionis, Vouement, promeſſe ſolennelle.

Deuotio: Vne offre que on faict de ſoy, a mourir pour la choſe publique, ou autrement. Cicero pro domo ſua ad pontif. Sinautem mea conſilia, patriæ non profuiſſent, vt perpetuum dolorem auulſus à meis ſuſtinerem, hanc ego deuotionem capitis mei cum ero in ſedes meas reſtitutus, tum denique conuictam eſſe, & commiſſam putabo. Idem de natura deorũ. lib. 3, Tu autem etiam Deciorum deuotionibus placatos deos eſſe cenſes.

Deuotio: Execratio, Mauldiſſon. Suet. in Calig. Lenis adeò & innoxius, vt Piſoni decreta ſua reſcindenti non prius ſuccenſere in animũ induxerit, quàm veneficijs quoque & deuotionibus impugnari ſe comperiſſet.

Deuoto deuotas, deuotare, frequentatiuum. Cic. Cocles contra omnes copias hoſtium tenuit in ponte ſolum, qui patrem Decium, qui filium deuotauit.

Deuotorius deuotoria deuotorium, Vt carmina deuotoria, apud Liuium & Macrobium, quibus homines vrbéſque deuouebantur.

DEVS dei, Dieu.

Dii bene vertãt: Dieu vueille tourner tout a bien. Terent. in Eunucho, 2.3.98. In omnibus quæ cupite venerint dici ſolet, ait Donatus.

Dij veſtram fidem: Admirãtis aduerbium cum exclamatione, inquit Donatus. Mon dieu aydés nous. Terent. in And. 4.3.1.

Dij immortales, homini homo quid præſtat, Admirãtis exclamatio eſt. Terent. in Eun. 2.2.1.

Dij boni, boni quid porto. Exultantis vox. Terent. in And. 2.2.1.

Dijs meis iratiſſimis, A ma malheure. Plau. in Pœnulo, 6.4, Nam ego infelix dis meis iratiſſimis ſexagenos immolaui, nec potui tamen propitiatam Venerem facere, vti eſſet mihi.

Dij faciant: Optantis eſt, ſignificátque id quod vtinam. Cic. in Verrem, Dij faciant vt rei militaris, vt belli mentionem facere audeas.

Dij meliora: Modus optandi, imperfecto ſermone: ſed modus loquẽdi ita obtinuit. Liuius de bello Macedonico, Perturbata, dij meliora.

DEXTERA, vel dextra dextræ, La main dextre. Virg. Si Pergama dextra Defẽdi poſſent, etiam hac defenſa fuiſſent.

Dextra: Du coſté dextre. Plau. in Amph. 4. 179, Hinc enim dextera vox aures vt videtur verberat. Salluſt. in Iugurtha, Dextra Adherbalem adſedit.

Dextram dare: Bailler la main a aucun, luy aider. Virg. Da dextram miſero.

Per hanc te dexteram hoc oro. Terent. in And. 1.5.54, Quòd ego per hãc te dextram oro, & genium tuum, per tuam fidem, pérque huius ſolitudinem te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges. Fœderis & fidei membrum erat dextera, inquit Donatus.

Dextram dextræ committere: Toucher en la main, Promettre foy lũg a lautre. Ouid. in epiſt. Heu vbi pacta fides, commiſſáque dextera dextræ.

Dextra ſe antiqui venerabãtur, per dextram iurabant tanquam fidei ſedẽ & virtutis miniſtrã.

Dexter dextri, vel dexteri, Qui dextræ partis eſt: Qui eſt du coſté dextre. Virg. Quò tandẽ mihi dexter abis? Ou tenvas tu a la dextre?

Dexter, Proſper, propitius: Qui porte bon heur. Virg. lib. 8, Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecundo.

Dexter, Aptus, conueniens, Agilis: ab aptitudine dexteræ manus. Statius lib. 3. Syl. Signa frenatæ moderatus alæ Caſtore dextro.

Dextimum & ſiniſtimum antiqui pro dextro & ſiniſtro dicebãt. Varro de hæreſibus, A primo compito dextimam viam munit. Salluſt. in Iugurtha, Sylla cum equitatu apud dextimos, in ſiniſtra parte Aulus Manlius cum funditoribus & ſagittarijs.

Dextrouerſum, aduerbium: A dextre, du coſté dextre. Plaut. in Curc. 2. 70, Quò me vortam neſcio. P A. Si deos ſalutas, dextrouerſum cenſeo. Idem in Rud 4. 87, Salua eſt, euaſit ex aqua, iam in littore eſt: ſed dextrouerſum aduorſa it in malam crucem.

Dextrocherium dextrocherij, muliebre brachiorum ornamẽtũ, quod ex auro in annuli lati formam gemmis pretioſiſſimis integebatur. Iulius Capitolinus ſcribit Maximinum pollice fuiſſe tam vaſto, vt dexterochio vxoris vteretur pro annulo.

Dextrarij, dicuntur equi maxime bigarij.

Dextero dexteras, equos bigarios iungo. Solinus, Tarpeium Iouem terna dexteratione luſtrauit. Laurent. Valla, Triumphaſſe exiſtimas Cæſarẽ quoties domo prodibat, vt nũc ſolet papa præcedentibus equis albis, quos ſtratos famuli dextrant.

D I

DI & dis, præpoſitiones eiuſdem ſignificationis ſunt, quia ambæ ſeparatiue & in compoſitione reperiũtur. Componitur autẽ di, cum dictionibus incipiẽtibus à D, vt Diduco: G, vt Digero: L, vt Diluo: M, vt Dimitto: N, vt Dinumero: I, vt Diiudico: V, vt Diuerto.

DIABATHRA, diabathræ, Genus ſolearum græcanicarum, vt inquit Feſtus Pomp.

Diabathrarius diabathrarij, Qui ſoleas huiuſmodi conficiebat. Plaut in Aulul. 15. 41, Propolæ, lintheones, calceolarij, ſedentarij, ſutates, diabathrarij, ſolearij &c.

DIABOLVS diaboli, latine calumniator dicitur. Διαβολὴ, calumnia, Διαβάλλω criminor.

DIACON diaconos, & latina inflexione diaconus, diaconi, à Διακονέω, miniſtro. Eſt enim diaconus, miniſter.

DIADEMA diadematis, n. g, Vng diademe de roy. à Διαδέω corono vel circum ligo.

Diadematus diademata diadematum, Diademate ornatus. Cic. in oratione ad populum, Non vt pro Q. Metello viro clariſſimo iam ſpectata ætate filius, nõ L. Diadematus cõſularis ſumma authoritate, non Qu. Metellus Cenſorius.

DIAETA diætæ, fœm. gen. Cœnaculũ in quo æſtate cœnatur ad vmbram, hyeme ad ſolem, quod & cœnatio ſiue cœnatiuncula dicitur. Plinius in epiſt. Ex triclinio in diætam ſiue cœnatiunculam tranſitus. Idem epiſt. 41. e, Hic turris erigitur: ſub qua diætæ duæ, totidémque in ipſa: præterea cœnatio, quæ latiſſimum mare, longiſſimum litus, amœniſſimas villas proſpicit. Scæuola de leg. 3, Liberto meo ex domo mea quam libertis meis dedi, diæta in qua habitaui. Varro, quòd in ea per diem edatur, dici exiſtimat.

Diæta, viuendi modus, ac lex. Cic. Attico, Diæta curari incipio, chirurgiæ tædet.

Diæta apud Græcos ſumitur pro iudiciorum loco, & pro loco in quo arbitri conueniunt.

Diætarij vocabantur miniſtri diætæ ſeruientes, quorũ meminit Vlpianus de fundo inſtructo.

Diætarij, qui in aliena cœnacula furandi gratia ſe dirigebant: quos Vlpianus pluſquam fures eſſe puniẽdos dicit: itaque aut ad tempus relegandos, aut in opus publicum dandos, aut fuſtibus cædendos.

Diætitæ, à Græcis dicuntur arbitri.

DIALECTICA vel dialetica, latine diſputatoria dicitur à Διαλέγομαι diſputo. Διὰ enim per: λέγομαι ſermocinor. quia per ſermocinationẽ diſputatio fieri ſolet.

DIALOGVS dialogi, m. g. latine diſputatio. à Διαλέγομαι, quod eſt diſputo. Oratio eſt vbi diſputantes introducuntur, quotquot authori libuerit: vt Dialogus Ciceronis de amicitia. Cic. Attico, lib. 13, Feliciter velim, inquam, téque laudo. ſed quando? nihil ad me, inquit, de tempore, quoniam rem probat. Ego inquam ſentio priuſquam proficiſcaris, ita patri quoque morem geſſeris. Faciam inquit, vt cenſes. Hic dialogus ſic concluſus eſt. Sed heus tu &c.

DIAMETER vel diametrus diametri, m. g. Eſt recta linea, figuram qua longiſſime patet, ex æquo ſecãs. veluti diametrus orbis eſt, quæ ſic à ſummo ad ſummum tenditur circulum, vt

per centrum eat, definitore Macrobio in Somnio Scipionis, lib. 2. nec ab hoc diſſentit Euclidis diffinitio. Latini figuram hanc dimetientem vocāt. Nam Græcis διάμετρος παρὰ τὸ διαμετρεῖν, id eſt à dimetiendo.

Diametrus: menſura. Columella lib. 6, Eſto area rotunda, cuius diametros, id eſt dimenſio, habeat pedes ſeptuaginta.

DIAPHRAGMA diaphragmatis, n. g. omne medium, & narium diuiſio. Vnde & pro pariete accipitur, ſeu mēbrana tenui in retis ſimilitudinē facta in corpore, quæ veluti paries quidā, cor, pulmonémque ſepiat, & à iecore, lienéque ſepiat. nam φράττω, latine ſepio & obſtruo dicitur. Hanc membranam latini tranſuerſum ſeptum appellāt. Cornelius lib. 4, At ſub corde atque pulmone tranſuerſum ex valida membrana ſeptum eſt.

DIARIVM, diarij, n. g. Victum quotidianum ſignificat, Les viures dung iour. Martialis, Sed lupus vſuram, puerique diaria poſcunt.

Diarium, Vng regiſtre, ou on eſcript ce qui ſe faict de iour en iour. græce Ephemeris. Commētarius aliâs latine dicitur.

DICA dĭcæ, f. g. δίκη græce, quæ fit latine dica, vt Acte Acta. dicitur cauſa & iudiciū latine.

Dĭcā impingere alicui, Faire adiourner aucun, le faire conuenir en iuſtice. Leuer proces cōtre luy. Terent. in Phormione, 2. 3. 92, Si tu illam attigeris ſecus quàm dignum eſt, dĭcam tibi impingam grandem.

Dĭcam alicui ſcribere. Idem. Plaut. in Aulul. 26. 30, Niſi refers. L. quid tibi ego referā? E. quod ſurripuiſti meum. iam quidē ad prætorem hercle te rapiam, & tibi ſcribam dĭcam. Idem in Pœnulo, 12. 5, Cras ſubſcribam homini dĭcam. Terent. in Phorm. 1. 2. 77, Lex eſt vt orbæ, qui ſint genere proximi, eis nubant: & illos ducere, eadem hæc lex iubet. Ego te cognatū dicam, & tibi ſcribā dĭcam. Ibidem, 2. 2. 15, Cedo dum, en vnquā iniuriarū audiſti mihi ſcriptam dicam? Me vis tu iamais eſtre cite ou adiourne en matiere diniure? Cic. in Verrem, act. 3, Scribitur Heraclio dĭca, Primo mirantur omnes improbitatem calumniæ: deinde qui iſtum noſſent, partim ſuſpicabantur, partim videbant adiectum eſſe oculum hæreditati. Interea dies aduenit, quo die ſeſe ex inſtituto ac lege Rupilia dicas ſortiturū Syracuſis iſte edixerat. Id eſt, ſortitione cauſas cogniturum.

Dĭcam ſcribere: à Iuriſconſultis, Dictare actionem, dicitur. Item, Iudicium dictare, Et à Suetonio, Formulam intendere.

DICO dĭcas, dĭcare, Ad obſequium dare, conſecrare, offerre: Offrir & preſenter a aucun quelque plaiſir ou ſeruice, ou ſoymeſme, a faire ce quil vouldra. Cic. Cælio, Balbum quanti faciam, quanquam me ei totum dicauerim, ex ipſo ſcies.

Dĭcare operam ſuam alteri: Offrir quelque ſeruice a aucun. Plaut. in Pſeud. 7. 148, Sed te volo domi vſque adeſſe. C. quin tibi hanc operā dico. Ie moffre a cela: Ie te promes que ie y ſeray. Terent. in Phorm. 1. 2. 12, Ergo auſculta. D. Hanc operam tibi dico.

Dicatum eſt: Dedié & cōſacré. Plin. in paneg. 145, Etenim vt nomine Auguſti admonemur eius, cui primum dicatum eſt, ita hæc optimi appellatio, nunquam memoriæ hominum ſine te recurret.

DICO dicis, dixi, dictum, dicere: Dire. Terent. in Eunucho, 5. 5. 20, Dico edico vobis noſtrū eſſe illum herilem filium. Ie vous dis & redis.

Dico vt exponat. Terent. in Heaut. 4. 1. 43, Cum exponendam do illi, de digito annulum detraho, & eū dico vt vnà cū puella exponeret. Ibidem, 2. 4. 99, Dicam vt reuertātur domū.

Dicit te accurare, Pro, dicit vt accures. Plautus in Menæhmis, 12. 15, At te accurare dicit. M. accurabitur.

Dice illi, Dic illi, per ironiam dictum. Plaut. in Pœnulo, 8. 62, Quid in ius vocas nos? quid tibi debemus? A G. dice illi. A D. etiámne meæ in me latrant canes? Mais que on luy die. dictes luy. Parolles de mocquerie.

Dico factum. Terent. in And. 3. 2. 23, Quaſi tu dicas factum id conſilio meo.

Dixi vēturam. Terent. in Heaut. 4. 4. 4. Fruſtra veniet: aut cum venturam dixero, & cōſtituero: cum is certe renuntiarit. Dixi futuram. Plaut. in Amphit. 3. 53, Quia tragœdiam dixi futuram hanc?

Dicitur is venturus nunc peregre. Plaut. in Trucul.

Dico tibi, an non? Terent. in And. 4. 4. 23, Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua: mane, caue quoquam ex iſthoc exceſſis loco. M. di te eradicēt: ita me miſeram territas. D. tibi ego dico, an non? M. quiduis? Ne penſe tu pas que ie parle a toy, ou non? Idem in Eunuc.

5.5.26, Ecce autem video rure redeuntem ſenem: dicam huic, an non? dicam hercle. Luy diray ie, ou ſi ie ne luy diray pas?

Diciſne, an non? Mais me dites vous? eſt il vray? Plaut. in Trucul. 17.47, Neque viuus, neque mortuus ſum, nec quid nunc faciam ſcio, neque vt hinc abeam, neque vt ad hunc adeam ſcio, timore torpeo. c. dicin', an non?

Dic mihi hoc primum. Terent. in Eunucho, 1.2.20, Sed huc qua gratia te accerſi iuſſi, auſcul-ta. PH. fiat. T. dic mihi hoc primum, potin' eſt hic tacere?

Dic mihi, aufugiſtine? Terent. in Eunuc. 5.2.11, Bone vir Dore ſalue. dic mihi, aufugiſtine?

Dicere ad voluntatem alicuius. Cic. de amicitia, 81, Semper auget aſſentatio id quod is ad cuius voluntatem dicitur, vult eſſe magnum.

Dicere adſtrictius. Plin. epiſt. 20.g, Optimus tamen modus eſt, quis negat? ſed non minus non ſeruat modum, qui infra rem, quàm qui ſuprá: qui adſtrictius, quàm qui effuſius dicit.

Dicere aduerſus aliquem: Parler contre aucun. Plaut. in Amphitruone, 8.117, Me quidem præ-ſente nunquam factum eſt quod ſciam. AL. mirum quin te aduorſus dicat. Mais dõmage quil ne parle contre toy.

Dicere æquí boníque. Parler a la bonne foy, ou a la raiſon. Terentius in Phorm. 4.3.32, Nam ſat ſcio, ſi tu aliquam partem æqui boníque dixeris, vt eſt ille bonus vir, tria non commutabi-tis verba hodie inter vos.

Dicere aliouerſum. Plautus in Aulularia, 9.8, Atqui ego iſthuc Anthrax aliouorſum dixeram, non iſthuc quod tu inſimulas. Ie lentendoye autrement, Ie lauoye dict pour autre cauſe que tu ne le prens.

Dicere amice. Plaut. in Pſeud. 7.106, Bene atque amice dicis: nam nunc iam meus es. Ceſt bien dict, & dict dung ami.

Dicere apud Prætorẽ: Compter ſon cas ou affaire deuant le iuge. Plaut. in Perſa, 11.9, Age am-bula in ius leno. D. quid me in ius vocas? s. illic dicam apud Prætorem. ſed ego in ius voco.

Dicere argumenta alicui rei. Plaut. in Moſtell. 3.6, Nouarum eſſe ædiũ arbitror ſimilem ego ho-minem quando hic natus eſt. ei argumenta rei dicam. Vide ARGVMENTVM.

Dicere bona fide: Dire a la bonne foy, ſans penſer fraude. Plaut. in Pſeud. 19.33, Is ſecum abdu-xit mulierem, haud multo prius. s. Bonáne fide iſthuc dicis? B. vnde ea ſit mihi? s. vide modo ne illic ſit contechnatus quidpiam. Idem in Perſa, 15.17, Dic bona fide, iam libera eſt? D. I. i, ad forum ad prætorem, exquire, ſi quidem credere nõ vis mihi: libera inquã eſt, ecquid audis? Idem in Pœnulo, 5.30, Ita me dij amabunt, vin' bona dicam fide, quod hic inter nos liceat?

Dicere breuiter & commode. Cic. de amicitia, 1, Itaque multa ab eo prudenter diſputata, mul-ta etiam breuiter & commode dicta memoriæ mandabam.

Dicam partiant, pro, dicam vt partiant. Plaut. in Milite, 10.112, Mea bona, mea morte cogna-tis dicam inter eos partiant.

Dicere contumeliam: Vide CONTVMELIA. Plaut. in Curcul. 9.17, In foro infimo boni homines atque dites ambulant, in medio propter canalem ibi oſtentatores meri, confidentes, garruliſque & maleuoli: ſupra lacũ, qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliã. Idem in Bacchid. 5.33, Infit dicere adulterinum, & non eum eſſe ſymbolum, quótque innocenti ei di-xit contumelias? Idem in Trucul. 6.41, Dicis cõtumeliam: nemo hominum hic perire ſolet apud nos. Idem in Aſin. 9.83, Ita facito, age, ambula ergo: tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur? tã ego homo ſum, quàm tu. Terent. in Phor. 2.3.30, Abſenti tibi te indignas, ſeque dignas contumelias nunquam ceſſauit dicere hodie.

Dicere cauſſam: Vide CAVSSA. Se deffendre en iuſtice. Plaut. in Menæh. Apud ædiles præ-lijs factis plurimis, peſſimiſque dixi cauſſam. Idem in Trucul. 17.60, Callicles, vide quæſo ne facias iniuriam: reus ſolutus cauſſam dicit. Terent. in Adelphis, 4.5.42, Ridicule, ad-uerſúmne illum cauſſam dicérem, cui veneram aduocatus? Parleroy ie cõtre celuy &c. Cic. pro Sexto Roſcio Amerino, Ea nos hoc tẽpore vtimur qui cauſſam dicimus. Ibidem, Cauſ-ſam dicit is qui vnus relictus, ex illorum nefaria cæde reſtat. Idem in Verrem, Fuit nundinatio aliqua, & iſti non noua, ne cauſſam diceret. Ibidem, Quis non pertimeſcat cauſſam dicere dominos? Ibidem, Cauſſa dicta dãnati ſunt. Cæſar in comment. Orgentorigem ex vincu-lis cauſſam dicere coegerunt. Et ſubdit, Die conſtituta cauſſæ dictionis. Tit. Liuius ab vrbe condita, Semel cauſſam dixit. Idem de bello Maced. Scipio iuſſus dicere cauſſam, orationem magnificam de rebus ab ſe geſtis exorſus eſt.

Dicere cauſſam de. T. Liuius ab vrbe condita, Virgo Veſtalis de inceſto cauſſam dixit.

Dicere cauſſam quin, Contredire, aller alencontre. Plaut. in Amphitruone, 8. 221, Nũquid cauſſam dixis, quin te hoc mulctẽ matrimonio? Terentius in Phorm. 2. 1. 42, Non cauſſam dico quin quod meritus eſt ferat.

Dicere cauſſam vnde & quare, Dire la cauſe, rendre la raiſon, Dire pourquoy on faict quelque choſe. Terent. in prologo Eunuchi, 10, Atque in Theſauro ſcripſit cauſſam dicere prius vnde petitur aurũ, quare ſit ſuum, quàm illi qui petit, vnde eſſet theſaurus ſibi. Idem in Hecyra, 1. 2. 111, Vbi illic eſt dies complures, accerſi iubet: dixêre cauſſam tunc neſcio quam.

Dicere cauſſam pro aliquo: Deffendre aucun. Plaut. in Bacchid. 8. 16, Non ſino, neque equidem illum me viuo corrumpi ſinam: ſed tu qui pro tam corrupto dicis cauſſam filio, eadémne erat hæc diſciplina olim cum tu adoleſcens eras?

Dicere clanculum: Dire en cachette, que perſonne nen ſache rien. Plaut. in Pœnulo, 14. 92, Pol iſthuc tibi & tuo hero eſt in manu. vale, & hæc cura, clanculum vt ſint dicta.

Dicere clare: Parler clerement, que tous loyent. Plaut. in Caſina, 8. 10, Tace Chaline, comprime iſtum. o. imò iſthunc qui dicit clare.

Dicere cœnam: Conclure ou on ſouppera, ou de ſoupper enſemble. Plaut. in Sticho, 12. 10, Fero conuiuam Dionyſium, mihique & tibi. nanque ædepol cœna dicta eſt, locus liber datus eſt mihi & tibi apud vos. nam apud nos eſt conuiuium, ibi noſter cœnat. Il eſt dict que nous ſouperons enſemble en ta maiſon.

Dicere conatu magno nugas: Mentir de grãd courage. Terent. in Heaut. 4. 1. 8, Metuo quid ſit. c. quid ſiet? ne iſta hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit. Elle ne mentira pas tantoſt de ſi grand courage. Ie lengarderay bien tantoſt de tant iaſer.

Dicere de. Terent. in prologo Heaut. 33, De illius peccatis plura dicet, quum dabit alias nouas, niſi finem maledictis facit. Idem in Eunucho, 5. 6. 19, Omitte de te dicere: ego te furcifer &c. Ne me parle plus de toy.

Dicere de ſe. Ciceroide amicitia. 78, Papyrius conſul nuper influebat in aures cõcionis, cum ferret, legem de tribunis plæbis reficiendis: diſſuaſimus nos. ſed nihil de me: de Scipione dicam libentius.

Dicere dictatorẽ: Eſt creare dictatorẽ. Liuius, Nam neque id vitium noſti facile fuiſſe, cum conſul oriente noctis ſilẽtio, diceret dictatorem. Idem, Quòd plæbeius dictator ſit dictus, id vitium auguribus viſum.

Dicere diem alicui, Aſſigner iour a aucun: Adiourner aucun. Eſt certam diem reo conſtituere vt accuſetur. Plaut. in Captiuis, 8. 34, His diem dicam: irrogabo mulctam, vt mihi cœnas decem meo arbitratu dent. Idem in Menæhmis, 14. 11, Iuris vbi dicitur dies, ſimul patronis dicitur. Idem in Aſinaria, Quem videam æque eſſe mœſtum, vt quaſi dies ſi dicta ſit. Cicero pro Milone, Diem mihi (credo) dixerat, mulctam irrogarat. T. Liuius ab vrbe cond. Accuſatorem primum Virginium & Appium reum deligũt, cum diem Appio Virginius dixiſſet, Appius ſtipatus patritijs iuuenibus, in forum deſcẽdit. Idem de bello Macedonico, Scipioni Africano duo Q. Petilij diem dixerunt.

Diem dicere capitis, vel rei capitalis. Liuius ab vrbe cond. Cæſoni capitis diem dicit. Ibidem Rei capitalis diem Poſthumio dixerunt.

Diem dicere nuptijs, Aſſigner le iour pour faire les nopces. Terentius in Andria, Hic nuptijs dictus eſt dies.

Non dicã dolo. Plaut. in Menæh. 7. 3, Nulla eſt voluptas nauitis, Meſſenio, maior, meo animo, quàm cum illi ex alto procul terram conſpiciunt. MES. maior, non dicam dolo, quàm ſi aduẽniens terram videas, quæ fuerit. Sans mentir, a la verite, a bon eſciãt, Sans aller a deux parolles, elle eſt plus grande que &c.

Dicere de ſcripto: Pronõcer vne oraiſon en la liſant en vng papier eſcripte, non point par cueur. Cic. Philipp. x, Senator quæro: ita enim dixiſti, & quidem de ſcripto. nam te inopia verbi lapſum putarem, niſi tuam in dicendo facultatẽ noſſem: literas Bruti recte & ordine ſcriptas videri. quod quid eſt aliud, quàm librarium Bruti laudare, non Brutum?

Dicere bona ſua doti filio: Promettre ſes biens pour douaire a ſon fils. Terẽt. in Heaut. 5. 1. 64, Quid dotis dicam te dixiſſe filio? Et paulo pòſt, Sed ita dictu opus eſt, ſi me vis ſaluũ eſſe, & rem, & filium, me, mea omnia bona doti dixiſſe illi. Cic. pro L. Flacco, Doti, inquit, Valeria pecuniam omnẽ ſuam dixerat. Idem, Si ſit in tutela Flacci quicunque ſine hoc authore eſt di-

cta dos, nulla eſt.

Dicere nummos, vel pecuniam. Promittere. Pompo. in Pictoribus, Nũmos certos dico quinquaginta milia. Salluſt. lib. 1. hiſt. Eodẽ anno in Macedonia C. Curio in principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit, pecunias dictas coegit.

Dicere pecuniam. Dare. Cic. lib. 2. off. Commode autem quicunque dixit pecuniam.

Dicere ex animo: Parler de courage, a bon eſciant. Terent. in Eunuc. 1. 2. 95, Vtinã iſthuc verbum ex animo ac verè diceres. T. ego, non ex animo miſera dico?

Dicere ex tempore: Faire vne oraiſon ſur le champ, ſans y auoir pẽſe. Plinius epiſt. 27. a, Magna Iſæum fama præceſſerat, maior inuẽtus eſt. dicit ſemper ex tempore, ſed tanquã diu ſcripſerit.

Dicere falſum: Mentir. Plau. in Amph. 4. 281, Per Iouem iuro me eſſe, neque me falſum dicere. Idem in Caſina, 15. 47, Nam quæ omnia facta dixi huic, falſa dixi.

Dicere in aliquem grauius. Terent. in Adelph. 1. 2. 60, Ipſe ſentiet poſterius: nolo in illum grauius dicere. Ie ne veulx point dire parolle plus grieue.

Dicere inclementer in aliquem: Parler rigoureuſement a aucũ, luy eſtre maulgratieux, liniurier. Plaut. in Amph. 8. 109, Iterum iam hic in me inclementer dicit, atque id ſine malo.

Dicere inclementer literis, Meſdire, & blaſmer aucune eſcripture. Plaut. in Pſeud, 3. 25, Has quidem pol credo, niſi Sibylla legerit, interpretari alium poſſe reor neminẽ. c. cur inclementer dicis lepidis literis, lepidis tabellis, lepida conſcriptis manu?

Dicere inducias: Faire treſues. Plaut. in Curc. 2. 43, Inducias occœpi dicere.

Dicere iniuſte. Plaut. in Pſeud. 9. 20, Non ſoles reſpicere te, cum dicas iniuſte alteri.

Dicere ioco, vel per iocum: Dire quelque choſe par ieu. Plaut. in Amphit. 10. 35, Et quidem ioco illa dixeram dudum tibi. Et paulo pòſt, Si quid dictum eſt per iocum, non æquum eſt id te ſerio præuortier.

Dicere ius: Eſt cum iudex iuſtitiam reddit vel miniſtrat: Adminiſtrer & faire iuſtice. Plautus in Epidico, 2. 22, Te volo percontari, operam da, opera reddetur tibi. T. ius dicis. E. me decet quidem. T. iam tu autem nobis præturã geris? Idem in Menæhmis, Iuris vbi dicitur dies, ſimul patronis dicitur. Cic. in Verrem, Audiſtis, ob ius dicendum, Q. Varium dicere, procuratores ſuos iſti centum & triginta milia nummũm dediſſe. Idem de prouincijs cõſularibus, Emiſti grandi pecunia vt tibi de pecunijs creditis dicere liceret ius in liberos populos. Et ſubdit, Idem tũ ita vendidiſti, vt aut ius nõ diceres, aut bonos ciues Romanos euerteres. Et ſubdit, Perſeuerauit ius publicano non dicere. Ibidem, Non offendebãtur homines in eo, neque moleſte ferebant abeſſe à foro magiſtratum, non ius dici, non iudicia fieri. Ibidem, Iſti pecuniam ob ius dicendum dediſſe. Liuius ab vrbe condita, Aut ius de pecunia credita diceret. Cic. pro L. Flacco, Qui anno antè Romæ ius dixerat.

Dicere legem: Eſt præfigere, præſcribere quid opus ſit facto: Ordonner, & commander a aucũ ce quil fault quil face. Liuius, Quando perinde ac victo iam ſibi leges dicerentur. Horatius, Prudens emiſti vitioſum, dicta tibi eſt lex.

Dicere mendacium: Mentir. Plaut. in Amphit. 4. 44, Ea nunc meditabor quomodo illi dicam, cum illò aduenero. Si dixero mendacium, ſolens meo more fecero. Idem in Bacch. 9. 30, Nã illi æquum eſt me conſulere, qui cauſſa mea mendacium dixit. Idem in Perſa, 4. 22, Mendacium ædepol dicis, atque haud te decet.

Dicere mulctam Antiqui tum dicebant, cũ ad populũ & in comitio mulcta diſceptanda irrogabatur, quod ipſi certare mulctã dicebant. Liuius lib. v, ſecundi belli Punici, Sp. & L. Caruilij cum rem inuiſam infamémque cernerent, ducentũm milium æris mulctam M. Poſthumio dixerunt. Cuius certandæ cum dies adueniſſet, conciliúmque frequens plæbis adeſſet, vna ſpes videbatur eſſe, ſi caſtra Tribunuſplebis qui propinquus erat, cognatúſque Poſthumio, priuſquam ad ſuffragium tribus vocarentur, interceſſiſſet. Idem paulo pòſt, Hæc cum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta eſſent, vimque eam contra remp. pernicioſo exemplo factam ſenatus decerneret, cõfeſtim Caruilij tribuni plæbis omiſſa mulctæ certatione, rei capitalis diem Poſthumio dixerunt: ac ni vades daret, prehendi à viatore, atque in carcerem duci iuſſerunt. His verbis apparet moris fuiſſe, vt tribuni plæbis mulctam dicerent: quæ poſtea populi ſuffragijs vel irrogaretur vel abrogaretur, vel etiam remitteretur, quo tempore mulcta certari dicebatur. non enim tribuni damnare mulctæ poterant, ſed tantum rogare populum: apud quem cum reus non iure mulctatum ſe contenderet, lis illa mulctatitia diſceptabatur. Sic fit hodie, cum iudicum edicta geſtantes viatores, iubent, vetántve quid fieri, mulctam dicentes, ni edicto pareatur. Cui ſi non paruerint ij ad quos ea res pertinet, diem tum ad iudices

dicunt, à quibus edicta manarunt, quo die commiſſam eſſe mulctam pronuntiatione iudicum amplius audituri ſint, Id eſt, ſe incurriſſe pœnas, vt nunc dicimus. Cicero in Antoniana XI, Craſſus conſul pontifex max. Flacco collegæ flamini Martiali mulctam dixit, ſi à ſacris diſceſſiſſet. quam mulctam pop. Ro. remiſit, pontifici tamẽ Flaminem parere iuſſit. Plin. epiſt. 94, Licinius nepos prætor, acer & fortis, mulctam etiam dixit ſenatori. egit ille in ſenatu cauſſam ſuam ſic vt deprecaretur, remiſſa eſt mulcta.

Dicere nugas. Plautus in Caſina, 24.11, Nugas iſthic dicere licet: vapulo hercle ego inuitus tamen, etſi malum merui, hâc dabo protinam, & fugiam.

Dicere per iocum, Idem quod dicere ioco. Plautus in Pœnulo, 7.38, Hæc vobis dixi per iocum. AD. per iocum item dictum habeto, quæ nos tibi reſpondimus.

Dicere animo præſenti, Dire quelque choſe hardimẽt, ſans paour. Terent. in Eunucho, 4.6.31. Fac animo hæc præſenti dicas. c. faciam.

Dicere palám. Plaut. in Aulul. 9.5, Me quidem hercle, dicam palàm, non diuides. Ie le dis hardiment deuant tous.

Dicere prologum. Terent. in prologo Phor. 16, Vetus ſi poeta non laceſſiſſet prior, nullum inuenire prologum potuiſſet nouus quem diceret, niſi haberet cui malediceret.

Dico quod videtur, Ie dis ce quil men ſemble. Terẽt. in Heaut. 3.3.21, Pergín' hercle? s. verùm dico quod videtur. Plaut. in Amphit. 4.237, Dicito quiduis, non nocebo. Dis tout ce que tu vouldras. Terent. in Heaut. 5.2.33, Ego dicam quod mihi in mentem: tu dijudica.

Dicet tibi res ipſa. Plaut. in Epid. 14.49, Quid eſt negotij? B. iam id ipſa res dicet tibi. abi modo intrò. Tu le ſcauras, quant tu y ſeras: la beſongne tenſeignera ce quil te fauldra faire.

Dicere rem ipſam: Dire la choſe comme elle va. Terent. in And 5.3.2, Rem potius ipſam dic, ac mitte male loqui.

Dicere ſalutem alicui, Se recommãder a aucũ. Plaut. in Curc. 10.38, Salutem multã patrono dicito. Idem in Pœnulo, 10.185, Sequere me ſoror. AG atque audín' etiã Veneri dicito multam meis verbis ſalutem. Recommande moy bien a Venus.

Dicere ſedulo. Terent. in Phorm. 2.4.13, Ego ſedulo hunc dixiſſe credo. verum ita eſt, quot homines, tot ſententiæ.

Dicere ſacramento, ſermo eſt antiquorum, pro deſtinare & dicare: Faire ſerment a quelque capitaine ou prince, promettre vouloir eſtre des ſiens. Liuius lib. V, ſecundi belli Punici, Si qui roboris ſatis ad ferenda arma habere viderentur, etiam ſi nondum militari ætate eſſent, milites fierent: tribuni plæbis, ſi eis videretur, ad populum ferrent, vt qui minores decẽ & ſeptem annis ſacramẽto dixiſſent, ijs perinde ſtipẽdia procederẽt, ac ſi viginti annorũ, aut maiores milites facti eſſent. Plin. ad Traianum de ſeruis inter tyrones inuẽtis, Ipſe enim dubito ob hæc maxime, quòd vt iã dixerãt ſacramẽto, ita nõdũ diſtributi in numeros erãt. Qui locus corrupte legitur in peruulgatis exemplaribus. Liuius lib. 4. ab vrbe cond. Hoc decreto conſul armatus cum paucis appellantibus tribunum, collum torſiſſet, metu cæteri ſacramento dixêre.

Dicere ſententiã: cum quis (vt inepte dicũt) votum ſuum dat, vel opinionem ſuam dicit: Dire ſa fantaſie ou opinion de quelque choſe. Cic. in Verrẽ, Mos eſt Syracuſis, vt ſi qua de re ad ſenatũ referatur, dicat ſententiam qui velit, nominatim nemo rogatur. Ibidem, Vt quiſque ætate & honore antecedebat, ita ſententiã dixit ex ordine. Et ſubdit, Cum ſurgeret nemo, neque ſententiã diceret. Idem Attico, Nocet interdum reip. Cato, dicit enim tãquam in Platonis rep. non tanquam in populi fæce ſententiam. Idem Philipp. 4, Vt ſentẽtiæ de ſumma reip. libere dici poſſint. Ibidem, Me conſule ſententiæ ſingulares dictæ ſunt, quibus ad hanc diem vixi mus. Idem in Philipp. 14, Qui hoc loco ſententias dicimus. Cælius Ciceroni, Cõſulem deſignatum primum, ſententiam dicentem.

Dicis: ſi. Plaut. in Trinummo, 17.61, At iam poſthac temperabo. CH. dicis, ſi facies modo.

Dicere teſtimoniũ & teſtimonia, Teſtificari & probare: Teſmoingner ou prouuer contre aucun. Dicere teſtimoniũ in aliquẽ, contra vel aduerſus aliquẽ, De ambitu, Seditioſorũ. Cic. de oratore, Nũ igitur placet cũ de eloquentia præcipias, aliquid etiã de teſtimonijs dicẽdis quaſi in arte traderes? Idem ad Q. Fratrẽ, Cum teſtimonium ſecundũ fidem & religionẽ grauiſſime dixiſſem. Idem pro Sylla, Cur dixiſti teſtimoniũ in alios? Ibidem, Qui in illum teſtimonia grauia dixerunt. In eadem oratione, Qui teſtimonium de coniuratione dixi. In Verrem, Qui priore actione ita teſtimonia grauiter, vehementérque dixerunt, vt Artemonem Centuripinũ legatũ & publice teſtem Q. Hortenſius accuſatorẽ, non teſtẽ eſſe dixerit. In eundẽ, Nunquã poſt populi Rom. nomen ab Siculis auditum & cognitum Agyrimenſes contra quenquam in-

fimum ciuem Romanum dixiſſe, aut feciſſe quidpiã, qui nunc cõtra Prætorem pop. Ro. magnis iniurijs & magno dolore publice teſtimoniũ dicere cogerẽtur. In Eundem, Num expectatis, dũ L. Metellus, is qui multos in iſtum teſtes imperio & poteſtate decernit, idem abſens & de iſtius ſcelere, improbitate, audacia teſtimonium dicat. Idem pro C. Plãco, Multi etiã cõmunes inimici rerũ omniũ, qui ita ſemper teſtimonium de ambitu dicũt. Idem pro L. Flacco, Mortuus eſt aculeo iã dimiſſo, ac dicto teſtimonio. Idem de natura deorũ, Diogenes quidem Cynicus dicere ſolebat, Harpalam, qui tẽporibus illis Prædo felix habebatur, contra deos teſtimonium dicere, quòd in illa fortuna tandiu viueret. Idem in Vatiniũ teſtem, Cum antè Lælius Nutricula ſeditioſorum omnium teſtimonium diceret. Liuius ab vrbe cond. Quòd falſum aduerſus ſe teſtimonium dixiſſet.

Dicere pro teſtimonio, Deſpoſer contre aucũ. Cic. pro Archia, Ego verò ſi quid eiuſmodi dixi, neque cognitum commemoraui, neque pro teſtimonio dixi: & illa oratio potius temporis mei, quàm iudicij & authoritatis fuit.

Dicis vera: Reſponſio. Plaut. in Pſeud. 5. 125, Iam ego te differam dictis meis, impudice. B. ita eſt. P. ſceleſte. B. dicis vera. P. verbero. B. quippini?

Norãſne eũ priuſ? D O. nec quis eſſet, vnquã audieram dicier. Terent. in Eunucho, 4. 4. 32.

Dicam vt. Plaut. in Trucul. 17. 71, Dicam Adimæo, vt aliam conditionem filio inueniat ſuo. Terent. in And. 3. 4. 15, Domum modo ibo: vt apparentur, dicam, atque huc renuntio.

Nihil dixit vt. Terent. in Eunucho, 4. 5. 9, Nihil dixit tum vt ſequerẽre ſeſe?

Dico vt res eſt, Ie dis la choſe comme elle va, ainſi quelle eſt. Plaut. in Merc. 7. 13, Si dico vt res eſt, atque illam mihi me emiſſe indico.

Diceret: Il pourroit dire. Il diroit. Terent. in And. 1. 1. 111, Nec ſatis ad obiurgãdum cauſſæ. diceret, quid feci? quid commerui, aut peccaui pater?

Dicere volui: Ie vouloie ou penſoie dire. Vne maniere de reprinſe, quant on a failli a parler, en prenant mot pour autre. Plaut. in Milite, 11. 7, Sorbet dormiẽs. P A. quid, ſorbet? L V. Illud, ſtertit volui dicere: ſed quia cõſimile eſt quod ſtertas quaſi ſorbeas. Ibidem, 3. 27, Quo pacto pugno præfregiſti brachium? P. quid, brachium? A. illud dicere volui, femur.

Dixi irã: Ientens ire, quant aucun entent autrement. vng mot que nous nentendõs. Plaut. in Truc. 6. 9, Comprime. S. ſpero meam quidem hercle, tu quem ſolitas comprimas. impudẽs per ridiculum vt ruſtico ſuadet ſtuprum. A. iram dixi.

At neſciebam id dicere illam: Ie ne penſoie pas quelle entendiſt, quelle voulſiſt dire cela. Terẽtius in Eunucho.

Dixi Phormio. Terent. in Phor. 2. 3. 90, Hoc age, ſatis iã verborũ eſt: niſi tu properes mulierẽ adducere, ego illã eijciã: dixi Phormio. P. ſi tu illã attigeris, ſecus quàm dignũ eſt liberã, dicã impinguã tibi grãdẽ: dixi Demipho. Donat⁹, Dixi, ſolẽt dicere perorata cauſſa, & mire cõminationẽ & ferocitatẽ Demiphonis imitatus eſt Phormio ſimili verbo. Te ſuffiſe que ie lay dict. Autant dung mot que de mille: quil ne me le faille plus dire, Et ce dict par menace

Dixíne ego in hoc eſſe vobis Atticam eloquentiam? Ne vous diſoie pas bien que &c. Terẽt. in Eunucho, 5. 9. 63.

Dicam illud remoratam me: Ie diray que cela ma retargé. Plaut. in Rud. 11. 27, Quid ſacerdoti meæ dicam hic demoratam tandiu?

Ne dixis iſthuc: Ne dictes pas cela. Cõme ſil diſoit, Il neſt pas ainſi que vous dictes. Plaut. in Aſin. 15. 12, An tu me eſſe triſtem putas? D. putẽ ego, quem videam æque eſſe mœſtum vt quaſi dies ſi dicta ſit? A R. ne dixis iſthuc. D E. ne ſic fueris, illico ego non dixero.

Dicere: Nominare. Virg. Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt. Ils lappellent.

Diceris. Martialis, Quum verus patriæ diceris eſſe pater. On te nomme le pere du pais.

Dicaſſis, pro dicas. Plaut. in Curc. 10. 26, Haud in male meditantem male dicaſſis.

Dice pro dic. Plaut. in Curc. 3. 40, Iámne ego huic dicã? P. quid dices? P H. me periſſe. A. age dice. Idem in Rud. 4. 36, Tu ſi quid opus eſt, dice.

Dictu nihil facilius: Il neſt rien ſi facile a dire. Terent. in Phorm. 2. 1. 70, Verùm argentũ deerat. D. ſumeret alicunde. G. alicunde? nihil eſt dictu facilius.

Dicundi, dicundo, dicundum. Plaut. in Rud. 23. 21, Imò etiam amplius: nam ſi non dat, dominum dicundum cenſeo.

Dictus dicta dictũ, Dict, ou cõſtitué & ordõné. Terẽt. in And. 1. 1. 75, Hic nuptijs dict⁹ eſt dies.

Dictum iſtud? Dis tu? Eſt il vray? Dis tu cela? Plautus in Bacchid. 4. 31, Imò vt eum credis, miſera amãs deſyderat. C. dictum iſthuc? P. imò Chryſale, hem, nõ tantulum vnquam inter-

mittit tempus quin eum nominet.

Dictum puta: Ceſt aſſés dict, il ſuffit, prens le cas que tu lays ia dict, ientens bien que tu veulx. Terent. in And. 1.1.3, Dictum puta: nempe vt curentur recte hæc.

Dicta eſt ſoror tua: On la diſoit eſtre ta ſeur, on lappelloit ta ſeur. Terent. in Eunuch. 1.2.66, Quamobrem cupio abducere, primùm quòd ſoror eſt dicta: præterea vt ſuis reſtituam. Idem in Andria, 4.5.15, Semper enim eius dicta eſt hæc atque habita eſt ſoror. Idem in Heaut. 2.3.29, Hoc primum vt nequid huius rerũ ignores, anus quæ eſt dicta mater eſſe ei antehac, non fuit.

In his dictus locis eſt habitare mihi Periphanes, On me diſoit que. &c. Plaut. in Epid. 11.8.

Dictum eſt, On diſoit que. Terent. in And. 4.5.1, In hac habitaſſe platea dictũ eſt Chryſidẽ.

Dictũ eſt. Ceſt aſſés dict, quil nẽ ſoit plus parlé. Autãt en vng mot que en mille. Ceſt vng mot arreſté. Terent. in Eunucho, 5.9.36, Miles edico tibi, ſi in platea hac te offendero pòſt vnquam, nihil quod dicas mihi, alium quærebam, iter hâc habui. periſti. G. eia haud ſic licet. PH. dictum eſt.

Dictum ac factum: Prouerbium celeritatis, Id eſt, cito, inquit Donatus: Dict & faict, auſſi toſt faict que dict, tout auſſi toſt, ſoudainement. Terent. in Andria, 2.3.7, Tum hæc ſola eſt mulier: dictum ac factum, inuenerit aliquã cauſſam quamobrẽ eijciat oppido. Idem in Heaut. 4.5.12, Videre egiſſe iam neſcio quid cũ ſene. S. de illo quod dudum? dictum ac factũ reddidi. C. bonáne fide? S. bona hercle.

Dictum factum. Idem. Terent. in Heaut. 5.1.31, Quid poſtquam hoc eſt factũ? M. dictum factum huc abij, Clitipho.

Dictum dicti, n.g. Vng mot, vne parolle. Plaut. in Perſa, 9.19, Vbi cum lenone me videbis colloqui, tum turbam facito. S. dictum ſapienti ſat eſt. A vng bon entendeur ne fault que vne parolle. Terent. in Phorm. 3.3.8, Pater adeſt hic. G. ſcio: ſed quid tum? A. Ah, dictum ſapienti ſat eſt. Idem in prologo Eunuchi, 41, Nihil eſt dictum, quod non dictum ſit prius.

Dicta blanda & benedica, Doulces parolles & bonnes. Plaut. in Ciſtell. 7.15, Pergo illò, ſubagito blandis prius & benedicis dictis.

Dicta bona leuiter. Plaut. in Amphit. 3.25, Verum profecto hoc petere me precario à vobis iuſſit, leuiter, dictis bonis, Gratieuſement & par bonnes parolles.

Dicta docta. Plautus in Aſin. 10.22, Quid dedit? quid deportari iuſſit ad nos? an tu tibi verba blanda eſſe aurum rere? dicta docta pro datis? Belles parolles en lieu de dons.

Dicto obediens: Obeiſſant a ce que on luy dict. Plaut. in Perſa, 10.50, Futuráne eſt dicto obediens, an non, patri?

Dictis onerare aliquem. Plautus in Mercatore, 24.17, Optime hercle, perge. ego aſſiſtam hinc altrinſecus, quibus eſt dictis dignus vſq; oneremus ambo. Parlõs a luy cõme il luy appartiẽt.

Dictum ridiculum: Vne parolle pour rire. Plautus in Captiuis, 8.22, Dico vnum ridiculũ dictum de dictis melioribus.

Dicta parentis nõ ſunt. Ce ne ſont pas les dicts ou parolles de pere, Vng pere ne deburoit pas dire telles parolles. Terentius in Heaut. 5.4.12, At ego (ſi me metuis) mores caue in te eſſe iſtos ſentiam. C L. quos? C. ſi ſcire vis, ego dicam, gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, damnoſus, & noſtrum te eſſe credito. C L. non ſunt hæc iam parentis dicta.

Dictum: Vng dict commun, vng prouerbe. Terent. in Eunucho, 3.1.38, Quid ais inquã homo impudens? lepus tute es, & pulpamentum quæris. G. ha ha he. T. quid eſt? G. facete, lepide, laute, nihil ſuprá. tuum obſecróne hoc dictum erat? vetus credidi.

Dictum, Parolle cuiſante, piquante, brocard. Cic. lib. 2. de oratore, Dicere enim aiunt Ennium flammam à ſapiente facilius ore in ardẽte opprimi, quàm bona dicta teneat. hæc, ſcilicet bona dicta quæ ſalſa ſint. nam ea dicta appellantur proprio iam nomine.

DICTO dictas, dictare. frequentatiuum à dico. Souuent dire & parler ſouuent dune choſe.

Dictare, Dicter quelque choſe a aucun quil eſcripue. Plin. epiſt. 205, Altera epiſtola nuntias multa te nũc dictare quibus nos tibi repræſentes. Idem, epiſt. 213, Notarium voco: & die admiſſo, quæ formaueram dicto. Cicero in quadam epiſtola ad Atticum teſtatur ſe illa nõ ſcripſiſſe, ſed reparandi lateris gratia deambulãtem dictitaſſe. Idem lib. 8, Mihi moleſtior lippitudo erat etiã quàm antea fuerat. dictare tamen hanc epiſtolam malui, quàm Gallo Fabio amantiſſimo vtriuſque noſtrum, nihil ad te literarum dare.

Dictare actionem, à iuriſconſultis dicitur, quod à Terentio, dicam impingere vel dicere.

Dictare rationem, Faire compte. Plau. in Amphit. 8.36, Ad aquam præbendam adueni domũ

decumo pòſt menſe, vt rationem te dictare intelligo. Selon, ou a'ton compte.

Dictare teſtamenta: Pro ſuo arbitrio diſponere. Plin. epiſt. 44. e, Aſpice Regulum qui ex paupere & tenui ad tantas opes per flagitia proceſſit, vt ipſe mihi dixerit, cum conſuleret, quàm cito ſeſtertiûm ſexcenties impleturus eſſet inueniſſe ſe exta duplicata, quibus portẽdi millies & ducenties habiturũ, & habebit, ſi modo vt cœpit, aliena teſtamenta (quod eſt improbiſſimum genus falſi) ipſis quorum ſunt illa, dictauerit.

Dicitur etiam ratio dictat, Quale eſt illud Plinianum in epiſt. O ſylua, ô litus quàm multa cõponitis, quàm multa dictatis. Suggerunt ſanè camœnæ litus ac ſolitudo tacite nobis quod ſcribamus, quemadmodum ratio & nonnunquam indignatio dictat.

Dictatum dictati, n. g. Ce que on baille a eſcrire a aucun, cõme ce que les regens donnẽt a leurs enfans. Horat. Sic iterat voces, & verba cadentia tollit, Vt puerũ ſæuo credas dictata magiſtro. Nec in literis tantũ, ſed in alijs quoque artibus dictata dicũtur. Iuuenal. Donec peragat dictata magiſtri Omnia. Iuſques a ce quil ait faict tout ce que ſon maiſtre luy auoit baille par eſcript & ordonné. Suet. in Cæſare, Vt diſciplinam ſingulorũ ſuſciperẽt, ipſique dictata ſuſciperent. Loquitur de gladiatoribus. Perſius, Tén' cirratorum cẽtum dictata fuiſſe Pro nihilo pendas? Hic præceptiones & documenta gladiatoris ſignificantur.

Dictito dictitas, frequentatiuum verbũ à frequentatiuo dicto. Plaut. in Trucul. 9. 4, Nimio minus perhibemur malo quàm ſumus ingenio. ego prima de me modo dicta dictito. Ie dis cela de moy toute la premiere. Idem in Trinũ. 4. 47, Expecto quid dicas. M. primũ omniũ male dictitatur tibi vulgo in ſermonibus, turpilucri cupidum te vocãt ciues tui. Tu as vng treſmauuais bruit entre les gẽs. Terent. in Heaut. prologo, 22, Quo exẽplo ſibi licere id facere quod illi fecerũt putat. tũ quòd maleuolus poeta dictitat, repente ad ſtudiũ hũc ſe applicaſſe muſicũ.

Dictio dictionis, f. g. Vng mot, vne diction.

Dictio: Enũtiatio. Terent. in Phor. 2. 1. 63, Seruũ hominẽ cauſſam orare leges nõ ſinũt, neque teſtimonij dictio eſt. Id eſt, nõ licet ei teſtimonium dicere. Il ne ſauroit porter teſmoignage.

Dicax, dicacis, o. g. Vng quaqueteur, vng iaſeur, ou brocardeur.

Dicterium dicterij, Vng brocard, parolle piquãte. Breuiter, acutè, ſalſéque dictum. Varro, Quam mobile neque orto pſalticium attulit pſalteriũ, quibus ſonant in Græcia dicteria. Martialis, lib. VII, Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes.

Dicaculus & dicacula, diminutiuũ: Celuy ou celle qui ha beaucop de quaquet, beaucop de plait. Plaut. in Aſin. 10. 8, Satis dicacula es amatrix.

Dictator dictatoris, Is eſt qui dictat.

Dictator, Is erat Romæ qui dictaturam gerebat: dictus quòd à conſule diceretur, ſiue crearetur noctis ſilentio. Liuius lib. 9, Noctis ſilẽtio (vt mos eſt) Fabius L. Papyrium dictatorẽ dixit. Sex menſes durabat. Et quia ſumma poteſtas erat dictatoris in populũ, is quoque magiſter populi appellatus eſt, vt ſcribit Varro. Erat autem extraordinarius magiſtratus, cuius ſumma erat poteſtas, habens ius animaduertendi in cuiuſcũque ciuis Romani caput, nec ab eo prouocandi ius erat. Nec alio pacto creari ſolebat, quàm cũ vis aliqua maior repẽte obortа, ingẽtem vrbi cladem minitari videretur. Dictatori cæteros magiſtratus eligere licebat: à quibus dictandis, quidam dictatorem appellatum voluerunt.

Dictatrix dictatricis: Celle qui dit & commande ce quil fault faire. Plautus in Perſa, 12. 23, Date illi aquam manibus, apponite menſam. do hanc tibi florentem florenti: tu hic eris dictatrix nobis.

Dictatura dictaturæ, ipſa dictatoris dignitas. Liuius, Dictaturæ ſemper altius faſtigiũ fuit. nã à dictatoribus nõ erat ius prouocãdi: quibus etiã animaduerſio capitis data eſt. Magiſter equitũ ſecundã poſt dictatorem gerebat. ab ipſo dictatore eligebatur: dictus magiſter equitum, quòd ſumma poteſtas huius erat in equites & accenſos. Et magiſter equitum ſic iungebatur dictatori, quomodo regibus tribunus. Iuuenalis, Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros.

Dictatorius, dictatoria, dictatorium, Quod ad dictatorẽ pertinet, ſeu quod eſt dictatoris. Liuius, Poſtremo dictatorium fulmen in ſe intentatum.

DICTAMVS, m. g. vel hoc dictâmum dictámi, n. g. Herba, qua lacertæ ſe refouẽt, quotieſcunque cum ſerpẽtibus pugnam habuerint. Virg. lib. 12, Dictamum genitrix cretæa carpit ab Ida. Vide Plinium lib. VIII. cap. 15. Cic. de natura deorũ, lib. 2, Capras auditum eſt in Creta feras, cum eſſent cõfixæ venenatis ſagittis, herbam quærere, quæ dictâmus vocaretur: quam cum guſtauiſſent, ſagittas excidere dicunt è corpore.

DIDASCALVS didaſcali: Ille qui docet. dictio græca.

DIDRACHMA didrachmæ, f.g. nummus eſt duas drachmas continens: & valet tantum quantum ſeptem ſolidi noſtri turonici. Sept ſols tournois.

DIDVCO diducis, diduxi, diductum, Diducere, varie deducere: Mener en diuers coſtés, en diuerſes pars. Perſius, Cúmque iter ambiguũ eſt, & vitæ neſcius error, Diducit trepidas ramoſa in compita mentes.

Diducere, Deſioindre, diſtraire, diuiſer. Plin. epiſt. 43, Diductúmque in partes audiẽtium ſtudium. Virg. lib. 1, georg. Quique paludis Collectum humorem bibula diducit arena. Propertius, Non ego complexus potui diducere noſtros.

DIES, diei, maſ. & f.g. in ſingulari: in plurali, maſc. tantum. Secundum Aſconium Pædianũ, dies fœminini generis, ſignificat tempus interminatum, Temps. Ideo diminutiuũ eius eſt diecula, quod ſignificat breue tempus & moram, Vng peu de temps. Dies vero, x i i horarum, generis maſculini eſt, tempus terminatum, Vng iour. Vnde hodie dicitur, quaſi hoc die. & heſterno die ad te venit. Sic dicimus, ad diẽ non venit, Id eſt, ad præſtitutũ tempus. Iuuenalis, Longa dies quid contulit? Id eſt, longũ tempus, Le long temps. Virg. Multa dies, variúſque labor mutabilis æui Rettulit in melius. Et Iuriſconſulti, Annua, Bima, trima, quadrima die, pro tempore vſurpant anni, biennij, triennij, quadriennij. Confunditur quandoque hæc differentia. Virg. Iámque dies infanda aderat.

Genitiuus à dies, eſt diei, dij, dies, die. Diei. Plaut. in Pſeudolo, Diei iam multum eſt. Dij. Virg. Munera lætitiámque dij. Dies. Cic. pro Sextio, Equites non daturos illius dies pœnas. Virgilius, Libra dies ſomníque pares vbi fecerit horas. Die. Salluſt. in Iugurtha, Vix decima parte die.

Ablatiuus, Die, vel diu. Salluſt. Diu noctúque labora.

Die craſtini, pro die craſtino. Plau. in Moſtell. 1 2. 2 1, Hanc rem die craſtini quum herus reſciuerit. Idem in Menæh. 2 4. 9 7, Mane ſane, die ſeptimi venibunt ſerui. Idem in Perſa, 7. 8, Nam ibi mercatũ dixit eſſe die ſeptimi. Ita loquutos veteres docet Macrobius, inquiens, Sed nec die craſtini à doctiſſimo viro ſine veterum authoritate prolatũ eſt, quibus mos erat modo die quinti, modo die quinte pro aduerbio copulate dicere. cuius indicium eſt, quòd ſyllaba ſecunda corripitur, quæ natura producitur, cum ſolum dicitur die. Quòd autem dicimus extremam iſtius vocis ſyllabam tum per e tum per i ſcribi, conſuetũ id veteribus fuit, vt his literis plerunque in fine differenter vterentur, ſicut priſtine & priſtini, procliue & procliui.

Die decies: Dix fois le iour. Plaut. in Milite. 1 1. 3 9, Eáque ſæpe decies complebatur die.

Diei multum iam eſt: Il eſt ia tard, le iour eſt fort auencé. Plautus in Pſeud. 2 0. 5 0, Vides iam diei multum eſſe? B. video.

In diem abijt malum. Terent. in Phorm. 5. 2. 1 6, Præſens quod fuerat malum, in diem abijt: plagæ creſcunt, niſi proſpicis. Dung petit mal tu en fais vng grand.

Dies noctéſque: Iour & nuict. Plautus in Rud. 1 0. 4 8, Si illam amabat, rogas quid faceret? aut ſeruaret, dies noctéſque in cuſtodia eſſet ſemper. Terent. in Eunuch. 1. 2. 1 1 3. Dies noctéſque me ames, me deſyderes.

Dius pro die. Plautus in Mercat. 2 2. 2 1, Non concedam, neque quieſcam vſquam noctu, neque dius, prius profecto, quàm aut amicam aut mortem inueſtigauero.

Dieçula dieculæ: diminutiuum, f.g. Vng peu de temps. Plaut. in Pſeud. 7. 8 8, Quia aliud malũ aderat, iſthuc aberat longius: illud erat præſens, huic erant dieculæ. Il ſen failloit vng peu de temps que ce mal ne fuſt venu. Terent. in And. 4. 2. 2 7, Quid me fiet? D. Eho tu impudẽs, non ſatis habes quòd tibi dieculam addo? Ne te ſouffit il pas, que ie te donne vng peu de relache? Cic. Attico. lib. v, Cõmemorat quod olim etiam mali Caius Iulius fecerit, cum dieculã dixerit, non reſp. plus.

Diurnus diurna diurnum, Qui ce faict de iour en iour. Cic. de ſenectute, 7 4, An cenſes (vt de me ipſo aliquid more ſenũ glorier) me tantos labores diurnos nocturnóſque domi militiæque ſuſcepturum fuiſſe: &c.

Diurna ſtella. Plaut. in Menæh. 4. 6 0, Mihi, tibi, atque illi iubebo iã apparari prandium. inde vſque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus. Iuſques au matin.

Dierectus, dierecta, dierectum, Crucifixus, quaſi ad diẽ erectus. Varro Eudemonibus, Apage in dierectum à domo noſtra iſtam ad ſanitatẽ. Plaut. in Caſina, 3. 1 4, Abi dierectus tuã in prouinciam. Idem in Captiuis, 1 1. 1 0 5, Quin tu quieſcis dierectũ cor meum, ac ſuſpende te: tu ſubſultas, ego miſer vix aſto præ formidine. Idem in Bacchid. 1 2. 7, Adi actûtum ad fores, recede hinc dierecte.

Dierectum dicebant veteres per antiphraſim, volentes ſignificare malum diem. Feſt. Pomp.

DIFFARREATIO, ſacrificij genus inter virum & vxorem, quaſi diſſolutio. Feſt. Pomp.

DIFFERO differs, diſtuli, dilatum, differre: Differer quelque choſe iuſques a vng autre tẽps, la remettre a vng autre temps, prolonger. Virg. lib. xi, Diſtulit in ſeram cõmiſſa piacula mortem. Plin. epiſt. 167. f, Qui relegabant, vnà ſedebant: & temporaria ſimulatione concordiæ, diſcordiam differebant.

Differre honorem, Ne accepter point lhõneur que on faict pour lheure preſente, mais attendre a vne autre fois. Plin. in paneg. 94, Magnum eſt differre honorem, gloriam maius.

Differre ſitim: Endurer ſoif. Plin. epiſt. 22. c, Mirareris ſi intereſſes, qua patientia hanc ipſam valetudinem toleret, vt dolori reſiſtat, vt ſitim differat, vt incredibilem febrium ardorẽ immotus opertúſque tranſmittat.

Differre vadimonia: Iudicum erat, nec niſi magnis ex cauſis fiebat, vt in luctu publico, & vbi iuſtitium indicebatur, & huiuſmodi cauſſis. Iuuenalis, Si magna Aſterij cecidit domus, horrida mater, Pullati proceres, differt vadimonia prætor.

Differre, Porter en diuers lieux. Plaut. in Rudent. 10.38, Nos cum ſcapha tempeſtas dextrouorſum differt. Idem in Curc. 12.20, Iam ego te faciã vt hic formicæ fruſtillatim differãt. Virg. Atque arida differt Nubila.

Differre aliquem: Diſturbare & in diuerſum ferre, inquit Donatus. Troubler aucun, tellemẽt quil ne ſcet quil doibt faire. Terent. in And. 2.4.5, Venit meditatus alicunde ex ſolo loco, orationẽ ſperat inueniſſe ſe qua differat te. proin tu face, apud te vt ſies. Plaut. in Pſeud. 5.124, Iam ego te differam dictis meis impudice. B. ita eſt. P. ſceleſte. B. dicis vera. P. verbero. B. quippini? c. buſtirape. B. certe. &c.

Differri: Eſtre ſi ennuyé, & troublé que lhomme ne ſache quil face, & que ſon eſperit ne ſoit point en repos, mais maintenant ca, maintenant la. Plaut. in Ciſtell. 5.5, Miſer exanimor, feror, differor, diſtrahor, derípior, ita nullam mentem animi habeo.

Differor amore vel cupiditate. Plaut. in Epid. 3.15, Quin ædepol égomet amore differor. Idem in Milite, 16.26, Nempe vt aſſimulẽ me amore iſtius differri Athenis, quaſíque iſtius cauſſa amoris ex hoc matrimonio abierim. Idem in Pœnulo, 3.28. Differor cupidine eius.

Differri doloribus, Diſturbari & in diuerſum ferri, interpres Donatus. Terẽt. in Adel. 3.4.40, Miſerã me, differor doloribus. Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro. Ie nen puis plus, ie ſuis du tout troublee, de douleur que ie ſens.

Differri lætitia: Eſtre fort ioyeulx, tellement que on ne ſcet que on faict. Plaut. in Truc. 15.3, Dij magni vt ego lætus ſum & lætitia differor, ita ad me magna nuntiauit Chiamus hodie gaudia, mea dona deamata, acceptáque habita eſſe apud Phroneſium.

Differre famam alicui. Semer vng bruit daucun par tout ou on ſe trouue. Plaut. in Trinũmo, 10.63, Nolo ego mihi te tam proſpicere, qui meam egeſtatem leues, ſed vt inops, infamiſve ſim, ne mihi hanc famam differant.

Differre rumorem: Idem. Terent. in prologo, 16, Nam quòd rumores diſtulerunt maleuoli, multas contaminaſſe græcas, dum facit paucas latinas, factum hic eſſe id non negat.

Differre: Eſtre differant, ne reſembler point. Plaut. in Truc. 14.12, In vrbem crebre cõuenio: hic factus iam ſum cauillator probus. A. quid id eſt amabo? iſthæc ridicularia, cauillationes vis, opinor, dicere, ita vt pauxillum differat à cauillis. Plin. in epiſtolis, Differens à cæteris robore. Cic. in Verrem, At vide quid differat inter meam opinionem & tuam.

Differre: Mettre en ordre: In ordinem ponere. Virg. lib. 4. georg. Ille etiam ſeras in verſum diſtulit vlmos.

Dilatio dilationis, fœm. gen. Dilation, prolongation. Petere dilationem, demander delay. Plin. epiſt. 18. a, Scribis te perterritũ ſomnio, vereri ne quid aduerſi in actione patiaris. hinc rogas vt dilationem petam & pauculos dies.

Differitas pro differentia, apud antiquos. Lucretius lib. 4. Tantáque in his rebus diſtantia, differitáſque eſt. Nonius Marc.

DIFFIBVLO diffibulas, diffibulare, Deſceindre. Papinius, Emicat & torto chlamydem diffibulat auro.

DIFFICILIS & hoc difficile, Difficile a faire. Terentius in Heaut. 4.2.8, Nihil tã difficile, quin quærẽdo inueſtigari poſſiet. Idem in And. 1.3.6, Cui verba dare difficile eſt. Plaut. in Trinummo, 10.21, Tu feciſti vt difficilius foret culpa maxime & deſidia.

Difficilis homo: Difficile a ſeruir, auec qui on ne peult durer, & a qui on ne peult faire aucune

choſe a ſon gre. Plaut. in Merc. 18. 14, Verum ſi non amant, oderunt, moleſti itidem atque difficiles. Terent. in Heaut. 3. 2. 24, Fingeret fallacias vnde eſſet adoleſcenti amicæ quod daret: atque hunc difficilem inuitum ſeruaret ſenem. Ibidem, 5. 1. 60, Niſi caues, difficilem oſtendis te eſſe, & ignoſces tamen. Martialis, Difficilis, facilis: iucundus, acerbus es idem: Nec tecum poſſum viuere, nec ſine te. Difficiles ſenes. Cicero de ſenectute, 7, Mode rati enim nec difficiles ſenes.

Difficilis amor: Difficile a entretenir, ſi touſiours on ne baille. Terent. in Eunucho, 5. 4. 4, Nã vt omittam quòd ei amorem difficillimum & cariſſimum ab meretrice auara.

Difficilis terra, Quæ non ſine labore fructum producit. Virgilius, Difficiles primum terræ, colléſque maligni.

Difficiles loci: Lieux fors a prendre. Salluſt. in Iugurtha, At reges vbi de aduẽtu Marij cognouerunt, diuerſi in locos difficiles abeunt.

Difficultas difficultatis, Difficulté. Plaut. in Epid. 5. 102, Quo illum ab illa prohibeas, ne qua ob eam ſuſpicionem difficultas eueniat. Terent. in Hecyra, 4. 4 45, Neutra in re vobis difficultas à me erit. Il ne tiendra point a moy que les choſes ne ſe facent. Plin. in paneg. 132, Videmus vt prouinciarũ deſyderijs, vt ſingularum etiam ciuitatum præſidijs occurrat, nulla in audiendo difficultas, nulla in reſpondendo mora. Il oit voulentiers parler les gens. Idem epiſt. 157. a, Vna, ſed maxima difficultas, quòd hæc æquare dicendo, arduum.

Difficulter: Aduerbium, A grand peine. Plin. epiſt. 141, Et hic non ſtylo modo, verumetiam lectionibus difficulter. ſed abſtineo, ſoliſque auribus ſtudeo.

Difficul, antiqui dicebant, pro difficile. Varro, Bimargo, Quod vtrum ſit magnum an paruum, facul an difficul.

DIFFIDO diffidis, diffiſuſſum vel fui, diffiſum, diffidere: Soy deffier de ſoymeſme ou dautruy. Plaut. in Rudente, 2. 82, Valete vt hoſtes veſtri diffidant ſibi. Sulpitius Ciceroni, Plura me ad te de hac re ſcribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. Me deffier que tu ne ſoies aſſés ſage.

Diffidere de. Cic. ad Heren. Et de nobis non diffidimus.

Diffidens diffidentis, o. g. Qui neſt point aſſeuré: hors deſpoir. Plaut. in Mercat. 22. 15, Cupido quantus es: nam quenuis confidentem, facile tuis factis facis, eundem ex cõfidente actûtũ diffidentem denuo. Idem in Capt. 3. 9, Nihil agit qui diffidentem verbis ſolatur ſuis.

DIFFINDO diffindis, diffidi, diffiſum, diffindere, Fendre en pieces. Virg. Et media liquefacto tempora plumbo Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.

DIFFINGO diffingis, diffinxi, diffictum, diffingere, Quod fictum, formatúmque fuerat, remouere. Horat. lib. 2, Carm. Neque diffinget, infectúmque reddet.

DIFFINIO diffinis, diffiniui, diffinitũ, diffinire, Quaſi diſpertiendo diſtinguere. Vnde diffinitio, breuis oratio per quam rei vis, naturáque cognoſcitur. Sumpta tranſlatione ab ijs qui fundos, prædiáque diuidunt alia ab alijs. nam illi agrum ab agro diffiniunt, atque habitam de finibus controuerſiam diſtinguunt.

DIFFLO difflas, difflare, Flatu proſternere, Ruer par terre aucun en ſoufflant. Plaut. in Milite, 3. 17, Quémne ego ſeruaui in Campis Cuticulindonijs, vbi bombomachides cluninſtatides Archides erat imperator ſummus Neptunni nepos. A. memini, nempe illũ dícis cũ armis aureis, cuius tu legiones difflauiſti ſpiritu, quaſi ventus folia, aut penniculum tectorium.

DIFFLVO diffluis, diffluxi, diffluxum, diffluere: Couler de toutes pars.

Diffluit animus laſciuia & luxuria. Terent. in Eunucho, 5. 1. 73, Egóne vt eius amicum, qui nunc luxuria & laſciuia diffluit, retundam, redigam, vt quò ſe vortat neſciat? Qui eſt abandonné a volupté. Cicero, Si conſyderare volumus quæ ſit naturæ humanæ dignitas & excellentia, facile intelligemus quàm ſit turpe diffluere lũxuria, & delicate ac molliter viuere.

DIFFRINGO diffringis, diffregi, diffractum, diffringere: Rompre en pieces. Plau. in Aſin. 9. 69, Crura hercle diffrigentur.

DIFFVNDO diffundis, diffudi, diffuſum, diffundere, Hinc & hinc diffundere. Eſpãdre ca & la. Columella lib. 2, Nã vel reſpuit duritiã ſoli, dens aratri, vel ſi qua parte penetrauit, non minute diffundit humum. Cic. de ſenectute. 47, Me ipſius terræ vis atque natura delectat, quæ cum gremio mollito ac ſubacto ſparſum ſemen accipit; primum id occatum cohibet, ex quo occatio quæ hoc efficit nominata eſt: deinde tepefactum vapore & compreſſu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem.

Diffunditur virtus. Cic. de amicitia, 44, Neque enim ſunt iſti audiẽdi, qui virtutem duram &

quaſi ferream eſſe quandam volunt: quæ quidem eſt tum multis in rebus, tum in amicitia tenera atque tractabilis, vt ex bonis amici quaſi diffundatur, & incommodis contrahatur.

Diffunditur morbus. Plin. epiſt. 87, Vtque in corporibus, ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur.

Diffunditur oratio. Plinius in paneg. 94. a, Quo fit vt propè in immẽſum diffundatur oratio mea, & necdum de biennio loquor.

Diffuſus, diffuſa, diffuſum: Eſpandu.

Diffuſius meritum. Plin. in paneg. 87, Adijce quod imperatoris noſtri non aliud amplius ac diffuſius meritum eſt, quàm quòd inſectari malos principes tutum eſt.

DIGERO digeris, digeſſi, digeſtũ, digerere: Separare, Porter ca & la. Plin. epiſt. 173. c, Hæc ab omni latere perſpicitur, eadẽ aqua pariter ſuſpenſa & merſa. interdum iunctæ copulatæque & continentis ſimiles eunt: interdum diſcordantibus ventis digeruntur: nonnunquam deſtitutæ, tranquillitate, ſingulæ fluitant.

Digerere, Ordinare, diſponere. Virg. Digeret in numerum.

Digerere, Dilucidare, interpretari. Virg. lib. 2, Ita digerit omnia Chalcas.

Digerere, Diuidere, diſtinguere: Separer lung dauec lautre, mettre chaſcũ a part. Plin. lib. 18, Poma ſerantur, inſerantúrque: vineæ paſtinentur, ſemina digerantur.

Digerere: Digerer viande. Cic. philip. v, Lucius Piſo triginta diebus ante me inimicitias mihi denũtiauit: adeſſe in ſenatu iuſſit ad x i i i cal. Octobris, Ipſe interea decem & ſeptẽ dies, vt digeſtio potius, quàm declamatio videretur, de me in Tyburtino Scipionis declamitauit.

DIGITVS digiti, m. g. Vng doigt.

Digito vno ne me attigeris: Garde toy bien de me toucher du doigt ſeulemẽt. Plaut. in Perſa, 13. 18, Ne ſi me vno digito attigeris, te ad terram affligam ſcelus.

Digitis extremis attingere aliquod genus vitæ: Commencer tant ſoit peu a viure ſelon quelque maniere de viure. Cic. pro M. Cælio, Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, non modo qui primoribus labijs guſtaſſent genus hoc vitæ, & extremis (vt dicitur) digitis attigiſſent: ſed qui totam adoleſcẽtiam voluptatibus dediſſent, emerſiſſe aliquãdo, & ſe ad frugem bonam, vt dicitur, recepiſſe.

Digito cælum attingere. Cic. Attico, lib. 2, Noſtri autem principes digito ſe cælum putant attingere, ſi muli barbati in piſcinis ſint. Vide CAELVM.

Digitum tollere. Cic. in Verrem, act. 3, Itaque renũtiat Rabonius illam deciſionem tutoribus: accurrunt tamen ad tempus tutores, digitum tollit Iunius patruus. iſti color immutatus eſt, vultus, oratio, mens denique excidit. quid ageret cœpit cogitare. Si opus pupillo redimeretur, ſi res abiret ab eo mancipe, quem ipſe appoſuiſſet, ſibi nullam prædã eſſe. Digitũ tollit, id eſt, ſignificat ſeſe redẽptorẽ. Hoc ipſe alibi, digito liceri vocat. In emptione enim antiquitus poſt licitationẽ digitis leuabatur, ſignificans quenquam emptioni allubeſcere. Martialis, Iam mea res digitum ſuſtulit hoſpitibus. Vnde manceps eſt appellatus, qui quidpiam conducens manum tollebat, ſe ſignificãs emptorem. Hoc erat apud Veteres micare, per digitorum leuationem diſtrahere.

Digitum tranſuerſum excedere. Plaut. in Aulul. 4. 18, Iſthic adeſto: ſi hercle tu ex iſthoc loco digitum trãſuorſum, aut vnguem latum exceſſeris, aut ſi reſpexeris. &c. Si tu bouge de ceſte place la longueur dung doigt.

Digitalis & hoc digitale, omn. g. Quod eſt digitorum: Appartenant aux doigts: ou, Dung doigt. Plin. lib. 22, Et ancuſæ radix in vſu eſt, digitali craſſitudine.

Digitalia, ſubſtantiuum, tegmenta digitorum dicuntur. Varro de re ruſtica, lib. 1, Olea manu ſtricta melior ea quæ digitis nudis: laudabilior, quàm illa quæ cum digitalibus.

Digitulus digituli, diminutiuũ: Vng petit doigt. Plaut. in Rud. 18. 13, Súntne illæ ancillæ tuæ? L. ſunt. T. age dũ ergo, tange vtrãuis digitulo, minimo modo. Idem in Pœn. 7. 63, Vix quidem hercle ita pauxilla eſt digitulis primoribus. Terent. in Eunucho, 2. 2. 53, Sine biduum hoc prætereat, qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus.

DIGITELLVS, herba. Vide Plinium, lib. 18. cap. 17.

DIGNVS digna dignũ, Digne, qui a deſerui que aucune choſe luy ſoit faicte. Plaut. in Rud. 10. 73, Neque digniorem cenſeo vidiſſe anum me quanquam, cui deos atque homines cenſeã benefacere magis decere. Terent. in Heaut. 1. 1. 55, Et me ignoras Clinia, ego te meum eſſe dici tantiſper volo, dum quod te dignum eſt facias.

Dignus domino ſeruus. Plaut. in Amphit. 8. 226, Abin' hinc à me, dignus domino ſeruus?

Terent.in Eunucho,5.2.26, Non te dignum Chærea feciſti.nam ſi ego digna hac cõtumelia ſum maxime,at tu indignus qui faceres tamen.

Dignus imperij.Cic.de aruſpicum reſponſis, Sed ne id viros optimos diutius delectet, legant hanc eius concionem,de qua loquor,in qua Pompeium ornat,an potius deformat,certe laudat,& vnũ eſſe in hac ciuitate dignũ huius imperij dicit, & ſignificat ſe illi amiciſſimũ eſſe.

Dignus ad.Plaut.in Milite,13.21, Ad tuam formam illa vna digna eſt.

Dignus præ. Plautus in Milite, 16.4, Quid enim non ſim dignus præ te, vt figam pallum in parietem?

Dignus cui. Terent.in Andr.1.4.3, Sane pol temulenta eſt mulier,& temeraria,nec ſatis digna,cui committas primo partu mulierem.

Dignius nihil eſt quod ametur. Terẽtius in Eunucho,5.9.21,Satis credo,nihil eſt Thaide tua dignius quod ametur.

Digna forma: Vne belle forme.Plaut.in Rudẽte,30.19,Videtur digna forma.Il ſemble eſtre beau de viſaige.

Digne,aduerbium, Dignement,honneſtement,comme appartient a honneſtes. Plautus in Milite,11.58,Quàm dignè ornata incedit,haud meretricie.

Dignitas,dignitatis,f.g. Eſt exiſtimatio quæſita claris rebus geſtis,magnificáque opinio. Cicero Attico, Dices fortaſſis,dignitatis ἄλις tanquam δηνὸς.ſaluti conſule. Quibus verbis alluſit ad adagium græcum,hoc eſt,ſatis gloriæ,magnificæque exiſtimationis tuæ tibi comparaſti: nunc habeto potius ſalutis rationem,quàm quid te deceat,tantopere videas. Gellius,Cuius dignitas nec augeri laudibus,nec minui detractionibus poteſt.

Dignitas, Magiſtratuum adminiſtratio & honor. Cicero Thermo, Vt omnibus in rebus ei te commodes,quoad fides, dignitáſque tua patietur.

Dignitas:oris probitas, morúmque præſtantia in ore eminens:virilis pulchritudo. Vng beau maintien.Cic.lib.1.off.Pulchritudinis genera duo: Vnũ virile, quam dignitatem dicimus. Alterum muliebre,quam venuſtatem appellamus. In Oratore autẽ perfecto vtrunque cõiunxit:Vultus verò(inquit)qui ſecundum vocem plurimum poteſt,quantam affert tũ dignitatem,tum venuſtatem:in quo cum effeceris ne quid ineptum aut voluptuoſum ſit,tum oculorum eſt magna moderatio. Plinius in paneg. Iam firmitas,iam procerítas corporis, iam honor capitis,& dignitas oris nónne longè latéque principem oſtentant? Id eſt, indoles morum in ore conſpicua.

Eſſe dignitati & honori.Cic.de amicitia, 61,Vt ſi parentibus nati ſunt humilibus, ſi propinquos habeant imbecilliores vel animo vel fortuna, eorum augeant opes, eíſque honori ſint & dignitati.

Digno dignas, dignare, Dignum putare.Pacuuius,Quis deos infernos, quibus cæleſtes dignet honoribus?

Dignor dignaris,paſſiuum:Dignus habeor:On meſtime digne.Virg.Cõiugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.

Dignor deponens,in frequentiori vſu,pro dignum iudico, ſeu habeo. Suet.in Auguſto, Vniuerſum denique genus, operas aliquas publico ſpectaculo præbentium etiam cura ſua dignatus eſt.Id eſt,dignum iudicauit,& dignatione ſua proſequutus eſt. Cicero OEconomico,Homo ex eo numero hominum,qui apud nos hoc nomine dignantur.Id eſt,digni habẽtur. Virgilius,Incipe parue puer,quoi non riſere parentes,Nec deus hunc menſa,dea nec dignata cubili eſt.

Dignatio dignationis,f.g.Eſt quod Græci ἀξίωμα dicunt,Id eſt, dignitas & amplitudo propter honores geſtos aut magiſtratũ,vel propter oris,morúmque maieſtatẽ. Plin.lib.xxi,cap.20, Polio Muſæus & Heſiodus perungi iubent dignationis gratia, gloriæque auidos polium tractare, colere. Suet.in Veſp.Exinde ſortitus Aphricam integerrime, nec ſine dignatione adminiſtrauit. Cic.Attico lib.x, Cælij quidem epiſtolam ſcriptam miſerabiliter, non ſine magno fletu legerunt pueri noſtri,& ſi meus quidẽ eſt fortior,eo ipſo vehementius cõmouet, nec quidquam niſi de dignatione laborat.Id eſt,nullius rei tantam rationem habendam nobis cenſet, idque agit, vt exiſtimationem antea collectã tueamur : & ne quid agamus quod indignũ ſit rebus à nobis geſtis. Plin.in Paneg.129,Tantũ dignationis in ipſo honore ponebat,vt nõ amplius eſſe cenſeret,quòd aliquis collega appellaretur à principe,quàm quòd prætor eſſet. Suetonius de claris grammaticis,5, Sæuius Nicanor primus ad famam dignationémque docendo peruenit.

Dignatio, Familiaritas, ſiue gratia. Liuius lib. 2, Apius interpres lectus, haud ita multo pòſt in principum dignationem peruenit.

DIGNORO dignoras, dignorare, Signa imponere, vt fieri ſolet in pecoribus. Marquer, faire quelque marque, affin de recongnoiſtre quelque beſte. Feſt. Pomp.

DIGNOSCO dignoſcis, dignoui, dignotum, dignoſcere, Recõgnoiſtre, apperceuoir, diſcerner lequel eſt lequel. Suet. in Othone, cap. 12, Vulſo corpore, galerico capiti propter raritatẽ capillorum adaptato & annexo, vt nemo dignoſceret.

DIGREDIOR, digrederis, digreſſus ſum, digredi, Diſcedere: Se partir, ſen aller, ſortir. Plinius epiſt. 12. c, Serui è cubiculo receſſerunt (habebant enim hoc moris, quoties intraſſet fidelior amicus) quinetiam vxor (quanquam omnis ſecreti capaciſſima) digrediebatur. Idem in Paneg. 141, Quam ego audio confuſionem tuam fuiſſe, cum digredientẽ proſequereris? Cic. Cornificio, Etſi periniquo patiebar animo te à me digredi. Virg. Hos ego digrediẽs lachrymis affabar obortis.

Digreſſus digreſſus digreſſui, Departement, allee. Cic. de ſenect. 77, Quem ego meũ caſum fortiter ferre viſus ſum, non quod æquo animo ferrem, ſed me ipſe conſolabar, exiſtimans nõ longinquum inter nos digreſſum & diſceſſum fore.

DIIVDICO dijudicas, dijudicare, Iudicare, vel Diligenter iudicare: Diligemment iuger de quelque choſe. Plaut. in Amphit. 8. 43, Amphitruo vxorem ſalutat, lætus ſperatam ſuã: quam omnium Thebis vir vnam eſſe optimam dijudicat, quámque adeò ciues Thebani verò rumiferant probam. Terent. in Heaut. 5. 2. 33, Ego dicam quod mihi in mẽtem: tu dijudica: Dis en ce quil ten ſemble. Ibidem, 2. 2. 8, Pergin' iſthuc prius dijudicare, quàm ſcis quid veri ſiet? Cic. lib. Tuſcul. Vtrum igitur inter has ſententias dijudicare malimus, an ad propoſitum redire. Plin. epiſt. 203. b, Omnis enim aduertit quod eminet & extat: ſed acri intentione dijudicandum eſt, immodicum ſit, an grande, altum an enorme.

Dijudicatus dijudicata dijudicatum: Iugé & appointé. Cic. in Partitionibus, Hiſne verbis ſit actio quæritur: quæ etiam ſi antequam res in iudicium venit, aut concertata, aut dijudicata, aut confecta non ſunt, tamen in ipſis iudicijs, permagnum ſæpe habent pondus.

DILABOR dilaberis, dilapſus ſum, dilabi: Diffugere, diſcedere: Seſcouller, cheoir. Cic. libro Tuſc. 1, Sed neſcio quomodo dũ lego, aſſentior: cum poſui librũ, & mecũ ipſe de immortalitate animorũ cœpi cogitare, aſſenſio illa omnis dilabitur. Idem in Lælio, Iam enim à ſapientũ familiaritatibus ad vulgares amicitias noſtra dilabitur oratio. Id eſt, deſcendit, ſiue decurrit. Virg. Animis dilabere noſtris.

DILAPIDO dilapidas, dilapidare, Diſperdere, Deſpẽdre, cõſumer. Terent. in Phor. 5. 8. 4, Conuenundus Phormio eſt prius quàm dilapidet noſtras triginta minas.

DILARGIOR, dilargiris, dilargitus ſum, dilargiri, Diuerſis dare, Eſlargir & diſtribuer a pluſieurs. Suetonius in Iulio Cæſare, Cætera item quæ cuique libuiſſent, dilargitus eſt, contradicente nullo.

DILAVDO dilaudas, dilaudare. Cic. Attico, lib. v 1, Et ego audebo legere vnquã aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, ſi tale quid fecero?

DILIGENS, nomen à legendo, Diligent, ſongneux a quelque choſe que ce ſoit. Cic. de amicitia, 55, Sed Scipio (redeo enim ad Scipionẽ, cuius omnis ſermo erat de amicitia) querebatur quòd in omnibus rebus homines diligentiores eſſent, vt capras & oues quot quiſque haberet dicere poſſet, amicos quot haberet, dicere non poſſet. & in illis quidem parandis curam adhibere, in amicis eligendis negligentes eſſe.

Diligens temperamenti. Plin. in Paneg. 132, Tam diligens temperamenti vt nec conſulis officium princeps, nec principis conſul appeteret. Diligentiſſimus rei familiaris. Suet. de claris grammaticis, 23, Non multo minus ex re familiari, cuius diligentiſſimus erat.

Diligens in tuendo. Plin. in Paneg. 83, Idem tam parcus in ædificãdo, quàm diligẽs in tuẽdo.

Diligentia diligentiæ, f. g. Diligence. Plaut. in Rud. 19. 39, Curate hæc ſultis magna diligentia.

Diligenter, aduerbium: Diligemment, ſongneuſemẽt. Plautus in Captiuis, 5. 34, Cauto eſt opus vt ſobrie, ſineque arbitris accurate, hoc agatur, docte & diligenter: tanta incœpta res, haud ſomniculoſe hoc agendum eſt. Terent. in Eunucho, 3. 2. 47, Abi præcurre, vt ſint domi parata omnia. G. fiet. T H. diligenter Pythias faccures. Et paulò pòſt, Curate iſtam diligenter virginẽ. Ibidem, 2. 1. 1, Fac ita vt iuſſi, deducantur iſti. P. faciã. P H. at diligenter. P. fiet. P H. at mature: P. fiet.

Diligenter hic eram: Ie prenoye garde la diligemment, ie y reſgardoye ſongneuſemẽt. Plaut. in

Milite, 3.28, Vbi tu es? A. eccum ædepol, elephanto in India quo pacto pugno præfregisti brachium. P. quid, brachium? A. illud dicere volui, femur. at diligenter hic eram. pol si quidem conniſus eſſes, per corium, per viſcera, pérque os elephanti brachium tranſmitteres.

Diligentius vænire. Cic. pro Sexto Roſcio, Si hunc apud bonorum emptores ipſos accuſares, eíque iudicio Chryſogonus præeſſet, tamen diligentius paratiúſque væniſſes.

DILIGO diligis, dilexi, dilectum, diligere, Aimer. Cic. de amicitia, 71, Quocirca dicēdum eſt etiam ſæpius, cũ iudicaueris, diligere oportet, non cum dilexeris iudicare. Idem ad Brutum, Sic igitur facies, & me aut amabis: aut quo contentus ſum, diliges.

Diligere, minus eſt quàm amare. Cicero Attico, lib. 14, Quis erat, qui putaret ad eum amorem quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? Tantũ acceſſit, vt mihi nunc denique amare videar, antea dilexiſſe.

Diligere: Diuidere. Plaut. in Curc. 8.53, Quidni nouerim? clypeatus elephantum vbi machæra diligit. Titinnius, Pernam totam diligit.

Diligens, diligentis, participium, Qui aime.

DILORICO diloricas, diloricare, Diſcindere. Cicero de Oratore, lib. 2, Qui in cauſſa peroranda, nõ dubitauit excitare reũ conſularẽ, & eius diloricare tunicã, & iudicibus cicatricẽ aduerſam ſenis imperatoris oſtendere. Alibi idem exemplum memorans, dixit, Tunicam à pectore diſcidit. Vt intelligamus idem eſſe diloricare & diſcindere.

DILVCEO diluces, diluxi, dilucere, Diſtincte, perfecte lucere, Clerement, entieremẽt luyre. Gellius lib. 2, Cõtrà verò qui ſex horis poſterioribus naſcitur, eo die videri natum qui poſt eam noctem diluxerit. Horat. in epiſt. Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.

Dilucidus dilucida dilucidum, Fort cler & luyſant.

Dilucide, aduerbium, Euidemment, cleremẽt. Terent. in Phormione, 2.3.52, Dilucide expediui quibus me oportuit iudicibus.

Diluceſco diluceſcis, diluceſcere: Commencer a luyre, comme quant le iour point. Cic. in Catilinam, ad Quirites: Prætoribus traduntur, ipſi comprehenſi, ad me, cum iam diluceſceret, deducuntur.

Diluculum diluculi, Aurora ante ſolis ortum, Laube ou le point du iour.

Diluculo, aduerbium: Des le point, ou au point & aube du iour. Plaut. in Amph. 15.44, Quàm diluculo miſiſti ad nauim Soſiam, vt hodie tecum conuiuerem.

Diluculo diluculas, diluculare, Eſt diluculum fieri. Gellius, Die craſtino vbi primũ diluculabit, fac amicos adeas, & roges veniant.

DILVO diluis, dilui, dilutum, diluere: Lauare, purgare, reſoluere, Lauer, nettoyer, deſträper. Cic. lib. 3. Tuſc. Quæ cogitatio vna maxime omnes moleſtias extenuat & diluit.

Diluere, eſt aquam vel alium liquorem miſcere: Meſler de leaue ou autre choſe parmi de lautre. Virg. Cui tu lacte fauos, & miti dilue baccho. Et Perſius, Diluis helleborũ dixit, pro eo quod eſt, medicamentis tẽperas. Plaut. in Pſeud. 13.27, Apponunt rumicem, braſſicam, betam, blitum: eo laſerpitij libram pondo diluunt.

Diluere: Reſpondre a ce que on nous demande, Declairer & ſouldre. Plaut. in Rud. 24.64, Dic mihi, quid ad vidulum pertinet, ſeruæ ſint iſtæ, an liberæ? T. omnia iterum vis memorari ſcelus vt defiat dies. D. abſtine maledictis, & mhi quod rogaui dilue.

Dilutus diluta dilutum, Quod eſt miſtum: Meſle. Vnde vinum aqua miſtum, dicitur dilutum. Mart. Diluti bibis vnciam falerni. Dilutus color dicitur, quum veluti aqua adhibita, minus eſt intenſus. Gellius, Luteus color rufus eſt dilutior.

Dilutum diluti, n.g. Id liquidum eſt in quo aliquid certo tempore infuſum fuit. vt ſi in vas vini appoſitũ abſynthiũ fuerit, deinde poſt interiectum tempus abſtractũ, id vinum, abſynthij dilutũ dicetur. Plin. Bibitur & madefacti abſynthij dilutum. Ita enim appellatur hoc genus.

Diluuium diluuij, n.g. Quod varie diluit. Nam diluuium, diuerſorum purgamentum fuit, omnia diluens, quando ſcilicet immodicis imbribus vel vexatur terra, vel obruitur, quæ & inundatio dicitur. Deluge deaue. Plin. epiſt. 170.a, Hic aſſiduæ tempeſtates, & crebra diluuia. Tyberis alueum exceſſit, & demiſſioribus ripis alte ſuperfunditur. &c.

Diluuies diluuiei, f.g. Idem. Lucretius lib. v 1, Pars etiam glebarum ad diluuiẽ reuocatur imbribus. Horat. lib. 4. Carm. Horredámque cultis diluuiem minitatur agris.

DIMANO dimánas, dimanare: Defluere: Couler & ſeſpandre, comme leaue dune fontaine. Cicero pro M. Cælio, Equidem, vt ad me reuertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam, & meus hic forenſis labor, vitæque ratio dimanauit ad exiſtimationem hominum paulo

latius commendatione & iudicio meorum.

DIMETIOR dimetiris, dimenſus ſum, dimetiri, Meſurer & compaſſer. Cic. de ſenect. 45, Videbamus in ſtudio dimetiendi cæli atque terræ mori penè C. Gallum familiarem patris tui Scipio. Plin. epiſt. 95. a, Interim ille certis dimenſiſque momentis, vel ſubſtrahitur vel aſſurgit. Idem epiſt. 213. a, Vbi hora quarta vel quinta (neque enim certum dimenſúmque tẽpus, vt dies ſuaſit) in xyſtum me, vel cryptoporticum confero.

DIMICO dimicas, dimicui & dimicaui, dimicatũ, dimicare, Pugnare, Sẽtrebatre, Cic. lib. 3. de orat. Qui propter tot, tantáſque cauſſas clariſſimorum hominum, atque optimorum virorũ me ſemper ab omni contentione ac dimicatione reuocaſti. Ouid. Victricus & gladijs & acuta dimicet haſta. Idem ſecundo elegiarũ, Hac tibi ſit pugna dimicuiſſe ſatis. Suet. in Cæſare, Nec ancipiti vnquam fortuna, præterquam bis, dimicauit. Liuius, Iuſta quoque acie, & collatis ſignis dimicatum eſt.

DIMIDIVM, dimidij, Vne moitié de quelque choſe diuiſee en deux. Plautus in Bacchid. 23.68, Dimidium auri datur, accipias. Idem in Pſeud. 20.59, Heus memento ergo dimidiũ iſthuc mihi de præda dare: commune eſſe oportet. Idem in Rud. 23.18, Ego iſthuc furtum ſcio cui factum eſt: nunc mihi, ſi vis dare dimidium, indicium domino non faciam. Idem in Pſeud. 7.37, Bonus animus in mala re, dimidiũ eſt mali. Idem in Aulul. 9.12, Vicini huius Euclionis è proxumo ei adeò obſonij hinc dimidium iuſſit dari.

Dimidia pars. Plaut. in Rud. 24.79, Nunc demum iſthuc dicis, quoniam ius meum eſſe intelligis, dudum dimidiam petebas partem.

Dimidio carius: La moitié plus chier. Cic. pro domo ſua, Emit domum litigatoribus defatigatis prope dimidio carius quàm æſtimabatur.

Dimidio minus: La moitié moins. Plaut. in Aſin. 9.35, Dromo mercedẽ retulit? LI. Dimidio minus, opinor. Dimidio plus, La moitié plus. Cicero Attico, lib. 9, Venio ad alteram nũc epiſtolam, recte non credis de numero militum ipſo: dimidio plus ſcripſit Clodia. falſum etiã de corruptis nauibus.

Dimidiatus dimidiata dimidiatum, Quelque choſe deuiſee en deux parties. Vt dimidiata hora, dimidiatum pomum. Plaut. in Menæhmis, 4.43, Dies quidem iam ad vmbilicum eſt dimidiatus mortuus. Ennius, Sicuti ſi quis ferat vas vini dimidiatum. Dimidiatum menſem dixit Cicero in Tuſculanis quæſtionibus.

Dimidiatim, aduerbium. Plaut. in Milite, 10.166, Sed percellunt, ſed perducunt, dimidiatim dũ appetunt. Id eſt, ſibi volunt dari dimidiam partem.

DIMINVO, diminuis, diminui, diminutum, diminuere, Diminuer, Amoindrir. Plautus in Aulul. 6.38, Nunc ego iſtum ſoror laborem degam, & diminuam tibi. Idem in Menæhmis, 8.30, Hei mihi cui nihil eſt quicum illi homini diminuã caput. Dequoy ie luy puiſſe rompre la teſte. Terent. in Eunucho, 4.7.33, Diminuam ego caput tuum hodie, niſi abis. Idem in Adelph. 4.2.33, Diminuetur tibi quidem iam cerebrum.

Diminutio capitis apud Iuriſconſ. eſt prioris ſtatus immutatio, vt teſtatur Caius eo titulo, l. Prima. Vide CAPVT. Antiqui tamen Oratores de capite diminuere, & de capite demere dicebant. Cic. in Verrem, Vnũ hoc aliud ſenatuſconſ. reprehenſum, ſecretúmque eſt, vt quibus ille de capite dempſiſſet, ne pecunias in ærarium referrent. Ibidem, Hoc nomine vidiſtis tritici modios de capite eſſe demptos. Idem in Topicis, Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem nomine ſunt. nõ eſt ſatis. Quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit. abeſt etiam nũc. Qui capite nõ ſunt diminuti, hoc fortaſſe ſatis eſt. Cæſar in Comment. Illud quod deditione ducis & capitis diminutione ſublatum eſt. T. Liuius de bello Punico, Sero nunc deſyderatis, diminuti capite, abalienati iure ciuium.

Diminutio diminutionis, f. g. Diminution. Plin. in Paneg. 61, Bona filij pater ſine diminutione poſſideat, nec ſocium hæreditatis accipiat, qui non habet luctus.

DIMITTO dimittis, dimiſi, dimiſſum, Dimittere, Enuoyer en quelque part. Suet. In Iulio Cæſ. cap 4, Nam comites, ſeruóſque cæteros in initio ſtatim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiſerat. Salluſt. Igitur C. Manilium Feſulas atque in eam partem Hetruriæ, Septimum quendam Camertem in agrum Picenũ, C. Iulium in Apuliam dimiſit. Virgilius, lib. 1, AEneid. Equidem per littora certos Dimittam.

Dimittere, Bailler congé daller, Laiſſer aller. Plaut. in Trinummo, 13.103, Dimittã vt te velle video: ſed monſtra hoſce homines mihi. Idem in Rud. 19.12, Verùm ſi ſenex vnquam te in vrbe offendero, nunquam hercle quiſquam me lenonem dixerit, ſi non te ludos peſſu-

mos dimiſero. Plin. in paneg. 36, Gratum erat cunctis, quòd ſenatũ oſculo exciperes, vt dimiſſus oſculo fueras. Terent. in Eunuc. 4.7.44, Iã dimitto exercitũ: THR. vbi vis. G. Sanga, vti fortes decet milites, domíque focíque fac viciſſim vt memineris. Cicero ad Cæſarẽ, lib. 3, Quæ ſi videres, nõ de exercitu retinẽdo tueri, ſed eo tradito, aut dimiſſo. Idem lib. 1. off. Cum autem Pompilio videretur, vnam dimittere legionẽ. Salluſt. Deinde eos, pollicitus operam ſuam, domum dimittit. Cic. de amicitia, 11, Senatu dimiſſo, domũ reductus ad veſperam eſt à patribus conſcriptis.

Dimittere amphorã vini, Ne ſarrer point quelque choſe, la laiſſer en voie tellement que chaſcũ la puiſſe prendre. Plaut. in Milite, 11.11, Eho, an dormit Sceledrus intus? LV. nõ naſo quidem: nam eo magnum clamat: tetigit calicem, clanculum dimiſit nardini vnam amphoram cellarius.

Dimittere ſcholã: Ceſſer de tenir eſcholle. Suet. de claris grammat. 18, Cũ edoceret iã multos ac nobiles, in his Iulium Antonium triumviri filium, vt Verrio quoque Flacco cõpararetur, dimiſſa repente ſchola, tranſijt ad Q. Septimij philoſophi ſectam.

Dimittere, Permittere, in poteſtatem dare. M. Tullius de rep. lib. 1, Tum annui conſules, tum dimiſſi populo faſces.

Dimittere: Dare. Virg. Dimiſſáque nomina gentis Ab Ioue.

Dimittere ſe in comparationem alterius: Se oſer accõparer a vng autre. Suet. de claris Rhet. 5, Suſcepit eas partes: actáque ita compleuit, vt Planco ſilentium imponeret, nõ audenti in cõparationem ſe dimittere. Fortaſſe legendum demittere.

Dimittere vxorẽ: pro Repudiare. Suet. in Tiberio Cæſ. cap. 10, Dubiũ, vxoríſne tædio, quam necꝑ criminari, aut dimittere auderet, neque vltrà perferre poſſet. &c. Ibidem, cap. 35, Equiti Romano iuriſiurandi gratiã fecit, vxorem in ſtupro generi compertã dimitteret, quam ſe nunquam repudiaturum antè iurauerat.

Dimittere matrimonium, pro ſoluere vel reſcindere, apud Suetonium in C. Calig.

Dimiſſa eſt matrimonio, pro Repudiata. Suet. in Tib. Cæſare, cap. 49, Qui dimiſſam eam è matrimonio poſt viceſimum annũ veneni olim in ſe comparati arguebat. Idem in Domitiano, cap. 8, Equitem Romanum ob reductam in matrimonium vxorem, cui dimiſſæ adulterij crimen intenderat, eraſit iudicum albo.

Dimittere amicitias: Delaiſſer amitié. Cic. de amicitia, 65, Eſt etiam quaſi quædam calamitas in amicitijs dimittendis nonnunquam neceſſaria.

Dimiſſoriæ literæ, inquit Modeſtinus, ſunt quæ vulgo epiſtolæ dicũtur, quòd per eas cauſſa ad eũ qui appellatus eſt, dimittitur.

DIMOVEO dimoues, dimoui, dimotum, dimouêre: Oſter, ou remuer de ſon lieu. Virg. lib. 2. georg. Agricola incuruo terrã dimouit aratro. Plin. in Paneg. 78, Ille tamen, quibus ſibi parietibus & muris ſalutem ſuam tueri videbatur, dolum ſecum & inſidias & vltorem ſcelerũ demum incluſit, dimouit, perfregítque cuſtodias.

Dimouere bonum & malum: Remuer, penſer & repenſer au bien & au mal. Salluſt. de repub. ord. Primum id quæſo conſidera, qualis ſit de quo conſultas. ita bonis maliſque dimotis, patenti via ad verum perges.

Dimouere de ſẽtẽtia: Eſtre oſté de ſon opiniõ. Plaut. in Perſa, 10.46, Dicat quod quiſque vult, ego de hac ſententia non dimouebor.

DINVMERO, dinumeras, dinumerare: Cõpter argent, ou paier. Plau. in Epid. 2.68, Quia patrem prius conuenire ſe non vult, neque conſpicari, quàm id argẽtum quod debet, dinumerauerit. Idem in Rud. 31.50, Dic mihi, quãti illam emiſti tuam alteram mulierculam Ampeliſcam? L. mille nummos dinumeraui. Terent. in Adelph. 5.7.17, Iube nũc iam dinumeret Babylo illi viginti minas. Dinumeret, quaſi multum numeret, inquit Donatus.

DIOBOLARIS & hoc diobolare. Diobolares meretrices, inquit Feſtus, quæ duobus obolis ducuntur. Plaut. in Pœnulo, 4.48, Turba eſt nunc apud aram, ibi vís inter iſtas verſarier profedas, piſtorum amicas, reliquias alicarias, miſeras, cœno delibutas, ſeruili &c. ſeruulorum ſordidulorum ſcorta diobolaria? Diobolaria ſcorta dixit, tanti proſtantia, quanti ſolidus noſter eſt & ſextans.

DIOECESIS, huius diœceſis, f. g. latine gubernatio, adminiſtratio, ſiue iuriſdictio, à διοικέω guberno, tueor. Sunt autem diœceſes, pontificum, in quas adminiſtrandi officij ſui liberã habent poteſtatem. propter quod diœceſani, epiſcopi vocãtur. Cic. Appio Pulchro, Quid enim erat, quod me perſequerẽtur in caſtra, Taurum ne tranſirent, cum ego Laodicea vſque ad Ico-

nium iter ita fecerim, vt me omnium illarum diœceſium, quæ cis Taurum ſunt, omniúmque earum ciuitatũ magiſtratus legationéſque conuenirent. Idem, Seruilio, Ex prouincia mea Cilicienſi, cui ſcis τῆς διοικήσεως Aſiaticas attributas fuiſſe, nullo ſum familiarius vſus, quàm Androne Artemonis filio Laodicenſi.

DIOPTRA dioptræ, Inſtrumentum geometricum, ab explorando, perſpiciendóque. In qua ſignificatione vtitur Pollux. Victruuius autem libro 8, accipit pro regula ad librandas aquas, quum ait, Libratur aqua dioptris.

DIOTA, diotæ, f. g. hæ diotæ, ſunt vaſa ſeu dolia fictilia, duas anſas habentia, & ad ſeruanda vina accommodata. Horatius, Deprome quadrimum Sabina ô Thaliarche merum diota.

DIPLOMA diplomatis, n. g. Eſt quod patentes literas appellamus: cuiuſmodi ſunt edicta & mãdata principũ regio ſigno ſancta, & quas bullas pontificias vocãt. Cic. in epiſt. Diploma ſtatim non eſt datũ. de literis Cæſaris loquens, quibus Balbus reſtituebatur. Verbũ eſt græcum, quidpiã duplicato cõpoſitum ſignificans, aut complicatum, vt linteum, quod δίπλωμα dicitur. Macrobius, Cõſulunt hũc deum, & abſentes miſſis diplomatibus cõſignatis, reſcribítque ordine ad ea quæ cõſultatione abdita continentur. Diplomata appellat chartulas cõplicatas, & lino traiectas, obſignatáſq; : quo in loco, codicillos etiã latine ea vocat. Cic. in L. Piſonẽ, Mitto diplomata tota in prouincia paſſim data: mitto nauium numerũ, ſummámque prædæ: mitto rationem exacti, imperatíque frumenti, mitto ereptam libertatem populis, ac ſingulis qui erant affecti præmijs nominatim: quorũ nihil eſt quod nõ ſit lege Iulia, ne fieri liceat, ſancitũ diligenter. Plin. epiſt. 262, Diplomata domine (quorũ dies præterita) an omnino obſeruari, & quãdiu velis, rogo ſcribas, méque hæſitatione liberes. Suet. in Nerone, cap. XII, Item pyrrhicas quaſdam è numero epheborum, quibus poſt editam operam, diplomata ciuitatis Romanæ ſingulis obtulit. Cic. Attico, lib. X, De diplomate admiraris, quaſi neſcio cuius te flagitij inſimularem. negas enim te reperire qui mihi id in mentem venerit. ego autem, quia ſcripſeras te proficiſci cogitare (etenim audieram nemini taliter licere) & eò te habere cenſebam, & quia à pueris diploma ſumpſeras.

DIPONDIVM & dipondius dipõdij, & dupõdius, à duobus põderibus dicitur. Nã vt Varro docet, duos aſſes pẽdebat. Aſſis duos ſextãtes noſtros valuit, id eſt, denariolos quatuor. Dipõdiũ igitur valebit octo denariolos noſtros. Quare Cicero pro Quintio, dipondiũ pro pecuniola poſuit, Si dupondius (inquit) tuus ageretur Sexte Neui, ſi in paruula re captionis aliquid vereretur, non ſtatim ad Caium Aquilium, aut ad eorum aliquem, qui conſuluntur, cucurriſſes.

DIPSAS dipſadis, f. g. latine ſitis dicitur. Ponitur autẽ pro quodã aſpidũ genere, cuius morſu incredibilis ſitis inducitur. Lucanus lib. 8, In medijs ſitiebant dipſades vndis.

DIRIGEO diriges, dirigui, Dirigere, Præ frigore aut timore, aut alio caſu viribus deſtitui. Se roidir, & demeurer comme mort, de frayeur que on a eu. Virg. Diriguit viſu in medio, calor oſſa reliquit.

DIRIGO dirigis, direxi, directum, dirigere, Dreſſer, Adreſſer. Plin. in Paneg. 73, Nam vita principis cenſura eſt, eáque perpetua: ad hãc dirigimur, ad hanc cõuertimur: nec tam imperio nobis opus eſt, quàm exemplo.

Dirigere iter ad. Plancus Ciceroni, Ad Mutinam iter dirigerem. Tibullus, Huc ades, & cœptum dirige Cæſar iter.

DIRIMO dirimis, diremi, diremptum, dirimere, Diuidere, Diuiſer, Rompre, & departir vne bataille, noiſe, conſeil, & autres telles choſes, Soy mettre entre deux pour faire ceſſer quelque choſe. Plaut. in Amph. 4. 101, Hæc illic eſt pugnata pugna abuſque mane ad veſperũ: hoc adeò hôc cõmemini magis, quia illo die imprãſus fui: ſed prælium id tandem diremit nox interuẽtu ſuo. Virg. Et prælia voce diremit. Dirimere rixã, Appaiſer vne noiſe, ſe mettre entredeux. Plaut. in Amph. 16. 27, Cõſimiles ſunt adeò, vt vtri adſim neſciã: rixã tamẽ, vt poteſt, dirimã.

Dirimi auſpicia dicuntur, cum rata eſſe nequeunt. Plin. lib. VIII, Nam ſoricum occentu dirimi auſpicia annales refertos habemus.

Dirimere ſententias. Plin. epiſt. 167. i, Quid lex? non aperte docet dirimi debere ſententias occidentis & relegantis, cum ita diſceſſionem fieri iubet?

Dirimere tempus. Cic. de diuinatione, lib. I, Quid enim habet aruſpex cur pulmo inciſus etiã in bonis extis, dirimat tempus, & proferat diem?

Dirimũtur oppida vnius diei itinere, Les deux villages ſont ſeparés lung de lautre le chemin dune iournee. Plin. epiſt. 94. a, lib. VI, Hunc ego non, vt multi, ſed arctiſſime diligo. oppida noſtra vnius diei itinere dirimũtur. Idem in Paneg. 52, Qui diremptã mari gentẽ, vt par-

tem aliquã populi plebíſque Romanæ aleret ac tueretur. Separee & diuiſee de Rome par la mer entredeux.

Dirimere conſilium. Salluſt. Quia nondum frequentes armati conuenerant, ea res conſiliũ diremit. Id eſt, deſtruxit.

Dirimere charitatem. Cic. de amicitia, 27, Primum ex ea charitate quæ eſt inter natos & parẽtes, quæ dirimi, niſi deteſtabili ſcelere non poteſt.

Dirimere controuerſiam: Eſt dijudicare. Ouidius, Res eſt arbitrio non dirimenda meo. Ce neſt pas moy a en iuger. Dirimere litem, inquit Cicero, Id eſt diſſoluere & decidere.

Dirimere actionem. Plin. Actionem meã, vt prælia ſolet, mox diremit. Id eſt, interrupit, & in alium diem reiecit eius exitum.

Dirimere ſocietatem. Cic. de off. Hi dirimunt humani generis ſocietatem.

DIRIPIO diripis, diripui, direptum, diripere. Diuerſa diuerſe capere, vt fit in vrbium expugnatione: Piller, emporter chaſcun ſa piece. Gellius, Nam cum oppidum Tholoſanum in Italia Q. Cepio conſul diripuiſſet, multúmque auri in eius oppidi templis fuiſſet, quiſquis ex ea direptione aurum attigit, miſero, cruciabilique exitu perijt. Plaut. in Pœnulo, 9.33, Hunc nũc Lyce ad te diripiendum adducimus cum præda.

DIRVMPO dirumpis, dirupi, diruptũ, dirũpere: Rompre en pieces & par violẽce. Plaut. in Curculione, Geminos in ventre videor habere filios: nihil metuo niſi medius dirumpar miſer. Dirumpere: Rompre & troubler vng ieu. Plaut. in Pœnulo, 2.117, Iámne hoc tenetis? ſi tenetis, ducite: ne dirumpatis quæſo, ſinite tranſigi.

Dirumpor dolore, dixit Cicero. Terent. in Adelph. 3.3.15, Collaudauit filium: mihi qui dediſſem conſilium, egit gratias. D. diſrumpor. Ie nen puis plus: ie creue de deſpit.

DIRVNCIO diruncis, diruncire, Depurgare, & quaſi dirum eijcere. Feſt. Pomp.

DIRVO diruis, dirui, dirutum: Ruer, ietter par terre, deſtruire. Terent. in Adelph. 5.7.10, Hanc in orto maceriem iube dirui, quantum poteſt. Liuius lib. 1, Iam fragor tectorum, quæ diruebantur, vltimis vrbis partibus audiebatur.

Dirutus, diruta, dirutum: Ruer par terre, deſtruict.

AEre diruti, Quos quaſſatos nunc dicimus, antiqui ære dirutos vocabãt. Genſdarmes quaſſés au gaiges. Feſtus, AEre dirutum, inquit, militẽ dicebant, cui ſtipendiũ ignominiæ cauſſa non eſt datũ: quòd æs diruebatur in fiſcũ, non in militis ſacculũ. Hoc verbo facetiſſime Cicero vſus eſt, act. VI, in Verrem, Dij faciant vt rei militaris, vt belli mentionem facere audeas. cognoſcentur enim omnia iſtius æra illa vetera, vt non ſolũ in imperio, verum etiã in ſtipẽdijs qualis fuerit, intelligatis. Renouabitur prima illa militia, cum iſte è foro abduci, non (vt ipſe prædicat) perduci ſolebat. Aleatoris Placentini caſtra cõmemorabuntur: in quibus cum frequens fuiſſet, tamẽ ære dirutus eſt. Id eſt, Quanuis non eſſet emanſor, ſed frequens in caſtris aleatorijs, tamẽ ære dirutus, Id eſt, ſtipẽdia perdidit, alea ſcilicet omnia abſumẽte. Idem in Antoniana XIII, Fraudator creditorũ Trebellius, dirutus, diruptúſque Q. Cælius. Id eſt, tum hernioſus, tum diſſipato patrimonio expeculiatus, atque omni ære exhauſtus. Luſit enim Cicero per paronomaſiam, dirupti, id eſt hernioſi, & diruti. Siquidẽ ære diruti milites æra non merebant, & quaſi ſine ære erant.

DIS præpoſitio, quæ ſemper cõponitur. & modo diuerſitatẽ ſignificat, vt diſſideo. modo diuiſio nẽ, vt diſſocio, diſiũgo. modo valde, vt diſcrucior, diſcupio. modo varie, ſiue in diuerſas partes, vt diſſemino, diſpono. quãdoque male, vt diſpereo. Componitúrque cum C, vt diſcumbo. cum F, vt diffundo, vbi ſ mutatur in f, euphoniæ cauſſa. cum P, vt diſputo. cum Q, vt diſquiro. cum R, vt diſrumpo. cum ſ, vt diſſimulo, diſturbo. cum i conſonante, vt diſiungo.

DIS ditis, diuitiarũ & inferorũ deus, vt inquit Strabo, græce Pluton dicitur: quia terrenã omnẽ vim atque naturã diti patri dedicatã putabãt, quòd diuitiæ omnes è terris oriãtur, & in terras recidãt. nã πλοῦτος, latine diuitiæ. Cic. de nat. deorũ lib. 2, Terrena autẽ vis omnis, atq; natura, diti patri dicata eſt: qui dies vt apud Græcos Pluton, quia & recidãt omnia in terras & oriantur è terris. Quintilianus lib. 1, à contrario interpretatur, quia minime dies eſt.

Dis, pro diuite ponitur. Plaut. in Aulul. Dites diuitijs, qui aureos montes colunt, ego ſolus ſupero. Terent. in Adelphis, Dis quidem eſſes Demea, ac rem tuam conſtabiliſſes. Hinc ditior & ditiſſimus.

DISCALCEO diſcalceas, diſcalceare, Deſchauſſer. Suet. in Nerone, cap. 51, Circa cultũ habitúmque adeò pudendus, vt comã ſemper in gradus formatã peregrinatione Achaica etiam pone verticem ſummiſerit, ac plerunque ſyntheſin indutus, ligato circum collum ſudario prodierit in publicum ſine cinctu & diſcalceatus.

DISCAPEDINO, diſcapedinas, diſcapedinare, A capedine fit, ſignificátque reſero, aperio: Apul. Hyagnis primus in canendo manus diſcapedinauit.

DISCAVEO, diſcaues, diſcaui, diſcautũ, diſcauere: Se garder de faire quelque choſe. Plautus in Menæh. 7. 24, Dictum faceſſe elatum, & diſcaueas malo.

DISCEDO diſcedis, diſceſſi, diſceſſum, diſcedere, Recedere, Se partir. Plin. Faceſſite hinc, atque à nobis diſcedite.

Diſcedit ex domo. Cic. de ſenect. 76, O præclarum diem. ita vixi, vt nõ fruſtra me natum exiſtimem, & ex vita iſta diſcedo tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim, natura diuerſorium nobis, non habitandi dedit. ô præclarum diem cũ in illud animorum conſilium, cœtúmque proficiſcar, & cum ex hac turba & colluuione diſcedam.

Diſcedere pedem. Plaut. in Aſin. 12. 13, Næ iſte hercle ab iſta pedem nõ diſcedat, ſiliceſſit, qui nunc feſtinat, atque ab hac minitatur ſeſe abire.

Diſcedere ab amicis: Delaiſſer amitié. Cic. de amicitia, 39, Præcipiendum eſt igitur bonis, vt ſi in eiuſmodi amicitia ignari caſu aliquo inciderint, ne exiſtiment ita ſe alligatos, vt ab amicis in magna re aliqua in remp. peccantibus, non diſcedant.

Non diſcedere à latere ſenis. Cic. de Amicitia, 1, Ego autem à patre ita erã deductus ad Scæuolam, ſumpta virili toga, vt quoad poſſem, & liceret, à ſenis latere nunquam diſcederẽ. Que ie ne bougeaſſe dauec luy.

Diſcedere à perſona, Id eſt, immutare perſonã. Modeſtinus de vſufructu. L. Titio. Vſuſfructus inutiliter legari intelligitur, in id tẽpus videlicet collatus, quo à perſona ſua diſcedere incipit.

Diſcedere conſilio. Terent. in Phorm. 5. 2. 8, His nunc præmium eſt, qui recta praua faciunt. G. veriſſime. D. vt ſtultiſſime quidem illi rem geſſerimus. G. modo vt hoc cõſilio poſſit diſcedi, vt iſtam ducat. D. etiámne id dubiũ eſt? G. haud ſcio hercle, vt homo eſt, an mutet animũ. D. hem mutet. Pourueu quil puiſſe changer ceſte fantaſie, quil puiſſe muer ce courage.

Quum diſceſſi à te, nemo mihi illo charior: Toy excepté, il ny a perſonne que iayme mieulx que luy. Cicero Lentulo, Quũ à vobis ſalutis meæ authoribus diſceſſerim, velim te exiſtimare, neminem eſſe, cuius officijs me eſſe tã deuinctum nõ ſolum confitear, ſed etiam gaudeã. Excepte vous, qui aués eſte cauſe de mon ſalut, il nya perſonne &c.

Diſcedere, Diſtẽdi, diuidi, hiare, Souurir, cõe la terre. Cic. lib. 3. off. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui cum terra diſceſſiſſet magnis quibuſdã imbribus deſcendit in illum hiatum. Siſenna hiſt. lib. 4, Armata dextra ducti, magiſque in latitudinem diſcedunt. Non. Marc.

Diſcedere in diuerſa dicebantur, qui in ſenatu diuerſa cenſebant. Plinius epiſt. 167. f, Referebatur in ſenatu de libertis Afranij Dextri conſulis, incertum ſua, an ſuorum manu, ſcelere, an obſequio perempti. Hos aliquis, ego, (ſed nihil refert) poſt quæſtionem ſupplicio liberandos, alius in inſulã relegãdos, alius morte puniendos arbitrabatur. Quarum ſentẽtiarũ tanta diuerſitas erat, vt non poſſent eſſe niſi ſingulæ. Quid enim habet cõmune occidere & relegare? nõ Hercule magis, quàm relegare & abſoluere. Quanquã propior aliquanto eſt ſententiæ relegantis quæ ſoluit, quàm quæ occidit: vtraque enim ex illis vitam reliquit, hæc adimit: cum interim & qui morte puniebant & qui relegabant, vnà ſedebant, & temporaria ſimulatione concordiæ diſcordiã differebant. Ego poſtulabã vt tribus ſententijs cõſtaret ſuus numerus, nec ſe breuibus inducijs duæ iungerent. Volebã (inquit Plinius) æquúmque eſſe cenſebam, vt diſceſſio in tres partes fieret, ne duæ ſimul ad tempus iunctæ occidentium ſcilicet, & relegantiũ, tertiã, id eſt, noſtrã abſoluentium perimerẽt, & ita liberti ſecũdo certamine morte aut relegatione periclitarentur, nulla iã abſolutionis ſpe reliqua. Exigebam ergo (inquit) vt qui capitali ſupplicio afficiẽdos putabãt, diſcederent à relegãte, nec interim cõtra abſoluentes mox diſſenſuri congregarentur: quia paruulum referret, an idem diſpliceret, quibus non idem placuiſſet. &c. Idem epiſt. 35. 1, Erant in vtraque ſententia multi, fortaſſe etiam plures in hac vel ſolutiore vel molliore. nam quidam ex illis quoque qui Cornuto videbãtur aſſenſi, hunc qui poſt ipſos cenſuerat, ſequebantur. ſed cum fieret diſceſſio, qui ſellis conſulum aſtiterant, in Cornuti ſententiam ire cœperunt.

Diſceſſio diſceſſionis, f. g. Diuiſion, ſeparation. Terent. in And. 3. 3. 37, Nẽpe incõmoditas denique huc omnis redit, ſi eueniat (quod di prohibeant) diſceſſio.

DISCEPTO diſceptas, diſceptare, Diſputare, contendere, Diſcordare, Se debattre daucune choſe auecvng autre, Agiter quelque matiere, & la traicter pour ſauoir que ceſt ou quil en eſt de faire. Cic. lib. 4. Tuſc. Itaq; illius veræ elegãtiſq; philoſophiæ, quæ ducta à Socrate in Peripateticis adhuc permãſit, & idem alio modo dicẽtibus Stoicis cũ Academici eorũ cõtroueſias diſceptarẽt, nulla ferè fũit, aut pauca admodũ latina monimẽta. Sall. in Iugur. Poſtquã illi more regio

iuſta magnifice fecerant, reguli in vnum conuenere, vt inter ſe de cunctis negotijs diſceptarẽt.

DISCERNO diſcernis, diſcreui, diſcretum, diſcernere, Separer.

Diſcernere, Diſtinẽte cognoſcere, Diſtinguere, Diſcerner, ſcauoir iuger que ceſt de quelque choſe. Terent. in Adelphis, Quid hoc (malùm) infelicitatis? nequeo ſatis diſcernere: niſi me credo huic eſſe natũ rei, ferundis miſerijs. Ie ne ſcay que dire ne que penſer que ce peult eſtre de ceſte malencontre.

Diſcernere armis, Certare, Batailler, mener guerre. Apuleius, Armis potius diſcernere, quàm iure vti voluerunt.

Diſcretus diſcreta diſcretũ, participiũ paſſiuæ ſignificationis, vt apud Columellam diſcreta ſemina, Id eſt, ſeparata. Separés lung dauec lautre. Suet. de claris grammat. 4. b, Veteres grãmatici, & rhetoricã docebant, ac multorum de vtraque arte cõmentarij ferũtur, ſecundũ quam cõſuetudinẽ, poſteriores quoque exiſtimo (quanquã iã diſcretis profeſſionibus) nihilominus retinuiſſe. Huius compoſitum protulit Plinius, Indiſcreta propè ſpecie fuêre, Id eſt, indifferẽti, Valla exponit actiue, ſic, Diſcretus, qui qualitates perſonarũ, ac rerum momenta diſcernit. Sed nullum attulit exemplum.

Diſcretio diſcretionis, f. g. Separation.

Cic. lib. 4. ad Heren. ſic definit, Diſcretio nominatur, quæ rerum conſequentium cõtinet perſpicuam & dilucidam cum grauitate expoſitionem.

Diſcrimen diſcriminis, n. g. Separation, difference. Cic. Totúmque diſcrimen ſummi boni, in ea rerum comparatione poſitum putat. Salluſt. Laudamus diuitias, proſequimur inertiam, inter bonos & malos nullũ eſt diſcrimẽ. Idem. hiſt. lib. 1, Sertorius fortis, turba morãtibus, & nullo, vt in terrore ſolet, generis aut imperij diſcrimine, per calonũ corpora ad mediũ quaſi de inſuper aſtantium manibus, in murũ attollitur. Sans auoir eſguard ſil eſtoiẽt de grande ligne, ou ſang royal. Virg. lib. 1, Tros, Tyriúſque mihi nullo diſcrimine agetur. Lucilius lib. 29, Et amabat omnes: nam diſcrimen non facit, neque ſignat linea alba.

Diſcrimen, Diuiſio capillorum & dimidiatio, quæ fit diſcerniculo.

Diſcrimen, Certamen. Virg. Poſt hos æquo diſcrimine Piſtrix Centaurúſque locum tendũt ſuperare priorem.

Diſcrimẽ, Periculum, Danger, peril. Virg. lib. 1. AEneid. Per tot diſcrimina rerũ Tendimus in Latium. Plin. epiſt. 139. a, Virgines cum vi morbi atrio Veſtæ cogũtur excedere, matronarum curæ cuſtodiæque mandantur: quo munere Fannia dum ſedulo fungitur, hoc diſcrimine implicita eſt. Idem epiſt. 102. b, lib. v 1, Rectinæ Naſci imminẽti periculo exterritæ (nam villa ea ſubiacebat, nec vlla, niſi nauibus, fuga) vt ſe tanto diſcrimine eriperet, orabat.

Diſcrimino diſcriminas, diſcriminare, Diuidere. Cic. in Philipp. Hetruriam diſcriminat Caſſia.

Diſcriminatim, aduerbium, Differenter: Differemment. Varro lib. 1, de re ruſtica, Eadẽ de cauſa ſunt quæ non poſſunt viuere niſi in loco aquoſo, aut etiam in aqua, & diſcriminatim. Et alia in lacubus, vt arundines in Aretino, alia in fluminibus, vt in Epiro arbores vlmi.

Diſcerniculũ diſcerniculi, n. g. Eſt (vt inquit Varro lib. 4. de lingua latina) quo diſcernitur capillus. Nonius Marcellus, Diſcerniculum, acus quæ capillos mulierum ante frõtem diuidit: dictum à diſcernendo. Lucilius lib. 30, Euplocamo digitis, diſcerniculúmque capillo.

Diſcerniculum, Differentia atque diſcrimen. Gellius, Tum comperi duas ſpecies hellebori eſſe, diſcerniculo coloris inſignes, candidi & nigri.

DISCERPO diſcerpis, diſcerpſi, diſcerptum, diſcerpere, Diſtrahere, diſcindere, Deſrompre, deſchirer en pieces, & deſmembrer. Liuius lib. 1, fuiſſe tũ quoque aliquos, qui diſcerptum regẽ patrum manibus taciti arguerent. Varro, Duabúſque admotis quadrigis, alligatum corpus, equis in diuerſum iter concitatis, diſcerpêre.

DISCINDO diſcindis, diſcĭdi, diſciſſũ, diſcindere, Coupper & rompre en pieces, deſchirer. Plaut. in Milite, 22. 2, Rapite ſublimẽ foras: facite eum inter terrã atque cælum vt ſit, diſcindite. Terent. in Adelphis, 4. 2. 21, Hem vide vt diſcidit labrum. Idem in Eunucho, 4. 3. 4. Veſtem omnem miſere diſcidit.

Diſcindere amicitias, Rõpre amitié. Cic. de Amicitia, 65, Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione vſus leuandæ, & vt Catonẽ dicere audiui, diſſuendæ magis quàm diſcindendæ ſunt.

DISCINGO diſcingis, diſcinxi, diſcinctum, diſcingere. Deſceindre.

Diſcinctus diſcincta diſcinctum, Deſceinct.

Diſcinctos, Antiqui negligẽtes & deſides appellabant. molles enim demiſſis diſcinctiſq; veſtibus vti ſolẽt. Perſius, Nõ pudet ad morẽ diſcincti viuere. Diſcincti (inquit Seruius) inhabiles ſunt militiæ. omnes enim qui militant, cincti ſunt. Vnde diſcincti, inefficaces & ignaui dicũ-

tur. ſicut econtrario præcinctos, ſtrenuos vocamus.

DISCLVDO diſcludis, diſcluſi, diſcluſum, diſcludere, Excludere. Enfermer dehors, Separer: Cic. Semotas à mẽte & diſcluſas putat. Lucanus, Cũ paribus iungi res, & diſcludere mũdũ.

DISCO diſcis, didici, diſcere, Apprendre. Plaut. in Amph. 4.16, Male didicit manum ferire. Idem in Truc. 16.22, Literas didiciſti: quãdo ſcis, ſine alios diſcere. Terent. in Adel. 1.2.45, Pater eſſe diſce ab alijs qui verè ſciunt. Idem ĩn Eunucho, 2.2.31, Ibi homo cœpit me obſecrare vt ſibi liceret diſcere id de me.

Diſciplina, diſciplinæ, f.g. Ce que apprent vng diſciple ou eſcollier ſoub ſon maiſtre, comme vne maniere de viure, & de faire, les meurs, ou autre doctrine. Plaut. in Bacch. 8.17, Eadémne erat hæc diſciplina olim cũ tu adoleſcens eras? Idem in Moſtell. 3.51, Diſciplinæ alijs erã, optimi quique expetebãt eã ſibi. Idem in Merc. 4.7, Nam hæc diſciplina hic peſſima eſt, currenti atque properãti haud quiſpiã dignũ habet decedere. Ils ſont fort mal diſciplinés icy, mal inſtruis & enſeignés. Idem in Bacch. 2.27, Tua diſciplina nec mihi prodeſt, nec tibi. Ce que tu mas aprins & enſeigné. Idem in Aſin. 5.49, Quum à piſtore panẽ petimus, vinũ ex œnopólio, ſi æs habent, dant mercẽ: eadem nos diſciplina vtimur, ſemper occulatæ noſtræ ſunt manus, credunt quod vident. Nous auons ceſte meſme maniere de viure, de faire, nous auõs eſte ainſi enſeignees. Terent. in Heaut. 2.3.59, Nam diſciplina eſt, eiſdem munerarier ancillas primum, ad dominas qui affectant viã. Ceſt la maniere de faire, ceſt le train quil fault tenir.

Diſciplina temporum. Cicero de ſenectute, 51, Admirari ſatis nequeo vel hominis cõtinentiã, vel temporum diſciplinam.

Diſcipulus, diſcipuli, Qui apprent ſoub vng maiſtre quelque choſe que ce ſoit. Plau. in Bacchid. 2.45, Vixiſſe nimio ſatius eſt quàm viuere. magiſtróne quenquã diſcipulum minitarier? nihil moror diſcipulos mihi eſſe tam plenos ſanguinis. Diſcipuli coquorum. Idem Plaut. in Aulul. 11.4, Nũquam ego, niſi hodie, ad bacchas veni in bacchanal coquinatum, ita me miſerum & meos diſcipulos fuſtibus male contuderunt. Idem in Pſeud. 13.96, Quæſo hercle priuſquam quicquam conuiuis dabis, guſta tute prius, & tuis diſcipulis dato. Cic. off. 1. Orator parũ vehemens, dulcis tamen, vt Theophraſti diſcipulum poſſis agnoſcere.

Diſcipula cruci data. Plaut. in Aulularia, 4.20, Si hercle tu ex iſthoc loco digitum trãſuerſum, aut vnguem latũ exceſſeris, aut ſi reſpexis donec ego te iuſſero, continuo hercle ego te dedã diſcipulam cruci. Ie te crucifieray.

DISCOLOR diſcoloris, o.g. Qui eſt de couleur differente, de diuerſe couleur. Ouid. Et volat admiſſis diſcolor agmen equis.

DISCONVENIO, diſconuenis, diſconueni, diſconuentum, diſconuenire: Eſtre en differẽt, ne conuenir point enſemble de quelque choſe. Horat. Et vitæ diſconuenit ordine toto.

DISCORS, diſcordis, o.g. Diſcordãt, Qui naccorde point auec vng autre. Virg. ſecũdo geor. O fortunatos nimium ſua ſi bona norint Agricolas: quibus ipſa procul diſcordibus armis Fundit humo facilem victum iuſtiſſima tellus.

Diſcordis, antiquitus dicebatur. Pomponius, Blanda, fallax, impotens, ſuperba, diſcordis.

Diſcordo diſcordas, diſcordare, Deſaccorder. Plau. in Merc. 5.7, Mercari mihi viſus ſum formoſam capram: ei ne noceret, quam domi antè habui capram, neu diſcordarent, ſi ambæ in vno eſſent loco.

Diſcordant inter ſe: Ils ſont en diſcord. Terent. in Andria, 3.3.44, Quĩ ſcis eos nũc diſcordare inter ſe?

Diſcordabilis & hoc diſcordabile, o.g. Deſaccordant. Plaut. in Capt. 7.43, Me hic valere, & tu te audacter dicito Tyndare inter nos fuiſſe ingenio haud diſcordabili.

Diſcordioſus diſcordioſa, diſcordioſum, Plein de diſcord, noiſeux, qui ne demãde que noiſe. Sall. in Iugurtha, Nam vulgus, vti plerunque ſolet, & maxime Numidarum, ingenio mobili, ſeditioſum, atque diſcordioſum erat, cupidum nouarum rerum, quieti & otio aduerſum.

DISCREPO diſcrepas, diſcrepui, & diſcrepaui, diſcrepitum, diſcrepare, Diuerſo modo crepo, Id eſt, ſono & crepitũ facio: Faire diuers ſons, deſaccorder. Cic. lib. 1. off. Vt in fidibus aut tibijs, quanuis paululum diſcrepent, tamen id à ſciente animaduerti poteſt.

Diſcrepare: Ne conuenir, naccorder point enſemble. Horat. lib. 1. odarum, Vino & lucernis Mœdus acinacis Immane quãtum diſcrepat impium Lenite clamorem ſodales, Et cubito remanete preſſo. Cicero de Orat. lib. 3, Nihil ſanè ad rem pertinet, ſi qua in re diſcrepuit ab Antonij diuiſione.

Diſcrepat, impersonale poſuit Liuius lib. 38, Nec inter ſcriptores rerũ diſcrepat ſolũ, ſed oratio-

nes quoque, ſi modo ipſorum ſunt, quæ feruntur.

DISCRIMEN, Vide DISCERNO.

DISCRVCIOR diſcruciaris, diſcruciari, Eſtre tormẽté. Plaut. in Caſina, 5. 60, Ego diſcrucior miſer amore, illa autem quaſi ob induſtriam, mihi aduerſatur.

Diſcrucior animi: Ie ſuis tormenté en mon eſperit. Plautus in Aulul. 5. 27, Diſcrucior animi, quia ab domo abeundũ eſt mihi, nimis hercle inuitus abeo. Terent. in Adelph. 4. 4. 1, Diſcrucior animi: hoccine de improuiſo mali mihi obiici tantum, vt neque quid me faciã, neque quid agam certum ſiet: membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit, pectore cõſiſtere nihil conſilij quit.

Diſcrucior animum etiam dicimus, teſte Diomede.

DISCVMBO diſcumbis, diſcubui, diſcubitum, diſcumbere, Saſſeoir a table. Gellius, Apud cœnam Fauorini philoſophi quum diſcubitum fuerat, cœptúſque apponi cibus, ſeruus aſſiſtẽs menſæ legere incœptabat.

Diſcumbere, Se coucher. Plaut. in Merc. 3. 99, Ad cœnã vocat. venio. decũbo: acceptus hilare atq; ãpliter. Diſcubitũ noctu vt im⁹, ecce ad me aduenit qua mulier alia nulla eſt pulchrior.

DISCVNEATVS, diſcuneata, diſcuneatũ: Quaſi immiſſo cuneo apertus ac patens: ſicut ligna diducta fiunt & hiantia addactis cuneis. Fendu auec coings: ou ouuert & baillant comme ſil eſtoit entreouuert auec coings. Plin. lib. 9, Conchæ contrahunt, ſed fruſtra diſcuneatæ.

DISCVPIO diſcupis, diſcupiui, diſcupitum, diſcupere, Valde cupere: Fort deſirer & conuoiter. Plau. in Pœnulo, 4. 50, I in malam crucem, túne audes etiam ſeruos ſpernere, propudium, quaſi bella ſit, quaſi eam ipſi reges diſcupiant? Idem in Trinummo, 13. 84, Lubet audire, niſi moleſtum eſt. s. quin diſcupio dicere.

DISCVRRO diſcurris, diſcurri, diſcurſum, diſcurrere, In diuerſas partes currere: Courir ca & la, puis dung coſte, puis dautre. Liuius lib. 1, Signo dato iuuentus Romana ad rapiẽdas virgines diſcurrit.

Diſcurſus diſcurſus diſcurſui, m. g. Cours qui ſe faict a aller cy & la. Plin. epiſt. 176. a, Qua induſtria, qua modeſtia quæſtor conſulibus ſuis (& plures habuit) non minus iucundus & gratus, quàm vſui fuit? quo diſcurſu, qua vigilantia hanc ipſam ædilitatem (cui præreptus eſt) petijt?

DISCVS diſci, m. g. Vas làtum, vt Iulius Pollux inquit, ad portãdas carnes aptũ, forte lanx, Vng plat ou eſcuelle. Apul. Cœnarum reliquis diſcus ornatus.

Diſcus, genus ludi, hoc eſt rotunda moles ſaxea vel plumbea ſiue ferrea, cuius iactu iuuenes inter ſe certabãt, fortior iudicandus, qui aut altius in ſublime, aut longius in tractu vltra deſignatum ſpatium proieciſſet. ita & miſſilibus cõtendebant. Cõme pourroit eſtre le ieu de ruer la pierre au plus loing, ou le ieu du pallet. Horat. lib. carm. Sæpe diſco, ſæpe trans finẽ iaculo nobilis expedito. Martialis, Splendida cõuolitent Sparthani pondera diſci: Eſte procul pueri, ſit ſemel ille nocẽs. Reſpexit Martialis ad fabulam, qua traditur, Iacynthum ab Apolline diſco interemptũ. Diſcis forma videtur eſſe plana, qualis ſpectãtibus nobis, ſolis vel lunæ videtur. Plaut. in Bacchid. 1. 34, Quid ego metuã rogitas? homo adoleſcens penetrẽ huiuſmodi in palæſtram, vbi damnis deſudaſcitur, vbi pro diſco damnum capiam, pro curſura dedecus. Ibidem, 8. 24, Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugillatu, pilla, ſaliendo ſe exercebãt magis, quàm ſcorto aut ſauijs.

Diſcobolus diſcoboli, m. g. Qui diſcum in ſublime iaculabatur, Id eſt, lapidem rotũdum ac pertuſum, vt inquit Ammonius. Quintil. lib. 2, Quid tam diſtortũ & elaboratum, quàm eſt ille diſcobolos Myronis?

DISCVTIO diſcutis, diſcuſſi, diſcuſſum, diſcutere, In diuerſas partes quatere & deijcere, diſturbare. Ruer ius ca & la, par pieces. Liuius, Tribus arietibus aliquantum muri diſcuſſit. Fabius lib. 6, Non autem commouere tantum commiſerationem oportet, ſed etiam diſcutere.

Diſcutere, Verbũ eſt medicinale. Faire purger vne apoſtume ou autre choſe quant elle eſt meure, ou autrement par quelque medicine ou inciſions. Tubercula enim aut diſcutiuntur, aut emittuntur. Diſcutiuntur interdum, id eſt diſſoluuntur: diſcutiuntúrque incipientia, ne ſuppurent. quod fieri ſolet, cum in aliquẽ locum incommodũ humores ingruũt. emittũtur autẽ ſuppurãtia, & iã cõcocta, aut naturæ ſpõte, aut ſcalpello, vel cautere adhibito. quod fit cum humores ad locum opportunũ erumpentes, eliciuntur etiã medicamentis, & euocantur, vt vlcera prorſus exanientur, id eſt, pus & ſaniem egerãt. Columella lib. 7, Etiã languor & nauſea diſcutitur, ſi integrum gallinaceum crudum ouum ieiuni faucibus inſeras.

Diſcuſſorius diſcuſſoria diſcuſſorium: Qui ſert a mettre quelque choſe par terre en pieces.

Diſcuſſoria medicamenta dicta, quæ Græci diaphoretica appellant. Quelque medicine a faire ietter vne apoſtume, a la faire creuer.

DISIICIO diſijcis, diſieci, diſiectum, diſijcere, Ietter ius, ca & la. Virg. Diſiecítque rates.

DISIVNGO diſiungis, diſiunxi, diſiunctum, diſiungere. Deſioindre, ſeparer. Terentius in Hecyra, 1.2.86, Atqui ea res multo maxime diſiunxit illum ab illa.

Diſiunctio diſiunctionis, f.g. Separation. Cic. Neque enim non poteſt mihi non moleſtiſſima eſſe diſiunctio noſtra in tanta rerum omnium varietate.

Diſiunctionem facere. Cic. de amicitia, 66, Niſi quædam admodum intolerabilis iniuria exarſerit, vt neque rectum neque honeſtum ſit, neque fieri poſſit vt non ſtatim alienatio diſiunctióque facienda ſit.

Diſiunctus à ſenatu. Cic. de amicitia, 39, Videre iã videor populũ Romanũ à ſenatu diſiũctum.

Diſiunctiſſimus diſiunctiſſima diſiunctiſſimũ, Fort deſioingt & eſloingnè. Plin. in Paneg. 26, Tribunus verò diſiunctiſſimas terras teneris adhuc annis viri firmitate luſtrati.

DISPALO diſpalas, diſpalare. Eſt paſſim digredi. ex dis & palo. Palare verò, vagari & errare ſignificat: à palis caſtrorum, hoc eſt, ſudibus modo huc, modo illuc tranſlatis. Seſpandre parmi les champs, & ſeſquarter. Siſenna lib. 3. hiſt. Diſpalati, ab ſignis digreſſi omnes, ac diſſipati. Tanto paſſim diſpalantur. Gellius lib. 1, Ea præcentione tranquilla & venerabili ad quandam quaſi militaris muſicæ diſciplinã vis & impetus militum, ne ſparſi diſpalatíque proruerent, cohibebantur. Salluſt. de rep. ord. Hæc igitur multitudo primum malis moribus imbuta, deinde in artes, vitáſque diſpalata, nullo modo inter ſe continens, parum mihi quidẽ idonea videtur ad capeſſendam remp.

Diſpaleſco diſpaleſcis, diſpaleſcere, Frequentatiuum: Diſſeminari, diuulgari, omnibus notum fieri. Plaut. in Bacchid. 20. 131, Si plus perdundum ſit, perijſſe ſuauius eſt, quàm illud flagitium vulgo diſpaleſcere.

DISPANDO, diſpandis, diſpandi, diſpeſſum, Diſpandere, Extendere. Plaut. in Milite, 7. 6, Credo ego iſthuc extemplo tibi eſſe: eũdum actũtum extra portam diſpeſſis manibus, patibulum cum habebis.

DISPAR, diſparis, o. g. Diſſemblable. Cic. de ſenect. 71, Cũ ſimplex natura animi eſſet, neque in ſe haberet quicquam admiſtum diſpar fui, quod nõ poſſit interire, atque diuidi. Diſpareſ mores, diſparia ſtudia ſequũtur. Cic. de amicitia, 64, Qui negligẽdi quidem nõ ſunt, ſed alio quodam modo colendi. aliter enim amicitiæ ſtabiles permanere nõ poſſunt. diſpares enim mores, diſparia ſtudia ſequuntur: quorum diſſimilitudo, diſſociat amicitias.

DISPARO diſparas, diſparare: Separer en diuers lieux. Plaut. in Rud. 2. 10, Qui eſt imperator diuûm atque hominum Iuppiter, is nos per gentes alium in alia diſparat. Cic. de Inuentione, lib. 1, Diſparatum autem eſt id quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur, hoc modo, Sapere & non ſapere.

DISPARTIOR diſpartiris, diſpartiri, Deſpartir. Plaut. in Aulul. 9. 3, Apud forum edixit mihi vt diſpartirem obſonium hic bifariã. Idem in Pſeud. 7. 26, Probum parentẽ eſſe oportet, qui gnatum ſuum eſſe probiorẽ, quàm ipſus fuerit, poſtulet. nã tu quod damni & tu quod feciſti flagitij, populo viritim potuit diſpartirier.

DISPELLO diſpellis, diſpuli, diſpulſum, diſpellere, Poulſer, deietter ca & la, de coſte & dautre. Liuius lib. 5, Quum duæ acies, duo diuerſa prælia, circunuentos Hetruſcos & à fronte & à tergo vrgerẽt, neque in caſtra, neque in montes vnde ſe nouus hoſtis obiecerat, iter fugæ eſſet, & equitem paſſim liberi frenis diſpuliſſent equi, Veientiũ maxima pars Tyberim effuſi petũt. Cic. lib. 1. Tuſc. Eadémque ab animo, tanquã ab oculis, caliginẽ diſpulit. Virg. Teucrorúmque alios acer quos æquore turbo Diſpulerat. Id eſt, diſiecerat, ſiue ſegregauerat. Plautus in Aſinaria, 12. 148, Iube aduenire, quæſo, meritiſſimo eius quæ volet, faciem⁹, qui hoſce amores noſtros diſpulſos compulit.

DISPENDO diſpendis, diſpendi, diſpenſum, diſpendere, Expendere, diſtribuere: Deſpẽdre, deſbourſer argent ou autre choſe.

Diſpendium, diſpendij, quod incuria vel negligentia aut immoderatione diſpendimus: Deſpend. Plaut. in Menæh. 11. 20, Minore nuſquam bene fui diſpendio. Iamais ie ne fus ſi bien traictè a moins de deſpens. Plin. Magno id lignorum diſpendio fit addito ſale.

Diſpendiũ, Dommage. Plaut. in Merc. 3. 53, Amorẽ multos illexiſſe in diſpendiũ. Terẽt. in Hecy. 5. 2. 29, Quid eſt quod mihi malim, quàm quod intellexi huic euenire, vt gratiã ineat ſine ſuo diſpẽdio, & mihi vnà profit? Idem in Eun. 5. 4. 7, Virginẽ quam amabat, eã cõfeci

ſine moleſtia, ſine ſumptu, ſine diſpendio.

Diſpendioſus, diſpendioſa, diſpendioſum, Dommageable. Columella lib. 2, Nam diſpẽdioſa eſt cũctatio. primum quòd auibus prædam, cæteriſque animalibus præbet. deinde quod grana & ipſæ ſpicæ culmis arentibus & ariſtis celeriter decidunt.

Diſpẽſo diſpenſas, diſpẽſare, Diſtribuer. Columella lib. 4, Cæleſtes admittat imbres, eóſque alẽdis ſeminibus diſpenſet, ac ſuis omnibus partibus ad educandam nouam prolem conſpiret. Plaut. in Bacchid. 20. 47, Is ducentos nunc nummos Philippos militi, quos dare ſe promiſit, dabit: nunc alteris etiam ducentis vſus eſt qui diſpenſentur Ilio capto.

Diſpenſatores, dicti ſunt, vt docet Feſtus, qui æs penſantes expendebant, non adnumerabant.

Diſpenſator ordinarius. Suet. in Sergio, cap. XII, Et ordinario quidẽ diſpenſatori breuiarium rationum offerenti paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligẽtia porrexiſſe. Threſorier des finances.

Diſpenſator diſpenſatoris, Qui deſpent & cõſume ſes biens. Iuuenalis, Prælia quanta illic diſpenſatore videbis Armigero.

Diſpenſatio diſpenſationis, f. g. Suet. in Othone, cap. v. Ante paucos dies Cæſaris pro impetrata diſpenſatione, x ſeſtertiũm expreſſerat.

DISPENNO diſpennis, diſpennere, inquit Nonius, eſt expandere. tractum à pennis & volatu auium. Plaut. in Milite, 22. 14, Vbi lubet diſpennite hominem diuorſum, & diſtendite. Quædam exemplaria pro diſpennite, legunt diſpendite.

DISPERDO diſperdis, diſperdidi, diſperditum, diſperdere: Perdre & conſumer ſes biens ca & la. Plautus in Trinummo, 6. 52, Per comitatem, ædepol pater, præterea aliquantum animi cauſſa in delicijs diſperdidit. Idem in Caſina, 5. 33, Imò age vt lubet ede, bibe, diſperde, rẽ.

Diſperditus diſperdita diſperditũ, Perdu & gaſté. Plaut. in Pœnulo, 14. 97, Di immortales meũ herum ſeruatum volunt, & hunc diſperditum lenonem.

DISPEREO, diſperis, diſperiui & diſperij, diſperitum, deſperire, Perir, & mourir. Plaut. in Amphit. 15. 64, Blepharo diſpeream ſi aut intus adhuc fui, aut ſi hunc miſerim. Martialis, Diſpeream ſi tu Piladi præſtare matellam Dignus es, aut porcos paſcere Pirithoi.

Diſperij: Ie ſuis mort, ceſt faict de moy, ie ſuis perdu. Terent. in Heaut. 2. 4. 24, Ah, retine me obſecro. B. amabo quid tibi eſt? A. diſperij. B. perij miſera, quid ſtupes Antiphila? Idem in Adelph. 3. 3. 1, Diſperij, Cteſiphonẽ audiui filium vnà in raptione cum AEſchino: id miſero reſtat mihi mali.

DISPERGO diſpergis, diſperſi, diſperſum, diſpergere, Eſpãdre par tout, ou du tout. Terẽt. in Adelphis, 5. 2. 7, Non manum abſtines maſtigia? an tibi mauis cerebrum diſpergi hic? Ibidem, 3. 2. 19, Satis mihi id habeam ſupplicij dum illos vlciſcar modo. ſeni animam primũ extinguerem ipſi, qui illud produxit ſcelus: tum autem Syrum impulſorem vah quibus illũ lacerarem modis, capite primum in terram ſtatuerẽ, vt cerebro diſpergat viam. Tibullus, Scilicet iſta fuit populi diſperſa per aures Fama, quòd admiſſus nuper amator erat.

DISPERTIO diſpertis, diſpertiui, diſpertitũ, diſpertire, Departir aux vngs & aux autres. Plaut. in Caſina, 15. 18, In malam crucem, pectus, aures, caput, téque di perdiunt. nam niſi ex te ſcio quicquid hoc ſiet, iam tibi pol execrata iſtic cerebrum diſpertiã. Idem in Aulularia, Hercle iniuria diſpertiuiſti, pinguiorem agnum iſti habẽt. Idem in Milite, 10. 134, Quæ improba eſt, pro mercis vitio dominum pretio pauperat: itidem diuos diſpertiſſe vitam humanã æquum fuit. Idem in Curc 4. 34, Viden' vt miſere moliuntur, neque queũt complecti ſatis? etiam diſpertimini? Idem in Amph. 4. 66, Poſtquam vtrinque exitum eſt, maxima copia diſpertiti viri, diſpertiti ordines. Departis par bandes ca & la.

DISPESCO diſpeſcis, diſpeſciui, diſpeſcitum, diſpeſcere, Ex dis & paſco, proprie pecus à paſtione deducere, vt docet Feſtus Pomp.

Diſpeſcere: Separare & dirimere. Plin. Nilus Aphricam ab AEgypto diſpeſcit.

DISPICIO diſpicis, diſpexi, diſpectum, diſpicere, Diligenter & clare videre, conſyderare: Cõſyderer diligemment, Prẽdre garde de tous coſtés, Preuoir. Terent. in And. 3. 5. 16, Quid meritus es? D. crucem. ſed paululum ſine ad me vt redeam, iam aliquid diſpiciã. Cic. Ego quid ſperem, non diſpicio. Plin. epiſt. 272, Et ipſe non aliud remedium diſpicio, mi Secunde chariſſime, quàm vt quantitas vſurarum minuatur. Cic. lib. 1. Tuſcul. Tamẽ acie mentis diſpicere cupiebant. Columella in præfat. At ego cum aut magnitudinem totius rei quaſi quãdã vaſtitatem corporis aut partium eius velut ſingulorum ſubtilitatem diſpicio, vereor ne ſupremus antè me dies occupet, quàm vniuerſam diſciplinam ruris poſſim cognoſcere.

DISPLICEO diſplices, diſplicui, diſplicitũ, diſplicere, Deſplaire. Terẽt. in Heaut. 5.2.19, Prius quæſo diſce quid ſit viuere: vbi ſcies, ſi diſplicebit vita, tu in iſthoc vtitor. Ibidem, 5.4.20, Eheu quàm nunc totus diſpliceo mihi.

Diſplicina diſplicinæ, Quæ diſplicet. Plautus in Ciſtellaria, 2.13, Ventum ad te gaudeo ecaſtor, ita nunc hodie hic acceptæ ſumus ſuauibus modis, niſi hæc diſplicina apud te quicquam fuit quin magis placeret.

DISPLODO, diſplodis, diſploſi, diſploſum, diſplodere: In varias partes plodere. Varro li. 2, de re ruſt. Pedibus iã latis neque ingredientibus qui diſplodẽtur, nec cuius vngulæ diuaricẽt.

DISPOLIO, diſpolias, diſpoliare: Deſpouiller. Terent. in And. 4.5.21, Clamitent me ſycophantam, hæreditatem perſequi, mendicum, tum ipſam diſpoliare non licet. Vide DESPOLIO. vtrunque enim legitur, & deſpolio & diſpolio, in eadem ſignificatione.

Diſpoliabulum, diſpoliabuli: Vne deſpouillerie, ou ſe commettent toutes meſchantetes. Plaut. in Bacch. 6.9, Egóne vt hæc cluſa geſtem clãculum, vt cælem patrem Pyſtoclere tua flagitia, aut damna, aut diſpoliabula, queis patrem, & me, téque, amicóſque omnes affectas tuos ad probrũ &c. Id eſt, ſcortationes & nequitias.

DISPONO diſponis, diſpoſui, diſpoſitum, diſponere: Diſpoſer, mettre en ordre. Plin. epiſt. 213.a, Quæris quemadmodum in Tuſcis diem æſtate diſponam. Euigilo &c.

Diſponit qui nuntient: Il ordonne aucuns. Plin. epiſt. 84.a, Diſponit qui nuntient ſibi quẽ ad ſenſum, quos clamores excitarim, quem euentum iudicij tulerim.

Diſponere otium. Plin. epiſt. 88, Cum ex communibus amicis cognoui te vt ſapientia tua dignum eſt, & diſponere otium, & ferre, habere amœniſſime &c.

Diſpoſitus diſpoſita diſpoſitum, Diſpoſé, mis en ordre, Ordõné. Plin. epiſt. 45.a, Nihil eſt enim illo vitæ genere diſtinctius, me autem vt certus ſyderum curſus, ita vita hominũ diſpoſita delectat, ſenum præſertim. Bien reiglee.

Diſpoſitus vir. Pli. epiſt. 35.g, Poſtero die dixit pro Mario Sabinius, liberalis, vir ſubtilis, diſpoſitus, acer, diſertus.

Diſpoſitio diſpoſitionis, f.g. Ordre, diſpoſition, ordonnance. Plin. epiſt. 101.lz, lib. v, Hãc diſpoſitionem amœnitatémque tectorum late longéque præcedit hyppodromus.

DISPVDET, diſpuduit, diſpuditum eſt, Diſpudere: Auoir honte & vergongne de quelque meſchanteté qui a eſté faicte. Plaut. in Bacchid. 7.77, Nam alia memorare quæ illum facere vidi, diſpudet. Idem in Moſtell. 16.44, Diſpudet iſtam veniam. TR. quid me fiet nunc iam? T. Verberibus cædêre dudum pendens, tametſi me pudet, interimã hercle. Terent. in Eunucho, Diſpudet mihi ſic data eſſe verba. Ouid. Quos Veneris furti diſpuduiſſe ferunt.

DISPVLVERO diſpulueras, diſpuluerare: Diſſoluere, Mettre en pouldre. Næuius gymnaſtico, Saxa, ſyluas, lapides, montes diſijcis, diſpulueras.

DISPVNGO diſpungis, diſpunxi, diſpunctum, diſpungere: Expungere, amouere.

Diſpungere rationes, eſt computum (vt noſtri dicunt) examinare: Regarder a ſes contes, aux miſes & receptes. Vlpianus, Diſpungere, eſt conferre accepta & data. Idem alibi, Percunctandas, atque examinandas rationes & diſpungendas atque diſcutiendas. Idem alibi, Vtrum ſemel, an etiam ſæpius recognitio & diſpunctio concedenda ſit creditoribus.

DISPVTO diſputas, diſputare: Valde purum facere, inquit Varro: Penſer puis dũg puis dautre: Examiner quelque choſe en ſoymeſme, tant que on ſache la verité. Plau. in Moſtell. 3.3, Eã rem volutaui, & diu diſputaui, hominem cuius rei quando natus eſt, ſimilem eſſe arbitrarer. Idem in Menæhmis, 2.48, Vt hãc rem vobis examuſſim diſputem. Affin que ie vous die clerement la choſe comme elle va tout entierement.

Diſputare rationem cum aliquo: Quãdo ſumma fit pura, Faire compte auec aucun. Plautus in Aulul. 15.57, AEs petit. itur. putatur ratio cum argentario. Vbi diſputata eſt ratio cum argentario, etiam plus ipſus debet argentario.

Diſputare: Debattre quelque choſe auec vng autre pour en ſauoir la verité: Diſputer. Plaut. in Moſtell. 16.16, Adueniẽs perterruit me: loquere nunc quid fecerim: nũc vtriuſque diſceptator eccum adeſt, age, diſputa. T. filium corrupiſſe aio te meum. C. auſculta modo, fateor &c. Cicero de Amicitia, 3, Catonem induxi ſenem diſputantẽ, quia nulla aptior videbatur perſona quæ de illa ætate loqueretur.

DISQVIRO diſquiris, diſquiſiui, diſquiſitum, diſquirere, Chercher par tout.

Diſquiſitio diſquiſitionis, f.g. Inquiſitio voluntatis, iudiciique diuerſorum. Diſquiſitio rurſum, eſt iudicum per opiniones, vt nunc loquimur, cum opinionem vel ſententiam omnes rogan-

tur. Liuius, Sed non quid ego fecerim, in diſquiſitionem venit, ſed quid iſti pati debuerint. Id eſt, non rogãtur ſententiæ de me. Idem, Nec tamen à dictatore comitia ſunt habita, quia vitióne creatus eſſet, in diſquiſitionẽ venit. Suet. in Cæſare, Primo prætura die Q. Catulũ de refectione Capitolij ad diſquiſitionem populi vocauit. Idem in Nerone, Ad diſquiſitionẽ ſenatus vocare.

DISRARO diſraras, diſrarare, Significat caſtrare, & diuerſis modis quod ſpiſſum eſt, rarum facio. Columella lib. v, Sed illud de integro refodi debet: hoc poteſt intercidi & diſrarari: quod ruſtici caſtrationem vocant.

DISRVMPO, Vide DIRVMPO.

DISSAVIOR, diſſauiaris, diſſauiari, Cũ lætitia & voluptate multa, oſculari. Cicero Tyroni, Te, vt dixi, fero oculis, ego vos ad quartum calend. videbo: tuóſque oculos, etiam ſi te veniens in medio foro videro, diſſauiabor.

DISSENTIO diſſentis, diſſenſi, diſſenſum, diſſentire: Auoir vne autre opinion que vng autre. Cic. de amicitia, 30, Ab ijs qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe diſſentimus. Plin. in Paneg. 148, Morum ſimilitudo concordiæ noſtræ gloriam minuat: ac perinde ſit mirum, ſi alter noſtrum à collega, ac ſi à ſeipſo diſſentiat.

Diſſenſio diſſenſionis, f. g. Diſſenſion. Cicero de amicitia, 23, Id ſi minus quidem intelligitur, quanta vis amicitiæ concordiæque ſit, ex diſſenſionibus atque ex diſcordijs percipi poteſt.

Diſſentaneũ, diſſentanei, n. g. Diſſentiens, non cõueniens. Nigidius, Eum locũ facit diſſentaneũ.

DISSEPIMENTVM diſſepimenti, n. g. membranula quæ eſt in medio nucis. Feſt. Põp.

DISSERO diſſeris, diſſerui, diſſertum, Varie ſemino, Semer en diuers lieux. Columella, Panax vtroque tempore leni & ſubacta terra rariſſime diſſeritur. Varro de lingua latina, Nam vt holitor diſſerit in areas ſui cuiuſque generis res, ſic in oratione qui facit, diſertus dicitur.

Diſſerere, Per trãſlationem, diſputare, enarrare, declarare ſignificat. Cic. de Amic. 4. C. Lælij perſona viſa eſt idonea fuiſſe, quæ de amicitia ea ipſa diſſereret, quæ diſputata ab eo meminiſſet magiſter meus Scæuola. Ibidem 10, Senectus enim, quãuis non ſit grauis (vt memini Catonẽ vno anno antequam mortuus eſt, mecum, & cum Scipione diſſerere) tamẽ aufert eã viriditatem in qua etiam tunc erat Scipio. Ibidem, 32, Audite verò optimi viri ea quæ ſæpiſſime inter me & Scipionem de amicitia diſſerebantur.

Diſſerto diſſertas, diſſertare, frequẽtatiuũ. Plaut. in Menæh. 17. 50, Dic mihi iſthuc Menæhme quid vos diſſertatis? vt ſciam. De quoy eſt ce que vous vous debattes? Gellius, Quum de antiquitate quorundam verborum diſſertaremus.

Diſertus, diſerta, diſertum, Qui probe diſſerit, Qui ſcet bien diſputer de quelque choſe, ſcauant a parler & diuiſer de quelque matiere. Varro, Nam vt holitor diſſerit in areas ſui cuiuſque generis res, ſic in oratione qui facit, diſertus dicitur. Cicero Attico, lib. x, Tu cum Sexto ſeruaſti grauitatem eandem, quam mihi præcipis. Celer tuus diſertus eſt magis quàm ſapiens. Horatius, Fœcundi calices quem non fecêre diſertum? Cic. de Orat. lib. 1, Túmque ego hac eadem opinione adductus, ſcripſi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum, diſertos me cognoſſe nonnullos, eloquentem adhuc neminem, quòd eum ſtatuebam diſertum, qui poſſet ſatis acute atque dilucide apud mediocres homines ex communi quadam hominũ opinione mirabiliter & diuinitus dicere. Idem pro M. Cælio, Explicabunt quam volent in conuiuijs faceti, dicaces, nonnũquam etiam ad vnum diſerti ſint, alia fori vis eſt, alia triclinij, alia ſubſelliorum ratio, alia lectorum, non idem iudicũ comeſſatorúmque conſpectus.

DISSIDEO diſſides, diſſedi, diſſeſſum, diſſidere, Eſtre en noiſe ou diſſenſion auec vng autre. Ne cõuenir, & neſtre point daccord. Plaut. in Mercatore, 19. 8, Hæc quidem aut viri, aut gnati fallacia, diſſident ſententiæ. ſequeſtro vir ait datam: eandẽ verò vænalem dicit filius. Cicero de amicitia, 2, P. Sulpitio vtebare multum, quũ is trib. plæbis capitali odio à Q. Pompeio, qui tum erat conſul, diſſideret.

Diſſidere: Pro diuortium facere. Suet. in Tiberio Cæſare, 7, Cum Iulia primo concorditer & amore mutuo vixit, mox diſſedit, & aliquanto grauius, vt etiã perpetuo ſecubaret, interſepto communis filij pignore.

Diſſidere, ad inanimata tranſlatum, pro diſcordare & non conuenire, Eſtre differant, diſcordant. Plinius lib. 38, Adamas diſſidet cum magnete lapide in tantum, vt iuxta poſitus ferrũ non patiatur abſtrahi.

Diſſidium diſſidij, n. g. Diſcord, noyſe, ſeparation. Terent. in Andria, 4. 2. 14, Valeant qui inter

nos diſſidium volunt. Cic. de amicitia, 23, Quæ enim domus tam ſtabilis, quæ tam firma ciuitas, quæ non odijs atque diſcordijs funditus poſſit euerti?

Diſſidium voluptatum venit. Plaut. in Pſeud. 3. 68, Harum mihi voluptatum omnium atque itidem tibi diſtractio, diſſidium, vaſtities venit.

DISSILIO diſſilis, diſſilui, & diſſiliui, diſſultum, diſſilire, Loco moueri, Saillir de quelque lieu. Apuleius, Vertibulo oſſa diſſilierant.

Diſſilire, proprie in diuerſas partes ſalire, Saulter dung lieu en autre. Plin. libr. 36, Lunenſem ſilicem ſerra ſecarat Tuſculanum diſſilire igni.

Diſſilire, Crepare, Frangi. Virg. AEráque diſſiliunt vulgo.

Diſſilire, Cito deſcendere. Virg. lib. x, Portiſque ab equo regina ſub ipſis Diſſilijt. Ouid. Ingenti ſcopulo diſilijſſe ferunt.

Diſſulto diſſultas, diſſultare, Frequentatiuum, Sauteler ca & la, de coſte & dautre. Plin. lib. 37, Incudibus hi deprehenduntur ita reſpuentes ictum vt ferrum vtrinque diſſultet, incudéſque etiam ipſæ diſſiliant.

DISSIMILIS & hoc diſſimile, o. g. Diſſemblable. Terent. in And. 1. 1. 16, Is adeó diſſimili ſtudio eſt. Idem in prologo Andriæ, 12, Non ita diſſimili ſunt argumẽto, ſed tamen diſſimili oratione ſunt factæ ac ſtylo.

DISSIPO diſſipas, diſſipare: Diſpergere: Eſpandre ca & la. Columella lib. 2, Sin autem proximæ meſſis occupandum erit reſtibile defectis ſtramẽtis, quatuor & viginti veheſ ſtercoris in iugerum diſponemus, diſſipabimúſque.

Diſſipare: Rompre & gaſter. Cic. Attico, lib. xv, Prorſum diſſolutum offendi nauigium, vel potius diſſipatum.

DISSIMVLO diſſimulas, diſſimulare: Faindre, faire ſemblant de ne faire point ce que on faict. Plaut. in Milite, 14. 2, Diſſimulabo hos quaſi non videam. Idem in Epid. 5. 55, Ego abſceſſi ſolens paulum ab illis: diſſimulabam me harum ſermoni operam dare. Idem in Caſina, 17. 13, Sed nimiũ lepide diſſimulant fore hoc futurũ huius quod eſt. Idem in Pœnulo, 2. 112, Et is omnes linguas ſcit, ſed diſſimulat ſciens ſe ſcire. Idem in Bacch. 1. 30, Animum ſodicãt, bona diſſimulant facta, & famam ſauciant. Terent. in And. 1. 1. 105, Bene diſſimulatum amorem & celatum indicat.

Diſſimulator, diſſimulatoris, Diſſimulateur, faiſant ſemblãt de ne faire rien de ce quil faict. Cic. de oratore lib. 2, Nõ erit profecto tibi quod ſcribo hoc nouum (nam iam tum ex me audiebas) vt qui diſſimulatores ſtudiorum fuerint: ſed hoc fuit in vtroque eorum, vt Craſſus nos tam exiſtimari vellet non didiciſſe, quàm illa deſpicere & noſtrorum hominum in omni genere prudẽtiam Græcis ante ferre.

DISSITVS diſſita diſſitũ, Procul ſitus, remotus, diſtans, Eſloingné, qui eſt loing & arriere de nous. Apul. in Flo. Homines neque longule diſſita, neque proxime adſita poſſumus cernere.

DISSOCIO diſſocias, diſſociare, Deſaccompagner. Cic. de amicitia, 64, Diſpares enim mores diſparia ſtudia ſequuntur, quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias.

DISSOLVO diſſoluis, diſſolui, diſſolutũ, diſſoluere: Deſlier, deliurer. Plau. in Pœnulo, 3. 20, Si authoritatem poſtea defungeris, vbi diſſolutus tu ſies, ego pendeam.

Diſſoluere: Paier ce que on doibt. Terent. in Phorm. 4. 3. 50, Sed mihi opus erat, vt aperte tibi nunc fabuler, aliquantum quæ afferret, quî diſſoluerem quæ debeo.

Diſſoluere aliquem: Deſpeſcher aucun, ne le faire point languir, & ſonger, luy dire ſoudain ce que on luy veult dire. Plau. in Merc. 4. 53, Quid iſthuc eſt malis? A. ne rogites: maximum infortunium eſt. C. obſecro diſſolue iam me, nimis diu animi pendeo.

Diſſoluere ſe, Se deſpeſcher de ſes affaires, ſen mettre hors, les expedier. Terentius in Heaut. 3. 1. 98, Diſſolui me ocyus operam vt tibi darem.

Diſſoluere, Deſioindre, deſaſſembler. Cicero Attico, lib. 15, Prorſum diſſolutum offendi nauigium, vel potius diſſipatum.

Diſſoluere amicitias: Deſioindre, & rompre amitié. Cic. de amicitia, 32, Nam ſi vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolueret.

Diſſoluere æs alienum: Rendre largent que on auoit emprunté. Cic. lib. 2. off. Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutum eſt. Idem, Patri perſuaſi vt æs alienum filij diſſolueret.

DISSVADEO diſſuades, diſſuaſi, diſſuaſum, diſſuadere: Deſtourner aucun de faire quelque choſe. Plaut. in Ciſtel. 5. 10, Modo quod ſuaſit, diſſuadet: quod diſſuaſit, id oſtentat. Plin. de

viris illuſtr. 40, Mox arte Xantippi Lacedæmonij mercenarij militis captus, in carcerē miſſus, dato iureiurando, vt ſi non impetraſſet, ita demum rediret, in ſenatu conditionē diſſuaſit. Par parolles il feit tant que on ne accepta point le parti & condition que on offroit.

Diſſuauior, Vide DISSAVIOR.

Dare nuptum,Marier vne fille.Plaut.in Perſa,10.55, Verùm videto me vbi voles nuptũ dare, ne hæc fama faciat repudioſas nuptias. Idem in Aulul.3.27,Fecit Theſaurũ vt hic reperiret Euclio,quo eã facilius nuptũ,ſi vellet,daret. Ibidem 8.4,Vaſcula intꝰ pure propera atque elue:filiã deſpondi ego hodie,huic nuptum Megadoro dabo. Terẽt.in Adelphis,3.2.48,Primũ indotata eſt:tũ præterea, quæ ſecũda ei dos erat,perijt:pro virgine dari nuptum nõ poteſt. Idem in And.2.1.1,Quid ais Birria? datúrne illa hodie Pamphilo nuptum? B.ſic eſt.

Datur nuptum ad virum. Plaut.in Sticho,3.83, Stultitia eſt pater venatum ducere inuitas canes.Hoſtis eſt vxor pater, inuita quæ ad virum nuptum datur.

Dari obuiam.Terent.in Adelphis,3.2.13,Ita ardeo iracundia,nihil eſt quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obuiam,vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc eſt recens.De rencontrer toute ceſte famille.

Dare occaſionem. Plaut.in Capt.4.8, Liber captiuus auis ferè conſimilis eſt: ſemel fugiendi ſi data eſt occaſio,ſatis eſt,nũquam poſt illa poſſis prendere. Idem in Pſeud.4.6,Neque homines magis aſinos vnquam vidi,ita plagis coſtæ callent:quos dum ferias,tibi plus noceas.eo

enim ingenio hi ſunt flagricibæ, qui hæc habent cõſilia, vbi data occaſio eſt, cape, clepe. &c.

Dare operam, Mettre peine. Terẽt. in Andria, 2.1.29, Nunc te per amicitiam & per amorem obſecro, principio vt ne ducas. P. dabo equidẽ operã. Idem in Eunucho, 2 3.71, Obſecro hercle Parmeno fac vt potiar. P. faciam ſedulo, ac dabo operã, adiuuabo. Ibidem in Prologo, 44, Date operã, & cum ſilentio animaduortite, Mettés peine deſcouter en toute ſilence.

Dare operã alicui, Aider. Plaut. in Pœnulo, 4.11 Quæ datæ nobis ancillæ, hæ nos lauando, eluendo operã dederunt. Terent. in Heaut. 3.1.90, Ibo, ac dicam vt dixeram, operam daturũ me hodie non poſſe his dare. Plaut. in Aulul. 6.21, Da mihi operam amabo. M. tua eſt, vtere atq; impera ſi quid vis. Idem in Milite, 3.78, Rex Seleucus me opere orauit maximo vt ſibi latrones cogerem & conſcriberẽ: regi hunc diem mihi operam decretum eſt dare.

Cic. pro A. Cecinna, Quem Cecinnæ dare operam nemo miraretur.

Dare operã aſſiduam foro. Plaut. in Aſin. 9.22, Nihil eſt, tãquam ſi claudus ſim cum fuſte eſt ambulãdum: quia triduum hoc vnũ modo foro operam aſſiduam dederim. Iay eſte tous ces trois iours continuellement au palais a aduocaſſer.

Dare operam ad. Plaut. in Caſina, 2.21, Vos omnes opere magno oratos eſſe volo, benigne vt operam detis ad noſtrum gregem. Que vous nous oyés paiſiblement.

Dare operam laudabilem. Plaut. in Perſa, 17.1, AEdepol dediſti virgo operam laudabilem, probam, & ſapientem, & ſobriam.

Dare operã malã. Plau. in Capt. 12.43, Sed mihi ægre eſt me huic dediſſe operã malã, qui nũc propter me meáque verba victus eſt. Ie ſuis marri de luy auoir nuy, par mes parolles.

Dare operam optimam. Plaut. in Aululatia.

Dare operam promiſſam, Aider comme on auoit promis. Plaut. in Aſin. 7.110, Iuſſit nos atrienſem vel nos vxorem ſuam defraudare: dixit ſeſe operam promiſſam dare.

Dare operam alicui rei, Mettre peine a quelque choſe. Plaut. in Bacchid. 5.63, Aurum hercle auferre voluere, ei rei operam dabant. Dare operã ne. Idem in Perſa, 10.44, Maluſne ego ſum? P. non es: neque me dignum eſt dicere: verum ei rei operam do, ne alij dicãt quibus licet. Dare operã ſi. Plaut. in Milite, 17.9, Age, animo bono es, idem ego te liberabo. nam ſi poſſet vllo modo impetrari, ne te abduceret, operam dedi: verum oppreſſit.

Dare operam iræ, Se courroucer. Plau. in Pœnulo, 12.20, Domos abeamus noſtras ſultis nunc iam: quando id, quod iræ operam dedimus, impetrauimus.

Do id operam. Terent. in And. 1.1.130, Et nũc id operãdo, vt per falſas nuptias, vera obiurgandi cauſſa ſit, ſi deneget. Ibidem, 2.1.8, Ah quanto ſatius eſt te id dare operam, qui iſtũ amorem ex animo amoueas tuo, quàm id loqui quo magis libido fruſtra incendatur tua.

Dare operam vt. Plaut. in Trucul. 16.10, Sed obſecro da mihi operam vt narrẽ quæ volo. Aide moy a dire ce que ie veulx dire. Idem in Eunucho, 1.1.18, Incerta hæc ſi tu poſtules ratione certa facere, nihilo plus agas, quàm ſi des operam vt cum ratione inſanias.

Dare operã veteri domino, Seruir ſon premier maiſtre. Plau. in Cap. 7.2, Quæ res bene vortat mihi, meóque filio, vobiſque: vult te nouus herus operam dare tuo veteri domino.

Dare operã abortioni, Auorter. Plaut. in Trucul. 4.93, Celabat, metuebátque te, ne ſibi perſuaderes vt abortioni operam daret, puerúmque rite abnecaret.

Da mihi paulum operæ. Terent. in Eunucho, 2.2.50, Tum tu igitur paulum da mihi operæ, fac vt admittar ad illam.

Dare operam amori & deſidiæ. Plaut. in Merc. 3.63, Quod niſi non puderet, ne luberet viuere, ſeſe extemplo ex ephebis poſtquam exceſſerit, nõ vt ego amori, neque deſidiæ in otio operam dediſſe, neque poteſtatem ſibi fuiſſe. Idem in Caſina, 2.57, Senis vxor ſenſit amori virum operã dare. Idem in Heau. 1.1.58, Nulla adeò ex re iſthuc fit, niſi ex nimio otio: ego iſthuc ætatis non amori operam dabam &c.

Dare operã auſcultãdo: Eſcouter. Plau. in Amphit. 12.23, Iam ille hic deludetur probe, ſi quidẽ vos vultis auſcultando operam dare. Pour veu que me voulés ouyr & entendre a moy.

Idẽ in Aſin. 12.59, Ecquid ſatis locuti? Auſcultate, atq; operã date, & mea dicta deuorate.

Dare operam aurium, Eſcouter aucun parler. Plaut. in Bacchid. 20.70, Vbi lubet recita, auriũ operam tibi dabo.

Dare operã capiti & vẽtri, ſomno, & ſuæ rei, Eſtre teſtu, ou auoir mauuaiſe teſte, Auoir cure de ſa penſe: Eſtu endormi, & auaricieux. Plaut. in Pſeud. 4.42, Vos quæ inmũditijs, mollitijs, delicijſq; ætatulam agitis, viris cũ ſummis inclytæ amicæ, nunc ego ſcibo atque hodie experiar quę capiti quæ ventri operam dat, quæque ſuæ rei, quæ ſomno ſtudeat, quam libertam fore mihi credam, & quam vænalem.

Dare operã amico vnguenta ementi, Layder a acheter. Plaut. in Caſina, 5. 26, Pol amico cuidã dedi operam dum emit vnguenta. c. vt cito commentatus eſt: ecquid te pudet?

Dare operam fabulæ, Eſcouter diligẽment vne farce. Plaut. in Cap. 2. 54, Sed etiam eſt paucis vos quod monitos voluerim: profecto expediet fabulæ huic operam dare.

Dare operã furtiuis rebus. Plaut. in Amphit. 6. 12, AEdepol ni illa furtiuis rebus te ſciat operam dare, ego faxim te Amphitruonem eſſe malis, quàm Iouem.

Dare operã rei, Prendre peine a acqueſter biens. Terẽt. in Adelphis, 1. 2. 15, Denique ſi conferendum exemplum eſt, non fratrem videt rei dare operam, ruri eſſe parcum ac ſobrium?

Dare operam ſenatui aut clientibus, Aduocaſſer en parlemẽt, & demener les cauſſes. Plaut. in Aſin. 1 6. 21, Ego cenſeo eum etiam hominem ſenatui dare operam, aut clientibus.

Dare operam ſermoni alicuius, Eſcouter aucun quil dict. Plaut. in Epid. 5. 55, Ego abſceſſi ſolens paulum ab illis: diſſimulabam me harum ſermoni operam dare.

Dare operam ſomno. Dormir. Plaut. in Pſeud. 9. 71, Quin vbi prandero, dabo operã ſomno.

Dare operam virtuti. Cic. de amicitia, 70, Quod cum optimũ maximúmque ſit, ſi id volumus adipiſci, virtuti opera dãda eſt: ſine qua neque amicitiam, neque vllam rem expetendam cõſequi poſſumus.

Dabitur opera, On y mettra peine. Plaut. in Bacchid. 1. 72, Meus ille quidem eſt, ibi nũc operã dabo, de Mneſilocho, ſoror, vt hic accipias potius aurum, quàm eas hinc cũ milite. B. cupio. B. dabitur opera. Idem in Rud. 4. 33, Sed niſi moleſtum eſt, paucis percontarier volo ego exte. D. dabitur opera, atque in negotio, Ie te aideray quelque occupation que ie aye.

Dare operas. Cic. in Verrẽ, act. 4, His pro reb⁹ quòd portoriũ nõ eſſet datũ, literas ad ſocios miſiſſe L. Canuleiũ, qui in portu operas daret. Pour paſſer la riuiere ceulx qui vouldroiẽt paſſer.

Dare oratorem, Enuoyer vne embaſſade. Plaut. in Amphit. 3. 34, Iuſtam rẽ & facilẽ eſſe oratum à vobis volo. nam iuſte ab iuſtis iuſtus ſum orator datus.

Dare orationẽ alicui. Faire parler aucũ deuãt que vng autre parle. Plau. in Rud. 24. 20, Gripe animũ aduorte, ac tace: vt iſthic prius dicat. audi, loquere tu. G. alienóne prius quàm tuo dabis orationem?

Dare orationem, Reſpondre. Plaut. in Milite, 8. 54, Neque eques, neque pede, præfectus quiſquam tanta audacia eſt, vt æque faciat confidenter, quàm mulieres faciunt, vt vtrobique orationem docte duint. Elles ſont touſiours fournies de reſponſes.

Dare oſculum. Plaut. in Epid. 12. 5, Quis iſthæc quam tu oſculũ mihi ferre ſubes? P. tua filia. M. hæccine? P. hæc. M. egóne oſculum huic dem? P. cur non?

Dare ſe otio, Saddonner a repos, ſe repoſer. Plaut. in Trinummo, 12. 19, Certum eſt otio me dare, ſatis partum habeo.

Dare pacem. Plaut. in Merc. 13. 12, Apollo quæſo te vt des pacem propitius, ſalutem & ſanitatem noſtræ familiæ. Idem in Amphit. 4. 55, Pacem atque otium dare illis.

Do palmam huic conſilio. Terent. in Heaut. 4. 3. 31, Huic equidem conſilio palmã do, hic me magnifice effero. Vela le meilleur conſeil qui ſoit. Ce conſeil la paſſe tous les autres.

Dare fieri me participem. Plaut. in Trucul. 16. 34, Da obſonij me participem fieri. A. ſi volebas participari, auferres dimidium domum.

Dare pign⁹, Bailler gaige. Plaut. in Epi. 14. 35, Aín' tu lubuit? E. aio: vel da pign⁹, ni ea ſit filia.

Dare pignus cũ aliquo, Guager contre aucun. Idem in Bacchid. 20. 141, AEdepol quo me eſſe dicat cruciatu malo dignum, næ ego cũ illo pignus haud auſim dare, tantas turbellas facio.

Da pignus, ni nunc peieres, Veulx tu gager a moy que tu te periureras maintenant. Plaut. in Pœnulo, 18. 70.

Dare pignori, Mettre en gaige. Plaut. in Moſtell. 13. 40, Quid ais? emit ædeis vicini hic proximas? D. non aio. T. quadraginta etiam dedit hucuſque pignori?

Dare plagas. Plaut. in Aſin. 7. 10, Etiam detergo ducentas plagas prægnantes dabo. Ie moffre a eſte fouette. &c.

Dare plauſum, Frapper des pieds ou des mains lune cõtre lautre en ſigne de ioye, ou que quelque choſe plaict. Plaut. in Capt. 20. 8, Et ſi placuimus, neque odio fuimus, ſignũ hoc mittite, qui pudicitiæ eſſe præmiũ vultis, plauſum date. Idem in Aſin. 17. 6, Nunc ſi vultis deprecari huic ſeni ne vapulet, remur impetrari poſſe, ſi plauſum ſic clarũ datis. Cic. de ſenect. 59, Quibus cum à cuncto conceſſu plauſus eſſet multiplex datus, dixiſſe ex eis quendam, Athenienſes ſcire quæ recta eſſent, ſed facere nolle.

Dare pœnas, Eſtre puni. Terẽt. in Phor. 4. 3. 22, An legibus daturum pœnas dices, ſi illam eie-

cerit? Lentulus Senatui: Quamobrem opinione celerius confido ſceleratiſſimum latronem pœnas daturum. Idem Ciceroni, Spero celeriter eum pœnas daturũ. Virg. Dabis improbe pœnas. Plin. epiſt. 16, Heus tu, promittis ad cœnam, nec venis: dicitur ius, ad aſſem impendium reddes, nec id modicum. dabis pœnas, non dico quas.

Dare poteſtatem. Plaut. in Perſa, 16.134. Et ſi mihi dixit dare poteſtatem eius, ſed ego te malo tamẽ eũ adire. Terẽt. in Phor. 5.6.40. Ait vterq; ſibi poteſtatẽ eius habẽdæ dare. Idem in prologo Heaut. Adeſte æquo animo: date poteſtatẽ mihi ſtatariã agere vt liceat per ſilẽtiũ.

Dare poteſtatem vt. Plaut. in Aſin. 15.20. Mihi quæ ego exoptẽ volo. vnum hunc diem perpetere, quoniam tibi poteſtatẽ dedi cum hac annum vt eſſes. Idem in Cap. 16.12, Immò potes pater, & poteris, & ego potero, & dij poteſtatem dabunt vt beneficium bene merenti noſtro merito numeres.

Dare præcipitem. Terent. in And. 3.4.27, Vtinam mihi eſſet aliquid quo nunc me præcipitem darẽ. Que ie me rue du hault en bas. Ibidem, 1.3.9. Si ſenſerit perij: aut ſi lubitum fuerit, cauſſam ceperit, quo iure quáque iniuria præcipitẽ me in piſtrinũ dabit. Idem in Adelphis, 3.2.20, Vah, quibus illum lacerarem modis, ſublimem medium arriperem, & capite primum in terram ſtatuerem, vt cerebro diſpergat viam. adoleſcenti ipſi eriperem oculos, poſt hæc præcipitem darem.

Dare prandiũ. Plaut. in Pœnulo, 20.12, De prãdio tu dicis: debetur: dabo. Idem in Amphit: 8.31, Redire ad nauim melius eſt nos. A M. qua gratia? S. quia domi daturus nemo eſt pradiũ aduenientibus.

Dare præſtare. Scæuola de ſtatu liberis, l. Sticho: Iubeo det præſtet filio & vxori meæ.

Dare precibus alicuius: Faire aucune choſe a la priere daucun. Plin. epiſt. 22.c. Dandum enim precibus vxoris, dandum filiæ lachrymis, dandum etiam nobis amicis, ne ſpes noſtras ſi modo non eſſent inanes, voluntaria morte deſereret.

Dare principium. Terent. in Eunucho, 3.2.4, Quàm venuſte? quod dedit principium aduenies? Quelle harangue dentree.

Dare promiſſa. Pro alio ſpondere. Catullus, At nõ hæc quondã blando promiſſa dediſti? Virg. Non hæc Euandro de te promiſſa parenti Diſcedens dederam.

Dare pugnam. Plaut. in Bacchid. 5.39, Porrò etiam auſculta pugnã quam voluit dare. Idem in Pſeud. 7.111. Priuſquam iſtam pugnam pugnabo, ego etiam prius dabo aliã pugnam claram & commemorabilem. Idem in Eunucho, 5.2.60. Crede hoc meæ fidei, dabit hic aliquã pugnam denuo. Dabit, pro inducet, interpretatur Donatus.

Dare rationem. Significat faire aſſauoir. Plaut. in Trinummo, 13.28, Quid adoleſcens quæris? quid vis? qui iſtas pultas? S. heus ſenex ſenſus coniuratori recte rationem dedi.

Dare rationem, Monſtrer la maniere cõment quelque choſe ſe faict. Plaut. in Milite, 10.176. Huic amanti ad Philocomaſiũ hanc efficiamus copiam, vt eam hinc abducat, abeátque. P. dari iſthanc rationem volo. P A. at ego annulum dari iſtunc tuum volo. P E. quam ad rem vis? P A. quando habebo igitur, rationem mearum fabricarum dabo. P. vtere, accipe. P A. accipe à me rurſum rationem doli, quam inſtitui.

Dare requiem. Ceſſer. Plin. in Paneg. 104. Hominiſne iſtud ingenium eſt? hominis poteſtas? renouare gaudia, redintegrare lætitiam, nullámque requiem gratulationis dare: neque alia repetendis conſulatibus interualla permittere, niſi dum finiuntur? Ne ceſſer.

Dare ſalutem aduenienti: Saluer aucun. Plcut. in Epid. 12.2, Quid eſt pater, quod me exciuiſti ante ædeis? P. tuam vt matrem videas, adeas, venienti des ſalutem, atque oſculum.

Dare ſeruandum. Terent. in Eunucho, 5.2.65. Nõ faciam Pythias. P. nõ pol credo Chærea, niſi ſi cõmiſſum non erit. C. quin Pythias tu me ſeruato. P. neque pol ſeruandum tibi quicquam dare auſim, neque te ſeruare.

Dare ſpecimẽ indolis: Monſtrer aucun ſigne dune bonne nature. Plin. epiſt. 31. b. Præterea Coſſus ipſe tam clarum ſpecimen indolis dederat, vt vita eius breuis & anguſta debuerit hac velu ti immortalitate proferri. Virg. in georg. Tale dabit ſpecimen.

Dare ſequeſtrum. Plaut. in Rud. 23.64. Tu iſthunc hodie nõ feres, niſi das ſequeſtrum aut arbitrum cuius hæc res arbitratu fiat.

Dare ſignũ oculis, Faire ſigne des yeux a aucun. Plaut. in Mil. 4.44, Video amicam illam herilẽ Athenis quæ fuit: vbi contrà aſpexit me, oculis ſignum dedit, ne ſe appellarẽ. Terent. in Eunucho, 4.7.11 Tu hoſce inſtrue, hic ero poſt principia: inde omnibus ſignum dabo.

Dare ſilentiũ: Faire ſilence. Terẽt. in prolog. Hecyræ, 55. Mea cauſſa cauſſam hãc accipite, & da-

te ſilentium.

Dare aliquē ſopori: Eſlourdir, ou endormir aucun de quelque coup. ou le tuer. Plaut. in Aulul. 4. 152. Ne ego hic nomē commutem meum, & Quintus fiam è Soſia. quatuor viros ſopori ſe dediſſe hic autumat, metuo ne numerum augeam illum.

Dare ſpectandum. Plaut. in Aulul. 13.33, Cum ſurget, neque in lectum inſcendat proximū, neque cum diſcedet inde det cuiquam manum. ſpectandum ne cuiquam annulum det.

Dare ſpem. Plaut. in Menæh. 24.23, Dij immortales ſpem inſperatā date mihi, quam ſuſpicor. nam, niſi me animus fallit, hi ſunt gemini germani duo. Terēt. in Heaut. 4.1.23, Nam iam primum ſi meum imperium exequi voluiſſes, interemptam oportuit, nō verbis mortem ſimulare, re ipſa ſpem vitæ dare.

Dare ſuauium. Plaut. in Aſin. 16.41, Da puere ab ſummo. age tu interibi ab infimo da ſuauiū. ART. perij miſera, vt oſculatur carnufex, capuli decus.

Dare ſupplicium alicui. Eſtre puni à la veu dautruy. Plau. in Aſin. 9.76. Dabitur pol ſuppliciū mihi de tergo veſtro. Ie vous foiteray, LE. væ te: tibi quidē ſupplicium carnufex de nobis datur? ME. atque etiam pro iſtis maledictis pœnæ pendentur mihi hodie. Idem in Epid. 14.59, Cui reſoluam iam manus? E. ne me attingas. D. oſtende verò. E. nolo. P. non æquum facis. E. nūquam hercle hodie, niſi ſupplicium mihi das, reſolui me ſinam. Idem in Milite, 9.22, Ita me di deæque omnes ament, nili mihi ſupplicium virgarum de te datur. Terent. in Heaut. 1.1.86, Si id faciam. nam vſque dum ille vitam illam incolit, inopem, carens patria ob meas iniurias, interea vſq; illi de me ſuppliciū dabo. Idem in Eunucho, 1.1.24. Vna mehercle falſa lachrymula quam oculos terēdo, miſere vix vi expreſſerit, reſtringuet, & te vltro accuſabis, & dabis ei vltro ſupplicium.

Dare ſymbolum: Paier ſon eſcot. Terent. in And. 1.1.61. Rogitabam, Heus puer, dic ſodes, quis heri Chryſidem habuit? Et paulo poſt, Eho quid Pamphilus? quid ſymbolum dedit. cœnauit.

Dat ſe tempus: Loccaſion eſt. Plaut. in Bacchid. 15.27. An neſciebas quàm eiuſmodi homini raro tempus ſe daret? Terent. in And. 3.3.25, Hem id te oro vt antè eamus dum tempus datur, dúmque eius libido occluſa eſt contumelijs. Ce pendant que auons lopportunité.

Dare teſtem Iouem, Prendre Iuppiter a teſmoing. Plaut. in Capt. 7.67. Id vt ſcias, Iouē ſuppremum teſtem do Hegio, me infidelem non futurū Philocrati. Idem in Pſeud. 7.99. Do Iouē teſtem tibi, te ætatem impune habiturum.

Dabatur tribunali pars reliqua diei, Il employoit la reſte du iour a iuger les cauſes. Plin. in Paneg. 129, Reliqua pars diei tribunali dabatur: ibi verò quanta religio æquitatis, quanta legū reuerentia?

Dare turbas. Plaut. in Bacchid. 5.122. Si quidem hic relinquet, nec ſecū abducet ſenex me, nec Mneſilochum: quas ego hic turbas dabo. Idem in Pſeud. 3.108. Scis tu quidem hercle mea ſi cōmoui ſacra, quo pacto & quantas ſoleam turbellas dare.

Dare vela indignationi. Plin. epiſt. 119.c. Dedimus vela indignationi, dedimꝰ iræ, dedimus dolori, & in ampliſſima cauſſa, quaſi magno mari, pluribus ventis ſumus vecti. Id eſt, vſi ſumus exaggeratione & totis viribus nixi, dū indignabamur nouercas & priuignos aliena inuadere.

Dare veniam. Pardonner. Plaut. in Amphit. 10.43, Per dexteram tuam te Alchumena oro, obſecro, da mihi hanc veniam, ignoſce, irata ne ſies. Idem in Caſina, 25.21. Sed vxor da viro hanc veniam. Idem in Epid. 14.65, Oro te Epidice mihi vt ignoſcas, ſi quid imprudēs culpa peccaui mea. & ob eā nunc rem liber eſto. E. inuitus do hanc veniā tibi. Terēt. in And 5.3.30. AEquū poſtulat, da veniā. Cic. de amic. 54. Eſt enim quatenꝰ amicitiæ dari venia poſſit.

Dare venuſtatem. Plaut. in Milite, 10.56, O lepidum ſemiſeneum: næ ſi quas memorat virtutes habet, equidem plane eductum in nutricatu venerio. P. plus dabo, quàm prædicabo ex me venuſtatis tibi.

Dare verba alicui: Deceuoir aucun, Luy ballier belles parolles. Plaut. in Aulul. 4.23, Nímíſque ego hanc metuo malè, ne mihi ex inſidijs verba imprudenti duit. Terent. in Eunucho, 4.5.1, Atat data hercle verba mihi ſunt. Idem in And. 1.3.6, Si illū relinquo, eius vitæ timeo: ſin opitulor, huius minas, cui verba dare difficile eſt.

Dare viam: Faire voye, faire place. Plaut. in Curcul. 7.1. Date viam mihi noti atque ignoti, dū ego hic officium meum facio. Idem in Aulul. 11.2. Date viam qua fugere liceat.

Dare viam, Bailler le moyen, enſeigner la maniere. Plaut. in Epid. 5.10. Ipſi hi mihi dant viā quo pacto ab ſe argentum auferam.

Dare victum. Plaut. in Amphit. 4.148. Agite pugni, iam diu eſt quòd ventri victum non datis. Vous ne me gaignez plus rien pour viure.

Dare vitam alicui. Plaut. in Milite, 10.128. Huic homini dignum eſt diuitias eſſe, diu vitam dare, qui ægre ſeruat, & qui bene habet, ſuiſque amicis vult volup.

Dare vitio: Blaſmer. Terent. in prologo And. 8. Nunc quam rẽ vitio dent, quæſo animũ aduortite. Idẽ in Adelphis, 3.3.64, Hoc laudi eſt. s. iſthæc res eſt. D. hoc vitio datur. Cic. lib. 2. off. Nec Marco quidem Seio vitio datum, quòd in caritate annonæ aſſe modiũ dedit populo.

Dare alicui voluptatem: Fort reſiouyr aucun, Lui faire quelque eſbat. Plaut. in Amphit. 8.6. Atque ipſa de me ſcio cui voluptas parumper data eſt.

Dare vtendum aliquid: Preſter quelque choſe a aucun. Plaut. in Aſin. 9.38, Scyphos, quos vtendos dedi Philodamo, retulítne? Idem in Trinummo, 17.7, Nã beneficium homini propriũ quod datur, proprium erit: quod datum vtendum eſt, id repetundi copia eſt quando velis.

Dare vxorem. Terent. in And. 1.1.74, Hac fama impulſus Chremes vltro ad me venit, vnicã gnatam ſuam cum dote ſumma filio vxorem vt daret. Ibidem, 1.2.6, Et heri ſemper lenitas verebar quorſum euaderet: qui poſtquam audierat non datum iri filio vxorem ſuo, nunquam cuiquam noſtrum verbum fecit.

Datum eſt. Terent. in Eunucho, 3.1.5. Sed eccum militẽ. TH. eſt iſthuc datum profecto, vt grata mihi ſint quæ facio omnia. Iay ce don la en moy de nature, que &c.

Datum ire. Plaut. in Pœnulo, 7.9. Siccine oportet ire amicos homini amanti operam datum?

Datur cernere. Plin. epiſt. 10.b. Quantũ mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate ſic emínent & elucẽt, vt mediocriter quoque doctos aduertant, & afficiant. Autãt que ie peulx veoir.

Duint pro dẽt, vel dederint, antiquum. Plaut. in Amphit. 3.72. Siue qui ipſe ambiſſet, ſiue per internuntium, ſiue adeò ædiles perfidioſe cui duint. Terent. in And. 4.1.42. Hem quid ais ſcelus? At tibi di dignum factis exitium duint.

Duit pro det. Plau. in Aulul. 4.23, Sceleſtiorem me hac anu certe ſcio vidiſſe nunquam, nimíſque ego hanc metuo male, ne mihi ex inſidijs verba imprudenti duit. Duas pro des, Ibidem 7.61, Tu conditionẽ hanc accipe, auſculta mihi, atque eam deſpõde mihi. E. at nihil eſt dotis quod dem. M. ne duas.

Danunt pro dant. Plaut. in Curcul. 3.30. De paulo paululum hoc tibi dabo haud libenter. nã tibi amantes propinantes vinum danũt. Idem in Capt. 13.50, Tum lanij autem qui concinnant liberis orbas oues, qui locant cædundos agnos, & duplam agninam danunt.

Dator datoris: Qui baille. Plaut. in Trucul. 5.31, Semper datores nouos oportet quærere, qui de theſauris integris dona danunt.

Datus datus datui, m.g. Bail. Plaut. in Trinũ. 17.16. Nimis pergraphicus ſycophanta: is mille nummûm ſe aurum meo datu tibi ferre & gnato Leſbonico aiebat meo: quem ego nec qui eſſet, noram, neque eum antè vſquam conſpexi prius. De par moy, que ie luy auoie baillé.

Dato datas, datare, Frequẽtatiuum. Plaut. in Moſtell. 8.44, Moleſtus ne ſis, nemo dat, age quod lubet, tu ſolus credo fœnore argentum datas. abi ſis bellua.

Datarius dataria datarium: Qui eſt a dõner. Plaut. in Pſeud. 15.13, Heus tu, qui cũ hirquina ſtas barba, reſponde quod rogo. B. eho an non prius ſalutas? S. nulla eſt ſalus mihi dataria. Ie nay point de ſalũt pour te donner.

Datatim aduerbiũ. Datatim ludere. peloter, iouer de la pelote. Inuicem dando: quemadmodũ qui pila luſitant, quæ viciſſim mittitur & remittitur. Plaut. in Curcul. 7.17, Tum iſti qui ludunt datatim ſerui ſcurrarum, in via, & datores &c.

DOCEO doces, docui, doctum, docere: Enſeigner. Cic. de ſenect. 26. Anne eas quidem res ſenectuti relinquemus vt adoleſcentulos doceat, inſtituat, ad omne officij munus inſtruat?

Docere aliquẽ literas. Plaut. in Moſtell. 3.30. Nec ſumptus ſibi ſumptui eſſe ducunt, expoliũt, docent literas, iura, & leges.

Docere aliquem fallaciam. Plaut. in Pſeud. 20.88. Præceptor tuus qui te hanc fallaciam docuit. Idem in Trinum. 14.9, Exercitor is hunc hominem curſuram docet.

Docere aliquẽ literas mercede. Cic. lib. 2. Philip. Iam inuideo magiſtro tuo, qui te tanta mercede, quanta iam proferam, nihil ſapere docuit. Iuuenalis, Tenta Chryſogonus quãti doceat, vel Pollio quanti.

Docere aliquem fidibus. Cic. Peto, Socratem fidibus docuit.
Paucis aduerte docebo. Virg. lib. 4.

Docere aliquẽ latine. Plin. Epiſt. 124. c. Legitur, deſcribitur, cantatur etiam & Græcis quoq;

quos latine huius libelli amor docuit.

Docet te male. Terent. in Heaut. 4.1.40. Male docet te mea facilitas multa. Ma doulceur teſt cauſe de beaucoup de maulx.

Docere: abſolute. Virg. Docuit pòſt exitus ingens.

Docere: Aduiſer aucun de quelque choſe. Cic. Appio Pulchro, Nec literas quidem vllas accepi, quæ me docerent quid ageres, aut vbi te viſurus eſſem.

Doctus docta doctum, Qui eſt enſeigné. Cic. lib. 3. offi. Itaque cũ ſint docti à peritis, deſciſcunt facile à ſententia.

Doctus ad male faciendum. Plaut. in Epid. 8.42. Nimis es doctus ad malefaciendum. Terent. in Hecyra, 2.1.6, In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam.

Doctus homo, Nomẽ, Vng hõme ſcauãt & bien apprins. Cic. lib. 2. off. Nec me ãgoribus dedi, quibus eſſem confectus, niſi reſtitiſſem, nec rurſus indignis docto homine voluptatibus. Idem Cornificio. Sed proxime ſcripſi de optimo genere dicẽdi, in quo ſæpe ſuſpicatus ſum, te à iudicio noſtro, ſicut doctum hominem à non indocto paulum diſſidere.

Doctus græce & latine. Suet. de claris grammat. 7. Fuiſſe dicitur ingenij magni, memoriæ ſingularis, nec minus græce quàm latine doctus.

Docti doli: Fineſſes bien inuentees. Plaut. in Milite, 4.68. Nã meus conſeruus eſt homo haud magni pretij, quem cõcubinæ miles cuſtodem addidit: ei nos factitijs fabricis & doctis dolis glaucomam ob oculos obijciemus. Idem in Bacchid. 22.9, Chryſalus me hodie lacerauit, Chryſalus me miſerum ſpoliauit: is me ſcelus auro vſque attondit doctis indoctum dolis, vt lubitum eſt.

Docte, aduerbiũ, Scauãment. Plaut. in Epid. 5.92, Vbi erit empta, vt aliquò ex vrbe amoueas: niſi quid tua ſecus ſententia eſt. P. imò docte. Ceſt bien dict a toy, & comme cognoiſſant en ce ſte affaire. Ibidem, 5.101, Ne te cenſeat filij cauſſa facere. P. docte. Docte & diligenter. Plaut. in Cap. 5.34. Tamẽ viſo opus, cauto eſt opus, vt ſobrie ſinéque arbitris, accurate hoc agatur, docte & diligẽter: tanta incœpta res. Idem in Pœnulo, 10.111. Ita docte atq; aſtu filias quærit ſuas Docte expedire fallaciã. Plaut. in Cap, 2.40. Hic hodie expediet hãc docte fallaciã. Finemẽt. Idem in Epid. 8.37, Quæ ſe emptã ſimulet, quæ ſenes duo docte ludificetur.

Docilis & hoc docile: Qui attente vult audire. Qui eſt docile, inquit Cic. ad Heren. lib. 1.

Docilis ad rem aliquam: Qui facilemẽt apprent ce que on lenſeigne. Plaut. in Bacchid. 2.56. Nimio es tu ad iſtas res diſcipulus docilior, quàm ad illa quæ te docui vbi operam perdidi. Varro lib. 1, de re ruſtica, Caſſius ſcribit hæc, Operarios parandos eſſe qui laborem ferre poſſint, ne minores annorum x x 11, & ad agriculturam dociles.

Docilitas docilitatis: Aptitudo qua quis facile docetur. Plin. lib. 8. de elephantis. Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant.

Doctrina doctrinæ, La doctrine que baille celuy qui enſeigne. Cic. pro Archia poeta, Ego multos homines excellenti animo & virtute fuiſſe, & ſine doctrina, naturæ ipſius habitu propè diuino, per ſeipſos & moderatos & graueis extitiſſe fateor. etiam illud adiungo ſæpius ad laudem atque virtutem, naturam ſine doctrina, quàm ſine natura valuiſſe doctrinam.

Documentum documenti, Enſeignement. Plaut. in Capt. 12.94, Ego illis captiuis alijs documẽtum dabo. Sall. Quarum rerũ ego maxime hæc documẽta habeo, quod in bello ſæpius vindicatum eſt in eos qui contra imperium in hoſtem pugnauerant.

Doctor doctoris, Celuy qui enſeigne, docteur. Plin. in Paneg. 75, Quem honorẽ dicendi magiſtris quã, dignitatem ſapientiæ doctoribus habes.

DOCCVS docci, m.g. Latine tignũ vel trabes. Plin. lib. 2. Trabes ligneæ, quas doccos vocãt.

DODRANS dodrantis, m.g. Vnciæ nouem, quaſi dempto quadrante, inquit Varro. lib. 3. de ling. lat.

DOGMA dogmatis, n.g. Latine dicitur placitum, & decretum. Dogmata ſunt vniuſcuiuſque ſectæ decreta. Cic. lib. 4. Tuſcul. Quoniam id enim haberent Academici decretũ (ſentitis enim iã hoc me dogma dicere) nihil poſſe percipi, nõ debere eos in ſuo decreto, ſicut & in cæteris rebus fluctuare, præſertim cũ in eo ſumma cõſiſteret. Græce etiã Pſephiſma & areſton dicitur.

DOLIVM dolij, n.g. Vng muy a mettre vin. Terent. in Heaut. 3.1.51, Sodes vide, releui dolia omnia, omnes ſerias. Plaut. in Caſina, 3.33, Dabitur tibi amphora vna, & vna ſemita, fons vnus, vnũ ahenum, & octo dolia. Veteres dolia fictilia in cellis vinarijs ſeruabant. quæ ſi duas aures habuiſſent, diotæ dicebãtur. Iuriſconſul. ſcribunt. Vino legato cum vaſis dolia legata non ſunt: quia ſcilicet ea mente vinũ in dolia condimus, vt ex his poſtea in ampho-

ras vel cados diffundamus. Et hoc eſt vinum quod diffuſum nominatur. Iuuenalis, Ille capillato diffuſum conſule potat.

Doliolum, diminutiuum à dolijs. Vnde & locus in Vrbe fuit ſic vocatus, quia inuadentibus Gallis Senonibus, ſacra Romanorum in eodem loco doliolis condita illic defoſſa fuerũt à flamine Quirinali, ſicut Liuius lib. v, ſcribit.

Doliaris & hoc doliare. Quod ad dolia pertinet.

Doliaris anus: Qui ha le ventre grant comme vng tonniau. Plaut. in Pſeud. 9.66. Ego deorto extra portam huc in tabernã tertiam, apud anum illam doliarem, claudam, craſſam.

DOLO dolas, dolare, Fabrorum verbum, cum materiæ cõplanatur aſperitas. Raboter, planir du bois, & accouſtrer auec vtils. Var. in Aga. Nunquid cælatus in manu dextera ſcyphus, hoc eſt, cælo dolatus, artem oſtentat Mantoris? Propertius, Stipes aceruus eram, properanti falce dolatus.

Dolare dolũ. Plaut. in Milite, 12.64, Hũc nos dolũ dolamus. Nous machinons ceſte trõperie.

Dolabra dolabræ, f.g, Inſtrumẽt a charpentier ou menuyſier a hacher, planir & accouſtrer bois, comme hache, doloire, & autres. Columella, lib. 31. Quæ falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abradito.

Dolabella dolabellæ, f.g. diminutiuum à dolabra. Columella, lib. 5, Semper circa crus dolabella dimouenda eſt terra.

DOLOR doloris, m.g. Doleur. Terẽt. in And. 5.1.12, Eius labore atq; eius dolore gnato vt medicarer tuo. Idem in Adelphis, 3.1.2, Modo dolores mea tu occipiunt primulũ. Differri doloribꝰ. Terẽt. in And. 13.4.40, Miſerã me, differor doloribus, Iuno Lucina fer opem.

Dolorem capere ex aliquo. Terent. in And. 4.3.5. Verùm ex eo nũc miſera quẽ capit dolorẽ.

Dolore tabeſcere. Terent. in Adelphis; 4.3.11. Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore ac miſeria tabeſcit.

Dolentia dolentiæ, Idem quod dolor. Salluſt. in Iugurtha. Singulos, modo modo vniuerſos lædere: dictitare ſeſe cõſulatum ex victis illis ſpolia cepiſſe: alia præterea magnifica pro ſe & illis dolentia. Huius cõpoſitum indolentia, apud Ciceronem legitur, vt qui rem expetendam vel voluptate vel indolentia metiuntur.

DOLEO doles, dolui, dolitum, dolere: Eſtre malade.

Doleo me dixit Plautus in Trucul. 10.46, Nequeo caput tollere, ita do, itáque me ego doleo, neque iam queo pedibus mea ſponte ambulare.

Dolet illi caput: La teſte luy fait mal. Plaut. in Amphit. 17.7, Caput dolet, neque audio, neque oculis proſpicio ſatis. Ibidem, 4.254, Mihi etiam miſero nunc malæ dolent.

Dolere, Eſtre marri. Plaut. in Trinũmo, 6.9, Hæc ego doleo, hæc ſunt quæ excruciant.

Doleo ab animo, & ab oculis. Plaut. in Ciſtell. 2.51, Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine. Quid dicam, niſi ſtultitia mea me in mœrorem rapit?

Doleo ex animo. Plaut. in Capt. 16.5, Satis iam dolui ex animo, & cura me ſatis, & lachrymis maceraui hic.

Dolet interitum illius, Cic. Philipp. x 1, Quis bonus non luget mortem Trebonij? quis non dolet interitum talis & ciuis & viri?

Dolet animus. Plaut. in Merc. 7.48, Verum in portum vt huc ſum aduectus, neſcio quî animus dolet.

Dolet mihi cor. Plaut. in Moſtell. 3.48, Cor dolet mihi quũ ſcio nũc vt ſum, atq; vt fui olim.

Dolet hoc cordi meo. Plaut. in Amphit. 10.41, Ego illud ſcio quàm doluerit cordi meo.

Dolent hoc oculi viro tuo: Ton mari eſt marri de veoir cecy. Terẽt. in Phor. 5.9.64. Vin primum hodie facere quod ego gaudeam Nauſiſtrata? & quo tuo viro oculi doleant? N. cupio.

Dolet dictum. Terent. in Eunucho. 3.1.40. Dolet dictum imprudenti adoleſcenti & libero. Ie ſuis marri de la parolle du ieune filz.

Dolet vehemẽter. Terent. in Adelphis, 4.5.48, Ita velim me promerentem ames, dum viuas mi pater, vt me hoc delictum admiſiſſe in me id mihi vehementer dolet.

Dolet illi illud quia. Plaut. in Capt. 4.49. Huic illud dolet, quia nunc remiſſus eſt edendi exercitus.

Dicere quod doleat. Plaut. in Ciſtell. 2.101, Nequid quod illi doleat, dixeris.

Facile fit illi quod doleat. Il eſt facile de la cõtriſter, & fault peu de choſe pour la courroucer. Terent. in Eunucho, 3.1.59, Iãdudũ amat te: iã dudũ illi facile fit quod doleat: metuet ſemper, quem ipſa nunc capit fructum, nequando iratus tu aliò conferas.

Dolenter, aduerbium: En eſtant dolent. Plin. epiſt. 76. a, Itaque ipſe in præfatione dixit dolẽter, & grauiter, Quos tibi fortuna ludos facis? Idem epiſt. 185, Vnice probo, quod Põpeij Quintiani morte tã dolenter afficeris, vt amici charitatẽ deſiderio extendas. Idem epiſt. 5. b, Hæc me regulus dolenter tuliſſe credebat. Il penſoit que iauoye eſte marri de cela.

DOLON dolonis, m. g. flagellũ, inquit Seruius lib. 7. AEneid. intra cuius virgam latet pugio, à fallendo græce dictũ, id eſt, ἀπὸ τοῦ δολοῦν, quòd decipiat ferro, cũ ſpeciẽ ligni præferat. Suet. in Claud. Reperti & equeſtris ordinis duo in publico cum dolone à venatorio cultro, præſtolantes alter vt egreſſum theatro, alter vt ſacrificantem apud Martis ædem adoriretur. Huiuſmodi hodie viſuntur.

Dolones accipi videntur pro armamentis naualibus apud Liuiũ, Sublatis (inquit) raptim dolonibus Epheſum petit fuga. Idem lib. 36, Dolonibus erectis altum petere intendit.

Dolones, inquit Donatus, tela quædam bellica.

DOLVS doli, à dolendo, vel à dolando, id eſt, lædendo vel minuendo, vt docet Donatus nam & græce δόλος læſio dicitur. Deception & tromperie. Plaut. in Cap. 5. 25, Nam doli, non doli ſunt, ni aſtu colas. Terẽt. in And. 3. 3. 27, Dumque eius libido occluſa eſt cõtumelijs: prius quàm harum ſcelera & lachrymæ confictæ dolis reducant animum ægrotum ad miſericordiã. Ibidem, 1. 1. 133, Sceleratus Dauus, ſi quid conſilij habet, vt conſumat nunc, cum nihil obſint doli. Idem in Adelphis, 3. 3. 21, Quid agatur? veſtram nequeo mirari ſatis rationem. s. eſt hercle inepta, ne dicam dolo, atque abſurda.

Dolis deludere. Terent. in And. 3. 4 4, Ego dudum nõnihil veritus ſum Daue abs te, ne faceres idem quod vulgus ſeruorum ſolet, dolis vt me deluderes.

Dolis aliquẽ ludere. Terẽt. in Eunucho, 2. 3. 94, An potius hæc pati æquum eſt fieri, vt à me ludatur dolis?

Dolis factum. Teren. in And. 3. 2. 29. Ne tu hoc poſterius dicas, Daui factũ cõſilio, aut dolis.

Doli vocabulum, inquit Nonius, nunc tantum in malis vtimur: apud antiquos autem etiam in bonis rebus vtebantur. Vnde adhuc dicimus ſine dolo malo: nimirum quia ſolebat dici & bonus. Terent. in Eunucho, 3. 3. 9, Iam tum erat ſuſpicio dolo malo hæc fieri omnia.

Doloſus doloſa doloſum, Cauteleux, Deceuant. Plaut. in Epid. 8. 36, Ego aliquam parabo doloſam fidicinam, nummo conducta quæ ſit.

DOMA domatis, n. g. δῶμα, τος, tectum latine.

DOMVS, huius domus vel domi, huic domui, hanc domum, ô domus, ab hac domo vel domu Hæ domus, harum domorum vel domuũ, his domibus, has domos vel domus, ô domus, ab his domibus. Vne maiſon.

Domus auium, nidi dicuntur Virg. Antiquáſque domos auium cum ſtirpibus imis Eruit.

Domus, Templum. Virg. lib. 6, Oſtia iámque domus patuere ingentia centum Sponte ſua.

Domus, Familia. Virg. lib. 5, Sergeſtúſque domus tenet à quo Sergia nomen.

Domus, Gens vna tota. Vir. Cũ domus Aſſaraci. Volẽs intelligi Romanos, qui de Aſſaraco per Troianos originem ducunt.

Domus, Patria. Virg. Da Patriam Tymbræe domum, da mœnia feſſis.

Domus genitiuus, eſt ædificium quod ex tecto & parietibus conſtat. vt, Partẽ domus demolitus ſum.

Domi genitiuus, Locus eſt in quo quis manet. Terent. in Adelphis, 4. 2. 18. Quid ais bone vir, eſt frater domi? Ibidem, 2. 3. 7, AEſchinus vbi eſt? s. ellum te expectat domi.

Domi eſt animus. Mon cueur eſt en la maiſon, ie penſe a ma maiſon. Plaut. in Merc. 12. 2, Sumne ego miſer, qui nuſquam bene queo quieſcere? ſi domi ſum, foris eſt animus: ſi foris, animus domi eſt.

Domi ero: Ie ſeray en la maiſon. Terent. in Heaut. 4. 8. 33, Ego domi ero, ſi quid me voles.

Domi operiri aliquem? Terent. in Eunucho, 5. 2. 56, Viſne interea, dum is venit, domi operiamur potius quàm hic ante oſtium?

Vt mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris. Tels que vous vous porterez enuers moy en la maiſon, tel bruit ſera il de vous hors la maiſon. Terent. in Hecyra, 2. 1. 21.

Domi nobilis. Salluſt. in Catil. Præterea ex equeſtri ordine. M. Fuluius nobilior, L. Statilius, C. Cornelius, ad hoc multi ex colonijs & municipijs domi nobiles erant. Vaillans a gouuerner la rep.

Domi, bellique. Plaut. in Capt. 2. 68, Valete iudices iuſtiſſimi, domi, bellique duellatores optimi. Vaillãs en ville & en guerre. Idem in Aſin. 11. 13, AEdepol virtutes tuas qui nũc poſſit

collaudare, ſicut ego poſſum, quæ domi, duelliq; male feciſti. Cic. de off. 2. Præterea quibuſcunque rebus vel belli vel domi poterunt, remp. augeant.

Domi & militiæ. Terent. in Adelphis, 3.4.49, Vnà à pueris paruuli ſumus educati, vnà ſemper militiæ & domi fuimus. Cic. de ſenect. 74. An cenſes (vt de me ipſo aliquid more ſenum glorier) me tãtos labores diurnos nocturnoſq; domi militiæque ſuſcepturũ fuiſſe, ſi ijſdem finibus gloriam meã quibus vitã, eſſem terminaturus? Salluſt. Sed mihi multa legenti, multa audienti, quæ populus Romanus domi, militiæque, mari atque terra præclara facinora fecit. Liuius, Quibus artibus domi militiæque & partũ & auctum imperium ſit.

Domi focíq;. Terent. in Eunucho. 4.7.45, Domíque focique fac viciſſim vt memineris. Aies touſiours memoire de la maiſon & le cueur en la cuiſine.

Domi apud. Terent. in Eunucho, 4.6.9, Vbi ea eſt? T. domi apud me. Ibidem, 5.2.2, Apud Antiphonem vterque mater & pater quaſi dedita opera domi erant.

Domi noſtræ. Plaut. in Trucul. 6.6, AEgrotare malim, quàm eſſe tua in ſalute ſanior. at volo ſcire quid debetur hic tibi noſtræ domi.

Domi ſuæ. Cic. in Verrem, act. 3. Clamor interea fit tota domo inter ſeruos Rubrij atque hoſpitis iactatur domi ſuæ vir primus & homo honeſtiſſimus.

Domi alienæ. Cic. pro domo ſua, Aſpicite, aſpicite hominem religioſum, & ſi vobis videtur (quod eſt bonorum pontificum) monete eum modum quendam eſſe religionis nimium eſſe ſuperſtitioſum non oportere. quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione homo phanatice, ſacrificium quod alienæ domi fieret, inuiſere?

Domi, pro domus. Plaut. in Trinũmo, 14.20. Non fugitiuus eſt homo, commeminit domi.

Domum me conuertam. Terent. in Adelphis, 2.4.22, Ego iam tranſacta re conuertam me domum cum obſonio.

Domum abducta. Terent. in Adelphis, 4.4.19. Egomet rapui, ipſe egomet ſolui argentum: ad me abducta eſt domum.

Domum abi. Terent. in And. 5.6.14, Tu Daue abi domum.

Domum ad me. Terent. in Adelphis, 4.4.19, Ad me abducta eſt domũ. Idem in Eunucho, 1.1.125. Et is hodie vẽturum ad me conſtituit domum. Ad ſe, domũ. Idem, in Eunucho, 3.5.28, Illa illico vbi me accepit, læta verò ad ſe abducit domum. Ad nos domum. Ibidem 4.3.20, Nequeo mirari ſatis quò ille abire ignauos poſſit longius, niſi ſi domum forte ad nos redierit.

Domum aduerbium, authore Donato, apud Terẽtiũ in Hecyra, 3.2.25, Quid? non ſciunt ipſi viam, domum qua redeant?

Viſam domum. Terent. in Eunucho, 5.9.12, Fac quamprimum hæc audiat. P. viſam domũ.

Vado domum. Terent. in Eunucho, 2.3.71. Quò nunc is? P. domum.

Deducere domũ. Teren. in Adelphis, 4.5.60, Quid credebas illã ſine tua opera in cubiculum iri deductum domum?

Domo abire. Terent. in Eunucho, 4.3.19, Ille autem bonus vir nuſquam apparet: etiam hoc miſera ſuſpicor aliquid domo abeuntem abſtuliſſe.

Domo accerſita. Plaut. in Stich. 13.2. Faciã vos certiores, domo dudũ huc accerſita ſum. Il ya long temps que on ma appellee de la maiſon pour venir icy.

Domo cœnare: Soupper en ville, hors la maiſon. Plaut. Sticho, 4.38. Ei hercle ego verbo lũbos defractos velim, ni me repleuerit, ſi cœnaſſit domo.

Domo exulare: Eſtre banni de ſa maiſon. Terent. in Eunucho, 3.5.62. Vbi mutem? perij: nã domo exulo.

Domo ſe tenere. Cic. pro domo ſua ad pontif. Ego vero neq; veni, & domo me tenui, quãdiu turbulentũ tempus fuit. Idem, poſt reditum in ſenatu: Qui populum Rom. pro me tãquam pro fratre aut pro parente non ſolũ hortatus ſit, verũetiam obſecrarit, cum ipſe propter metũ dimicationis & ſanguinis domo ſe teneret. Pro, In domo.

Eſt in domo, Terent. in Adelphis. 4.7.29, Meretrix & mater familiâs erit vnâ in domo.

Domu, ablatiuus. Plaut. in Milite, 4.47, Ait ſeſe Athenas fugere cupere ex hac domu. Plin. epi. 292, Poſſumus apud Pruſenſes area iſta cũ domu collapſa, quam vãcare ſcribis, ad extructionem balnei vti.

Domeſtic⁹ domeſtica domeſticũ, Quod ad domũ pertinet. Exẽpla domeſtica ſeruorũ, apud Iuue.

Domeſticus, Manſuetus ac mitis. Plin. Mite animal, atque domeſticum.

Domeſtici, Qui ex eadem domo ſunt, & nobiſcum habitant.

Domeſticatim, aduerbium: Per varias domos, ſiue per domeſticos, De maiſon en maiſon, Par les maiſons. Suet. in Cæſare, Quorũ vt quàm maxime expectatio eſſet, eáque ad epulum pertinerent, quamuis macellarijs oblocata, etiam domeſticatim apparabat.

Domicœnium domicœnij, Cœna quæ fit domi. Martialis, Si triſti domicœnio laboras.

Domuitio, domuitionis, f.g. dictio compoſita ex domo & itio. Reuerſio ad domum. Apuleius, Deniq; nec larẽ requiro, nec domuitionẽ paro. Ie ne me appreſte point pour retourner en ma maiſon. Cic. lib. 1. de diuinat. Sed Rhodiorũ claſſis propinquũ reditũ ac domuitionẽ dari.

Domiciliũ, domicilij, n.g, Vng domicile, vng lieu a habiter & demourer. Cic. in Piſonẽ, Veſtræ criminationes inſidiarum mearum, illius periculorum nefariæ fictæ, ſimul eorum, qui familiaritatis licẽtia, ſuorum improbiſſimorũ ſermonum domicilium in auribus eius impulſu veſtro collocauerunt. Gellius, Qui domicilium in Italia non haberet. Plaut. in Milite, 8.39, Nõ oſtium hoc mihi eſt domicilium, Athenis domus ac herus eſt.

Domo domas, domare, Quaſi ſub domo & poteſtate vel mea vel alicui⁹ facere, ſiue mãſuefacere & domeſticum reddere. Vaincre, ſurmonter, rendre ſubiect a ſoy, donter & cõme appriuoiſer. Plaut. in Caſina, 5.36, Sed quid ais? Iam domuiſti animũ, potius vt quid velit fieri, id facias, quàm aduorſere contrà? As tu la tellement vaincu ton courage, & aſſubietti a toy. Idem in Menæch, 3.29, Domi ſum domitus vſque cum charis meis. Plin. de viris ill. 57, Prætor Galliam domuit, conſul Hiſpaniam, altero conſulatu Sardiniam.

Domitus domita domitum, Qui eſt adoulci, Qui eſt vaincu & ſurmonté. Plaut. in Perſa, 7.6, Nam herus meus ad me iam miſit domitos boues vti ſibi mercarer. Des boeufs dontés.

Domiti oculi, man⁹, & oratio. Plaut. in Milite, 9.81. Homini ſeruo ſuos domitos habere oportet oculos, & manus, orationémque. Que ſes yeulx ne ſoient point eſuolez, Quil ſe garde de rien prendre. Quil ait peu de parolles.

Domitus orbis cultoribus. Virg. Aſpicis extremis domitum cultoribus orbem.

Domitor domitoris, Qui vainc, ſurmonte, rend ſoubiect a ſoy. Plin. in Paneg. 92, Contemptor ambitionis, & infinitæ poteſtatis domitor, ac frenator animus, ipſa vetuſtate floreſcit. Ouid. de triſt. Quid tibi de tetrico referam domitore chimæræ?

Domator domatoris. Idem, Tibullus, Te duce, non aliàs conuerſa terga domator.

Domitura domituræ, f.g, Domandi actus: Surmontement, aſſubiectiſſement. Plin. Domitura boum in trimatu optima. Columella. lib. 7. Curandũ ne in domitura, bos calce, aut cornu quenquam contingat.

Dominus domini, à domo fit, Et dicitur is proprie qui domui præeſt, & qui domus imperiũ habet. Plaut. in Ciſtel. 7.56. Quis iſtic habitat? L. Demipho domin⁹ me⁹. Terẽt. in Eunuch. 3.2.33, Apparet ſeruũ hũc eſſe domini pauperis. Plaut. in Ciſtell. 10.116, Sed quod nomen eſt tuę dominæ? H. Melęnis. Terẽt. in Adelphis, 4.2.17, Scire equidẽ volo quot mihi ſint domini,

Domini appellatio ad eos extẽditur, qui rei alicui⁹ proprietatẽ habẽt, etiã ſi vſufruct⁹ alien⁹ ſit.

Domini abuſiue dicuntur filijfamiliâs, & cæteri liberi, qui in poteſtate ſunt, & vſufructuarij.

Dominus, Cui ſeruitur, & cui populi ſubſunt. Virg. Romanos rerũ dominos, gentémque togatam. Martialis, Deliciæ populi quæ fuerant domini.

Domin⁹, Marit⁹. Virg. lib. 4, Cõnubia noſtra Reppulit, ac dominũ AEnean in regna recepit.

Dominus, Deus. Ouid. Et domino ſoluere vota Ioui.

Dominor dominaris, dominari, Dominer, auoir ſeigneurie ſur autruy.

Cum datiuo conſtruitur. Virg. Victis dominabitur Argis.

Accuſatiuo, cũ præpoſitione in. Ouid. 1, Metamorph. Sanctius his animal, mẽtiſque capacius altæ Decerat adhuc, & quod dominari in cætera poſſet. Cic. Felix ſenectus, ſi vſque ad vltimum ſpiritum dominabitur in ſuos.

Ablatiuo, interceſſu præpoſitionis in. Salluſt. Fortuna in omni re dominatur. Seruius Sulpitius Ciceroni, Caſus & natura in bonis dominatur. Virg. 2. AEneid. Incenſa Danai dominantur in vrbe.

Dominor, aliquando paſſiue capitur, Cic. lib. 1. off. O domus antiqua, quàm diſpari domino dominaris.

Dominatus dominatus dominatui, Domination. Cic. lib. 11, epiſt. famil. Quãobrẽ te obſecro ijſdem precibus quibus ſenat. pop. que Ro. vt in perpetuum remp. dominatu regio liberes, vt principijs conſentiant exitus.

DONEC, aduerbiũ: Id eſt, quoad vel quouſque, Iuſques a tãt que. Plaut. in Amphi. 7.40, Neq; ita di me ament, credebã primo mihimet Soſiæ, donec Soſia ille egomet fecit ſibi vti credere.

Vſque donec. Plau. in Milite, 5.113, Ibo odorãs quaſi venaticus vſque, donec perſequutus vulpem ero. Terent. in Adelph. 4.6.6, Certum obſidere eſt vſque donec redierit.

Vſque adeò donec. Plaut. in Ciſtell. 7.41, Non deſtiti inſtare vſqueadeò donec adiurat ſe anus eam mihi monſtrare. Terent. in Andria, 4.1.38, Nunquam deſtitit orare vſque adeò donec perpulit.

Donec peruẽtum eſt. Liuius, Donec ad hæc tempora, quibus nec vitia noſtra, nec remedia pati poſſumus, peruẽtum eſt. Virg. Donec regina ſacerdos Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem. Idem, Cogere donec oues ſtabulis, numerúmque referre Iuſſit.

Donec ſit. Columella, Donec ea aqua quam adieceris, decocta ſit.

Donec pro quandiu. Tant que, Ce temps pendant que, Durãt que. Ouid. Donec eram ſoſpes: Idem, Donec eris felix, multos numerabis amicos: Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Donicum, Idem ſignificat quod donec, Quandiu, vel Quoad. Plaut. in Captiuis, 6.89, Auſculta, tum ſcies: ego me amitti, donicum ille huc redierit. Idem in Trucul. 3.13, Dum huc, dũ illuc rete ore impedit piſcis, vſqueadeò donicum foras eduxit. Cato, Sed vſque licebit vellas, donicum in ſemen videris ire.

DONVM doni, n. g. Vng don. Terent. in Eunuc. 5.9.27, Quodvis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Ibidem, 3.2.11, Video, & me tædet: vbi vis, dona adſunt tibi.

Dono dare: Bailler en pur don. Terent. in Eunucho, 4.6.11, Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quicquã pretij. Ibidem, 1.2.83, Quid te ergo aliud ſolicitat? cedo. num ſolus ille dona dat? nuncubi meam benignitatem ſenſiſti in te claudier?

Donum ex græco eſt, quod illi vocant δῶρον. Feſt. Pomp.

Dono donas, donare, Bailler quelque choſe en pur don. Plaut. in Aulul. 2.9, Cõpreſſoris ſeruus id ſurpit, illic Euclioni rẽ refert: ab eo donatur auro, vxore, & filio. Idem in Amph. 3.137, Ibi nunc meus pater memorat legiones hoſtiũ vt fugauerit, quo pacto ſit donis donatus pluribus: ea dona quæ illic Amphitruoni ſunt data, abſtulimus.

Dono te hac re. Cic. pro Archia poeta, Sylla cum Gallos & Hiſpanos ciuitate donaſſet. Idem pro eodẽ, Itaque ſi ciuis Romanus Archias legibus non eſſet, vt ab aliquo imperatore ciuitate donaretur, perficere non potuit.

Donare aliquẽ dono. Plautus in Sticho, 12.5, Feciſti hercle facetias, cum hoc donauiſti dono tuum ſeruum Stichum.

Donare aliquem gaudijs. Plautus in Aulularia, 27.1, Dij immortales quibus & quãtis me donatis gaudijs.

Donare aliquem vt. Plaut. in Aſin. 3.31, Dono te ob iſthuc dictum vt expers ſis metu.

Dono tibi hanc rem, etiam dicitur.

Donatus donata donatum, Cui aliquid dono datum eſt. Virg. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.

Donatio donationis, fœm. gen. Donaiſon. Donationem proprie dici exiſtimat Vlpianus, quum quis ea mente dat vt ſtatim velit accipientis fieri, nec vllo caſu ad ſe reuerti: & propter nullam aliam cauſſam facit, quàm vt liberalitatem & munificentiam exerceat. quòd ſi ſub conditione fiat, non eſt donatio.

Donarium donarij, n. g. Donum eſt, non locus vbi reponitur donum.

Donaria abuſiue ipſa templa in quibus donaria offeruntur. Virgilius libro 3. georg. Tempore non alio dicunt regionibus illis Quæſitos ad ſacra boues Iunonis & Vris, Imparibus ductos alta ad donaria currus. Gellius libro 2, Vbi reponi ſolerent vetera quæ ex eo templo collapſa eſſent, & alia quædam religioſe donarijs conſecrata. Apuleius, Ibi donarium deæ perquàm opulentum, plurima auri & argẽti ratio in lancibus, ſpectaculis, poculis & huiuſmodi vtenſilibus.

Donatiuus donatiui, Qui donare poteſt: Qui peult faire don. Paulus Iuriſconſ. Si duobus debitoribus mortis cauſſa donatiuus creditor vni acceptum tulit, & conualuerit, eligere poteſt vtri condicat.

Donatiuum donatiui, n. g. Munus quod à principe vel imperatore donatur. Suet. in Domitiano, An duplum donatiuum militi donaret. Et in Galba dicit eum pollicitum donatiuum. Plin. in Paneg. 40, Niſi vero leniter attingi placet locupletatas tribus, datúmque congiarium populo, & datum totum, cum donatiui partem milites accepiſſent. Ibidem, 66, Nã mihi cogitanti eundem te collationes remiſiſſe, donatiuum reddidiſſe, congiarium obtuliſſe, delatores abegiſſe, vectigalia temperaſſe, interrogandus videris.

Donaticæ coronæ dictæ, quòd his victores in ludis donabantur: quæ postea magnificentiæ causſa inſtitutæ ſunt ſuper modũ aptatæ capitibus, quali amplitudine fiũt, cũ lares ornãtur. Feſt. Põp.

DORCAS dorcadis, f. g. latine dama dicitur, Vng dain.

DORMIO dormis, dormiui, dormitum, dormire. Plaut. in Trinum. 10.98, Egomet autem cum extemplo arcum mihi & pharetram & ſagittas ſumpſero, caſſidem in caput, dormibo placide in tabernaculo.

Dormire ſine omni cura. Plaut. in Trinũ. 9.19, Nimium difficile eſt reperiri amicum ita vt nomen cluet, cui tuam cum rem credideris, ſine omni cura dormias.

Dormire in dexterã aurem, fiducia alterius, Dormir en aſſeurance & ſans ſouci. Plin. epiſt. 94, lib. 4, Nihil eſt quod in dexteram aurem fiducia mei dormias: non impune ceſſatur.

Dormire in vtramuis aurẽ, Eſt animo otioſo, ſecuro, vacuóque eſſe. Ne ſe ſoucier de rien. Terent. in Heaut. 2.3.101, Ademptum tibi iam faxo omnem metum, in aurem vtramuis otioſe vt dormias.

In vtrumuis dormire oculum. Plaut. in Pſeudolo, De iſthac re in oculum vtrumuis conquieſcito. Senſum habet eundem cum eo, Dormire in vtramuis aurem.

Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos? & illam ſine tua in cubiculum iri deductũ domum? Penſois tu que dieu te feroit cela ſans que tu y miſſe la main?

Dormire alicui, Faire le ſourd a aucun, ne luy vouloir point aider, ny obeir par tout. Cic. lib. 7. epiſt. Sed pauca de re, Cepius, opinor, olim, Nõ omnibus dormio, Sic ego Nõ omnibus mi Galle ſeruio.

Dormit ſol: quando non lucet. Plaut. in Amphit. 4.128, Credo equidem dormire ſolem, atque appotum probe.

Dormito dormitas, dormitare, frequentatiuum. Sommeiller. Plaut. in Amph. 8.173, Quid poſtquam cœnauimus? AL. te dormitare aiebas, menſa ablata eſt, cubitum hinc abimus.

Dormitandũ tibi non eſt: Il nẽ fault point que tu ſoies endormi en ceſte affaire. Plaut. in Epid. 3.59, Non enim nunc tibi dormitandi, neque cunctandi copia eſt.

Dormiſco dormiſcis, dormiſcere: Commencer a ſendormir. Plaut. in Curc. 7.81, Caput deponit: quum dormiſcit, ei ſubduco annulum.

Dormitator dormitatoris: Vng hõme endormi, vng ſongeart. Plaut. in Trinũmo, 13.18, Quàm magis ſpecto, minus placet mihi hæc hominis facies: mira ſunt ni illic homo eſt aut dormitator aut ſector zonatus.

Dormitorius dormitoria, dormitoriũ, Appartenant a dormir. Plin. epiſt. 41. d, Adhæret dormitorium membrum trãſitu interiacente. Idem, epiſt. 101. f, lib. 5, Eſt in hac diæta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, ſomnum excludit.

DORSVM dorſi, n. g. & dorſus huius dorſus, ſecundum Probum: dicitur tota poſterior pars, quòd ea corporis pars deuexa ſit deorſum, vt inquit Feſtus. Le dos. Plautus in Milite, Timeo quid rerum geſſerim, ita dorſus totus prurit.

Dorſum in mari. Virgilius, Dorſum immane mari ſummo. Idem, Nãque inflicta vadis, dorſo dum pendet iniquo. Significat duriorem arenam, vt inquit Seruius, quæ remeantibus fluctibus & euntibus denſatur, quod à nautis puluinus dicitur.

Dorſum, promontorium. Plin. epiſt. 184, Hæc lacu propius, illa latius vtitur. hæc vnum ſinum molli curuamine amplectitur: illa editiſſimo dorſo duos dirimit. Dorſo, id eſt, promontorio in lacum prominente.

Doſſum antiqui dicebant, quod nunc dorſum dicimus. Inde doſſuaria iumẽta à Varrone dicta, quæ doſſo vehunt. Ad quam rem (inquit) habent iumẽta doſſuaria domini, alij equas, alij pro his quid aliud, quod onus dorſo ferre poſſit.

DOS dotis, f. g. Douaire, largent que le pere baille a ſa fille en mariage. Plaut. in Amph. 8.208, Non ego illam mihi dotem duco eſſe, quæ dos dicitur, ſed pudicitiã &c. Idem in Aſin. 3.75, Argentum accepi dote, imperium vendidi. Terent. in And. 5.4.48, Dos eſt Pamphile, decẽ talenta. P. accipio. Elle aura dix talents en mariage. Idem in Adelphis, 3.2.47, Primũ indotata eſt: tum præterea quæ ſecunda ei dos erat, perijt, pro virgine dari nuptum non poteſt. Elle na rien en mariage, & ſi neſt pas pucelle. Idem in Adelph. 4.7.41, O Iuppiter, hanccine vitam? hoſcine mores? hanc dementiam? vxor ſine dote veniet: intus pſaltria eſt.

Dos ſumma. Terent. in And. 1.1.74, Vnicã gnatam ſuam cũ dote ſumma filio vxorẽ vt daret.

Dos profectitia, vt inquit Vlpianus, quæ à patre vel parente proficiſcitur.

Dotes animi: Les dons, ou graces que dieu faict a ſa creature.

Dotalis & hoc dotale, Qui eſt baille en douaire, en mariage. Vt dotales ædes: Vne maiſon que on

baille a ſa fille en mariage. Plaut. in Milite, 18. 63, Quin tua cauſſa exegit virum à ſe. PY. quî id facere potuit? M. quia ædes dotales huius ſunt. Ibidem, 16. 29, Niſi modo vnum hoc, haſce ædeis dicas dotales tuas. Idem in Aſin. 3. 73, Dotalem ſeruum Sauriam vxor tua adduxit, cui plus in manu ſit quàm tibi. Liuius, Hæc tibi à me dotalia dona accedent.

Doto dotas, dotare, Bailler douaire a ſa fille, luy bailler ſon mariage. Plaut. in Aſin. Hæ ſunt atq; aliæ multæ in magnis dotibus incommoditates ſumptúque intolerabiles. nã quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri: dotatæ mactant & damno & malo viros.

D R

DRACHMA drachmæ, f. g. Octaua pars vnciæ: & ſex obolos pendebat.

Drachma, non modo pondus denarij Romani, ſed etiam nummum ſignificat, eodem pondere percuſſum ab Athenienſibus. Plautus in Mercatore, 16. 37, Abibitur, drachmam dato. L. dabitur. Idem in Trinummo, 8. 18, Trapezitæ mille drachmarum Olympicûm, quas de ratione debuiſti, redditæ.

DRACO draconis. m. g. Genus animalis venenoſi, Vng dragon. Plin. lib. 8, ſcribit veris draconibus ora parua eſſe, & admodũ non dehiſcentia, ſed arctas fiſtulas, per quas trahũt ſpiritus, & linguas exerunt. Apud Indos & AEthiopes dracones ſunt viginti cubitorũ. Cic. lib. 13. Philipp. An is non reddet qui domini patrimonium complexus, quaſi theſaurum draco? &c.

Dracones, à Plinio lib. 17. cap. 23, dicuntur ex tortuoſitatũ ſimilitudine palmites emeriti, pluribúſque annis indurati. Nuper repertum draconem ſerere iuxta arborem: ita palmitem appellamus emeritum, pluribúſque induratum annis.

DRACVNCVLVS, herbæ genus. Plin. lib. 24. cap. 16, Dracunculus ſubrutilam radicem & draconis conuoluti modo habet, vnde ei & nomen. Vide & lib. 25. cap. 2.

DRACONTIVM dracontij, herba hortenſis. Plin. lib. 24 cap. 16.

DRAGMA dragmatis, n. g. Vne dragme, Vne poingnee. Δραγμα, τος.

D V

DVBENVS dubeni, m g. Dominus antiquis dicebatur. Pacuuius, Tum dubenus ſeruos legatos peſſime verberat.

DVBIVS dubia dubium, Quod duas vias habet, & vtram eligat neſcit. Douteux, ou doubte. Terent. in And. 1. 2. 1, Non dubium eſt quin vxorem nolit Pamphilus.

Dubiúmne id eſt? Il ny a point de doubte. Terent. in Eunucho, 1. 2. 49, Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh, dubiúmne id eſt? En doutés vous?

Haud dubium eſt quin. Terent. in And. 3. 2. 49, Nam gnatus quod pollicitus eſt haud dubium eſt mihi id, ſi nolit, quin eũ merito poſſim cogere. Il ny aura point de faulte. ou, ie ne faudray point a le contraindre. Idem in Eunucho, 5. 6. 27, Non dubium eſt quin mihi magnũ ex hac re ſit malum. Il ny a point de faulte.

Sine dubio. Terent. in Eunucho, 5. 9. 14, Nunquid gnato dubitas quin ego perpetuo perierim? G. ſine dubio, opinor.

Venire in dubium: Eſtre en danger. Terent. in Adelphis, 3. 2. 42, Nunc ſi hoc palàm proferemus, ille inficias ibit, ſat ſcio: tua fama & gnatæ vita in dubium veniet.

In dubium venire de. Terentius in Adelphis, 2. 2. 35, Hei mihi, etiam de ſorte nunc venio in dubium miſer.

In dubio eſſe: Eſtre en doubte queſt ce que on doiue faire. Terent. in Andria, 1. 5. 31, Sed nunc peropus eſt aut hũc cum ipſa, aut me aliquid de illa aduerſum hunc loqui. dum in dubio eſt animus, paulo momento huc, illuc impellitur.

Dubium eſt vt. Plinius in Paneg. 15, An dubium eſt vt dare non poſſet imperator, qui reuerẽtiam amiſerat?

Dubium argentũ: Piece douteuſe, ſi elle eſt bonne ou non. Plaut. in Epid. 13. 40, Accipe argentum hoc daniſta, hic ſunt quadraginta minæ: ſi quid erit dubium, immutabo. Sil ya quelque piece douteuſe, ie te la changeray.

Dubia cœna. Terent. in Phorm. 2. 2. 28, Ille ringitur, tu rideas: prior bibas, prior decumbas: cœna dubia apponitur. G. quid iſthuc verbi eſt? s. Vbi tu dubites quid ſumas potiſſimum.

Dubia fortuna. Terent. in prologo Hecyræ, 16, Partim ſum earum exactus, partim vix ſteti: quia ſciebam dubiam fortunam eſſe ſcenicam.

Dubia res. Plau. in Pœn. 3. 2, Sæpe ego res multas tibi mãdaui Milphio, dubias, egenas, inopias cõſilij, quas tu ſapiẽter, docte, & cordate & cate mihi reddidiſti certas. Idem in Epid. 3. 10, Is amic⁹ eſt qui in re dubia, re iuuat, vbi re eſt opus. Idem in Capt. 7. 47, Me hic valere &

tute audacter dicito, benéque hero geſſiſſe morem in tantis ærumnis tamen: neque me vnquã deſeruiſſe te, neque factis, neque fide rebus in dubijs, egenis.

Dubij rumores. Plin. epiſt. 190. d, Præterea qua gratia, quibus amicitijs fultum nominat quẽdam, qui tunc ad orientem ampliſſimum & famoſiſſimum exercitum non ſine magnis dubiiſque rumoribus obtinebat.

Dubium niſui. Salluſt. in Iugurtha, Deinde ipſe, cum illorum armis ſequi: quæ dubia niſui videbantur, potiſſimum tentare: ac ſæpius eandem aſcendens deſcẽdénſque, deinde ſtatim digrediens, cæteris audaciam addere.

Dubito dubitas, dubitare: Doubter. Iuuen. Quis tã perditus, vt dubitet Senecã præferre Neroni?

Dubitat dicere. Plautus in Epid. 5.76, Quid iſthuc dubitas dicere? Que crains tu de dire cecy? Cic. de amicitia 1, Nec dubitare illum in omni ſermone appellare ſapientẽ. Il ne faiſoit point de difficulté, Il ne ſe faingnoit point de &c. Idem de ſenect. 15, Non dubitauit dicere illa quæ verſibus perſequutus eſt Ennius, Quo vobis mentes &c. Plaut. in Pſeud. 9.32, Quid dubitas dare? Que crains tu, pourquoy fais tu difficulte de me bailler ceſt argent?

Non dubito quin. Terent. in Andria, 2.4.2, Hic nunc non dubitat quin te ducturum neges. Idem in Eunucho, 5.9.13, Nũquid gnato dubitas quin ego perpetuo perierim? Cicero de ſenect. 28, Tamen ille dux Græciæ nunquam optat vt Aiacis ſimiles decem habeat, at vt Neſtoris. quod ſi acciderit, non dubitat quin breui Troia ſit peritura. Il ne faict point de doute.

Hæc dum dubitas, menſes abierunt decem. Ce pendant que tu es a ſonger, que tu doibs faire, dix mois ſont eſcoulés. Terent. in Adelphis, 4.5.57.

Dubitare an. Plaut. in Capt. 7.96, At etiam dubitaui hos homines emerem an non emerem, diu. Iay eſté long temps en doubte, ſi: &c.

DVCENVS ducena ducenum: Deux cens. Vt duceni anni, deux cens ans. Plaut. in Pſeud. 24.40, Nam vel ducenos annos poterunt viuere.

Ducenarius ducenaria ducenarium, Qui ducis centurias, id eſt ducentos milites ducebat in acie ſecunda, qui & primus haſtatus dicebatur.

Ducenariorum iudicum decuria. Suet. in Auguſt. Cæſ. Ad tres iudicum decurias quartam addidit, quæ ducenariorum vocaretur, iudicarétque de leuioribus ſummis. Quam appellationem non à cauſarum æſtimatione, ſed à cenſu potius ortam eſſe, opinãtur nonnulli: vt fuerint ducenarij iudices, qui dimidium cenſus equeſtris poſſidebant.

DVCO ducis, duxi, ductũ, ducere: Mener aucũ de ſon franc vouloir. Terent. in And. 4.6.23, Duc me ad eam, quãdò huc veni vt videã. Idem in Adel. 3.4.61, Duc me intrò ad Soſtratẽ.

Ducuntur omnia dei nutu: Tout eſt mené & conduit par le vouloir de dieu. Plaut. in Mercat. 18.3, Eius ducuntur nutu, illi obtemperant, eum ſpectant.

Ducere ſe ad aliquem: Sen aller a aucun. Plaut. in Amph. 1 6.73, Nam iam ad regem rectà me ducam, rémque vt facta eſt, eloquar.

Ducere ſe ab ædibus: Sortir de la maiſon. Plaut. in Bacch. 13.11, Alium illa amat, non illum, duc te ab ædibus. PA. nimis iracunde. Va ten hors de ceans.

Ducere ſe deorſum de arbore: Deſcendre dung arbre. Plaut. in Aulularia. 24.8, Me collocaui in arborem: indéque expectabam, aurum vbi abſtrudebat ſenex. vbi ille abijt, ego me deorſum duco de arbore.

Ducere anhelitum ex curſura, Eſtre a la groſſe halaine de courir. Plaut. in Aſin. 7.61, Placide ergo vnumquodque derogita vt acquieſcam: nõ vides me ex curſura anhelitum etiã ducere?

Ducere animo: Pẽſer en ſoymeſme. Virg. lib. 6, Sic equidem ducebã animo, rebárque futurũ.

Ducere bellum, Mener guerre. Virg. lib. 9, Hi bellum aſſidue ducunt cum gente Latina.

Ducere colorem, Attirer couleur. Virg. Agrum quo ſegetes gauderẽt frugibus, & quo Duceret apricis in colibus vua colorem. Iuuenalis, Vuáque conſpecta liuorem ducit ab vua.

Ducere ex animo curam: Ietter hors ſouci. Plaut. in Caſina, 2.22, Tu illam ducas? hercle me ſuſpendio, quàm tu eius potitor fias, ſatius eſt mortuum.

Ducere in tranſennã dolis: Trõper & deceuoir aucun. Plau. in Perſa, 15.12, Hûc ego hominẽ hodie in tranſennã doctis ducã dolis, itaque huic inſidiæ paratæ ſunt, probe aggrediar virũ.

Ducere aliquem in ius. Terent. Eunucho, 4.6.30, Si vim faciet, in ius ducito hominem.

Ducere in ludum: Conduire aucun, & le mener a leſcolle. Terent. in Phor. 1.2.36, Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere, ſectari, in ludum ducere & reducere.

Ducere mucronem: Tirer ſon eſpee Virg. lib. xii, Ille tamen clypeo obiecto, conuerſus in hoſtem Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat.

Ducere muros. Id eſt, ſtruere & erigere, Edifier & eſleuer murailles. Virg. li. 1, Pars ducere mu-

ros, Molirique arcem.

Ducere noctem iucundis ſermonibus: Paſſer la nuict en parolles ioyeuſes. Plinius epiſt. 117. d, Vides quàm honeſti, quàm ſeueri dies, quos iucundiſſimæ remiſſiones ſequebantur. adhibebamur enim quotidie cœnæ: erat modica, ſi principem cogites: interdũ acroamata audiebamus, interdum iucundiſſimis ſermonibus nox ducebatur.

Ducunt eum pedes rus. Plaut. in Mercat. 19. 17, Sed vbi pater? quid ceſſat? an hominem podagra impedit? s. nec podagricus, nec articularius eſt, quem rus ducunt pedes. Plinius epiſt. 125, Inde quòd interdiu, quibus te viſere ſolebam, ad diætam tuam ipſi me, vt veriſſime dicitur, pedes ducunt.

Ducere poſt. Salluſt. in Iugurtha, Denique plebs ſic eſt accenſa, vti opifices, agreſtéſque omnes, quorum res fidéſque in manibus ſitæ erant, relictis operibus frequentarent Marium, & ſua neceſſaria poſt illius honorem ducerent. Ils auoient plus grande cure de lhonneur de Marius quæ de leurs propres affaires neceſſaires.

Ducere rationem: Penſer, faire ſon compte, prendre garde, auoir eſgard. Cic. in Verrem, act. 3, Homo Ligurem accuſare cœpit, qui in re aduentitia atque hæreditaria tam diligens, tam attẽtus eſſet, debere eum aiebat ſuam quoque rationẽ ducere, multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis, quos circa ſe haberet. Idem, Ego ſi mei commodi rationem ducerem, te mecum eſſe maxime vellem. Si ie prenoie garde a mon prouffit.

Ducere ſeſſum. Plautus in Pœnulo, 2. 20, Neu deſignator præteriens obambulet, neu ſeſſum ducat, dum hiſtrio in ſcena fiet.

Ducere ſomnos: Dormir. Virg. Nate dea potes hoc ſub caſu ducere ſomnos.

Ducere ſortem: Faire ſort. Cic. in Verrem, Sors ducitur. quamobrem? nemo erat voluntarius laudator præturæ tuæ. Virg. Stat ductis ſortibus vrna.

Ducere ſpiritum: Viure. Cicero ad Quirites poſt reditum, Sed quãdo neque mihi libere loquendi, neque vobis clementer audiendi, neque omnino iudicandi paucorum furore & audacia facta eſt poteſtas, ſed oppreſſa eſt reſpublica metu debilitata ſeruili, vti liberum ſpiritum ducendi nullam habeat poteſtatem.

Ducere ſub ſignum. Plaut. in Caſina, 16. 1, Vide fur vt ſentis ſub ſignũ ducas. c. quî verò ſentes? quia quod tetigere, illico rapiunt: ſi eas ereptum, illico ſcindunt.

Ducere vitam: Viure. Cicero pro lege Manilia, Cum veſtros portus atque eos portus quibus vitam & ſpiritum ducitis, in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis. Virgilius, Me ſi cœlicolæ voluiſſent ducere vitam.

Ducere vultum, Se refrongner, faire laide mine. Martialis, Qui ducis vultus, & non legis iſta libenter, Omnibus, inuidea sliuide nemo tibi.

Ducere vxorem, Se marier. Plaut. in Milite, 10 85, Liberæ ſunt ædes, liber ſum autẽ ego: me vti volo libere: nam mihi virtute deũm propter diuitias datas licuit vxorem dotatam genere ſummo ducere. Terent. in Eunucho, 5. 249, Emoriar, ſi non hãc vxorem duxero. Ducere filiã: Prendre vne fille en mariage. Plautus in Aulul. 2. 4, Vult hanc Megadorus indotatam ducere. Terent. in Adelph. 4. 7. 11, Virgo nihil habet. M. audiui. D. & ducenda indotata eſt? M. ſcilicet.

Duci falſo gaudio, Eſtre mené & abuſé dune faulſe ioye. Terent. in And. 1. 2. 9, Id voluit nos ſic nec opinantes duci falſo gaudio.

Duci phaleratis dictis; Eſtre mené & abuſé par belles parolles. Terent. in Phor. 3. 2. 15, Adeóne te eſſe incogitantem atque impudentem Phædria, vt phaleratis dictis ducas me, & meã ductes gratis? Ducere aliquem labijs, Eſtre abuſé ou mené de babil. Plaut. in Milite, 4. 115, Ait ſeſe vltro omnes mulieres ſectarier. is eſt deriſui, quaque incedit omnibus. itaque hic meretrices labijs dum ducant eum, maiorem partem videas valgis ſauijs.

Duci falſo errore: Errer, Eſtre abuſé. Plin. epiſt. 189, Non interdum facis quod filius tuus? ſi repẽte pater ille, tu filius pari grauitate reprehendat, non omnes homines aliquo errore ducuntur?

Duci gloria. Cicero in Verrẽ, act. 2. Si quis honore ac gloria ducitur. Si aucũ faict aucune choſe pour auoir gloire & honneur, ſil eſt meu de gloire &c.

Ducere: Protrahere: Prolonger, differer. Cic. ad Cæſarem Iuniorem, lib. 1, Ne res duceret, fecimus vt Hercules Antiarius in alium locum tranſferretur.

Ducere, Exiſtimare, iudicare, putare, Eſtimer & iuger en ſoymeſme. Plau. in Bacch. 6. 2, Nã equidem haud aliter eſſe duco: quippe cui nemo aduenit, niſi quem ſpes reliquêre omnes. Cic. de amicitia, 6, Hãc eſſe in te ſapiẽtiã exiſtimant, vt omnia tua in te poſita eſſe ducas, humanóſque caſus virtute inferiores eſſe putes.

Ducere damno. Plaut. in Bacchid. 22.17, Atque ego ſi alibi plus perdiderim, minus ægre habeã, minúſque id mihi damno ducam: Ie neſtimeray point eſtre ſi grand dommage a moy.

Ducere honori: Reputer a honneur. Salluſt. in Iugurtha, Sed Hiempſal, qui minimus ex illis erat, natura ferox, etiam ante ignobilitatem Iugurthæ, qui materno genere impar erat, deſpiciens dextra Adherbalem adſedit, ne medius ex tribus (quod apud Numidas honori ducitur) Iugurthæ foret.

Ducere laudem: Exiſtimare eſſe laudem. Eſtimer eſtre grande louange. Terentius in prologo Adelph. 18, Quod illi maledictum vehemens exiſtimant, eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet, qui vobis vniuerſis & populo placent.

Ducere laudi: Idem. Terentius in prologo Adelph. Vos eritis iudices, laudíne an vitio duci factum oporteat.

Ducere minoris, Neſtimer point tant. Salluſt. in Iugurtha, At Caſſius populi Romani perlata rogatione à Gaio Memmio, ac perculſa omni nobilitate, ad Iugurtham proficiſcitur: eíque timido & ex conſcientia diffidenti rebus ſuis, perſuadet, priuatim præterea fidem ſuam interponit, quam ille non minoris quàm publicam ducebat.

Ducere officij. Suet. Officij duxit, quantum in ſe eſſet, exorare filiæ patrem ſequentibus literis. Il a penſé que ceſtoit a luy affaire de &c.

Ducere pro. Salluſtius in Iugurtha, Vbi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quæ ſibi quiſque facilia factu putat, æquo animo accipit, ſupra ea, veluti ficta pro falſis ducit. Il eſtimé eſtre choſe faincte.

Ducere probro. Plaut. in Amph. 5.31, Nemo id probro profecto ducet Alcumenæ. Perſonne ne deſpriſera Alcumena pour ce faict.

Duce pro duc. Plaut. in Moſtell. 5.8, Lepida es, duce me amabo. D. caue ne cadas: aſta.

Duco mortuum. Plaut. in Trucul. 19.32, Meóſne ego ante oculos illam patiar alios amplexarier? Mortuum hercle me duco ſatius. Iaimeroye plus cher mourir.

Ducto ductas, ductare, frequẽtatiuum, Mener ca & la, pourmener. Salluſt. Huc accedebat quòd L. Sylla exercitum quem in Aſia ductauerat, quo ſibi fidum faceret, cõtra morem maiorũ luxurioſe, nimiſque liberaliter habuerat. Quintilianus ait Ductare exercitũ, nõ ſine rubore dici.

Ductare aliquem: Pourmener, ou mener, ou abuſer aucun de belles parolles. Plautus in Menæchmis, 15.20, Quando tu me bene merentem tibi habes deſpicatui, niſi feres argentum, fruſtra me ductare non potes.

Ductare aliquem dolis. Plaut. in Capt. 11.111, Tum igitur ærumnatus, deartuatus ſum miſer ſceleſti huius technis, qui me vt lubitum eſt, ductauit dolis.

Ductare aliquem maledictis. Plaut. in Aſin. 5.37, Si ecaſtor nunc habeas quod des, alia verba perhibeas: nunc quia nihil habes, maledictis eam ductare poſtulas.

Ductare, Prendre a femme. Plaut. in Aſin. 16.13, Verùm hoc facto ſeſe oſtendit, qui quidem cum filio potet vnà, atque vnam amicam ductet decrepitus ſenex. Terent. in Phormione, 3.2.15, Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis.

Ductare, Eſtimer, iuger. Plau. in Perſa, 16.167, Omen ego pro nihilo eſſe ducto quod fuit, quãdo fuit: tanquam hominem quando animam efflauit, quid eum quæras qui fuit?

Ductans reſtim. Terentius in Adelphis, 4.7.34, Facturum credo vt habeas qui cum cantites. M. cur non? D. & noua nupta eadem hæc diſcet. M. ſcilicet. D. tu inter eas reſtim ductans ſaltabis.

Duco ducas, ducare, Gubernare. Varro, Ab eo quod ſit ducare, qui eſt dux aut ductor, qui ita inducit vt doceat.

Ducatus, ducatus, ducatui, m. g. Ipſa ducandi actio, Gouuernement, Conduite.

Ducatus, Regio cui dux dominatur, Vne duché. Suet. in Nerone, cap. 35, Priuignũ Ruffinũ Criſpinum Poppæa natum impuberẽ adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari, dum piſcaretur, ſeruis ipſius demandauit. Idem in Tib. Cæſ. cap. 19, Cõfidens (vt aiebat) oſtento ſibi ac maioribus ſuis in omni ducatu expertiſſimo.

Ductus ductus ductui, Conduite. Vnde aquæductus, Vng conduit, par lequel on meine leaue a quelque lieu. Cic. de legibus, lib. 2, Ductus verò aquarum, quos iſti tubos & euripos vocant, quis non cum hæc videat, irriſerit?

Dux ducis, cõmunis gen. Celuy ou celle qui conduit. Plaut. in Caſ. 24.7, Ijs præſtigijs dux fuit vxor, ea hanc inuenit rimam. Ca eſté ma femme qui a conduit ceſte meſchanteté. Virgilius, Portantur auari Pygmalionis opes pelago, dux fœmina facti. Cicero pro Cornelio Balbo,

An ingenium? cum etiam ipſe caſus euentúſque rerum non duces, ſed comites eius conſiliorũ fuerint. Ibidem, Si M. Craſſus, ſi Q. Metellus, ſi Cn. Pompeius, ſi L. Sylla, ſi L. Craſſus, ſi C. Marius, ſi ſenatus, ſi populus Romanus, ſi qui de re ſimili iudicarũt, ſi fœderati populi, ſi ſocij, ſi antiqui Latini, Videte ne vtilius & honeſtius vobis ſit illis ducibus errare, quàm hoc magiſtro erudiri.

Dux recte viuendi. Cic. de amicitia, 17, Hos viros bonos, vt habiti ſunt, ſic etiam appellandos eſſe putemus, qui aſſequuntur quantũ homines poſſunt, naturam optimã recte viuẽdi ducẽ.

Dux impietatis. Cic. de amicitia, 35, Nõ enim paruit ille Tiberij Gracchi temeritati, ſed præfuit: nec ſe comitem illius furoris, ſed ducem præbuit.

Ductor ductoris, Conducteur, Guide. Virg. Fracti bello fatíſque repulſi Ductores Danaũm.

Ductarius ductaria ductariũ, Qui conduit & meine. Vnde ductarius funis, La corde dune poulie a tirer quelque choſe en hault.

Ductilis & hoc ductile, Quod facile ducitur, attenuatúrque in laminas. Qui eſt facile a mener: ou quelque choſe qui facilement on attenurit & applatit.

Ductim aduerbium, Cum mora, Tout bellement, tout doulcemẽt, Tout a traict. Plaut. in Curculione, 3. 12, Da viciſſim gutturi meo gaudium: nihil ago tecum. vbi eſt ipſus? ipſum expeto tangere, immergere in me liquores tuos ſino ductim.

DVDVM, Il y a long temps, cõme dune heure, de deux. dung iour. aucune fois de pluſieurs. Quando? Dudum. Plaut. in Perſa, 15. 31, Nam è Perſia ad me allatæ modo ſunt iſtæ à meo domino. D. quando? T. haud dudum. Il ny a pas long temps.

Quàm dudum? modo. Terent. in And. 5. 2. 9, Etiã tu hoc reſpondes? quid iſtic tibi negoti eſt? D. mihin'? s. ita. D. mihine? s. tibi ergo. D. modo introij. s. quaſi ego quamdudũ rogẽ. Comme ſi ie te demandoie cõbien il ya que tu es entré. Plaut. in Amph. 8. 58, An tẽpeſtas cõtinet, qui non abiſti ad legiones ita vt dudum dixeras? AM. dudum? quàm dudum iſthuc factũ eſt? A L. tentas? iam, pridem, modo. Combien y a il que cela a eſté faict?

Dudum accerſitus. Plaut. in Sticho, 13. 2, Mirum videri nemini voſtrũ volo ſpectatores, quòd ego hinc, quæ illic habito, exeam: faciam vos certiores. domo dudum hoc accerſita ſum.

Non dudum ante lucem. Plaut. in Pœnulo, 4. 96, Nimia nos ſecordia hodie tenuit. AD. qua de re, obſecro? AM. quia iam non dudum ante lucem ad ædẽ Veneris venimus: Nõ point beaucoup deuãt le iour. Idem in Amph. 7. 44, Nam vt dudum ante lucem à portu me præmiſiſti domum. A. quid igitur? s. prius multo ante ædeis ſtabam, quàm illic aduenerã. Rus mane dudum hinc ire me iuſſit pater, vt bubus glandem prãdio depromerem. Il y a long temps des le matin. Plaut. in Truc. 13. 1.

Quaſi dudum. Plaut. in Amphit. 8. 49, Sic ſalutas, atque appellas, quaſi dudum non videris? quaſi qui nunc primum recipias te domum huc ex hoſtibus? Comme ſil y auoit long temps.

Dudum, Ce neſt point dhier ne dauiourdhuy, il y a ia long temps. Terent. in Andria, 5. 1. 5, Quàm maxime abs te poſtulo atque oro Chreme, vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes. Plaut. in Moſtell. 4. 99, Vah, quid illa poteſt peius quicquam muliere memorarier? nunc aſſentatrix ſceleſta eſt: dudum aduerſatrix erat. Terent. in Andr. 3. 4. 3, Ego dudum nonnihil veritus ſum Daue abs te, ne faceres idem quod vulgus ſeruorum ſolet. Idem in Eunucho, 4. 4. 16, Ita viſus eſt dudum, quia varia veſte exornatus fuit. Plin. lib. 4, Fabri qui dudum aſſueti apud Pœnos. Idem lib. 19, Qui dudum ex eadem Hiſpania, Zoelicum venit in Italiam plagis vtiliſſimum.

Quàm dudũ, Que parauant. Plaut. in Epidico, 1 3. 54, Magna res eſt, minoris multo faxo, quàm dudũ ſenes. Ie les crains moins maintenant, que ie ne faiſois parauant. Idem in Truculento, 17. 27, Caue niſi quod te rogo: niſi ea quæ exquiro. A. mater filiæ dono dedit inquam. c. plus quàm dudum inquam loquere. Terent. in Phormione, 2. 4. 19, Incertior multo quàm dudum. Idem in Eunucho, 4. 5. 5, Quis eſt? ehem Pythias: vah quanto nunc formoſior videre mihi quàm dudum

DVELLA duellæ, f. g. Tertia pars vnciæ eſt, hoc eſt ſexta & triceſima toti? aſſis: duæ ſextulæ.

DVELLVM duelli, vt interpretatur Feſt. Pompeius, bellum eſt, quod duabus partibus de victoria contentibus dimicatur. Inde & perduellis, qui pertinaciter retinet bellũ. Plaut. in Amphitruone, 4. 35, Victores victis hoſtibus legiones reueniunt domũ, duello extincto maximo, atque internectis hoſtibus. Idem in Truc. 10. 2, Ne expectetis ſpectatores meas pugnas dum prædicem: manibus duellis prædicare ſoleo, haud in ſermonibus.

Duello duellas, duellare: Batailler.

Duellator duellatoris, Batailleur. Plaut. in Capt. 2.68, Valete iudices iuſtiſſimi: domi, belliq́ue duellatores optimi.

Duellicus duellica duellicum, Appartenãt a bataille dhomme a hõme. Vt ars duellica, La ſcience & faict de bataille dhomme a homme. Plautus in Epid. 10.14, Nempe quem in adoleſcentia memorant apud reges armis, arte duellica diuitias magnas ſibi adeptum.

DVLCIS & hoc dulce, o.g. Doulx, le contraire de amer. Plaut. in Truc. 7.17, Nũc poſtquam ſcio dulce atque amarum quid ſit ex pecunia &c.

Dulces aures deuorarunt tuam orationem, Tes parolles ont eſté fort doulces a mes oreilles, ie tay voulentiers ouy parler. Plaut. in Pœnulo, 16.9, Horum profecto certa eſt hominum oratio, quam orationem hanc aures dulces deuorant: vt mihi abſterſerunt omnem ſorditudinẽ.

DVLCICVLVS dulcicula dulciculum, diminutiuum, Doulcet. Plaut. in Pœnulo, 4.167, Huius coloſtra & dulciculus caſeus, maſtigia.

Dulcedo dulcedinis, f.g. Doulceur. Ouid. Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui. Cic. de nat. deorum, lib. 3, Quinetiam guſtatus, qui eſt ſenſus ex omnibus maxime voluptarius, quique dulcedine præter cæteros ſenſus commouetur.

Dulcitas dulcitatis, f.g. Idem. Accius Tereo, Suauem linguæ ſonitum, ô dulcitas conſpirium animæ. Nonius Marcellus.

Dulcitudo dulcitudinis. Idem. Cæcilius, Tanta huic inuaſit in corda dulcitudo.

Dulciarius panis, qui cõficitur ex ſaccaro & nucibus pineis vel amygdalis ad iẽtacula. Pain deſpice

Dulciarius piſtor, qui panes & mellita cõcinnat edulia. Patiſſier. Martialis, Mille tibi dulces operum manus iſta figuras Extruit: huic vni parca laborat apis. Lamprid. de Heliogabalo, Dulciarios habuit qui de dulcibus exhiberent quæcũque coqui de diuerſis edulijs exhibuiſſent. &c.

Dulceo dulces, dulcui, Dulcere, Deuenir doulx.

Dulceſco dulceſcis. Idem Cicero in Catone, Primo vua eſt peracerba guſtatu: deinde matura dulceſcit.

Dulco dulcas, dulcare, Dulce facere. Sidonius Apol. ad Agricolã, Pareo libens, laudaturus vitæ tam dulcatæ ſolicitius ingenuitatem.

Dulce, aduerbium, Doulcement. Plaut. in Milite, 5.58, Hercle aſtitit & dulce & comœdice.

DVM, aduerbium temporis: Varia ſignificat.

Dum, Iuſques a tant que. Plaut. in Amph. 4.114, Et hæc ob eam rem nox eſt facta longior, dũ ille qua cum voluptatẽ capit. Terent. in Heaut. 3.2.32, At nunc quid expectat Syre? an dũ hinc denuo abeat, cum tolerare huius ſumptus non queat? Virg. Tytire, dum redeo, breuis eſt via, paſce capellas. Cic. Ego in Arcano operior dum iſta cognoſco. Idem Attico, Quòd ſi totum tibi perſuadere non poſſum, ſaltem dum quid de Hiſpanis agamus, ſcitur, expecta.

Dum, Autant que: Tant de temps que. Terent. in Adelph. 1.1.45, Malo coactus qui ſuũ offícium facit, dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet. Idem, Ego te meũ dici tantiſper volo, dum quod te dignum eſt facis.

Dum: Pourueu que, moyennant que. Plaut. in Sticho, 7.25, Papæ ducam hodie amicam. E. vel decem, dum de tuo. Pourueu que ce ſoit a tes deſpens. Terent. in Eunucho, 4.6 4, Vſque adeò ego illius ferre poſſum ineptias & magnifica verba, verba dum ſint. Idem in Heaut. 3.1.57, Decretum eſt pati, dum illum modo habeam mecum. Salluſt. Neque id quibus artibus aſſequeretur, dum ſibi regnum pararet, penſi quicquam habebat. Idem in Hecyra, 4.4.12, Dũ ne reducã, turbent porro quàm velint. Plaut. in Perſa, 16.188, Vin' mea eſſe? P. dum quidem nec nimis diu tua ſim, volo.

Dum: Affin que. Plaut. in Merc. 3.83, Dico eſſe iturum me mercatũ, ſi velit, amorem miſſum facere me, dum illi obſequar. agit gratias mihi. Idem in Capt. 2.32, Nihil pretio parſit, filio dum parceret. Affin de. Terẽt. in And. 4.1.53, Hoc tibi pro ſeruitio debeo, conari manibus pedibus, noctéſque & dies capitis periculum adire, dum proſim tibi.

Dum, Ce pendant que. Plaut. in Merc. 7.47, Dic quid velis, Vſquéne valuiſti? c. perpetuo recte dum quidem illic fui. Tout le temps que &c. Idem in Truc. 16.3, Nũc dum iſti lubet, dum habes tempus, ei obſequundes. Idem in Milite, 9.100, Nam iam aliquò aufugiam, & occultabo aliquot dies, dum hæ conſileſcunt turbæ, atque iræ leniunt. Idem in Truc. 3.12, Quaſi in piſcinã rete qui iaculum parat, quando abijt rete peſſum, abducit: infra ſui iecit rete, piſcis ne effugiat cauet, dum huc dum illuc rete ore impedit piſcis, vſque adeò donicum foras eduxit. Terentius in Andria, 26.12, Dum licitum eſt ei, dúmque ætas tulit, amauit. Plaut. in Perſa, 12.41, Dum hic ſtas, reditum oportuit.

Dũ, interea. A lheure que, ainſi que ce ſe faiſoit, Quant ces choſes ce faiſoiẽt, ce temps pendãt. Plaut. in Amphit. 17.46, Dum hæc aguntur, interea vxorem tuam neque gementem, neque plorantem noſtrum quiſquam audiuimus: ita profecto ſine dolore peperit. Terent. in Eunucho, 2.2.24, Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum vbi venimus, concurrunt læti mi obuiam cupedinarij.

Dum incipias, grauia ſunt, dúmque ignores: vbi cognoris, facilia. Les choſes te ſont dures ou grieues pour le commencement, ou du commencement que tu ne les entens pas: mais quant &c. Terent. in Heaut. 5.5.14.

Dum, Deuant que, premier que. Terentius in Heaut, 2.2.11, Noſti mores mulierum: dũ moliuntur, dum comuntur, annus eſt. Deuant quelles ſoient accouſtrees & attifees. Ou, En ſattifant, vng an ſe paſſe.

Dum quæro. Terent. in Heaut. 3.1.83, Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis, dũ id quæro tibi qui filium reſtituerem. Ie nay onques ſceu dormir ceſte nuict, de ſouci que iauoie de trouuer le moyen de rendre ton fils. Idem in And. 5.1.3, Dum ſtudeo obſequi tibi, penè illuſi vitam filiæ: De cure & ſoing que iauoye de te obeir &c. Idem in Phormione, 1.2.26, Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi, En eſtant fidele &c.

Dum, Autant de temps que. Plaut. in Pſeud. 9.36, Si quidem hercle etiam ſupremi promptas theſauros Iouis, tibi libellam argenti nunquã credam, dum tu ſternuas. Ie ne te le vouldroye pas preſter la longueur que tu euſſe eſtarnué, lallee dicy la.

Nihil dum: Rien encore. Cic. lib. x. epiſt. Plãco, Interim ad me venit Numatius noſter, vt cõſuerat, & ego ei literas tuas dedi: nihil dum enim ſciebat. Idem libro XII. epiſt. Caſſio, Et quanquam nihil dum audieramus nec vbi eſſes, nec quas copias haberes, tamẽ ſic ſtatuebam.

Dum, Apres que. Martialis, Audieras dum grande ſophos.

Expecto dum. Plautus in Caſina, Ne expectetis dum illi ad vos redeant. Terent. in Andria, Ergo ne expectetis dum exeat huc. Idem in Eunucho, Concedã hinc intro, atque expectabo dum veniat. Cic. L. Luceio, Sed ad properationem meam quidem intereſt, nõ te expectare dum ad locum venias. Idem Bruto, Quòd ſcribis te in Italia moraturũ dum tibi literæ meæ veniant, ſi per hoſtem licet. Eidem, De ſororis autem tuæ filijs, nõ expectaui Brute dum ſcriberes. Idem Cn. Pompeio, Non expectaui dum mihi à te literæ redderentur. Idem Attico, Expecta amabo te dum Atticum conueniã. Ibidem, De Aufidio & Pallicano non puto te expectare dum ſcribam. Idem in Piſonem, An ego expectem dum te quinque & lxx tabellæ diripiãtur? Idem in Verrem, Quid expectas an dum ab inferis ille Malleolus exurgat? In eundem, Nolite expectare dum omnes opeam oratione mea ciuitates. Idem in Philipp. Num expectas dum te ſtimulis fodiam? Titus Liuius ab vrbe cond. Expectare dum conſul aut dictator fiat. Ibidem, Ne expectent dum à Roma legati veniant. Ibidem, Moratus dum milites ad prædam diſcurrerent. Ibidem, Moratus dum imperatores conſuleret. Ibidem, Expectãtes dum ab hoſtibus clamor inciperet. Idem de bello Punico, Paucos morati dies dum ſocij venirent. Idem ab vrbe cond. Nolite expectare dũ fugiant. Ibidem, Expectate, dum vobis obuiæ veniant. Idem de bello Macedonico, Paucos moratus dies, dum ſeſe omnes copiæ aſſequerentur.

Dum modo, Pourueu que, moyennãt que. Plaut. in Amph. 8.12, Laudis compos reuenit, in ſolatio eſt. abſit: dum modo laude parta, domũ recipiat ſe. Iuuenalis, Malo pater tibi ſit Theſites, dum modo tu ſis AEacidæ ſimilis, Vulcaniáque arma capeſſas.

DVMVS dumi, m. g. Vng buiſſon, toute ſorte deſpine.

Dumoſus dumoſa dumoſum, Spinoſus, Vepribus plenus: Lieu ou il ya force buyſſons & eſpines. Virg. Dumoſa pendêre procul de rupe videbo. Admonet Feſtus Pomp. legi Duſmoſum locũ apud Liuium, pro dumoſo. antiqui enim interſerebant s literam, & dicebant coſmittere pro committere, & caſmœnæ pro camœnæ.

Dumetum dumeti, Locus vbi ſunt dumi: Ou il y a buiſſons, Vne buyſſonniere. Dumeta antiqui (inquit Feſtus) quaſi dumiceta appellabant, quæ nos dumeta.

DVNTAXAT, aduerbium: Seulement. Cicero pro Deiotaro, Quod ipſum etſi iniquum eſt in tuo dúntaxat periculo.

Non dúntaxat: pro nõ ſolum. Liuius lib. XLVI, Nec animum nobis dúntaxat fidelem ac bonũ præſtitit, ſed omnibus interfuit bellis quæ geſſiſtis. Paulus, Cum tutor nõ rebus dúntaxat, ſed etiã moribus præponatur.

DVO, duæ, duo, plu. num. Deux. Aliquãdo accuſatiuus maſculinorum ſimilis eſt nominatiuo.

profertúrque in o more græco. Horat. Duo ſi diſcordia vexet inertes. Virg. Si duo præterea, tales Idæa tuliſſet Terra viros. Id eſt, duos.

Duodeuiginti. Dixhuit. Hanc dicendi conſuetudinem (inquit Feſtus) à Græcis traxiſſe videmur, qui ſic enuntiant, Δυοιξήκοσι. Plautus in Pœnulo, 14.75, Qui id credamſ.s. quia illas emit in Anactorio paruulas. M. quantiſ.s. duodeuiginti mnis de prædone Siculo.

DVONVM veteres pro bouum dicebant. Feſt. Pomp.

DVPLEX, duplicis, o.g. Double. Virg. Duplices tẽdens ad ſydera palmas. Suet. de claris grãmaticis. 3, Lælius duplici cognomine fuit. nam & præconius, quòd pater eius præconiũ fecerat, vocabatur: & Iſtilo, quòd orationes nobiliſſimo cuique ſcribere ſolebat.

Duplex argentum. Plaut. in Menæhmis, 12.22, Cedo aurum, ego manu pretium dabo. A. da ſodes abs te, pòſt reddidero tibi. M. imò cedo abs te. A. ego pòſt tibi reddam duplex. Ie te le rendray au double.

Duplex comœdia. Terent. in prologo Heaut. 5, Integram comœdiã hodie ſum acturus, Heautontimorumenon: Duplex quæ ex argumento facta eſt ſimplici.

Duplex damnum: Double dommage. Plautus in Caſina, 16.3, Quia quod tetigere, illico rapiunt: ſi eas ereptũ, illico ſcindunt: ita cœqui aduenium: vbi vbi ſunt, duplici dãno mulctãt.

Duplex lingua, Vne langue double, Qui parle autre choſe quil na ſur le cueur. Plaut. in Truculento, 17.6, Quanquam vos colubrino ingenio ambæ eſtis, edico prius ne duplices habeatis linguas, ne ego bilingues vos necem.

Duplici ſpe vti: Auoir eſperance de deux coſtés. Terent. in Phor. 4.2.13, Pater venit. ſed quid pertimui autẽ belluaſ.s an quia quos fallã, pro vno, duo ſunt mihi datiſ.s cõmodius eſſe opinor duplici ſpe vtier: petã hinc vnde à primo inſtitui. is ſi dat, ſat eſt: ſi ab hoc nihil fiat, tũ hunc adoriar hoſpitem.

Duplicibus ſpolijs affectus. Plaut. in Bacchid. 15.2, Nunc hominem decet auro expendi, huic decet ſtatuam ſtatui ex auro: nã duplex hodie facinus feci, duplicibus ſpolijs affectus ſum. Iay eu double deſpouille.

Dupliciter, aduerbium, Doublement. Plau. in Milite, 6.24, Tuis nunc cruribus, capitíque fraudem capitalem huic creas, tibi iam vt pereas: paratum eſt dupliciter, ni reprimas tuum ſtultiloquium. s c. quî verò dupliciterſ.p A. id dicam tibi. primum dum, ſi falſum inſimulas Philocomaſium, hoc perieris. iterum, ſi id verum eſt, tu cuſtos ei additus perieris.

DVPLVS dupla duplum, Bis tantum: Le double, deux fois autant. Plaut. in Pœnulo, 20.14, De prandio tu dicis: debetur, dabo. A G. duplum pro furto mihi opus eſt.

Dupla agnina. Plaut. in Capt. 13.50, Qui concinnant liberis orbas oues, qui locant cædundos agnos, & duplam agninam danunt. Id eſt, qui ſub nomine agninæ carnis, ouillam quoque vendunt, & ita duplam, hoc eſt, duplicatam & duorum generum agninã præbent, mentientes totam agninam eſſe.

Duplico duplicas, duplicare: Doubler.

Duplicare: Augmenter. Salluſt. Et Maurus victus duplicauerat bellum. Virg. Et ſol creſcentes decedens duplicat vmbras.

DVRO duras, durare, Durum facio, Firmo, Solido: Endurcir, Affermir. Columella lib. 7, Annicula mula recte à matre repellitur, & amota mõtibus, aut feris locis paſcitur, vt vngulas duret, ſitque poſtea longis itineribus habilis.

Durantur vitia, per trãſlationem à Quintiliano dicitur, lib. 1, Multa linguæ vitia, niſi primis eximuntur annis, inemendabili in poſterum prauitate durantur.

Durare ad. Plaut. in Trinummo, 6.13, Hæc mihi cum video, lachrymas eliciunt, quia ego ad hoc genus hominum duraui, quin prius me ad plures penetraui. Ie ſuis tout faict & endurci douyr telle maniere de gens.

Durare, Tolerare, Endurer. Virg. Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Durare, cum accuſatiuo, apud Poetas. Horat. lib. 1. Carm. Vix durare carinæ Poſſunt imperioſius AEquor.

Durare, Perſiſtere, perſeuerare: Durer: perſeuerer. Plaut. in Amphit. 10.1, Durare nequeo in ædibus, ita me probri, dedecoris à viro argutam meo. Terent. in Adelph. 4.2.16, Nõ hercle hic quidem durare quiſquam, ſi ſic fit, poteſt: ſcire equidem volo quot mihi ſint domini. Plautus in Aſin. 5.25, Mi quidem te parcere æquum eſt tandem vt tibi durem diu. Virg. in Georg. Cui non certauerit vlla, Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.

Durare non queo: Ie ne me ſauroie plus garder, ou cõtenir que &c. Plaut. in Aſinaria, 16.57,

Non queo durare. Idem in Curculione, 4.20, Sed enim nequeo durare quin ego herum accuſem meum.

Durauit hic illi animus vſque ad extremum: Ce courage luy dura, iuſques a la fin. Plin. epiſt. 111.b, lib.v, Medicis obſequebatur, ſororem, patrem adhortabatur, ipſámque ſe deſtitutam corporis ſui viribus, vigore animi ſuſtinebat. Durauit hic illi vſque ad extremum: nec aut ſpatio valetudinis, aut metu mortis infractus.

Durare cor: Affermir ſon cueur, vaincre ſon courage. Plau. in Pſeud. 5.7, Crucior. P. cor dura. C. non poſſum. P. fac poſſis. C. quo pacto poſſim animum vincere?

Duratus durata duratum, Endurci. Plin. in Paneg. 22, Cum Danubius ripas gelu iungit, duratúſque glacie ingentia tergo bella tranſportat &c.

Durante ibi antiquorum memoria. Suet. de claris grammaticis, 24, Legerat in prouincia quoſdam veteres libellos apud Grammatiſtam, durante adhuc ibi antiquorum memoria, necdum omnino abolita.

Dureo dures, durui, Durus ſum.

Dureſco dureſcis, dureſcere, Deuenir dur. Durus fio. Columella lib. 9, Plumulæ ſub cauda cluniſbus detrahendæ, ne ſtercore coinquinatæ dureſcant.

DVRVS dura durum, quod eſt ſolidum ac firmũ: Dur & ferme. Virg. Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus.

Duro animo es: Tu es dung dur courage, on ne te peult vaincre. Terẽt. in Heaut. 4.1.57, Vt præter ſpẽ euenit: quàm timui male, ne nũc animo ita eſſes duro, vt olim in tollẽda Chreme.

Durum frigus: Vne aſpre & grande froidure. Plaut. in Menæhmis, 21.7, Verbera, compedes, molæ, magna laſſitudo, fames, frigus durum, hæc pretia ſunt ignauiæ.

Durus homo: Vng rude homme. Plaut. in Mercat. 7.15, Scio ſæuus quàm ſit homo, & durus. Terent. in Adelph. 1.1.38, Nimium ipſe durus eſt præter æquúmque & bonum.

Duro ingenio es. Terent. in Phorm. 3.2.12, Adeóne ingenio te eſſe duro atque inexorabili, vt neque miſericordia neque precibus molliri queas?

Dura lex: Vne loy forte a porter. Plaut. in Merc. 20.1, Ecaſtor lege dura viuunt mulieres, multóque iniquiore miſere quàm viri.

Duri oculi. Plaut. in Menæh. 20.24, Dic mihi hoc etiam, ſolent tibi vnquam oculi duri fieri?

Duras fratris partes prædicas. A ce que tu dis, mon frere ha forte partie. Terentius in Eunucho, 2.3.62.

Duræ pœnæ. Terent. in Heaut. 2.4.22, Imò vt patrẽ vidi eſſe habitum, diu etiã duras dabis. Subaudi, pœnas.

Dura prouincia: Vne grande & forte charge a porter. Terent. in Phormione, 1.2.23, O Geta, prouinciam, cepiſti duram.

Dura eſt hæc res in pectore: Cecy meſt bien grief au cueur. Plaut. in Menæh. 17.7, Sed ea res mihi in pectore & corde dura eſt.

Dura ſeruitus. Plautus in Amphitryone, 4.14, Opulento homini hoc ſeruitus dura eſt, hoc magis miſer eſt diuitis ſeruus &c.

Dura vita. Terent. in Adelph. 5.4.5. Quod mihi nũc euenit: nam ego vitam duram, quam vixi vſque adhuc, propè iam excurſo ſpatio, mitto.

Durè, aduerbium, Crudeliter, inquit Donatus: & ad ſæuitiam refertur. Dure aliquid facere in alterum.

Duriter, aduerbium, Donatus ſine ſenſu laboris interpretatur, & ad laborẽ refertur: duritérque in nos aliquid facimus. Auec grande peine & traueil. Terent. in Andria, 1.1.46, Primum hæc pudice vitam, parce, ac duriter agebat, lana & tela victũ quæritãs. Idem in Adelph. 1.1.20, Vxorem nunquam habui: ille contrà, hæc omnia, ruri agere vitam, ſemper parce ac duriter ſe habere.

Duriter factum. Terent. in Adelph. 4.5.28, Factum à vobis duriter, immiſericorditérque: atque etiã, ſi eſt pater dicendum magis aperte, illiberaliter. Donatus, Nõ, dure & crudeliter dixit Terentius, ſed quaſi dura mente, id eſt inflexibili.

Duritia duritiæ, f.g. Endurciſſement au traueil & labeur. Plautus in Moſtell. 3.50, Induſtrior de iuuentute erat, arte gymnaſtica, diſco, haſtis, pila: victitabã volupe parſimonia & duritia, diſciplinæ alijs eram. Ie viuoye ioyeuſement, de peu, & ſobre en prenant grand peine & traueil.

Duritia, Aſperitas & crudelitas, Aſprete & rudeſſe, rigueur. Terent. in Heaut. 3.1.26, Cõſpectum fugitat propter peccatum: tum hoc timet, ne tua duritia illa antiqua etiã adaucta ſit.

Duritles duritiei, f.g. Rudeſſe, aſpreté, rigueur. Cicero in Catone, Quanta in altero comitas, in altero durities.

Durabilis & hoc durabile, Qui eſt de duree. Ouid. Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

DVRAMEN & duramentum, Brachium vitis. Columella lib. 5, Sed vt caput trunci, pedali ferè ſpatio ſit inferius iugo, quaternis brachijs, quæ duramenta quidam vocãt, diuidatur in totidem partes: alio nomine duramina nuncupantur. Idem, Conſyderandum erit cuius lõgitudinis ſint duramina quæ excedant prædictam menſuram.

DVRACINAE vuæ, dicuntur quæ duram & firmam corticem habent: à duritie, vel à duris acinis. Plinius lib. 14. In pergulis verò ſeruntur vuæ eſcariæ: hæ duracinis albæ nigræque. Idem de Italia loquens, Vua nõ alibi gratior callo, vnde poſſit inueniſſe nomen duracinæ, durus acinus. Suet. ex epiſt. Auguſti, Dum lectica ex regia domũ redeo, panis vnciam cũ paucis acinis vuæ duracinæ comedi. Sic duracina vua, vt ficus duricoria dicitur.

DVRACINA perſica dicuntur, quorum corpus ligno adhæret, auellique nequit. Auanpeſche. Plin. lib. 5, Sed perſicorum palma duracinis.

DVRATEVS duratea durateum, Ligneus. Lucretius lib. 1, Nec cũ durateus Troianis pergama partu Inflammaſſet equus nocturno Graiugenarum.

D Y

DYSCOLVS dyſcoli, prauus & aſper, difficilis. Græca dictio.

E

E præpoſitio, ablatiuo caſui ſeruit. E ſeruo libertus: De ſeruiteur en liberté. Terentius in Andria, 1.1.10.

Abijt è. Terent. in Phormione, 5.9.30, Ea mortẽ obijt, è medio abijt. Elle ſen eſt allee du mĩlieu des autres, ceſt a dire quelle eſt morte.

Aſpicere è. Plin. epiſt. 102. f, Placuit egredi in litus, & è proximo aſpicere ecquid iam mare admitteret. Daupres.

Audiui è prædonibus. Terent. 1.2.34.

Dedit è. Plaut. in Trinummo, 13.54, Ab ipſõne iſtas accepiſtiſ's. è manibus dedit mihi ipſe in manus. Dentre ſes mains.

Exilire è. Plin. in Paneg. 123, Quis tunc non è veſtigio exiluit? quis exiluiſſe ſenſit?

Fabrefactum è. Plaut. in Rud. 30.13, Quid me intrò reuocas? hoc volo hic ante oſtium extergere. nam hoc quidem pol è rubigine, non è ferro fabrefactum eſt. Denrouilleure.

Fugere è. Terent. in Hecyra, 1.2.107, Siquando ad eam acceſſerat confabulatum, fugere è conſpectu illico, videre nolle. De deuant.

Grauida è. Terent. 1.3.11, Siue iſta vxor, ſiue amica eſt, grauida è Pamphilo eſt.

Languere è. Cic. Philipp. 1, Coguntur enim pignoribus: ſed deorum, quorũ de honore agitur, gratia. Itacũque è via languerem, & mihimet diſplicerem, miſi pro amicitia qui hoc diceret.

Laborare è dolore: Eſtre dolẽt. Terent. in And. 1.5.33, Quid agit? M. rogas? laborat è dolore, atque ex hoc miſera ſolicita eſt.

Laborat e renibus: Il ha mal aux reins. Cic.

E meo animo, Selon mon opinion ou fantaſie. Plaut. in Aulul. 16.3, Vſque à principio omnia: tamen è meo quidem animo, aliquanto rectius facias.

Metuere è. Plautus in Moſtellatia, 9.48, E me ne quidem metuas, nihil ſciet. Ne crains point de par moy.

Peior e. Plaut. in Milite, 18.3, AEdepol nunc tempus eſt è malis nos peiores fieri.

Peperit è Pamphilo: Ceſt de Pamphilus quelle a eu ceſt enfant. Terent. in And. 3.2.17.

Petere è. Terent. in Eunuch. 3.2.38, Tace tu, quem ego eſſe puto infra omnes infimos homines. nam qui huic animum aſſentari induxeris, è flamma te petere cibum poſſe arbitror.

E re nata. Terent. in Adelphis, 3.1.8, E re nata melius fieri haud potuit, quàm factum eſt, hera. Selon la fortune, Veu ce qui eſtoit eſcheut, il ne ſe pourroit mieulx faire.

E regione, Ex aduerſo, A loppoſite, Vis a vis. Cic. lib. acad. 4, Nec ego, nõ ita vos etiam dicitis, eſſe eregione nobis in contraria parte terræ, qui aduerſis veſtigijs ſtent: at contra veſtigia.

E rep. Au, ou pour le prouffit de la choſe publique. Suet. in Cæſare, Plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidē abnuēte, eam largitionē è rep. fieri. Plin. epiſt. 109. b, Prolata lege de ſenatu habēdo iurare coegit è rep. eſſe quod cēſuiſſet. Sall. in Catil. Certe ſcio quæ ſtudio dixerit, è rep. dixiſſe. Liuius, Faceret quod è rep. fidēq; ſua duceret. Idem de bello Punico, Vt ſi è rep. cenſeret eſſe, veniret. Ibidem, Vtrunque inquit è rep. fuit patres cōſcripti.

Tollere è vita: Oſter de ce monde. Cic. de amicitia. 43, Solē enim è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt: qua à dijs immortalibus nihil melius habemus, nihil iucundius.

Surrexit è lecto. Terent. in Adelphis, 4. 1. 4.

E veſtigio, Incontinent, ſubitement, legierement apres le depart. Plin. epiſt. 90. lib. VI, Nunquam ſum magis de occupationibus meis queſtus, quæ me non ſunt paſſæ, aut proficiſcentē te valetudinis cauſſa in Campaniam proſequi, aut profectam è veſtigio ſubſequi.

Vicinus è proximo: Prochain voiſin. Plaut. in Aulul. 9. 11, Sed herus nuptias meus hodie faciet. c. cuius ducit filiam? s. vicini huius Euclionis è proximo.

EATENVS, Aduerbium, Tandiu, vel, vſque ad id. Iuſques a ce que. Tant que.

Eatenus quoad. Cic. ad Q. Fratrem, Si quis forte eſſet ſordidior, ferres eatenus quoad per ſe negligeret eas leges, quibus eſt aſtrictus: non vt ea poteſtate, quam tu ad dignitatem permiſiſſes, ad quæſtum vterentur. Idem in Acad. Sed hoc ciuile quod vocant, eatenus quoad populo præſtare voluerunt.

Eatenus quatenus. Caius de inſtitoria act. Eatenus dabitur in eū actio, quatenus ex ea re locupletior factus eſt. Action ſera donnee contre luy iuſques a ce que &c.

Eatenus vbi. Plaut. in Moſtell. 3. 34, Adminiculū eis danunt tum iam aliquē cogatūm ſuūm: Eatenus abeunt à fabris, vnum vbi emeritum eſt ſtipendium.

Eatenus vt. Cicero de optimo genere oratorum, Verba proſequens eatenus vt non abhorreant à more noſtro.

Eatenus pro hactenus. Suet. in Tyberio, cap. 23, Ac primo eatenꝰ interueniebat, ne quid perperam fieret.

E B

EBIBO ebibis, ebibi, ebibitū, ebibere, Tout boire, Boire tout a faict. Plaut. in Amphit. 4. 278, Mira ſunt niſi latuit intus illic in hac cirnea. factum illud vt ego vini cirneam ebiberim meri.

Terent. in Heaut. 2. 3. 14, Di boni quid turbæ eſt. ædes noſtræ vix capient ſcio: quid comedēt? quid ebibent? quid ſene erit noſtro miſerius?

Ebibere imperium heri ſui: Tant boire quil ne ſouuienne de ce que ſon maiſtre luy a comman de. Plaut. in Amph. 7. 73, Et memor ſum, & diligens, vt quæ imperes, compareant. nō enim ego cum vino ſimitu ebibi imperium tuum.

Ebibere ſanguinem alicuius. Plau. in Curculione, 3. 60, Subſilite obſecro, & mittite iſthanc foras, quæ mihi miſero amanti ebibit ſanguinem. Elle ma ſucé le ſang, elle me rend tout ſec, elle me faict mourir.

EBLANDIOR, eblandiris, eblandiri: Obtenir, ou tacher a obtenir quelque choſe par blandiſſements, doulces parolles & flateries. Cic. Attico, lib. vltimo, in fine, Scio enim quantū ſemper apud eos quibuſcum iis, poſſe ſoleas, eo plus apud hominem facillimum atque humaniſſimum Plancum enitere, elabora, vel potius eblandire, effice vt Plancus, quem ſpero optimum eſſe, ſit etiam melior opera tua.

Eblandiri ſuffragia. Cic. pro Cn. Plancio, In quo primum illud debes putare, comitijs præſertim ædilitijs, ſtudium eſſe populi, non iudicium. Eblandita illa, non enucleata eſſe ſuffragia, eos qui ſuffragium ferant, quid denique ipſi debeant, cōſyderare ſæpius quàm quod cuique à rep. videatur deberi.

Eblanditæ preces: Blādis precibus impetrata teſtimonia. Plin. in Paneg. 119, Volo ego qui proiuinciam rexerit, non tantum codicillos amicorum, nec vrbana coniuratione eblanditas preces, ſed decreta coloniarum, decreta ciuitatum alleget.

Eblandiri ſolicitudines ruris. Columella lib. 9, Sed nec hæc tamen aliena eſt agricolæ captantis vndique voluptates acquirere, quibus ſolicitudines ruris eblandiantur.

EBRIVS ebria ebrium, Qui eſt yure. Plaut. in Amph. 7. 17, Verum haud mentior, réſque vti facta eſt dico. A. homo hic ebrius eſt, vt opinor. S. vtinā ita eſſem. A. optas quæ facta? Cic. Papirio, Habuiſti enim in tua poteſtate, ex quo vel ex ſobrio, vel certe ex ebrio ſcire poſſes.

Ebria cœna, Vng ſoupper ou il y a force & bonnes viādes. Plaut. in Caſina, Facite cœnam mihi vt ebria ſit lepide nitidéque volo. nihil moror barbaricō ritu.

Ebriolus ebriola ebriolum, diminutiuum. Plaut. in Curc. 4.37, Quid ais propudium? Tún' etiã cum nocturnis oculis odium me vocas? ebriola, perſolæ nugæ. Ibidem, 7.16, Obſtant, obſiſtunt, incedunt cum ſuis ſententijs: quos ſemper videas bibentes eſſe in cœnopolio, vbi quid ſurripuere, operto capitulo calidum bibunt, triſtes, atque ebrioli incedunt.

Ebrioſus ebrioſa ebrioſum, Qui ſouuent ſen yure, Qui touſiours eſt yure. Plin. lib. 30. cap. 14, Ebrioſis oua noctuæ per triduum data in vino, tædium eius adducunt.

Ebrietas ebrietatis, Iurõgnerie. Pli. li. 30. ca. 14, Ebrietatẽ arcet pecudũ aſſus pulmo prẽſumpt⁹.

Ebriulo ebriulas, ebriulare, Ebrium facere, Enyurer aucun. Laberius Chære, Ebriulati mentẽ hilarem accipiunt. Non. Marc.

Ebriacus, Yure. Plaut. in Aulul. Homo ebriacus ſomno ſanari ſolet. Ex Nonio Marcello.

EBVR, vel ebor, eboris, n g. Elephãti dẽs, Iuoire. Plau. in Moſtell. 4. 101, Vna opera ebur atramento candefacere poſtules. Horat. lib. 2. Carm. Nõ ebur, neque aureum mea renidet in domo lacunar. Cic. de legibus, lib. 2, Aurum autem & argentum in vrbibus & priuatim & in phanis inuidioſa res eſt: tum ebur ex inani corpore extractum, haud ſatis caſtum donum deo.

Eburneus eburnea eburneum, Qui eſt diuire ou diuoire, ou blanc comme yuoire. Ouidius lib. 3 Metamorph. Impubéſque genas & eburnea colla decúſque.

Eburnus eburna eburnum, Idem quod eburneus. Tibullus, Hanc primũ veniens plectro modulatus eburno. Lucanus lib. 2, Legitimæque faces, gradibúſque accliuis eburnis.

Eboreus eborea eboreum, ab ebor fit. Quintilianus lib. v 1, Cum in triũpho Cæſaris eborea oppida eſſent tralata.

Eburatus, eburata, eburatum, Qui eſt faict diuoire par dehors. Plaut. in Sticho, 6.53, Ehem qui ventrem veſtiã. D. lectos eburatos, auratos. G. accubabo regie. Idem in Aulul. 6.41, Iſtas magnas factiones, animos, dotes dapſiles, clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram nihil moror.

EBVLVM ebuli, n.g. vel ebulus ebuli, m.g. Herba eſt faciens baccas in ſimilitudinem ſambuci. Columella, lib. 2, Sed citra hoc experimẽtum multa ſunt quæ & dulcem terram & frumentis habilem ſignificent, vt iuncus & calamus, gramen & trifolium, ebulũ, rubi, pruni ſylueſtres & alia cõplura. Idem, Et rutilas ebuli creat vuida baccas. Plin. lib. 25. cap. 10, Ebuli quoque (quem nemo ignorat) fumo fugantur ſerpentes.

Ebullo ebullas, ebullare, Erumpere, crepare. A bulla, quæ æſtiuo tempore ex aqua pluuia fingitur in ſpeciem pilæ, & facile rumpitur. Perſius, O ſi ebullet patrui præclarum funus.

EC

ECASTOR, aduerbium iurãdi. Donatus, Ecaſtor, per Caſtorem & Pollucem: ornatiua ſunt iurandi apta fœminis. Plaut. in Amphit. 6. 10, Ecaſtor te experior quanti facias vxorem tuam. Terent. in Andr. 3. 2. 6, Per ecaſtor ſitus puer natus eſt Pamphilo, deos quæſo, vt ſit ſuperſtes, quando quidem ipſe eſt ingenio bono.

ECCE, aduerbium demonſtrandi, & repentinum aliquid, inſperatúmve ſignificat. Quant quelque choſe ſoudainement ſuruient. Plaut. in Curc. 3.38, Ecce autẽ pluit arcus, pluet credo hercle hodie. Terent. in Eunucho, 5.5.25, Quid igitur faciam miſer? quidve incipiam? ecce autẽ video rure redeuntem ſenem. dicam huic an non? Idem in Adelphis, 1.2.73, Sperabam iam deferuiſſe adoleſcẽtiam. gaudebam. ecce autẽ de integro. Ibidem, 4.7.4, Fero alia flagitia ad te ingentia, boni illius adoleſcentis. M. ecce autem. D. noua, capitalia.

Ecce Antonius. Cic. Attico, lib. 14, Multa illis Cæſar, neque me inuito, etſi latinitas erat nõ ferenda. verumtamen autem ecce Antonius accepta grãdi pecunia fixit legem à dictatore comitijs latam. Aſconius ſcribit hoc proprium eſſe Ciceronis, vt in rebus improuiſis hác particula vtatur. Cic. lib. 7. epiſt. ad Atticũ, Philotimi literæ me quidem nõ nimis, ſed eos qui in his locis erant, admodum delectarunt. ecce poſtridie Caſſij literæ Capua à Lucretio familiari eius, Nigidium à Domitio Capuam veniſſe.

Ecce tibi: frequentiſſimum apud Ciceronem. Cic. Attico, Epiſtolam cum à te timide expectarem ad veſperam (vt ſoleo) ecce tibi nuntius pueros veniſſe Romam. Eidem, Cũ hæc maxime ſcriberẽ, ecce tibi Seboſus. Eidem, Miſerã ad te nono calend. exemplũ epiſtolæ Balbi ad me, & Cæſaris ad eũ. ecce tibi eodẽ die Capuæ literas accepi à Q. Pedio. Eidẽ, Ecce tibi & Bruti & tuæ literæ. Idem in Piſonem, Ecce tibi alter effuſa iam maxima præda, quam ex fortunis Publicanorum, ex agris, vrbibúſque ſociorũ exhauſerat, cũ partim eius prædæ &c.

Ecce alterum. Terent. in Eunucho, 2.3.6, Tædet harum quotidianarum formarum. P. ecce autem alterum neſcio quid de amore loquitur, ô infortunatũ ſenem. Idem in Phor. 2.1.34.

Ecce autem ſimilia omnia, omnes congruunt, vnum cognoris, omnes noris.

Ecce me. Plaut. in Merc. 4.22, Vbi Charinus herus: domine eſt, an foris? num quiſquam adire ad oſtium dignũ arbitratur? c. ecce me Acãthio quem quæris. Me vois cy celuy que tu cherche. Idem in Milite, 10.68, Ita apud omnes comparebo tibi res benefactis frequens. Opus eritne tibi aduocato triſti, iracundo? ecce me. Me vois cy tout pres. Idem in Perſa, 19.16, Nunc eſt illa occaſio inimicum vlciſci. s. ecce me: nũquid moror? Terent. in Adel. 5.9.38, Hæc reprehendere & corrigere me, & obſequundare in loco, ecce me qui id faciam vobis.

Ecce rem. Plaut. in Menæh. 9.44, Poſtquam ſum natus, intra portam penetraui pedem. prandi in naui: inde huc ſum egreſſus: te conueni. ecce rem. Vela comment la choſe va.

Eccum, eccam, eccos, eccas, Id eſt, ecce illum, ecce illam, ecce illos, ecce illas.

Eccum ipſum. Plaut. in Amphit. 10.16, Et eccum ipſum video qui me miſeram arguit ſtupri, dedécoris. Idem in Sticho, 4.113, Sed eccum Dinacium eius puerum. Ibidem, 9.71, Atque eccum tibi lupum in ſermone eſuriens adeſt. Terent. in Eunucho, 2.3.12, Sed eccum Parmenonem, ſalue. Ibidem, 5.3.9, Virum bonum eccum Parmenonem incedere video.

Eccum Iupiter. Plaut. in Amphit. 3.120, Nam meus pater intus nunc eſt, eccum Iupiter.

Eccum adeſt. Terent. in Eunucho, 4.7.6, Vbi centurio eſt? P. eccum adeſt. Idem in Adelphis, 5.3.6, Eccum adeſt communis corruptela noſtrûm liberûm.

Atque eccum. Terent. in And. 5.5.1, Prouiſo quid agat Pamphilus: atque eccum.

Sed eccum. Terent. in Eunuch. 2.3.12, Sed eccum Parmenonem, ſalue. Ibidem, 4.5.12, At neſciebam id dicere illam, niſi quia correxit miles quod intellexi minus: nam me extruſit foras. ſed eccam ipſam. miror vbi ego huic anteuerterim.

Eccam. Plaut. in Ciſtell. 10.29, Eccam locum ſignat vbi ea excidit.

Eccillum. Plautus in Perſa, 6.67, Abi, eccillum domi, & hanc ego ad Lemneſcelenen tuam herã abietem obſignatam.

Eccíſtam. Plaut. in Curc. 14.16, Certe eccíſtam video.

ECCERE, aduerbium iurantis, Per Cererem. Plaut. in Amph. 7.3, Ah quamobrem? A. quia id quod neque eſt, neque fuit, neque futurum eſt, mihi prædicas. s. eccere: iam tu autem facis, vt tuis nulla apud te ſit fides.

Eccos. Plaut. in Menæhmis, 6.1, Sportulam cape, atque argentum. eccos tres nummos habes? c. habeo. E. abi, atque obſonium affer, tribus vide quod ſit ſatis. Terent. in Heaut. 2.3.15, Sed video, eccos volebam.

Ecquis, ecqua, ecquod vel ecquid: Id eſt, an vel num aliquis.

Ecquis. Plaut. in Rudente, Heus ecquis in villa eſt? ecquis recludit? ecquis prodit? Ny a il perſonne qui ſorte? Idem in Capt. 9.9, Rogo Philocratem ex Aulide, ecquis omniũ nouerit. Sil ny auoit perſonne dentre eulx tous qui le congneuſt. Ibidem, Percõtabor ecquis adoleſcentem nouerit, Ie menquerray ſil ny a perſonne qui congnoiſſe ladoleſcent. Terent. in Eunucho, 5.9.1, O populares, ecquis viuit me fortunatior? I a il aucun viuant plus eureux que moy? Cic. in Vatiniũ teſtem, Deinde interrogares, ecquoſnam alios poſſet nominare. Sil nen pouoit nommer aucuns autres. Idem Attico, Ecquis vnquã tam ex amplo ſtatu, tã in bona cauſſa, tãtis facultatibus ingenij, cõſilij, gratiæ, tantis præſidijs bonorũ omniũ concidit? I eut il iamais vng qui &c. Liuius de bello Punico, Reſpondent, ecquis Latini nominis populus defecerit ad nos. deinde ecquis homo ex quinque & triginta tribubus ad Hannibalem tranſfugerit. Ibidem, Ecquos legatos ad Hannibalem Romani miſerint de pace.

Ecquã ſcis filiũ tibicinã meũ amare? Sces tu que mon fils aime aucune? Plaut. in Pſeud. 7.6.7. Idem in Merc. Ecquã aduexiſti tuæ matri ancillã à Rhodo? As tu amené &c. Idem in Sticho, Dũ percõtor portitores ecqua nauis venerit ex Aſia, Ie demãdoie ſi aucune nauire eſtoit venue. Cic. in Verrẽ, Negotiũ dat illis ſuis comitibus nequiſſimis, turpiſſimiſque hominibus, vt videãt & inueſtigẽt ecqua virgo ſit, an mulier, quãobrem iſte Lampſaci diutius cõmoraretur. Sil y auoit aucune vierge ou femme. Idem Attico, Quod quæris, ecquæ ſpes pacificationis ſit: quãtum ex Pompeij multo & accurato ſermone perſpexi, ne voluntas quidẽ eſt. Quant a ce que tu demande, Aſſauoir ſil y a aucune eſperance. &c. Idem in Acad. quæſt. Ecqua poterit in agnoſcendo eſſe diſtinctio? Liuius de bello Macedonico, Percontatus eſt, ecquam anum Ebutiam ex Auento noſcet. Sil ne congnoiſſoit point aucune &c. Idem pro lege Manilia, Ecquam putatis ciuitatem pacatam fuiſſe, quæ locuples ſit? Penſés vous quil y euſt aucune cité &c.

Ecquid: Aliquãtulúmne, interpretatur Donatus. Terent. in Eunucho, 3.2.3, Ecquid nos amas

de fidicina iſthac? Ne no⁹ aime tu pas quelque peu pour ceſte que ie tay baille? Ibidem, 2.2. 48, Ecquid beo te? Idem in Heaut. 3.3.34, Quid tu? ecquid de illo, quod dudũ tecum egi, egiſti Syre? Et puis? nas tu rien faict de ce que ie tauoye parlé? Plaut. in Aulul. 3.16, Cœpi obſeruare, ecquid maiorẽ filius mihi honorẽ haberet, quàm eius habuiſſet pater. Iay commencé a prendre garde ſil ne me honoroit point quelque peu plus &c. Idem in Bacchid. 2.54, Ecquid in mentem eſt tibi, patrẽ tibi eſſe? As tu aucune ſouuenance quil ſoit ton pere? Idem in Caſin. 5.27, Vt cito cõmẽtatus eſt: ecquid te pudet? Nas tu point de honte? Terẽt. in And. 5.2.30, Exi Pãphile, ecquid te pudet? Plau. in Pœn. 4.105, Ecquid amare videor? Cic. Attico, A Curione velim ſcire ecquid ad te ſcriptũ ſit de Tirone, Sil ne ta eſté riẽ eſcript de &c. Eidem, Quæſo, ecquod tantũ malũ putas, quod in mea calamitate nõ ſit? I a il aucũ mal. Liuius ab vrbe condita, Ecquid vos ſentitis Quirites? Que vous ſemble? Ibidem, Ecquid præſidij vnquã habueris: ecquem in caſtris conſulẽ: ecquẽ exercitũ iuuẽtutis. Cic. pro Cluẽtio, Videam⁹ ecquid aliud iudiciũ, quod pro Cluẽtio ſit, proferre poſſim⁹. Idem in Catilinã, Ecquid attẽdis? ecquid animaduertis horũ ſilẽtiũ? Napercois tu point aucunemẽt. &c.

Ecquid: Quoy quil en ſoit. Plautus in Caſina, 8.51, Præcîde os tu illi hodie: age, ecquid ſit, ne oblæſis manum.

ECCLESIA, eccleſiæ, Latine, cœtus & congregatio. Aſſemblee.

Eccleſiaſtes eccleſiaſtæ, Concionator. Preſcheur.

ECHIDNA echidnæ, f. g. Latine hydra: ea potiſſimum quæ ab Hercule interfecta eſt. Ouid. lib. 3, Faſt. Sanguine centauri Lernææ ſanguis echidnæ Miſtus, ad auxilium tempora nulla dabat. Idem, Pars quota Lernææ ſerpens eris vnus echidnæ.

ECHINEIS, huius echineis, f. g. Plin. lib. 9. cap. 25, Eſt paruus admodum piſcis, echineis appellatus. hoc carinis adhærente, naues tardius ire creduntur, inde nomine impoſito: quam ob cauſam amatorijs quoque veneficijs infamis eſt, & iudiciorum ac litium mora. &c. Lucanus, lib. 6, Non puppim retinens Euro tendente rudentes In medijs echineis aquis.

ECHINOMETRA echinometræ, m. g. Echinorum genus. Plin. lib. 9. cap. 31, Ex his, echinometræ appellantur, quorum ſpinæ longiſſimæ, calices minimi.

ECHINVS echini, m. g. tegmen ſpinoſum, quo ſeruantur caſtaneæ. Vnde caſtaneæ echinatæ. Plinius, Nuces vocamus & caſtaneas, quanquam accommodatiores glandium generi: armatũ his echinato cortice vallum eſt.

Echinus piſcis quidam, ex cancrorum genere. Plin. libr. 9. cap. 31, Ex eodem genere ſunt echini, quibus ſpinæ pro pedibus. Ingredi eſt his in orbem volui. itaque detritis ſæpe aculeis inueniuntur. Martialis, Iſte licet digitos teſtudine pungat acuta, Cortice depoſito mollis echinus erit.

Echinus apud Græcos, terreſtre animal: cui apud noſtros Hericio nomẽ, ab hærendo deductũ. Vng heriſſon: & æque hirſutus eſt atque marinus echinus.

Echinus, genus vaſis ænei eſt, in quo calices lauantur: quam alij ampullam dicunt eſſe vitream. Horat. in Serm. Pocula cum cyatho duo ſuſtinet, aſtat echinus.

ECHIVM echij, n. g. Medicamentũ quoddã oculorum. Plin. lib. 29. cap. 6, Viperam viuam in fictili nouo comburere, addito fœniculi ſucco ad cyathum vnum, & thuris manna vna, atque ſuffuſiones oculorum, & caligines inungere, vtiliſſimum eſt. medicamentũ id, echion vocatur.

ECHO echus, f. g. eſt vocis vel ſoni repercuſſio. græce ἠχώ ſonus. & ἠχέω reſono. Le ſon que faict la voix dung hõme qui parle dedans vng puis, ou vng tonneau, ou en vng bois. Plinius lib. 36 cap. 15, Eadem in vrbe, iuxta portã quæ Thracia vocatur, turres VII, acceptas numeroſiore repercuſſu multiplicant: nomẽque huic miraculo, Echo eſt à Græcis datũ. & hoc quidem natura locorum venit, & plerunque conuallium, ibi caſu accidit. Olympiæ autẽ arte mirabili, modo in porticu, quam oppidani Heptaphonon appellant, quoniam ſepties eadem vox redditur. Idem lib. 2. cap. 44, Montiũ verò flexus, crebrique vertices, & conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga, concaui vallium ſinus, ſcindunt inæqualiter inde reſultantem aera, quæ cauſſa etiam voces multis in locis reciprocas facit. Ouid. lib. 3. Metamorph. Planxerunt Dryades, plangentibus aſſonat echo. Valerius Flaccus lib. 3, Argonaut. Rurſus hylan & rurſus hylan per longa reclamant Auia, reſponſant ſyluæ, & vaga certat imago.

ECON, Vide Icon.

ECONTRA, ſunt qui latinum eſſe dicant, ſicut & deſuper: alij econtrario vbique legendum cenſent, aut contrà. Aliquot locis econtra legitur. viderint docti. Cicero Philipp. 2, Sed & ego quid ille, econtra ille quid & ego ſentirem & ſpectarem videbat. Plin. AEſculus humoris im-

patiens, ecõtra adacta in terrã paluſtribus alnus æterna, oneriſque quãtũlibet patiens. Idem, Cũ æſtate vehemẽtius tonuerit, quàm fulſerit, vẽtos ea parte denũtiat: ecõtra ſi minus tonuerit, imbrem. Idem, Græca res eſt nihil velare: at econtra Romana militares toracas addere.

E contrario, aduerbium, Au contraire. Plin epiſt. 72. b, Itaque Herennius Senecio mirifice Catonis illud de Oratore in hunc econtrario vertit, Orator eſt vir malus dicẽdi imperitus. Quintil. Quædam in his quoque commendatio tacita, ſi nos infirmos & impares agentium econtrario ingenijs dixerimus, qualia ſunt pleraque Meſſalæ procœmia. Cic. Seſſiones quædam, & flexi, fractique motus, quales proteruiorũ hominum aut mollium eſſe ſolent, contra naturã ſunt, vt etiam ſi animi vitio id eueniat, tamen in corpore immutati hominis natura videatur. Itaque ecõtrario moderati æquabiléſq; habitus affectiones vſúſq; corporis apta eſſe ad naturã vidẽtur.

E D

EDENTO, edentas, edẽtare, Rompre les dens a aucun. Plaut. in Rud. 16.46, Audio tumultum, opinor leno pugnis plectitur, nimis velim homini improbiſſimo malas edentauerint.

Edentulus edentula, edentulum, A qui les dens ſont cheutes, ou rompues & oſtees. Plaut. in Caſina, 1 2. 20, Quid ego nunc faciam? flagitium maximum feci miſer, propter operam illius improbi hirci edentuli.

EDICO edicis, edixi, edictum, edicere, Iubere, pronũtiare, decernere, & proprie eſt magiſtratuũ. Cõmander par arreſt. Terent. in And. 3. 2. 15, Edixine tibi, interminatus ſum ne faceres? num veritus? quid retulit? Plau. in Truc. 17. 6, Edico prius, ne duplices habeatis linguas. Idẽ in Aulul. 9. 2, Poſtquàm obſonauit herus, & cõduxit coquos, tibicinásque haſce, apud forũ edixit mihi, vt diſpartirem obſonium hic bifariam. Terent. in Hecyra, 4. 1. 51, Ibo intrò, atq; edicã ſeruis, ne quoquã efferri ſinant. Idem in Eun. 3. 5. 30, Edicit ne vir quiſquã ad eã adeat.

Edicere, Dire. Plaut. in Truc. 6. 41, Sanus ſi videar, edicam. A. dicis cõtumeliam, nemo hominum hic perire ſolet apud nos. Plin. in Paneg. Edicas quid abſumpſeris.

Edicere, Denoncer, Faire aſſauoir. Plaut. in Pſeud. 7. 91, Ne quiſquam credat nummum, iam edicam omnibus. Terent. in Eunucho, 5. 5. 20, Dico, edico vobis, noſtrum eſſe illum herilem filium. Ibidem, 5. 9. 33, Miles, edico tibi, ſi in platea hac te offendero poſt vnquã, nihil quod dicas mihi, alium quærebam.

Edicto edictas, edictare, frequentatiuum. Plaut. in Epid. 3. 2, Rem tibi elocutus ſum omnẽ Chæribole iam: atque admodum meorum mœrorum, atque amorum ſummam edictaui tibi. Ie tay ſouuent dict. Idem in Amphit. 8. 182, Tute edictas facta tua, ex me quæris quid deliqueris?

Edictum edicti, n. g. Edit, cõmandement & arreſt. Terent. in Heaut. 4. 1. 10, Primum hoc te oro, ne quid credas me aduerſus edictum tuum facere eſſe auſam.

Edictum circunducere, dicebatur quod nunc lingua vernacula rebatuere defectum appellat. Quo verbo Vlpianus vſus eſt in L. Et poſt edictum, de iudicijs.

Edictio, edictionis, f. g. Idem. Plaut. in Capt. 13. 42, Baſilicas edictiones atque imperioſas habet.

EDISCO ediſcis, edidici, ediſcere, Apprendre par cueur.

Ediſcere ingenium alicuius. Plautus in Perſa, 5. 7, Canis ſi in ludum iret, potuiſſet iam fieri vt probe literas ſciret: quom interim meum ingeniũ fans non edidiciſti. Tu nas pas peu apprẽdre & congnoiſtre ma nature.

EDISSERO, ediſſeris, ediſſerui, ediſſertũ, ediſſerere, Explanare, declarare: Bailler a entẽdre, Enſeigner, donner a cõgnoiſtre: Dire la choſe cõme elle va. Plaut. in Capt. 17. 14, Iam animaduorte: hæc mihi quæ dicam, ediſſere: ſi eris verax, tuas res feceris meliuſculas. Idem in Aſinaria, 7. 59, Quin rem actũtum ediſſeris? cupio malum nanciſcier. Virg. lib. 2, Mihique ediſſere vera roganti. Pacuuius, Ediſſere fabulam hanc.

Ediſſerto ediſſertas, ediſſertare, frequẽtatiuum. Plaut. in Amph. 7. 42, Ordine omne vt quicquid actum eſt, dum apud hoſtes ſedimus, ediſſertauit.

EDO es, eſt, vel edo edis, edi, eſum, vel eſtũ, Eſſe, vel edere: Menger. Virg. Eſt mollis flamma medullas.

Edere pugnos, Menger des coups de poing. Plau. in Amphit. 4. 155, Quiſquis homo huc venerit, pugnos edet.

Vbi eſuri ſumus? Ou deuons nous repaiſtre? Plaut. in Menæh. 4. 36.

Edor ederis, eſtur. Præteritum, eſus. Plinius libro xxi, Et in AEgypto, propter eius amaritudinem, non eſtur.

Eſtur impersonale. Plaut. in Moſtell. 4. 78, Iam iſta quidem abſumpta res erit, quando dies noctéſque eſtur, bibitur.

Edax edacis, o.g. Vorax & consumptor. Gourmant, qui deuore tout. Terent. in Phorm. 2.2.21, Alere nolunt hominem edacem. Idem in prologo Eunuchi, 38, Edax parasitus.

Estrix, verbale fœmininum, Vide ESTRIX.

Edacitas, edacitatis, f.g. Voracitas, consumptio, Gourmandise. Plaut. in Persa, 3.6, Neque edacitate eos quisquam poterat vincere.

Edilis & hoc edile, pluraliter edilia: dicuntur omnia quæ ad esum pertinent. Viandes. Gellius, Quod ex salutis vsu foret, vt edilia quidem omnia defenderet ab arteria, depellerétque in stomachum & pulmonẽ. Apud Horatiũ, edulis legitur, mutato i, in u, Vinea summittit capreas non semper edulis.

EDO edis, edidi, editum, edere, Varia significat. Plaut. Rem omnẽ hanc edere vos vt velim, tibi mea Mijlphidippa docui, demonstraui ordine. Ie tay monstré par ordre en la maison, comment ie veulx que vous faictes. ou, mettés en execution toute ceste chose cy.

Edidit centum vasa hæc vitis, Ceste vigne a rapporté cent vaisseaux pleins. Suetonius de claris grammaticis, 23.

Edit quisque quod potest Plaut. in Amphit. 4.78, Pro se quisque id quod quisque potest & valet, edit, ferit, tela frangunt. Chascun monstre ce quil scet & peult faire.

Edere annos: Dire quel aage on ha. Ouid. Dum licet, & veros etiam nunc editis annos.

Edêre cædes: Faire grãd tuyrie. Liuius ab vrbe cõd. Deinde multa iã edita cæde senescit pugna.

Edere clamorem. Faire grand crie. Liuius ab vrbe condita, Edidit clamorem, vt auerteret etiam pugnantium animos.

Edere exemplum: Monstrer exemple. Faire en public aucune chose que les autres suyuẽt pour exemple. Cic. Attico, Edere exemplum seueritatis.

Edere exemplum auaritiæ: Bailler ou estre exemple dauarice. Liuius, Cum multa auaritiæ fœda exempla ederentur.

Edere fœtus: Faire fruicts. Cic. de Oratore, Subacto mihi ingenio opus est, vt agro non semel arato, sed nouato, & iterato, quo meliores fœtus possit & grandiores edere.

Edere ignem: Faire ou monstrer vng feu. Liuius de bello Macedonico, Editus ab Annibale ex compositio ignis est.

Edere iudicium, Rapporter, Encuser. Cic. Cum tibi meo familiari & contubernali prius etiam edituri fuerint iudicium scribæ mei, si voluisses, quàm in codicem retulissent: cum videres aliter fieri, cur tacuisti?

Edere iudicium. Cic. pro P. Sylla, Sed tamen abs te Torquate quæro, cum iudicatus inimicus tuus esset, & esset eius rei frequens senatus, & recens memoria testis, tibi meo familiari & cõtubernali prius etiam edituri iudicium fuerint.

Edere librũ: Publier. Cic. de Diuinatione, Vnũ librũ Diogenes edidit: eius auditor duos Antipater. Idem de fato, In ijs libris quos de diuinatione edidi. Idem Attico, Vt me roget vt annales suos emendem & edam. Idem pro P. Sylla, Non occultaui, non cõtinui domi, sed describi ab omnibus statim librarijs, diuidi passim & peruulgari atq; edi pop. Ro. imperaui.

Edere ludos: Faire des ieux. Suet. in Cæsare, Edidit spectacula varij generis, munus gladiatorium, ludos etiã regionatim vrbe tota.

Edere munus gladiatorium, Donner vng passe temps descrimeurs. Liuius ab vrbe cõdita, Ad munus gladiatorium edendum redijt.

Edere nomen: Bailler le nom. Liuius ab vrbe cond. Vt redimendi potestas fieret, iussi nomina edere: & cum ducenti fermè ederent, senatusconsf. factum est, vt legati eos Carthaginensibus redderent. Idem de bello Macedonico, Edit nomina eorum, quibus conuentis opus esset.

Edere oracula: Dõner responses diuines. Cic. de diuinatione, Sed quod caput est, cur isto modo iam oracula Delphis eduntur? Ibidem, Oracula edere putes.

Edere prælium: Faire vne bataille. Liuius de bello Maced. Regia statio atrocissimum bellum edebat. Idem ab vrbe condita, Memorabile illud edidit prælium.

Edere pugnam Plaut. in Capt. 11.55, Atque vt perspicio, profecto iam aliquid pugnæ edidit: filium tuum quòd redimere se ait, id neutiquam mihi placet. Il a ioué quelque tour.

Edere rationem: Faire compte. Plaut. in Aulul. 13.12, Postquàm hanc rationẽ cordi, ventríque edidi, accessit animus ad meam sententiam.

Edere risus, Rire. Cic. Attico, Miros risus vos edere, cũ ille ignarus sui comitatus repente aperuit lecticam: & penè ille timore, ego risu corrui.

Edere scelꝰ, Cõmettre meschãtete. Cic. in Ant. Postea quod scelus, quod facinꝰ parricida nõ edi-

dit? Idem pro P. Sextio, Tamẽ illi ſceleri, quod in me illorũ immanitas edidit, haud ſcio an hoc recte proximum eſſe dicam. Liuius ab vrbe cond. Si quidquam ſceleris quod homo in homines edere poteſt, non prætermiſit.

Edere ſcriptum: Monſtrer par eſcript. Cic. in Verrem, Ede mihi ſcriptum quod argenti in prouincia Siciliæ pararis. Et ſubdit, Nec ſcriptum habeo, nec poſſum edere.

Edere ſignum: Monſtrer ſigne. Liuius ab vrbe cond. Edito è ſpeculis ſigno.

Edere ſonos, Seſcrier. Ouid. in Ibin, Sedit in aduerſo nocturnus culmine bubo, Funereóque grauis edidit ore ſonos. Virgilius, Vix hæc ediderat, cum effuſis imbribus atra Tempeſtas ſine more furit.

Edere ſpiritum: Rẽdre leſperit, mourir. Cic. in Antonium, Cuius in complexu libenter extremum vitæ ſpiritum ediderim.

Edere ſtragem, Faire grande occiſion. Liuius ab vrbe cond. Tantóque maiorẽ ſtragem edidere, quàm inter hoſtes ediderant. Cic. Attico, Cum is meo nomine ad inuidiã vteretur, dij immortales quas ego pugnas & quantas ſtrages edidi?

Edit⁹ edita editũ, Alt⁹ & fortis dicitur. Horat. in Serm. Virib⁹ editior cedebat vt in grege taurus. Editiſſimus locus. Liuius ab vrbe cond. Editiſſimam vrbis partem ſcandunt.

Edititius edititia edititium, Iudex edititius, quem vna pars elegerit: Iuge que vne partie a nommé. Cic. pro Planco, Neque enim quidquam aliud in hac lege, niſi edititios iudices ſeruatis.

EDOCEO, edoces, edocui, edoctum, edocere: Enſeigner. Plaut. in Epid. 13.56, Eadem hæc intus edocebo, quæ ego ſcio, Stratiphoclem. Idem in Trinummo, 6.89, Pol ego iſtam volo me rationem edoceas. Ibidem, 11.14, Vide ſi hoc vtibile magis, atque in rem deputas, vt adeam Leſbonicum, edoceam vt res ſe habet. Salluſt. Cicero per legatos cuncta edoctus.

EDOLO edolas, edolare. Idem ſignificat quod dolare. Nonius, Edolare, fabrorum eſt verũ verbum, cum materiarum complanatur aſperitas. Vſi ſunt eo verbo laudãdi ſcriptores vetuſtatis etiam ad alias fabricas rerum. Varro Bimargo, Cũ tot comœdias ſine vlla fecerimus, ego vnũ librum non edolem, vt ait Ennius?

EDORMIO edormis, edormiui, edormire: Dormiendo abſoluere.

Edormire vinum, Eſt dormiendo perficere, & excoquere. Cic. Philipp. 2, Edormi crapulã inquam & exhala. Gellius lib. v 1, At nunc videre eſt philoſophos vltro currere, vt doceãt ad foreis iuuenum diuitum, eóſque ibi ſedere atque operiri prope ad meridiem, donec diſcipuli nocturnum omne vinum edormiant.

Edormiſco edormiſcis, edormiſcere, inchoatiuũ: Faire vng ſomme entier, Dormir vng ſomme.

Edormiſcere ſomnum. Plaut. in Amph. 8.63, Pauliſper mane dum edormiſcat vnum ſomnũ, quæ næ vigilans ſomniat.

Edormiſcere crapulam: Idem quod edormire vinum. Plaut. in Rud. 14.28, Quin abeo hinc in Veneris phanum, vt edormiſcã hãc crapulã, quã potaui præter animi quàm libuit ſententiã?

Edormiſcere villũ. Idem. Terent. in Adelph. 5.2.11, Quid ego nunc agam? niſi dum hæ ſileſcunt turbæ, interea in angulum aliquò abeam, atque edormiſcam hoc villi?

EDVCO educas, educare, Nourrir. Plau. in Truc. 8.33, Siquid peperiſſem, educarẽ, tollerem. Terẽt. in Adel. 3.4.49, Vnà à pueris paruuli ſumus educati, vnà ſemper militiæ & domi fuimus. Varro de liberis educandis, Educit enim obſtetrix, educat nutrix, inſtituit pædagogus.

EDVCO educis, eduxi, eductum, educere, Mener, ou tirer hors. Terẽt. in Hecyra, 3.3.4, Qua me propter exanimatum citius eduxi foras. Plaut. in Amph. 4.64, Cõtrà, Theleboæ ex oppido legiones educunt ſuas nimis pulchris armis præditas.

Educere, Tirer hors. Virg. lib. x, Hoc dicens, eduxit corpore telum.

Educere cirneã vini, Tirer vng pot plein de vin. Plaut. in Amph. 4.276, Cadus erat vini: indè impleui cirneam. s. ingreſſus eſt iam. M. eam ego, vt matre fuerat natum, vini eduxi meri.

Educere: Erigere, Eſleuer. Virgilius lib. v 1, Arámque ſepulchri Congerere arboribus, cælóque educere certant.

Educere, Nutrire, educare. Plaut. in Curcul. 10.32, Bene ego iſtam eduxi meæ domi & pudice. Idem in Truculento, 19.14, Non enim poſſunt militares pueri ſetania educier. Idem in Menæh. 20.7, Meo cibo & ſumptu eductus eſt. Idem in Milite, 10.55, O lepidũ ſemiſeneum, næ ſi quas memorat virtutes habet, atque equidem planè eductum in nutricatu Venerio. Terent. in Adelphis, 1.1.23, Inde ego hunc maiorẽ adoptaui mihi, eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo. Idem in Eunuch. 1.2.76. Paruula hinc eſt abrepta: eduxit mater pro ſua. Ibidem, 4.6.10. Vbi ea eſt? T. domi apud me. C. hem. T. quid eſt? educta ita vti

téque illáque dignum eſt. Idem in Heaut. 2.1.14, Attamen habet bene ac pudice eductã, ignaram artis meretriciæ. Idem in And. 5.4.8, Tũne hic homines adoleſcentulos, imperitos rerũ, eductos libere, in fraudẽ illicis? Idem in Adelphis, 5.4.21, Scilicet ita eos meo labore eductos maximo hic fecit ſuos paulo ſumptu.

EDVLCO edulcas, edulcare, Dulce facere. Mactius, Quapropter edulcare conuenit vitam, curáſque acerbas ſenſibus gubernaſſe.

EDVRO eduras, edurare, Valde durum facere, & quaſi ad laborem aſſuefacere. Columella, Quare docendus & à pueritia ruſticis operibus edurandus futurus villicus.

Edurum, Non durum, quaſi extra durum. Virgil. lib. 2. georg. Plantis eduræ coryli naſcuntur. Quædam vetera exemplaria legunt, Plantis & duræ. Vtranque lectionem Seruius agnoſcit.

E F

EFFARTIO effartis, effarſi, effartum, effartire, Maxime implere. Cæſar lib. 7. Hæc autẽ quæ diximus interualla, grandibus in fronte ſaxis effartiuntur.

EFFASCINO effaſcinas, effaſcinare: Enſorceller aucun. Solinus, Quædã in terra Aphrica hominũ familiæ ſunt, voce atque lingua, effaſcinãtes: quæ ſi impenſius forte laudauerint pulchras arbores, ſegetes lætiores, infãtes amœniores, egregios equos, pecudes paſtu atq; cultu opimas emoriãtur repẽte. Plin. lib. 7. cap. 11, Eſſe eiuſdẽ generis in Triballis & Illyrijs adijcit Iſigonus, qui viſu quoque effaſcinẽt, interimántque quos diutius intueãtur, iratis præcipue oculis: quod eorũ malũ facilius ſentire puberes. Et paulò antè, In eadẽ Aphrica familias quaſdã effaſcinantium Iſigonus & Nymphorus tradunt, quarum laudatione intereant prata, areſcant arbores, emoriantur infantes.

EFFERO efferas, efferare, Crudelem inſtar feræ facere. Statius lib. Achil. Et raptum ſuperis Mars efferat aurum.

Efferare, Faire ſauuage. Liuius lib. 2. Obſita erat ſqualore veſtis, fœdior corporis habitus, pallore ac macie perempti, ad hæc promiſſa barba capilli efferauerant ſpeciem oris.

EFFERO effers, extuli, elatum, efferre, Porter hors. Terent. in Adelph. 2.4.1, Vbi eſt ille ſacrilegus? S. A. méne quærit? nunquidnam effert? occidi. hic video.

Efferre argentum: Porter argent a aucun: Luy bailler. Plaut. in Truc. 13.13, Hodie efferam ad hanc argentũ, quam mage amo quàm matrem meam. Ie luy porteray de largent. Idem in Epid. 13.27, Operire, dũ effero ad te argẽtũ. Ie te vois querir de largẽt. Terent. in Heaut. 4.5.56, Cum hic illi dabit, & ſimul conficiam facilius quod ego volo, abi, effer argentum. C. effero. Apporte icy argent. C. Tenez en vois la.

Efferre ex. Plaut. in Amphit. 7.71, Sed vide efferantur ex naui quæ iam imperaui omnia.

Efferre malum: Surmonter le mal, le vaincre. Cic. lib. 4. Tuſcul. Neque tam terribilis vlla fandi ratio eſt, neque ſors, neque ira cœlitũ inuẽtum malum, quod non natura humana patiendo hæc efferat.

Efferre, Diuulguer, & ſemer quelque parolle. Terent. in Adelph. 4.4.17, Nunc quid faciam? dicam fratris eſſe hanc? quod minime eſt opus vſquam efferri.

Efferre peccatum alicuius. Terent. in Phor. 5.8.65, Vides tuum peccatum eſſe elatum foraş: neq; iam id celare poſſe te vxorẽ tuã. Ton peché eſt congneu hors la maiſon, Il eſt ſemé hors.

Efferre pedẽ aliquò: Sen aller en quelque lieu. Plaut. in Cap. 7.98, Diu ſeruate iſtum, ſultis, intus ſerui, ne quoquã pedem efferat ſine cuſtode. Virg. Méne efferre pedem genitor te poſſe relicto Speraſtis?

Efferre pedem ex ædibus: Sortir de la maiſon. Plaut. in Bacchid. 8.19. Neque tibi annis fuiſſe viginti primis copiam, pedem vt efferres ex ædibus.

Efferre pedem porta. Cic. Attico, Nunc illum qui pedẽ porta, quoad hoſtis cis Euphraten fuit, non extulerit, honore augeri me, in cuius exercitu ſpem illius exercitus habuit: idem non aſſequi dedecus eſt noſtrum.

Efferri cadauer dicitur, cum celebratur funus, vel dum ſepelitur, quaſi extra domum ferri. ſiquidem veteres ſolebant extra vrbem ſepeliri, niſi fuiſſet magiſtratus. honeſtiores tum circa vias. vnde frequẽter epitaphia ad viatores dirigebãtur. Plaut. in Aſin. 12.25, O melle dulci dulcior mihi. PH. certe tu vita mihi: cõplectere. A R. facio libens. P H. vtinã ſic efferamur. Idem in Moſtellaria, 14.8, Nunquid proceſſit ad forum forte hodie nouis? S. etiam. T. quid tandem? vidi efferri mortuũ. T. hem. S. nouũ vnũ vidi efferri mortuũ foras, modo eũ vixiſſe aiebãt. Terẽt. in And. 1.1.90, Hem quid eſt? S1. ſcies. effertur. imus. interea inter mulieres quæ ibi aderant &c.

Efferre clamorem: Crier haulx cris. Plaut. in Amphit. 4. 74., Contrà conſonat terra, clamorẽ vtrinque efferunt.

Efferre: Prouchere, exaltare: Auancer en honneur, eſleuer. Virg. Extulit hæc Decios, Marios, magnóſque Camillos. Lucilius, Nõ idcirco extollitur vel iræ vel gaudij dator. Cic. Hortenſio, Præter cæteros noſtra extulit ciuitas.

Efferre ſeſe: Se monſtrer, ſe glorifier. Terent. in Heaut. 4. 3. 31, Hũc equidem conſilio palmam do, hic me magnifice effero, qui vim tantã in me & poteſtatem habeã tantæ aſtutiæ, vera dicendo vt eos ambos fallam.

Effert ſe alueo Nilus: Leaue du Nile ſe eſlieue & ſen va par deſſus, Il ſe deſborde. Plin. in Paneg. 48. Hæc inopina ſiccitate vſque ad iniuriam ſterilitatis exaruit, quia piger Nilus cunctanter ſeſe alueo extulerat, ingentibus quoque tunc quidem ille fluminibus conferendus.

Efferre manum, Leſleuer hault. Virg. Oſtendit dextram inſurgens Entellus, & alte Extulit. Plin. in Paneg. 35. Tu ſola corporis proceritate elatior alijs & excelſior: non de patientia noſtra quendam triumphum, ſed de ſuperbia principum egiſti.

Efferre, Eleuare, minueréque, quaſi extra ferre, hoc eſt euacuare. Cic. lib. 2. de Oratore, Illa autem quæ aut conciliationis cauſſa leuiter, aut permiſſionis vehementer aguntur, contrarijs commotionibus efferenda eſt, vt odio, beneuolentia, miſericordia, inuidia tollatur.

Efferre, Oſtendere. Virg. lib. 8, Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce Extulit.

Efferre aliquẽ laudibus, Louer, donner louanges a aucun. Cic. lib. 2. off. Itaque eos viros ſuſcipiunt, maximiſque efferunt laudibus. Idem de ſignis, Nimirum forſitan hæc illi mirentur atque efferant. Lucilius. lib. 30, Omnia alia in quibus efferimur rebus, ne ego multis loquar.

EFFERVEO efferues, efferui, vel efferbui, Et efferuo efferuis, efferuere, Fort bouillir. Virg. lib. 1. georg. Quoties Cyclopũ efferuẽre in agros Vidimus vndantẽ ruptis fornacibus AEtnã.

Efferueſco, efferueſcis, efferueſcere, Inchoatiuum. Eſt ebullire: Boullir iuſques par deſſus. Columella lib. x i i i, Tertia die quàm calcaueris, condituram effundito: ſed antequam condias, muſti aliquantulum in ſeriam de ſeria tranſferto, ne in condiẽdo, cũ medicamento efferueſcat & defluat. Id eſt, ne ebulliendo circunfundatur.

Efferueſcere dicitur homo, cum ira excandeſcit. Cic. de Oratore, Oratione autem celeri & concitata, & verbis efferueſcentibus.

EFFICIO efficis, effeci, effectũ, efficere, Accomplir, acheuer de faire, Venir a bout de quelque beſongne. Plaut. in Pſeud. 14. 8, Malus cum malo ſtulte cauſi, tum pol ego interij, homo ſi ille abijt: neque hoc opus quod ego volui ego hodie efficiam. Terent. in And. 5. 1. 6, Vide quàm iniquus ſis præ ſtudio, dum efficias id quod cupis. Idem in Eunucho, 5. 9. 28. Si hoc efficio, poſtulo vt mihi tua domus te præſente abſente pateat, inuocato vt ſit locus. Idem in And. 1. 1. 4, Quid eſt quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius? Idem in Heaut. 2. 3. 81, Vis amare, vis potiri, vis quod des illi, effici, tuum eſſe in potiundo periclum non vis.

Efficere argentũ alicui: Trouuer le moyen de faire auoir argent a aucun. Plaut. in Bacchid. 4. 55, Inde ego aliquã machinabor machinã, Vnde ego hodie aurum efficiã amanti herili filio.

Efficere facinora: Faire quelque vaillantiſe. Plaut. in Pſeud. 8. 20, Metum & fugam perduellibus meis inijciam, eſſe me vt ſciant natum, quo ſum genere natus, magna me facinora efficere decet, quæ poſt mihi clara & diu cluant.

Efficere alicui nuptias, Marier aucũ, Eſtre cauſe & moyen que aucun ſe marie. Terẽt. in And. 3. 4. 16. Nunc te oro Daue, quãdo ſolus mihi effeciſti has nuptias. D. ego verò ſolus. S. Corrigere mihi gnatum porrò enitere.

Efficere ſuum officium. Faire ſon debuoir. Plaut. in Trucul. 16. 1, Lepide efficiã mea hera officium, vide intus modo vt tu tuum item efficias, ama id quod decet.

Efficere pollicita: Tenir ſa promeſſe, laccomplir. Terẽt. in Phor. 4. 1. 24, Neque defetiſcar vnquã ego experirier, donec tibi id quod pollicitus ſum effecero. Plaut. in Pſeud. 3. 114, Roga me viginti mnas, vt me effecturum tibi quod promiſi ſcias.

Effeci vt. Plaut. in Pſeud. 3. 111, Satin' eſt ſi hanc hodie mulierem efficio tibi tua vt ſit? aut ſi tibi do viginti minas? Ne te doibt il pas ſuffire, ſi auiourdhuy ie fais tant que tu aies ceſte femme, ſi ie la te fais auoir?

Effectum dabo, Ie le rendray tout faict, Ie le feray. Terẽt. in Eunucho, 2. 1. 8, Ego quoq; vnà pereo, quod mihi eſt carius: ne iſthuc tã iniquo patiare animo. P. minime: quin effectũ dabo.

Effectũ reddere. Terẽt. in And. 4. 2. 20, Scio quid conere. D. hoc ego tibi profecto effectũ reddã,

Effexis, pro effeceris, antiquũ. Plaut. in Caſſina, 15.64, At blande orato, vt ſoles. ſed audín'? ſi effexis hoc, ego ſoleas tibi dabo & annulum in digito aureum, & bona plurima.

Effectus effectꝰ effectui, Leffaict de quelque choſe. Plin. in Paneg. 73, Perge modo Cæſar, vim effectúmque cenſuræ tuum propoſitum, tui actus obtinebunt. Viendront a effect.

Efficax efficacis, o. g. quod ad agendum aliquid vim habet, ac maxime conducit. Qui ha quelque force & vertu a faire quelque choſe. Plin. in Paneg. 138, Vtrum ſit efficacius ad recte viuendũ bene inſtitui, aut feliciter naſci. Plin. lib. 24. cap. 15, Aduerſus ſerpentes ac priuatim aſpides, ex aceto pota efficax.

EFFIGIES effigiei, f. g, Vne viue repreſentation de quelque choſe, ſoit en bois, pierre, ou peinture, Pourtraicture, reſemblance.

Effigia effigiæ, Idem. Plaut. in Rud. 11.7, Prò dij immortales, Veneris effigia hæc quidem eſt. Affranius Volpiſco, Cuius te ſuſcitat imago? cuius effigia cognatus patre?

EFFINGO effingis, effinxi, effictum, effingere: Ad alterius formam fingere, & qualẽ volumus fingendo formam repræſentare: Pourtraire & tirer aucun au vif: Faire ſa ſemblance. Plin. epiſt. 93. lib. 4. Peto autem vt pictorem quàm diligentiſſimum aſſumas. nam cum eſt arduum ſimilitudinẽ effingere ex vero, tum longe difficillima imitationis imitatio: à qua rogo vt artificem quem elegeris; ne in melius quidem ſinas aberrare.

Effingere vim Demoſthenis. Quintil. Nam mihi videtur M. Tullius cum ſe totum ad imitationem Græcorum contuliſſet, effinxiſſe vim Demoſthenis, copiam Platonis, iucunditatẽ Iſocratis. Plin. epiſt. 10. b. Diſputat ſubtiliter, grauiter, ornate: frequenter etiam Platonicam illam ſublimitatem & latitudinem effingit: ſermo eſt copioſus & varius.

Effingit ſenem ſignũ illud: Ceſte image repreſente vng vieillart. Plin. epiſt. 50. a, Hoc tamẽ ſignum ego quoque intelligo. eſt enim nudũ, nec aut vitia ſi qua ſunt, celat, aut laudes parũ oſtentat. effingit ſenem ſtantem: oſſa, muſculi, nerui, venæ, rugæ, etiam vt ſpirantis apparẽt. rari & cedentes capilli.

EFFILO effilas, effilare. Filler.

Effilatum, vt inquit Perottus, dicimus quod extra veſtimentum filo contextum eſt, quod erectum quoque à quibuſdam dicitur, Bort ou bordure, ou neruure faict au tour dung habillement.

EFFIO effis, effieri, Eſtre faict. Plaut. in Perſa, 12.12, Vt fiant quorum opera hæc mihi facilia factu facta ſunt quæ volui effieri.

EFFLAGITO efflagitas, efflagitare, Cũ clamore ſeu cum magna inſtantia flagitare: Requerir fort aucũ, ſans ceſſer. Virg. Ille ſimul fugiẽs Rutulos ſimul increpat omnes, Nomine quẽque vocans, notúmque efflagitat enſem. Quintil. ad Tryphonem, Efflagitaſti quotidiano conuitio vt libros quos de inſtitutione oratoria ſcripſeram, iam emittere inciperem.

EFFLIGO effligis, efflixi, efflictũ, effligere, Affliger, tormenter aucun. Plaut. in Aſin. 14.9. Iam quidem hercle ad illam hinc ibo, quam tu propediem (niſi quidẽ illa antè occupauit te) effliges ſcio, luxuriæ ſumptus ſuppeditare vt poſſies. Idem in Ciſtell. 5.50, Et equidẽ hercle, niſi perdam te tertio, omnes efflixero, niſi tu illam remittis ad me.

Efflictim aduerbium, Id eſt, valde. Vt efflictim amare, Fort aimer, Eſtre tormẽté damour que on ha en aucun. Plaut in Amphit. 6.19, Nunquam ædepol quenquã mortalem credo ego vxorẽ ſuam ſic efflictim amare perinde, vt hic te efflictim deperit. Idem in Caſina, 2.48, Poſtquam hæc adoleuit ad eam ætatem vt viris placere poſſet, amare eam puellam hic ſenex efflictim occipit, & item contrà filius.

EFFLO efflas, efflare, Extra flare, ſpirare: Souffler aucune choſe hors. Varro lib. 1. de re ruſtica, Præterea quòd ab ſole toto die illuſtratur, ſalubrior eſt, quòd & beſtiolæ ſi quæ prope naſcuntur, aut inferuntur, aut efflantur, aut aritudine cito pereunt.

Efflare animam: Rendre lame, La ſouffler hors de ſoy, Mourir. Plaut. in Perſa, 16. 68. Omen pro nihilo eſſe dicto quòd fuit, quando fuit, tanquam hominem quãdo animam efflauit, quid eum quæras qui fuit? Suet. Prius quàm efflaret animam, pro mortuo deſeri iuſſit.

Efflauit animam ſpes. Plaut. in Trucul. 18. 22. Dum aliquò miles circunducitur, in eam rem ſi quid habebo, tibi quoque etiam proderit: ſi auferes puerum à milite, omnis tum mihi ſpes animam efflauerit, Ie nay plus deſperance de rien auoir du gendarme.

EFFLOREO efflores, efflorui, efflorere, Perdre ſa fleur.

Effloreſco effloreſcis, effloreſcere, Fort flourir. Cicero de Amicitia, 83, Quæ tamen ipſa effloreſcit ex amicitia, etiam ſi tu eam minus ſequutus ſis.

EFFLVO effluis, effluxi, effluxum, effluere, Extra fluere, effundi, Couler hors, Seſcouller.

Effluxit: Il eſt paſſé. Cic. de ſenect. 63. Sed mihi ne diuturnum quidem quicquam videtur in quo eſt aliquid extremum. cum enim id aduenerit, tum illud quod præterijt effluxit.

Effluet, per trãſlationẽ dixit Terentius in Eunucho, 1. 2. 41, Vtrunque hoc falſum eſt, effluet, Ie ne me tairay point de cela. Ie ne le celleray point: on le ſaura. Ie ne me ſauroie garder quil ne ſeſcoule, que ie ne le die.

EFFODIO effodis, effodi, effoſſũ, effodere: Fouir & tirer hors de quelque lieu. Plaut. in Pſeud. 6. 19, Ex hoc ſepulchro vetere viginti minas effodiam ego hodię, quas dem herili filio. Idem in Caſina, 3. 25, Ex ſterquilinio effoſſa tua illæc præda eſt.

Effodere alicui oculos, Tirer les yeux hors de la teſte daucun: luy creuer les yeulx. Plaut. in Trinũmo, 8. 50, Oculum tibi effodiam, ſi verbum addideris. Idem in Aulul. 4. 14, Oculos hercle ego iſtos improba effodiam tibi, ne me obſeruare poſſis quid rerum geram. Terent. in Eunucho, 4. 6. 2. At ſi illam digito attigerit vno, oculi illico effodientur.

EFFOEMINO effœminas, effœminare, In mollitiem muliebrem atque laſciuiam conuertere, Effeminer, & debiliter aucun, tellemẽt quil nait nõ plus de vertu que vne femme. Salluſt. Ea quaſi venenis malis imbuta, corpus, animúmque virilem effœminat. Cic. lib. 1. Tuſcul. Cogitationibus moleſtiſſimis effœminamur.

Effœminatus effœminata effœminatum, Effœminé, & tourné en la nature ou maniere de faire de femme.

Effœminatæ artes. Plin. in Paneg. 74. Idem ergo populus ille ſcenici aliquando imperatoris ſpectator & applauſor, nũc in pantomimis quoque aduerſatur, & damnat effœminatas artes

Effœminatæ voces. Plin. in Paneg. 89, Et quis iam locus miſeræ adulationis manebat? cũ laudes imperatorũ ludis etiam & comeſſationibus celebrarentur, ſaltarentúrque, atque in oẽ ludibrium effœminatis vocibus, modis, geſtibus frangerentur.

Effœtus, effœta, effœtũ, Quod fœtum emiſit. Columella. lib. 8, Primus effœtæ partus amouẽdus eſt, quoniam tyruncula nec recte nutrit.

Effœtus, Fœtus qui emiſſus eſt. Columella, lib. 9. Pullos oportet ſingulos, vt quiſque natus ſit tol lere, ſed vno die in cubili ſinere cum matre, & aqua ciboque abſtinere, dum omnes exclu dant. Poſtero die cum grex fuerit effœtus, hoc modo deponatur.

Effœta, Quæ amplius non parit, quaſi frequenti partu delaſſata. Plin. Eſt autem tanta gallinis fœcunditas, vt aliquæ, & ſexagena pariãt oua, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ in tantũ vt effœtæ moriantur.

Effœtus, Fœtu deſtitutus, eneruatus, exhauſtus, & laſſatus. à ſimilitudine mulierum, quas partus debiles reddit. Virg. Frigéntque effœtæ in corpore vires.

Effœta tellus. Virg. lib. 1. georg. Effœtos cinerem immundum iactare per agros. Seruius, Cõtinua fertilitate laceros interpretatur: ſicuti etiam frequenti partu effœta dicitur mulier.

Columella in præf. Quòd exiſtiment vbertate nimia prioris æui defatigatum & effœtum ſolum, nequire priſtina benignitate præbere mortalibus alimenta.

Effœtum corpus. Cic. de ſenect. 26, Libidinoſa etenim & intemperans adoleſcentia effœtũ corpus tradit ſenectuti.

EFFRENO effrenas, effrenare, Deſlier & oſter la bride a vne beſte, la laiſſer courir ou elle vouldra. Cic. lib. 4. Tuſcul. Vt ægritudo quaſi morſum aliquẽ doloris efficiat, metus receſſum quendam animi & fugam, lætitia profuſam hilaritatem, libido effrenatam appetentiam.

EFFRINGO effringis, effregi, effractum, effringere, Rompre en pieces, rompre du tout. Terent. in Adelphis, 1. 2. 9, Fores effregit, atque in ædes irruit alienas.

Effractus fame, Qui eſt tout debile & corrumpu de fain. Plaut. in Capt. 8. 6, Neque ieiunioſiorem, neque magis effractum fame vidi.

Effringere dicuntur agricolæ, cum excitatæ grandiores glebæ franguntur. author Varro.

EFFVGIO effugis, effugi, effugitum, effugere, Senfuyr.

Effugere ex vrbe. Plaut. in Trinummo, 10. 73, Id agis, vt vbi affinitatẽ inter nos noſtram adſtrinxeris, atque eũ agrum dederis, nequicquam hic tibi ſit, qui vitam colas, effugias ex vrbe inanis profugiens.

Effugit ſors ex ſitella. Plaut. in Caſina, 8. 43, Deos quæſo vt tua ſors ex ſitella effugerit.

Effugere patria. Plaut, in Merc. 12. 75. Poſtea clam patrem patria hac effugiam, aut aliquid capiam conſilij.

Effugit memoria. Plaut. in Bacchid. 1. 2, Quid ſi hoc potius eſt, vt taceas, ego loquar? B. lepide, licet. B. Vbi me effugerit memoria, ibi tu facito vt ſubuenias ſoror. Si ie oublie quelque

choſe, Sil ne me ſouuiẽt de quelque choſe, Si ie nay pas bonne memoire, Si la memoire ſenfuit de moy.

Effugere, Euiter. Effugere infortuniũ. Plaut. in Amphit. 4. 297, Quadrigas ſi nũc inſcendas Iouis, atque hinc fugias, ita vix poteris effugere infortunium.

Effugere maculã aliquã, Euiter & fuyr que on ne die aucun mal de nous. Terent. in Adelphis, 5.8.33. Vitium cõmune omnium eſt, quòd nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus: hanc maculam nos decet effugere.

Effugere nuptias: ne vouloir eſtre marié. Terẽt. in And. 2.1.34, Nuptias effugere ego iſtas malo quàm tu adipiſcier. Iay plus grant deſir de neſtre point marié a ceſte la, que tu nas pas de paour de ne lauoir point en mariage.

EFFVNDO effundis, effudi, effuſum, effundere, Verſer, eſpandre. Plaut. in Aſin. 5.64. Auceps quando concinnauit areã, effundit cibũ, aues aſſueſcũt. Idem, Totámque effudit fideliã.

Effundere, Deſpendre, quant tout ſe pert, tout va par eſcuelle. Terent. in Adelphis, 5. 9. 34, Miſſa facio, effundite, emitte, facite quod vobis lubet. Cic. lib. 2. offi. Multi patrimonia effuderunt inconſulte largiendo. Idem Philip. 3. Nec poſtulantibus, nec cogitantibus, nec opinantibus quidem nobis (quia fieri poſſe non videbatur) firmiſſimũ exercitum inuicto genere veteranorũ militum comparauit, patrimoniúmque ſuum effudit. quanquam nõ ſumus vſi eo verbo quo decuit. non enim effudit, ſed in ſalutem reip. collocauit.

Effundere, Emittere, Mettre hors. Virg. Ruũntque effuſi carcere currus.

Effundere, Proſternere, profligare, Ruer par terre, Surmonter. Salluſt. Effuſo ac profligato peditatu, paulatim retrocedere ceperunt.

Effuſus, effuſa, effuſum, Qui eſt eſpandu.

Effuſus curſus: Vne grande courſe. Plin. epiſt. 106. c. Non moratus vltra prorìpit ſe, effuſóque curſu periculo aufertur.

Effuſe effuſius, effuſiſſime, Aduerbium. Abondamment. Effuſiſſime diligere, Aimer dune grande amour. Plin. epiſt. 150, Quid neſciam? cũ ſis omnium officiorum obſeruantiſſimus, cumque omnes quos probas, effuſiſſime diligas, me huc quoque vrbana negotia perſequũtur. Idem in Paneg. 138. Quo quidẽ admirabilius exiſtimandum eſt, quòd mulieribus duabus in vna domo pariq; fortuna, nullũ certamen, nulla contentio eſt: ſuſpiciunt inuicem, inuicẽ cedunt: cúmque te vtraque effuſiſſime diligat, nihil ſua putant intereſſe, vtram tu magis ames.

EFFVTIO, effutis, effutiui, effutire, Effundere, Verſer, reſpandre ce qui eſt en vng vaiſſeau.

Effutire, Eloqui: Quaqueter, redire ce que on a ouy, ne ſe pouoir taire. Terẽt. in Phor 5.1.19, Verùm iſthoc de nomine eo perperã olim dixi, ne vos forte imprudẽtes foris effutiretis. Donatus, Effutiretis, Eloqueremini, euacueretis, exinaniretis: ab eo quod eſt effundere. Tralatio eſt à vaſe, futili nomine: quod patulo ore, fundo acuto inſtabile nihil prorſus cõtinet. Vnde futilis dicitur eiuſmodi, vt nihil intra ſe cõtineat, & ſemper inanis ſit. Horatius, Effutire leues indigna tragœdia verſus.

Effutire (inquit Noniu, scum mendacio dicere. Terent. in Phor. Ne vos forte imprudentes foris effutiretis. Cic. Tuſcul. lib. 5. Nec hæc ſic agit, & tempore quaſi effutire videatur. Lucretius, Mata licet ſimilis ratiore effutiat ore. Hæc Nonius Marcellus.

E G

EGELIDOR egelidaris, egelidari, Gelu diſſolui, Rompre de force de gelee. Sidonius, Egelidarentur fibræ glaciales.

Egelidus egelida egelidum, Quod nõ eſt calidum neque frigidum. Seruius pro valde frigido expoſuit. Virg. lib. v i i i. Et procul egelido ſecretum flumine vidit. Suet. de Auguſt. Vngebatur ſæpius, ſudabat ad flammam: deinde perfundebatur egelida aqua vel ſole multo tepefacta. Ouid. Sed gelidum Borean, egelidúmque Nothum.

EGEO eges, egui, egere. Alicuius rei neceſſitatem habere. Auoir neceſſité de quelque choſe. Et tam genitiuo quàm ablatiuo iungitur Plaut. in Cap. 11.51, Quia tute ipſe eges in patria, nec tibi qui viuas domi eſt, omnes inuenire ſimiles tibi vis. Tu as neceſſite en ton pais. Idem in Merc. 24.60, Et per nos quidem hercle egebit, qui ſuum prodegerit.

Eget humanitate: Il ha faulte dhumanité, Il neſt point humain. Plin. epiſt. 114. a. lib. 5. Cui tãto maior humanitas exhibenda eſt, quãto illa magis eget: homo probus, officioſus, literatus.

Eget interpretatione. Plin. epiſt. 115. a, lib. v i: Ita hoc ſæpe referebat, præcipere ſolitum ſuſcipiendas eſſe cauſſas, aut amicorum, aut deſtitutas, & ad exemplum pertinentes. Cur amicorum non eget interpretatione. Il eſt tout cler.

Egeo conſilij. Cic. Attico, lib. 7, Egeo conſilij, quod optimum factu videbitur, facies.

Eget pudoris. Plaut. in Amphit. 8.185, Tún' mecũ fueris? quid illac impudente audacius? ſaltem tute ſi pudoris egeas, ſumas mutuum.

Egeo tui abeuntis. Plau. in Aſin. 12.1, Cur me retentas? PH. quia tui amans abeuntis egeo. Iay affaire de toy.

Eges foris. Plaut. in Milite, 10.43, Cum apud te exemplum experiundi habeas, non eges foris. Tu nas que faire de chercher ailleurs ce que tu as en toymeſme.

Egetur acriter. Plaut. in Pſeud. 5.40, Quid agitur Calliclores? c. amatur, atque, egetur acriter.

Egens egentis, o.g. Qui ha neceſſité, indigent. Terent. in Phor. 2.3.10, Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens: negligitur ipſa. vide, auaritia quid facit. Idem in And. 5.4.21, Atticus quidam olim naui fracta apud Andrum eiectus eſt, & iſthæc vna parua virgo. tum ille egens, forte applicat primum ad Chryſidis patrem ſe. Cic. de amicitia, 22, Quocirca & abſentes adſunt, & egentes abundant, & imbecilli valent.

Egẽs cõſilij, Qui ha faulte de cõſeil, quineſt pas bien cõſeille. Plau. in Bacchid. 15.10, Nequius nihil eſt, quàm egens conſilij ſeruus, niſi habet pectus multipotens, vbicunque vſus ſiet.

Egens opum. Plau. in Rud. 7.11, Quæ nunc eiectæ è mari ſumus ambæ, obſecro vnde nos hoſtias agere voluiſti huc?

Egens dicitur, vt inquit Feſtus Pompeius, velut ex gente, cui ne gens quidem ſit reliqua.

Egenus, egena, egenum, Qui ha faulte de quelque choſe.

Egenæ res. Plaut. in Pœnulo, 3.2, Sæpe ego res multas tibi mandaui Milphio, dubias, egenas, inopioſas conſilij. Idem in Capt. 7.47, Tute audacter dicito, bene hero geſſiſſe morem, in tantis ærumnis tamen neque me, vnquam deſeruiſſe te neque factis neque fide, rebus in dubijs, egenis.

Egeſtas, egeſtatis, f.g. Indigence, neceſſité, Default de quelque choſe. Virg. Labor omnia vincit Improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas.

Egeſtas patrij ſermonis. Plin. epiſt. 83, In deterius quidem accidit hoc: primum imbecillitate ingenij mei: deinde inopia, ac potius (vt Lucretius ait) egeſtate patrij ſermonis.

EGERO egeris, egeſſi, egeſtum, egerere, Porter, ou mettre hors. Columella, lib. 2, Auium, primum habetur ſtercus, quod ex columbarijs egeritur.

Egerit aquam fons, Elle iette de leaue hors. Plin epiſt. 101. m. lib. v, Guſtatorium grauiórque cœnatio, margini imponitur, leuior nauſcularũ & auium figuris innatans circumit: contrà, fons egerit aquam & recipit. nam expulſa in altum, in ſe cadit. Idem 173.c, Idem lacus in flumen egeritur: quod vbi ſe pauliſper oculis dedit, ſpecu mergitur, altéque conditum meat.

Egeſtio egeſtionis, f.g. Plin. epiſt. 159.c, Hoc tunc votum ſenatus, hoc præcipuum gaudium populi, hæc liberalitatis materia gratiſſima, ſi Pallantis facultates adiuuare publicatum opũ egeſtione contingeret. Par vne diſtribution des threſors de la ville.

EGO, mei, vel mis, mihi. Pronomen. Moy.

Ego, in principio narrationis. Terent. in And. 3.4.3, Ego dudum nonnihil veritus Daue abs te ne faceres idem quod vulgus ſeruorũ ſolet. Ibidem, 1.1.8, Ego poſtquam te emi à paruulo, vt ſemper tibi apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus ſcis.

Ego ſum AEſchinus, aperite. Terẽt. in Adelphis, 4.4.25, Heus heus AEſchinus ego ſum, aperite aliquis actûtum oſtium.

Dico ego mihi inſidias fieri. Ie dis moy que on me guette, & me veult on tromper. Terent. in Eunucho, 3.3.26.

Sed quid ego? Terent. in Andria, 5.3.15, Sed quid ego? cur me excrucio? cur me maceto?

Nunc ego. Terent. in Eunucho, 1.1.25, O indignum facinus: nũc ego & illam ſceleſtam eſſe, & me miſeram ſentio.

Volo ego. Terent. in Eunucho, 4.6.26, Volo ego adeſſe hic aduocatos nobis in turba hac.

Et quidem ego. Terent. in And. 5.6.3. Neſcis quid mihi obtigerit. D. certe: ſed quid mihi obtigerit ſcio. P. & equidem ego.

Quis niſi ego? Terent. in And. 3.2.38, Quis igitur eum ab illa abſtraxit niſi ego?

Imò ego te obſecro. Terẽt. in Eunuch. 3.5.14, Narra iſthuc quæſo quid ſiet. C. imò ego te obſecro hercle vt audias.

Ego verò. Terẽt. in Eunuc. 5.2.55, In cognoſcẽdo tute ipſe aderis Chærea. C. ego verò maneo.

Ego verò iſthuc ago: Ie me ſoucie bien de cecy, ſi tu le ſauois bien. Terẽ. in And. 1.2.15, Hoccine agis, an non? D. ego verò iſthuc.

Ego, tu: diſcretiue. Terent. in And. 5. 6. 4, More hominum euenit, vt quod ſim nactus mali prius reſciſceres tu, quàm ego quod tibi euenit boni.

Egomet, Moymeſme. Plaut. in Merc. 22. 13, Egomet mihi comes clauator, eques, agaſo, armiger, egomet ſum mihi imperator, idem egomet mihi obedio, egomet mihi fero quod vſu eſt. Idem in Moſtell. 6. 20, Quis id ait? quis vidit? T. egomet inquam vidi. Terent. in Adelph. 4. 3. 13, Quòd ſi aliter putas, egomet narrabo quæ mihi dixti. Ibidem, 4. 4. 19, Egomet rapui, ipſe egomet ſolui argentum: ad me abducta eſt domum.

Egomet iam hic ero, Ie me trouueray icy tout maintenant, ie narreſteray point. Plaut. in Sticho, 3. 10, Si quis me quæret, inde vocitote, aut iam egomet hic ero.

Egomet mecum. Plaut. in Aulul. 13. 9, Deinde egomet mecum cogitare inter vias occœpi &c.

Egomet memet. Plaut. in Amphit. 7. 49, Quis te verberauit? S. egomet memet qui nunc ſum domi.

Egomet ſum hic. Plaut. in Aulul. 7. 4, Nam egomet ſum hic, animus domi eſt. Ie ſuis icy preſent de corps, mais &.

Egomet, Id eſt, ſolus. Plaut. in Amphit. 10. 49, Iubéſne ire mihi comites? I. ſanáne es? A. ſi non iubes, ibo egomet, comitem mihi pudicitiam duxero.

Egomet ſolus. Plaut. in Epid. 8. 28, Deueniam ad lenonem domum egomet ſolus.

Egomet. Plau. in Pœnul. 5. 34, Si nequeo facere vt abeas, egomet abire volo. S mẽ veus ie aller.

Egomet quoque. Terent. in Eunucho, 3. 5. 38, Virgo in conclaui ſedet, ſuſpectans tabulã quãdam pictam, vbi inerat pictura hæc: Iouem quo pacto Danae miſiſſe aiunt quondam in gremium imbrẽ aureum. egomet quoque id ſpectare cœpi. Idem in And. 1. 1. 88, Quid multis moror? egomet quoque eius cauſſa in funus prodeo, nihil ſuſpicans etiam mali.

Egóne? Terent. in Eunucho, 5. 8. 2, Quid nunc? qua ſpe, aut quo conſilio huc imus? quid cœptas Thraſo? T. egóne? vt Thaidi me dedam, & faciam quod iubeat. Moy? Dis tu a moy?

Egóne? Terent. in Eunuch. 1. 2. 21, Dic mihi hoc primum, potín' eſt hic tacere? P. egóne? optime. Qui, moy? dis tu moy? trop trop. Ibidem, 4. 7. 8, Quid ignaue, peniculóne pugnare, qui iſthuc huc portes, cogitas? S. egóne.

Egóne, an tu? Terent. in Adelphis, 2. 1. 31, Si ſatis iam debacchatus es leno, audi nunc iam. S. egóne debacchatus ſum in te, an tu in me?

Egóne id timeo? Terent. in Eunucho, 1. 2. 82, Qua gratia, niſi illum plus amas quàm me, & iſtam nũc times, quæ aduecta eſt, ne illum talem præripiat tibi? T. egóne id timeo? PH. quid te ergo aliud ſolicitat? cedo.

Egóne quid velim? Me demandes tu que ie veulx? Ie veulx &c. Terent. in Eunucho, 1. 2. 111. In hoc biduum Thais vale. TH. mi Phædria & tu. nunquid vis aliud? PH. egóne quid velim? cum milite iſto præſens abſens vt ſies. Ibidẽ, 4. 3. 9, Hẽ Phædria, egòne quem quæram? abi hincquó dignus es cum donis tuiſtam lepidis. Me demandes tu que ie cherche.

Egóne illam &c. Terent. in Eunucho, 1. 1. 20, Et quod nunc tute tecum iratus cogitas, Egóne illam? quæ me? quæ illum? ſine modo, mori me malim, ſentiet qui vir ſiem.

Egóne iſthuc dixi vnquam? Plaut. in Bacchid, 18. 8, Et te dixiſti id aurum ablaturum tamen per ſycophantiam. C. egóne iſthuc dixi vnquam? N. ita.

Egóne non feram? Plaut. in Curcul. 2. 10, Iſthuc quidem nec bellum eſt, nec memorabile: tute tibi puer es, lautus, luces cereum. PH. egóne apicularum opera congeſtum non ferã ex dulci oriundum melliculo dulci meo?

Egóne, egóne? Plau. in Pœnulo, 5. 19, Meum eſt iſthuc magis officium, quàm tuum. A. egóne, egóne? ſi iſthuc lepide faxis. &c.

Mihi pulchra ſatis eſt, Elle me ſemble aſſés belle. Plaut. in Sticho, 14. 54, Mea ſuauis, amabilis, amœna, Stephanium ad amores tuos foras egredere, ſatis mihi pulchra es. Tu esaſſés belle pour moy.

Mihi ſum. Plaut. in Moſtell. 8. 86, Mihi moleſtus ne ſis. TR. Vide vt faſtidit ſimia. D. mihi ſum, ſic ſum: libet eſſe, quid id tu curas?

Mihi tu dederis pallam? Dis tu que tu me las baillé? Plaut. in Menæh. 15. 9, Tibi dedi equidẽ illam, ad Phrygionem vt ferres paulo prius, & ſpinter, vt ad aurificem ferres, vt firet nouũ. M. mihi tu dederis pallam & ſpinter? nunquam factum reperies.

Mihi eſurio. Plaut. in Capt. 13. 97, Eſurire mihi videre. R. mihi quidem eſurio, non tibi. Ceſt mon domage, non point le tien.

Mihine? Terent. in And. 5. 2. 9, Etiam tu hoc reſpondes? quid iſthuc tibi negotij eſt? C. mihine?

s.ita.c.mihíne? s.tibi ergo. A moy, a moy? Ibidem, 3.2.20, Quid credas? quaſi nõ tibi renuntiata ſint hæc ſic fore. s.mihíne quiſquam? D.eho, an tute intellexti hoc aſſimulari?

Mihimet. Plau. in Amphit. 7.39, Nihilo inquam mirũ magis tibi iſthuc quàm mihi: neque, ita me dij ament, credebam primo mihimet Soſiæ.

Me viuo, Tant que ie viuray. Plaut. in Sticho, Vóſne ego patiar cum mendicis nuptas me viuo viris?

Me vide. Plaut. in Trinummo, 11.58, At enim nimis longo ſermone vtimur, diem conficimus quod iam properato eſt opus. nihil de ſigno quod vereare, me vide.

Nuſquam tu me. Terent. in Adelphis, 4.1.23, Si quid rogabit, nuſquam tu me. audiſtíne? s.potín' vt deſinas?

Me miſeram, blandimentum mulierum: Helas maleureuſe que ie ſuis. Terẽt. in And. 4.5.49,

Me miſeram, nihil pol falſi dixi, mi ſenex. Idem in Adelphis, 3.2.7, Me miſeram, quidnam eſt quòd ſic video timidum & properantem Getam?

Méne querit? Terent. in Adelphis, 4.2.4, Syre? s.quid ais? c.méne quærit? s.verum.

EGREDIOR egrederis, egreſſus ſum, egredi, Sortir hors. Terẽt. in And. 5.2.2, Hem Dauum tibi. s. vnde egreditur? D.meo præſidio atque hoſpitis. Idem in Eunucho, 1.1.34, Sed ipſa egreditur, noſtri fundi calamitas. Idem in And. 3.2.11, Sed poſtquam egreſſa eſt, illis quæ ſunt intus clamat de via &c.

Egreditur ab ea, Il ſort de chés elle. Terent. in And. 1.3.21, Sed Myſis ab ea egreditur: at ego hinc me ad forum. &c.

Egreditur ſubito. Terent. in Eunucho, 4.2.14, Sed quid hoc eſt, quòd timida ſubito egreditur Pythias?

Egredi ſuo officio, Faire oultre ſon deuoir. Terẽt in Phor. 4.5.10, Dicat eã Phormioni nuptũ dare nos. Et paulo poſt, Nos noſtro officio nihil egreſſos eſſe, quãtũ is voluerit datũ eſſe dotis

EGREGIVS, egregia, egregium, E grege electus, inquit Feſtus Pompeius, & Donatus, Eſleu du tropeau cõme le plus beau & le meilleur de tous: excellent par deſſus tous. Plin. epiſt. 246, Sempronius Cælianus egregius iuuenis, repertos inter tyrones duos ſeruos miſit ad me.

Egregia forma, Id eſt, eminens & præſtans, Belle ſur toutes : qui paſſe toutes les autres. Terent. in And. 1.1.45, Egregia forma, atque ætatę integra.

Egregius, comparatiuum. Iuuenalis, Egregius cœnat, meliúſque miſerrimus. Lucretius, Nã nihil egregius, quàm res ſecernere apertas A dubijs.

Egregie, aduerbium, Excellenter, Excellemment. Plin. epiſt. 120, Illud quoque egregie, quòd tã facilis, tam liberalis in edendo fuiſti. Ceſt vng faict dexcellence, Ceſt vne grace que tous nont pas. Idem in paneg. 61, Egregie Cæſar, quòd lachrymas parentum vectigales eſſe non pateris. Ceſt excellemment faict a toy. On entrouue peu qui le feroient.

Egregie, Valde, nimis. Terent. in And. 1.1.31, Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli, vt animum ad aliquod ſtudium adiungant aut equos alere, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos: horum ille nihil egregie præter cætera ſtudebat. Il ne mettoit point plus ſa fan taſie a lung que a lautre. Donatus, Hic egregie, Valde, nimis, ſignificat. Non eſt ergo ad laudem poſitum. Hæc inquit, vt cætera ſimiliter ſtudebat.

Egregie chara, Laquelle iaymoie par deſſus toutes, plus que toutes autres. Terẽt. in And. 1.5.38, Egóne iſthuc conari queam? ego propter me illam decipi ſinã: quæ mihi ſuũ animum atque omnem vitam credidit: quam ego animo egregie charam pro vxore habuerim?

Egregie ad miſeriam natus. Terent. in Heaut. 3.1.11, aut ego profecto ingenio egregie ad miſeriam natus ſum: aut illud falſum eſt quod vulgo audio dici, diem adimere ægritudinẽ hominibus. Ou ie ſuis né a endurer force mal.

EGVRGITO egurgitas, egurgitare, Exhaurire. Plaut. in Epid. Atq; egurgitẽ domo prorſ?.

EH

EHEM, Interiectio eſt eius qui commotus ſit noua re. Ceſt vng mot que on dict quant on eſt eſmeu de quelque choſe qui ſuruient de nouueau. Terent. in Adelphis, 3.3.19, Ehem Demea haud aſpexerã te: quid agitur? Plaut. in Pœnul. 5.11, Ehem nũc obſecras, A.mi Milphidice, mea commoditas, mea ſalus. Terent. in Eunucho, 5.6.6, Quis homo eſt? ehem, ſaluũ te aduenire here gaudeo. Ibidẽ, 1.2.6, Quis hic loquitur? ehem, tũne eras hic, mi Phædria? Idem in Adelphis, 2.4.2, Ehem opportune, teipſum quærito.

EHEV, Ceſt vng mot que diſent ceulx qui ſe complaignẽt, & pleurent, comme pourroit eſtre helas. Terent. in Heaut. 1.1.31, Si quid laboris eſt, nollem: ſed quid iſthuc mali eſt? quæſo quid

de te tantum meruiſti? M. heu. C. ne lachryma: atque iſthuc quicquid eſt, fac me vt ſciam, ne retice, ne verere: crede inquam mihi aut conſolando, aut conſilio, aut re iuuero.

EHO, interiectio eſt ponentis aurem propiorem. Quant aucun ſapproche pour ouyr ce que on dict. Terent. in Hecyra, 2.2.25, Quæ res te facere id prohibet? eho, nunquidnam accuſat virũ?

Eho, Conturbatæ mulieris interiectio. Terent. in And. 5.4.42, Fallacia alia aliam trudit: iam ſuſurrari audio ciuem Atticam eſſe hanc. C. hem. D. coactus legibus eam vxorem ducet. M. eho obſecro, an non ciuis eſt?

Eho, Ridicule additum, tanquam omnino non ſecum loquatur quis, ſed cum altero. Terẽt. in Eunucho, 4.2.11, Nihil eſt. quid nihil? ſi non tãgendi copia eſt, eho ne videndi quidem erit.

Eho, Admonentis interiectio. Terẽt. in Heaut. 3.3.24, Nonne accedam ad illos? C. eho quæſo vna accedundi via eſt.

Eho, Interiectio vel principium animaduerſionem in ſe poſcentis, aut repente cernentis. Terẽt. in And. 4.5.7, Hem quæ hæc eſt fabula? eho Myſis, puer hic vnde eſt? quiſve huc attulit?

Eho, Admirantis interiectio. Terent. in And. 3.2.18, Eho an tute intellexti hoc aſſimulari? D. renuntiatum eſt. Ibidem, 5.4.49, Dos eſt Pamphile decem talenta. P. accipio. CH. propero ad filiam. eho mecum Crito. modo illã me haud noſſe credo. Hic admiratio eſt intentionis ad id quod dicturi ſumus.

Eho quæſo? Interrogantis eſt. Terent. in Heaut. 3.2.26, Eho quæſo, laudas qui heros fallunt? C. in loco, ego verò laudo. Plau. in Bacch. 4.22, Eho an inueniſti Bacchidẽ? P. Samiã quidẽ.

Eho dic mihi, Interiectio intentionem audientis expoſcens. Terent. in And. 4.1.42, At tibi di dignum factis exitium duint. eho dic mihi ſi omnes coniectum hũc in nuptias inimici velent, quod, niſi hoc, conſilium darent?

Eho, Vocantis interiectio. Plaut. in Moſtell. 10.44, Eho, iſtũ puer circunduce haſce ædeis & conclauia. Idem in Pſeudolo, 5.113, Eho Pſeudole, i, gladium affer. P. quid opus gladio? C. quî hunc occîdam, atque me.

Eho tu, eho tu, Viens ca viens. Plaut. in Merc. 4.75, Eho tu, eho tu, quin cauiſti néve eam videret verbero ſceleſte? quin abſtrudebas ne conſpiceret eam pater?

EHODVM. Nutus eſt (inquit Donatus) intentionem animaduerſionémque depoſcens eius cum quo vult loqui. Terent. in And. 1.2.13, Daue? D. hem, quid eſt? S. ehodum ad me.

Ehodum bone vir. Terent. in And. 3.5.10, Oh. D. Viſus ſum. P. ehodum bone vir, quid ais? Donatus, Grauis interrogatio, & minantis cum iracundia. & hoc εἰρωνείᾳ proſequitur, cum omne genus contumeliæ leue in eum dicimus in quem ferimur iracundia.

Ehodum dic mihi. Terent. in And. 2.1.26, Næ iſte haud mecum ſẽtit. ehodum dic mihi, nũ quidnam amplius tibi cum illa fuit? Idem in Eunucho, 2.3.68, Perij, Nunquámne etiam me illam vidiſſe? ehodum dic mihi, éſtne vt fertur forma? Mais viens ca, dis moy.

EI

EIA, Aduerbium eſt, correctionem ſignificans aliquando, Quant on reprent la parolle daucun qui neſt pas bien dicte. Terent. in Eunucho, 5.9.35, Nihil quod dicas mihi, alium quærebam, iter hac habui: periſti. G. eia, haud ſic decet. Idem in Heaut. 3.2.10, Nihil narras: viſa vero eſt quod dici ſolet, aquilæ ſenectus. C. eia. S. mulier commoda & faceta hæc eſt meretrix.

Plaut in Ciſtell. 2.34, At ſatius fuerat eam viro dare nuptum potius. L. eia hæc quidem ecaſtor quotidie viro nubit nupſitque hodie, nubet mox noctu. Terẽt. in Hecyra, 2.2.8, Quòd ſi tu idem faceres, magis inrem & noſtram & voſtram id eſſet. nunc video in illarum poteſtate eſſe te. P. eia verò.

Eia, ne. Teren. in Phor. 3.2.23, Ipſum iſthuc mihi in hoc eſt. A. eia, ne parum leno ſies, num quid hic confecit? P. hiccine? quod homo inhumaniſſimus, Pamphilam meam vendidit.

Eia, vt. Terent. in Heaut. 5.5.19, Nate mi, ego pol Dabo tibi puellam lepidam, quam tu facile ames, filiam Phanocratæ noſtri. C. L. rufámne illam virginem, cæſiam, ſparſo ore, adunco naſo? non poſſum pater. CH. eia, vt elegans eſt: credas animum ibi eſſe. S. aliam dabo. Mon dieu elle eſt ſi belle.

Eia. Plaut. in Merc. 24.38. Pergin' tu autẽ eia ſuperbe inuehere? ſpero ego mihi quoque tempus tale euenturum vt tibi gratiam referam parem.

Eia, Hortantis. Plaut. in Epid. 5.78, Vos priores eſſe oportet, nos poſterius dicere, quòd plus ſapitis. A. eia verò age dic.

Eia verò inimicos? Plaut. in Amphit. 10.20, Ita ingenium meum eſt, inimicos oſa ſum ſemper obtuerier. L. eia autem inimicos? A. ſic eſt, vera prædico. Tes ennemis dis?

Eia, benedicite. Plaut. in Aſin. 12.154, De argento, ni mater tua ſciat vt factum ſit, metuit. AR. eia, benedicite: ite intro cito, valete, & vos amate.

Eia. eia. Plaut in Perſa, 6.31, Nemo homo vnquam ita arbitratus eſt. S. at pol multi eſſe ita ſciunt. P. eia. S. eia. P. tuo ex ingenio mores alienos probas.

Eia, In principio epiſtolæ poſitum. Plin. epiſt. 94, Eia tu, cum proxime res agẽtur, quoquomodo ad iudicandum veni.

EIICIO eijcis, eieci, eiectum, eijcere. Ietter hors.

Eijcere aliquem foras, Ietter aucun a lhuys, hors de la maiſon. Terent. in Adelphis, 1.2.29, Si neres nunc facere dum per ætatem licet, potius quàm vbi te expectatum eieciſſet foras.

Eijcere foras ædibus. Plaut. in Aſin. 4.1, Siccine hoc fit, foras ædibus me eijci? promerẽti optime hoccine pretij redditur?

Eiectus hinc, Chaſſé de la. Terent. in Eunucho, 2.2.44, Hoc nunc dices, eiectos hinc nos. omnium rerum heus viciſſitudo eſt.

Eijciam ex eis crepitum, Ie les feray peter. Plau. in Curcul. 7.16, Eos ego ſi offendero, ex vnoquoque eorum eijciam crepitum polentarium.

Eiectus apud Andrum, Qui naufragium paſſus eſt, Qui par fortune de mer a eſté ietté la. Terent. in And. 5.4.20, Atticus quidam olim naui fracta apud Andrum eiectus eſt.

Eiectæ è mari. Plau. in Rud. 7.9, Quæ nunc eiectæ è mari ſumus ambæ, obſecro vnde nos hoſtias agere voluiſti huc?

Eijcere animum de aliquo, Oſter ſon affection denuers aucun. Terent. in Heaut. 5.2.2, Itáne tandem quæſo Menedeme, vt pater tam in breui ſpatio omnem de me eiecerit animũ patris?

Eijcere animi mollitiem. Terent. in Eunucho, 2.1.16, Abi ſis, nihil dicis Parmeno, eijciunda hercle hæc mollities animi, nimis me indulgeo.

Eijcere è ſenatu, Priuer aucun du ſenat. Cic. de ſenect. 38, Inuitus quidem feci vt fortiſſimi viri T. Flaminij fratrem C. Flaminium è ſenatu eijcerem.

Eiecto eiectas, eiectare, Frequentatiuum. Plaut. in Merc. 4.105, Quin præcucurri hac gratia, ne hic te opprimeret imprudentem, atque eiectaret.

Eiectitius eiectitia eiectitium, Qui eſt ietté hors. Plin. Vulua eiecto partu melior quàm edito. eiectitia vocatur illa, hæc porcaria.

EIVLO eiulas, eiulare, Braire, crier, en ſe complaignant. Plaut. in Aulul. 9.39, Homo ad prætorem deplorabundus venit, infit ibi poſtulare, plorãs, eiulans, vt ſibi liceret miluium vadarier. Ibidem, 25.16, Quinam homo hic ante ædeis noſtras, eiulans conqueritur mœrens?

Eiulatio eiulationis, f. g. Braiement, criríe & complainte. Plaut. in Capt. 5.7, Indigna digna habenda ſunt herus quæ facit. C. ohohohoh. L. eiulatione haud opus eſt, oculis multa miſera cuditis in re mala.

EIVRO eiuras, eiurare. Eſt quod vulgo dicitur renuntiare, Renoncer a quelque choſe. Plinius in epiſt. Et quaſi eiurato magiſtratu priuatũ me facerẽ. Cic. in Verrẽ, act. 5, Tum iſte negat ſe de æſtimatione ſua cuiquam niſi ſuis, commiſſurum. negotiatores putant eſſe turpe forum ſibi iniquum eiurare, vbi negotientur: prætor prouinciam ſuam totam ſibi iniquam eiurat. Idem in Philipp. 12. Itaque vt alacres & læti ſpe pacis oblata inter ſe impij ciues quaſi viciſſent, gratulabantur: ſic me iniquum eiurabant, de me querebantur, diffidebant etiã Seruilio.

Eiuratio, eiurationis, f. g. Renoncement. Valerius lib. 2, Ignominioſa cõſulũ eiuratione. Feſtus Pompeius, Eiuratio, Significat id quod deſyderetur nõ poſſe præſtari. Plaut. Eiurauit militiã.

EIVSMODI, nomen indeclinabile, De telle ſorte. Plaut. in Milite, 10.205, Tua mihi vxore dicam delatum & datum, vt ſe ad eum conciliarẽ. Ille eiuſmodi eſt, cupiet miſer. Terẽt. in And. 1.1.66, Nam qui cum ingenijs conflictatur eiuſmodi &c.

EL

ELABOR elaberis, elapſus ſum, elabi. Eſchapper, Seſcouler, comme vne anguille eſchappe de la main daucun. Terent. in Hecyra, 1.2.94, Hic animus partim vxoris miſericordia deuictus, partim victus huiuſce iniurijs, paulatim elapſus Bacchidi, atque huic trãſtulit amorem. Virg. Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polytes. Alibi, Medijs elapſus Achiuis.

Elapſa eſt ſpes, Toute eſperance eſt perdue, eſcoulee. Plaut. in Capt. 12.101, Nunc certum eſt nulli poſt hæc quicquã credere, ſatis ſum ſemel deceptus. ſperaui miſer ex ſeruitute me exemiſſe filium: ea ſpes elapſa eſt.

Elapſus eſt. Cic. Hic fratre ſuo cenſore, qui proximus ante me fuerat, elapſus eſt. Id eſt, accuſatorum veluti preſſantium manus effugit.

ELABORO elaboras, elaborare, Conari, Prendre peine a faire quelque choſe. Cic. Nihil mihi ita elaborandũ eſt, quàm vt conſilia nemo intelligat. Plin. epiſt. 81, Sunt qui audiãt, ſunt qui legant, nos modo dignum aliquid auribus, dignũ chartis elaboremus. Cic. de ſenect. 24, Sed in literis certe elaboraui.

ELACATENA elacatenæ, f.g. Genus ſalſamenti (inquit Feſtus) quod appellatur vulgo malandrea. Columella, lib. 12, Scombri, carchari, elacatenæque ventriculos, &, ne ſingula enumerem, ſalſamentorum omnium purgamenta.

ELANGVEO elangues, elangui, elanguere, Eſtre fort defailli, malade, debile & languiſſant. Plinius de viris illuſtr. 42, Cúmque vrbem capere poſſet, in Campaniam diuertit, cuius delicijs elanguit.

Elangueſco elangueſcis, elangueſcere, Valde infirmum fieri. Gellius lib. 2, Negotijs ſe plerunque vmbraticis & varijs quæſtibus intẽtos habẽt: in quibus eorum omnis vigor animi corporiſque elangueſcit, &, quod Salluſtius ait, effœminatur.

ELAVDO elaudas, elaudare, Pluſquàm nominare, interpretatur Feſtus Pompeius.

ELAVO elauis, elaui, elotum, elauere. Fort lauer & nettoier du tout.

Elauere ſe bonis, Eſt ſe denudare, ſpoliare, exhaurire, ita vt ſeſe quiſpiã lauiſſe videatur. Se mettre au net, ou au blanc de ſes biens, tout deſpendre ſans que rien demeure. Plautus in Aſin. 4.9, Perlecebræ, pernicies, adoleſcentiũ exitium: nam mare haud eſt mare, vos mare acerrimum. nam in mari repperi, hic elaui bonis.

ELECTO electas, electare, Frequentatiuum ab elicio, idem ſignificans, vt inquit Feſtus. Plautus in Aſinaria, 7. 29, Quæ illæc præda eſt? ibo aduorſum, atque electabo quicquid eſt. Ie ſcauray que ceſt.

ELECTRVM electri, n.g. Gummi ſiue lachryma, ſuccúſve ex arboribus pinei generis profluens, quod à Latinis ſuccinum dicitur. Vide Plinium lib. 37. cap. 2. & 3.

Electridas inſulas nonnulli dicunt eſſe in Britannia arbores electrum emittentes. Vide Plinium libro 37. cap. 2.

ELEEMOSYNA eleemoſynæ, f.g. Aulmoſne, ab ἔλεος, quod miſerationem ſignificat.

ELEGANS. Vide ELIGO.

ELEGIA elegiæ, ſiue elegeia, Miſerabilis vel miſera. ab ἐλεέω miſereor, ἔλεος miſeria. Vnde elegi verſus dicti ſunt, quòd ad fiſtulam luctus cantari ſoliti erant, aut quòd his miſerabiles hominum ærumnæ & amoris querimoniæ decantantur. Romani id genus carminum quod cum lamentatione adcanitur mortuis, næniam nuncupauerũt. Vnde tractum vt epitaphia quoque defunctorum, elegis verſibus deſcribantur. Ouid. Flebilis indignos elegeia ſolue capillos: Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit. Idem, Blãda pharetratos elegeia cantat amores. Martialis, Detineat cultis aut elegia comis. Statius lib. 1, Syluarum, Quas inter multum petulans elegia propinquat.

Elegia elegiorum. Plaut. in Mercat. 7. 68, Occentent noctu ad oſtium, meæ impleantur carbonibus elegiorum fores.

Elegidion elegidij, n.g. Diminutiuum. Perſius, Non ſi qua elegidia crudi Dictarunt proceres.

Elegus elega elegum, Vt elegus verſus: Flebilis. Horat. Odarum primo, ad Tibullum, Albi ne doleas plus nimio memor Immitis Glyceræ, neu miſerabiles decantes elegos.

ELEMENTVM elementi, principium omnium rerum, à quibus ſumitur incrementum, & in quæ reſoluuntur.

Elementa, literarum notæ, eo quòd ſint principia orationis. nam ex literis ſyllabæ, ex ſyllabis dictiones, ex dictionibus orationes conficiuntur.

Elementa, Les quatre elemẽtz, Le feu, Lair, Leaue & la terre. Et dicuntur elemẽta, vt quibuſdam placet, ab alendo. Alij, quaſi eleuamenta dici volunt, eo quòd ex ipſis cætera originem ſumant, initia videlicet & fundamenta creaturarum. Alij, elimenta per i literã, quaſi fabricamenta, ex eo quòd eſt elimo elimas, quod ex eis fabricata ſint omnia.

Elementarius elementaria elementarium: Quod ad elementum pertinet.

Elementariæ literæ: Les lettres de labece. Iulius Capitolinus, Puer literis elemẽtarijs & calculo imbutus.

ELENCHVS elenchi, m.g. Vnionis genus, Vne ſorte de perles longues. Plin. lib. 9. cap. 35, Et procerioribus ſua gratia eſt: elenchos appellant faſtigiata longitudine, alabaſtrorũ figura in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere, & binos ac ternos auribus, fœminarum gloria eſt. Iuuenalis, Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.

ELEO, eles, eleui, eletum, elere, Maculare. Lucilius, lib. VI, Si hic veſtimenta eleuit luto, ab eo riſum magnum ad cachinnum imprudens ſubijcit.

ELEPHAS elephantis, m. g. & elephantus elephanti, Vng elephant. Maximum animaliũ terreſtrium, inquit Plinius lib. 8. cap. 1.

Elephas, quandoque pro ebore ſiue elephãti dente ponitur. Virg. lib. georg. In foribus pugnam ex auro, ſolidóque elephanto.

ELEPHANTIA elephantiæ, ſiue elephantiaſis, huius elephantiaſis, eſt ceu lepræ quoddam genus, elephantorum cuti ſimile, crebris ſumma corporis parte maculis ac tumoribus, rubore paulatim ſe in atrum vertẽte. His non ora tantum atque manus, ſed ſuræ ac pedes inflantur: vt hinc recentiorum plerique non alios putent elephantiacos, quàm quibus crura ſic intumeſcunt, vt pedes elephantorum habere videantur. Plin. lib. 20. cap. 10, Eadem in aceto decocta, contra elephantiam proficit. Idem lib. 26. cap. 1, Diximus elephãtiaſin ante Pomp. Magni ætatem non accidiſſe in Italia, & ipſam à facie ſæpius incipientem. In nare prima veluti lenticula, mox inualeſcẽte per totum corpus, maculoſa, varijs coloribus, & inæquali cute, alibi craſſa, alibi tenui, dura, ſeu ſcabie aſpera, ad poſterum vero nigreſcente, & ad oſſa carnes apprimẽte intumeſcentibus digitis in pedibus manibúſque. AEgypti peculiare hoc malum.

ELEVO eleuas, eleuare, Eſleuer en hault. Plaut. Capedum lapidem hunc atque eleua.

Eleuare, Minuere, extenuare, & res geſtas verbis deprimere, Vilem item, leuémque aliquẽ verbis demonſtrare. Abaiſſer, deſpriſer, Amoindrir, diminuer, faire tant par parolles que la choſe ne ſemble point ſi grãde que on la crie. Liuius lib. 3, Maior, ſi vana noſtra P. C. authoritas ad plæbẽ eſt, vos eleuatis eam: quippe quia plæbs ſenatuſconſultum in continuandis magiſtratibus ſoluit. Idem lib. 28, Q. Fabius res geſtas in Hiſpania eleuauit. Quintil. lib. 5, Gentium ſimul vniuerſarum eleuata teſtimonia ab oratoribus ſcimus. Idem, Nã quis ignorat, quãdo id longe ſit honeſtiſſimum ac liberalibus diſciplinis, & illo quem exigimus animo digniſſimum, non vendere operam, nec eleuare tanti beneficij authoritatẽ, cum pleraque hoc ipſo poſſint videri vilia, quòd pretium habent. Cic. de amicitia, 74, Eſt enim varius & multiplex vſus amicitiæ, multæque cauſſæ ſuſpicionũ offenſionúmque damnantur: quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre, ſapientis eſt. Idem libr. V. epiſt. famil. Non intelliges querelis quotidianis te nihil proficere, non intelliges duplicari ſolicitudines, quas eleuare tua te prudentia poſtulabat. Valerius lib. VIII, Cæterum gloria ne ab his quidem qui contemptum eius introducere conantur, negligitur: quandoquidem ipſis voluminibus nomina ſua diligẽter adijciunt, vt quod profeſſione eleuant, vſurpatione memoriæ cõſequantur. Eleuant, id eſt aſpernandum dicunt.

ELICIO elicis, elicui, elicitum, vel elexi, elictũ, elicere, Educere, extrahere, Tirer hors. Plaut. in Bacch. 6. 17, De me culpam hanc demolibor iam, & ſeni faciam palàm, vt eum ex lutulento cœno propere hinc eliciat foras. Cic. de ſenect. 47, Deinde tepefactũ vapore & compreſſu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem.

Elicere lachrymas. Plaut. in Trinummo, 6. 13, Lachrymas hæc mihi cum video, eliciunt: quia ego ad hoc genus hominum duraui. Il me font plourer. Ouidius, Credibile eſt lachrymas elicuiſſe deo.

Elicere verũ: Faire tant par parolles que on tire la verité daucũ, que on ſache la verité de quelque choſe. Plautus in Perſa, 4. 4, Sed eccum paraſitum, cuius auxilio mihi eſt opus: ſimulabo quaſi non videam: ita eliciam verum.

Elicere ad colloquium: Attirer aucun a parolles. Liuius lib. 3, Ad colloquium vatem elicuit.

Elicere & inuitare vt. Plin. epiſt. 195, Ipſe igitur exhibes negotium tibi, qui elicis & inuitas vt quamplurima communicare tecum velim.

Elicere libellos alicui: Par parolles attraire aucũ qui baille ſes liures. Plin. epiſt. 106. lib. V, Proinde aut rumpe iam moras: aut caue ne eoſdem illos libellos, quos tibi hendecaſyllabi noſtri elicere blanditijs non poſſunt, conuitio Scazontes extorqueant.

Elicere fontem: Faire ſourdre & ietter hors vne fontaine. Plinius epiſt. 95. b. lib. 4, Nam neſcio quod libramentum abditum & cæcum, quod cum exinanitum eſt, ſuſcitat & elicit fontem: cũ repletur, moratur, & ſtrangulat.

Electo electas, Vide ſuprà.

Elix elicis, m. g. Columella lib. 2. cap. 8, Sed quanuis tempeſtiue ſementis cõfecta erit, cauebitur tamen vt patentes liras, crebróſque ſulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus, & omnem humorẽ in colliquias, atque inde extra ſegetes deriuemus. Feſtus Pomp. Elices, ſulci

aquarij per quos aqua collecta educitur è liris.

ELIDO elidis, elisi, elisum, elidere, Effringere, dissipare, Rompre en pieces. Plaut. in Pœnulo, 6.45, Volo narrare tibi etiam vnam pugnam. L. nihil moror. A. ausculta. L. non. A. hercle tuũ iam elidam caput. Idem in Milite, 5.12, Ita senex talos elidi iussit conseruis suis.

Elidere alicui oculos. Plaut. in Rudente, 16.43, Age nũc iam illi iube oculos elidere itidem vt sæpius faciunt coqui.

Elidere, Tuer, & froisser. Suet. in Cæsare, Ac sæpe præ turba elisi exanimatique sunt. Virg. Geminósque premens eliserit angues.

Elidere spumam: Colligere. Virg. lib. 3, Ter spumam elisam, & rorantia vidimus astra.

ELIGO eligis, elegi, electum, eligere, Eslire. Cic. Populus elegit sibi in principem Octauium. Idem, Quos Cæsar in senatum elegerat.

Elegans, elegantis, o.g. Ad orationem & verba sæpius referri, docet Donatus. Vng homme elegant, bien parlãt, ne vsant que de mots propres & deslite. Cic. lib. de optimo genere dicẽdi, Nã si vt in epularũ apparatu magnificẽtia recedens nõ se parcũ solũ, sed etiã elegantẽ videri volet, eliget quibus vtatur. sunt enim pleræq; aptæ huius ipsius oratoris de quo loquor, parsimoniæ.

Elegans formarum spectator: Qui ne eslit pas du premier coup, mais regarde diligemment a prendre la plus belle. Donatus, Elegans spectator est qui sit cũctantis & fastidiosi iudicij, cui non quid placet facile. Qui scet bien choisir. Terent. in Eunucho, 3.5.18, Cũ ipsum me noris quàm elegans formarum spectator siem.

Elegantem regem narras: Id est, vt interpretatur Donatus, qui ipse sciat eligere, aut ipse sit eligendus. Terent. in Eunucho, 3.1.18, Hui regem elegantem narras. T. imò sic homo est perpaucorum hominum. G. imò nullorum arbitror, si tecum viuit.

Elegans (inquit Gellius lib. x1, cap. 2.) homo non dicebatur cum laude, sed id ferè verbum ad ætatem M. Catonis, vitij, nõ laudis fuit. est nãque hoc animaduertere, cũ in quibusdã alijs, tum in libro Catonis qui inscriptus est Carmen de moribus, ex quo libro verba hæc sunt, Auaritiam omnia vitia habere putabant, sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus, irritus qui habebatur, is laudabatur. Ex quibus verbis apparet, elegantẽ dictum antiquitus, nõ ab ingenij elegantia, sed qui nimis læto, amœnóque cultu, victúque esset. Postea elegãs reprehendi quidẽ desijt, sed laude nulla dignabatur, nisi cuius elegantia erat moderatissima. Sic M. Tullius L. Crasso & Q. Scæuolæ non miram elegantiam, sed multam parsimoniam mixtã laudi dedit. Crassus (inquit) erat parcissimus elegantium, Scæuola parcorum elegantissimus.

Elegantia elegãtiæ, f.g. dicta est quòd sit selecta & separata à vulgari opinione: Beauté, accoustrement honneste entre tous. Plaut. in Milite, 18.20, Ergo istius metus me macerat, quòd ille fastidiosus est iam, ne oculi sententiam mutent vbi me viderint, atque eius elegantia, meam ex templo speciem spernat.

Elegantia, Orationis pars, quæ facit vt vnumquodque verbum pure, apertéque dici videatur.

Eleganter, Aduerbium, Honnestement. Cic. de senectute, 12, Est enim quiete & pure & elegãter actæ ætatis, placida ac lenis senectus, qualem accepimus Platonis: qui vno & octogesimo anno scribens, mortuus est.

ELIMO elimas, elimare, De aliqua materia limare. Plin. lib. 34, Alij elimatã scrobem in fictili cado coquunt in caminis, donec percoquatur figulinum.

ELIMINO eliminas, eliminare, Extra limen eijcere. Ietter hors. Pacuuius Duloreste, Vbi illic est, me miseram quonam clàm eliminat? Pomponius, Cõclauos istic manet, eliminabo extra ædeis coniugem. Ennius Medea, Exule antiqua herilis, fida custos corporis, quòd sic extra ædeis eliminatur. Accius Phœnicis, Egredere, exi, effer te, elimina vrbe. Idem in Meleagro, Timide eliminor clamore, simul agnita vox ad aures accinit. Varro Serano, Occipitium Arino deo ostendo, ex oraculo elimino mihi.

ELINGVIS & hoc elingue, o.g. Qui na point de langue.

Elinguis curia: Qui nose mot dire, comme si elle nauoit point de langue. Plinius epist. 1 67. d, Ijdem prospeximus curiam, sed curiam trepidã, & elinguem, cum dicere quod velles periculosum, quod nolles miserum esset.

Elinguem reddere: Faire taire aucun, faire quil nose parler. Ciç. pro L. Flacco, Bene testem interrogauit, callide accessit, reprehendit, quò noluit adduxit: conuicit, & elinguem reddidit.

Elinguo elinguas, elinguare, Oster la langue a aucun. Plaut. in Aulul. 7.72, Si hercle ego te non elinguãdam dedero vsque ab radicibus, impero, authórque sum vt me cuiuis castrandũ loces.

ELIXVS, elixa, elixum, Dicitur quod aqua coctũ eſt. Bouilli. Plaut. in Moſtell. 15.65, Ne faxis, iam elixus eſſe quàm aſſus ſoleo ſuauior. Idem in Pœnulo, 4.57, Milphio heus Milphio vbi es? M. aſſum apud te eccum. A G. at ego elixũ volo. Nonius Marcellus, Elixũ, quicquid aqua mollitur vel decoquitur. nam elixam aquam veteres eſſe dixerunt. Vnde & lixæ dicti, qui militibus aquã ad caſtra vel ad tentoria ſolent ferre. Varro, In pauimento non audes facere laconam: at in humum calceos facis elixos. Id eſt, madefacis calceos.

ELLVM, aduerbium demonſtrantis, inquit Donatus, pro ecce illum. Plaut. in Curcul. 6.28, Paraſitum tuum video currentem: ellum vſque in platea vltima: hinc auſcultus quid agat. Terent. in And. 5.2.14, Imò verò indignum Chreme iam facinus faxo ex me audias. Neſcio quis ſenex modo venit: ellum, confidens, catus.

ELLYCHNIVM ellychnij, ἐλλύχνιον græce. Dicitur funicul⁹ ille papyrace⁹ ſiue ſparteus canabinúſve aut ſtupeus, qui ſtans in oleo peruritur, De la meiche, Vng lumignon. Plin. lib. 23. cap. 4, Ellychnia ex vua fiunt, claritatis præcipuæ. Ex oleo lumen obſcurũ propter nimiam pinguitudinẽ. Idem lib. 35, cap. 15, de ſulphure loquens, Quarto autem ad ellychnia maxime conficienda.

ELOGIVM elogij, n.g, Teſtificatio de aliquo, honoris vel vituperationis cauſſa. Vituperationis, vt Quintil. Nõ eſt, Iudices, quod putetis ideo nullum adiectum ad exhæredationẽ iuuenis elogium, quia de ſcelere conſtaret. Et alibi, Si exhæredat à ſe filium pater, teſtatus fuerit elogio, præterea quòd is meretricem amaret. Modeſtinus, Deſertorem auditum, ad ſuum ducem cum elogio (id eſt, cum vituperatione) mittat.

Honoris cauſſa. M. Tullius, In quod elogium plurimæ conſentiunt gentes, virum eſſe ciuitatis primarium. Et iterum, Quid elogia ſepulchrorum? Suet. in Claudij vita, Nec contentus, elogium tumulo eius verſibus a ſe compoſitis iuſculpſiſſe, etiam vitæ memoriã proſa oratione compoſuit. Cic. pro Cluentio, Verum vnum etiam eſt quod me maxime conturbat, cui loco reſpondere poſſe vix videor, quòd elogium recitaſti de teſtamẽto Cn. Egnatij patris hominis honeſtiſſimi, videlicet & ſapientiſſimi. Idem in L. Piſonem, Cedant arma togæ. quid tum? Hæc res fluctus illos tibi excitauit: ad hoc nuſquam opinor ſcriptum fuiſſe in illo elogio, quod te conſule in ſepulchro reip. inciſum eſt.

Elogium, ſimplex ſuæ ſententiæ teſtificatio. Cic. Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum & lachrymis vacare.

ELONGO elongas elongare. Allongeir.

Elongare, Protrahere, differre, Prolonger. Plin. Quo maxime tempore dies elongantur.

ELOQVOR, eloqueris, eloqui, Dire. Plaut. in Amphit. 3.51, Nunc quam rem oratũ huc veni, primum proloquar. poſt argumentũ huius eloquar tragœdiæ. Ibidem, 4.46, Verùm quaſi affuerim, tamen ſimulabo, atque audita eloquar.

Eloquere vno verbo: Dis tout en vng mot. Paut. in Trucul. 16.42, Vno verbo eloquere. D. mittin' me intró?

Eloqui perge: Dis touſiours. Terent. in Phor. 4.3.36, Occidi. c. perge eloqui. G. à primo homo inſanibat &c.

Eloquere quod veniſti, Dis pour quoy tu es venu. Terent. in Prologo Heaut. 3, Id primum dicam, deinde quod veni eloquar.

Eloquar pauca cum hero: Ie veulx vng peu parler a mon maiſtre. Plaut. in Milite 20.43, Ite cito, iam ego vos aſſequar, cum hero pauca eloquar.

Eloqui nomen ſuum: Dire comment on ha en nom. Plaut. in Amphit. 3.18, Nũc cuius iuſſu venio, & quamobrem venerim dicam: ſimúlque ipſe eloquar nomen meum. Idem in Ciſtell. 7.35, Meum elocutus eſt nomen: interij oppidó. Il ma nommé par mon nom, Ie ſuis perdu.

Elocuta ſum conuiuas, cæterum cura tu: Ie tay dict qui ſont ceulx qui doibuẽt eſtre au diſner. Plaut. in Menæch. 6.6.

Eloquar an ſileam? Parleray ie, ou ſi ie me tairay? Virg.

Eloquentia eloquentiæ, f.g, Eloquence, Vng beau parler & bien orné. Terent. in Phor. 4.3.24, Eia eia ſudabis ſitis ſi cum illo incœptas homine, ea eloquentia eſt. Tant eſt vng beau parleur. ſi bien enlangag', & abondãt en parolles. Idem in Eunucho, 5.9.63, Dixine ego in hoc eſſe

vobis Atticam eloquentiam?

Eloquium eloquij, n.g. Parolle. Plautus, Dulci ac blando eloquio amicitiam ſolatus. Apul. Platonis eloquio monitus, non nobis ſolis natos eſſe.

Elocutio, elocutionis, f.g. Parolle. Plautus in Milite, 14.15, Id quod credo tibi: tum hæc elocutio, illa autem abſens ſubigit me vt amem hercle hanc quidem.

ELVCIFICO elucificas, elucificare, Antiquum verbum, à luce. Laberius, Si cito fulgentis ſplendore pecuniæ volo elucificare exitum ætatis meæ. Nonius Marcellus.

ELVCEO eluces, eluxi, elucere: Luire. Virg. Vt binæ regum facies, ita corpora gentis, Nanque aliæ turpes horrẽt, ceu puluere ab alto Cum venit, & terrã ſicco ſpuit ore viator Aridus, elucent aliæ, & fulgore coruſcant Ardentes auro.

Eluceſco, eluceſcis, eluceſcere, Valde lucidum fieri. Cic. in Oratione pro Milone.

ELVCVBRO elucubras, elucubrare, Vigilare, & aliquid ad lucernam componere. Cic. Attico, lib. 7, Nihil habeo quod ad te ſcribam: quin etiam eam epiſtolam quam eram elucubraturus, ad te non dedi: erat enim plena ſpei bonæ.

ELVDO eludis, eluſi, eluſum, eludere: Moquer, deceuoir. Plaut. in Amphit. 4. 111, Quando imago eſt huius in me, certum eſt hominem eludere. Terent. in Eunucho, 1.1.10, Periſti, eludet vbi te victum ſenſerit.

Eluſit militem annulum: Il luy a oſté ſon anneau en iouant. Plaut. in Curcul. 14. 31. Quæſo vt mihi dicas, vnde illum habeas annulum, quem parаſitus hic te eluſit.

Eluſi militem in alea. Plaut. in Curcul. 14.11, Dixi equidem tibi vnde ad me hic peruenerit: quoties dicendum eſt? eluſi militem inquam in alea. Ie lay trompé a iouer aux debts. ou, iay gaigné le gendarme a iouer aux debts. Ibidem. 1.2, Curculio miſſus à Phedromo, it in Cariam, vt petat argentum. ibi eludit annulo riualem.

Eludendi occaſio data. Terent. in Phor. 5.7.2, Summa eſt eludendi occaſio mihi nunc ſenes.

ELVGEO eluges, eluxi, eluctum, elugere, Luctum deponere. Liuius, Quid aliud in luctu quàm purpuram aut aurum deponunt fœminæ? quid aliud cum eluxerunt, deponunt?

Elugere, Lugendo deflere. Cic. Patriam eluxi iam & grauius & diutius quàm vlla mater vnicum filium.

ELVMBVS elumba, elumbum, & elumbis & hoc elumbe, Qui euulſum habet lumbum, vel qui præ lumbi debilitate, ſeſe erigere non poteſt.

ELVO eluas, eluare, Eſt gulæ inſeruire, ſeu luxurioſe infundere, Gourmander, Cic. pro Sextio, Quid tu meo periculo gurges, ac vorago patrimonij eluabare? Scribunt nonnulli Heluo.

ELVO eluis, elui, elutum, eluere, Lauare, lauando purgare. Nettoier auec de leaue: Lauer. Plaut. in Cap. 13.77, Iubẽ, an non iubes aſtitui aulas? patinas elui? Idem in Aulul. 8.3, Vaſcula intus pure, propera, atque elue. Idem in Pœnulo, 4.11, Et binæ vna ſingulis quæ datæ nobis ancillæ, Eæ nos lauando, eluendóque operam dederunt. Idem in Pſeud. 4.29, Tu argẽtum eluito, atque id extruito. Torche ceſte vaiſſelle. Columella lib. 1, Quod etiam venenati liquoris eluit perniciem. Idem, Villica debet curam adhibere, vt ſi quæ fæces, aut amurcæ in fundis vaſorum ſubſederint, ſemel ſtatim emundentur, & non calidiſſima lixiuia, ne vaſa ceram remittant, ſemel atque iterum eluantur.

Eluere maculã. Plaut. in Pœnulo, 3.71, Ineſt amoris macula huic homini in pectore, ſine dãno magno quæ elui neutiquam poteſt.

Eluuies eluuiei, f.g. proprie dicitur quod expurgatur, præſertim aquarum fluxu: quamuis & alterius humoris dici poſſit. Immundities, Boues & ordures que leaue emmeine. Plin. Quod in tutis notatur oppidis, quæ minus quatiuntur crebris ad eluuiem cuniculis cauata.

Eluuio eluuionis, Idem. Per tranſlationem dixit Cicero, in oratione pro domo ſua: Tu ad labem atque eluuionem ciuitatis ſine ſumma vi peruenire potuiſti.

ELVRVS elúri, m.g. Animal Græcis dictum quod Latinis felis. Vng chat. Gellius. lib. 19, Elurorum quoque oculi ad eaſdem vices lunæ maiores fiunt, aut minores.

ELVSCO eluſcas, eluſcare, Eſt luſcum facere. Apud iuriſconſ. Titulo ad Legem Aquiliam ſcribitur, Aquilia eum teneri, qui eluſcauerit diſcipulum in diſciplina.

EMACIO emacias, emaciare, Valde maciare, Faire fort maigre. Columella lib. 5, At certe in ordinarijs vitibus vtique obtinendum eſt vt pluribus flagellis emaciẽtur, niſi ſi futuris propaginibus proſpiciemus.

Emaciatus emaciata emaciatũ, Qui eſt faict fort maigre. Columella lib. 2, de medica herba, Deinde quater, interdum etiam ſexies demetitur, quod agrum ſtercorat, quod omne emaciatũ ex ea pingueſcit, ægrotanti pecori remedium, quòd iugerum eius toto anno tribus equis abunde ſufficit.

EMANCIPO, emancipas, emancipare: Eſt manumittere & liberare: Mettre ſon filz en liberté, quil ne ſoit plus ſubiect. Cic. pro domo ſua ad põtif. Quæ maior calumnia eſt, quàm venire imberbem adoleſcentulum, bene valentem ac meritum dicere filium, ſenatorem Pop. Romani ſibi velle adoptare: id autem ſcire & videre omnes, non vt ille filius inſtituatur, ſed vt è patritijs exeat, vt tribunuſpleb. fieri poſſit, idcirco adoptari? neque id obſcure: nam adoptatum emancipari ſtatim, ne ſit eius filius qui adoptarit. Plin. epiſt. 67, Regulus filium amiſit: hoc vno malo indignus quòd neſcio an malũ putet. erat puer acris ingenij, ſed ambigui, qui tamen poſſet recta ſectari, ſi patrem non referret. hunc regulus emancipauit, vt hæres matris exiſteret.

Emancupo me tibi: Ie me ſoubmets a toy, Ie me mes en ta puiſſance. Plaut. in Bacchid. 1. 60, Nunc mulier tibi me emancupo, tuus ſum, tibi do operam.

Emancipare agrum, Eſt alienare, è mancipio, Id eſt, dominio & poſſeſſione ſua emittere, & alteri poſſidendũ tradere. Plin. in epiſt. lib. 7, Nam pro quingentis milibus nummûm, quæ in alimenta ingenuorum ingenuarúmque promiſeram, agrum ex meis longe pluris actori publico emancipaui: eundémque vectigali impoſito recepi. Plinius emancipare, non pro vendere poſuit, ſed pro alienare. cum enim vellet vectigal publice donare in alimenta puerorum, Id eſt, rentam conſtituere (vt verbis vulgi loquar) fundum ſuum imaginaria venditione reip. donauit, & ſubinde vectigalem recepit. Idem ad Traianum, epiſt. 121, Quia mater Romani liberalitatem ſeſtertij quadringenties, quod conferre ſe filio codicillis ad patrem tuum ſcriptis profeſſa fuerat, nondum ſatis legitime peregerat, quod poſtea fecit admonita à nobis. nam & fundos emancipauit, & cætera quæ in emancipatione implenda ſolent exigi, conſummauit. Suet. in Othone, Cuidam etiam de parte finium cum vicino litiganti adhibitus arbiter, totum agrum redemit, emancipauítque, Id eſt, ſuum iam factum mancipio tradidit illi.

Emancipatus, emancipata, emancipatum, Qui eſt baillé en la puiſſance dautrui. Ou aliené.

Emancipati (inquit Feſtus) duobus modis intelliguntur: aut ij qui ex patris iure exierunt, aut ij qui aliorum fiunt dominij: quorum vtrunque fit emancipatione.

Emancipatus, Id eſt, deditítius, Soubmis ſoub la puiſſance dautruy, & ſoubiect a luy. Cic. in Catil. Ita ſenectus nimis honeſta eſt, ſi ſeipſam defendit, ſi ius ſuum retinet, ſi nemini emancipata eſt, ſi vſque ad extremum ſpiritum dominatur in ſuos. Apuleius lib. 10, Et aſſumpto ſtatim nequiſſimo & ad omne facinus emancipato quodam dotali ſeruulo, perfidiæ ſuæ conſilia communicat.

EMANEO emanes, emanſi, emanſum, emanere, Extra manere, & eſt militum, diu extra caſtra vagantium.

Emanſor emanſoris, teſte Modeſtino, dicitur qui diu vagatus, ad caſtra regreditur.

EMANO emanas, emanare, Saillir hors. Columella lib. 5, Et ſale cum adipe defricatur dum ſaniei vis emanat.

Emanare in vulgus: Eſtre publié & ſemé par tout. Suet. in Nerone, cap. 6, Gratia quidem & potentia reuocatæ reſtitutæque matris vſque eò floruit, vt emanaret in vulgus, miſſos à Meſſalina vxore Claudij qui eum meridiantem quaſi Britannici æmulum ſtrangularent.

EMBAMMA embammatis, n. g. condimentum quod ad condienda obſonia fit. Columella, Hoc ſinapi ad embammata non ſolum idoneo, ſed etiam ſpecioſo vteris. ἐμβάπτειν enim intingere.

EMBATAE naues: Ce ſont comme barques a paſſer leaue, ou naſſelles. Plin. lib. 19, Quædam enim naues onerariæ, quædam (vt ipſi dicunt) embatæ ſunt. Quidã hoc loco emphatæ legunt: ſed melius embatæ legitur. Eſt autem vulgare verbum aut nauticum, quod ad hanc ſi-

gnificationē attinet, alioquí tamen græcum verbum in hoc ſignificatu apud ſcriptores nec Græcos nec Latinos repertum: à verbo ἐμβαίνω deductum, quod conſcendo nauem ſignificat. Quòd ſi epibatæ legatur, ſenſus non alius erit. Naues enim epibatæ, caſtrenſi, aut etiam nauali verbo dici poſſunt quæ vectoribus traijciendis aptæ ſunt. ἐπιβαίνω enim, conſcendo nauem ſignificat.

EMBLEMA emblematis. n.g. Vermiculatum opus ſignificat ex teſſellis inſititijs aptum atque conſertum. Inde illud Ciceronis in Bruto de M. Calidij oratione, Nullum niſi loco poſitum, & tanquam in vermiculato emblemate, vt ait Lucilius, ſtructum verbum videres. Et in oratore perfecto de collocatione verborum loquens, ex Lucilio, Quàm lepide lexeis compoſitæ, vt teſſerulæ omnes, Arte pauimēto atque emblemate vermiculato. Lexeis (inquit) id eſt, dictiones in oratione tam lepide compoſitæ quàm in pauimentis vermiculato opere factis teſſerulæ.

Emblema etiam in vaſis argenteis aureiſque & Corinthijs ornamenta erant apud antiquos exemptilia, cum libitum erat: cuiuſmodi ætas iſta non nouit, vt arbitror. Id autem ex M. Tullio intelligi facile poteſt in Verrem, Act. 5, in qua Verrem Siciliæ prætorē criminoſe refert Haluntinos vaſa omnia quæ tum apud Haluntium erant, in vnū aceruū conferre coegiſſe. Quo facto Verrem ex omnib⁹ vaſculis emblema, id eſt pretioſiſſimā partem reuelliſſe, ita vt Haluntini domum pura nudáque vaſa referrent, id eſt emblematis abſterſis, & toreumata id eſt, celaturæ, & emblemata apud Verrem remanerent, impudentiſſimo latrocinio. Propter quod factū Verrē per paronomaſiam verriculū appellat. Verba Ciceronis hæc ſunt, Vaſa autem ad Verrem deferuntur, Cibiratæ fratres vocantur, pauca improbant: quæ probarent, ijs cruſtæ aut emblemata detrahebātur. ſic Haluntini excuſſis delicijs cum argento puro domum reuertūtur. Quod vnquam iudices huiuſmodi euerriculū in illa prouincia fuit? Et paulò poſt, Tū illa ex thuribulis & patellis quæ vellerat, ita ſcite in aureis poculis illigabat, ita apte in ſcyphis aureis includebat, vt ea ad illam rem nata eſſe diceres. Plin. lib. 33. cap. 12, Vlyſſes & Diomedes erant in phialæ emblemate, Palladium furripientes.

Emblema, inſertum quid & inſitum ſignificat, iniunctúmque: ideo factum, vt emblemata pro ornatu temporario & exemptibili ponatur. Inde illud Fabij lib. 2. inſtitutionis oratoriæ, de locis communibus loquentis. Hoc (inquit) adeò manifeſtum eſt ad forenſeis actiones pertinere, vt quidam nec ignobiles in officijs ciuilibus ſcriptos eos, memoriæque diligentiſſime mandatos in promptu habuerint: vt quoties eſſet occaſio, extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur.

EMBOLIVM embolij, n.g. ἀπὸ τοῦ ἐμ, καὶ βάλλω, ab in & iaceo, quaſi argumētū & ingreſſus quidam ſcenicus, quale ſub Domitiano repræſentatum eſt, ſi Martiali credimus: Victam Paſiphaen Dictæo credite tauro Vidimus: accepit fabula priſca fidem. Vne entree de farce, qui ſe faiſoit par vne femme. Cic. Attico, Embolium nouū cogito. Idem pro Sextio, Ex te igitur Scaure potiſſimum quæro, qui ludos apparatiſſimos magnificētiſſimóſque feciſti, cur ille ipſe maxime ludius non ſolum ſpectator, ſed actor & achroma, qui omnia ſororis embolia nouit, qui in cœtu mulierū pro pſaltria adducitur, nec tuos ludos aſpexit, in illo ardenti tribunatu ſuo? nec vllos alios, niſi eos à quibus vix viuus effugit, vix ſe populus Romanus tenuit. &c.

EMBOLISMVS emboliſmi dicitur intercalatio. ἐμβόλιμος atque etiam ἐμβολιμαῖος, latine intercalaris & inſititius dicitur. Intercalare enim interſerere eſt, ſi Macrobio credimus: & menſis Februarius intercalaris ob hoc dicitur, quòd ei dies vnus interſeritur.

EMBRION embrionis, n.g. Imperfectus partus dicitur, Nuper genitus infans, vel crudus & indigeſtus, inquit Suidas.

EMEDVLLO emedullas, emedullare, Medullam extrahere. Plinius de Limonio, Item grauelentiam alarum emendat radicis emedullatæ vncia in vini falerni heminis tribus decoctа.

Emedullare, per tranſlationem, Declarare. Plautus, Narra iam rem nobis omnem, atque emedulla. Ex Perotto.

EMEM pro eundem, dicebant antiqui, teſte Feſto Pompeio.

EMENDICO emendicas, emendicare, More mēdicantium expetere: Belitrer. Suet. *in Cæſare*, In Hiſpania à proconſule & à ſocijs pecunias accepit emendicatas in auxilium æris alieni.

EMENDO emendas, emendare, Corrigere. Plin. epiſt. 116. b. lib. 6, Quis autem hic eſt, qui emendet publicos mores?

Emendare, Auferre, Oſter, Guarir, Plin. lib. 24, Succus hederæ, tedia narium, graueolẽtiá mque emendat, præcipue albæ ſatiuæ.

Emendator emendatoris, Corrector. Plin. in Paneg. 75, Caſtigauerunt vitia ſua ipſi, qui caſtigari merebantur: ijdémque emendatores, qui emendandi fuerunt.

EMENTIOR ementiris, ementiri: Aperte & publice oſtendere quod non eſt: Controuuer vne menterie: contrefaire. Plaut. in Amphit. 4. 257, Quæque dixiſti modo, omnia ementitus. Idem in Trinummo, 13. 141, Dormitator, prius quàm ego hic te iubeo multari probe. s. quamobrem? c. quia illũ quem ementitus es, ego ſum, ipſus Charmides, quem tibi epiſtolas dediſſe aiebas.

Ementiti terrores: Faulſes craintes, & contrefaites. Plin. epiſt. 106. e. lib. 6, Nec defuerunt qui fictis ementitiſque terroribus vera pericula augerent.

EMEREO, emeres, emerui, emeritum, emerere. Gaigner, meriter. Plaut. in Aulul. 26. 5, Quid ego emerui adoleſcens mali quam ob rem ita faceres, méque, meóſque perditum ires liberos?

Emereor emereris, Idem penè quod mereor, Manifeſte ſeu perfecte mereor, aut ſolutus, libérve ſum.

Emeritus miles: Vng gẽdarme caſſé aux gaiges, qui ne gaigne plus rien en guerre: qui a duré tant quil a peu en la guerre, iuſques a ſa vieilleſſe. Lucanus, Quæ rura dabuntur Emeritis. Plin. lib. 11. Nouiſſiméque feſſis, & iam emeritis inchoatæ.

Emerita arma: Id eſt, victritia, & finem bellis imponentia. Plin. in Paneg. 27, Cognouiſti per ſtipendia decem mores gentium, regionum ſitus, opportunitates locorũ, & diuerſam aquarum, cælique temperiem, vt patrios fontes, patriúmque ſydus ferre cõſueſti, quoties equos, quoties emerita arma mutaſti.

Emeritum ſtipendium, paſſiue, dicitur quod peractum eſt, quum iam milites miſſionem vt veterani impetrauerunt. Plaut. in Moſtell. 3. 34, Eatenus abeunt à fabris, vnum vbi emeritũ eſt ſtipendium. Liuius, lib. 9. belli Macedonici, Conſules cum tribunis egerunt, vti ad plæbem primo quoq; tempore ferrent, vti Ebutio emerita ſtipendia eſſent, ne inuit⁹ militaret. Quintil. Emeritis huic bello ſtipendijs.

Emeritum ſit, imperſonale. Plaut. in Bacchid. 1. 9. Hæc ita me orat, ſibi qui caueat aliquem vt reperiam hominem: iſthoc milite vt vbi emeritum ſibi ſit, ſe reuehat domum. Id eſt, vbi meritis militis ſatiſſecerit, nempe pecunijs datis. Quant elle aura acheué ſon tẽps quelle doibt eſtre auec le gendarme pour largent que il luy a baillé.

Emeritos boues, Virgilius per tranſlationem appellat.

Emeriti ſenes vocantur, qui ſolent habere alios qui pro ſe laborent: Ij dicuntur pro alio opus agere.

EMERGO emergis, emerſi, emerſum, emergere: Se mettre hors, ſe retirer de quelque lieu ou on eſtoit plongé. Liuius, lib. 1, Primum ex profunda emerſus palude.

Emergere ſeſe ex malis, Se retirer. Terent. in And. 3. 3. 31, Vxorem demus, ſpero conſuetudine & coniugio liberali deuictum Chreme, dehinc facile ex illis ſeſe emerſurũ malis. Idem in Adelphis, 3. 2. 4, Tot res repente circumuallant vnde emergi non poteſt. Idem in Eunucho, 3. 5. 7, Quid geſtiam, aut qui lætus ſim: quò pergam, vnde emergam, vbi ſiem veſtitum hunc nactus, quid mihi quæram, ſanus ſim ánne inſaniam.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat Res anguſta domi. Iuuenalis, Il ne leur eſt pas facile de ſe ſourdre & eſleuer.

EMETO emetis, emeſſui, emetere, Moiſſonner hors, ou fort moiſſonner. Horat in epiſt. Emetit orcus Grandia cum paruis non exorabilis auro.

EMICO emicas, emicui, & emicaui, emicatum, emicare: Extra ſplẽdere, effulgere: Reſplẽdir, Reluyre. Plautus, Ex oculis quaſi radij emicant ſolis.

Emicare, Extra ſalire, Erigere ſeſe & attollere. Plaut. in Aulul. 19. 4, Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram, atque in pectus emicare. Virgilius, Emicat Euryalus. Idem lib. 6. AEneid. Iuuenũ manus emicat ardens Littus in Heſperium.

EMIGRO emigras, emigrare, Sortir, Sen aller demourer en autre lieu, Se partir, changer de logis. Plaut. in Moſtell. 7. 42, Quia ſeptem menſes ſunt cum in haſce ædes pedem nemo in-

tro tetulit, ſemel vt emigrauimus. Ibidem, 13.15, Erras peruerſe pater. nam niſi hic hodie emigrauit, aut heri, certo ſcio hic habitare. Cæſar, Vt domo emigrent, aliud auxilium alias ſedes remotas à Germanis petant.

EMINEO emines, eminui, eminere: Apparoiſtre, Eſtre veu. quaſi extra alios, hoc eſt, præ alijs maneo. is enim eminere dicitur qui cæteris altior eſt. Plaut. in Capt. 9.5, Reſtitando, retinendóque laſſum reddiderunt, vix iam miſer ex gratulando eminebam. Ouid. Eminet ante oculos quod petis ecce tuos.

EMINVS, aduerbium, De loing. Cic. de ſenectute, 17, Nec enim excurſione, nec ſaltu, nec eminus haſtis, aut cominus gladijs vteretur.

Eminulus, eminula, eminulum, diminutiuum, parum eminẽs. Varro, Vt habeant inferiorẽ partem frequentibus pilis ſub criſpis cruribus: potius minoribus rectis genibus eminulis, diſtãtibus inter ſe. Idem de canibus, Spina neque eminula, neque curua.

EMINOR, eminaris, eminari, Menacer, Ou faire cõmãdemẽt en menaceant. Plaut. in Capt. 13.22, Moue abs te moram, atque Ergaſile age hanc rem. Eminor interminórque ne quis obſtiterit obuiam, niſi quis ſat diu vixiſſe ſeſe homo arbitrabitur.

Eminatio eminationis, f. g. Menace. Plaut. in Capt. 13.30, Meus eſt baliſta pugnus, cubitus cata pulta eſt mihi, humerus aries: tum genu vt quenque icero, ad terram dabo. dentilegos omnes mortales faciam quenque offendero. A E. Quæ illæc eminatio eſt? nam nequeo mirari ſatis.

EMITTO emittis, emiſi, emiſſum, emittere, Mettre hors. Plaut. in Perſa, 9.16, Abi, atque caueſis à cornu. T. quid iam? S A. quia boues bini hic ſunt in crumena. T. emitte ſodes, ne enicet fames inire paſtum.

Emittere vocẽ: Seſcrier, ou parler. Plin. epiſt. 139. b, Poſtremo nullam vocem cedentem periculo emiſit.

Emittere oculos: Ietter les yeux de coſté & dautre. Plaut. in Merc. 17.16, Gradus grandit, emittit oculos, circunfert ſe, obſtipat verticem.

Emittere aliquem manu, Mettre en libertè. Plau. in Aul. 27.16, Volo me emitti manu. L. egóne te emittam manu, ſcelerum cumulatiſſime? Idem in Capt. Nõ erit tam auarus quin te gratis emittat manu. Idem in Moſtell. 13.17, Ain' mnis triginta amicam deſtinatã Philolachen. D. aio. T E. atque eam emiſiſſe manu? D. aio.

Emiſſarius, emiſſarij, Qui paratus eſt inuehi in aliquem: Calumniator & vexator, ſummiſſus & ſubornatus ab inimicis. Cic. Mario, Perſuaſerátque nõnullis inuidis meis in me emiſſariũ ſemper fore.

Emiſſarius, vt Aſconius docet, furtorũ conciliator, atq; internuntius, quæ à magiſtratibus, vel dominis committũtur. Cic. in Verrem, act. v, Dubitaturum quenquam exiſtimas qui illis emiſſarijs hæc tibi omnis pecunia quæſita ſit. Ibidem, Neuius Turpio quidam iſtius excurſor, emiſſarius homo omnium ex illo conuentu deterrimus.

Emiſſarius equus, aries, & huiuſmodi, qui emiſſus ſit in ſolitudinem, vel qui ad generandam ſobolem emittitur. Plaut. in Milite, 15.19, Abi ſis hinc: nam tu quidem æque fuiſti ſcitus emiſſarius, qui conſectare, qui mares quæ fœminæ.

Emiſſarium palmitem appellat Plinius, qui emiſſus ex deputatione infertur imis ſcamnis, vt per ſingulos annos ad ſuperiora ſcandat. Vng ietton. Sic enim lib. 17. ſcribit, Relicto ſemper duramento in ſingulis tabulatis, & emiſſario vno qui ſubeat vſquequo placuerit.

Emiſſarium, emiſſarij, Locus per quem aqua è lacu aut ſtagno emittitur. Suet. in Claud. Cæſ. Opera magna potius quàm neceſſaria, quàm multa perfecit, ſed vel præcipua, aquæ ductum à Caio inchoatum: item emiſſarium Tucini lacus, portúmque Hoſtienſem.

Emiſſitius, emiſſitia, emiſſitium, Qui eſt enuoyè pour guetter.

Emiſſitij oculi, Qui regardent ca & la, de coſté & dautre. Plaut. in Aulul. 4.2, Exi inquam, age exi, exeundum hercle tibi hinc eſt foras circunſpectatrix cum oculis emiſſitijs.

EMMANVEL, Hebræa vox, nobiſcum deus interpretatur.

EMO emis, emi, emptum, emere, Acheter.

Emere argento. Plaut. in Aſin. 12.83, Redime iſthoc beneficio te ab hoc, & tibi eme hunc iſto argento.

Emere de. Plaut. in Curcul. 7.64, Dico me nouiſſe. quid lenonẽ Cappadocem? annuo viſitaſſe. ſed quid eum vis? quia de illo emi virginẽ triginta mnis. Idem in Cap. 2.34, Emit hoſce de præda ambos de quæſtoribus.

Emit has ædeis in ægritudine. Il eſt marri dauoir achetté ceſte maiſon. Plaut. in Moſtell. 10.24, Ha, caue ne illi obiectes nunc in ægritudine te has emiſſe, non tu vides hunc vultu triſti vt eſt ſenex?

Emere bona fide: Acheter en bon eſcient, ſans ſe faindre. Plaut. in Moſtell. 8.151, De vicino hoc proximo tuus emit ædeis filius. T. bona fide? TR. ſi quidem es argētum redditurus, tum bona: ſi redditurus non es: non emit bona.

Emere aliquē dicto audiētem: Acheter aucun pour faire ce que on luy dict. Plaut. in Menæh. 9.83, Dicto me emit audientem, haud imperatorem ſibi.

Emere talento inimicū: Se faire ēnemy daucū par luy auoir preſté. Plau. in Trinūmo, 14.48, Nam ego talentum mutuum quod dederam, talento inimicū mihi emi, amicum vendidi.

Emere litigium. Plaut. in Amphit. 14.44, Noui te hominem moleſtum, quive emas litigium. Qui ne demande que noiſe.

Emere ſalubriter. Plin. epi. 24, Rogo cures quanti æquū eſt emat. ita enim delectabit emiſſe, ego tibi debiturus, ſi prædiolum iſtud quod commendatur iſtis dotibus tam ſalubriter emerit vt pœnitentiæ locum non relinquat.

Emere ſpem pretio. Terent. in Adelphis, 2.2.11, Ego ſpem pretio non emo.

Emere tanti. Cic. lib. 3. off. Emit homo cubitos tanti quanti Pythius voluit.

Emptito emptitas, emptitare, Frequenter, emere, vel frequenter mercādi ſeu acquirendi vſum habere. Plin. lib. 33. Alios corijs, alios ferro, captiuiſque rebus emptitaſſe tradit.

Empſitare nonnulli legunt apud Plautum in Caſina, 7.40, Non ego iſtud verbum empſitem tiuilitio.

Emptio emptionis, f.g, Achept. Cic. Attico, lib. 16. Sed tamē ne nihil de re: nomen illud quod à Cæſare tres habet conditiones, aut emptionem ab haſta perdere malo.

Emptitius emptitia emptitium, Quod emptum eſt, Choſe achetee. Varro lib. 3. de re ruſtica, Hic aprum glans cum paſcit emptitia facit pinguem, illic gratuita exilem.

Emax emacis, omnis gen. Qui achette voulētiers, Qui achette en abondance.

Emacitas emacitatis, Facilitas & inclinatio voluntaria emendi. Columella lib. 5, Quoſdam emacitas in armentis, quoſdam exercet in cōparandis mancipijs cura: de tuendis nulla cura tāgit.

EMOLLIO emollis, emolliui, emollitum, emollire, Fort amollir. Plinius, Quæcunque emolliri opus ſit, anſerino adipe curantur.

EMOLVMENTVM emolumenti, n.g, Vtilitas quā ex opera & labore aſſequimur. Prouſit. Plaut. in Trinummo, 10.67, Et ſi ſine dote duxeris, tibi ſit emolumentum honoris, mihi quod obiectent ſiet. Cic. lib. 3. off. Si ſic erimus affecti, vt propter ſuum quiſque emolumentum ſpoliet aut violet alterum, dirumpi neceſſe eſt eam quæ maxime ſecundum naturam humani generis eſt, ſocietatem.

EMONEO emones, emonui, emonitum, emonere, Admonneſter aucun. Plaut. in Aſin. 14.17, Cum ſuo ſibi gnato vnà ad amicam de die hunc potitare, illam expilare, iam emone.

EMORIOR emoriris, vel emoreris, emori. Mourir. Plaut. in Menæh. 2.34, Paucis diebus pòſt Tarēti emortuꝰ eſt. Idem in Pœnulo, 14.18, Nam id quidē eſt illi meditatus, verba facit emortuo. Idem in Aſin. 14.1, Emori me malim quàm hæc non eius vxori indicē. Terent. in Eunucho, 3.1.42, Riſu omnes qui aderant, emoriri. Idem in Heaut. 5.2.18. Diſperij, ſceleſtus quantas turbas conciui inſciens? C L, Emori cupio. C H. prius quæſo diſce quid ſit viuere: vbi ſcies, ſi diſplicebit vita, tunc iſthoc vtitor.

Emortuū auxilium ad rem. Plaut. in Epid. 3.14. Quid igitur te mihi eſſe retulit ibeneficum oratione, ſi ad rem auxilium emortuum eſt?

Emortualis & hoc emortuale. vt, emortualis dies, in quo quis mortuꝰ eſt: ſicut natalis, in quo natus. Plaut. in Pſeu. 20.127, Certum eſt mihi hunc emortualem facere ex natali die.

EMOVEO emoues, emoui, emotum, emouere. Oſter quelque choſe de quelque lieu. Plaut. in Trucul. 3.44. Nam mihi hæc meretrix quæ hic habet, Phroneſium ſuum nomen, omnē ex pectore emouit meo phroneſim.

EMPLASTRVM, emplaſtri, n.g. Latine fictum vel formatum: Quod ex diuerſis rebus confingi & formari conſueuit, quod nunc vulgo vnguentū dicitur. Vng ongnement. Id verò quod vulgo emplaſtrum, Vne emplaſtre, dicitur, à doctis cataplaſma vocatur.

Emplaſtrum in arboribus quomodo fiat, & quid ſit, Vide Plinium. lib. 17. cap. 16.

Emplaſtratio emplaſtrationis, f.g. in arboribus dicitur cum cortex eximitur inoculationis gratia, vt aptari queat cortex par ex altera arbore. Columella. lib. 3. Tertium cum gemmam cum

exiguo cortice in partẽ ſui delibratam recipit: quam vocant agricolæ emplaſtrationẽ. Idem lib. 6, Tertium genus quo ipſas gemmas cum exiguo cortice, in partem ſui delibratã recipit: quam vocant agricolæ emplaſtrationem.

Emplaſtraturus, dicit Columella, cum ait, Delibrato item alteram arborem quam emplaſtraturus es.

EMPORIVM emporij, Locus mercatus, vng marché, vne foire, Vbi res vænales exponuntur. ab ἐμπορέω, lucror, negotior. Plaut. in Amphit. 13.4, Apud emporiũ, atque in macello, in palæſtra atque in foro.

EMVLGEO, emulges, emulſi, vel emulxi, emulſum, vel emulctum, emulgere, Tirer du laict dune mamelle. Columella lib. 8, Sed priuſquam hoc fiat, exiguum emulgendum eſt.

EMVNGO emungis, emunxi, emunctum, emungere, Moucher.

Emungere alicui oculos, Luy oſter les yeulx de la teſte. Plaut. in Caſina, 8.38, At tu vt oculos emungare ex capite per naſum tuos.

Emungere aliquem, Deſpoliare, Luy oſter, rauir, piller ce quil ha, ſoit argent, ou autre choſe. Plaut. in Epid. 10.58, Euge frugi Epidice, frugi es: bene pugnaſti, homo es, qui me emũxiſti mucidum minimi pretij. Idem in Bacchid. 15.52, Emungam hercle hominẽ probe hodie, ne id nequicquam dixerit. Ibidẽ, 22.15, Emũctus ſum auro. Terẽt. in Phor. 4.4.1, Geta. G. hem. A. quid egiſti? G. emunxi argento ſenes.

Emunctæ naris homo, Id eſt, facetus & elegans: apud Horatium, de Lucilio.

EMVTIO emutis, emutiui, emutitum, emutire, Grongner: tanquam mutus ſignum facere, vel ſtrepitum. Plaut. in Merc. 22.55, Quin ego videam facis? E. faciam. C. longinquum amanti iſthuc. E. etiam emutis? omnia commonſtrabo.

E N

EN aduerbium demonſtrantis. Nominatiuo, aliquando accuſatiuo iungitur. Terent. in Hecyra, 1.1.6, Quàm ſancte, vt quiuis facile poſſet credere, nunquam illa viua ducturũ vxorem domum. en duxit. Virg. En priamus. ſunt hic etiam ſua præmia laudi.

Accuſatiuo. Plaut. in Amphit. 15.54. En tectum, en tegulas, en obductas fores, en ludificatum herum.

En, inquit Donatus, vim habet indignationis poſt enarratã iniuriam. Terent. in Phor. 2.31, En vnquam cuiquam contumelioſius audiſtis factam iniuriam, quàm hæc eſt mihi?

En, vt. Plaut. in Bacchid. 12.7, Recede hinc dierecte. en vt pultat propudium.

ENARGIA enargiæ, Id eſt, euidẽtia, & rerũ repræſentatio, &, vt Cicero inquit, illuſtratio. Quintil. Itaque enargia, cuius in præceptis narrationis feci mentionem, inter ornamẽta ponamus: cuius virtus, eſt res de quibus loquimur, clare, atque vt cerni poſſint, enuntiare. Corrupte legitur in quibuſdam exemplaribus, hoc loco, energia per e: quẽadmodũ & apud Ciceronem in Academicis quæſtionibus, Eóſque qui perſuadere vellent, aliquid eſſe quod comprehẽdi & percipi poſſet, inſciẽter facere dicebant, præterea quòd nihil eſſet clarius enargia, vt Græci appellant, perſpicuitatem aut euidentiam nominemus.

ENARRO enarras, enarrare, Raconter quelque choſe tout au long. Terent. in Adelphis. 3.3.11, Omnem rem modo ſeni quo pacto ſe haberet, enarrauimus ordine.

ENATO enatas, enatare, Extra natare.

ENCAVSTICE encauſtices. f. g. Genus picturæ, quod adhibito igni fingitur: Apuleius, Encauſticen oppido exercens, ſe & duos filios ſuſtentabat.

Encauſtes encauſtæ, Qui ita pingit. Victruuius, Quod facere ab encauſte didicerat.

Encauſtus, encauſta, encauſtum, Opus ita pictũ. Martialis, Encauſtus Phaeton tabula tibi picta in hac eſt: Quid tibi vis dipyrum qui Phaeontha facis?

Encauſtum encauſti, n. g. Materia inuſta ad picturam apta. Plin. Figulinũ opus encauſto pingit.

Encauſticus encauſtica, encauſticum. Encauſtica pictura. Plin. lib. 35. cap. 11, Sed aliquanto vetuſtiores encauſticæ picturæ extitere. Et paulopoſt, Quod profecto non feciſſet, niſi encauſtica inuenta.

ENCHIMIBOMATA, Veſtes ſunt puellares. Cato, Vt puellæ habent potius in veſtitu chlamydas, enchimibomata & paruacidas, quàm togas. Nonius Marcellꝰ legit encomboma-ta: & Varronis verba iſta eſſe dicit. Perottus encimibota ſcribit.

ENCHIRIDION enchiridij, n. g. Genus libelli parui, quod manuale nonnulli dicunt. Dictum quaſi promptuarium, & quod ad manum ſemper haberi debeat, ceu in enſe capulus.

Enchiridion vocari partem illam remi, quam nautæ manu comprehendũt, Iulius Pollux tradit.

ENCYCLIOS, Orbis doctrinarum omniũ. Victruuius lib. v, Gratias agit parẽtibus, quòd ſe erudiendum curauerint encyclio doctrinarum omnium diſciplina. Seneca quoque encycli as liberales artes appellari à Græcis teſtatur.

ENDELECHIA, vt Cicero lib. 1. Tuſcul. ſignificat continuationem & perpetem quẽdam actum ſiue motionem, qualis in anima cognoſcitur.

ENDROMIS endromidis, f. g. genus veſtis erat hirſutæ & villi longioris, quo in balneis præcipue ac gymnaſijs vtebantur. mittebantur ex Gallia. Iuuenalis, Endromidas Tyrias, & fœmineũ ceroma. Martialis, Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam, Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet, Sordida ſed gelido nõ aſpernanda Decembri Dona, peregrinam mittimus endromida. Idem, Pauperis eſt munus, ſed non eſt pauperis vſus: Hanc tibi pro togula mittimus endromida.

Endromis dicitur etiam, quòd ἐν δρόμῳ, hoc eſt, in curſu ea vtebantur. Mart. Siue leui curſu vincere quæris Atla, Ridebis ventos hoc munere tectus & imbres. Quidam hãc balnearem veſtem appellant, quòd ea in balneis vterentur.

ENECO enecas, enecui, enectũ, vel enecaui, enecatũ, enecare, Suffocare, Suffoquer, tuer entre ſes mains. Plau. in Amphi. Puer ambos angues enecat. Horat. lib. 1. epiſt. Spem mẽtita ſeges, bos eſt enectus arando. Plau. in Perſa, 2.50, Obſecro te, reſecróque operã da hãc mihi fidelẽ. s. ah, tu nunc odio me enecas. Liuius, Fame, frigore, ſquallore enecti, contuſi, ac debilitati.

ENERGIA, enérgiæ latine dicitur efficacia, & operatio.

ENERVO eneruas, eneruare. Sine neruis facere, Debilitare, Rompre les ners a aucun. Cic. de ſenect. 28, Sed tamen, vt vos videtis, non planè me eneruauit, non afflixit ſenectus.

Eneruus enerua eneruũ, &, hic & hæc eneruis, & hoc enerue, Qui eſt ſans force. Plin. in Paneg. 53, Viſum eſt ſpectaculum inde non enerue, nec fluxum, nec quod animos virorum molliret & frangeret. Apul. lib. 1. Aſin. Puer in mollitiem decorus inſurgit: inque flexibus tortuoſis eneruam & exoſſam ſaltationem explicat.

ENIM cauſſalis coniunctio. Suet. Par enim vtriuſque arrogantia fuit. Certainement.

Exin copulatiua aliquando coniunctio. Cic. de ſenect. 29, Nec enim vnquam ſum aſſenſus illi veteri laudatóque prouerbio, quod monet mature fieri ſenem, ſi diu velis eſſe ſenex.

Enim affirmatiua, in primo loco poſita. Plaut. in Milite, 14.27, Enim cognoui nũc, feciſti modo mihi ex procliuo parem. Idem in Caſina, 22.13, Enim iam magis, iam appropero magis, iã lubet in Caſinam irruere. Idem in Trinũmo, 17.10, Enim me nominat. Idem in Perſa, 6.56, Enim nõ ibis viciſſim niſi ſcio. Terent. Enim non ſinam.

At enim. Terẽ. in Eunucho, 2.3.80, At enim iſthæc in me cudetur faba. Ibidem, 4.6.13, At enim caue ne prius quàm hanc à me accipias, amittas Chreme.

Enim certe. Cic. de ſenect. 67, Moriendum enim certe eſt, & id incertum an eo ipſo die.

Certe enim. Terent. in And. 3.2.23, Quaſi tu dicas factum id conſilio meo. S. certe enim ſcio. D. non ſatis me pernoſti etiam qualis ſim Simo.

Nihil enim. Plaut. in Moſtell. 8.23, Quid tu tecum? T R. nihil enim. Terent. in Adelphis, 4.5.22, Quid iſtas cenſes? nihil enim commenta mater eſt.

Verum enim. Terẽt. in Adelphis, 2.1.47, Verum enim quando bene promeruit, fiet, ſuum ius poſtulat. Idem in Eunucho, 4.6.4, Verba dum ſint.

Verum ſi ad rem conferentur, vapulabit.

Imò enim. Terent. in And. 5.1.4, Imò enim quàm maxime abs te poſtulo atque oro Chreme, vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.

Enimuero: Id eſt, certe. in principio poſitum. Plaut. in Capt. 2.22, Enimuero di nos quaſi pilas homines habẽt. Idem in Ciſtell. 5.43, Enimuero ita Iuppiter, itáque me Iuno & Iouis ſupremi filia, quod dicam neſcio: iam ſcio. Idem in Trinummo, 13.113, Enimuero ego nunc ſycophantæ huic ſycophantari volo, ſi poſſum hunc illis mille nummis Philippeis circunducere. Idem in Merc. 15.38, Nimium negotij repperi: enimuerò hæreo. Idem in Perſa, 10.21, Enimuero odioſa es. Terẽt. in Heaut. 5.5.1, Enimuero, Chremes nimis grauiter cruciat adoleſcẽtulum, ninúſque inhumane. Idem in And. 5.2.7, Bene ſanè: id enimuero hic nunc abeſt. Idem in Heaut. 2.3.79, Enimuero reticere nequeo, multis modis iniurius Clitipho eſt. Idem in Phorm. 5.8.92, Itane agitis? enimuero voce eſt opus. Idem in And. 1.1.65, Enimuero ſpectatum ſatis putabam.

Enimuero, poſtpoſitum, Nego enimuero. Plaut. in Amphit. 8.125, Tum te abijſſe hinc negas? AM. nego enimuero: & me aduenire nunc primum aio ad te domum.

Aio enimuero. Plaut. in Perſa, 6.3, Aín verò verbereum caput? P. aio enimuero.

Imò enimuero. Terent. in Eunucho, 2.3.37, Dum ſequor hanc, ſit mihi obuiam. P. incõmode hercle. CH. imò enimuero infeliciter.

Nunc enimuero. Plaut. in Capt. II. 2, Quò illum nunc hominem foras proripuiſſe ſe dicã ex ædibus? T. nunc enimuero occidi: eunt ad te hoſtes Tyndare.

ENITEO enites, enitui, enitere, Eſtre poli, net, reluire de netteté.

Enitere, Celebrem eſſe, Eſtre renommé, auoir bruit, Reſplendir, Eſtre vng homme dapparãce. Plin. in Paneg. 7, Enituit aliquis in bello, ſed obſoleuit in pace: alium toga, ſed non & arma honeſtarunt. Cic. lib. 4, ad Herennium, Nunc hoc ſigni eſt, ipſos artis ſcriptores non putaſſe vnũ potuiſſe in omnibus elocutionis partibus enitere. Gellius lib. 12, Præ cæteris omnib⁹ enituit, & præfulſit, decori, honeſti dignitas. Tibullus, Et quãtũ faciles enituere deæ.

Eniteſco eniteſcis, eniteſcere. Salluſt. Poſtremo Cæſar bellũ exoptabat vbi virt⁹ eniteſcere poſſet.

ENITOR, eniteris, eniſus & enixus, eniti, Sefforcer & mettre peine de faire quelque choſe. Terent. in And. 3.4.17, Corrigere mihi gnatum porrò enitere. Idem in Heaut. 5.4.15, Ego quod potero, enitar ſedulo. Cicero, de amicitia, 52, Non eſt igitur amici, talem eſſe in eum qualis ille in ſe eſt: ſed potius debet eniti & efficere vt amici iacentem animum excitet, induc̃atque in ſpem, cogitationémque meliorem. Salluſt. in Iugurtha, Ab adoleſcentia ita ſe enixũ vt ab optimo quoq; probaretur. Columella lib. 2, Sed nec in media parte verſuræ cõſiſtat, dẽtq; requiẽ: in ſumma, vt ſpe ceſſandi totũ ſpatiũ bos agilius enitatur. Id eſt, exaret, perficiat.

Eniti, Párere, Enfanter. Plau. in Amphit. Geminos Alcumena enititur. Varro lib. 3. de re ruſtica, Faciendúmque ſepta ſecreta ab alijs, quo enitentes ſecludere poſſis. Plin. epiſt. 86. lib. 4, Triſtem & acerbum caſum Heluidiarũ ſororũ, vtraque à partu, vtraq; filiã enixa deceſſit.

Enixæ dicũtur fœminæ nitẽdi, hoc eſt conãdi & dolẽdi labore perfunctæ nixis, quæ religionũ genera parientibus præſunt. Sed elegãtior intellectus, vt ex hoc dictæ eſſe credãtur enixæ, quòd vinculis quibuſdã periculi, quibus implicarentur, fuerint exolutæ. Hæc Nonius. Idem alio loco, Enixa, partu leuata dicitur. Vne femme releuee denfant. Virg. AEneid. 3, Triginta capitum fœtus enixa iacebit. Idem alio loco, Enixas non in partu ſolum poſſumus dicere, ſed etiã omni labore exercitas, authore Virgilio AEneid. lib. 3, Stirpis Achillææ faſtus, iuuenémque ſuperbum Seruitio aſſueti tulimus.

Enixe, aduerbium, De tout ſon pouoir. Plaut. in Trinummo, 10. 27, Atque ego agrum iſtum tibi relinqui ob eã rem enixe expeto, vt tibi ſit qui te corrigere poſſis, ne omnino inopiã ciues obiectare poſſint tibi, quos tu inimicos habes.

Enixim pro enixe. Siſenna lib. 4. hiſtor. Ego illos malos & audaces ſemper enixim contra fortunas atque honores huius ordinis omnia feciſſe ac dixiſſe cenſeo.

ENO enas, enare, Nager hors, ſortir de leaue. Plaut. in Rud. 4.81. At in vado eſt, iã facile enatabit: euge pax. Virg. Inſuetum per iter gelidas enauit ad arctos.

ENODO enodas, enodare, Deſnouer. Nodis exoluere, ſcribit Nonius.

Enodare, vt inquit Nonius, explicare eſt, Expliquer, declarer, expoſer quelque choſe. Accius Euryſace, Tu autẽ quod quæro enoda, & qui ſis explica. Idem Alphesiboea, Quid tam obſcuri dicunt? eſt támne inenodabile? Ennius Thelepho, Verùm quorum liberi leto dati ſunt in bello, nõ lubenter hæc enodari audiunt. Turpilius Demetrio, Ab initio vt res ſit geſta enoda mihi. Pacuuius Peribœa, Gnato ordinẽ omnem, vt dederit, enodat patri. Cic. de fin. bon. & mal. lib. v, Hæc igitur nobis explicanda ſint: ſed ſi enodatius, vos ignoſcetis eius ætati. Varro de vita populi Rom. lib. 1, Neque ita ſingulis rebus diutius moremur, vt dixi, atque enodare ſubtilius velimus.

Enodare, ſine nodis, qui in arboribus ſunt, facere, Oſter le neuds des arbres. Columella lib. 6, Quæ vlmus appoſitione vnde prouenerint leuiſſimæ virgæ debent enodari.

Enodis & hoc enode, Qui eſt ſans neud, Qui eſt cler & manifeſte. Plin. epiſt. 112. a. lib. v, Recitabat κατασκεύσμα eruditam ſanè, Luculentámque materiam (ſcriptæ legis erat) fluentibus & teneris & enodibus, ſublimibus etiam, vt popoſcit locus.

ENORMIS & hoc enorme, Magnũ, ſine menſura, Qui eſt grand, ſans meſure, Qui paſſe meſure. Plin. epiſt. 203. b. Omnis enim aduertit quod eminet & extat: ſed acri intentione diſtu dicandum eſt, immodicum ſit, an grande, altum, an enorme, atque vt Homerum potiſſimum attingam, quem tandem alterutram partem poteſt fugere.

ENOTESCO enoteſcis, enotui, enoteſcere, Notũ fieri, Venir a eſtre cõgneu. Plin. epiſt. 34, Enotuerũt quídam tui verſus, & inuito te clauſtra tua refregerunt: hos niſi retrahes in corpus quandoque, vt errones, aliquem cuius dicantur, inuenient. Suet. in Othone, cap. 3, Quare

diducto matrimonio, ſepoſitus eſt per cauſſam legationis in Luſitaniã, & ſatis viſum, ne pœna acrior, mimum omnem diuulgaret, qui tamen ſic quoque hoc diſticho enituit, Cur Otho mẽtito ſit quæritis exul honore? Vxoris mœchus cœperat eſſe ſuæ. Ibidẽ, cap. 10, Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis tertiæ decimæ legionis tribunus, Auguſti clauius: is mox referre crebro ſolebat rem vſque adeò enotuiſſe, Othonem etiam priuatum vſque adeò deteſtatũ ciuilia bella, vt memorante quodam inter epulas de Caſſij Brutíque exitu, cohorruerit.

ENSIS huius enſis, m. g. Eſpee ou couſteau de guerre. Virg. Et curuæ rigidum falces conflãtur in enſem.

Enſiculus enſiculi, diminutiuũ. Plaut. in Rud. 24. 114, Dice dũ, in eo enſiculo literarũ quid eſt?

ENVCLEO enucleas, enucleare, Cerner des nois, Aperire, & nucleum extrahere. Enucleare, per tranſlationem, declarare, & explanare, Expoſer & declarer quelque choſe.

Enucleate, aduerbium, Clerement. Nonius, Enucleate dicitur purgate, exquiſite, & ſine aſperitate aut duritia: ab eo quod nucibus ſeparatis, id eſt, tectis nucleorum, vtilis vſus habeatur. Cic. de Oratore, modo id elegãter, enucleatéque faciat, eum ſolũ Attice dicere. Idem in Tuſcul. quæſt. lib. 4, Habes ea quæ de perturbationibus enucleate diſputent.

ENVMERO enumeras, enumerare, Cõpter, Calculer, Faire compte. Terent. in Adelphis, 2. 2. 28, Iámne enumeraſti quod ad te rediturum putes?

EO

EO, ablatiuus caſus huius pronominis is ea id, aliquando accipitur pro tanto: interdum aduerbialiter capitur, ſignificátque ad eum locum.

Eò, pro intantum, interprete Donato. Terent. in Phor. 1. 3. 6, Rogitas, qui tã audacis facinoris mihi conſcius ſcís? quod vtinam ne Phormioni id ſuadere in mentem incidiſſet, neu me cupidum eò compuliſſet, quod mihi principium eſt mali.

Eò, Propterea, Pource. Terent. in Hecyra, 2. 1. 41, Quid ais? non ſigni ſat eſt quòd heri nemo volui viſentẽ te ad eã intromittere? s. enim laſſam oppidò tum aiebant: eò ad eã nõ admiſſa ſum. Idem in Eunucho, 4. 4. 17, Ita viſus eſt dudum, quia varia veſte exornatus fuit: eò tibi videtur fœdus quia illã nõ habet. Plau. in Trucul. 3. 50, Is nũc dicitur vẽturus peregre, eò nũc cõmenta eſt dolum, peperiſſe ſimulat ſeſe vt me extrudat foras. Idem in Capt. 13. 68, Neſcio quem ad portum nactus vbi cœnes, eo faſtidis.

Eò vt. Cic. Tironi, Neque nunc muto, ſi tu in eadem es ſententia, Macionem ad te eò miſi, vt aut tecum ad me quamprimum veniret: aut ſi tu morarere, ſtatim ad me rediret.

Nõ eò quin. Plau. in Aſin. 1. 5. 16, Ea res me male habet: ac nõ eo quin tibi nõ cupiã quæ velis.

Eò dico, ne. Plaut. in Aulul. 7. 63, Eo dico, ne me theſaurum reperiſſe cenſeas.

Non eò dico quin. Plaut. in Trinũmo, 6. 59, De mendico male meretur qui ei dat quod edat aut quod bibat. nam & illud quod dat perdit, & illi producit vitam ad miſeriam. non eo hoc dico, quin quæ tu vis ego velim, & faciam lubens.

Nõ eo dico quod. Terent. in Heaut. 3. 2. 43, Spero hercle ego quoque, neque eo nũc dico quòd quidquam illum ſenſerim: ſed ſi quid, nequid: quæ ſit eius ætas vides.

Eo fit quia. Terent. in Heaut. 3. 1. 95, Itáne comparatam eſſe hominum naturam omnium, aliena melius vt videant & iudicent, quàm ſua? an eò fit, quia in re noſtra aut gaudio ſumus præpediti nimio, aut ægritudine?

Eò cariora, Dautant plus chiers. Plau. in Aulul. 13. 6, Venio ad macellum, rogito piſces, indicant caros, agninam caram bubulam, vitulinam, cetum, porcinã: cara omnia: atque eo fuerunt cariora, æs non erat. Idem in Pœnulo, 14. 61, Quid ergo dubitas quin libẽter tuo hero meus herus quid poſſiet facere, faciat merito eius male? tu autẽ ſi quid tu adiuuas, eo facilius facere poteſt.

Eò, abſolute poſitum, Aut plus eò. Terent. in Hecyra, 3. 4. 7, Nam alias vt omittam miſerias, vnã hanc vide: dies triginta aut plus eo in naui fui. Idem in Heaut. 1. 1. 11, Quid vis tibi? aut quid quæris? annos ſexaginta natus es, aut plus eo, vt conijcio. Ou dauantage. Ou plus que ie ne dis.

Eo, ad eum locũ. Cic. Eò redactæ res erant, vt nulla amplius ſpes eſſet. Elles ſont venues en tel eſtat. Liuius, Quæ ab exiguis profecta initijs eò creuit vt iam magnitudine laboret ſua. Plin. in Paneg. 29, Quòd ſi quis barbarus rex eò inſolẽtiæ furoriſque proceſſerit, vt iram tuã, indignationemque mereatur, næ ille ſiue interfuſo mari, ſeu fluminibus immẽſis, ſeu &c.

Eo magis quòd. Cic. de Amicitia, 2, Meminiſti enim profecto (vt opinor) Attice, & eò magis quòd P. Sulpitio vtebare multum, cum is tribunus plebis capitali odio à Qu. Pompeio, qui

tum erat conſul, diſſideret.

Eò ſecius. Suet. de claris grammat. 20, Præfuit Palatinæ bibliothecæ: nec eò ſecius plurimos docuit: fuitque familiariſſimus Ouidio poetæ. Non point moins.

Eóne, pro ideóne. Terent. in Eunucho, 3.1.25, Quæſo inquam Strato, eóne es ferox, quia habes imperium in beluas?

Eò: Ad locum, En ce lieu la. Terent. in Adelphis, 2.3.23, Niſi eò ad mercatũ veniam, damnũ maximum eſt. Liuius lib. 2, Ipſa veſtigia quærentem dominum eò deductura erant.

Eò loci, En tel eſtat. Cic. pro P. Sextio, Interceſſit Liguus iſte neſcio quis, additamentum inimicorum meorum. res erat & cauſſa noſtra eò loci, vt erigere oculos, & viuere videretur, quiſquis erat, qui aliquam partem in meo luctu ſceleris Clodiani attigiſſet. Vlpianus de iudicijs, L. Sed etſi, Si ea res quæ per fideicommiſſum relicta eſt, eò loci ſit, dicendum eſt non debere præſcribi.

Eò loci, En ce lieu la, ou en lieu. Vlpianus, de noui operis nuntiatione, L. De pupillo, Qui eò loci operantur. Idem de ſenatuſcon. Syllaniano, L. Cum aliter, Quicunque eò loci fuerunt vnde vocem exaudire potuerant.

Eò loci, Alors. Vlpianus de iudicijs, L. Hæres, Defendere ſe eò loci debebit.

Eodem loci. Cic. Attico, Res eodem eſt loci, quo reliquiſti.

Eodem loci, En ce lieu la meſme. Plin. in Paneg. 2, Quippe inter aras & altaria, eodémque loci quem deus ille tam manifeſtus ac præſens, quàm cælum ac ſydera incedit. Suet. in Oct. Auguſt. cap. LV, Agrippam nihilo tractabiliorem, immò in dies amentiorẽ, in inſulam tranſportauit, ſepſitque inſuper cuſtodia militum: cauit etiam ſenatuſconſulto, vt eodem loci in perpetuum conticeretur. Idem in Caligula. cap. LIII, Pronuntiatio quoque & vox, vt neque eodem loci præ ardore conſiſteret, & exaudiretur à procul ſtantibus.

Eoſque, Id eſt, in tantum. Valerius Max. lib. 1, Natam vitem eouſque creuiſſe, donec cunctas dominationis ſuæ partes inumbraret.

EO, is, iui, itum, ire, Aller.

Ire ad cœnam. Plaut. in Moſtell. 16.11, Quin venis? TR. promitte: ego ibo pro te, ſi ire non lubet. TE. verbero, etiam irrides? TR. quin me pro te ire ad cœnam autumo. Terent. in Eunucho, 3.2.6. Eamus ergo ad cœnam, quid ſtas?

Ibam ad te. Terent. in And. 3.4.1, Ad te ibam. 5. quidnam eſt? Ibidem, Ibo ad eũ, atque eadem hæc quæ tibi dixi, dicam. Idem in Phor. 5.8.8, Quid ad me ibatis? ridiculum, an verebamini ne non id facerem quod recepiſſem ſemel?

Ire ad tonſorem. Plaut. in Aſin. 8.14, Vbi eſt? L. ad tonſorem ire dixit.

Ire conſultum male aliquem, Faire deſplaiſir a aucun. Plaut. in Bacchid. 11.36, Quid? tibi nõ erat meretricum aliarum Athenis copia, quibuſcum haberes rem, niſi illam, quam ego mãdaſſem tibi, occiperes tute amare, & me ires conſultum male?

It dies, Le iour ſe paſſe. Plaut. in Pſeud. 5.13, It dies: ego mihi ceſſo: i præ puere. Idem in Rud. Verba facimus, it dies. Le iour ſen va.

It dies noſtro omine. Plaut. in Caſina, 10.74, Pulchre præuortar viros, noſtro omine it dies iam, victi vicimus. Nous ſommes eureux auiourdhuy.

Ire datum operam amico, Aider a ſon ami. Plaut. in Pœnulo, 7.9. Siccine oportet ire amicos homini amanti operam datum?

Ire cum onere. Plaut. in Amphit. 4.176, Laſſus ſum hercle è naui vt vectus huc ſum, etiam hunc nauſeo, vix incedo inanis, ne ire poſſe cũ onere exiſtimes. Ne penſes point que ie puiſſe rien porter en chemin.

Ire domum. Plaut. in Rud. 2.43, Adoleſcens quidam ciuis huius Atticus, eam vidit ire è ludo fidicinio domum.

Ire dormitum. Plaut. in Curcul. 4.28, Quin tu is dormitum?

Eunt depreſſum, pro deprimunt. Plaut. in Ciſtell. 2.29, Frigidam ſubdole ſuffundunt, viris cũ ſuis nos ſolere prædicãt, ſuas pellices eſſe aiunt, eunt depreſſum, quia nos ſum⁹ libertinæ.

Ire grandibus gradibus: Marcher a grands pas. Plaut. in Epid. 2.11, Dij immortales te infelicitent, vt tu is gradibus grandibus

Ire habitũ honorem, Id eſt, honorare. Plaut. in Ciſtell. 2.3, Tu atque hæc ſoror ſi mea eſſes, qui mihi magis potueritis ire honorem habitum neſcio.

I tu hinc quo dign⁹ es, quã penè tua me perdidit proteruitas. Va ten dicy. Terẽ. in Heaut. 4.6.9, Eo hinc, Ie men vois dicy. Plaut. in Amphit. 6.3, Mihi neceſſe eſt irè hinc: verum quod erit

natum tollito.

Eo huc. Ie men viens icy. Plaut. in Amphit. 4. 193, Possum scire quò profectus, cuius sis, aut quid veneris? s o. huc eo, heri sum seruos: nunquid nunc es certior?

I in crucẽ. Plaut. in Asin. 1 6. 91, Ite domũ. PH. da suauium etiam priusquã abis. D. i in crucẽ.

I in malam rem. Plaut. in Pœnulo, 14. 51, Nolite ædepol deuellisse his duobus mensibus, voluc res tibi erunt hircinæ. s. i in malam rem. M. i tu, atque herus tuus.

Ire in matrimonium sine dote, Estre mariee sans douaire. Plaut. in Trinummo, 11. 3, Nanque hercle honeste fieri ferme non potest vt eam perpetiar ire in matrimonium sine dote.

Ire in vigiliam. Plaut. in Pseud. 20. 75. Noctu in vigiliam quando ibat miles, tũ tu ibas simul.

Ire in neruum. Terent. in Hecyra, 4. 4. 15, Noui: cæterum cum argentũ repetent, nostra causa sa scilicet, in neruum potius ibit: Donatus, In neruum ibit: Decipiet, à prouerbio tracto à sagittarijs: cum vis conatúsque tendentis arcum non in volatum teli, sed in ruptionem nerui expetatur.

Ire in opus alienum. Plaut. in Milite, 12. 6, Stultitia magna atque insipientia, non fallacia hæc sit, me ire in opus alienum, aut tibi meam operam pollicitari.

Ire in ius ad aliquem. Plin. de viris illust. 72, p, Decium prætorem transeunte ipso, sedentem iussit assurgere, eique vestem scidit, sellam concidit, ne quis ad eum in ius iret.

Ibit in secula nomen tuum, Il sera memoire de toy a iamais. Plin. in Paneg. 91, Ibit in secula, fuisse principem, qui florenti & incolumi, nunquam nisi honores, ijdémque modici, & sæpius nulli decernerentur.

Ire inficias, Nier. Negare. Plaut. in Menæh. 9. 39, Qui lubet ludibrio habere me, atque ire inficias mihi facta quæ sunt? Idem in Mostell. 14. 29, Verũ si debes cedo: fides seruanda est, ne ire inficias postules. Idem in Curcul. 10. 3, Et aurum & vestem omnem suã esse aiebat: quicquid haberet, nemo it inficias. Personne ne luy disoit le contraire que ce quil auoit ne fust a luy. Terent. in Adelphis, 3. 2. 49, Hoc reliquũ est, si inficias ibit, testis mecũ est annulus quẽ amiserat. Et paulo antè, Nũc si hoc palàm proferemus, ille inficias ibit, sat scio.

It lucrum ad me. Plaut. in Pœnulo, 9. 70, Bonam dedistis mihi operam. L. it ad me lucrum.

Ire obuiam, Aller au deuant de quelcun. Plaut. in Mostell. 5. 17, Num non vis me obuiam hisce ire anime mi? D. illico ex omnibus optime volo. Idem in Capt. 9. 3, Quid est suauius, quàm bene rem gerere bono publico? sicut ego feci heri, cum emi hosce homines: vbi quisque vident, eunt obuiam, gratulantúrque eam rem. Idem in Amphit. 4. 109, Atat illic huc iturus est: ibo ego illi obuiam.

Ire opitulatum, Opitulari. Plaut. in Milite, 10. 27. Neque te decora, neque tuis virtutibus, eáque expetere te opibus summis, mei amoris gratia, mihíque amanti ire opitulatum.

Ire oppugnatum: Oppugnare. Plaut. in Bacchid. 23. 51, Senex optume, quantum in terra est: sine hoc exorare me obsecro abs te, vt isthuc delictum desistas tantopere ire oppugnatum.

Ire pedibus. Plaut. in Sticho, 5. 19, Sed tandem opinor, æquius est hanc mihi supplicem esse, atq; oratores mittere ad me donáque auro & quadrigas, qui vehar: nã pedibus ire non queo.

Ire pedibus in sententiam alicuius, Est alterius sententiæ, non verbo, sed corpore accedere. Liuius, Qui hoc sentitis, in dexteram partem pedibus transite. quæ maior pars erit, eo stabitur consilio. deinde frequenter omnes in dexterã pedibus transierunt. Hæc ratio inuẽta est, quòd nonnunquam est plus satis longum audire singulos dum plurimi sunt. vel duo capita sententiarum sunt vt res expeditiores fiant. Aliquando ne pedibus quidem præ multitudine ad sententiam ire possumus: ideóque manu sententiam significamus. Quod Quintilianus intelligit, vbi ait, Manibus pedibúsque imus in sententiam necessitatis.

I præ, pro præi. Plaut. in Curcul. 10. 1, I præ tu virgo: non queo quod me pone est seruare.

Terẽ. in And. 1. 1. 144, Eam9 iã nũc intro. 51. I præ, sequar. Plau. in Pseu. 5. 13, I præ puere.

Ibo quo profectus sum. Plaut. in Aulul. 5. 40, Nunc quò profectus sum, ibo: post idem domũ me rursum quantum potero, tantum recipiam. Ie men vois ou iauoye commencé daller.

I sanè. Plaut. in Epid. 2. 74, Abi à me in malam rem maximam cum isthac cõditione. E. I sanè si quid festinas magis. Va deuant si tu as haste.

Eamus visere. Terent. in Phor. 1. 2. 53, Virgo ipsa facie egregia. quid verbis opus est? commorat omnes nos. ibi continuo Antipho, Vultísne eamus visere? Idem in Hecyra, 1. 2. 104, Nostra illico it visere ad eam.

Ire accersitum. Terent. in Eunucho, 5. 2. 53, Nutricem accersitum ijt. Idem. in Heaut. 2. 3. 74, Hoc vide, in me vita tu tibi laudem is quæsitum scelus: vbi si paululum modo quid te

fugerit, ego perierim.

Ire melius eſt. Plau. in Milite, 20. 63, Abi, iam patiar quicquid eſt. bene vale igitur. P A. ire melius eſt. P V. ſtrenue.

Ire, pro venire. Terent. in Adelphis, Quæſo vt vnà mecum ad matrem virginis eas.

Datum iri. Terent. in And. 1. 2. 6, Qui poſtquam audierat non datum iri filio vxorem ſuo, nũquam cuiquam noſtrum verbum fecit.

Itur, impersonale. Plaut. in Moſtell. 3. 33, Ad legionem cum itur, adminiculũ eis danunt tũ iam aliquẽ cognatũm ſuũm. Terẽt. in And. 1. 5. 17, Ea quoniã nemini obtrudi poteſt, itur ad me.

Ibitur. Plaut. in Trucul. 13. 17, Quid iſthuc alienum eſt amabo mi Strabax, qui non extemplo intres? ánne oportuit ita te quidem, qui es familiaris? s. ibitur: ne me morari cenſeas. Idem in Trinummo, 8. 137, Sed Staſime, abi huc ad meam ſororem ad Calliclen: dic hoc negotij quo modo actum eſt. s. ibitur.

Iens, euntis, omnis generis, Qui chemine par les champs. Plau. in Milite, 10. 81, In bono hoſpite atque amico quæſtus eſt quod ſumitur, & quod in diuinis rebus ſumas ſumptus, ſapienti lucro eſt. dein deũm virtute euntem hoſpitio accipere, apud me eſt comitas.

Itio itionis, f. g. Allee, ou allure. Terent. in Phor. 5. 9. 23, Hęccine erant itiones crebræ & manſiones diutinæ Lemni?

Ito, itas, itare, frequẽtatiuũ, Frequenter ire, Souuent aller. Suet. de claris Rhet. 1. b, Maiores noſtri quæ liberos ſuos diſcere, & quos in ludos itare vellent, inſtituerunt.

E P

EPHEBVS ephebi, qui ad pubertatis annos peruenit. quaſi ἐπὶ ἥβης. Terẽt. in And. 1. 1. 24, Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia, liberius viuendi fuit poteſtas. Idem in Eunucho, 5. 1. 8, Quis fuit igitur? P. iſte Chærea. T. qui Chærea? P. iſte ephebus frater Phædriæ.

Animus ex ephebis exijt, dixit Plautus per tranſlationem: in Merc. 3. 40, Principio atque animus ephebis ætate exijt, atque animus ſtudio amotus puerili eſt meus, amare valde cœpi hic meretricem.

Ephebia, ephebiæ, Pubertas dicta eſt, id eſt, prima ætas adoleſcentiæ.

Ephebium, dictum palæſtræ membrum in quo ephebi exercentur. Victruuius, In duplici porticu collocentur hæc membra: ephebium medio. hoc autem eſt exedra ampliſſima.

EPHEMERIS huius ephemeridis, f. g. Eſt diarium, ſiue regeſtũ, Vng regiſtre, ou on eſcript les miſes & receptes de chaſcun iour. Vng papier iournal ou on eſcript ce qui ſe faict par chaſcun iour. Iuuenalis, In cuius manibus ſeu pinguia ſuccina tritas Cernis ephemeridas. Propertius, Me miſerum, his aliquis rationem ſcribit auari, Et ponit duras inter ephemeridas.

Cic. pro Quintio, Diſcedens in memoriam redijt Quintius, quo die Roma in Galliam profectus ſit, ad ephemeridem reuertitur, inuenitur dies profectionis.

EPHIPPIVM ephippij, Ornamentum equorũ eſt: proprie tegmina ſeu ſtragula quibus equi ſternuntur, vel ſellę equis ad inſidendum impoſitæ. Selles de cheuaulx, ou eſtriés, ſangles & autres choſes. Varro Cato, vel de liberis educãdis, Mihi puero modica vna fuit tunica, & toga ſine faſceis calceamenti: equus ſine ephippio, balneum non quotidianum, albeus rarus. Horat. in epiſt. ad villicum, Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Ephippiati equites, qui ephippia habent in equis. Cæſar, Non eorum moribus turpius aut inertius habetur, quàm ephippijs vti: itaque ad quemvis numerum ephippiatorum, quanuis pauci adire audent.

EPIBATAE naues, Vide EMBATAE.

EPICOEDIVM, carmen eſt quod in laudem defuncti ante cadauer ipſius cani ſolet: aliâs, nænia vel monodia dictum.

EPIGLOSSIS, huius epigloſſis, f. g. Minor lingua, à Plinio dicitur. lib. xi. cap. 37, Tonſilæ (inquit) in homine, in ſue glandulæ. Quod inter eas vuæ nomine vltimo depẽdet palato, homini tantum eſt. Sub ea minor lingua epigloſſis appellata, nulli oua generantium. Opera eius gemina, duabus interpoſita fiſtulis. Exterior earũ, appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando: ne ſpiritu ac voce illac meante, ſi potus cibúſve in alienum deerrauerit tramitem, torqueat. Altera, interior eſt: appellatur ſane gula, qua cibus atque potus deuoratur.

EPIGRAMMA, epigrammatis, n. g. vel epigrammatum epigrammati, inſcriptio vel ſuperſcriptio.

EPILOGVS epilogi, Latine dicitur cõcluſio. Eſt nouiſſima pars orationis, quã quidã cumulũ,

quidam perorationem vocant. Cic. pro Cn. Plancio, Hic etiam addidiſti me idcirco mea lege ex illo ambitu traxiſſe, vt miſerabiliores epilogos poſſem dicere.

EPIMEDIVM epimedij, herba, de qua Plinius lib. 27. cap. 9.

EPIMENIDIVM epimenidij, Genus bulborum. Vide Plinium lib. 19. cap. 5.

EPINICIVM epinicij, Celebritas pro parta victoria: Cuiuſmodi ſunt ignes nocturni, qui fiunt ob nuntium aliquod iucundum. Epinicia celebrantur apud nos cum ſupplicationes decernuntur, obſecrationéſque ſolennes, & cum canticum palmarium & laureatū ob partam victoriam.

Epinicia, Lucianus pro epulo poſuit, victoriæ cauſſa dato. Suet. in Nerone, cap. 43, Affirmauit ſe lætū inter lætos cantaturum epinicia, quæ iam nunc ſibi componi oporteret.

EPIPHORA epiphoræ, f. g. morbus oculorum, quem vulgo lachrymam vocant, cum deſcenſus humoris oculos angit. Plin. Caro peponum, epiphoris oculorum & doloribus prodeſt. Columella lib. 7, de maguderi, Eadem radix cōtuſa & cū oleo lentiſci inuncta vitiū expurgat, epiphoram ſupprimit, polenta conſperſa multa aqua. Cic. Tironi, Veruntamen Balbus ad me ſcripſit, tanta ſe epiphora oppreſſum, vt ſequi non poſſit.

Epiphora dicitur & de alijs membris. Plin. Teſtium verò epiphoris cum rama aureæ teneræ adeò peculiaris eſt.

Epiphora, ἀπὸ τοῦ ἐπιφέρειν, hoc eſt, ab inferendo dicitur.

EPIRHEDIVM, epirhedij, Rheda, Vng chariot. Iuuena. Tritóque trahūt epirhedia collo.

EPISCOPVS epiſcopi, Latine ſuperintendens, cuſtos, ſpeculator dicitur. Qui ha la charge de reſgarder a quelque choſe, de prendre garde. Vne guette. Dont ſont nommés les eueſques.

Epiſcopum Homerus regem vocat.

Epiſcopus oræ Campaniæ fuit Cicero, ipſo teſte, in 7. lib. epiſt. ad Atticum, Vult enim (inquit) me Pompeius eſſe quem tota hæc Campania & maritima ora habeat epiſcopum, ad quem delectus & negotij ſumma referatur.

Epiſcopius epiſcopia epiſcopiū, Id eſt, exploratorius, Dōt on guette, Le lieu dont on faict le guet. Cic Attico, Conſcendi in Phaſellum epiſcopiam. Id eſt, nauem exploratoriam.

EPISTOLA epiſtolæ, Vnes lettres miſſiues. ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν, quod eſt mittere. Plau. in Aſin. 13. 16, Aut quod illa dicat, peregre allatam epiſtolam, ne epiſtola quidē vlla ſit in ædibus. Idem in Epid. 2. 56, Quia quotidie ipſe ad me è legione epiſtolas mittebat. Idem in Pſeud. 15. 26, Herus me tibi ſalutem multam voluit dicere, hanc epiſtolam accipe à me, hanc me tibi iuſſit dare.

Epiſtolium epiſtolij, diminutiuum. Catullus, Conſcriptum hoc lachrymis mittis epiſtolium.

EPISTOMIVM epiſtomij, AEramentum eſt quo ora ſalientium obturantur & laxantur cum opus eſt, dum manu ducitur vertibulum illud pertuſum, quod admittit vel arcet aquam, prout hoc aut illo modo verſatur. epiſtomium enim græcum eſt, quaſi oris obturaculū dicas. Hoc ad hauriendum ad quotidianum vſum vinum in hypogeis vtimur, fontē appellātes. Vne fonteine de cuyure, a quoy on tire du vin. Victruui⁹ lib. x, de hydraulicis organis loquēs, Singulis autem canalibus ſingula epiſtomia incluſa ſunt, manubrijs ferreis collocata, quæ manibus contorquentur, ex arca patefaciunt naues in canales. Idem, Motione vero vectium, vehementiore ſpiritus vehemens compreſſus epiſtomiorum aperturis influit, & replet anima canales. Epiſtomium accepit pro eo obturaculo quod in muſicis organis ſpiritum continet & laxat vt opus eſt. Seneca ad Lucilium, Niſi aquam, argentea epiſtomia effuderint, & adhuc plebeias fiſtulas eloquor. Varro lib. 3. de re ruſtica, Quin & aqua frigida & calida ex orbe ligneo menſaque quam dixi in primis radijs eſſe, in epiſtomijs verſis ad vnumquenque actum, ſic vt influat in conuiuium.

EPISTYLIVM, epiſtylij. Capitellum quod ſuper columnam ponitur. Vng chapiteau.

EPITAPHIVM epitaphij, Inſcriptio & titulus qui ſepulchro apponitur in laudē defuncti.

EPITOME epitomes, f. g. & epitoma epitomaæ, Breuiariū latine dicitur & compēdium. Vng abbregé & extraict de quelque choſe, vng ſommaire, Vne collection de quelque choſe faicte en brief. Cic. Attico lib. xii, Conturbo enim me, & puto me Bruti Fanniana. in Bruti epitoma Fannianorum ſcripſi, quod erat in extremo: idque ego ſecutus hunc Fanniū qui ſcripſit hiſtoriam, generum eſſe ſcripſeram Lælij. Idem Attico, lib. xiii, Epitomen Bruti Cælianorum velim mihi mittas.

EPITYRVM epityri, n. g. Vocabulum eſt cibi (inquit Varro lib. 3. de lingua latina) quo frequētius Sicilia quàm Italia vſa eſt, ab ἐπὶ, καὶ τυρὸς caſeus. Plaut. in Milite, 3. 24, Me ſibi ha-

beto, & ego me illi mancupi dabo, ſi vnum epityrum edam apud illum eſuriens inſane.

EPOS epodis, n.g. Carmen heroicum, diuinarum rerum & heroicarum, humanarumque comprehenſio. Horat. Forte epos acer vt nemo Varius ſcribit.

Epodus epodi, Idem. Martialis, Scribamus, epodos cœpiſti ſcribere, ceſſi: AEmula ne ſtarẽt carmina noſtra tuis.

EPOTO epotas, epotare, Tout boire, Boire tout a faict, quil ne demeure rien dedens le voarre. Plaut. in Menæh. 11.5. Pallam ad phrygionem fert confecto prandio, vinóque epoto, paralito excluſo foras.

EPVLAE epularum, tantum pluraliter dicitur. Cibi, miniſterio hominum in noſtrum vſum comparati. Viãdes que de iour en iour on apreſte pour menger. Cic. Philipp. 3. Vino, & epulis retentus, & alea eſt: ſi epulæ potius quàm popinæ nominandæ ſunt.

Epulæ, etiã beſtiarũ cibus quotidian⁹ dicitur. Virg. li. 4. AEneid. Epulaſq; draconi Quæ dabat.

Epula epulæ dici apud antiquos, teſtatur Feſtus Pompeius.

Epulæ, Banquet que on faict enſemble, les vngs auec les autres. Cic. pro L. Planco, Sepulchrũ L. Catilinæ floribus ornatũ, hominum audaciſſimorum ac domeſticorum hoſtium conuentu, epuliſque celebratum eſt. Virg. lib. 6 AEneid. Epulæque ante ora paratæ Regifico luxu.

Epulas ludorum dixit Cicero in oratione, de aruſpicum reſponſis.

Epulum epuli, ſignificat ſolenniores cibos: & proprie publicum conuiuium in propatulo ciuibus exhibitũ, ſiue in dedicatione templi, ſiue exhibebã triumpho, ſiue in funere, ſiue ludorũ cauſſa, quale imperatores apud Romanos, & quale factum eſſe conſtat à pluribus qui teſtamento legauerunt epulum quotannis ad ſepulchrum roſis & varijs reſperſum odoribus, pro hæreditatum facultatibus exhibendum. Vng conuiue & banquet a tous venans. Iuuenalis, Vnde epulum poſſis centum dare Pythagoræis: Gellius lib. x1, Solenni die Ioui epulum libaretur. Plin. epiſt. 138. lib. v11, Delbeias mecum quemadmodum pecuniam, quam municipibus noſtris in epulum obtuliſti, poſt te quoque ſalua ſit. Idem epiſt. 66. b. lib. 4, Erimus ergo ibi dedicationis die, quem epulo celebrare conſtituiſti.

Epulo epulonis, Conuiua, Qui banquette auec les autres.

Epulones dicebantur etiam, quos pontifices, propter ſacrificiorum multitudinem eſſe voluerunt, vt ludorum epulare ſacrificium cõficerẽt. vt author eſt Cicero lib. 3. de oratore. hi epulas Ioui, cæteriſque dijs inſtituendi poteſtatem habebant. Cic. de aruſpicum reſponſis, Patres conſcripti, vóſque pontifices, ad quos epulones Iouis Opt. max. ſi quid eſt prætermiſſum aut commiſſum, afferũt, quorum de ſententia illa eadem renouata atque inſtaurata celebrantur.

Epulor epularis, epulari, Banqueter, faire groſſe chere. Liuius lib. 25, Vulgo apertis ianuis in propatulo epulati ſunt.

Epulatio epulationis, Idem quod epulum Lucilius ſatyr. lib. x1111, Id epulo cibus, atque epulatio, Iouis omnipotentis:

Epularis & hoc epulare, Quod ad epulas pertinet. vt epulare ſacrficium. epularis ſermo, qui fit in conuiuio. Apul. Iam illatis luminibus epularis ſermo percrebuit

Epulares etiam vocabantur, qui in ſacris epulabantur. Varro, Dũ epulares nocte epularentur.

EQ

EQVIDEM, Coniunctio, Certe, Certainement. Cic. de amicitia, 85, Equidem ex omnibus rebus, quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo quod cum amicitia Scipionis poſſit comparari. Ibidem, 84, Viciſſim autem ſenes in adoleſcentiũ charitate acquieſcimus: vt in veſtra & in Qu. Tuberonis equidem admodum adoleſcentis & P. Rutilij Virginij familiaritate delector. Idem de Senect. 69, Equidem non video cur quid ipſe ſentiam de morte, non audeã dicere vobis. Idẽ pro Cn. Plãcio, Emiſſ⁹ aliquis è carcere, equidẽ emiſſus vt cognoſtis. Equidem certe. Plaut. in Amphi. 4. 293, Sed cũ cogito, equidẽ certe idem ſum qui ſemper fui. Equidem ecaſtor. Plautus Amphit. 8. 64, Equidem ecaſtor vigilo, & vigilans id quod factum eſt fabulor.

Equidem hercle. Plau. in Merc. 11.5, Quid cogitem? equidem hercle opus hoc facto exiſtimo. Idem in Ciſtell. 5.50, Et equidem hercle, niſi perdam te tertio, omnes efflixero.

Equidem pol. Terent. in Eunucho, 5.2.37, Equidem pol in eam partem accipióque & volo.

Equidem ego. Salluſt. Ad Cæſarem de rep. ord. Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo. Idem in Iugurtha ego regnum vobis trado firmum ſi boni eritis: ſi mali, imbecillum.

EQVVS equi, m.g. Vng cheual.

Equa equæ, Vne iument.

Eques equitis cõ. g. Qui va ſur cheual. Plaut. in Milite, 8. 52, Iam faxo hic erit neque eques, neque pedes præfectus quiſquã tãta audacia eſt, qui æque faciat confidẽter, quàm mulieres faciũt.

Eques equitis, Vng cheualier, ou gendarme de cheual.

Equites etiam iudices vocabantur, quia iudicum decuriæ ex equeſtri ordine deligebãtur. Suet. in Cæſare, Ludis Decius Laberius eques Romanus mimum ſuum egit: donatúſque quingẽtis ſeſtertijs & annulo aureo ſeſſum in quatuordecim ex ſcena per orcheſtram tranſijt. Laberius (inquit) poeta cum in ſcena poema quod compoſuerat egiſſet, donatus eſt ordine & cenſu & dignitate equeſtri.

Eques, pro ipſo equo aliquando ponitur. Virg. Dorſóque equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo, & greſſus glomare ſuperbos.

Equeſtris & hoc equeſtre, Quod pertinet ad equitem, Vt equeſtris ordo.

Equeſtre æs, inquit Feſtus, quod equiti dabatur.

Equito equitas equitare, Aller a cheual. Lucilius de equo, Nempe hunc currere equum, nos atque equitare videmus. Horat. Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Equitare, antiqui dicebant equum publicum mereri. Feſt. Pomp.

Equitatus equitatus equitatui, Vne bande de gens de cheual. Lepidus Ciceroni, Equitatum habet magnum.

Equitatus, Actus equitandi. Plin. lib. 33, Fœminæ equitatu atteri, & aduri ſolent.

Equitatus, Ordo equeſtris, Lordre de cheualerie. Plin. lib. 33, Quinetiam ipſum equitum nomẽ ſæpe variatum eſt in ijs quoque qui ad equitatum trahebantur.

Equarius equaria equarium, Quod ad equum pertinet. vt equarius medicus, Medecin de cheuaulx. Valerius Max. lib. vltimo, Herophilus equarius medicus C. Marium ſepties conſulem auum ſibi vendicando ſe extulit.

Equiferus, Id eſt, equus non domeſticus. Plin. lib. 28, In primis efficax equiferorum ſanguis.

Equinus equina equinum, Appartenãt a vng cheual, ou dung cheual. Horat. Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere ſi velit.

Equimentum equimenti, Merces quæ datur pro admiſſura equi. Varro, An ſi equã emiſſes quadrupedem vt meo aſino Reatino admitteres, quantum popoſciſſes, dediſſem equimenti?

Equitium equitij, Equorum armẽtum Vlpianus, Equitij vſu legato vidẽdum an & donare poſſit, & ad vehendum ſub iugo vti.

Equula equulæ, Vne petite iument. Varro, Nemo eſt tam negligens, qui ſumma diligẽtia eligat aſinum qui ſatiat equulam.

Equile equilis, n. g. Stabulum equorum. Varro, Suadet frenos in equili ſuſpendere, vt oculi equuleorum conſueſcant videre eorum faciem, & è motu crepitus audire cum iam ad manus accedere conſueuerint, interdum imponere his puerum.

Equiſetum equiſeti, ab equus fit, herba eſt quæ græce hippuris dicitur, hoc eſt, cauda equina. noſtri à ſimilitudine ſetæ equinæ nomen impoſuerunt. eſt enim pilus terræ. Vide Plinium, libro 26. capite 13.

Equiſo equiſonis, Equorum domitor. Varro, Nam vt equus qui ad vehendum eſt natus, tamẽ traditur magiſtro, vt equiſo doceat tolutim incedere. Idem, Neque furentem equuleum inſanus equiſo exhibeat maris fluctibus.

Equiſones, Veteres vocabant omnes quibus alicuius rei regimen committebatur.

Equitabilis & hoc equitabile. vt locus equitabilis, in quo facile equi inambulare poſſint. Liuius, Opportuna explicandis copijs regio erat, equitabilis, & vaſta planities.

Equuleus equulei, diminutiuum, Pullus equinus & nouellus: Vng poulain. Cic. Hortẽſio, Vt igitur domitores equorum nõ verbera ſolum adhibent ad domandum, ſed cibum etiã ſæpe ſubſtrahunt: vt fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis.

Equuleus, Tormenti genus in equi forma, in quem conijciebantur rei. Cicero lib. 5. Tuſcul. Hæc etiam in equuleum inijciuntur, quo vita non aſpirat beata. Idem de finib. bonorum & malorũ lib. 4, Nec ſi ille ſapiens ad tortoris equuleum à tyranno ire cogatur, ſimilem habeat vultum, vt ſi ampullam perdidiſſet.

Equulus equuli, Vng petit cheual, Vng poulain. Cic. de ſignis, Equulos argẽteos nobiles qui maximi fuerunt, aufert. Et lib. 3. de nat. deorum, Omnia imperfectis & maturis docet eſſe meliora, vt in equo quàm in equulo, in cane quàm in catulo, in viro quàm in puero. Varro ait equulum poſt annum & ſex menſes donari poſſe.

Equiria equiriorum, Ludi quos Romulus Marti inſtituit. in his enim ludis currere in campo è qui ſolebant.

Equis & velis: Id eſt, omni conatu: A grande courſe de cheual, & a voile eſtendu: en toute diligence. Cicero Q. Ciceroni fratri, Ego vero ardenti quidem ſtudio hoc fortaſſe efficiam, quod ſæpe viatoribus cum properant, euenit: vt ſi ſerius, quàm voluerint, forte ſurrexerint, properando etiam citius, quàm ſi de multa nocte vigilaſſent, perueniant quò velint: ſic ego qui in iſto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule ſæpe excitante, curſu corrigam tarditatem, tum equis tum velis.

E R

ERADICO eradicas, eradicare, Arracher. Terent. in And. 4.5.22, Di te eradicent, ita me miſeram territas.

Eradicare aureis alterius. Plautus in Epidico, 9.50, Pugnis memorandis meis eradicabam hominum aures quando occœperã. Ie leur arrachois les oreilles. Ie les ennuyoie de raconter de mes faicts.

ERADO, eradis, eraſi, eraſum, eradere, Racler, ratiſſer, oſter leſcorſe. Columella lib. 3, Poſtea ſurculos, quos inſerere voles eradito tam alte quàm cuneum demiſiſti: ſed ita ne medullam, néve alterius partis corticem lædas.

Eraſus eraſa eraſum, Raclé, effacé. Plin. in Paneg. 40, Datum eſt ijs qui poſt edictum tuum in locum eraſorum ſubditi fuerant, æquatique ſunt cæteris, illi etiam quibus non erat promiſſum. Eraſorum, id eſt, deletorum è numero eorum, qui accipiebant congiarium.

ERCISCOR erciſceris, erciſci, Hoc verbo iuriſconſulti vtuntur, cum inter conſortes hæreditas diuiditur. Vnde, Erciſcũdæ familiæ iudicium dicitur, quaſi arcendæ ab hæreditare. quod fit in bonorum diuiſione.

EREBVS erebi, m.g. Feſtus Pompeius, Erebum Vergilius interdum obſcuritatem quandam eſſe deſcribit apud inferos, cum ait, Imas erebi deſcêdit ad vmbras. Interdum flumen eiuſdem loci, dicens, Et magnos erebi trannauimus amnes. Varro vero erebo natã noctem ait. Vnde eſt & illud, Erebo creata fuſcis crinibus nox te inuoco. Hæc Feſtus. Cicero de natura deorũ, Amor, dolus, metus, labor, inuidentia, fatum, ſenectus, mors, tenebræ, miſeria, querela, gratia, fraus, pertinacia, parcæ, heſperides, ſomnia, quos omnes erebo & nocte natos ferunt.

EREMIGO eremigas, eremigare, Enauigare, emetiri. Plinius, Circa Caſpium quoque multa Oceani litora explorata, paruóque breuius, quàm totus hinc aut illinc, ſeptẽtrio eremigatus.

EREMVS eremi, f.g. ἔρημος, ſolitudo: Lieu ſolitaire, ou perſonne ne demeure.

EREPO erepis, erepſi, ereptum, erepere, Difficulter loca aſpera & edita ſcandere: tanquã opus ſit erepere magis quàm ambulare. Grimper: ou grapir. Plaut. in Aulul. 20.2, Foras lumbrice, qui ſub terra erepſiſti modo, qui modo nuſquam cõparebas, nunc cum compares peris. Suet. in Tiberio, Territus quòd is à tergo inſulæ per aſpera & deuia erepſiſſet ad ſe.

EREMODICIVM. Ermodice, vadimonium deſertũ dicitur à Demoſthene. Vnde vno verbo eremodicium dicitur, quod in titulo de Minoribus ff, & C. de iudicijs, hermodicium corrupte legitur. Dicitur quaſi deſolatum ac deſertum, ſeu deſertio cauſſæ, abſentia, ſeu negligẽtia partium facta.

ERGA præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruit. Enuers. Plaut. in Trinummo, 17.4, Si quid amicum erga benefeci, aut conſului fideliter, non videor meruiſſe laudem, culpa caruiſſe arbitror. Terent. in Heaut. 1.2.15, Timet omnia, patris iram, & animum amicæ ſe erga vt ſit ſuæ.

ERGASTVLVM ergaſtuli, n.g. locus vbi lapides, metallâve fodiũtur. Carrieres ou Mineres. Iuuenalis, Nempe in Lucanos, & Thuſca ergaſtula mittas. Dictum eſt ergaſtulum, ab ἐργάζομαι quod eſt operor.

Quoniam verò ad hæc opera damnati mitti ſolebant, qui catenati foderẽt: factum eſt vt ergaſtula modo pro ipſis damnatis, ſeruiſve fodiẽtibus, modo pro carcere vſurpemus. Varro, Miſitque mox eò nuntium qui tota ergaſtula donaret libertate. Pomponius, Quíve domi erãt vincti, quíve in ergaſtulo cuſtodiebantur. Liuius, lib. 2, Poſtremo velut tabem peruenîſſe ad corpus, ductum ſe à creditore, non in ſeruitium, ſed in ergaſtulum & carnuficium. Columella libro primo, Optime ſolutis ſeruis, cellæ meridiem æquinoctialẽ ſpectantes fient. Vinctis quàm ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum plurimis, ſitque id anguſtis illuſtratum feneſtris. Cicero pro Cluentio, Inter ſiccarios damnatus eſt, manus incidit, & apud eum fuit in ergaſtulo.

Ergaſtulus ergaſtuli, Cuſtos carceris. Cic. Sed nos miramur ergaſtulorum nō eadem emolumenta eſſe quæ imperatorum. Lucilius, Non ergaſtulus vnus & alius iudicē appoſuit, vt nemo ſententiam libere magis quàm ergaſtulus dicere poſſit.

Ergaſtulus, Qui damnatus fodit. Plinius, Coli rura ergaſtulis peſſimum eſt: vt quicquid agitur à deſperantibus.

Ergaſtularius, Qui præeſt ergaſtulis, Vng geolier. Vnde Columella libro primo docet quomodo ergaſtuli ab ergaſtularijs tractari debeant.

ERGO, Illatiua ſiue cōpletiua cōiūctio eſt: & minoribus cōcluſionibus cōpetit. Plau. in Amph. 4.22, Opulēto homini hoc ſeruitus dura eſt, hoc magis miſer eſt diuitis ſeruus, noctéſque diéſque &c. Ergo in ſeruitute expetunt multa iniqua. Parquoy donques &c. Virg. Huc ſe prouecti deſerto in littore condūt: Nos abijſſe rati, & vento petijſſe Mycenas: Ergo omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu. Terentius, Ergo pretium ob ſtultitiam fero. Cicero de amicitia, 44, Itaque videas rebus iniuſtis iuſtos maxime dolere, imbecillibus fortes, flagitioſis modeſtos. Ergo hoc proprium eſt animi bene conſtituti & lætari bonis rebus, & dolere contrarijs.

Tace dum tabellas pellego. c. ergo quin legis? Que ne lis tu donques? Plaut. in Pſeud. 3.38.

Ipſus inquam Carmides ſum. s. ergo ipſúſne es? Plaut. in Trinummo, 13.144.

At ego hanc volo. p. ergo ſunt quæ exoptas. Plaut. in Aſin. 15.18.

Tibi ergo. Terent. in And. 5.2.9, Quid iſtic tibi negoti eſt? c. mihíne's. ita. d. mihíne's. tibi ergo. d. modo introij. Voyre vrayement toy.

Ergô producte, inquit Feſtus, idem quod χάριν, hoc eſt gratia, cū ſcilicet gratia intelligitur pro cauſa. Virg. Illius ergô venimus, & magnos erebi tranauimus amnes. Siſenna lib. 3, Milites, vt lex Calphurnia conceſſerat, virtutis ergô in ciuitate donati.

ERIGO erigis, erexi, erectum, erigere, Eſleuer. Plaut. in Merc. 18.6, Alios enicat, extinguit, alios ſuo lacte fouet atque erigit. ſed quos enicat, hi viuunt & ſapiūt: quos properat alere ac erigere, hi quidem confeſtim pereunt. De fortuna loquitur.

Erigere alicui aures. Plin. epiſt. 99. lib. v, Erexi nunc aures tuas, quandiu nunc oportet, quàm blande roges, vt reliqua cognoſcas. Ie tay faict eſtre attentif.

Erigere expectationem alicuius: Bailler vne attente a aucun. Plin. epiſt. 156, Erexi expectationem tuam: quam vereor ne deſtituat oratio in manus ſumpta: interim tamen tanquam placituram (& fortaſſe placebit) expecta.

Erectus animus ſenatus. Plinius epiſt. 74. d, Bene ceſſit, inuenit ita erectos animos ſenatus, ita recentes, vt priore actione incitati magis quàm ſatiati viderentur. Ie les ay trouué ſi attētifs.

Erectus affectus. Plin. in Paneg. 140, Neque eſt vllus affectus tam erectus & liber, & dominationis impatiens, nec qui magis vires exigat.

ERIPIO eripis, eripui, ereptum, eripere: Rauir, ou deliurer.

Eripere alicui aliquid: Rauir. Terent. in Adel. 2.2.30, Hoccine illo dignum eſt? hoccine incipere AEſchinum? per oppreſſionē vt hanc mihi eripere poſtulet? Idem in Heaut. 4.3.39, Vnus eſt dies dum argentum eripio: pax, nihil amplius.

Eripere alicui oculos. Plaut. in Rud. 18.51, Quid cauſſæ eſt quin virgis te vſque ad ſaturitatē ſauciē? quid illas ſpectas? quas ſi attigeris, oculos tibi eripiam. Ie te arracheray les yeulx de la teſte. Idem in Menæh. 22.21, Eripe oculum iſti actūtum. Terent. in Adelph. 3.2.20, Adoleſcenti ipſi eriperem oculos.

Eripuit mihi libertatem. Plaut. in Capt. 6.61, Tam ego fui antè liber, quàm gnatus tuus: tam mihi quàm illi libertatem hoſtilis eripuit manus.

Eripere ius alteri: Luy tollir ſon droit. Plaut. in Rud. 18.6, Rus meum ereptum eſt mihi, meas ancillas mihi inuito eripis.

Eripere ſpem nuptiarum. Terentius in Heaut. 4.3.35, At enim ſpem iſthoc pacto rurſum nuptiarum omnem eripis.

Eripere aliquid alicui è. Terent. in Heaut. 4.2.6, Crucior tantum bolum mihi ereptum tā ſubito è faucibus. Ie ſuis marri que on ma rauí vng ſi grand lopin de la bouche.

Eripere aliquem tormento: Deliurer aucun de torment. Plin. epiſt. 87, Eripe me huic tormēto.

Eripere agnum lupo: Deliurer les brebis de la gueulle des loups. Plaut. in Pœnulo, 11.31, Lupo agnum eripere poſtulant, nugas agunt.

Eripere aliquem ab. Terent. in Eunucho, 4.6.14, At enim caue ne prius quàm hanc à me accipias, amittas Chreme. nam hæc ea eſt, quam miles à me vi nunc ereptum venit.

Eripere aliquẽ ex crimine, Deliurer & decharger aucũ de ce que on luy met a ſur. Terentius in Phor. 2.2.9, Quid ages? P. quidvis, niſi vt maneat Phanium, atque ex crimine hoc Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram deriuem ſenis?

Eripere orationẽ ex ore alicui. Plaut. in Merc. 4.62, Quin igitur tu expedis quid id ſiet, quòd me per vrbem currens quærebas modo? A. orationem ex ore tu quidem mihi eripis: tace. Tu me fais perdre mon propos.

Eripit reſpõſiones omnes hoc verbo. Plaut. in Moſtell. 8.65, Multos me hoc pacto iam dies fruſtramini: moleſtus ſi ſum, reddite argentum, abiero. T R. reſponſiones omnes hoc verbo eripit. Par ceſte parolle il nous a clos la bouche que nous ne ſaurions plus que reſpondre.

Eripuit eum domo, Il la raui hors de la maiſon. Terentius in Adelphis, 2.1.44, Domo me eripuit, verberauit.

ERROGO erogas, erogare: Diſtribuer quelque choſe. Plin. epiſt. 240, Erit enim pecunia ex qua fiat, primum ea quam reuocare à priuatis & exigere iam cœpi. deinde quam ipſi erogare in oleum ſoliti, parati ſunt in opus balinei conferre.

Erogito erogitas, erogitare, Fort prier. Plaut. in Capt. 16.30, Vos ite intrò, interibi ego ex hac ſtatua veruecea volo erogitare, meo minore quid ſit factum filio.

Erogatio erogationis, f.g. Diſtribution: & largeſſe. Plin. in Paneg. 66, Alius vt contumacibus iraſceretur, tarditatémque ſoluendi dupli vel & quadrupli erogatione multaret. Et paulò pòſt, Interrogãdus videris, ſatíſne computaueris imperij reditus, an tantas vires habeat frugalitas principis, vt tot impendijs, tot erogationibus ſola ſufficiat.

ERROR erroris, m.g. Erreur, faulte, abus. Cic. de amicitia, 9, Sed nõ egeo medicina, me ipſe conſolor, & maxime illo ſolatio, quòd eo errore careo, quo amicorum diſceſſu plerique angi ſolent. Ie nay point ceſte follie en la teſte &c. Idem, de ſenectute, 77, Quòd ſi in hoc erro, quòd animos hominum immortales eſſe credam, libenter erro: nec mihi hunc errorem, quo delector, dum viuo, extorqueri volo. Plaut. in Mercatore, 7.11, Nec quid nunc corde conſilij capere poſſim ſcio, tantus cum cura meo eſt error animo, dum mei ſerui perplacet mihi conſilium, dũ rurſum haud placet. Tant ſuis troublé & deſuoyé.

Per errorem, in maximam fraudẽ incurrere: Eſtre deceu par faulte de prendre garde a ſoy. Cic. off. lib. 3, Quid enim eſt aliud erranti viam nõ monſtrare, quod Athenis execrationibus publicis ſancitũ eſt: ſi hoc nõ eſt emptorẽ pati ruere, & per errorem in maximã fraudẽ incurrere? plus etiam eſt quàm viam nõ monſtrare. nam eſt ſcienter alterum in errorem inducere.

Erro erras, errare, Aller ca & la, de coſté & dautre, cõme brebis qui paiſſent. Virg. Ille meas errare boues, vt cernis, & ipſum Ludere quæ vellẽ, &c. Idẽ, Mille meæ Siculis errãt in mõtib⁹ agnæ.

Errare, Errer, faillir, pecher, Sabuſer. Cic. Philipp. 12, Cuiuſuis eſt hominis errare: nullius niſi inſipientis perſeuerare in errore. Plaut. in Amph. 11.21, Qui me Amphitruonem rentur eſſe, errant probe. Ils faillent grandement. Terentius in Heaut. 1.1.53, Tibíne hæc diutius licere ſperas facere, me viuo patre, amicã vt habeas, prope iam vxoris loco? erras, ſi id credis. Tu te abuſes &c. Cic. lib. 1. Tuſc. Errare me hercule malo cum Platone, quũ tu quanti facias ſcio, & quem ex tuo ore admiror, quàm cum iſtis vera ſentire.

Ne erres. Plaut. in Captiuis, 2.14, Ego me tua cauſſa (ne erres) non rupturus ſum. A fin que tu ne tabuſe. Terẽt. in And. 4.2.21, Iam hoc opus eſt. D. quin iam habeo. C. quid eſt? D. huic, non tibi habeo, ne erres.

Scio quid erres: Ie ſcay bien en quoy ceſt que tu tabuſe. Plautus in Captiuis, 12.8, Quis iſthæc quam tu oſculũ mihi ferre iubes? P. tua filia. M. hæccine? P. hæc. M. egóne oſculũ huic dem P. cur nõ, quæ ex te nata ſit? M. tu homo inſanis. P. egóne? M. tu. P. cur? M. quia ego hãc, quæ ſiet, neque ſcio, neque noui: neque ego hanc oculis vidi ante hunc diem. P. ſcio quid erres: quia veſtitum atque ornatum immutabilem habet hæc. Terent. in Andr. 3.2.18, Teneo quid erret. quid ego agam habeo.

Errare de verbis alicuius, Nẽtẽdre pas que veult dire aucũ. Terẽ. in Heaut 2.3 22, Quid tamẽ nunc faciam? tum cum gratum mihi eſſe potuit, nolui: nemo eſt miſerior me. S. hic de noſtris verbis errat videlicet, quæ hic ſumus locuti. Clinia aliter tuum amorem atque eſt, accipis.

Errare tota via: Sabuſer du tout. Terent. in Eunuch. 2.2.14, Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via.

Errans errantis, Qui chemine & eſt eſguaré, & ne ſcet ou il va. Terentius in Heaut. 2.5.16, O Iuppiter vbinam eſt fides? dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci collocupletaſti te Antiphila, & me in his deſeruiſti malis. Virgilius, Vidiſtis ſi quam hic errantem

forte ſororum.

Erratio errationis, f.g. Foruoiement, eſguarement. Plaut. in Rud. 4.90, Si ad ſaxum quod capeſſit, ea deorſum cadit, errationis fecerit compendium. Elle ne ſe fouruoira pas tant. Terent. in Adelph. 4.2.42, Sanè hâc multo propius ibis, & minor eſt erratio.

Erro erronis, m.g. Vagabond, qui ne faict que troter & aller de lieu en autre. Vlpianus, Errones appellantur ſerui, qui non quidem fugiunt, ſed frequenter ſine cauſſa vagantur, & temporibus in res nugatorias conſumptis, ſerius ad dominum redeunt. Arrianus de re militari, Leuius itaque delictum emanſoris habetur, vt erronis in ſeruis: deſertionis grauius vt in fugitiuis. Plinius epiſt. 34.a, Enotuerunt quidam tui verſus, & inuito te clauſtra tua refregerunt: hos niſi retrahes in corpus quandoque, vt errones, aliquem cuius dicantur, inuenient. Tibullus, Atq; iterum erronem ſub tua ſigna voca.

Errabundus errabunda errabũdum, Qui ne faict autre choſe que daller ou trotter de lieu en autre. Virg. Si qua forte ferant oculis ſeſe obuia noſtris Errabunda bouis veſtigia.

Erraticus erratica erraticum, quod vbique ſerpit, ſeu vbique naſcitur. vt vitis erratica.

Errantia errantiæ. Idem quod error. Accius Neoptolemo, Satis iam dictũ eſt, neque ego errantia animi praue morigerabor. Nonius Marcellus.

Erratum errati, n.g. Idem quod error. Cic. ad Hirciũ, lib. 2, Qua in re ſi mediocriter lapſus ſum, defendes mecum intolerabile erratum.

E R V B E S C O erubeſcis, erubui, erubeſcere, Auoir honte, rougir de honte que on ha. Terentius in Adelphis, 4.5.9, Erubuit, ſalua res eſt. Plaut. in Truc. 6.35, Erubui mecaſtor miſera propter clamorem tuum.

E R V C A erucæ, ab erodendo dicta, genus vermis, campe alio nomine, qui in olerum folia repit, abroditque præſertim braſſicas. Vne chenille. Columella lib. XII, Vbi verò apricis regionibus, poſt pluuias, noxia inceſſerunt animalia, quæ à nobis appellantur erucæ, græce autem campæ nominãtur, vel manu colligi debẽt, vel matutinis tẽporibus frutices olerũ concuti. Sic enim dũ adhuc torpẽt nocturno frigore, ſi deciderint, non ãplius in ſuperiorẽ partẽ prorepũt. Eruca, ſi Apuleio creditur, ab hærendo venit, quoniam rebus quas occupat, tenaciter inhæreat. Eruca, Herba quædam virtutis calidæ, Venerem excitans. Ouid. Nec minus erucas iubeo vitare ſalaces. Columella, Excitet vt Veneri tardos eruca maritos.

E R V C T O eructas, eructare, frequentatiuum ab erugo erugis, Proprie extra ructum mittere: Rotter ſouuent.

Eructare: Pouſſer, ietter hors. Columella lib. 8, Neque ipſum vinarium repletur cõgerie quam tempeſtatibus eructat pelagi violentia.

E R V D I O erudis, erudiui, eruditum, erudire, Ex rudi doctum facere: Enſeigner, faire ſcauãt. Plin. epiſt. 171.d, Nam cum aures hominum leuitate lætãtur, tum ad rationem vitæ exemplis erudimur. Idem, epiſt. 5.g, Vir eſt grauis, prudens, multis experimẽtis eruditus, & qui futura poſſit ex præteritis prouidere. Ouid. Vt flerent, oculos erudiere ſuos.

E R V G O erugis, eruxi, eructum, erugere: Ructum extra mittere. Erugere, inquit Feſtus, ſemel factum ſignificat: quod eructare ſæpius.

E R V I L I A eruiliæ, genus leguminis, ſeu pabuli. Columella, Sarſena putat agros ſtercorari lupino, faba, vitia, eruilia, lente, circercula, piſo. Varro, de re ruſtica, lib. 1. cap. 32, Prima enim aratione grandes glebæ ex terra ſcinduntur. Serendũ viciam, lentem, cicerculã, eruiliã, cæteráque quæ alij legumina, alij (vt Gallicani quidã) legaria appellãt. Plin. lib. 18. cap. 10, Eruiliam iſdem modis quibus lentem.

E R V M P O erumpis, erupi, eruptum, erumpere, Cum impetu extra ire.

Erumpere, Egredi, Sortir. Plin. Erumpunt ceruis cornua primo aridæ cuti ſimilia.

Erumpere gaudiũ. Terent. in Eun. 3.5.2, Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium? Donatus, Erumpere quaſi actiuum verbũ poſuit pro neutrali, vt ſit, licétne mihi erumpere hoc gaudium? Aut erumpere, quaſi exire mihi, pro à me. Et paulopoſt, Vtrum me erumpere, pro emittere poſuit? aut erũpere pro exclamare? vt erũpere vocẽ dicitur qui exclamat. Hæc Donatus.

Erumpet in neruũ iſthæc fortitudo. Terent. in Phormione, 2.2.11, O vir fortis atque amicus: verùm hoc ſæpe Phormio vereor, ne iſthæc fortitudo in neruum erũpat denique. Donatus, Ex conſuetudine Romana dixit: quia ſæpe in neruum conijciebantur ex aliquo maleficio in carcerẽ miſſi. An prouerbium à ſagittarijs natum eſt, quod immoderatæ plerũque vires, adducendo arcu non telum incitent ſed neruum rumpant? an ex eo, quòd ſæpe fortius feriẽtes neruum ſibi aliquẽ lædant? Ergo fortitudine nimia ſæpe vinci, ſæpe decipi contingit.

E R V N C O eruncas, eruncare, Vellere, Arracher. Columella de medica. Cum ſeueris eam, ſæpius irrigato. paucos deinde poſt dies vbi cœperit fruticare, omnes alterius generis herbas eruncato.

Eruptio eruptionis. Eruptiones dicuntur quando vel exercitus è caſtris, vel præſidia ex vrbibus in hoſtes impetum faciunt.

E R V O eruis, erui, erutum, eruere, Extrahere.

Eruere curam: Ietter hors ſouci. Plautus in Caſina, 11.3, Curam erue, curã exime, caſtigare id ponito ad compendium.

E R V V M erui, n.g. genus pabuli ſeu leguminis. Columella, Eruum lætatur loco macro nec humido, quia luxuria plerunque corrumpitur. Dictum eſt ab eruendo. capitur enim, & manu vellitur. Plautus in Caſina. 3.37, Poſt autem niſi ruri tu eruũ comederis, aut quaſi lumbricus terram, &c.

E S

E S A L O N eſalonis, m.g. Plin. lib. x. cap. 74, Eſalon vocatur parua auis, oua corui frangens, cuius pulli infeſtantur à vulpibus. inuicem hæc catulos eius ipſámque vellit.

E S C A eſcæ, Toute ſorte de viande tant pour les hommes que pour les beſtes. Plaut. in Moſtellaria, 9.2, Melius hoc anno non mihi fuit domi, nec qui eſca vna ſibi me demeruerit magis. vxor nam prandium mihi perbonum dedit. Idem in Pſeudolo, 13.41, Meas qui eſitauerit eſcas quas ego condiero.

Eſca, Quæ datur auibus, piſcibúſve ad decipiendum, Amorce. Cicero de ſenectute, 40, Diuine enim Plato eſcam malorum voluptatem appellat, quòd ea videlicet homines capiantur vt hamo piſces.

Eſcarius eſcaria eſcarium, Quod ad eſcam pertinet, vt eſcaria vaſa: Vaiſſeaulx eſquels on menge. Plinius, Ad eſcaria vaſa totum rubens vitrum, non tranſlucens.

Vincula eſcaria, Liens de bien boire & menger. Plaut. in Menæhmis, 3.18, Nunquam ædepol fugiet, tametſi capital fecerit: facile aſſeruabis, dum illo vinclo vincies, ita iſthæc nimis lenta vincla ſunt eſcaria.

Eſcariæ menſæ, quadratæ vocantur, vel in quibus homines epulantur. Feſtus Pomp.

Eſculentus eſculenta eſculentum, Quod ad edendum pertinet: Choſe pour menger. Plin. lib. x, Accipitres totius Maſſiliæ humi fœtificant: nihil eſculenti capere vnquam ex funerum ferculis. Cato, vel de liberis educandis, Fortunaſſe illos non natura præſtare, ſi quid his datum ſit eſculentum.

E S C V L V S eſculi, f.g. Arbor glãdifera, quòd veteres ex eius fructu eſcã ſumerẽt. Pli. lib. x v, cap. v 1, Glandem quæ proprie intelligitur, ferunt robur, quercus, eſculus, cerrus, ilex, ſuber.

E S I T O eſitas, eſitare, frequẽtatiuum eſt à ſupino eſum. Menger. Plaut. in Pſeud. 13.41, Nam vel ducenos annos poterunt viuere meas qui eſitabunt eſcas quas ego cõdiero. Gellius, Videtur autem de Cyamo non eſitato cauſſam erroris fuiſſe.

E S S E D V M eſſedi, n.g. vehiculi genus, Gallorũ Britannorúmque, apud Belgas primo repertum. Et proprie eſſedum in equo. Cic. Attico, lib. v 1, Hic Vedius venit mihi obuiã cum duobus eſſedis & rheda equis iũcta, & lectica, & familia magna. Idem in Antonium Philipp. 2, Vehebatur in eſſedo trib. plæbis: lictores laureati antecedebãt: inter quos aperta lectica, mima portabatur: ſequebatur rheda cum lenonibus, comites nequiſſimi. Suet. in Claud. Solitus in geſtatorio ludere, ita eſſedo, alueóque adaptatis, ne luſus confunderetur.

Eſſedarius eſſedarij, Qui eſſeda regunt: Comme chartiers. Cic. Trebatio, Tu qui cæteris cauere didiciſti in Britannia, ne ab eſſedarijs capiaris caueto.

E S T R I X eſtricis, f.g, A ſupino eſum, eſor, eſtrix formatum, Vne mangereſſe, qui mãge a force, & deuore. Plaut. in Caſina, 17.20, Vt ipſæ ſolæ ventres diſtendant ſuos: ego noui ambas illas eſtrices, corbitant vbi comeſſe poſſunt.

E S V R I O, eſuris, eſuriui, eſurire, Auoir faim. Plaut. in Amph. 16.11, Eccum cum Blepharone Soſiam, compellabo hos prius. Soſia, tandem ad nos? eſurio. Idem in Curc. 8.11, Qui homo mature quæſiuit pecuniam, niſi eam mature parſit, mature eſurit.

Eſuribo pro eſuriam. Põponius Augure, Imò mane non eſuribis diutius, quare roga. Nouius mortis & vitæ iudicio, Ita vobis otioſus ſum, mihi algebo & mihi eſuribo.

Eſuriturus. Terentius in Heaut. 5.2 28, Modo liceat viuere eſt ſpes. C L. quæ? s. nos eſurituros ſatis.

Eſuriales feriæ, Quibus ab edendo feriati ſumus. Les iours de ieune. Plau. in Capt. 88, Nã hercle

huic diei, ſi liceat, oculos effodiam libens: ita malignitate onerauit omnes mortales mihi: neque ieiunioſiorem, neque magis effractum fame vidi, ita venter guttúrque reſident eſuriales ferias.

Eſurio eſurionis, Qui ha fain. Plaut. in Perſa, 4. 23, O ſaturio opportune aduenisti mihi. s. mendacium ædepol dicis, atque haud te decet: nam eſurio venio, non aduenio ſaturio.

Eſuries eſuriei, f. g. Fain.

Eſurigo eſuriginis, fœminini generis. Idem. Varro, Vbi lubet, ire licet accubitũ accedo ſtrenuoſus, ſilimus quòd eſurigo findebat coſtas.

E T

E T coniunctio.

Et copulatiua, vt Cicero eloquens fuit & philoſophus: Plaut. in Trinummo, 17. 33, Spondén' ergo tuam gnatam vxorem mihi? CH. ſpondeo, & mile auri philippûm dotis.

Et duplicatur interdum, ac completiua eſt in diuerſis rebus. Vt, Te admirantur & ciues & hoſpites. Virg. Multum ille & terris iactatus & alto. Terent. in Eunucho, 1. 1. 27, O indignũ facinus, nunc ego & illam ſceleſtam eſſe, & me miſerum ſentio: Et tædet, & amore ardeo: Et prudens, ſciens, viuus, vidénſque pereo, nec quid agam ſcio.

Et cauſſalis, pro etiam. vt Quorum Iphitus æuo Iam grauior, Pelias & vulnere tardus Vlyſſi. Quintilianus, Tamen ſi quid aduerſus te ipſe commiſit, ſit hoſtis & meus. Virgilius, Natus & ipſe dea.

Et interrogatiua, ſeu expletiua. Virg. Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſſa videndi?

Et indignatiua. Virg. Et quiſquam numen Iunonis adoret? Præterea aut ſupplex aris imponat honorem? Id eſt, An iuſtum videretur &c.

Et confirmatiua. Virg. Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis? Cicero Attico, Vide quàm turpi leto pereamus: & dubitari poteſt quin ille ſeu victus ſeu victor redierit, cædem facturus ſit?

Et pro id eſt. Plautus, Annos natus ſexaginta, & ſenex.

Et pro nam vel quia. Virg. Audieras & fama fuit. Quintilianus, Has primũ audiet puer: harum verba effingere imitando conabitur: & natura tenaciſſimi ſumus eorum quæ rudibus annis percipimus. Terentius in Eunucho, 2. 2. 60, Sed video herilem filium minorem huc aduenire: miror quid ex Pœreæo abierit: nam ibi cuſtos publice eſt nunc. non temere eſt, & properans venit.

Et plerunque ſententiarum initijs competit. Quintil. Et finitæ quidem ſunt partes duæ: quas hæc profeſſio pollicetur. Terent. in Phor. 1. 3. 19, Et ſi tibi res ſit cum eo lenone, quo cum mihi eſt, tum ſentias. Donatus, Et modo non connexiua, ſed inceptiua coniunctio eſt.

Et deſeruit etiam affectui, & quaſi interrogandi vim habet. Cicero Et ſunt qui de via Appia loquantur, taceant de curia.

Et pro deinde, ordinandi aduerbio. Virgilius, Corpúſque lauant frigentis & vngunt. Id eſt, deinde vngunt.

Et pro quanuis. Cic. Defendi legem Voconiam magna voce, boniſque lateribus, & videtis annos meos. Id eſt, quanuis ſim ita ſenex.

Et, ſubauditum ante ſi. Terent. in Eunucho, 5. 2. 26, Miſſa hæc faciamus: non te dignum feciſti. nam ſi ego digna hac contumelia ſum maxime, at tu indignus qui faceres tamẽ. Id eſt, etſi ego digna.

Et id ſcio: Quaſi dicat, inquit Donatus, nihil eſt. Terent. in Andr. 2. 2. 11, Daue perij. D. quin tu hoc audi. C. interij. D. quid timeas ſcio. P. mea quidẽ hercle certe in dubio eſt vita. D. & tu quid, ſcio. P. nuptiæ mihi. D. & id ſcio. P. hodie. D. obtundis.

Et ni, pro ſi non. Terent. in Adelph. 3. 4. 8, Et ni facient quæ illos æquum eſt, haud ſic auferẽt.

Et, pro ſed etiam. Terent. in Adelphis, 5. 5. 5, Quid agitur? ſeruum haud illiberalem præbes te, & tibi lubens bene faxim. Donatus, Et adiectum eſt, vt oſtẽdat hanc eſſe ſententiam, Nõ ſolum te laudo, ſed etiam iuuo: illud dicendo, hoc faciendo.

Et redundans. Virg. Multa quoque & bello paſſus.

Et certe. Terentius in Eunucho, 5. 6. 4, Sed éſtne ille noſter Parmeno? & certe ipſus eſt. Idem in And. 5. 4. 3, Andrium ego Critonem video? & certe is eſt. Idem in Adelphis, 1. 1. 53, Sed éſtne hic ipſus de quo agebam? & certe is eſt. Idem in Adelphis, 4. 5. 14, Vt opinor has non noſſe te, & certo ſcio.

Et hercle. Cicero de Amicitia. 35. Videtis qu'm nefaria vox: & hercle ita fecit: vel plus etiam quàm dixit.

Et quidem. Cic. de amicitia, 67, Rarum genus, & quidem omnia præclara rara.

Et vt. Cic. de amicitia, 65, Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione vſus leuandæ: &, vt Catonẽ dicere audiui, diffuendæ magis, quàm diſcindendæ ſunt.

Et quod: Quant a ce &c. Terent. in Eunucho, 1.1.19, Nihilo plus agas, quàm ſi des operam vt cum ratione inſanias. & quod nunc tute tecum iratus cogitas, Egóne illam? quæ illũ? quæ me? ſine modo, mori me malim.

Et quod dicendum nunc ſiet: Et pour dire la verité, Et puis quil fault que ie le te die maintenant. Terent. in And. 2.6.23, Quem, inquit, vocabo ad cœnam meorum æqualium, potiſſimum nunc? & quod dicendum hic ſiet, tu quoque perparce nimium. non laudo.

ET ENIM pro quia, Car. Plaut. in Amph. 3.26, Verùm profecto hoc petere me precario à vobis iuſſit leniter dictis bonis. etenim ille, cuius huc iuſſu venio, Iuppiter, non minus, quàm veſtrum quiuis formidat malum, humana matre natus. humano patre: mirari nõ eſt æquum ſi ſibi prætimet. Plinius, Etenim multa de hac magi tradiderunt, quæ non ſunt à nobis commemoranda. Terent. in Andr. 2.6.11, Nihil hercle: aut ſi adeò bidui aut tridui eſt hæc ſolicitudo. noſtin'? deinde deſinet. etenim eam ſecum rem recta reputabit via.

Etenim, Pareillement, ſemblablement, auſſi. Terent. in Eunuch. 5.9.44, Cogita modo, tu hercle cum illa Phædria & libenter viuis, etenim bene libenter victitas. Tu fais ſemblablement voulentiers bonne chiere.

Etenim mulieres? Des femmes quoy? quen dis tu? pro at, mais. Plaut. in Moſtellaria, 10.21, Inſpicere ædeis te has velle aiebat mihi. TE. niſi tibi incommodum eſt. S. immò eſt commodũ. i intrò, atque inſpice. TR. etenim mulieres? S. caue tu vllam floccifaxis mulierum.

Etenim pro at. Terẽt. in Phorm. 5.8.90, Aſſequere ac retine, dum ego huc ſeruos euoco. C. etenim nequeo ſolus, accurre huc.

Etenimuero. Plau. in Amph. 4.112, Etenimuero quoniam formam cepi huius in me & ſtatum, decet & facta, moré ſque huius habere me ſimiles item. Certeinement puis que &c.

ETIAM coniunctio, pro quoque, auſſi. Plaut. in Amphit. 8.99, Neque meum pedem huc intuli etiam in ædeis, vt cum exercitu hinc profectus ſum ad Teleboas hoſteis, eóſque vt vicimus. Ne nay mis auſſi le pied ceans depuis &c. Terent. in Hecyra, 5.1.7, Ego pol quoque etiam timida ſum, cum venit mihi in mentem quæ ſim.

Etiam: Adhuc, Encore. Terent. in And. 1.1.89, Egomet quoque eius cauſſa in funus prodeo, nihil ſuſpicans etiam mali. Ibidem, 3.2.23, Non ſatis me pernoſti etiam qualis ſim Simo. Ibidem, 5.4.38, At mihi vnus ſcrupulus etiam reſtat qui me male habet.

Etiam, Præterea: Dauantage, auec ce: Oultre ce. Terent. in And. 2.2.31, Etiam puerum inde abiens conueni Chremis. Ibidem, 4.2.31, Imò etiã, quo tu minus ſcis ærumnas meas, hæ nuptiæ non apparabantur mihi.

Etiam, hortantis. Terentius in And. 5.2.8, Etiam tu hoc reſpondes? quid iſtic tibi negotij eſt? Seruius Sulpitius, Etiam tu ab hiſce rebus animum ad cogitationem tuam aduoca.

Etiã, reſponſio pro ita: Ouy. Plin. ad Tacitum, Studes inquã? Reſpondit etiã. Vbi? Mediolani.

Etiam, pro quin potius, Mais plus toſt. Plin. in Paneg. 129, Nullius ab eo magiſtratus ius, nullius authoritas imminuta eſt, aucta etiam.

Etiam: Aduerbium affirmantis, pro ſic vel ita: Il eſt ainſi. Cic. pro Roſcio Comœdo, Si non, quomodo tabulas conficis? ſi etiam, quamobrem cum cætera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in aduerſarijs relinquebas? Idem in Acad. quæſt. Quaſi aut etiam, aut non, non modo verum eſſe, ſed neceſſarium. Idem Planco, Cui cum reſpondiſſem, me è prouincia decedere: Etiã me hercle, inquit, vt opinor, ex Africa. Plaut. in Curcul. 4.39, Etiam diſpertimini? Eſt il vray que vous vous ſeparés lung dauec lautre?

Etiam rides? Terent. in Eunucho, 5.7.16, Hem quid dixi peſſuma? an mentita es? etiam rides? Comment, ten ris tu?

Etiam clamat carnufex? Plaut. in Amphit. 4.222. Tu crie donques.

Etiam negas? Plaut. in Merc. 16.23, Ita verò me amabit Iuppiter vxor vt ego illud nunquam dixi. C. etiam negas? Comment? le renie tu?

Etiã denuo? Encore de rechef? Plautus in Amphit. 4.240, Amphitruonis ego ſum ſeruus Soſia. M. etiam denuo? S. pacem feci, fœdus feci, vera dico. M. vapula. Te ois ie encore?

Etiam atque etiam. Plaut. in Aulul. 18.7, Vide Fides etiam atque etiam nunc, ſaluam vt aulã abs te auferã. Prenés y bien garde, regardés y a deux fois. Terent. in Eunucho, 1.1.11, Proin tu,

dum eſt ad tempus, etiã atque etiam cogita. Penſe & repenſe. Plin. in Paneg. 142, Stetit Cæſar in illa amicitiæ ſpecula, precatúſque maria, celerémque (ſi tamen ipſe voluiſſet) recurſum: nec ſuſtinuit recedentem, non etiam atque etiam votis, lachrymis ſequi.

Etiam dum. Plautus in Pſeudolo, 15.2, Nam nihil etiam dum harpagauit præter cyathum & cantharum. Terentius in Heaut. 2.1.17, Hoc ego mali non pridem inueni: neque etiam dum ſcit pater. Mon pere nen ſcet rien encore.

Etiámne? Eſt ce ainſi? ou, Eſt ce aſſés? Plautus in Aſin. 3.28, Téque obſecro hercle, vt quæ loquutus deſpuas. D. fiat: geratur mos tibi. L. age age excrea. D. etiámne? L. age quæſo hercle vſque ex penitis faucibus. D. etiam? L. amplius. D. nã quouſque? L. vſque ad mortem volo. Idem in Pœnulo, 5.22, Vah, abi modo. A. quantum eſt acheronti mortuorum. M. etiámne abis? Neſt tu pas encore allé? Terent. in Eunucho, 1.2.63, Sed ego quantum ſuſpicor, ad virginem animũ adiecit. PH. etiámne amplius? T. nihil. En y, a il encore dauantage? Idem in Amphit. 8.126, Obſecro etiámne hoc negabis, te auream pateram mihi dediſſe dono hodie?

Etiámne ſi. Cic. de amicitia, 35, Etiámne, inquam, ſi in Capitolium faces ferre vellet?

Etiam inſuper, Terent. in Adelphis, 2.2.38, Præterea colaphis tuber eſt totum caput: etiam inſuper defrudet?

Nondum etiam: Terent. in Heaut. 3.3.35, Reperiſti tibi quod placeat, an nondum etiam?

Etiamnum, ponitur pro vſque tunc, vel vſque ad id tempus. Plaut. in Menæh. 10.15, Ibo etiamnum reliquiarum ſpes animum oblectat meum. Idem in Pœnulo, 2.99, Neque quidquam cũ ea fecit etiamnum ſtupri? Idem in Trucul. 10.57, Perij miſer, iam auro contrà cõſtat filius, etiamnum nihili pendit. Ibidem, 17.10, Mihi etiamnum quid ſit negotij, falſus incertúſque ſum: niſi quia timeo tamen. Varro de re ruſtica, Cum etiamnum platanus nouella eſſet.

Etiam nunc, pro vſque nunc, vſque ad iſtud tempus. Iuſques a preſent. Plaut. in Amphit. 4.175, Laſſus ſum hercle è naui vt vectus huc ſum, etiã nunc nauſeo. Ie men ſens bien encore maintenant. Idem in Amphit. 17.30, Nimia mira vidi, væ mihi Amphitruo, ita mihi animus etiã nunc abeſt. A. agédum expedi. ſcin' me tuum eſſe herum Amphitruonem? B. ſcio. A. vide etiã nunc. Terent. in And. 1.5.47, Memor eſſem? ô Myſis Myſis, etiã nunc mihi ſcripta, illa dicta ſunt in animo Chryſidis de Glycerio. Plaut. in Milite, Etiam nunc vale. Idem in Aſin. Etiã nunc dico, Periphanes Rhodius mercator, diues abſente hero ſolus mihi talentum argenti ſoli adnumerauit. Cæſar in comment. Atque hortabatur incerto nunc etiam exitu victoriæ. Cic. pro L. Murena, Homines tam ingenioſos per tot annos etiam nunc ſtatuere non poſſe, vtrum diem tertium dici oporteret. Idem ibidem, Quæritur etiam nunc quis eum nuntium miſerit. Idem de oratore, De materia loquor orationis etiam nunc, non de genere ipſo dicẽdi. Idem pro Sexto Roſcio Amerino, Salui etiam nunc eſſe poſſumus. Ibidem, Quæritur etiam nunc. Eidem, Etiam nunc ſi dubitas, fac vt ſciamus. Idem pro lege Agraria, In quibus ille etiam nũc bellum gerat. Idem de diuinatione, Vt mihi permirum videatur quenquã extare, qui etiam nunc credat ijs. Idem in Verrem, Etiam nunc mihi expectare videmini iudices quid deinde factum ſit. Idem de arte Rhetotica, De altera, patris etiam nũc mortui voluntas plurimum valebat. Idem Attico, Brutus erat in Veſide etiam nunc. Idem pro Cluẽtio, Quo de homine nihil etiam nunc dicere nobis eſt neceſſe. Idem pro T. Annio Milone, Cur tamen ſi metuitur etiam nunc Milo, non tam hoc quotidianum crimen timemus? Varro de lingua latina, Quod crepuſculum dies etiam nunc ſit, an iam nox, multis dubium. Idem lib. 3. rerum ruſt. Cuius aues hoſpitales etiam nunc ructor. Ibidem, Ruſtici etiam nunc quoque viam Veham appellant. Publius Lentulus, Conſulibus, prætoribus, tribunis plæbis, ſenatui, populóque Romano, Vt patientiam ſenatus & optimi cuiuſque manere etiam nunc confiderent. Liuius de bello Punico, Quid eſt Hanno, inquit, etiã nunc pœnitet belli ſuſcepti aduerſus Romanos. Plaut. in Epid. 2.40, Patrem ſe videre non vult etiam nunc.

Etiam nunc, Tout a ceſte heure. Plaut. in Aulul. 4.16. Abſcede hinc etiam nunc, etiam nunc, etiam, ohe iſtic adeſto. Ibidem, 7.77, Quid? nunc etiam mihi deſpõdes filiam. E. illis legibus cum illa dote quam tibi dixi.

Etiam quod. Plaut. in Milite, 9.83, Si poſt hunc diem mutiuero, etiam quod ego me certo ſciam, dato excruciatum me, egomet me dedam tibi.

Etiam ſi, Iaſoit. Terent. in Heaut. 4.1.19, Si peccaui mi Chreme, inſciens feci. c. id equidem ego, etiam ſi tu neges, certo ſcio, te inſcientem atque imprudẽtem dicere ac facere omnia. Cic. de amicitia, 83, Quæ tamẽ ipſa effloreſcit ex amicitia, etiam ſi tu eam minus ſecutus ſis. Ibidem 86, Omnia autem breuia, tolerabilia eſſe debent, etiam ſi maxima ſint.

Etiam etſi. Plaut. in Trinummo, 17.58, Ego ducam pater, etiam & ſi quam aliam iubebis.

Etiam tu. Plaut. in Aſin. 12.124, Etiam tu here, iſthũc amoues abs te, atque ipſe me aggredere? Terent. in Eunucho, 2.2.55, Etiam tu hic ſtas Parmeno?

Etiam tũ, pro vſque tunc vel vſque ad id tempus. Terent. in Hecyra, Me educit foras: narrátque vt virgo ab ſe integra etiam tum ſiet. Cic. de Oratore, Omnes etiam tum retinebant illũ Periclis ſuccũ. Ibidem, Cum etiam tum in lecto Craſſus eſſet. Varro de re ruſtica, Vineas veteres iterum occare, & nouellas etiam tertio, ſi ſint etiam tum glebæ.

ETSI, Ia ſoit. Plau. in Trinummo, 8.156, Ibo huc quò mihi imperatum, etſi odi hanc domum. Terent. in And. 2.2.37, Bene mones, ibo: etſi hercle ſæpe iam me ſpes hæc fruſtrata eſt. Idem in Heaut. 4.1.11, Vin' me iſthuc tibi (etſi incredibile eſt) credere? Ibidem, 2.1.13, Nam hic Clinia, etſi is ſuarum rerum ſatagit, attamen habet bene ac pudice eductam, ignaram artis meretriciæ. Plinius epiſt. 33.b, Reddam vicem, ſi repoſces: reddam, etſi nõ repoſces. Terent. in Adelph. 1.2.67, Etſi AEſchinus nonnullam in hac re nobis facit iniuriam. quam hic nõ amauit meretricem? Idem in Hecyra, 3.3.44, Etſi amor me grauiter, conſuetudóque tenet.

Etſi eſſem. Cic. de amicitia, 86, Etſi illis plane orbatus eſſem, magnum tamen mihi afferret ætas ipſa ſolatium.

Etſi quanuis. Cicero Attico, lib. XVI, Admiratus equidem ſum, te tam vehementer ſententiam commutaſſe: ſed non ſine cauſſa arbitrabar. etſi quanuis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certe fuiſti.

E V

EVADO euadis, euaſi, euaſum, euadere, Extra vadere, effugere, Eſchapper. Plinius epiſt. 275, Reddendúmque pœnæ, quam fractis vinculis euaſiſſet. Virg. Noſtráſne euadere demẽs Speraſti te poſſe manus? Plin. epiſt. 25.a, Cæſares, quibus ſuſpectus, atque etiam inuiſus virtutibus fuerat, euaſit. Idem epiſt. 144.a, Ac primum conſpicuus forma, omnes ſermones maligno rum & puer & iuuenis euaſit. Suet. in Tyberio, Carmelius euaſit me. Il meſt eſchappé.

Euadere perpetuam valetudinẽ, Eſtre eſchappé de neſtre iamais malade, ceſt par la mort. Plin. epiſt. 12.d, Scio euaſit perpetuam valetudinem: ſcio deceſſit ſuperſtitibus ſuis, florente rep. quæ illi omnibus ſuis charior erat: & hoc ſcio.

Euadere: Paſſer oultre. Virg. Euadítque celer ripam irremeabilis vndæ.

Euadere gradus, Monter les degrés. Virg. Sic fata gradus euaſerat altos.

Euadere ad. Monter. Virg. Euado ad ſummi faſtigia culminis, vnde &c.

Euaſit ante: Il eſt apparu. Virg. Vt tandem ante oculos euaſit, & ora parentis.

Euadere ex. Cic. pro Sylla, Cuius ex inſidijs euaſeris. Idem de ſenect. 73, Nec vero tum animum eſſe inſipientem, cum ex inſipienti corpore euaſiſſet.

Euadere, Fieri. Cic. An verebar ne non putaremus potuiſſe probum euadere? Deuenir bon.

Euadere, Liberare. Salluſt. At ni Marius ſigna inferre atque euadere oppidò properauiſſet, profecto cuncti, aut magna pars fidem mutauiſſent.

Nunquam euades ne. Plaut. in Amph. 15.48, Ne te ſacruficem, nunquam euades.

Euadere, inquit Donatus, eſt per quancũque difficultatem ad aliquid peruenire: Paruenir a ce que on veult, par quelque peine que ce ſoit. Plaut. in Pœnulo, 3.44, Intelligo hercle: ſed quò euadas neſcio. Ie ne ſcay ou tu pretẽs par tes parolles, ie ne ſcay ou tu veulx cheoir: ie ne ſcay pas que tu veulx entẽdre par ces parolles, ne a quel propos tu les dis. Idem in Sticho, 9.35, Miror quò euaſurus apologus. Terent. in Phor. 4.3.20, Quid hic incœptat? aut quò euadet? Ibidem, 1.2.61, Amare cœpit. o. ſcín' quam? quò euadat, vide. Terent. in Eunuch. 3.3.11, Vbi friget, huc euaſit, quampridem pater mihi & mater mortui eſſent. Idem in Adelphis, 3 4.64, Profecto euadet in aliquod magnum malum. Idem in And. 1.2.5, Et heri ſemper lenitas verebar quorſum euaderet.

EVALESCO, eualeſcis, eualui, eualeſcere, Valde validum fieri: Deuenir fort & robuſte. Plin. lib. 15, Quæ poſtquam eualuit, flacceſcente primitia Marſico bello languida authoritas patrũ facta eſt, ac paulatim in ſterilitatem emarcuit maieſtas.

EVALLO euallas, euallare, Extra mittere, excludere, quaſi extra vallum mittere. Titinnius, Prilia qua ego hodie extorrem hanc domo faciam pilatricem, pallia euallauit, ô pulchre. Varro, Donec foras nos intus euallauerunt. Nonius.

EVALVO eualuas, eualuare, Extra valuas excutere, è valuis eijcere. Plinius lib. 18, Et ipſa quæ eualuantur, variam picturarum rationem habent.

EVANESCO euaneſcis, euanui, euaneſcere: Deuenir a rien, ſeſuanouyr.

Euanidus euanida euanidum, Sine fructu. Columella, lib. 3, Nam quæ in proceritatem extendũtur, euanidæ fiunt, parum fructus ferunt.

EVANGELIVM euangelij, n. g. Latine, bonum nuntium dicitur.

Euangelia euangeliorum, pluraliter, & neutro genere, dicuntur ſacrificia & ſupplicationes quæ pro iucundo nuntio decerni cõſueuerunt, vel etiã merces allati iucundi nuntij. Cic. Attico, O ſuaues duas epiſtolas, quibus euangelia deberi fateor. Vlpianus in L. falſus §. de furto, qui alienũ quid, Ergo ſi ea quæ dicunt Græci euangelia petat: id eſt, mercedem pro rei inuẽtæ vel repertæ nuntio. Sunt qui hoc loco Menytra legendum exiſtimẽt: hoc eſt, indicium, vel præmium. Cicero Attico, lib. 13, Itáne nuntiat Brutus illum ad bonos viros euangelia, ſed vbi eos? niſi forte ſe ſuſpendit.

EVANNO euannas, euannare, Ventilare, vel mouere. A vanno, in qua legumina ventilãtur. Pomponius Pannuceatis, Dixi ego illud futurũ, in prima valua eſt, vix hæret miſera, euannentur, & mea ocyus opera vt fiat, fecero. Varro de re ruſtica, lib. 1, Vt quod leuiſſimũ eſt in eo, atque appellatur acus, euannatur foras extra aream.

EVAX, interiectio exultantis, Vng mot que dient ceulx qui ſe eſiouyſſent. Plaut. in Bacc. 5. 13, Euax aſperſiſti aquam: benéne vſque valuit? Idem in Menæh. 4. 16, Euax iurgio hercle tandẽ vxorem abegi ab ianua. Idem in Caſina, 20. 14, Euax, nunc pol demum ego ſum liber.

EVCERIA euceriæ, opportunitas. Cic. de finib. bon. & mal. Et quẽadmodum opportunitas (ſic enim appellamus euceriam) non fit maior productione temporis.

EVCHARISTIA, eucharistiæ, Latine, gratiarum actio.

EVDOXIA eudoxiæ, Latine bona fama. Cic. de finib. bon. & mal. De bona autẽ fama, quam enim appellant eudoxiam, aptius eſt hoc loco bonam famam, quàm gloriam.

EVEHO euehis, euexi, euectum, euehere, Extra vehere: Porter hors. Varro de re ruſtica, Quarto eundem fructuoſiorẽ faciunt vecturæ, ſi viæ ſunt quà plauſtra agi facile poſſunt, aut flumina propinqua, quæ nauigari poſſent, quibus vtriſq; euehere atque inuehi ad multa prædia ſcimus.

EVELLO euellis, euelli, vel euulſi, euulſum, euellere, Arracher de quelque lieu. Cic. pro Sextio, Qui in cõcione palàm dixerunt linguam ſe euelliſſe M. Catoni. Idem de Oratore, Omnẽ eorũ importunitatem ex intimis mentibus euelliſſet vis orationis tuæ. Idem Attico, lib. 15, Exciſa enim eſt arbor, non euulſa: itaque quàm fruticetur vides.

EVENIO euenis, eueni, euentum, euenire. Venir de quelque lieu. Plaut. in Caſina, 10. 1, Sine modo rus eueniat, remittam ad te virum cum furca in vrbem tanquam carbonarium.

Eueniunt quæ exopto: Il maduient ce que ie deſire. Plaut. in Perſa, 2. 19, Vt vales? T. vt queo. S. quid agitur? T. viuitur. S. ſatin' ex ſententia? T. Si eueniunt quæ exopto ſatis. Idem in Aſin. 12. 130, Opta id quod vt contingat tibi, vis. AR. quid ſi optaro? LE. eueniet. Terent. in Heaut. 1. 1. 105, Quòd ſi eſſet factum, hæc nunquam eueniſſent tibi.

Euenit aliter. Terent. in prologo And. 3, Id ſibi negoti credidit ſolum dari populo vt placerent quas feciſſet fabulas: verùm aliter euenire multo intelligit.

Euenit ex ſententia. Terent. in Heaut. 4. 5. 17, Vah, gloriare eueniſſe ex ſententia?

Euenit præter ſententiam & ſpem, Il eſt aduenu autrement que ie ne penſoie, & neſperoie. Plaut. in Merc. 19. 20, Omnia mihi hodie eueniunt præter ſentẽtiam. Terent. in Phorm. 2. 1. 21, Quicquid præter ſpem eueniet, omne id deputabo in lucro.

Eueniunt ea à me tibi. Plaut. in Capt. 7. 56, Feci ego iſta vt cõmemoras, & te meminiſſe id gratum eſt mihi: merita tibi ea euenerunt à me.

Euenit commodum. Terent. in Heaut. 4. 3. 7, O mi Syre audiſtin' obſecro? S. quidni? qui vſque vnà affuerim? C. cui æque audiſti commodi quicquam eueniſſe? S. nulli.

Euenit damnum. Plaut. in Sticho, 4. 56, Damna euenerunt maxima miſero mihi.

Euenit diſceſſio. Terent. in And. 3. 3. 17, Nempe incommoditas denique huc omnis redit, ſi eueniat, quod di prohibeant, diſceſſio.

Eueniat habitatio bona. Plaut. in Trinummo, 4. 2, Larem corona noſtrum decorari volo: vxor venerare, vt nobis hæc habitatio bona, fauſta, felix, fortunatáque eueniat.

Euenit illis iter vt eſſet: Il leur eſt aduenu de ſen aller &c. Terent. in Phor. 1. 2. 15, Euênit ſenibus ambobus ſimul iter in Lemnum vt eſſet.

Euenit illis iter incommodum. Terent. in Hecyra, 3. 4. 1, Ain' tu tibi hoc incõmodum eueniſſe iter? Dis tu que fortune teſt aduenue en chemin? que tu ne tes pas bien porté en chemin.

Euenit illis male. Plaut. in Curc. 2. 39, Lenonis hæ ſunt ædes. P. male iſtis eueniat.

Euenit occaſio. Plaut. in Milite, 4. 30, Vino, ornamẽtis, opiparíſque obſonijs. itaque intumum

ibi ſe miles apud lenam facit. vbi primum euenit militi huic occaſio, ſublinit os illi lenæ matri mulieris.

Euenit partus. Terent. in Hecyra, 3.3.36, Maxime volo, dóque operam, vt clam partus eueniat patrem. Quelle enfante, que ſon pere nen ſache rien.

Euenit poteſtas. Plau. in Ciſtell. 3.18, Vbi mihi poteſtas primum euenit, illico feci eius ei quod me orauit, copiam. Incontinant que iay eu la puiſſance ou le pouoir de ce faire.

Euenit obuiam. Plaut. in Caſina, 14.28, Sorte qua ego hunc amorem aut eſſe mihi dicam datũ? aut quod ego vnquam erga Venerem inique fecerim, cui ſic tot amanti mihi obuiam eueniãt moræ? Que tant de choſes me retargent.

Euenire, Idem quod euadere, & per quãcunque difficultatem ad aliquid peruenire. Plautus in Moſtellaria, 6.47, Hei mihi commiſta hæc blanda dicta quò eueniant, madeo metu. Ie ſuis tout en eaue de paour que iay a quelle fin tendent ces parolles. Idem in Epidico, 7.2, Expectando exedor miſer, atque exenteror, quò mihi Epidici blanda dicta eueniant: nimis diu maceror. ſitne quid, nécne ſit, ſcire cupio.

Euenire, Eſcheoir, auoir par ſort, Alicui quippiam per ſortem euenire. Salluſtius in Iugurtha, Metellus & Syllanus conſules deſignati prouinciam inter ſe partiuerant, Metellóque Numidia euenit.

Euenit vt. Cic. de amicitia, 66, Quamobrem primum danda opera eſt ne qua amicorum diſſidia fiant: ſin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppreſſæ videantur.

Euenit impersonale. Terentius in Andria, 5.4.4, Saluus ſis Crito. quid tu Athenas inſolens? c. euenit. Ceſt vng cas dauenture.

Euentus, euentus, euentui, Generis maſculini, & declinationis quartæ eſt tam in ſingulari quàm in plurali. Quod caſu aut fortuna nobis euenit, Vng cas dauenture, ou de fortune. Plaut. in Rudente, 8.10, Captamus cibum è mari. ſi euentus non venit, neque quicquam captum eſt piſcium ſalſi, lautíque, domum redimus clanculum. Cic. lib. 1, de Oratore, Vt enim quis optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem, varióſque orationis euentus expectationémque hominum pertimeſcit. Idem de legibus, Celeris etiam pœna triſtis, & præter eos euẽtus qui ſequuntur, per ſe ipſa maxima eſt.

Euentum, euenti, pluraliter euenta, euẽtorum: inquit Nonius. Lucretius lib. 1, Nam quæcunque cluẽt, aut his cõiuncta duobus Rebus ea inuenies, aut horũ euẽta videbis. Idem lib. 1, Euentũ dici poterit quodcunque erit actum. Cic. in Partitionibus, Si cuiuſque facti & euẽti cauſſa ponetur. Idem de diuinatione, Si euẽta quærimus quæ exquirũtur auibus. Idem Attico, Semper cauſſæ euentorũ magis mouent quàm ipſa euenta. Idem in Hortenſio, Tu me & aliâs nonnunquã, & paulo antè adhortatus es, aliorum facta & euenta conquirerem. Idem conſulatus ſui lib. 2, Atque euenta quærens, & animo pendens, noctu timebat. Idem de Oratore, Ex aliorum factis, aut dictis, aut euentis. Idem ad Luceium, Fabulam rerum, euentorúmque meorum. Idem Lentulo, Quæ quidem mea cohortatione tibi inanis aut ſine cauſſa ſuſcepta videatur, illa me ratio mouet, vt te ex noſtris euentis communibus admonendum putarem: vt conſyderares in omni reliqua vita quibus crederes, quos caueres.

Euentus, Finis alicuius rei dicitur. Ouid. Careat ſucceſſibus opto, Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

EVERRO euerris, euerri, euerſum, euerrere, Ballier hors. Columella lib. 8, Stabula frequẽter euerrenda & purganda, humórque omnis vrinæ deuerrendus eſt. Cic. act. 3. in Verrẽ, O Verrea præclara, quoquam ſi acceſſiſti, quò nõ attuleris iſtum diem. etenim quam tu domũ, quam tu vrbem adiſti, quod factum denique, quod non euerſum atque exterſum reliqueris?

Euerriator, euerriatoris, inquit Feſtus, dicitur qui accepta hæreditate iure iuſta facere defuncto debet. qui ſi non fecerit, ſeu quid in ea re turbauerit, ſuo capite luat. id nomen ductũ à verrendo. nam exuerræ ſunt purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt: quæ fit per euerriatorem, certo genere ſcoparum adhibito, ab extra verrendo dictarum.

Euerriculum euerriculi, n. g. Rete eſt piſcatorium, vel ſagena à Græcis dictum, à verrenda aqua ſic appellatum. Cic. in quinta in Verrem actione, de Verre ipſo loquens, Qui Cẽturipinos cõpulerat, edicto omnia ad ſe argentea vaſa comportare, è quibus emblemata abſtulerat, redditis puris vaſis, genere rapinæ improbiſſimo. quod vnquam (inquit) iudices huiuſcemodi euerriculum in illa prouincia fuit? Alludens ad Verris nomen & ad ſignificationẽ verbi. Idem in tertio de natura deorũ, Cum iudicia bonæ fidei recenſuiſſet, addidit hæc verba, Inde euerriculũ malitiarum omnium, iudicium de dolo malo, quod Caius Aquilius familiaris noſter protulit:

quem dolum idem Aquilius tum teneri putat, cum aliud ſit ſimulatum, aliud actum. Actionē de dolo, euerriculum appellat, quo ſcilicet euerrūtur fraudes hominū è vita ciuili. eſt enim hæc actio prodita ad terrorem hominum ſubdolorum, qui ignominiam eius iudicij formidant.

EVERTO euertis, euerti, euerſum, euertere, Deſtruire, rēuerſer ce que deſſus deſoub. Cicero lib. 1. off. De euertendis diripiendiſque vrbibus, valde illud conſyderandum eſt. Virg. Priamique euertere gentem Immeritam viſum ſuperis.

Euertere aliquem fundis: Ietter aucun hors de ſes heritaiges. Plau. in Perſa, 16. 99, Euertes homines tuo arbitratu fundis familijs. Idem in Trinummo, 4. 131, Omnes mortales hūc aiebant Calliclem indignum ciuitate hac eſſe viuere, bonis qui hunc adoleſcentē euertiſſet ſuis. Cic. in Verrē, act. 3, Malleolus à me productus eſt, & mater eius, atque auia, quæ miſere flentes euerſum à te puerum patris bonis eſſe dixerunt. Idem de amicitia, 23, Quæ enim domus eſt tam ſtabilis, quæ tam firma ciuitas eſt, quæ non odijs, atque diſſidijs funditus poſſit euerti?

Euerſus euerſa euerſum, Deſtruit.

Euerſæ ceruices alicuius, dicuntur de illo qui victus eſt, & domitus, cuius ceruices nō amplius erectæ ſunt, ſed depreſſæ. Terent. in Heaut. 2. 3. 131, Ego te autē noui quàm eſſe ſoleas impotens, inuerſa verba, euerſas ceruices tuas, gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus abſtineo.

Euerſio euerſionis, f. g. Deſtruction. Plin. epiſt. 331, Addebat etiā temporis ſpatiū, poſtulabátque ne id quod pro multis & olim accepiſſet cum euerſione reliquæ dignitatis, reddere cogeretur.

EVGE, Interiectio laudantis, & exultantis, aſſentientiſque. Vng mot que on dict, quant on ſeſiouyt de quelque choſe, cōme ſi on diſoit, O que ceſt bien faict, Ien ſuis ioyeulx, Gay gay, Courage, & autres telles manieres. Plaut. in Moſtell. 4. 102, Lepide dictū de atramento atque ebore. euge plaudo Scaphæ. Ien ſcay bon gré a Scapha, de la parolle quelle a dicte. Idem in Capt. 6. 24, Euge, pol Thalem talento non emam Mileſium: nam ad ſapientiam huius, nimius nugator fuit. Idem in Epid. 2. 8, Euge, corpulentior vidêre, atque agilior. Queſt cela hau, tu me ſemble &c. Idem in Amphit. 8. 108, Lauiſti. AM. quid poſtquam lauí? AL. accubuiſti. S. Euge optime, nunc exquire. Ceſt bien dict a toy. Ibidem 13. 10, Sed ædeis occluſerunt: euge hoc fit pariter atque vt alia facta ſunt. Idem in Mercat. 6. 12, Euge mi Demipho ſalue. D. ô quid agitur? quid fit? Terent. in Adelphis, 5. 7. 13, Euge, iam lepidus vocor. Idem in Phormione, 5. 6. 29, Ita animum cœpi attēdere, hoc modo ſermonem captās. A. euge Geta. G. hic pulcherrimum facinus audiui.

EVHOE interiectio dolentis. Plaut. in Menæh. 17. 74, Concede huc mea gnata, abi iſtoc quàm potes longiſſime. M. euhoe atque heu Bromie, quò me in ſyluam venatum vocas? audio: ſed nō abire poſſum ab his regionibus, ita me illa ab leua rabioſa fœmina obſeruat canis.

EVIDENS euidentis, o. g, Qui eſt facile a veoir, Que on voit clerement, Euident, qui eſt tout manifeſte. Cic. Acad. quæſt. lib. 4, Eóſque qui perſuadere vellent eſſe aliquid quod comprehendi & percipi poſſet, inſcienter facere dicebāt. Præterea quòd nihil eſſet clarius enargia, vt Græci: perſpicuitatem, aut euidētiam, nos ſi placet, nominemus, fabricemúſque, ſi opus erit, verba. Idem de Amicitia, 27, Quod in homine multo eſt euidentius.

EVIGILO euigilas, euigilare, Seſueiller. Plin. epiſt. 5. d, Euigilaueram: nūtius à Spurinna &c. Catullus, Et duce ſtant acies euigilante ſuo.

EVINCO euincis, euici, euictū, euincere, Gaigner, ſurmōter. Vnde euictio apud Iuriſcōſultos.

EVIRO euiras, euirare, Virilitatem auferre, & effœminare. Varro Marcipore, Spatulæ euirauit omnes Veneri vaga pueros.

Euiratus adoleſcens apud Plautum, pro molli.

EVIRESCO euireſcis, euirui, euireſcere, Deuenir vert. Varro Prometheo, Atque ex ſanguini bus dolore euireſcat colos.

EVISCERO euiſceras, euiſcerare, Viſcera extrahere, Tirer & arracher les boyaux hors du corps. Virg. lib. 11, Compreſſámque tenet, pedibúſque euiſcerat vncis.

EVITO euitas, euitare, Vitam eripere, vita ſpoliare: Vetus verbum eſt, planéque poeticū. Cic. lib. 3. Tuſc. Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vitam euitari.

Euitare, Euiter, fouyr, Se deſtourner. Cic. de amicitia, 74, Eſt enim varius & multiplex vſus amicitiæ, multæque cauſſæ ſuſpicionum offenſionúmque damnantur, quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre ſapientis eſt. Plin. de viris illuſt. 7. b, Tullia ſtatim in forum properauit, & prima coniugem regem ſalutauit: à qua iuſſa turba recedere, cum domum rediret, viſo patris corpore, mulionē euitātē, ſuper ipſum corpus carpentū ageret præcepit: vnde vicus ille

ſceleratus dictus. Horat. lib. carminum, 1, Metáque feruidis Euitata rotis, palmáque nobilis Terrarum dominos euehit ad deos.

EVLOGIA eulogiæ, benedictio. Cicero Attico, lib. 13, Locum hominibus non ſanè probo quòd eſt deſertior, ſed habet eulogiam.

EVNVCHVS eunuchi, Qui de nature eſt chaſtré.

Eunucho, eunuchas, eunuchare, Chaſtrer. Varro, Quod facit pro ſua parte is qui ſe eunuchat.

EVOCO euocas, euocare, Appeller, hucher aucun. Plautus in Trinummo, 17.47, Probus es, eo vt illum euocem. Euocate huc Dauum. Appelles moy Dauus, quil vienne icy. Terentius in Andria, 3 3.48.

Euocare aliquem foras. Terent. in Eunucho, 2.2.52, Num quem euocari hinc vis foras? Veulx tu que on appelle aucun de leans quil vienne icy?

Euocare aliquem intus foras. Plau. in Pſeud. 9.12, Oſtium pultabo, atque intus euocabo aliquẽ foras. Idem in Menæh. 5.36, Euocate intus Cylindrum mihi coquum actûtum foras. Appellés moy Cylindrus qui es leans, quil vienne icy.

Euocate huc Soſiam, accerſat Blepharonem qui. Appellés moy Soſia, quil vienne icy pour aller querir Blepharo. Plautus in Amphit. 10.68, Euocate huc Soſiam gubernatorem, qui in mea naui fuit, Blepharonem accerſat qui nobiſcum prandeat.

Euocare aliquem foras verbis alicuius. Plau. in Caſina, 5.56, Vis tuis Chalinum huc euocẽ verbis foras? Veulx tu que ie die a Chalinus que tu le demande cy dehors?

Euoca à naui Blepharonẽ huc verbis meis, vt: Dis de par moy a Blepharo, Dis a Blepharo que ie veulx quil vienne icy, pour &c. Plautus in Amphit. 11.12, Tu gubernatorem à naui huc euoca meis verbis Blepharonem, vt re diuina facta mecum prandeat.

Euocare aliquem ad cœnam, Appeller aucun pour ſouper. Plau. in Moſtell. 14.13, Promiſi foras: ad cœnam me ne te euocare cenſeas.

Euocare animum à negotio: Id eſt, Retrahere, Retirer. Cic. lib. 1. Tuſcul. Nã quid aliud agimus, cum à voluptate, id eſt, à corpore, cum à re familiari, quæ eſt miniſtra & famula corporis, cum à rep. cum à negotio omni euocamus animum.

Euocare, inquit Seruius, eſt ad diuerſa loca, diuerſos cogere exercitus. Faire amas de gẽdarmes: Crier ban & arriere ban. Cic. pro Rabirio, De te ipſo inquam Labiene quæro, cum ad arma ex ſenatuſconſ. conſules euocaſſent, cum armatus AEmilius in comitio ſtetiſſet. &c.

Euocare teſtes: Faire venir teſmoings, pour teſmoigner en iuſtice. Plin epiſt. 91, lib. v 1, Scripſeram tenuiſſe Varenum, vt ſibi euocare teſtes liceret: quod pluribus æquum, quibuſdã iniquum & quidem pertinaciter viſum eſt.

Euocatus euocata euocatum: Qui eſt appellé.

Euocati dicuntur, non qui iuſti milites ſunt, ſed qui repẽtina aliqua neceſſitate ex agris in bellum tumultuarie & vocantur & coguntur. Suet. in Galba, cap. x, Delegit & equeſtris ordinis iuuenes, qui manente annulorum aureorum vſu, euocati appellarẽtur, excubiáſque circa cubiculum ſuum vice militum agerẽt. Etiam per prouincias edicta dimiſit, author ſingulis vniuerſíſque conſpirandi, ſimul & vt qua poſſet quiſque opera communem cauſſam iuuarent.

EVOLO éuŏlas, euŏlare, Sen voller.

Euŏlare, Per tranſlationem, Cicero Lentulo, Quia altius me euolare noluerunt.

Euŏlare pœnam, Fuir & euiter la peine. Cicero de prouinciis conſularibus, Quam pœnam, ſi tum aliorum opibus, non ſuis, inuitiſſimis vobis euolarũt, at aliam multo maiorem, grauiorémque ſubierunt.

Euolaticus, euolatica, euolaticum, Qui ſenuolle, volleur. Plaut. in Pœnulo, 6.26, Ita vt occœpi dicere lenulæ de illac pugna pentethronica, qua ſexaginta hominum vno die euolaticorũ manibus occîdi meis. L. euolaticorum hominum? A. ita dico quidem. L. an obſecro vſquã ſunt homines volatici? A. fuere: verum interfeci.

EVOLO euólas, euōlare, à vóla vólæ, Emporter, deſrober, enleuer: quaſi in volam recipere. Plaut. in Ciſtell. 10.71, Quid quæritas? H. ciſtellam adoleſcens hic mihi euōlauit.

EVOLVO, euoluis, euolui, euolutum, euoluere, Rouller dung lieu en autre.

Euoluere alicunde argentum ſibi. Plaut. in Pſeud. 5.83, Ego hoc triduo aut terra, aut mari alicunde euoluam id argentum tibi.

Euoluere ſe turba. Terent. in Eunuch. 4.4.56, Pol ſi ſapis, quod ſcis neſcis, neque de eunucho, neque de vitio virginis: hac re & ómni te turba euolues, & illi gratum feceris. Par ce moyen tu te mettras hors, tu te defferas de tout empeſchement.

Euoluere ſe ex turba aliqua. Terent. in Phormione, 5.4.5, Hic ſimul argentum repperit, cura ſeſe expediuit : ego nullo poſſum remedio me euoluere ex his turbis: quin ſi hoc celetur, in metu: ſin patefit, in probro ſiem.

EVOMO euomis, euomui, euomitum, euomere, Vomir, Ietter hors.

Euomere virus apud aliquem, Deſcharger ſon cueur enuers aucun. Cic. de amicitia, 73, Quin etiam ſi quis aſperitate ea eſt, & immanitate naturæ vt congreſſus & ſocietatem hominum fugiat atque oderit, qualem fuiſſe Athenis Timonem neſcio quem accepimus, tamen is pati nõ poſſit vt non acquirat aliquem, apud quem euomat virus acerbitatis ſuæ.

Euomere iram in aliquem: Deſcharger ſon courroux cõtre aucun, Se courroucer a luy. Terentius in Adel. 3.2.14, Nihil eſt quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obuiam, vt iram hanc in eos euomam omnẽ, dum ægritudo hæc eſt recẽs. Idem in Hecyra, 3.5.65, Porto hoc iurgium ad vxorem, cuius fiunt hæc conſilio omnia: atque in eam hoc omne, quod mihi ægre eſt, euomam. Que ie deſcharge mon cueur ſur elle. Idem in Adel. 3.4.65, Ibo, ac requiram fratrem, vt in eum hæc euomam.

EVPHORBIVM euphorbij, n. g. herba. Plinius lib. 25. cap. 13, Facit claritatem & euphorbium inunctis. Idem lib. 26. cap. x1, Hoc præſtat euphorbium, vt perhibent, ex aceto naribus tactis peucedani ſucco.

E X

EX præpoſitio, ablatiuo caſui ſeruit. Varijs verbis iungitur.

Ex melle reſinam vorato: Auec du miel. Plaut. in Mercatore, 4.28, Placide volo acquieſcere tua cauſſa rupirauices: iamdudum ſputo ſanguinem. c. reſinam ex melle AEgyptiã vorato, ſaluum feceris. Apud Plinium frequens eſt genus loquendi, vt ſpongia ex aceto &c.

Ex aduerſum: De lautre coſté, vis a vis. Terent. in Adelph. 4.2.46, Ito ad dextrã, prius, quàm ad portã venias: apud ipſum lacum eſt piſtrilla, & ex aduerſum eſt fabrica. Idem in Phor. 1.2.38, Nos otioſi operam dabamus Phædriæ, in quo hæc diſcebat ludo, ex aduerſum ei loco tonſtrina erat quædam: hic ſolebamus ferè plerunque eam operiri.

Ex aduorſo: Idem. Terent. in Phor. 1.2.47, Modo quandam vidi virginem huic viciniæ miſerã ſuam matrem lamentari mortuam: ea ſita erat ex aduorſo. Plaut. in Merc. 22.37, Reſpice huc ad dexteram Charine, nónne ex aduerſo vides? nubis atra imbérque inſtat. aſpice nunc ad ſiniſtram huc, atque vides? cælum vt ſplendore eſt plenum nónne ex aduerſo vides?

Abijt ex matrimonio Plaut in Merc. 16.27, Nempe vt aſſimulem me amore iſtius hic differri Athenis, quaſique iſtius cauſſa amoris ex hoc matrimonio abierim.

Ex æquo & bono facere, Faire a la bonne foy, & ſelon equité. Terent. in Adelphis, 5.9.30, Id non fieri ex vera vita, neque adeò ex æquo & bono: ſed ex aſſentãdo, indulgẽdo & largiẽdo.

Ex animo eſt. Plaut. in Epid. 11.1, Si quid homini eſt miſeriarum, quo miſereſcat miſer, ex animo eſt. Cela luy vient de ſon cueur.

Ex animo miſer fit, Il ha grand fain deſtre malheureux. Plaut. in Trinummo, 7.6, Qui nihil aliud, niſi quod ſibi ſoli placet, cõſulit, aduorſum filium nugas agit, miſer ex animo fit: ſatius nihilo facit ſuæ ſenectuti.

Ex animo ſolicitus. Plaut. in Truculento, 9.2, Vt miſeræ matres ſolicitæque ex animo ſunt, cruciantíque.

Ex animo facere: Faire de courage. Terentius in Adelphis, 1.1.47, Ille quem beneficio adiũgas, ex animo facit.

Ex animo dicere, Dire de cueur, ſans faintiſe. Terent. in Eunuc. 1.2.95, Vtinam iſthuc verbum ex animo ac verè diceres. Cic. in Piſonem, Equidem dicam ex animo quod ſentio.

Ex animo volo. Terent. in Adelph. 5.7.21, Di tibi Demea bene faciant, cum te video noſtræ familiæ tam ex animo factũ velle. Idem in Heaut. 5.2.6, Nec rationẽ capio, niſi quod tibi bene ex animo volo. Cicero Cornificio, Huic tu libro maxime velim ex animo, ſi minus gratiæ cauſſa ſuffragere.

Ex animo amare. Cic. Attico, Te autem alienum hominem ament ex animo.

Ex Aulide Philocrates. Plaut. in Captiuis, 9.9, Poſtquam id actum eſt, eo protinus ad fratrem, mei vbi ſunt alij captiui. rogo, Philocratem ex Aulide ecquis omnium nouerit. Terent. in Eunucho, 1.2.30, Ibi tum matri paruulam puellam dono quidam mercator dedit, ex Attica hinc abreptam. Ibidem, 3.2.18, Ex AEthiopia eſt vſque hæc. Suetonius de claris grãmaticis, x1, Valerius Cato, vt nonnulli tradiderunt, Burſemi cuiuſdam libertus ex Gallia. Qui eſtoit de France.

Ex ante diem. Cic. Attico, lib. 3. De Quintio fratre nuntij nobis triſtes, nec varij venerant, ex ante diem nonarum Iuniarum, vſque ad pridie cal. Septemb.

Ex alto. Salluſt. de rep. ordinanda, ad Cæſarem, Equidem mihi decretum eſt, nihil tam ex alto reperiri poſſe, quod non cogitanti tibi in promptu ſit.

Aſtat ex pictura. Plaut. in Sticho, 4.114, Sed eccum Dinacium eius puerũ. at hoc vide ſatín vt facete, atque ex pictura hic aſtitit. Id eſt, vt picturam ſpectare putes. Il ſemble a le veoir que ceſt peinture.

Audiui te ex hoc. Plaut. in Milite, 18. 50, Neſcio tu me ex hoc audieris, an non: nepos ſum Veneris. Ie ne ſcay ſi tu me las ouy dire ou non.

Audiui ex. Plaut. in Epid. 11.36, Nam poſtquam audiui illico ex meo ſeruo illam eſſe captam, continuo argentum dedi vt emeret. Plin. epiſt. 38.c, Ita certe ex Quintiliano præceptore meo audiſſe memini.

Aucupare ex inſidijs. Plaut. in Aſin. 16.31, Aucupemus ex inſidijs clanculum quam rẽ gerãt.

Ex authoritate pontificũ: Par lordonnance des prelats. Plin. epiſt. 139.a, Angit me Fanniæ valetudo. contraxit hanc dum aſſidet Iuniæ virgini ſpõte primum (eſt enim affinis) deinde etiã ex authoritate pontificum. nam virgines cum vi morbi atrio Veſtæ coguntur excedere, matronarum curæ cuſtodiæque mandantur.

Ex bono & æquo. Vide AEquum & bonum. Iulianus de contractibus bonæ fidei loquens, In ijs (inquit) alter alteri alligatur de eo quod alterũ alteri ex bono & æquo præſtare oportet. Id eſt, non de eo ſolo quod cautum eſt, quod etiam ex bona fide dicitur alibi ab eodem.

Ex compoſito. Vide poſt EXCOLO.

Corruptus ex adoleſcente optimo. Plaut. in Moſtell. 2.80, Nam ecquum herilem filium video corruptum hic ex adoleſcente optimo. Dung bon fils, il eſt faict vng meſchant.

Corruptus ex amore. Plautus in Aſinaria, Gaſté par amour.

Conijcitur in morbum ex ægritudine. Plaut. in Pœnulo, 2.69, Qui periſſe videns vnicũ gnatum ſibi, conijcitur ipſe in morbum ex ægritudine. Dennuy il deuint malade.

Ex conſuetudine, Selon ta couſtume, comme tu as de couſtume. Plin. epiſt. 2.a, Hunc rogo ex conſuetudine tua & legas & relegas & emendes.

Comparare ſua commoda ex incommodis alterius. Terent. in And. 4.1.3.

Conſulere ex. Plautus in Caſina, 10.63, In re præſenti, ex copia piſcaria conſulere licebit quod emam. Selon le marche de poiſſon que ie voirray.

Capere dolorem ex. Terent. in And. 4.3.4, Verùm ex eo nunc miſera quem capit dolorem.

Conflata amicitia ex. Terent. in Eunucho, 5.2.34, Sæpe ex huiuſmodi re quapiam, & ex malo principio, magna familiaritas conflata eſt.

Condemnatus ex inuidia, Par enuie. Plin. de viris illuſt. 50, Deinde ex inuidia peculatus reus ab omnibus tribubus excepta Metia, condemnatus.

Ex diſciplina. Plaut. in Pſeudolo, 22.23, Illis ſatiſfacere minime ex diſciplina quiui ego, qui lenonem capere didici.

Ex diuerſo. Plinius epiſt. 45.c, Apud Græcos enim eſt quiddam, quanuis ex diuerſo, non tamẽ omnino diſſimile.

Ex die hoc. Plaut. in Perſa, 15.11, Bonus volo iam ex hoc die eſſe: quod neque fiet, neque fuit.

Dare verba ex inſidijs. Plaut. in Aulularia, 4.23, Nimíſque ego hãc metuo male, ne mihi ex inſidijs verba imprudenti duit.

Datus aduocatus ex iudicibus. Plinius epiſt. 53.h, Memini tamen me aduocatum ex iudicibus datum.

Demens ex peregrina. Terent. in And. 3.1.11, Quid hoc? adeóne eſt demens ex peregrina?

Diſcrimen adire ex. Plin. epiſt. 199, Gratulare mihi, gratulare etiã literis ipſius, quæ ex periculo eius tantum diſcrimen adierunt, quantum ex ſalute gloriæ conſequentur. Par ſa mort.

Ex dignitate. Cic. epiſt. lib. v, Licinio, Quamobrem tu quantum tuo iudicio tribuendum nobis eſſe putes, ſtatues ipſe: &, vt ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate.

Excedere ex pueris. Cic. pro Archia poeta, Nã vt primũ ex pueris exceſſit Archias, atque ab his artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, ad ſcribendi ſtudiũ ſe contulit.

Euaſit ex aqua. Plaut. in Rud. 4.86.

Ex ea re: De ce. Terent. in Hecyra, 3.1.19, Tum matrem ex ea re, aut me vxorem in culpa inuenturum arbitror.

Ex eo die, Depuis ce iour la. Plin. epiſt. 339, Athletæ domine ea quæ pro Iſelaſticis certamini-

bus conſtituiſti, deberi ſibi putant ſtatim ex eo die quo ſunt coronati.

Ex eo fit vt. Cic. de amicitia, 43, Ex eo fieri vt mulierculæ magis amicitiarum præſidia quærant, quàm viri, & inopes quàm opulenti, & calamitoſi quàm hi qui putantur beati.

Exceſſit ex ephebis. Terent. in And. 1.1.24, Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis.

Eduxi ex. Plautus in Moſtellaria, 15.7, Poſtquam ex obſidione in tutum eduxi manipulares meos.

Exponere ex memoria. Cicero in Catilinâ, oratione tertia, Et quoniã nondum eſt perſcriptũ ſenatuſconſultum ex memoria vobis Quirites quid ſenatus cenſuerit, exponam. Selon quil men ſouuient.

Eximere ex reis. Cic. in Verrem, act. 4, Quo tempore omnis illa mea feſtinatio fuit cum periculo capitis, ob eam cauſam ne tu ex reis eximerere, ſi ego non adfuiſſem ad diem.

Exire ex vrbe. Cic. Sulpitio, Si quem tuorum fideliũ voles, ad me mittito: ne aut tibi exire ex vrbe neceſſe ſit, aut mihi accedere.

Factus ex oratore arator. Cicero in Antonium Philipp. 3, Horũ ſimilia deinceps ſolet denũtiari timor: nónne ſatius eſt mutum eſſe, quàm quòd nemo intelligat dicere? hem cur magiſter eius ex oratore arator factus ſit: vt poſſideat in agro publico populi Romani Leontini duo iugerum immunia.

Facere ex inſulſo ſalſum. Plaut. in Rudente. 13.33, Bonam eſt quòd habeas gratiam merito mihi, qui te ex inſulſo ſalſum feci opera mea.

Facere ex more, Faire ſelon la couſtume. Plin. epiſt. 62.a, Quod ego in ſenatu cum ad rationem & loci & temporis ex more feciſſem, boni ciui conuenientiſſimũ credidi. Salluſt. in Iugurtha, Neque id tempus ex aliorum more quieti aut luxuriæ concedit.

Facere ex neceſſitate, vel abolere. Plin. epiſt. 109.c, lib. v, Erit fortaſſe, imò non dubie, huius propoſiti mei & minor laus, & obſcurior fama, cum omnes ex neceſſitate facient, quod ego ſponte faciebam. Idem, 139.b, Poſtremo nullam vocem cedentem periculo emiſit: quinetiam illos ipſos libros, quanquã ex neceſſitate & metu temporum abolitos, ſenatuſcõſulto publicatis bonis ſeruauit, habuit, tulítque in exilium exilij cauſſam.

Fit ex vera vita. Terent. in Adelphis, 5.9.30, Dicam tibi: vt id oſtenderẽ, quòd te iſti facilẽ & feſtiuum putant, id non fieri ex vera vita, neque adeò ex æquo & bono, ſed ex aſſentando, indulgendo, & largiendo.

Ex gratulando. Plaut. in Captiuis, 9.5, Eunt obuiam, gratulantúrque eam rem: ita me miſerum reſtitando, retinendóque laſſum reddiderunt: vix iam miſer ex gratulando eminebã.

Herus ex ædibus. Plautus in Amphitruone, 16.7, Illic qui ex ædibus herus eſt, hic verò veneficus.

Hæres ex beſſe. Plinius epiſtol. 144, Reliquit hæredes ex beſſe nepotem, ex tertia parte neptem.

Ex hac re. Terent. in Eunucho, 5.6.27, Nõ dubiũ eſt quin mihi magnum ex hac re ſit malũ.

Ex hoc ſollicita. Terent. in And. 1.5.33, Laborat è dolore: atque ex hoc miſera ſolicita eſt, diem quia olim in hunc ſunt conſtitutæ nuptiæ.

Iudicare ex ingenijs. Terent. in Eunucho, 1.2.118, Me miſeram, forſitan hic mihi paruã habeat fidem, atque ex aliarum ingenijs nunc me iudicet.

Incendium ex amore. Plautus in Aſinaria, 16.69, Nam ni impetro, regem perdidi, ex amore tantum eſt homini incendium.

Impreſſa ex annulo. Plaut. in Pſeudolo. 3.54, Et priuſquam hinc abit, quindecim miles minas dederat. nunc vnæ quinque remorantur minæ: eáque cauſſa miles hic reliquit ſymbolũ expreſſam in cera ex annulo ſuam imaginem.

Ex iure manu conſertum, Verbum eſt antiqui iuris. Varro lib. ſecundo de lingua latina, Conſerere manum dicimus cum hoſte. inde ex iure manu conſertum vocant. Quid ſit autẽ manu conſertum Gellius libro 9. docet, cuius huc pauca verba tranſcripſimus. de vindicatione enim loquens, id eſt, rei vendicatione, quæ olim in re præſenti ex duodecim tabulis iure fiebat, ita inquit, Sed poſtquam Prætores propagatis Italiæ finibus, latis iuriſdictionibus occupati, paciſci vindiciarum dicendarum cauſſa longinquas res grauabantur: inſtitutum eſt vt contra duodecim tabulas tacito conſenſu vt litigantes non ex iure apud Prætorem manum conſererent, ſed ex iure manu conſertum vocarent. Id eſt, alter alterum ad conſerendam manum in rem de qua ageretur vocaret. Atque profecti ſimul in a-

grum terræ aliquid ex eo, vti vnam glebam, in ius in vrbem ad Prætorem deferrent: & in ea gleba, tanquam in toto agro vindicarent. Cicero pro Murena, formulæ verba huiuſmodi fuiſſe ait, Fundus qui eſt in agro, qui Sabinus vocatur, meus eſt. eum ego ex iure meum eſſe aio. ibi ego te ex iure manu cõſertum voco. Hæc erãt verba eius qui vindicabat. A quo verò vindicabatur, eius hæc erant verba, Vnde tu me ex iure manu conſertum vocaſti, inde ibi te ego reuoco. Idem de Oratore, libro primo, metaphoricῶs hac locutione vſus eſt in perſona Sceuolæ, Quod verò (inquit) in extrema oratione tua Craſſe, quaſi pro tuo iure ſumpſiſti, oratorem in omnis ſermonis diſputatione copioſiſſime verſari poſſe, hic niſi in tuo regno eſſemus, non tuliſſem, multiſque præeſſem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu conſertum vocarent, quod in alienas poſſeſſiones tam temere irruiſſes. agerent enim tecum lege, primum Pythagorei omnes, atque Democritici, cæteriſque in ſuo genere Phyſici, vindicarentque ornati in dicendo & graues, quibuſcum iuſto ſacramento contendere non licet. Aut interdicto (inquit Sceuola) tecum philoſophi illi contenderent, vtpote à poſſeſſione diſciplinarum, quæ propriæ ſunt eorum, deiecti, quippe quas tu vniuerſas oratoriæ facultati tribuis (Dixerat enim Craſſus oratoris eſſe proprium de re quacunque propoſita, copioſiſſime dicere) Aut ex iure te manu conſertum vocarent, Id eſt, vindiciarum litem tibi intenderent, illarum diſciplinarum facultatem poſſeſſionémque ſibi ſcilicet vindicantes, afferentéſque. Inde illa verba Scipionis ad Annibalem apud Liuium, libro x, de ſecundo bello Punico, Quod ad me (inquit) attinet, & humanæ infirmitatis memini, & vim fortunæ reputo, & omnia quæcũque agimus, ſubiecta eſſe mille caſibus ſcio. cæterum quemadmodum ſuperbe & violenter me facere faterer, ſi priuſquam in Aphricam traieciſſem, te tua voluntate cedentem Italia, & impoſito in naues exercitu, ipſum venientem ad pacem petendam aſpernarer: ſic nunc cum prope manu conſertum reſtitantem ac tergiuerſantem in Aphricam attraxerim, nulla ſum tibi verecũdia obſtrictus. Quorum verborum huiuſmodi eſt ſenſus, Non antè tu Annibal ad pacem quam nunc petis, adduci potuiſti, quàm ego te ex Italia reuocatũ, de patria tua in Aphrica dimicare coegi, & quaſi te in Aphrica manu cõſertum vocaui. quam ſcilicet ita nunc mihi Romaniſque vindico, vt tu dudum Italiam tibi & populo Carthaginenſi vindicabas. Annibal enim, ad tuendam patriam frendens fremenſque, vt idem Liuius inquit, alijs ſuper alios nuntijs reuocatus erat. Cicero Trebatio, Tãtum metuo ne tibi iſtic artificium tuum parum proſit: nam, vt audio, iſtic non ex iure manu conſertum, ſed ferro magis rem repetunt. Id eſt, quod nos diceremus, per iuſtitiã. Ennius, Pellitur è medio ſapientia, vi geritur res: Spernitur orator bonus, horridus miles amatur, Haud doctis dictis certantes, nec maledictis, Miſcent inter ſe inimicitias agitantes: Non ex iure manu conſertum, ſed mage ferro Rem repetunt, regnúmque petunt, vadunt ſolida vi.

Ex improuiſo. Plau. in Rud. 25.6. Ego quod hodie neque ſperaui, neque credidi, ex improuiſo filiam inueni tamen: & eam de genere ſummo adoleſcenti dabo ingenuo.

Ex induſtria: De faict a penſee. Plautus in Pœnulo, 4.7, Nam nos vſque ab aurora, ad hoc quod eſt die, poſtquam illuxit aurora, nunquam ceſſauimus ex induſtria ambæ lauari, atque fricari.

Ex inſperato: Idem quod ex improuiſo. Plautus in Sticho, 5.30, Atque illam augeam ex inſperato opportuno modo, contundam facta Thalybij, contemnámque omnes nuntios. Liuius libro, 1, Cum clamore, quali ex inſperato fauentium ſolet, Romani adiuuant militem ſuum.

Ex inſidijs aucupari quam rem agat quis, Guetter queſt ce quil faict. Plautus in Aſin. 16.31. Ex inſidijs verba dare, Tacher & guetter a tromper aucun. Plaut. in Aſin. 4.23.

Inſanire ex iniuria. Terentius in Adelph. 2.1.43, Prò ſupreme Iuppiter, minime miror, qui inſanire occipiunt ex iniuria.

Ex integro agere, De rechef, Tout de nouueau. Plinius epiſt. 273, Ego, quia ſciebam acta Baſſi reſciſſa, datúmque à ſenatu ius omnibus, de quibus ille aliquid conſtituiſſet, ex integro agendi, dúntaxat per biennium, interrogaui hunc, quem relegauerat, cum adiiſſet, docuiſſetque Proconſ. Idem epiſt. 129.b, Poteris & quæ dixeris, poſt obliuionem retractare, multa detinere, plura tranſire, alia interſcribere, alia reſcribere: laborioſum iſtud, & tædio plenũ, ſed difficultate ipſa fructuoſum, recaleſcere ex integro, & reſumere impe-

tum fractum omiſſúmque.

Ex illo, ſubaudi tempore: Depuis ce temps la. Virg. Ex illo fluere, ac retro ſublapſa referri.

Laborare ex pedibus, Auoir mal aux pieds. Cicero Papyrio Peto, Etſi M. Ceparius cum mihi in ſylua Gallinaria obuiã veniſſet, quæſiſſémque quid ageres, dixit te in lecto eſſe, quòd ex pedibus laborares.

Lar ex hac familia. Plaut. in Aulul. 3. 2, Ne quis miretur qui ſim, paucis eloquar. ego lar ſum familiaris ex hac familia.

Mors conſequuta ex ægritudine. Terentius in Phormione, 5. 1. 23, Viuúntne's. viuit gnata. matrem ipſam ex ægritudine miſeram mors conſequuta eſt. Elle eſt morte dennuy.

Miſer ex amore. Plautus in Caſina, 11. 6, Miſeriorem ego ex amore, quàm te, vidi neminem.

Natus ex homine. Terentius in Eunucho, 3. 2. 7, Eamus ergo ad cœnam. quid ſtas? P. hem alterũ ex homine hunc natum dicas.

Noſcere ex. Terent. in Adelph. 5. 4. 8, Facilitate nihil homini eſſe melius, neque clemẽtia, id eſſe verum, ex me, atque ex fratre, cuiuis facile eſt noſcere.

Ex neceſſitate. Vide paulo antè FACERE EX NECESSITATE.

Ex omnibus: Entre tous, De tous. Plaut. in Sticho, 2. 11, Spero quidẽ & volo. ſed hoc ſoror crucior, patrem tuum, meúmque adeò vnice, qui vnus ciuibus ex omnibus probus perhibetur, eũ nunc improbi viri officio vti. Idem in Moſtell. 5. 17, Nũ nõ vis me obuiã hiſce ire anime miſ? PHILEL. Illico ex omnibus optime volo. PHILO. iam reuertar. Plin. epiſt. 156, Librũ quẽ nouiſſime tibi miſi, ex omnibus meis vel maxime placere ſignificas.

Ex omnibus ſeculis. Cicero de amicitia, 14, Itaque non tam iſta me ſapientiæ, quam modo Fannius commemorauit, fama delectat, falſa præſertim, quàm quòd amicitiæ noſtræ memoriam ſpero ſempiternã fore: id mihi eo magis eſt cordi, quòd ex omnibus ſeculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum.

Ortũ ex me. Plautus in Milite, 10. 59, Plus dabo quàm prædicabo ex me venuſtatis tibi: neque prærípio pulpamentum, neque præuorto poculum: neque per vinum vnquam ex me exoritur diſſidium in conuiuio. Terentius in Adelphis, 5. 3. 11, Dictum inter nos fuit, ex te adeò eſt ortum ne tu curares meum, néve ego tuum. Idem in Eunucho, 5. 5. 24, Quid agas? nam hoc putant, quicquid factum eſt, ex te eſſe ortum.

Ex omni occaſione, A tout propos. Plin. epiſt. 148, Ais quoſdam apud te reprehendiſſe, quòd amicos meos ex omni occaſione vltra modum laudem.

Ex ordine: Tout de ſuyte, ſans rien entremettre, continuellement. Virg. lib. 4. georg. Septem illã totos perhibent ex ordine menſes Fleuiſſe.

Probare ex. Plaut. in Trinummo, 14. 40, Quippe ex eorum ingenio ingenium horum probant. Idem in Perſa, 6. 31, Tuo ex ingenio mores alienos probas.

Ex pœnitentia. Suetonius in Othone capite, 1, Auſus eſt etiam in Illyrico milites quoſdam, quòd motu Camilli ex pœnitẽtia præpoſitos ſuos quaſi defectionis aduerſus Claudium authores occiderant, capite punire, & quidem ante principia ſe coràm, quanuis ob id ipſum promotos in ampliorem gradum à Claudio ſciret.

Procul ex occulto. Terent. in Eunucho, 4: 7. 17, Fundam tibi nunc nimis vellem dari, vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes.

Ex paupertate nemo alius parcior, Dẽtre les poures il nen y a point de ſi chiche. Plaut. in Aulul. 7. 29, Neque illo quiſquam eſt alter hodie ex paupertate parcior.

Ex pari gratia. Plau. in Trucul. 10. 55, Cedo tu mihi iſtam puere pallulam. mea voluptas attuli ecquam pallulam ex pari gratia tibi, tene tibi. P. hoccine mihi ob labores tantos tantillum dari? Pour la pareille, pour recompenſe des plaiſirs que tu mas faict.

Ex proximo, De chés nos prochains voiſins. Plau. in Aulularia, 14. 3, Ego hinc artoptam ex proximo vtendã peto. Plin. epiſt. 101. p. lib. v, Nulla neceſſitas togæ, nemo accerſitor ex proximo: placida omnia & quieſcentia.

Ex quo fit. Cicero de ſenectute, 65, Ex quo fit vt animoſior etiam ſenectus ſit, quàm adoleſcentia, & fortior.

Ex quo nominata amicitia. Cic. de amicitia, 26, Amor enim, ex quo amicitia eſt nominata, princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam.

Quæris triumphos ex omni occaſione. Plinius in Paneg. 27, Pacem amas, nec quia vel pater tibi

triumphalis, vel adoptionis tuæ die dicata Capitolino Ioui laurus, idcirco ex occaſione omni quæris triumphos.

Ex quo manifeſtum. Plin. in Paneg. 74, Nũc in pantomimis quoque aduerſatur & damnat effœminatas artes, & indecora ſeculo ſtudia: ex quo manifeſtum eſt, principum diſciplinam capere etiam vulgus.

Quærere ex. Cic. Attico, Quæſiuit ex eo, placerétne iudices à prætore legi. Ibidem, Cum autem ex eo quæreret quid videret. Idem de diuinatione, Caium Marium cum faſcibus laureatis ex te quærere quid triſtis eſſes.

Ex re tua fuerit, Ce ſera ton prouffit. Plautus in Capt. 6.46, Hæc tu eadem, ſi confiteri vis, ex tua re feceris. Idem in Menæhmis, 14.87, Quin refers pallam domũ? M. ego faxo referetur. V. ex re tua, vt opinor, feceris. Terentius in Phorm. Non hercle ex re iſtius me inſtigaſti. Cicero Attico, Summa erit hæc, ſtatues vt ex fide, fama, réque mea videbitur. Idem Bruto, Facis ex tua dignitate, & ex rep. Eidem, Si minus id commodo reip. facere poſſes, ſiue nõ exiſtimares ex rep. eſſe. Que tu penſes neſtre point le prouffit de la choſe publique. Eidem, Et ſi tu arbitrarere vtile fore & ex rep. eſſe, perſequere bello Dolobellã. Salluſt. in Catil. Certo ſcio quæ ſtudio dixerit, è rep. dixiſſe.

Sanus non eſt ex amore. Plaut. in Mercatore, 7.100, Sanus non es ex amore illius. Tu es fol damour que tu as en elle.

Suſpicio ex ipſa re. Terent. in And. 2.2.22, Mihi moleſtum: quid agam cogito. redeunti interea ex ipſa re mihi incidit ſuſpicio.

Scire ex. Terent. in Heaut. 3.1.2, Luceſcit: hoc iam ceſſo pultare oſtium vicini? primũ, ex me vt ſciat ſibi filium rediſſe.

Ex mea ſententia: Selon mon vouloir ou deſyr. Plautus in Captiuis, Si reueniam huc ex ſententia. Idem in Ciſtellaria, 3.7, Quin ego nũc quaſi ſum honeſta mea ex ſentẽtia. Idem in Menæhmis, 22.29, Nimis haud bene ora commentaui, atque ex mea ſententia. Ibidem, 8.1, Bene obſonaui, atque ex mea ſententia. Terent. in Hecyra, Spero hanc rem euenturam nobis ex ſententia. Cicero Furuio, Si non iſta ex ſententia eſſent confecta. Idem de off. Non enim falſum iurare peierare eſt: ſed quod ex animi tui ſentẽtia iuraris. Salluſt. in Iugurtha, Nam me quidem ex animi ſententia nulla oratio lædere poteſt. Cic. in Acad. quæſt. Conſcendens nauem ſapiens, num comprehenſum animo habet, atque perceptum ſe ex ſententia nauigaturũ? Idem de natura deorum, Multa oraculis declarantur: multa vaticinationibus, multa ſomnijs, multa portentis: quibus cognitis, multæ ſæpe res ex hominum ſententia atque vtilitate partæ, multa etiam pericula depulſa ſunt.

Ex ſententia non ſum hero: Ie ne plais point a mon maiſtre. Plautus in Perſa, 2.10, Ego neque lubenter ſeruio, neque ſatis ſum hero ex ſententia.

Ex ſententia ſeruire hero: Seruir au gré de ſon maiſtre. Plau. in Aulul. 17.3, Nam qui hero ex ſententia ſeruire ſeruus poſtulat, in herum matura, in ſe ſera condecet capeſſere.

Ex ſententia ſeruus: Vng ſeruiteur aggreable. Plau. in Capt. 6.97. Nec quenquam fideliorem, neque cui plus credat potes mittere ad eum, nec qui magis ſit ſeruus ex ſententia.

Ex ſententia amborum fiat. Plaut. in Trucul. 19.66, Verùm vtrique mos geratur, amborum ex ſententia fiat, vt rem gratam video: hoc accipiendum eſt quod datur.

Ex ſummis opibus, viribúſque vſque experire, nitere, herus vt minor opera tua ſeruetur. Mes peine de toute ta force &c. Plaut. in Merc. 4.1.

Ex ſe exhibere negotium. Plaut. in Pœnulo, 4.23, Nimia omnia nimium exhibent negotiũ hominibus ex ſe. De ſoy, delle meſmes.

Ex ſe hunc reliquit filium. Plautus in Aululatia, 3.21, Is ex ſe hunc reliquit, qui hic nunc habitat, filium.

Ex ſeſe aliud magis habet: Il ha quelque choſe qui luy touche de plus pres. Terentius in Andria, 5.4.52. Cur non illam huc trãſferri iubes? P. recte admones: Dauo iſthuc dedam iã negoti. S. nõ poteſt. P. quî? S. quia habet aliud magis ex ſeſe, & maius. P. quidnã? S. vinctus eſt.

Ex tempore, Sur le chãp, Tout a coup, Sans y pẽſer, Tout a lheure meſme. Cicero. off. lib. 2, Quos credimus expedire rẽ, & cõſiliũ ex tempore capere poſſe. Plin. epiſt. 27, Dicit ſemper ex tempore, ſed tãquam diu ſcripſerit. Salluſt. in Iugurtha, Igitur vtriuſque conſilio dies inſidijs ſtatuitur: cætera vti res poſceret, ex tempore parare placuit. Suet. de claxis grãmat. 16, Primus dicitur latine ex tempore diſputaſſe.

Ex tempore, Ex temporis conditione: Selon que le temps le requiert. Selon le temps. Cicero lib. 3. off. Vnius generis quæstiones sunt hæ omnes in quibus officiũ ex tempore quæritur Ex tempore inquit Valla, ex temporis conditione.

Ex templo: Incõtinent. Plaut. in Amph. 4.53, Se exercitum ex templo domum reducturum. Ibidem, 9.5, Huc autem cum ex templo aduentũ apporto. Idem in Mercatore, 3.61, Se se ex templo ex ephebis postquam excesserit. Liuius, Ex templo aduocato concilio &c.

Ex vultu cognoscere. Cic. Attico, lib. 14, Quod mecum per literas agis, vnam ob causam malẽ coràm egisses. non enim solum ex oratione, sed ex vultu & oculis & fronte (vt aiunt) meũ erga te amorem perspicere potuisses.

Venire ex gratia in inuidiam. Plin. de viris illust. 66, Deinde ex gratia in inuidiam venit.

Vorare panem ex iure hesterno: Trempé au brouet dhier. Terent. in Eunucho, 5.4. 17, Harũ videre ingluuiem, sordes, inopiam, quàm inhonestæ solæ sint domi, atque auidæ cibi: quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent.

Ex verbis tuis: Selon que ie t'oy parler: A te ouyr parler. Plau. in Epid. 13.18, Ex tuis verbis meum futurum corium pulchrum prædicas, quem Apelles Zeusisque duo pingent pigmentis vlmeis.

Ex vero nomine vocor Robertus, Mon droit & vray nom, ceſt Robert. Plaut. in Sticho, 4.88, Non est id nomen mihi. c. certo mecastor id fuit nomen tibi. g. fuit, desertum, verùm id vsu perdidi. nunc Microtrogos nomine ex vero vocor.

Ex voto. Plaut. in Sticho, 4.80, Hæc venisse mihi iam est opus quantum potest, vt decumã partem ex voto Herculi polluceam. De veu que ie luy ay faict.

Ex vsu tuo est, Sest pour ton prouffit. Plaut. in Persa, 16.96, Ex tuo inquam vsu est, eme hanc. Idem in Mercatore, 7.54, Vidi, verùm non ex vsu nostro est, neque adeò placet. Terent. in Hecyra, 4 3.10, Equidem cupio, & vix contineo: sed non minuam meum consilium: ex vsu quod est, id persequar. Ibidem, 4.1.34, Adeò me esse peruicacẽ censes, cui mater siem, vt eo essem animo, si ex vsu esset nostro hoc matrimoniũ? Idem in Eun. 5.9.47, Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex vsu tuo nemo est. Il ny a personne qui te puisse faire plus de prouffit. Idem in Heaut. 1.2.36, Hoc scitum est, periculum ex alijs facere, tibi quod ex vsu siet. Cæsar in comment. Vtrum prælium committi ex vsu sit.

Ex vtilitate, Idem quod Ex vsu. Cic. Legẽ (vt æquũ est) ex vtilitate reip. consyderate. Plin. in Paneg. 113, Si bene remp. & ex vtilitate omnium rexeris, digna vota quæ semper suscipiãtur, sempérque soluantur. Au prouffit de tous.

Ex vnis geminæ. Terent. in Andr. 4.1.50, Nam satis credo, si aduigilaueris, ex vnis geminas mihi conficies nuptias.

Ex vtero. Plautus in Truculento, 10.32, Quid illi ex vtero exitio est, priusquam poterat ire in prælium?

EXACERBO exacerbas, exacerbare, Irriter, & courroucer. Suetonius in Galba, cap. 16, Atque eo quidem nomine, omnes qui vbique erãt, exacerbauit. Idem in Tib. Cæs. cap. 62, Auxit, intenditque sæuitiam, exacerbatus iudicio de morte filij sui Drusi: quem cum morbo & intemperantia perijsse existimaret &c.

EXACERBESCO exacerbescis, exacerbescere, ab exacerbeo, quod in vsu non est, Acerbus vel asper fio. Apuleius in Apologia, Quis tam est mitis, quin exacerbescat?

EXACVO exacuis, exacui, exacutum, exacuere, Diligemment & bien aguiser, Virgil. lib. 1, georg. Exacuunt alij vallos, furcásque bicornes. Idem per similitudinem etiam ad dentes & linguam transtulit. lib. 3. georg. Dentésque sabellicus exacuit sus.

Exacuere se inuicem mutuis exhortationibus, Se bailler courage, Se inciter. Plinius epist. 51. d, ἀγαθὴ δ' ἔρις, quũ inuicẽ se mutuis exhortationibus amici ad amorẽ immortalitatis exacuũt.

Exaduersum & ex aduerso, Vide EX.

EXAEDIFICO exædificas, exædificare, Acheuer dedifier.

Exædificare inchoatam ignauiam, Lacomplir, & acheuer. Plaut. in Trinummo, 4.70, Quid secus est, aut quid interest, dare te in manus argentum amanti homini adolescenti, animi impoti, qui exædificaret suam inchoatam ignauiam?

Exædificare: Ietter hors de la maison. Plaut. in Trinummo, 17.3, Nam exædificasset me ex his ædibus, si absque te foret.

EXAEQVO exæquas, exæquare, Faire egual. Plaut. in Rud. 24.43, Aurũ auro expendetur,

argentum argento exæquabimus. Salluſt. In primis arduum videtur res geſtas ſcribere: primum quòd facta dictis exæquanda ſint. Il fault que les dicts ſe rapportent aux faicts.

EXAEVIO exæuis, exæuiui, exæuitum, exæuire, Id eſt, miteſcere. Apud Liuium de tempeſtate loquentem.

EXAGGERO exaggeras, exaggerare, Fort, ou beaucop aſſembler enſemble, en vng mõceau. Exaggeratio exaggerationis, Magna coaceruatio, Vng grand amas. Per tranſlationem dixit Cicero lib. 2. Tuſcul. Hoc tibi propone amplitudinem animi, & quaſi quandam exaggerationem, quàm altiſſimam animi, qui maxime eminet in contemnendis & deſpiciendis doloribus, vnam eſſe omnium rem pulcherrimam.

EXAGITO exagitas, exagitare, Vehementer vexare, Fort tormenter. Plaut. in Mercatore, 19. 26, Mala bilis cruciat te atque exagitat. Salluſt. in Iugurtha, At illũ iam antea conſulatus ingens cupido exagitabat: ad quem capiendum præter vetuſtatẽ familiæ, omnia abunde erant. Idem in oratione Philippi in ſenatu, Quorum nemo diurna mercede vitam mutauerit, nunc eſt proconſul cum imperio non erepto, ſed dato à vobis, cum legatis adhuc iure parentibus, & ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptiſſimi, flagrantes inopia, & cupiditatibus, ſcelerum conſcientia exagitati, quibus quies in ſeditionibus, in pace turbæ ſunt. Idem in Iugurtha, Iugurthæ, Beſtiæque, & cæteris, quos illa quæſtio exagitabat, animi augeſcunt.

Exagitare rem aliquã. Salluſtius in Catilina, Rem ad ſenatum refert, iam antea vulgi rumoribus exagitatam.

Exagitare, Exaſperare, ad iram prouocare. Salluſt. Tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis lenienda quàm exagitanda videbatur. Que de leſmouuoir, & inciter.

EXAGOGA exagógæ, Qui met hors. Vt bonorum exagógæ, Deſpendeurs de biens, qui mettent tout hors. Plaut. in Trucul. 11. 2, Ite hac ſimul mulieri damnigeruli foras gerrones, bonorum exagógæ.

Exagôga exagógæ, f. g. Eductio: Prouentus, reditus: Rente & reuenu. Plau. in Truc. 16. 6, Ego interim hic reſtricis præſidebo, iſte dum ſic faciat domum ad te exagôgam. Idem in Rud. 16. 17, Téque oro & quæſo, ſi ſperas tibi hoc anno multum futurũ ſirpe & laſerpiciũ, eámq; venturam exagôgam ſaluam & ſoſpitem.

EXALBVRNO exalburnas, exalburnare: Alburnum detrahere. Plin. E reliquis arboribus ſicciſſima lotos, deinde robur exalburnatum, cui nigricans color.

EXALTO exaltas, exaltare, Hault eſleuer. Columella, Senum pedum latitudinis ſulcos diriguntur, fodiúntque, & exaltatum in tres pedes.

EXAMEN examinis, neutri generis, Vng troupeau de ieunes mouches a miel. Noua apum ſoboles, quam parentes ex ſuis aluearibus ad nouas ſedes quærendas exire cogunt, quòd hæ ita vniantur, vt ſimul ligatæ videantur. Nec ſolum de apibus, ſed etiam de veſpis, & huiuſmodi. Cicero de ſenectute, 50, Nec vero ſegetibus ſolum, & pratis, & vineis, & arbuſtis res ruſticæ lætæ ſunt, ſed hortis etiam & pomarijs, tum pecudũ paſtu, & apum examinibus, & florum omnium varietate.

Examina infantium. Plin. in Paneg. 40, Aduentãte congiarij die, obſeruare principis egreſſum in publicum, inſedere examina infantium &c.

Examẽ, ſtylus eſt in lance, ſiue ſtatera, qui quo põdus ſe vergit, exit. Lãguete. Virg. lib. x, Iuppiter ipſe duas æquato examine lances. Hæc bilancis ſeu ſtateræ lingua, ab alijs æquamẽtum, ab alijs libramentum, ab alijs æquilibrium & trutina dicitur.

Examen metaphorice, iudicij inueſtigatio, inquit Feſtus. Inquiſition ſi quelque choſe eſt iuſte ou non, pour laddreſſer.

Examino examinas, examinare, Scrutari, inquirere, & veluti æquãdi gratia inquirere. Plin. epiſt. 167. i, Examina ſingula verba, & ex pende. Prens garde diligemment &c.

EXAMO examas, examare, Fort aimer. Plaut. in Trucul. 6. 22, Vt ego me ruri iam examauerim patulum moueri.

EXAMVRCARI oleum dicitur, quando ab amurca defæcatum fit. Apuleius lib. 4, Ac dũ cæleſtis vaporis flammis examurcatur.

EXAMVSSIM, aduerbium, Faict a la reigle, iuſtement, & fort bien, parfaictement. Plautus in Menæhmis, 2. 48, Nunc in Epidamnum pedibus redeũdum eſt mihi, vt hanc rem vobis examuſſim diſputem. Idem in Amphitruone, 8. 218, Næ iſta ædepol, ſi hæc vera loquitur, examuſſim eſt optima. Ibidem, 16. 42, Hic examuſſim rem enarrat. Il racompte la choſe

au vray. Idem in Moſtellaria, 3.13, AEdes cum extemplo paratæ, expolitæ, factæ probe, examuſſim.

EXANCLO exanclas, exanclare, Exhaurire, Tirer hors, puiſer. Plau. in Sticho, 4.116, Ne iſte ædepol vinum poculo pauxillulo ſæpe exanclauit ſubmetrum ſcitiſſime.

Exanclari, Perfici. Pacuuius Peribœa, Nõ poteſt Menalippe hic ſine tua opera exanclari clauos.

Exanclare, Perpeti, vel ſuperare. Ennius Andromacha, Malo torquetis cum ærumnis illum exanclari diem. Accius Diomede, Fere exanclauimus tyranni ſæuum ingeniũ atque execrabile. Idem in Amphit. Pertolerarẽ vitam, cladéſque exanclarem impatibileis. Lucilius lib. 30, Quantáſque modo ærumnas, quantóſque labores exanclaueris. Cicero Academic. lib. 4, Credóque Clitomacho ita ſcribenti, vt Herculi quendam laborem exanclatum. Idem Tuſculanarũ quæſt. lib. 1, Quod cum exanclauiſſet omnes labores, tum incideret in mortis malum ſempiternum.

Exanclare, Effũdere. Ennius Eumenidibus, Niſi patrẽ materno ſanguine exanclãdo vlciſcerer.

EXANGVIS & hoc exangue, quod eſt ſine ſanguine.

EXANIMVS exanima exanimum, &, hic & hæc exanimis & hoc exanime. Id eſt, mortuus. Liuius, lib. 8, Vt vno ictu exanimem equo præcipitaret. Virgilius, Exanimúmque auro corpus vendebat Achilles.

Exanimis, Exterritus, Eſpouanté, troublé, & comme hors dentendemẽt de paour. Virg. lib. 4, Audijt exanimis, trepidóque exterrita curſu, Vnguibus ora ſoror fœdans & pectora pugnis Per medios ruit.

Exanimatus exanimata exanimatum, ab animo, Eſtonne, eſpouante, ſans entendement, & comme demy mort de paour que on a eu. Plau. in Aululaſia, 7.31, Nimis male timui: prius, quàm intrò redij, exanimatus fui. Terent. in Adelphis, 1.1.104, Interea hæc ſoror, quam dixi, ad flammam acceſſit imprudentius, ſatis cum periculo: ibi tum exanimatus Pamphilus, bene diſſimulatum amorem, & celatum indicat. Idem in Phorm. 3.3.33, Verùm abi domum, & illam miſeram, quam ego nunc intus ſcio eſſe exanimatam metu, conſolare. ceſſas?

Exanimatus ab anima, Mortuus. Liuius, lib. 22. Vnam in ipſa porta ſoſpite filio repente oblato, in conſpectu eius expiraſſe ferunt. alteram cui mors filij falſo nuntiata erat, mœſtam ſedẽtem, ad primum conſpectum redeuntis filij, gaudio nimio exanimatam.

Exanimalis & hoc exanimale, Quod animam eripit, vel quod eſt ſine anima. Plautus in Rudente, 6.3, Ita male viuo, ita multæ in pectore ſunt curæ exanimales. Idem in Bacchid. 19.7, Nã neque Bellona mihi vnquam, neque Mars creduat, ni illum exanimalem faxo, ſi conuenero.

Exanimo exanimas, exanimare, Ab animo, Perterrere, Perturbare. Plautus in Aululaſia, Nimis male timui, prius quàm intus redij, exanimatus fui. Idem in Ciſtell. 5.5, Miſer exanimor, feror, differor, diſtrahor, diripior, ita nullam mentẽ animi habeo. Terent. in And. 1.5.17, Oratio hæc me miſeram exanimauit metu.

Exanimare, Ab anima, Occidere, necare, Anima priuare. Curtius, Multos exanimauit rigor inſolitus niuis, multorum aduſſit pedes, plurimorúmque oculis præcipue perniciabilis fuit. Gellius, Anus repente filio viſo, copia atque turba, & quaſi ruina incidenti inopinati gaudij, oppreſſa, exanimatáque eſt.

EXANIO exanias, exaniare. Columella libro vltimo, Vt omnem amaritudinem eius & pallorem exaniet. Et alibi, Patimur autem nonnunquam tota nocte poſtero die baccam velut exaniari.

EXARDEO, exardes, exarſi, exarſum, exardere, Eſtre fort enflambé. Cicero de amicitia, 65, Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione vſus leuandæ, & vt Catonẽ dicere audiui, diſſuendæ magis, quàm diſcindendæ: niſi quædam admodum intolerabilis iniuria exarſerit, vt neque rectũ, neque honeſtum ſit, neque fieri poſſit, vt non ſtatim alienatio, diſiunctióque facienda ſit.

Exardeſco exardeſcis, exardeſcere, Ardens fieri. Cicero de amicitia, 29, Quibus rebus ad illũ primum motum animi & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardeſcit beneuolentiæ magnitudo. Commence a ſembraſer.

EXARESCO exares, exarui, exarere, Eſtre tout ſec. Plaut. in Milite, 10.46, Neque dum exarui ex amore, rebúſque voluptarijs.

Exareſco exareſcis, exarui, exareſcere, Deuenir du tout ſec. Columella lib. 4, Et ſole ac vento penitus ſiccari atque exareſcere. Cicero Papyrio, Deinde ipſi illa, ſi qua fuit in me facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet. Hoc eſt, omnino arida facta fuiſſet.

Plautus in Rudente, 14. 20, Eodem amictus, tectus eodem eſſe ſoleo, ſi pluit: tu iſthæc mihi dato, exareſcant faxo. Ie les feray ſeicher.

Exareſio, exareſis, exarefieri, Deuenir tout ſec par dedans: vt de fuco marino dicit Plinius, libro XXVI, Sed omnibus articulis morborum impoſitus antequàm exarefiat.

EXARMO exarmas, exarmare, Deſarmer. Suet. in Domitiano, cap. 15, Mineruã quam ſuperſtitioſe colebat, ſomniauit excedere ſacrario, negantémque vltra ſe tueri eum poſſe, quòd exarmata eſſet à Ioue. Cæſar & hac voce vſus eſt.

Exarmare feras, eſt dẽtes, vngues, vel alia noxia mẽbra eis adimere. Vnde exarmatæ beſtiæ pro cicuribus & manſuefactis. Lamprid. in Heliog. Habuit leones & leopardos exarmatos in delicijs, quos edoctos per manſuetarios ſubito ad ſecundam & tertiam mẽſam iubebat accumbere, ignorantibus cunctis quòd exarmati eſſent, ad pauorem & ridiculum excitandum.

Exarmare accuſationem Plinius lib. 3. epiſtolarum metaphoricῶs dixit, pro debilitare & infirmare: his verbis, E teſtibus quidã ſiue iratus quòd euocatus eſſet inuitus, ſiue ſubornatus ab aliquo reorum, vt accuſationem exarmaret, Norbanum Licinianum legatum & inquiſitorẽ, reum poſtulauit, tanquam in cauſſa Caſtæ præuaricaretur.

EXARO exaras, exarare: Parfaictement labourer.

Exarare, per tranſlationem ſignificat ſcribere. qui enim ſtylo ſcribunt in codicillis, hi quaſi ſulcos inſtar aratorum ducere videntur. Cic. Attico, lib. 12, epiſt. prima, Vndecimo die poſtquã à te diſceſſeram, hoc literularum exaraui egrediẽs è villa ante lucem. Ibidem, lib. 13, Certior à Pylia factus, mitti ad te Id. Tabellarios, ſtatim hoc, neſcio quid, exaraui. Plin. epiſt. 124. lib. 7, Intendi animum, contráque opinionem meam, poſt longam deſuetudinem, perquàm exiguo temporis momento, idipſum, quod me ad ſcribendum ſolicitauerat, his verſibus exaraui.

EXASCIO exaſcias, exaſciare, Dedolare, diſponere, Hacher le plus gros dune piece de bois, & le deſſus, pour apres le planir equalement: Deſbaucher du bois.

Exaſciare per tranſlationem dixit Plautus in Aſin. 7. 104, Hem iſthuc ago, quo modo argentũ interuortam & aduectorem, & Sauriam: iam hoc opus eſt exaſciatum. Id eſt, iam fieri cœptũ eſt, Le plus gros eſt faict.

EXASPERO exaſperas, exaſperare, Faire aſpre. Plin. epiſt. 154, Eucolpius quidem lector ille ſeria noſtra, ille deliciæ, exaſperatis faucibus, puluere ſanguinem reiecit.

Exaſperare, Acuere, aguiſer. Suet. Saxo exaſperatur ferrum.

EXAVDIO exaudis, exaudiui, exauditum, exaudire, Ouyr bien parfaictemẽt, ouyr cleremẽt, & apertement. Plaut. in Mercat. 15. 8, Sed quæ loquatur, exaudire hinc non queo. Idem in Epidico, 5. 56, Nec ſat exaudiebam, nec ſermonis fallebar tamen quem loquerentur. Cic. in Catilinam, oratione 4, Sed quæ exaudio, P. C. diſſimulare non poſſum. iactantur enim voces quæ perueniunt ad aures meas, eorum qui vereri videntur vt habeam ſatis præſidij ad ea quæ vos ſtatueritis hodierno die, trãſigenda. Idem ad ſenatum de reditu ſuo, Vt qua voce te Romule poſt vrbem conditam conſul vſus eſſet pro vniuerſa rep. apud hos ſolum qui eius vocẽ exaudire poſſent. Virgil. Hinc exaudiri gemitus, & ſæua ſonare Verbera. Ibidem, Hinc exaudiri gemitus, iræque leonum Vincla recuſatum, & ſera ſub nocte rudentũ. Idem, Vox quoque per lucos vulgo exaudita ſilentes. Idem, Siue extrema pati, nec iam exaudire vocatos. Idem, Hinc exaudiri voces, & verba vocãtis Viſa viri. Ouid. in Metamorph. Pyrame reſpõde, tua te chariſſima Thiſbe Nominat, exaudi, vultúſque attolle iacentes. Ibidem, Tibi Neſſe biformis Dicimus exaudi, nec res intercipe noſtras. Idem, Non exauditi rubuerunt ſanguine vatis. Idem, At in ædibus ingens Murmur erat, vocéſque hominum exaudire videbar. Horat. Fingere cinctutis non exaudita Cethegis. Liuius lib. 1, Equidem clara increpans voce, vt hoſtes exaudirent, redire in prælium iubet. Terent. in Hecyra, Vereor ſi clamorem eius hic crebro exaudiat, ne parturire intelligat.

EXAVGEO exauges, exauxi, exauctũ, exaugere, Fort augmenter. Plaut. in Sticho, 5. 9, Egenti heræ ſubueni, benefacta maiorum tuorum exauge.

Exaugere animum alicuius: Luy accroiſtre le courage. Terent. in Heaut. 2. 2. 3, Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant: locus, occaſio, ætas.

EXAVSPICO exauſpicas, exauſpicaui, exauſpicatũ, exauſpicare. Plau. in Captiuis, 10. 108, Exauſpicaui ex vinculis: nunc intelligo redauſpicandũ hunc eſſe in catenas denuó. Id eſt, malo auſpicio huc proceſſi, vtique qui à vinculis, in quibus erã, initium viæ cepi: propterea redauſpicare, hoc eſt, regredi in catenas, quaſi ad iterum auſpicandum & feliciorem viam incœptã.

dam, mihi neceſſe video.

EXAVTHORO exauthoras, exauthorare, Ab authoramento & obligatione militari atque ſtipendio liberare, priuareque, Quitter les gendarmes de leur ſermẽt, & les laiſſer aller. Liuius lib. 8, Sine commeatu milites in parato, in hoſtico errent. Immemores ſacramenti licentia ſola vbi velint, exauthorentur. infrequentia deſerantur ſigna, neque conueniatur ad edictum. Idem lib. 6, de bello Macedonico, Poſtero die concione aduocata de rebus ab ſe geſtis cum diſſeruiſſet, milites exauthoratos dimiſit. Idem lib. 25, Volonũ exercitus, qui viuo Graccho ſum ma fide ſtipendia fecerat, velut exauthoratus morte ducis, ab ſignis diſceſſit.

Vlpianus interpretatur exauthorare inſignia militaria detrahere, quod cum infamia cõficitur, vt eſt apud Lampridium in Alexandro, qui de exauthorata vna legione loquens, ita inquit, Cum nihilominus poſt iſta fremerent, exclamauit, Quirites diſcedite, atque arma deponite. mirando exemplo, depoſitis armis, depoſitis etiam ſagulis militaribus, non ad caſtra, ſed ad diuerſoria varia diſceſſerunt. Et paulo pòſt, Eã tamen legionem quam exauthorauerat, rogatus poſt dies triginta, priuſquã ad expeditionẽ Perſicam proficiſceretur, loco ſuo reſtituit.

EXBALISTO exbaliſtas, exbaliſtare, Baliſta deijcere.

Exbaliſtare, Decipere. Plaut. in Pſeud. 8. 12, Nunc inimicum ego hũc communem, meũ atque noſtrorum omnium Ballionem exbaliſtabo lepide. date operam modo.

EXCALCEO excalceas, excalceare, Deſchauſſer aucun. Suet. in Vitell. cap. 2. Claudiũ vxoribus libertiſque addictũ, ne qua non arte demereretur, pro maximo munere à Meſſalina petijt, vt ſibi pedes præberet excalceandos: detractúmque ſocculũ dextrum, inter togã, tunicáſque geſtauit aſſidue, nonnunquam oſculabundus.

Excalceor, pro excalceo, antiquum. Varro Pſeudolo, Quòd in eius dei tẽpla calceati introeunt. nam in oppido, quæ eſt ædes Apollinis, & quæ ibi ad Herculis introeat, nemo ſe excalceatur.

EXCANDESCO excandeſcis, excandeſcere, Vehementer incendi, inflammarique: Senflãber, & commencer a bruſler, Cato de re ruſtica, Nam ſi ſub tecto coquas, cum bitumen & ſulphur additum eſt, excandeſcet. Id eſt, incendetur & inflammabitur.

Excandeſcere, tranſfertur etiam ad iram, quòd ea eſt velut ignis animum incendens: Senflamber, & fort eſmouuoir, tellement que la face commence a rougir & ſenflamber de courroux. Cælius Ciceroni, Id poſtquam reſcijt, excanduit, & me cauſſam inimicitiarum quærere clamitauit. Plin. epiſt. 90, lib. 4, Excanduit ſenatus: magnóque clamore ei, qui ſcripſiſſet, iratũ principem eſt comprecatus.

Excandeſcentia excandeſcẽtiæ, fœminini generis, ab Apuleio de dog. Platonis, appellatur ea animi pars, quæ irritabilis eſt, habens domicilium in corde, quam alio nomine iraſcentiam nominant. Cic. lib. 4. Tuſcul. Ludis ne ira, excandeſcentia, odium, inimicitiæ, diſcordia. Idem in eodem, Excandeſcentia autem eſt ira naſcens, & ſine modo exiſtens.

EXCANTO excantas, excantare, Quod incantatũ eſt, alio incantamẽto liberare. quod & recantare dicitur. Deſenchanter. Plin. lib. 28, Qui fruges excantaſſet. De, recanto, Idem, Non pauci & ſerpentes ipſos recantari putant.

Excantare, Enchanter. Plau. in Amph. 1 5. 71, Iſtic iamdudum mihi maxima memorauit mira, præſtigiator forte, aut veneficus hanc excantat tibi familiam.

Excantare, Excludere, inquit Nonius. Plautus in Bacchid. Nam credo cuiuis excantare cor poteſt. Lucilius ſatyrarum, lib. 2, Quæ ego nunc æmilio, præcanto, atque exigo, atque excanto. Varro Eudæmonibus, Vbi vident ſe cantando ex ara excantare non poſſe, deripere incipiunt.

EXCARNIFICO excarnificas, excarnificare, Mettre aucun par pieces & par morceaux, tuer. Suet. in Vitell. Apud Gemonias, minutiſſimis ictibus excarnificatus atque confectus eſt.

Excarnificare, per tranſlationem, excruciare, Moleſter & tormẽter. Terent. in Heaut. 4. 6. 9, Vt te omnes equidem di deæque, quãtum eſt Syre, cum iſthoc inuento, cúmque incœpto perduint: huiuſmodi mihi res ſemper comminiſcere vbi me excarnufices.

EXCEDO excedis, exceſſi, exceſſum, excedere, Se bouger, & partir dune place.

Excedere ex loco. Plautus in Aulularia, 4. 18, Si hercle tu ex iſthoc loco digitum tranſuorſum aut vnguem latũ exceſſeris: Terentius in Andria, 4. 4. 21, Mane, caue quoquam ex iſthoc exceſſis loco.

Exceſſit ex ephebis. Terent. in And. 1. 1. 24, Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis. Plaut. in Merc. 3. 61, Seſe extemplo ex ephebis poſtquam exceſſerit &c.

Exceſſit ex corde cura: Souci ſen eſt allé de mon cueur. Terent. in Hecyra, 3. 2. 12, Dis habeo

gratias: hem iſthoc verbo animus mihi redijt, & cura corde exceſſit.

Exceſſit è corpore animus: Il eſt mort. Cic. de amicitia, 12, Idem dicebat ſemper, animos hominum eſſe diuinos, iiſque cum è corpore exceſſiſſent, reditum ad cælum patere.

Excedere è via: Se deſtourner du chemin. Cicero, In ipſa cura & meditatione obeũdi ſui muneris exceſſit è via.

Excedere è vita. Cic. de amicitia, 11, Pridie quàm exceſſit è vita.

Excedere è medio: Sen aller, Se partir, Mourir. Terentius in Hecyra, 4.3.14, Odioſa hæc ætas adoleſcentulis: è medio æquum eſt excedere: poſtremo iam nos fabulæ ſumus Pamphile, ſenex atque anus.

Excedere è pueris dixit Cicero, in oratione pro Archia poeta.

Excedere de medio: Se partir de la place & ſen aller. Terentius in Phormione, 5.8.74, Bono animo es: ego redigam vos in gratiam, hoc fretus Chreme, cum de medio exceſſit, vnde hæc ſuſcepta eſt tibi.

Excedere vita: Mourir. Valerius, Reſpondit ſe vita malle excedere.

Excedere Italia, Se partir & laiſſer Italie. Suet. in Claudio, Italia exceſſiſſent. Aſinius Pollio Ciceroni, Nam & prouinciam in otio & exercitum in mea poteſtate tenui: finibus meæ prouinciæ nuſquam exceſſi.

Excedere atrio. Plin. epiſt. 139. a, Nam virgines, cum vi morbi, atrio veſtæ coguntur excedere, matronarum curæ, cuſtodiæque mandantur.

Exceſſit iam mihi ætas ex magiſterio tuo: Ie ne ſuis plus ſoub ta correction. Plautus in Bacchid. 2.40, Omitte Lyde, ac caue malo. L. quid cauebo malo? P. iam exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo. L. ô barathrum vbi nunc es. Ie ne ſuis plus en aage deſtre en ta correction.

Exceſſit annos decem, Il ha dix ans paſſés. Columella lib. 7, Quum exceſſerint annos decẽ, fœtibus inutiles ſunt. Plin. epiſt. 25. a, Annũ tertium & octogeſimũ exceſſit in altiſſima trãquillitate, pari veneratione.

Exceſſit licentiam concionum. Plin. epiſt. 64. a, Meminiſtine te ſæpe legiſſe, quantas contentiones excitarit lex tabellaria, quantúmque ipſi latori vel gloriæ vel reprehẽſionis attulerit? at nunc in ſenatu ſine vlla diſſenſione hoc idem vt optimum placuit. Omnes comitiorum die tabellas poſtulauerunt. Exceſſeramus ſanè manifeſtis illis, apertiſque ſuffragijs licentiã cõcionũ. non tẽpus loquendi, non tacendi modeſtia, non denique ſedenti dignitas cuſtodiebatur.

Exceſſit alueum Tyberis: Le Tybre eſt deſbordé. Plin. epiſt. 170. a, Tyberis alueum exceſſit, & demiſſioribus ripis alte ſuperfunditur.

Excedere officium: Faire plus que on ne doibt: Faire oultre que ſon office ne requiert. Plinius epiſt. 264, Vereor enim ne aut exceſſiſſe aut non impleſſe officij mei partes videar.

EXCELLO excellis, excellui, excelſum, excellere, Surmonter, Eſtre excellent.

Excellere cæteris, Surmonter les autres, & eſtre plus excellẽt. Cicero pro lege Manilia, Hic miramur hunc hominem tantum excellere cæteris, cuius legiones ſic in Aſiam peruenerunt, vt non modo manus tanti exercitus, ſed ne veſtigium quidem cuiquam pacato nocuiſſe dicatur. Et in Rhet. de Zeuſi, Qui tam longe excellere cæteris pictoribus exiſtimabatur.

Excellere in. Cic. de amicitia, 29, Vt enim quiſque ſibi plurimum cõfidit, & vt quiſque maxime virtute & ſapientia ſic munitus eſt, vt nullo egeat, ſuáque omnia in ſe ipſo poſita iudicet: ita in amicitijs expetendis, colendiſque maxime excellit.

Excellens, excellentis, om. g. Surmontant, & excellent.

Excellens amicitiæ gloria. Cic. de amicitia, 4, Nunc Lælius & ſapiens (ſic enim eſt habitus) & amicitiæ gloria excellens, de amicitia loquitur.

Excelſus, excelſa, excelſum, Magnus, Grand. Gellius libro primo, Tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem.

Excelſitas excelſitatis. Cicero offic. 3, Etenim magis eſt ſecundum naturam excelſitas animi & magnitudo.

EXCERNO excernis, excreui, excretum, excernere: Extra cernere: Regarder par dehors. Columella lib. 2, Itaque in area detrita frumenta ſic aggerenda, vt omni flatu poſſint excerni.

Excernere. Purgare. Celſus lib. 4, Quoniam portæ, modo in inferiores partes, ea quæ excretui ſumus, emittit. Columella lib. 8, Furfures à farina excreti.

Excretum excreti, Quod ex incerniculo pro immundo ſeponitur, Criblure. Columella libro 8, Vbi annona eſt carior, excreta tritici minute commode dantur gallinis.

Excrementum excrementi: Purgamentum & ſtercus. Vnde Plinius lib. x ſcribit quòd quia coruus excrementis calceamenta fœdauerit, à mancipe exanimatus ſit.

EXCERPO excerpis, excerpſi, excerptum, excerpere, Prẽdre le meilleur. Terent. in Phorm. 4.4.17, Tu id quod boni eſt, excerpis, dicis quod mali eſt.

EXCETRA excetræ, dicta eſt hydra, quòd vno cæſo capite, tria excreſcant. Seruius in VI AEneidos, hydrã dicit quæ fuit in Lerna Argiuorum palude. Plaut. in Perſa, 2.3, Nã cum leone, & cum excetra, cum ceruo, cum apro AEtolico, cum auibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mauelim, quàm cum amore.

EXCIDO éxcĭdis, éxcĭdi, excĭſum: excidere, Cheoir. Plaut. in Bacchid. 15.19, Optume obuiã ecce mihi eſt, num qui nummi exciderunt here tibi? Ne teſt il point cheu dargent? Idem in Pœnulo, 4.38, Reſpondes nihil? huic excidit lingua, vt ego opinor. Idem in Rud. 5.13, Etiã quæ ſimul vecta mecum in ſcapha eſt, excidit: ego nunc ſola ſum.

Excidere ab aliquo: Ne conſentir point auec luy. Lucilius lib. 28, Ego ab Archiloco decido. t

Excidi vxore. Terent. in Andria, 2.5.12, Herus, quantum audio, vxore excidit. Il naura point ceſte la pour femme.

Excidit numero ciuium: Il neſt point du nombre des citoiens. Plinius epiſt. 171.c, Mira illius aſperitas, mira felicitas horum: illius aſperitas, qui numero ciuium excidit, quem ſocium etiã in liberis habuit.

Excidit dolori noſtro Nero, Nous nauons plus de ſouuenãce de la douleur que Nero nous faiſoit. Plin. in Paneg. 87, An excidit dolori noſtro modo vindicatus Nero?

Excidit animo charitas. Plin. in Paneg. 143, Tenet quiſque locum quem ſemper meruit: faciliúſque eſt vt oculis eius vultus abſentis, quàm vt animo charitas excidat. Quil mette en oubli la charité. Virg. Nec dum etiam cauſæ irarum, ſæuíque dolores Exciderant animo.

Excidit ex hac familia, Il a failli deſtre de ceſte famille: Il ẽ eſt priué, Il ni ſera point receu. Plau. in Menæhmis, 14.93, Dij vos perdant, properabo ad forum: nam ex hac familia me plane excidiſſe intelligo.

Excidet nuntius calamitatis ſuæ. Cic. pro Murena, Murenam nuntij literæque celebraſſent, & vnde hoſpites atque amici gratulàtum Romam concurrerint, repente excidet ipſe nuntius ſuæ calamitatis. Il ne ſouuiendra point au meſſagier de ſa calamité.

Excidere in terram. Cic. de amicitia, 52, Neque enim verẽdum eſt ne quid excidat aut nequid in terram defluat, aut ne plus æquo quid in amicitia congeratur.

EXCIDO excĭdis, excĭdi, excĭſum, Excidere, Coupper, Deſtruire. Plaut us in Truculento, 10.52, Sed reginæ domi ſuæ fuêre ambæ: verum patriam ego excĭdi manu. Plinius in Paneg. 54, Aduertiſti oculos, atque vt antè caſtris, ita poſtea pacem foro reddidiſti: excidiſti inteſtinum malũ, & prouida ſeueritate cauiſti, ne fundata legib⁹ ciuitas, euerſa legibus videretur. Cicero in Catone, Quomodo Chartagini male iamdiu cogitanti bellum inferatur, multo tempore antè denuntio: de qua vereri non antè deſinam, quàm illam excĭſam cognouero.

Excidere lapides ex terra. Cicero lib. 2. offic. Nec lapides ex terra exciderentur, ad vſum noſtrum neceſſarij.

Excĭſus excĭſa excĭſum, Qui eſt coupé. Cicero Attico, lib. x v, Excĭſa enim eſt arbor, non euulſa.

Excidium excidij, n. g. Deſtruction, ou tout a eſte coupé & rompu.

Excidium auro ſenis factum. Plau. in Bacchid. 20.20, Probe ita res ſucceſſit, meliúſque adhuc, atque hic equus, non in arcem, verum in arcam faciet impetum: excidium, exitium ex latebra fiet hic equus hodie auro ſenis.

Excidionem vrbis à cædendo dictam, manifeſtum eſt. Feſt. Pomp:

Excĭſo excĭſas, excĭſare, Laniare, Vulnerare, vt vult Nonius Marcellus. Plaut. in Ciſtell. 10.46, Nam dudum vt ad Alceſimarchum iſtuc omnes accurrimus, capillo ſciſſo, atque excĭſſatis auribus tumultuantem, ne ſe vita interimeret, timore puto excidiſſe ciſtellam mihi.

EXCIEO excies, excĭui, éxcĭtum, excĭêre, Excutere interpretatur Feſtus.

EXCIO excis, excĭui, excĭtum, excíre. Extra vocare, Appeller aucun quil ſorte hors. Plaut. in Epidico, 12.1, Quid eſt pater quod me exciuiſti ante ædeis? P. tuam vt matrẽ videas. Idem in Pſeud. 23.1, Vox viri peſſimi me exciet foras. Idem in Trinummo, 17.51, Quis homo tam tumultuoſo ſonitu me exciuit ſubito foras?

Excire, Commouere, Eſmouuoir, Excire alicui lachrymas. Plaut. in Ciſtell. 2.103, Si quid tibi opus erit promptu, promitto: ego volo ire. G. vt exciuiſti mihi lachrymas.

Excire ſomno: Eueiller. Liuius lib. 1, Hercules ad primam auroram ſomno excîtus.

Excire animas ſepulchris. Virg. Animas excire ſepulchris.

Excito excitas, excitare, frequentatiuum: Fort ou ſouuent eſmouuoir. Terent. in Heaut. 5.3.10, Facies? c. verum. s. non vides quantum mali ex ea re excites?

Excitare metum. Plinius epiſt. 4, Nam mitium dominorum apud ſeruos ipſa conſuetudine metus exoleſcit, nouitatibus excitatur: probarique dominis per alios magis, quàm per ſeipſos laborant.

Excitare opus. Columella lib. 1, Nam cum certamine opus excitetur, tum inceſſantis animaduerſio iuſta eſt, & ſine querela videtur adhiberi.

Excitare è ſomno. Plaut. in Mercatore, 4.47, Quid vis faciam? c. tum id quod volo. A. quid eſt id igitur quod vis? c. dicam. A. dice. c. at enim placide volo. A. an dormientes ſpectatores metuis, ne è ſomno excites?

EXCIPIO excipis, excepi, exceptum, excipere: Prendre a ſoy, Retirer par deuers ſoy. Plautus in Rudente, 24.140, Sùmne ego ſceleſtus, qui illuc hodie excepi vidulum? aut cũ excepi, qui non alicubi in ſolo abſtruſi loco? Ibidem, 31.6, Omnia ſunt ſalua, vna iſtinc ciſtella excepta eſt modo cum crepundijs.

Excipere, Receuoir aucun par deuers ſoy. Plinius in Paneg. 121, Atque etiam, cum ſuffragatorum nomina, honore quo ſolent, exciperentur, tu quoque inter excipientes eras.

Excipere oſculo: Receuoir aucun en le baiſant. Plin. in Paneg. 36, Gratum erat omnibus, quòd ſenatum oſculo exciperes, vt dimiſſus oſculo fueras.

Excepit me fabula: Elle ma retenu, & a eſté cauſe que ie ne ſuis point allé la. Plinius epiſt. 101, libro VI, Mirificæ rei non interfuiſti? ne ego quidem: ſed me recẽs fabula excepit: Paſſenius Paulus ſplendidus eques Romanus & in primis eruditus ſcribit elegos.

Excipere aliquid clamoribus: Crier cõtre quelque choſe. Plinius epiſt. 38. d, Pudet referre quæ quàm fracta pronuntiatione dicantur, quibus quàm teneris clamoribus excipiantur.

Excipere, Eſcouter. Plaut. in Amph. 15.26. Neſcio quid ſecũ ſolus: puto rationes colligit: quid memoret, hinc excipiam, ne propera.

Excipere auidis auribus laudes alterius, Eſcouter voulentiers les louanges dautruy. Plin. epiſt. 84. a, Eadem ſi quando recito, in proximum diſcreta velo ſedet: laudéſque noſtras auidiſſimis auribus excipit.

Excipere voluntatem alicuius: Senquerir de la voulenté daucun. Cic. lib. 2. de orat. Quædam dari ex hac vita ad pertrahendos animos hominum & ad excipiendas eorum voluntates.

Excipere, Separare. Virg. lib. 11, Ipſum illum clypeum, criſtáſque rubentis Excipiam forti.

Excipere, Per dolum capere: Opprimere. Prendre a deſprouueu. Virg. Excipit incautũ, patriáſque obtruncat ad aras.

Excipere: Recueiller, Colligere. Martialis, Ventris onus miſero, nec te pudet, excipis auro.

Excipere furem, Receler vng larron. Plau. in Aulul. Nec partem tibi ab eo indipiſces, nec fures excipies.

Excipient memoriam viri conſequentes anni, Il ſera memoire de lhomme cy apres. Cic. de ſenect. 17, Sed memoriam illius viri excipient omnes anni conſequentes.

Excipere, Excepter. Cicero lib. 1. Tuſcul. Nam ſi ſolum eos diceres miſeros, quibus moriendum eſſet, neminem tu quidem eorum qui viuerent exciperes. Varro de re ruſtica, In emptionibus iure vtimur eo quod lex præſcripſit, in ea re alij plura, alij pauciora excipiunt. Ibidem, Aliter dico atque fiet, quòd capras ſanas ſanus nemo promittit, nunquam enim ſine febre ſunt, itáque ſtipulantur paucis exceptis verbis. Cicero ad Qu. Fratrem, Cúmque nominatim lex exciperet vt ad templũ, monumentúmque capere liceret. Idem de legibus Qua in lege cum eſſet, Néve aurũ addito, quàm humane excipit? Idem pro Cluentio, Quapropter in omnibus legibus quibus exceptum eſt de quibus cauſis, aut magiſtratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accuſare hæc ignominiæ cauſſa prætermiſſa eſt. Idem pro Cornelio Balbo, Quorum in fœdere exceptum eſt, ne quis eorum à nobis ciuis recipiatur. Idem in Partitionibus, Quærenda etiam ratio, ſi qua poterit inueniri, quare non ſit exceptum, aut iniqua lex. Idem de lege agraria, Aut ita lex diligenter perſcripta demonſtrabitur, ita tantum vnaquaque de re, ita quod oportuerit exceptum, vt minime conueniat quicquam in tam diligenti ſcriptura prætermiſſum arbitrari. Ibidem, Atque hoc lex nuſquam excipit: non omnia ergo ſcriptis, ſed quædam quæ perſpicua ſunt, tacitis ex-

ceptionibus caueri.

Excepit me: Fors que a moy, Il ma excepté. Plautus in Milite, 5.13, Neſcio quid malefactum noſtra huic familia eſt, quantum audio: ita ſenex talos elidi iuſſit cõſeruis meis. Sed me excepit: nihili facio quid faciat cæteris. Il ne ma rien faict.

Excepto quòd. Plin. epiſt. 154, Iter cõmode explicui, excepto quòd quidam ex meis aduerſam valetudinem feruentiſſimis æſtibus contraxerunt.

Excepto patre tuo. Plin. in Paneg. 72, Et priores quidẽ principes excepto patre tuo, præterea vno aut altero, & nimis dixi, vitijs potius ciuiũ, quàm virtutibus lætabantur. Idem de viris illuſt. 60, Excepto illo, nemo interijt.

Ea excepta. Cic. de amicitia, 86, Vos autem hortor, vt ita virtutem locetis, ſine qua amicitia eſſe non poteſt, vt ea excepta, nihil amicitia præſtabilius eſſe putetis.

Exceptum eſt, quòd: On a eſté fort ioyeulx que. Plin. epiſt. 126. c, Similiter nunc & probatum & exceptum eſt, quòd pro Vareno hactenus non tacui.

Exceptio exceptionis, fœminini generis, Exception. Cicero de diuinatione, Si iudices id quod Epaminundas ait legis ſcriptorem ſenſiſſe, aſcribit ad legem, & addat exceptionem hanc.

Sine vlla exceptione. Cic. de amicitia, 54, His igitur finibus vtendum arbitror, vt cum emendati mores amicorum ſint, tum ſit inter eos omnium rerum, cõſiliorum, & voluntatum, ſine vlla exceptione, communitas.

Exceptio, Excluſio, quæ (ſicuti Vlpianus docet) interponitur actioni cuiuſlibet rei, ad excludendum id quod in intentionem condemnationémque deductum eſt.

Excepto exceptas, exceptare, Extra capere, Prendre ou tirer a ſoy. Cicero in Parad. Et videat aliquem ſummis populi beneficijs vſum, barbatulos, mulos exceptantem de piſcina. Virg. libro 3. georg. Ore omnes verſæ in Zephyrum ſtant rupibus altis, Exceptántque leues auras, & ſæpe ſine vllis Coniugijs vento grauidæ, mirabile dictu. Id eſt, frequenter ad ſe trahunt, & capiunt.

Excipula excipulæ, Vne raits ou fillé a prendre poiſſon. Plin. Hyematum lacu, fluctibus glomeratæ voluuntur anguillæ, intantum mirabili altitudine, vt in excipulis eius fluminis ob hoc ipſum fabricatis, ſingulorum milium globi reperiantur.

EXCLAMO exclamas, exclamare, Seſcrier, Voce magna clamare. Terentius in Adelphis, 4.4.11, Rogito Pamphila quid agat, eóne obſtetricem accerſat: illa exclamat, abi abi iam AEſchine. Idem in Phormione, 5.6. 30, Facinus audiui: itaque pene hercle exclamaui gaudio.

Exclamat maxima cum voce. Plautus in Amphitruone, 17.12, Ibi neſcio quis maxima cum voce exclamat.

Exclamat maximum. Plaut. in Moſtell. 7.57, Condormiuimus: lucernam forte oblitus fueram extinguere: atque ille exclamat de repente maximum.

EXCLVDO excludis, excluſi, excluſum, excludere, Extra claudere, Eijcere, Enfermer dehors, Ietter hors: Dechaſſer. Plautus in Menæhmis, 22.48, Alij me pernegant eum eſſe qui ſum, atque excludunt foras. Idem in Aſinaria, 12.6, Homo hercle hinc excluſus eſt foras. Terentius in Eunucho, 1.2.18, Credo, vt fit, miſera præ amore excluſit hũc foras. Ibidem, 1.1.4, Excluſit. reuocat. redeam? non, ſi me obſecret. Ibidem, 1.2.79, Denique ego excludor, ille recipitur.

Excludere: Reietter quelque choſe qui deſplait. Plaut. in Mercatore, 18.4, Quod illi diſplicet, facile excludunt cæteri.

Excludere amicitias. Cic. de amicitia, 49, Atque vt huius, quem dixi, mores, veros amicos parare non potuere: ſic multorum opes excludunt præpotentium amicitias fideles.

Excludi loco. Cicero de amicitia, 21, Amicitia plurimas res cõtinet: quoquo te vertas præſto eſt, nullo loco excluditur.

Excludere alicui oculum, Pocher & arracher loeil a aucun. Plaut. in Pſeud. 7.95, Excludito mihi hercle oculum, ſi dedero.

Excludi tempore, aut temporis ſpatijs: Eſtre empeſché, ne pouoir aller, ou venir, ou faire quelque choſe, a cauſe du temps. Cicero in Verrem, Anguſtijs temporis excluduntur omnes.

Idem Attico, Quæ enim ſoluto animo familiariter ſcribi ſolent, temporibus his excludũtur:

Idem in Verrem, Hi poſtquam temporibus excluſi, per ſenatũ agere quæ voluerant, non potuerant. Idem de Oratore, Aut temporibus excluſi, aut voluntate ſua feriati. Idem in Vatinium teſtem, Vt excluſus miſer puncto temporis ſpoliaretur beneficio & æquitate legis. Cæſar in comment. Ne anni tempore, nauigatione excluderentur. Ibidem, Tempore excluſus non venit. Ibidem, Excluſus diei tempore, in poſterum oppugnationem differet. Virgilius, Spatijs excluſus iniquis. Pomponius, de ædilitio edicto. L. ſi tamen, Non nocebit emptori, ſi ſex menſium exceptione redhibitoria excluſus velit intra annum æſtimatoria agere. Papinianus ad ſenatuſconſultum Turpil. L. Quærebatur an hi qui ab accuſatione tempore excluſi eſſent, in ſenatuſconſultũ Turpil. inciderent. Et ſubdit, Qui præſcriptione temporis excluſi, cauſam adulterij perferre non potuerunt. Idem de decurionibus. L. Spurij, Si præſcriptione temporis excluſus fuerit, non tenebitur. Paulus de inoffic. teſt. L. Si proponas, Idémque erit ſi tempore excluſus ſit. Iulianus de bonis libertorum. L. Si libertus, Si non petierit bonorum poſſeſſionem, tempore excluſus, vel repudiauerit.

Excludere: Liberare, Deliurer aucun. Lucilius lib. XXVII, Primum qua virtute ſeruitutem excluſerit. Actius, Qua virtute hic ſe ſeruitute excluſit.

Excludere, Incubando pullum emittere, Eſclorre des oeufs. Columella libro IX, Veteranas aues ad rem eligi oportebit, quæ iam ſæpius id fecerint, moréſque earum maxime prænoſci, quoniam aliæ melius excludant, aliæ editos pullos cõmodius educent. Idem, Columbæ excludunt viceſimo die.

Excluſus excluſa excluſum, Enfermé dehors, ou ietté hors.

Excluſiſſimus. Plaut. in Menæh. 15.24, Abijt intrò ocyus in ædes, nunc ego ſum excluſiſſimus: neque domi, neque apud amicam mihi iam quicquam creditur.

EXCOGITO excogitas, excogitare, Excogiter quelque choſe, Trouuer quelque moyen par y penſer. Plinius in Paneg. 144, Scias neminem antè meruiſſe: quod nõ erat excogitandum, ſi quis meruiſſet.

Excogitatio excogitationis, fœminini generis, Penſee, inuention de quelque choſe en ſon eſperit. Plinius in Paneg. 133, Quid in omnibus excogitationibus, quàm mitis ſeueritas, quàm non diſſoluta clementia?

EXCOLO excolis, excolui, excultũ, excolere, Parer, Accouſtrer, & rẽduyre parois de quelque belle choſe. Plin. epiſt. 216, Velim ergo emas quatuor marmoreas colũnas, cuius tibi videbitur generis: emas marmora, quibus ſolum, quibus parietes excolantur.

EX COMPOSITO: Secundum ordinem datum, Selon quil auoit eſté ordonné, & que on auoit conuenu enſemble. Liuius, Tum ex compoſito orta vis, ſignóque dato, iuuentus Romana ad rapiendas virgines diſcurrit.

EXCOQVO excoquis, excoxi, excoctum, excoquere: Fort cuyre tant que il ſoit tout ſec de cuyre. Terentius in Adelphis, 5.3.63, Tam excoctam reddam atque atram quàm carbo eſt. Donatus, Reddam, pro faciam dixit. Et excoctam, ad tenuitatem ſiccati coloris. Columella, Vis frigoris excoquit terram.

Excoquere malum alicui. Plaut. in Perſa. 2.54, Vſque domi ero, dum excoxero lenoni malũ. Iuſques a tant que iaye controué, & pourpenſé aucun mal a ce maquereau.

EXCORS excordis, om. g. Qui na point de cueur, qui eſt ſans entendement. Cicero lib. 1. Tuſcul. Aut vnde magna diſſenſio eſt: alijs cor ipſum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordéſque dicuntur. Idem de amicitia, 81, Aperte adulantem nemo non videt, niſi qui admodum eſt excors. Idem pro Cn. Plancio, An fuiſſe in ijs aliquem aut famæ metum, aut pœnæ: quorum vidiſti toto illo anno ferrum in foro, flammã in delubris, vim in tota vrbe verſari? niſi exiſtimas, eos idcirco vitæ meæ peperciſſe, quòd de reditu meo non timerent & quenquam putas fuiſſe tam excordem qui viuis his, ſtante vrbe & curia, rediturũ me, ſi viuerem, non putaret?

EXCREO excreas, excreare, Vi quadam expuere. Plautus in Amphit. 14.21, Si minuſculo digito increpuerint fores, hac tegula tuum deminuam caput, vt cum dentibus linguam excrees. Idem in Aſinaria, 3.27, Fiat, geratur mos tibi. L. age age vſque excrea. D. etiámne. L. age, quæſo hercle vſque ex penitis faucibus. D. etiã? L. amplius. D. nã quouſque? L. vſque ad mortem volo.

EXCRESCO excreſcis, excreui, excretum, excreſcere, Fort croiſtre, Parcroiſtre. Columella lib. 5. Si ſatis excreuerint, iugo ſupponãtur. Virg. lib. 3. georg. Multi iam excretos pro-

hibent à matribus hœdos.

EXCRVCIO excrucias, excruciare, Tormenter. Terentius in Eunucho, 5.3.11, Spero me habere qui hunc meo excruciem modo. Idem in Heaut. 1.2.3, Proin tu ſolicitudinem iſtã falſam quæ te excruciat, omittas.

Excruciat eam animi: Il luy faict tout plein dennuy. Plautus in Milite, 18.64, Vide ne ſis in expectatione: ne animi illam excrucies. Idem in Rudente, 10.56, Sed quid flet? A. ego dicam tibi: hoc ſeſe illa excruciat animi, quia leno ademit ciſtulam ei quam habebat. Idem in Epid. 9.8, Vel quaſi egomet, qui filij cauſſa cœperã me excruciare animi. Terent. in Phor. 1.4.10, Eheu me miſerum: cum mihi paueo, tum me Antipho excruciat animi.

Excruciatur vicem meã: Il eſt tormenté & ennuyé de ma fortune. Plautus in Moſtellaria, 6.8, Ecquis homo eſt, qui facere argenti cupiat aliquantum lucri, qui hodie ſeſe excruciari meam vicem poſſit pati?

Excruciabilis & hoc excruciabile, Qui eſt digne de torment. Plautus in Ciſtellaria, 9.1, Nullam ego me vidiſſe credo magis anum excruciabilem, quàm illæc eſt, quæ dudũ faſſa eſt mihi, quæve inficias eat.

EXCVBO excubas, excubui, excubitum, excubare, Vigilare, diligẽter cuſtodire: Faire le guet. Plautus in Milite, 9.4, Certo quidem illa hic noſtra intus eſt in ædibus: nam ego excubantem eã modo offendi domi. Salluſt. in Iugurtha, Neque ſecus quàm ſi iter faceret, caſtra munire, excubitũ in porta cohortes ex legionibus, pro caſtris equites auxiliarios mittere. Liuius, Ptolemæum ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen excitauerunt.

Excubiæ excubiarum, Guettes. & pluraliter tantum declinatur. Plaut. in Caſina, 2.53, Is ſperat, ſi ei ſit data, ſibi fore paratas clam vxore excubias foris.

EXCVDO excudis, excudi, excuſum, excudere: Cædendo elicere: En frappant mettre hors. Virg. Vt primum ſilicis ſcintillã excudit Achates. Il feit ſortir vne ſcintelle de feu de la pierre. Excudere artes: En forgeant trouuer aucũ art. Virg. Vt varias vſus meditãdo excuderet artes. Excudere etiam gallinæ dicuntur oua: Couuer. Quod & excludere dicitur. Columella libro 9, Negatur anſer aliena excudere oua, niſi ſubiecta ſua quoque habuerit.

EXCVLCO exculcas, exculcare. Plautus in Captiuis, 13.41, Tum piſtores, ſcrofipaſci qui alunt furfure ſues, Quarum odore præterire nemo in piſtrinum poteſt, eorũ ſi cuiuſquam ſcrofam in publico conſpexero, ex ipſis dominis, meis pugnis exculcabo furfures. Ie ſecoueray hors le ſon.

EXCVLPO exculpis, exculpſi, exculptum, exculpere: Entailler, ou grauer quelque choſe, cõme vne image.

Exculpere alicui oculum. Creuer loeil, & pocher a aucun. Terent. in Phormione, 5.8.96, Vel oculum exculpe, eſt vbi vos vlciſcar locus.

Exculpere, Extorquere, Par beaucoup de moiens tacher a ſauoir aucune choſe daucun. Plautus in Ciſtellaria, 6.6, Quot illi blanditias, quid promiſi boni, quot admoui fabricas, & quot fallacias in quæſtione, vix exculpſi vt diceret. A grand peine ay ie peu tirer parolle de luy. Lucilius, lib. 2. ſatyrarum, Nunc nomen, iámque ex teſtibus ipſe rogandum exculpo, hæc dicam.

Exculpere verum. Terent. in Eunucho, 4.4.45, Heus tu negato rurſum: poſſúmne hodie ex te exculpere verum? vidiſtine fratrem Chæream? Ne pourroye ie ſauoir la verité de toy en quelque maniere que ce fuſt?

Exculpere prædam ex. Lucilius, Vti eſurienti leoni ex ore exculperet prædam. Luy oſtaſt par force.

EXCVRIO excurias, excuriare, Curia excludere. Varro Hippocyone, Apollonium ideo excuriant: quia nihil habebat.

EXCVRO excuras, excurare: Appareiller, appreſter quelque choſe diligemment, & ſongneuſement.

Excuratus victus: Viande curieuſement appreſtee. Plaut. in Pſeud. 22.6, Profecto ædepol ego nũc probe habeo indulſam, ita excurato victu, ita magnis munditijs digni habiti atque loco feſtiuo feſtiue accepti ſumus.

Excuratus homo: Qui eſt curieuſement accouſtré, & habillé, quelque braguart, friſque & mignon. Plaut. in Caſina, 16.6, Lepide inceſſiſti excuratus.

EXCVRRO excurris, excurri, & excucurri apud Plautum, excurſum, excurrere: Extra cur-

rere, Sencourir dung lieu. Plau. in Moſtellaria, 6. 12, Ego daboei talentum primus qui in cru-cem excurrerit. Idem in Bacchid. 5. 124, Sed quid futurum eſt, cum hoc ſenex reſciuerit, cũ ſenex cucurriſſe illuc fruſtra ſciuerit? Plin. epiſt. 50. b, Deſtino enim (ſi tamen officij ratio ita permiſerit) excurrere iſtó. Cic. Appio Pulchro, Mandaui vtrique eorum vt antè ad me excur-rerent, vt tibi obuiam prodire poſſem.

Excurſus excurſa excurſum: Que on a courru, & ia paſſé. Terent. in Adelphis, 5. 4. 6, Prope iam excurſo ſpatio, mitto id quamobrem reipſa repperi.

Excurſus, excurſus, excurſui, Vne courſe faicte oultre, quãt on paſſe oultre. Plin. epiſt. 101. lib. v, Vides vt Aratus minutiſſima etiã ſydera conſectetur & colligat: modũ tamen ſeruat. nõ enim excurſus hic eius, ſed opus ipſum eſt.

Excurſor excurſoris, Vng coureur, ou qui faict des courſes cõtre les ennemis, auent coureur. Cic. Philipp. 4, Eſt igitur Quirites populo Romano victori omnium gentium, omne certamen cum excurſore, cum latrone, cum Spartaco. Idem in Verrem, act. 4, Petit Næuius Turpio quidã iſtius excurſor & emiſſarius, homo omnium ex illo cõuentu quadruplatorũ deterrimus, C. Sa-cerdote prætore condemnatus iniuriarum.

Excurſio excurſionis, Digreſſio à propoſito. Vne courſe que font les gendarmes cõtre leurs enne-mis. Cicero de ſenectute, 17, Num igitur, ſi ad centeſimum annum vixiſſet, ſenectutis eum ſuæ pœniteret? nec enim excurſione, nec ſaltu, nec eminus haſtis, aut cominus gladijs vteretur, ſed conſilio, ratione, ſententia.

EXCVSO excuſas, excuſare: Soy excuſer enuers aucun. Plaut. in Aſin. 14. 4, Tu apud amicã munus adoleſcentuli fungare, vxori excuſes te. Plin. epiſt. 15, Et niſi poſtea te alijs potius ex-cuſaueris, mihi ſemper excuſa.

Excuſato me feciſſe ſedulo. Plautus in Mercatore, 7. 120, Melius eſt te quæ ſunt mandatæ res tibi, præuortier. c. tu prohibes. D. at tu excuſato me feciſſe ſedulo, ad portum ne ires, dico iam tibi.

Excuſare, eſt afferre in excuſationem id quod peccandi cauſſam præbuit. veluti ſi latrones aut flumina impedimento fuerunt ne ad diem adeſſe poſſem. Quintil. Tu tamẽ ſi interpellatus tempeſtatibus, ſerius veniſſes, excuſares mare & ambiguos flatus. Id eſt, mare in excuſatio-nem adduceres. Liuius de Torquato, Oculorum valetudinem excuſauit. Il diſoit quil auoit mal aux yeulx, & que pour ce il ne pouoit venir. Plin. epiſt. 7. a, Etenim ſicut fas eſt mihi, præſertim te exigente excuſare Bethicis contra vnum hominem aduocationem.

Excuſatio excuſationis, f. g. Excuſation, excuſe.

Excuſatio amicitiæ. Cic. de amicitia, 40, Quare talis improborum conſentio, non modo excuſa-tione amicitiæ tegenda eſt, ſed potius omni ſupplicio vindicanda eſt. Ibidem, 36, Nulla eſt igitur excuſatio peccati, ſi amici cauſſa peccaueris, Tu ne peulx excuſer ton peché.

Excuſatio inopiæ. Plautus in Aſinaria, 10. 31, Hic dies ſummus eſt apud me inopiæ ex-cuſatio.

Excuſate excuſatius excuſatiſſime, aduerbium. Plin. epiſt. 198, Licebit rurſus iraſci, ſi meruerit, quod exoratus excuſatius facies. Tu en ſeras plus excuſé: On ten excuſera mieulx.

EXCVTIO excutis, excuſſi, excuſſum, excutere, Scrutari & diligẽter inquirere: Secouer, re-muer, chercher diligẽment, fouiller par tout. Plautus in Aulularia, 20. 18, Quid abſtuliſti hinc? S T. di me perdant, ſi ego quicquam abſtuli, néve ego abſtuliſſe vellem. E V. agedũ, excute dum pallium. Suetonius in Claudio, Neque agrum quenquam viſitauit, niſi explorato prius cubi-culo, culcitriſque & ſtragulis prætentatis & excuſſis. Id eſt, diligenter contrectatis & diuentila-tis, ne gladius intus eſſet. Cicero pro Roſcio Amerino, Nihil eſt Glaucia quod metuas, non excutio te. ſi quid forte ferri habuiſti, non ſcrutor. Plin. lib. 7, A ianitore ſemper excuſſa, ne quid inferret cibi, deprehenſa eſt vberibus ſuis alens eam.

Excutere, Commouere ſe, & ſpiritus omnes, ſenſúſque ſuos ad intelligentiam colligere & exci-tare. quod fit cũ res aliqua intellectu difficilis obijcitur nobis. Cic. lib. 2. off. Explica atque ex-cute intelligentiam tuam:

Excutere, Diligentius æſtimare, & exactius eliquid expendere. Vlpianus, Si tibi mandauero vt excuteres vires hæreditatis. Et alibi, Si tibi mandauero vt vires excuteres eius cui eram cre-diturus. Cicero pro Plancio, Facilis eſt illa occurſatio & blanditia popularis: aſpicitur, non attrectatur: procul apparet, nõ excutitur, nõ in manus ſumitur. Id eſt, nõ accurate æſtimatur.

Excutere, eſt etiam nomen exigere, & debitorem appellare. in qua ſignificatione in iure perſæpe accipitur. Paulus, Non prius pupillus ad magiſtratus reuerti poteſt, quam omnes tutores excuſſi fuerint. Id eſt, quàm actione tutelæ expertus ſit, an ab eis ſuum ſeruare poſſit.

Excutere aliquem, Spoliare, & pecunijs exhaurire, Mettre aucun a ſec dargent, tellement que on ne luy laiſſe rien, que on ne luy face deſpẽdre. Cic. de aruſpicũ reſpõſis, Non ignouit, mihi crede, non: niſi forte ignotum putas, quod te iudices dimiſerunt excuſſum & exhauſtum, ſuo iudicio abſolutum, omnium condemnatum. Id eſt, exhauſtum pecunijs quibus eos corrupiſti, &(vt vulgo dicitur) deplumem te reliquerunt, nihil tibi reliqui fecerũt. Ilz t'ont tout deſplumé.

Excutere alicui cerebrum. Plaut. in Aulul. 6. 26, Heu óccidi. E. quid ita? M. quia miſero mihi cerebrum excutiunt tua dicta ſoror, lapides loqueris. Tes parolles me troublent le cerueau. Idem in Captiuis, 11. 71, Crucior lapidem non habere me, vt illi maſtigiæ cerebrum excutiam, qui me inſanum verbis concinnat ſuis. Affin de luy rompre le cerueau, & ietter hors de la teſte.

Excutere clauum lapide. Plaut. in Menæh. 3. 10, Nam ſe ex catenis eximunt aliquo modo, tum compediti ianuam lima perterunt, aut lapide excutiunt clauum. Ilz font ſaillir hors le clou dune pierre.

Excutere feras cubilibus. Plin. in Paneg. 134, Quæ enim remiſſio tibi, niſi luſtrare ſaltus, excutere cubilibus feras, ſuperare immenſa montium iuga? Chaſſer hors de leurs tanieres.

Excutere iugum, Ruer ius le ioug. Ne vouloir obeir. Plin. in Paneg. 21, Ergo ſuſtulerant animos, & iugum excuſſerant.

Excutere lachrymas alicui, Faire ſaillir les larmes a aucun. Plaut. in Capt. 7. 60, Di veſtram fidem, hominum ingenium liberale, vt lachrymas excutiunt mihi. Terent. in Heaut. 1. 1. 115, Bene vale. M. & tu. C. lachrymas excuſſit mihi.

Excutere alicui oculos, Faire ſaillir les yeulx de la teſte daucun. Plau. in Perſa, 13. 19, Næ ſi me vno digito attigeris, te ad terram affligam, ſcelus. P. at ego tibi hoc continuo cyatho oculum excutiam tuum.

Excutere mentem. Plin. epiſt. 18. b, Eram acturus adoleſcentulus adhuc, eram in quadruplici iudicio, eram contra potentiſſimos ciuitatis, atque etiam Cæſaris amicos: quæ ſingula excutere mentem mihi poſt tam triſte ſomnium poterant. Me pouoient eſmouuoir & cſueiller leſperit.

Excutere ſe. Terent. in Phor. 4. 1. 20, Quòd ſi fit vti me excutiam, atque egrediar domo, id reſtat: nam ego meorum ſolus ſum meus. Sil aduient que ie me remue vne fois, & que ie ſorte de la maiſon.

Excutere rationẽ, Prendre pres garde au compte. Plin. epiſt. 151. a, Ego iuſſus à legato conſulari, rationem alarum & cohortium excutere, vt magnam quorundam, fœdámque auaritiam, negligentiam parem: ita huius ſummam integritatem, ſolicitam diligentiam inueni.

Excutere alicui vomitum. Plaut. in Merc. 11. 15, Tu oſculere mulierem, vti ne ei aduenienſ vomitum excutias mulieri. Que tu ne la face vomir.

Excuſſi grandine, Frappés de greſle. Plin. epiſt. 71, Tuſci grandine excuſſi in regione Tranſpadana, ſumma abundantia, ſed par vilitas nuntiatur.

Excutere, Eligere. Cic. x 11 Philipp. Iuuentutem omnem ex tota Italia excuſſimus.

EXDORSVO exdorſuas, exdorſuare, Dorſum confringere, vel dorſo nudare. Pla. in Aulul. 14. 2, Dromo deſquama piſces: tu Macherio congrum, murenam exdorſua quantum potes.

EXECO execas, execui, exectum, execare, ab ex & ſeco ſecas, Excidere, Coupper. Columella lib. 3, Arborem quam inſerere voles, diligenter execato ea parte quæ maxime nitida, & ſine cicatrice eſt: dabiſque operam ne librum lædat.

EXECRO, execras, execrare, Vel execror execraris deponens: Horrori & abominationi habere. Virg. Et terram altricem ſæui execramur Vlyſſis. Plaut. in Caſina, 15. 18, In malam crucem, pectus, aures, caput, téque di perduint: nam niſi ex te ſcio quicquid hoc ſiet, iam tibi pol execrata iſtic cerebrum diſpertiam.

EXEDO exedis, exedi, exeſum, exedere, Corrodere, conſumere. Plin. lib. 26. Naſcuntur quoque in ſanguine ipſo hominis animalia exeſura corpus. Cic. lib. 3. Tuſcul. AEgritudo lacerat, exeſt animam, planéque conficit.

Exedere, Manger tout a faict, que rien ne demeure. Terent. in Phor. 2. 2. 4, Ad te ſolum

Phormio ſumma rerum redit: tute intriſti, tibi omne eſt exedendum.

Exedor miſer. Plaut. in Epid. 7.1, Expectãdo exedor miſer, atque exenteror, quo mihi Epidici blanda dicta eueniant: Cela me ronge le cueur.

Exedere aliquẽ, Apourir & manger aucun, tant que rien ne luy demeure. Plaut. in Curcul. 2. 45. Ei ancillula eſt. PA. nẽpe huic lenoni qui hic habitat. PH. recte tenes. PA. nimis formido ne exedat. PH. odioſus es. Terẽt. in Heaut. 3.1.53, Omnes ſolicitos habui, atque hæc vna nox: quid te futurum cenſes, quem aſſidue exedent?

Exeſus exeſa exeſum. Conſumé, Exeſæ ædes. Cic. in topicis, Si ædes exeſæ corruerunt.

EXEMPLVM exẽpli, Eſt ipſa res quã imitamur, aut deuitamus in aliquo, Cõme la vertu que nous voyons en aucun, laquelle nous ſuyuons: ou aucun vice que nous voyons en aucun, lequel vice nous fuyons. Ille autẽ in quo ſunt virtutes vel vitia, exẽplar dicitur. Cic. in Verrem, act. 6, Vetus eſt quod dicã, & propter ſeueritatem exempli nemini fortaſſe veſtrum inauditum, L. Domitium Prætorem in Sicilia, cum aper ingens ad eum allatus eſſet, admiratum requiſiſſe, quis eũ percuſſiſſet. cum audiſſet paſtorem cuiuſdam fuiſſe, eum ad ſe vocari iuſſit.

Ad exemplũ illud fit. Plaut. in Milite, 10.161, Quod eorum cauſſa obſonatum eſt, culpant, & comedunt tamen. PA fit pol ad illud exemplũ: vt docte & perſpecte ſapit. Certainement cela ſe faict tout en la forme & maniere que tu le dis.

Ad quod exemplũ eſt, coniectura ſi reperire poſſumus? s, ad hoc exemplum eſt. De quelle face ou de quelle ſorte eſt il, ſi dauẽture &c. Il eſt de ceſte ſorte & facon. Plaut. in Trinum. 13.73.

Ad exemplũ ambarum, mores earum exiſtimans. Terent. in Hecyra, 1.2.88, Diſiunxit illum ab illa, poſtquã & ipſe ſeſe & illã & hanc, quæ domi erat, cognouit ſatis, ad exemplũ ambarũ mores earũ exiſtimans. Donatus, Quaſi ad imaginem & collationem, & ſpeciem comparationis. Penſant que les meurs de ces deux cy ſe reſemblaſſent.

Adeſſe exemplũ intelligo. Plaut. in Epid. 2.7, Cœna tibi dabitur. T. ſpondeo. E. quid? T. me accepturũ, ſi dabis. E. quid tu autẽ? agis vt velis? T. exemplum adeſſe intelligo. E. euge, corpulentior videre, atque agilior. Ie penſe que en voicy le patron, Tu vois de quoy, Ie penſe que voyci de quoy: Tu vois la facon & maniere comme ie me porte.

Capere exemplũ de. Terẽt. in And. 4.1.27, Quid iſthuc tam mirum eſt, ſi de te exemplum capit? Sil prent exemple ſur toy? ſil te ſuyt?

Expetere exemplũ inde. Deſyrer de prẽdre patron ſur quelque choſe. Plaut. in Moſtell. 3.14, AEdes quũ extemplo paratæ, expolitæ, factæ probe, ex amuſſim, laudant fabrum, atque ædeis probant: ſibi quiſque inde exemplũ expetunt, ſibi quiſque ſimile ſumit.

Exẽplo illius facere mihi licet. Terent. in Prologo Heaut. 20. Habet bonorum exemplum, quo exẽplo ſibi licere id facere quod illi fecerunt, putat. Il faict cela a lexemple des gens de bien, a lexemple deſquelz &c.

Nullo exemplo fecit, Iamais perſonne ne le fit que luy, Il eſt le premier, Il na enſuyui perſonne en ce, Ceſt ſon inuention. Cic. de ſenect. 41, Delectabatur crebro funali & tibicine, quæ ſibi nullo exemplo, priuatus ſumpſerat, tantum licentiæ dabat gloria.

Exemplum habere. Plaut. in Milite, 10.43, Quum apud te exemplum experiundi habeas, non eges foris. Puis que tu as par deuers toy le patron pour en faire lexperience.

Imitari exemplum alicuius, Suyure aucun, faire comme il faict. Plin. epiſt. 131, Nec verò coguntur imitari meum exemplum: non enim illis eadem cum Corelia iura ſunt.

Pingere exemplum. Plaut. in Pœnulo, 18.101, Di deæque omnes vobis habeo merito magnas gratias, cum hac me lætitia tanta & tantis affeciſtis gaudijs, hinc exemplum vt pingeretis. nam alios pictores nihil moror. Pour bailler patron aux autres.

Reperire exemplum. Plaut. in Moſtell. 3.5, Hominem cuius rei, quando natus eſt, ſimilem eſſe arbitrarer, ſimulachrúmque habere, iam id repperi exemplum. nouarum eſſe ædium arbitror ſimilem ego hominem quando hic natus eſt.

Exemplum ſtatuere in aliquo. Terẽt. in Heaut. prologo, 51, Exemplum ſtatuite in me, vt adoleſcentuli vobis placere ſtudeant potius quàm ſibi. Faictes que ie ſoie pour exẽple & patron.

Exemplum ſumere, Prendre exemple. Terent. in Adelphis, 3.3.62, Fit ſedulo, nihil prætermitto, conſuefacio. denique inſpicere, tanquam in ſpeculum, vitas omnium iubeo, atque ex alijs ſumere exemplum ſibi. Cic. de amicitia, 33, Earum rerum exemplum ex ſimilitudine capiebat ineuntis ætatis. Idem de ſenect. 41, Delectabatur crebro funali & tibicine, quæ ſibi nullo exemplo priuatus ſumpſerat.

Exẽplo ſatis ſum. Teren. in Heaut. 5. 1. 47, Non tute cohibes? non te reſpicis? non tibi exemplo ſatis ſum? Plin. epiſt. 176, Statim ſapiunt, ſtatim ſciunt omnia, neminẽ verentur, imitantur neminẽ, atque ipſi ſibi exemplo ſunt. Cic. de amicitia, 68, Carent amicitia per ſe & propter ſe expetenda, nec ſibi ipſi exemplo ſunt.

Exemplum continentiæ. Terent. in And. 1. 1. 65, Enimuero ſpectatum ſatis putabam & magnũ exemplum continentiæ. Idem in Adelphis, 5. 1. 5, Illud ſis vide exemplum diſciplinæ.

Exemplo vno, Tout dune facon & maniere. Plaut. in Milite, 10. 131, O lepidum caput: ita me dij deæque amẽt, æquũ fuit deos paraſſe, vno exemplo ne omnes vitam viuerent. Idem in Bacchid. 11. 11, Multi more iſto atque exẽplo viuunt: quos cum cenſeas tibi amicos, reperiuntur falſi falſimonijs.

• Exẽplũ, Id eſt, forma, Le contenu dunes lettres. Salluſt. Literas quas ſibi nomine Catilinæ redditas dicebat, earũ exemplum infra ſcriptum eſt. Paulus iuriſconſ. Si legatum certum petatur, non iubet Prætor verba teſtamenti edere. ideo fortaſſe, quia hæredes ſolent habere exemplum teſtamenti, La copie, le double dũ teſtament. Cic. Attico, Epiſtolã ad me Cæſaris oſtendi, eam cuius exemplum ad te antea miſi & c.

Exemplo eodem literæ binæ, Deux paires de lettres, eſquelles eſt contenu vne meſme choſe, & parlent dune meſme matiere. Cic. Cornificio, Hæc ferè ad eas literas quas eodem exemplo binas accepi. Idem Seruio, Licet eodẽ exemplo ſæpius tibi huius generis literas mittam. Idem Planco, Binas à te accepi literas eodem exemplo.

Exẽpla (inquit Donatus) graues pœnæ dicũtur, quæ poſſunt cæteris documẽto eſſe. Pla. in Moſtell. 15. 66, Exempla ædepol faciã ego in te. Terẽt. in Adelphis, 5. 1. 9, Túne ſi meus eſſes? s. dis quidẽ eſſes Demea, ac tuam rem conſtabiliſſes. D. exemplum omnibus curarem vt eſſes. s. quamobrẽ? quid feci? D. rogas? Idem in Eunucho, 5. 5. 4, Miſeret me: itaque, vt ne viderẽ, miſera huc effugi foras: quæ futura eſſe exempla dicunt in eum indigna? Idem in Phor. 4. 4. 7, Vt te quidem omnes dij, deæque, ſuperi, inferi malis exemplis perdant.

Exemplum, quod adhibetur rei aut probandæ aut ornandæ cauſſa. Vnde pars probationis vocatur ab exemplis.

Exempli cauſſa ponatur aliquid, quod pateat latius. Cic de off.

Exemplũ, Vne monſtre de quelque choſe. Cic. Si quis purpuram aut aliud quippiam vendens dicat, ſume à me: ſed huius exemplũ aliunde rogabo, tibi quod oſtendam: aut ſi aceruos dicant ſe tritici habere, & eorũ exemplum pugno non habent quod oſtendant.

Exemplũ, Le double de quelque choſe comme de lectres, ou ſigne manuel Plau. in Pſeud. 9. 58 Tu epiſtolã hanc à me accipe, atque illi dato: nam iſtic ſymbolum eſt inter herum meum & tuũ de muliere. P. ſcio equidem, vt qui argẽtum afferret, atque expreſſam imaginẽ ſuam huc ad nos, cũ eo aiebat velle mitti mulierem: nam hic quoque exemplum reliquit eius.

Exemplar exemplaris, n. g. Celuy en qui giſt aucune choſe laquelle voulons ſuyure, ou fuyr. Vt Cato, erat exemplar virtutis, Catilina verò iniquitatis. Vne copie. Plin. in Paneg. 97, Non te
• ad exemplar eius voco, qui continuis conſulatibus fecerat longum quendam & ſine diſcrimine annum: ijs te confero quos certum eſt, quoties conſules fuerunt, non ſibi præſtitiſſe. Idem epiſt. 291, Exemplar teſtamenti, quanquam mendoſum, miſi tibi. Suet. de claris grammat. 24, Multáque exemplaria contracta emendare ac diſtinguere & adnotare curauit. Plancus Ciceroni, Exemplar eius chirographi Titio miſi. Aſinius Pollio, Ex literis cognoſces: nam earum tibi exemplar miſi.

Exemplar pro exemplo poſitum legitur, ita vt parum inter ſe differãt exemplum & exemplar. Cic. de oratore, Illa oratio fuit mihi exemplar bene dicendi. Quintil. in x, Cornelius autem Seuerus etiam ſi verſificator quàm poeta melior: ſi tamen (vt eſt dictum) ad exemplar primi libri bellum Siculum perſcripſiſſet, vendicaret ſibi ſecundum locum. Horat. in ſatyr. Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi. Cic. pro Murena, Domeſticum te habere dixiſti exemplum ad imitandum. eſt illud quidem exemplum tibi propoſitum domi, ſed tamen naturæ ſimilitudine illud ad te magis qui ab illo ortus es, quàm ad vnumquenque noſtrum pertinere potuit: ad imitandum verò tam mihi propoſitum exemplar illud eſt, quam tibi.

EXENTERO exenteras, exenterare, Perforare, Percer. Plaut. in Epid. 5. 3, Atat tacete, habete animum bonum: liquido exeo foras auſpicio, aui ſiniſtra, acutum cultrum habeo qui ſenĩ exenterem marſupium. Ibidem, 10. 74, Perij hercle ſi iſthæc vera ſunt, planiſſume exenterauit Epidicus marſupium.

Exenterauit opes argẽtarias meas. Plaut.in Epid.14.7, Quot illic hodie me exemplis eſt ludifi-catus atque te:vt illic autem exenterauit mihi opes argentarias.

Exenteror miſer.Plaut.in Epid.7.1,Expectando exedor miſer,atque exenteror.

EXEO exis,exiui,exitum,exire,Sortir hors. Terent.in Adelphis.4.4.17, Fieri potis eſt vt ne quà exeat.

Exire foras.Plaut.in Amphit.14.17,Exi foras maſtigia. Terent.in Eunucho,4.4.1,Exi foras ſceleſte.

Exeo ad te, Ie me nuois a toy. Plaut.in Bacchid.17.24,Mane parumper, dum iam ad te exeo Chryſale.

Exijt ad cælum ramis felicibus arbos.Virg.lib.georg.

Exire de vita.Cic.de amicitia,14, Quamobrem cum illo quidem, vt ſuprà dixi, commodius actum optime eſt,mecum autem incommodius: quem fuit æquius vt prius introieram in vitam,ſic prius exire de vita.

Exire de poteſtate , Eſt mentis impotem fieri. Cic.lib.4. Tuſcul. Itaque iratos proprie dicimus exiſſe de poteſtate , id eſt,de conſilio,de ratione,de mente. Qui eſt hors de ſon ſens.

Exire ex vrbe. Plaut.in Amphit.6.35, Tempus eſt,exire ex vrbe priuſquam luceſcat volo. Cic.lib.4.epiſt.Sulpitio,Si quem tuorum fidelium voles,ad me mittas, ne aut tibi exire ex vrbe neceſſe ſit,aut mihi accedere.

Exire in vulgus,Sortir hors.Suet.in Galba,cap.xx,Maxime irritati ad talem iocorum petulantiam,quòd antè paucos dies exierat in vulgus.

Exire in rigorem,Fit vel efficitur rigor. Plin.lib.7, Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam,toruitatémque naturæ duram & inflexibilem.

Exit in fabulam, Efficitur fabula. Quintil. Si hiſtoricus narret fabulam eleganter, exit in fabellam.

Exierant in tertium diem probationes.Plin.epiſt.35.g,Huius actionem veſpera incluſit, non tamen ſic vt abrumperet.itaque in tertium diem probationes exierunt. Elles furẽt differees & remiſes aut troiſieme iour.

Exire limen. Terent.Cum limen exirem.

Exijt animus ephebis ætate.Plaut.in Merc.3.40, Principio atque animus ephebis ætate exijt, atque animus ſtudio amotus puerili eſt meus.

Exire ærumna,Id eſt,liberari:Cic.Vt tandem è tot miſerijs atque ærumnis exiremus.

Exitur foras.Plaut.in Caſina,19.15,Crepuit oſtium,exitur foras.

Exitum huc nollem. Terent in Adelphis,5.1.13,Sanè nollem huc exitum.Ie vouldroie neſtre point icy ſorti.Interprete Donato.

Exire in medium.Plau.in Amphit.4.69,Deinde vtrinque imperatores in medium exeunt,extra turbam ordinum colloquuntur ſimul.

Exitium exitij,n.g.ab exeo exis,Maleur,malencontre,Dam,& dommage,Mauuaiſe fin.Feſtus, Exitium antiqui ponebant pro exitu : nunc exitium, peſſumum exitum dicimus. Terent.in Phor.Quod ego nunc ſubito huic exitio remedium inueniam miſer? Columella lib.1, Sic emunita ſola & latera horreorum prohibent curculionem.quod genus exitij cum incidit,multi opinantur arceri poſſe,ſi exeſæ fruges in horrea ventilentur,& quaſi refrigerentur. Plau.in Capt.13.63, Aperite haſce ambas foreis,prius quàm pultando aſſulatim foribus exitium aſfero. Idem in Bacchid.20.23,Alexander qui erit exitium rei patriæ ſuæ. Idem in Capt. 10.4,Neque exilium exitio eſt.

Exitialis & hoc exitiale,Quod eſt mortiferum,calamitoſum,damnoſum,Qui porte dommage, qui eſt dangereux & malencontreux. Plin.lib.8 , Ille contra vrinam ſpargit prudens, hanc quoque leoni exitialem. Virg.lib.vi,Sed me fata,& ſcelus exitiale Lacænæ.

Exitiabilis & hoc exitiabile,Idem quod exitiale.Ouid.lib.vi,metamorph.Dúmque manu tentat trahere exitiabile ferrum. Plaut.in Epid.12.36,Si inueniam,exitiabilem ego illi faciam vt hunc ſciat diem.

EXEQVOR exequeris,exequi,Perficere, Mettre quelque choſe en effect, Accõplir, la mettre en execution.Plaut.in Trucul.9.10,Nullam rem oportet aggrediri doloſe, niſi aſtute,accuratéque exequare. Terẽt.in And.1.5.24,Si quis nunc me roget,aliquid facerẽ,vt hoc ne facerem. ſed nunc quid primum exequar?

Exequi certum eſt vt.Plaut.in Moſtell.9.13,Neminem ſollicitat ſi quis domi dotatam vxorem

habet male: neminem ſollicitat ire dormitum ſopor. odioſa hæc, exequei certa res eſt vt abeã potius hinc ad forum, quàm nunc domi cubem.

Exequi ærumnam. Plaut. in Capt. 5.1, Di immortales id voluerunt, vos hanc ærumnam exequi: decet id pati animo æquo. Ilz ont que vous ayez enduré & ſouffer ceſte miſere.

Exequi aſpectum alicuius. Plau. in Epid. 12.3, Quam matrem meam? p. quæ exanimata exequitur aſpectum tuum.

Exequi conſilium. Terent. in Phor. 2.4.21, Frater eſt expectandus mihi: is quod mihi dederit de hac re conſilium, id exequar.

Exequi defunctam vxorẽ, Faire les funerailles de ſa femme qui eſt morte, les obſeques, & ſeruices. Plaut. in Epid. 4.8, Pol ego te credidi vxorẽ quã extuliſti, pudore te exequi: cuius quoties vides ſepulchrũ, ſacrificas orco illico hoſtias. Idem in Menæh. 7.20, Verùm inter viuos nunquam deſiſtam exequi.

Exequi egeſtatem, Endurer poureté. Plaut. in Trinummo, 10.60, Tanto melius te ſororis cauſa egeſtatem exequi, atque eum agrum me habere, quàm te tua qui toleres mœnia.

Exequi imperium heri, Faire le commandement de ſon maiſtre. Plaut. in Menæh. 21.12, Patior facilius verba quàm verbera, nimióque edo lubentius molitum, quàm molitum præbeo: præterea heri imperiũ exequor bene, & ſedulo ſeruio. Idem in Amphit. 4.108, Hæc ſic dicam heræ, Nunc pergam heri imperium exequi, & me domum capeſſere. Terent. in Heaut. 4.1.22, Tot peccata in hac re oſtendis. nam iam primum, ſi meum imperium exequi voluiſſes, interemptam oportuit, non ſimulare mortem verbis, reipſa ſpem vitæ dare.

Exequi itiner, Parfaire ſon chemin. Plaut. in Merc. 22.88, Mane mane Charine. c. erras, me decipere haud potes. e. neque volo ædepol. c. quin tu ergo itiner meum exequi me ſinis?

Exequi mandata. Plaut. in Bacchid. 8.72, Tu Piſtoclerum falſó atque inſontem arguis. nam ille amico & beneuolenti ſuo ſodali ſedulo rem mandatam exequitur.

Exequi mortem, Mori. Plau. in Pſeud. 15.38, Negotium eſt. nam neceſſe eſt hodie Sycionì me eſſe, aut cras mortem exequi: ita herus meus eſt imperioſus.

Exequi officium. Cic. lib. de ſenect. 30, Itaque exequi omnia regis officia & munera.

Exequar perficere itiner. Plaut. in Merc. 22.72, Optime aduenies puere cape chlamydem, atque hic ſine illico vt ſi hæc non ſint vera, incœptum hoc iter perficere exequar.

Exequi pergam. Plaut. in Amphit. 8.167, Pergam exequi.

Exequi patronam, Requerir & reclamer vne aduocate. Plaut. in Rud. 7.3, Qui ſunt qui à patrona preces mea expetentes ſunt? nam vox me precantum huc foras excitauit: bonam atque obſequentẽ deam, atque haud grauatam patronam exequuntur, benignámque multum.

Exequi probrum. Plaut. in Trucul. 9.8, Lucri cauſſa auara probrum ſum executa, alienos dolores mihi probrum ſuppoſui.

Exequi ſententiam. Plin. epiſt. 167. c, Quæ poteſtas referentibus, quod cenſentibus, ius, quę vis magiſtratibus, quæ cæteris libertas, vbi cedendum, vbi reſiſtẽdum, quod ſilentij tempus, quæ diſtinctio pugnantium ſententiarum, quæ executio prioribus aliquid addentium.

Exequi ſermonem, Parler. Plaut. in Trinummo, 6.5, Per pietatem nolo ego cum improbis te viris gnate mi, neque in via, neque in foro vllum ſermonem te exequi.

Exequiæ exequiarum, pluraliter tantum: Funebre officium, quod ſcilicet in funere exequimur, ab eo dictæ quòd homines pompã pòſt ſequũtur. Les funerailles, & obſeques. Teren. in Phor. 5.9.36, Exequias Chremeti, quibus eſt commodum ire, iam tempus eſt.

Exequior exequiaris, exequiari, Exequias facere. Varro, Ipſum propter ius liberti ſemitracti exequiantur. Obſoletum verbum.

EXERCEO exerces, exercui, exercitum, exercere, Prémere, fatigare. Plaut. in Trinummo, 14.80, Per prædones plurimos me ſeruaui: nam hic diſperij miſer propter eoſdẽ quorũ cauſſa fui hac ætate exercitus. Terent. in Adelphis, 4.2.49, I ſanè, ego te exercebo hodie, vt dignus es, ſilicernium.

Exercere abactus hoſpitum, Id eſt, abigere hoſpites. Plin. in Paneg. 32, Quàm diſſimilis nuper alterius principis tranſitus: ſi tamen tranſitus ille, non populatio fuit, cum abactus hoſpitum exerceret.

Exercere ætatẽ. Viure. Plaut. in Milite, 10.32, Hanccine me ætatẽ exercere mei amoris gratia?

Exercere Bacchanal, Mener vie diurongne. Plaut. in Amphit. 14. 26, Bacchanal te exercuiſſe oportuit ſenex. A. quî dum? M. quandò tu me ſeruum tuum cenſes. Ie croy que tu es yure. Il fault dire que tu as bien beu.

Exercere campos, Labourer les champs ſongneuſement. Plin. epiſt. 20. f, Vtque in agricultura non vineas tãtum, verumetiam arbuſta: nec arbuſta tãtum, verumetiam campos curo & exerceo. Virg. 1. geor. Exercétque frequens tellurem, atque imperat aruis.

Exercere diſcordias cum hoſtibus. Salluſtius, Iurgia, diſcordias, ſimultates cum hoſtibus exercebant.

Exercere diſcipulos. Suet. de claris Rhet. 1. c, Sedratio dicendi nec vna omnibus, nec ſingulis eadem ſemper fuit, quando vario modo quiſque diſcipulos exercuerunt.

Exercere iuſtitiam. Plin. epiſt. 10. d, Affirmat etiam eſſe hanc philoſophiæ, & quidem pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cognoſcere, iudicare, promere, & exercere iuſtitiam.

Exercere nomẽ patris, Faire loffice dung vray pere. Plin. in paneg. 34, Ingrata ſibi videbatur, ſi te imperatorẽ potius vocaret, & Cæſarem, cum patrem experiretur: quod quidem nomen qua benignitate, qua indulgentia exerces?

Exercete viri tauros. Virg. lib. 3, georg.

Exercere velitationem. Plaut. in Rud. 13. 41, Semper ſeruas gloriam aritudinis, equidem meã velitationem exerceo. nam omnia coruſca præ tremore fabulor.

Exercere ſumptum, Gaigner ſes deſpens. Terent. in Heaut. 1. 1. 91, Corraſi omnia, ancillas, ſeruos, niſi eos qui opere ruſtico faciundo, facile ſumptum exerceant ſuum, omnes produxi ac vendidi.

Exercere vocem. Plaut. in Pœnulo, 2. 13, Exerce vocem quam per viuis & colis. nam niſi clamabis, ſtatim te obrepet fames.

Exercere artes. Columella lib. 4, Qui vrbanas ac delicatas artes exercuerit.

Exercere aliquẽ odijs. Virg. Tum vos ô Tyrij, ſtirpem, & genus omne futurũ Exercete odijs. Ayez les touſiours, en haine, & les pourſuyués.

Exercere ſe ad curſuram. Plaut. in Moſtell. 1 2. 5, Poſtquam ſunt malum meriti, ſtulta ſibi conſilia expetunt, exercent ſe ad curſuram, fugiunt.

Exercere ſe in agris. Terẽt. in Heaut. 1. 1. 94, Inſcripſi illico ædeis mercede, quaſi talẽta ad quin decim coegi, agrum hunc mercatus ſum, hic me exerceo. Cic. de ſomnio Scipionis, Nam hæc eſt natura propria animæ atque vis. Quæ ſi eſt vna, ex õnibus quæ ſeſe moueat, neque nata eſt certe, & æterna eſt. Hanc tu exerce in optimis rebus.

Exercere memoriam. Cic. de ſenect. 18, At memoria minuitur credo: niſi exerceas eam, aut etiam ſi ſis natura tardior. Ibidem. 34, Ius augurum, pontificium, ciuile tracto: multum etiam literis Græcis vtor, Pythagoreorúmque more, exercẽdæ memoriæ gratia, quodcunque dixerim, audiuerim, egerim, commemoro veſperi.

Exercere malitiam. Salluſt. de rep. ordinanda, Nam perinde omnes res laudantur atque appetuntur, vt earum rerum vſus eſt. Malitia præmijs exercetur: vbi eã dempſeris, nemo omnium gratuito malus eſt.

Exerciturus in me. Plaut. in Amphit. 4. 170, Illic homo ſuperſtitioſus eſt, geſtiunt pugni mihi. s. ſi in me exerciturus, quæſo in parietem vt primum domes. Si tu te veulx apprendre ou exerciter ſur moy.

Exercitus exercita exercitum, Participium, Accouſtumé, exercité, vſité par experience.

Exercitus homo. Plaut. in Merc. 5. 4, Velut ego nocte hac quæ præterijt proxima, in ſomnis egi ſatis, & fui homo exercitus. Plin. epiſt. 99, Vnquámne vidiſti quẽquam tam laborioſum, tam exercitum, quàm Varenum meum?

Exercita ærumna. Plaut. in Epidic. 1 1. 3, Simul ærumnam multiplex exercitam habet paupertas.

Exercitus in mundo ruſtico. Plaut. in Merc. 3. 65, Neque deſidiæ in otio operam dediſſe, neque poteſtatem ſibi fuiſſe, adeò arcte cohibitum ſeſe à patre, multopere in mundo ruſtico ſe exercitum.

Exercitus multa lectione. Gellius, Aderat forte ibi amicus noſter, homo lectione multa exerci-

tus, cui pleraque omnia veterum literarum quæsita, meditata, euigilatáque erant.

Exercitus in re militari, longo bellorum vsu. Cic. pro M. Fonteio, Postremo ipse, cum in omnibus vitæ partibus honestus atque integer, tũ in re militari cum summi cõsilij & maximi animi, tũ vero vsu quoque bellorum gerendorum, in primis eorum hominum qui nunc sunt, exercitus.

Exercitor exercitoris, Qui exercite, accoustume, & vsite aucũ a quelque chose faire. Plaut. in Trinũmo, 14.9, Hic quisquis est, Curculio est, exercitor, is hunc hominem cursurã docet. Ibidẽ, 5.3, Dolorem indipiscor, egomet me concoquo, & macero, & defatigo. magister mihi exercitor animus hinc est.

Exercitus, exercitus, exercitui, Vne armee, Vng ost. Vegetius lib. 2, Numerus militum exercitatur, vnde & re ipsa ab opere exercitus nomen accepit, vt ei nunquam liceret obliuisci quod vocabatur. Plin. de viris illust. 27, Cum Galli, Samnites, Vmbri, Tusci contra Romanos cõspirassent, ibi exercitu in aciem ducto, & cornu inclinante, exemplum patris imitatus, aduocato M. Liuio pontifice, hastæ insistens &c.

Exercito exercitas exercitare, Frequentatiuum.

Exercitatus exercitata exercitatũ, Qui est fort exercité & duit a quelque chose faire. Exercitatus homo. Plin. epist. 53. e, Solet dicere Claudius Restitutus, qui mihi respondit, vir exercitatus & vigilans, & quamlibet subitis paratus.

Exercitatus ad. Terent. in Hecyra, 3.3.47, O fortuna, vt nunquam perpetuo es bona, sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit.

Exercitatus in dicendo. Cic. pro Cluẽtio, Homo in primis ingeniosus, & in dicẽdo exercitatus.

Exercitati subigendis glebis. Cic. pro lege Agraria contra Rullum, Totus enim ager Campanus & possidetur & colitur à plebe optima, & modestissima. at illi miseri, nati in illis agris & educati, glebis subigendis exercitati, quò se subito conferant, non habebunt.

Exercitatus curis. Cic. de somnio Scipionis, Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ, quibus agitatus & exercitatus animus, velociter in hanc sedem & domum suam peruolauit.

Exercitatio exercitationis, Exercice, exercitation. Cic. de amicitia, 16, Magnum opus est, egétque exercitatione non parua.

EXERO exeris, exerui, exertum, exerere, Ab ex & sero seris, Emittere, eleuare, nudare. Stati⁹, Fulgentémque exerit ensem. Ouid. lib. 1. Fast. Credibile est illos pariter vitiúsque iocisque Altius humanis exeruisse caput. Idem, Exerit hic humerum, vestes trahit ille per altas.

Exerere vincula, Se mettre hors des liens. Columella lib. 1x, Nam dum vincula exerere conantur, non quiescunt.

Exerere ius in librum alicuius, Iuger du liure. Plin. epist. 160, Sumam personam magistri, exerámque in librum tuũ ius, quod dedisti eo liberius, quo nihil ex meis interim missurus sum tibi, in quo te vlciscaris.

Exerere, Extrahere. Ouid. Ter Neptunus aquis cum toruo brachia vultu Exerere ausus erat. Virg. Exertæ cingula mammæ.

Exertus exerta exertum, Nud, tiré hors, Vt exerti dentes, extra os producti, vt equo. Dens qui apparoissent hors. Plin. lib. x 1, Dentes exerti sunt apro, hippopotamo, elephanto.

Exerto exertas, exertare, Frequentatiuum. Virg. lib. 3. At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris Ora exertantem, & naues & saxa trahentem.

EXFODIO exfodis, exfodi, exfossum, exfodere, Desenterrer, Tirer hors de terre. Plaut. in Aulul. 24.9, Exfodio aulam auri plenam: inde ex eo loco video recipere se senem, ille me non videt.

EXGRVMO, exgrumas, exgrumare, Dicuntur cochleæ grumos eruentes, & ex grumis exilientes. Grumus enim est terræ collectio, à congerie dictus.

EXGVRGITO exgurgitas, exgurgitare. Extra gurgitem emittere.

Exgurgitare argentum domo, Tanquam de gurgite euomere, atque exhaurire. Ietter hors, faire faillir, Espuiser. Plaut. in Epid. 12.12, Prò deûm atque hominum fidem, quid ego lenociniũ facio: qui quidem habeam alienos domi, atque argentum exgurgitem domo prorsum?

EXHAEREDO exhæredas, exhæredare, Desheriter son filz apres sa mort. Plaut. in Mostell. 4.76, Vtinam nunc meus mortuus pater nuntietur, vt ego exhæredem meis me bonis faciam, atque hæc fiat hæres.

Exhæredem vitæ suæ eum faciam, Ie le tueray. Plaut. in Bacchid. 19.8, Nam neque Bellona

mihi vnquam, neque Mars creduat, Ni illum exanimalem faxo, ſi conuenero, níve exhæredem fecero vitæ ſuæ.

Exhæredatus exhæredata exhæredatum, Deſherité apres la mort de ſon pere. Plin. epiſt. 119. a, Nam fœmina ſplendide nata, nupta prætorio viro, exhæredata ab octogenario patre, intra vndecim dies, quàm ille nouercam ei, amore captus induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat.

Exhæreſimus dies, Id eſt, Exemptilis: propterea ſic dictus, quòd ex menſe eximi ſolebat: vt annus cum ſolis ac lunæ ratione congrueret. Cic. in Verrem, act. 3. Conſuetudo Siculorum eſt, cæterorúmque Græcorum, quòd ſuos dies, menſéſque congruere volunt cum ſolis lunæque ratione, vt nonnunquam ſi quid diſcrepet, eximant vnum aliquem diem, aut ſummum biduum ex menſe, quos illi exhæreſimos dies nominant.

EXHALO exhalas, exhalare, Extra halare, Spirare, halener, Ietter hors ſon halaine. Virg. Sæuámque exhalat opaca mephitin.

Exhalare crapulã, Vomir. Cic. in Verrẽ, Quõdam etiã Aproniani cõuiuij crapulã exhalaſſent.

EXHAVRIO exhauris, exhauſi, exhauſtum, exhaurire, Eſpuyſer.

Exhaurire bella, Finire, & prorſus euacuare. Virg. Heu quibus ille Iactatus fatis, quæ bella exhauſta canebat.

Exhaurire labores. Plin. epiſt. 53. a, Poſſum iam perſcribere tibi quantum in publica prouinciæ Beticæ cauſſa laboris exhauſerim. Combien de peine & de traueil iay enduré. Idem epiſt. 100. b, Quod me recordantem miſeratio ſubit quantum vigiliarum, quantum laboris exhauſerit fruſtra. Occurſant animo, mea mortalitas, mea ſcripta.

Exhaurire vires. Plin. epiſt. 63. b, Nam poſſeſſor prior ſæpius vẽdidit pignora: & dum reliqua colonorum minuit ad tempus, vires in poſterum exhauſit: quarum defectione rubus & reliqua incommoda creuerunt.

Exhaurire aliquem legatis, Alienare, & priuare. Plin. epiſt. 96. c, Quid ſi hæredem quidem inſtituiſſet ex aſſe, ſed legatis ita exhauſiſſet, vt non amplius apud te, quàm quarta remaneret? igitur ſufficere tibi debet, ſi exhæredatus à matre, quartam partẽ ab hæredibus eius accipias: quam tamen ego augebo.

EXHEDRA exhedræ, f. g. Quid ſit exhedra, Victruuius his verbis docet, libro quinto, de palæſtrarum ædificatione loquens, quæ græcanica, nõ Italica ædificia erant. Conſtituãtur autem (inquit) in tribus porticibus exhedræ ſpatioſæ, habentes ſedes in quibus philoſophi, rhetoréſque, ac reliqui, qui ſtudijs delectantur, ſedentes diſputare poſſint. Cic. lib. v, de finibus, Hoc autẽ tẽpore, etſi multa in omni parte Athenarũ ſunt, in ipſis locis indicia ſummorũ virorum: tamen illa moueor exhedra. Modo enim fuit Carneades, quẽ videre videor. eſt enim nota imago: a ſedéque ipſa tanta ingenij magnitudine orbata deſyderari illam vocem puto. Verba ſunt Ciceronis fingentis dialogum ſuum in Academia Athenienſi habituin vbi academici diſputare olim ſoliti erant. Idem de prouincijs conſularibus, Itaque ille alter & ipſe eſt homo doctus, & à ſuis Græcis ſubtilius eruditus, quibuſcum iam in exhedra helluatur. Verba ſunt Piſonem mordaciter taxantis: quaſi ſub obtentu philoſophiæ cum Græculis in exhedra, id eſt, in loco diſputationum, pergræcaretur, id eſt, perpotaret verius, quàm cum Græcis diſſereret.

Exhedræ hodie dici poſſunt loca quæ in periſtilijs canonicorum aut monachorum, id eſt, clauſtris, vulgo capitula dicunt. Exhedra enim græce, à ſedium frequentia, & ſeſſitandi commoditate nomen accepit.

Exhedrarum vſum fuiſſe apud Romanos, his verbis docet Cicero, lib. 1. de natura deorum, Nã cũ ferijs latinis ad eum ipſius rogatu, accerſitúque veniſſem, offendi eum ſedentem in exhedra, & cum Caio Velleio ſenatore diſputãtem. Hic autem pro cellula ſtudiaria accipi videtur, in qua grabatulus ad meridiandum accommodatus eſſe ſolet. Quo modo & apud eũdem Ciceronem in tertio de oratore. de meridiana enim quiete loquens, Tum dedita (inquit) opera quieſcentibus alijs, in eam exhedram veniſſe, in qua Craſſus lectulo poſito recubuiſſet. Cumque eum in cogitationem etiam defixum ſenſiſſet, ſtatim receſſiſſe.

EXHERBO exherbas, exherbare, Herbas extirpare, Arracher herbes. Columella lib. 5, Perticalis ferè ſalix, eundem agrum, quem viminalis deſyderat, melior tamen riguo prouenit, atque ea taleis conſeritur: & cum germinauit ad vnam perticam ſummittitur, crebróque foditur atque exherbatur, nec minus quàm vinea pampinatur. Idem alibi, Exherbandus eſt locus.

EXHIBEO, exhibes, exhibui, exhibitũ, exhibere, Proferre, & in publicũ deducere, & vidẽdi,

tangendíque hominis facultatem præbere. Plaut. in Milite, 9.65, Exhibeas herũ volo. Ie veulx que tu me ameines icy deuant moy ton maiſtre.

Exhibere, inquit Paulus iureconſ. eſt facere in publicum poteſtatem, vt ei qui agit, experiundi ſit copia.

Exhibere argutias alteri: Arguer & eſtriuer contre aucun. Lagacer. Plaut. in Moſtell. 2.2, Exi è culina ſis foras maſtigia, qui mihi inter patinas exhibes argutias.

Exhibere alicui affectum parentis: Monſtrer affection de pere enuers aucun. Plin. epiſt. 25.c, Præterea quòd ille tutor mihi relictus affectum parentis exhibuit: ſic candidatum me ſuffragio ornauit.

Exhibere imperiũ, Auoir ſeigneurie & domination ſur aucun, le maiſtrier. Plaut. in Caſina, 8.56. Patiundum eſt: ſi quidem me viuo vxor imperium exhibet.

Exhibere ſe iudicijs hominũ: Soffrir & ſe ſoubmettre au iugement des hommes. Plin. in Paneg. 109, Tibi contrà & moderatio tua ſuaſit, & ſanctitas, vt te & religioni deorum, & iudicijs hominum exhiberes.

Exhibere iuſtitiam: Faire iuſtice. Plin. in Paneg. 53, Quam deinde in ædendo liberalitatem, quam iuſtitiam exhibuit, omni affectione, aut intactus, aut maior?

Exhibere moleſtiam: Moleſter aucun. Plaut. in Capt. 13.48, Ego ora verberabo ſurpiculis piſcarijs, vt ſciãt alieno naſo quam exhibeant moleſtiam. Idem in Perſa, 8.3, Mane, etſi properas Pecnium, auſculta. P. emere oportet tibi quem obedire velis. S. aſta. P. exhibeas moleſtiam, vt opinor, ſi quid debeam, qui nunc ſic es tam moleſtus.

Exhibere negotium: Bailler fort affaire a aucun, Le moleſter, & faſcher. Plaut. in Moſtell. 8.39, Næ ego ſum miſer ita & hinc & illinc mihi exhibent negotium. Idem in Menæh. 24.14, Herus eſt meus, ego quidem huius ſeruus ſum: ſed me eſſe huius credidi, ego hunc cenſebam eſſe te, huic etiam exhibui negotium. quæſo ignoſcas, ſi quid ſtulte dixi, atque imprudens tibi. Idem in Amphit. 10.14, Factũ id Amphitruoni obfuit, atque illi dudum meus amor negotium inſonti exhibuit. Plin. Epiſt. 195, Ipſe igitur exhibes negotiũ tibi, qui elicis & inuitas, vt quamplurima cõmunicare tecũ velim. Cic. lib. 3. off. Quod cum audiſſet adoleſcens negotium exhiberi patri.

Exhibere promiſſum librum. Plin. epiſt. 2.a, Quia tardiorem aduentum tuum proſpicio, librum, quem prioribus epiſtolis promiſeram, exhibeo.

Exhibere rationes: Rendre compte. Plin. epiſt. 126, Per hunc à cõſulibus poſtulabat, vt Varenus exhibere rationes cogeretur.

Exhibere rem ſaluam. Plaut. in Aſin. 9.51, Da modo meo periculo, rem ſaluam ego exhibebo. Baille luy a mes perils & fortunes, Ie ten reſpond, Ie te le fais bon, Ie ten aſſeure.

Exhibere ſpectaculũ: Faire des ieulx publiques. Plin. epiſt. 25.a, Poſt aliquot annos inſigne atque etiam memorabile dictu populi Romani oculis ſpectaculum exhibuit publicũ, funus Virginij Rufi, maximi & clariſſimi ciuis, & perinde felicis.

EXHILARO exhilaras, exhilarare, Eſiouyr aucun, & le recreer. Columella lib. 7, Satietate verni pabuli pecudes exhilaratæ laſciuiunt.

EXHORREO exhorres, exhorrui, exhorrere.

Exhorreſco exhorreſcis, exhorrui, exhorreſcere, Expaueſcere, Auoir fraieur. Plancus Ciceroni, Sed non poſſum non exhorreſcere, ſi quid intra cutem ſubeſt vulneris: quod prius nocere poteſt, quàm ſciri, curarique poſſit.

Exhorreſcere amicos. Virg. lib. 7, Adueniat, vultus néve exhorreſcat amicos.

EXIBILO exibilas, exibilare, Populari, tumultuariáque ſibilatione aliquẽ expellere, vel deridere. Cic. Hiſtrio ſi paulum ſe moueat extra numerum, aut ſi verſus pronuntiatus eſt vna ſyllaba breuior aut longior, exibilatur, atque exploditur.

EXIGO exigis, exegi, exactum, exigere, Excludere, eijcere, expellere, quaſi extra agere, Chaſſer hors, Deietter. Plaut. in Merc. 3.68, Neque niſi quinto quoque ãno poſſe tum viſere vrbẽ, atque extemplo inde, vt ſpectauiſſet populũ rus rurſum cõfeſtim exigi ſolitũ à patre. Idem in Aulul. 11.9, Exegit omnes foras.

Exigit à ſe virum. Plaut in Milite, 18.62, Egóne illam adeam quæ nupta ſit? virum eius metuere æquum eſt. M. quin tua cauſſa exegit virum à ſe.

Exigere ex. Plaut. in Perſa, 4.61, Niſi gnatam tecum huc iam, quãtum poteſt, adducis, exigam ego hercle te ex hac decuria. Ie te chaſſeray hors de ceſte famille.

Exigere ex corpore mœrores: Oſter tout ennuy. Plaut. in Cap. 13.72, Pol mœrores mihi ante-

uortunt gaudijs. R. noli iraſcier: iam ego ex corpore exigam omnes maculas mœrorum tibi: gaude audacter.

Exigitur fabula, inquit Donatus, cum diſplicet. Terent. in Hecyra, In ijs quas primum Cæcilij didici nouas, partim ſum earum exactus, partim vix ſteti.

Exigere ærumnam. Plaut. in Capt. 19.12, Salue Tyndare. TY. & tu, cuius cauſſa hanc ærumnam exigo. Pour lamour du quel iendure tant de maleuretés.

Exigere ætatem: Viure: Plaut. in Caſina, 7.12, Quam tu mihi vxorem? quaſi venator tu quidem es, dies atque noctes cum cane ætatem exigis. Idem in Aulul. 4.4, Nam cur me miſeram verberas? E. vt miſera ſis: atque vt te dignam, mala malam ætatem exigas.

Exigere aliquem honoribus: Le priuer de ſes honneurs. Plin. epiſt. 36.a, Quid enim miſerius, quàm exactum & exemptum honoribus ſenatorijs laboribus & moleſtia non carere?

Exigere laſſitudinem ex corpore. Plaut. in Cap. 19.4, Illic ibi demum eſt locus, Vbi labore laſſitudo eſt omnis exigunda ex corpore, Ou il ſe fault deſlaſſer.

Exigere noctem, Paſſer la nuyct. Plin. epiſt. 125, Inde eſt quòd magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo.

Exigere tempus. Plin. epiſt. 45.a, Neſcio an vllum iucũdius tempus exegerim, quàm quo nuper apud Spurinnam fui.

Exigi matrimonio. Plaut. in Merc. 20.6, Vxor viro ſi clam domo egreſſa eſt foras, viro fit cauſſa, exigitur matrimonio. Elle eſt repudiee.

Exigere mentem dubiam. Plin. epiſt. 106.e. lib. 6, Regreſſi Miſſenum, curatis vtcunque corporibus ſuſpẽſam dubiámque mẽtem ſpe ac metu exigimus. Nous viuons touſiours en doubte, eſperans & craignans.

Exigere ſupplicium ab aliquo: Punir aucun. Plin. de viris illuſt. 12, Apprehenſus, & ad regem pertractus, dexteram acus impoſuit: hoc ſupplicij ab ea exigens, quod in cæde peccaſſet.

Exigere ab aliquo veritatem. Plin. epiſt. 247, Ille enim dies, pro quo primum probati ſunt, veritatem ab his originis ſuæ exegit.

Exigere aurum: Redemander de lor qui nous eſt deu. Plaut. in Bacchid. 19.62. Hodie exigam aurum hoc? CH. exige, ac ſuſpende te.

Exigit aurum de. Plaut. in Bacchid. 4.45, Nam iam huc adueniet miles: & miles quidem, qui de admittenda Bacchide aurum hic exigit.

Exigere ab aliquo conſiliũ: Demander conſeil a aucun. Plin. in Paneg. 130, Imperij hoc verbũ non adulationis eſſe, obſequio tuo crede, quod non alia in re magis aut ſenatus exigere à te, aut tu præſtare ſenatui debes.

Exigere: Requerir, Demander. Plin. epiſt. 173.a, Exegerat proſocer meus vt Amerina prædia ſua inſpicerem.

Exigere: Debattre quelque matiere. Plin. epiſt. 203.f, Sed cõfodias licet, dummodo iam nunc deſtines diem quo & de illis & de his coràm exigere poſſimus. aut enim tu me timidũ, aut ego te temerarium faciam.

Exigere, Senqueſter ou ſenquerir de quelque choſe. Virg. Quærere conſtituit, ſociiſque exacta referre. Suet. in Cæſare, Britanniam petijſſe ſpe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem interdum ſua manu exegiſſe pondus.

Exigere, Extorquere, Demander par force. Cic lib. de diuinat. Et cum eſſet tritici modius ſeſtertijs duobus pro frumento in modios ſingulos, duodenos ſeſtertios exegiſſe.

Exigere hoſtẽ: Chaſſer & repoulſer ſes ennemis. Plin. in Paneg. 46. Huius aliquando cura Pompeio non minus addidit gloriæ, quàm pulſus ambitus campo, exactus hoſtis mari.

Exigere nomina: Ad diſſolutionem cogere, Contraindre ſes debteurs a paier. Cic. in Verrem, Vt reperiretur pecunias ſumpſiſſe mutuas, nomina ſua exegiſſe. Paulus de vſuris, L. Caius, Exigi ſolent etiam, ſi omnia nomina idonea ſint.

Exactus exacta exactum, Qui eſt acheué. Horat, Sed emendata videri, Pulchráque & exactis nimium diſtantia miror. Virg. lib. 1. georg, Totus & ille dies & qui naſcentur ab illo Exactũ ad menſem pluuia, ventíſque carebunt. Vng mois durant.

Exacta ætate: Apres auoir acheué mon temps, A la fin de mon aage. Terẽt. in Adelphis, 5.4.16, Contriui in quærũdo vitam, atque ætatem meam. Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his feio odiũ. Cic. de orat. AEtate exacta, indigem, liberũ laceraſti. Idem de ſenect. Cũ eſſet iam exacta ætate in agris, eóſque coleret. Idem in Verrem, Patri exacta ætate. Ibidem, Hoc tantũ exacta ætate laboris, itineríſque ſuſcepit. Liuius ab vrbe condi-

ta, Venerabilis viri, atque adeò exactæ iam ætatis. Ibidem, AEtatis iam exactæ Camillus erat. Il eſtoit ia fort vieux, fort aagé, Il auoit faict ſon temps.

Exacto menſe, Apres le mois acheué. Plaut. in Ciſtell. 4.15, Tunc illa quam compreſſerat, decimo poſt menſe exacto, hic peperit filiam. Au bout du dixieſme mois.

Exactiſſimus vir, Vng homme curieux, fort diligent & ſongneux en ce quil faict. Plin. epiſt. 176.a, Quod ille obſequium Seruiano exactiſſimo viro præſtitit? Valerius Max. Quia nũquam remotos ab exactiſſimo cultu ceremoniarum oculos.

Exactor exactoris, m.g. Qui cueille & leue les deniers du peuple, les tailles, & autres telles choſes.

Exactor latini ſermonis, Id eſt, perſcrutator. Suet. de claris grammat. 22, M. Põponius Marcellus, ſermonis latini exactor modeſtiſſimus.

EXIGVVS exigua exiguum, Paruum. Cic. de ſenect. 67, ſenſus moriendi ſi aliquis eſſe poteſt ad exiguum tempus durat.

Exiguum temporis, Vng petit de temps. Plin. epiſt. 147.e, Exiguum temporis medium, & rurſus ſimile aliud priori, fidem fecit.

Exiguæ vindemiæ, Petites vendanges, ou peu. Plin. epiſt. 193, Nobis venari nec vacat, nec libet. non vacat: quia vindemiæ in manibus. non libet: quia exiguæ.

Exiguiſſima legata. Plin. epiſt. 144.c, Qui nunc exiguiſſima legata theatralis operæ corolariũ accipient ab hærede qui non ſpectabat.

Exigue, aduerbium. Fort petitement, & eſcharſement. Terent. in Heaut. 1.2.33, Præbẽt exigue ſumptum: & ea ſunt ad virtutem omnia. Cic. de amicitia, 52, Hoc quidem eſt nimis exigue & exiliter ad calculos vocare amicitiam.

EXILIO exilis, exilui, exiliui vel exilij, exultũ, exilire, Saulter de quelque lieu. Cicero Tironi, Mihi credo, tuis & illius literis perlectis, exilui gaudio.

Exilire è. Plaut. in Amphit. 17.63, Poſtquã conſpexit angues ille alter puer citus è cunis exilit.

Exilire ad. Terent. in Heaut. 4.1.49, Non aduorti primo: ſed poſtquam aſpexi, illico cognoui: ad te exilui.

EXILIS & hoc exile, Qui eſt tenure, linge, & menuet. Plaut. in Sticho, 9.21, Nã ita me abſente familiarem rem vxor curauit meam, omniũ me exilem atque inanem fecit ægritudinum. Elle ma iettẽ hors, elle ma vuidé de tout ſouci. Per tranſlationem dictum.

EXIMO eximis, exemi, exemptum, eximere, Auferre, Oſter de quelque lieu, & emporter. Plaut. in Amph. 8.62. Me captas quòd tute ab naui clanculum huc alia via præcucurriſti, atque hinc pateram tute exemiſti. Terent. in And. 1.2.29, Ea lege atque omine, vt ſi te inde exemerim, ego pro te molam. Si ie te oſte de la. Plin. epiſt. 140, Librum tuum legi, & quàm diligentiſſime potui, adnotaui quæ commutanda, quæ eximenda arbitrarer.

Eximere de. Cic. in Verrem, act. 6. Condẽnare Diodorũ non audet, abſentem de reis eximit.

Eximere ex. Plaut. in Aulul. 14.12, Si id palàm feciſſet, exemi ex manu manubrium.

Eximere ex miſerijs. Plaut. in Capt. 16.3, Ioui, diiſque ago gratias merito magnas, cũ te reducem tuo patri reddiderũt, cúmque ex miſerijs plurimis me exemerunt. Idem in Epid. 13.4, Si vndecim deos præter ſe ſecũ adducat Iuppiter, ita nõ omnes poterunt ex cruciatu eximere Epidicum.

Eximere pretio. Plaut. in Merc. 8.19, Atque eximam mulierem pretio.

Eximere curam. Plaut. in Caſina, 11.31, Curam erue, curam exime, caſtigare. Oſte ſouci.

Eximitur dies. Plin. epiſt. 116.a, lib. 5, Tandem à prætore nuntius. dimittuntur centum viri: eximitur dies, me gaudente. Le iour ſe paſſe.

Eximere laſſitudinem, Plaut. in Merc. 4.17, Nunquam ædepol omnes balneæ mihi hanc laſſitudinem eximent.

Eximere lapides ſub terra. Plaut. in Capt. 12.72, Interdiu ſub terra lapides eximet.

Eximere honoribus. Priuer aucũ dhonneurs. Plin. epiſt. 36.a, Quid enim miſerius, quàm exactum & exemptum honoribus ſenatorijs, laboribus & moleſtia non carere?

Eximere metu. Plaut. in Rud. 6.13, Exime hoc miſeram metu.

Eximere alicui ſcrupulum, Oſter hors de ſcrupule & de doubte. Plin. epiſt. 94.b, lib. 6, Exime hunc illi, exime hunc mihi ſcrupulum: ſine me ſuauitate eius, ſine leporibus perfrui. Idem epiſt. 61, Exime hunc mihi ſcrupulum, cui par eſſe nõ poſſum: exime autem, vel data opera tabellario miſſo.

Eximere tempus ſtudijs. Plin. epiſt. 49.d, In ſeceſſu ſolum balinei tempus ſtudijs eximebatur.

nam perire omne tempus arbitrabatur, quod ſtudijs non impartiretur.

EXINERE vinculis. Plaut. in Capt. 5. 10, At pigeat poſtea noſtrũ herum, ſi vos eximat vinculis, aut ſolutos ſignat quos argẽto emerit. Plin. epiſt. 8. d, Nam cum omnes homines ad cuſtodiam eius natura reſtrinxerit, nos cõtra multum ac diu penſitatis amor liberalitatus communibus auaritiæ vinculis eximebat.

Exemptibilis & hoc exemptibile, Quod auferri & eximi poteſt. Columella, lib. 9, Quadratæ perticæ paxillis ſupponuntur vt auem recipiant aſſilientem. ſed idcirco ſunt exemptibiles, vt cum res exigit, à paxillis deductæ, liberum additum conuerrentibus ſtabulum præbeant.

Eximius eximia, eximium, Excellens, egregium. dictum, quòd in ſacrificijs optimũ pecꝰ de grege eximebatur. Choſe ſeparee dauec dautres, comme la plus belle, meilleure, nette, ou pour quelque autre excellence quelle ha entre les autres. Virg. Quatuor eximios præſtanti corpore tauros.

Eximia forma: Vng beau viſage, etre tous les autres. Plaut. in Sticho, 6.58, Pòſt vt occœpi narrare, fidicinas, tibicinas, ſambucas aduexit ſecum forma eximia. Idem in Merc. 3.13, Poſtquam abij domo, occœpi amare forma eximia mulierem.

Eximius ſumptus: Grans frais & deſpens. Plaut. in Trinummo, 8.7, Nimis hercle in hiſce rebus ſumptus eſt eximius.

Eximia iniuria: Vne groſſe & villaine iniure. Cic. in Verrem, Sin hanc vos in rege tam eximiã iniuriam tam acerbam neglexiſſe.

Eximie, aduerbium, Excellemment. Columella, Stagnum cenſemus eximie optimũ, quod ſic poſitum eſt.

EXIN, Coniunctio. Pro exinde. Puis apres, Cela faict, il &c. Liuius lib. 1, Vt igitur paulo antè animum inter Fidenatem Romanámque rem ancipitem geſſiſti, ita iam corpus paſſim diſtrahendum dabis. Exin duabus admotis quadrigis in curru earum diſtentum illigat Metium.

Exinde, idem quod Exin. Plaut. in Curcul. 7.84, Deduco pedes de lecto clàm, ne miles ſentiat. rogant me ſerui quò eã. dico ire quò ſaturi ſolent. oſtiũ vbi cõſpexi, exinde me illico protinã dedi. Quãt ieu apperceu lhuis, & moy de ſortir incõtinẽt. Idem in Pſeud. 10. 14, Centũ doctũm hominũ cõſilia hæc vna deuincit dea fortuna: atq; hoc verũ eſt, perinde vt quiſq; ea vtitur, ita præcellet, atque exinde ſapere eum omnes dicimus. Puis apres &c. Idem in Trucul. 3.47, Quod amantis multo peſſimũ eſt pecuniæ, eadẽ poſtquam alium repperit qui plus daret, dãnoſiorem me exinde amouit loco, quem infeſtum ac odioſum ſibi eſſe memorabat mala.

EXINANIO exinanis, exinaniui, exinanitum, exinanire, Euacuare, attenuare, & ad nihilum redigere.

EXINFVLARE, exercere eſt, inquit Feſtus. infulas enim, ſacerdotum fulcimẽta vocabãt.

EXISTIMO exiſtimas, exiſtimare, Eſtimer, penſer & iuger en ſoymeſme. Terent. in Hecyra, 1.2.88, Et illam & hanc quæ domi erat, cognouit ſatis, ad exemplum ambarum mores earum exiſtimans. Idem in Adelphis, 5.6.9, Meditor eſſe affabilis, & bene procedit. G. Bonus es, cum hæc exiſtimas.

Exiſtimatio exiſtimationis, f. g. La bonne eſtime que on a daucun. Terent. in prologo Heaut. 25, Artbitrium veſtrum, veſtra exiſtimatio valebit. Cic. in Verrem, act. 5, Nihilne tibi venit in mentem exiſtimationi tuæ conſulere?

EXISTO exiſtis, extiti, extitum, exiſtere, Apparere, eminere: Prodire, Apparoiſtre, Sourdre, Seſleuer, eſtre. Ouid. Exiſtunt montes quos ſummum texerat æquor. Cic. de diuinatione, Sũmerſus equus voraginibus, non exiſtit. Idem de amicitia, 59, Exiſtit autem hoc loco quæſtio ſubdifficilis. Idem lib. 2. officiorum, Atqui eo tempore tantæ diſcordiæ ſecutæ ſunt, vt & tyrã ni exiſterent, & optimates exterminarentur. Id eſt exurgerent vel exaltarentur. Sourdoient, ſeſleuoient. Cic. ad Brutum, Nemo alio magiſtratu, nemo priuatus author exiſteret. Idem Attico, lib. 7, Pace opus eſt: ex victoria cum mala multa, tum certe tyrannis exiſtet. Tyrannie ſourdera, & ſeſleuera. Idem, lib. 10, Ego meum facile teneo: nihil eſt enim eo tractabilius. cuius quidem miſericordia languidiora adhuc conſilia cœpi: & quo ille me fortiorem vult eſſe, eo magis timeo, ne in eum exiſtam crudelior. Que ie ne ſoie. Idem pro Sext. Amerino, In vrbe luxuries creatur, ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt, ex auaritia erumpat audacia, inde omnia ſcelera ac maleficia gignuntur. Idem in Verrem act. 3. Nam eum qui palàm eſt aduerſarius, facile cauendo vitare poſſis: hoc vero occultũ, inteſtinum ac domeſticum malum non modo non exiſtit, verùm etiam opprimit, antè quam perſpicere atque explorare potueris. Idem in eundem, act. 3, Quid expectas? an dum ab inferis ille malcolus exiſtat,

atque abs te officia tutelæ ſodalitatis, familiaritatiſque flagitet? Idem in eũdem act. 6, Tibi hæc opera ſumenda eſt, vt Capitolium, quo magnificentius eſt reſtitutum, ſic copioſius ornatum ſit quàm fuit: vt illa flãma diuinitus extitiſſe videatur, non quæ deleret Iouis Opt. Max. templum, ſed quæ præclarius, magnificẽtiúſque depoſceret. Ibidem, Etenim propter eſt ſpelunca quædam, conuerſa ad aquilonem, infinita altitudine, qua Ditẽ patrem ferũt repente cũ curru extitiſſe: abreptámque ex eo loco virginem ſecum aſportaſſe, & ſubito nõ longè à Syracuſis penetraſſe ſub terras, lacúmque in eo loco repente extitiſſe. Idem pro lege Agraria, Hic verò in oculis ſenatus populúſque Romanus nihil poſſe exiſtere quod non ante extingui atque opprimi poſſet, quàm planè exortum ac natum eſſet. Idem in Catilinam, Quod ego prætermitto, & facile patior ſileri: ne in hac ciuitate tanti facinoris immanitas aut extitiſſe, aut non vindicata eſſe videatur. Idem pro M. Cælio, Exiſtet igitur ex hac familia aliquis, ac potiſſimum cæcus ille. minimum enim dolorem capiet qui iſtam non videbit: qui profecto ſi exiterit, ſic aget, & ſic loquetur. Il y aura donques aucun de ceſte famille. Idem pro Cornelio Balbo, Exiſtat ergo ille vir parũper cogitatione veſtra, quando re non poteſt, vt conſpiciatis eum mentibus, quem oculis non poteſtis. Idem de finibus bon. & malorũ, Illa enim quę ſunt à nobis bona corporis numerata, complent ea quidem beatiſſimam vitam, ſed ita vt ſine eis poſſit beata vita exiſtere. Cic. de diuinatione lib. 2, Quicquid enim oritur, qualecunque eſt, cauſſam habeat à natura neceſſe eſt: vt etiam ſi præter conſuetudinem extiterit, præter naturam tamen non poſſit exiſtere.

Exiſtit & apparet. Cic. Tuſcul. lib. 1, Sed neſcio quomodo inhæret in mentibus quaſi ſeculorum quoddam augurium futurorũ: Idque in maximis ingenijs, altiſſimiſque animis & exiſtit maxime, & apparet facillime.

EXITIVM exitij, Vide EXEO.

EXIVRO exiuras, exiurare, Iurer, affermer. Plaut. in Amphit. 11. 18, Quin veni quando vis, intrò: faxo haud quicquam ſit moræ, quandò exiuraſti te mihi hæc dixiſſe per iocum.

EXLEX exlegis, omnis generis, Qui ſine lege viuit. Lucilius, ſatyr. lib. 2, Nõ dico, vincat licet, & vagus exulet, erret exlex. Varro, Poſtremo quæro, parebis legibus, an non? anne exlex ſolus viuis? Lucilius lib. 30, Accipiunt leges populus, quibus legibus exlex. Siſenna lib. 4. Armis, equis, commeatibus, non magis iuuerunt exleges, & minus honore dignos putabitis. Cic. pro Cluentio, Non quo illi aut exlegem vllam, aut cauſſam pecuniæ publicæ contemptam atque abiectam putarunt.

EXLOQVOR exloqueris, exloqui, Parler. Pla. in Milite, 12. 32, At tua præcepta: de meo nihil hic nouũ appoſui. A. nempe ludificari militem tuum herum vis? P A. exlocuta es. Tu dis ce quil en eſt. Tu las deict. Tu as tout dict.

EXOCVLO exoculas, exoculare, Oſter les yeux a aucun. Apuleius, Cæcam & prorſus exoculatam eſſe fortunam. Id eſt, oculis priuatam.

Exoculaſſo exoculaſſis, exoculaſſere. Idem. Plaut. in Rud. 18. 24, Vos adeò, vbi ego innuero, ſi non ei caput exoculaſſitis, quaſi murteta iuncis, item ego vos virgis circunuinciam. Ibidẽ, Si hercle illic illas hodie digito tetigerit, periſtis ambo: inuitas, niſi tunc exoculaſſiſtis, vſque adeò donec qua domum abeat, neſciat.

EXODIVM exodij, vt inquit Nonius, eſt finis. à græco tractũ, quaſi ἔξω τῆς ὁδοῦ, Id eſt, extra viam. Varro, Cum in vinculis publicis eſſet, & iam bibiſſet κώνειον in exodiũ vitæ. Idem, Vitæ curſum vt cognoſcere poſſem, & quæ ſeruitutis & libertatis ab origine ad exodiũ ductæ. Idem, Quod cœperas modo in via narrare, vt ad exodium ducas. Apuleius, Nullum ego eius rei exodium inueniebam.

Exodiũ, Genus cantus, vt inquit Iulius Pollux, quem de theatro cedentes cantare conſueuerãt. ab ἐξῳδοῦ.

Exodia, vt inquit Perottus, ridicula erant verſibus intexta, quæ ſine cantu iuuenes iactitare ſolebant, Attellanis potiſſimum inſerta. ἔξω extra, & ᾠδὴ cãtum Græci dicunt, quaſi extra cantum. Iuuenalis, Tandémque redit ad pulpita notum Exodium. Idem, Vrbicus exordio riſum mouet Attellanæ. Suet. in Tiberio, Vnde vox in Attelanico exodio proximis ludis aſſenſu maximo excepta percrebruit, hic cum veterem capreis naturam ligurire.

EXOBSECRO exobſecras, exobſecrare, Fort & inſtãment prier. Plaut. in Aſin. 5. 93. Nũc pergam ad forum, atque experiar opibus omni copia ſupplicabo, & obſecrabo, vt quenque amicum videro.

EXOLESCO exoleſcis, exolui, exoletum, exoleſcere, Deſinere creſcere. Ceſſer de croiſtre.

Plaut. in Bacchi. 23.12, Quæ nec lactem nec lanam vllam habent, ſic ſines aſtent: exoluêre quãti fuêre: omnis fructus iam illis décidit. Elles ont prins leur croiſſance, elles ſont ia vieilles.

Exoleſcere, Vehementer creſcere. Plaut. Reliqui domi exoletam virginem.

Exoleſcere, Veterẽ fieri, deficere: Deuenir caduque & debile, Defaillir. Columella lib. 2, Multa ſunt, vt dixi, quæ negligentia exoleſcant, & fiant ſterilia. Plin. lib. 37, Carchedonij, neſcio an in totum exoleuerint, poſtquam metalla æris ibi defecerunt.

Exoletus exoleta, exoletũ, Vieux caducque, Defailli, de quoy on ne vſe plus. Quintil. lib 8, Obſcuritas fit in verbis etiam ab vſu remotis: vt ſi commentarios quis pontificum, & vetuſtiſſima fœdera, & exoletos ſcrutatus authores, idipſum petat.

Exoletum odium: Vne haine defaillie. Liuius, Arte agendum, exoleto iam vetuſtate odio.

Exoletus metus. Plin. epiſt. 4, Nam mitium dominorum apud ſeruos ipſa conſuetudine metus exoleſcit, nouitatib⁹ excitatur: probaricq; dominis per alios magis, quàm per ſeipſos laborãt.

EXOLVO exoluis, exolui, exolutũ, exoluere: Deſlier. Plaut. in Capt. 9. 12, Hic extemplo orat, obſecrátque eum ſibi vt liceat videre. iuſſi illico hunc exolui. nũc ſequere me. Idem in Epid. 3.49, Aliqua ope exoluam, extricabor aliqua.

Exoluere vinculis. Plaut. in Trucul. 17.9, Subegit verum fateri, ita lora lædunt brachia. c. at ſi verum mihi eritis faſſæ. A. vinclis exolue.

Exoluere ciſtellam: Deffermer. Plaut. in Amphit. 8.150, Agédum eam ſolue ciſtulam. s. quid ego eam exoluam? obſignata eſt recte.

Exoluere ærumnas duas: Soy deliurer de deux peines tout dung coup. Plaut. in Amphit. 5.26, Pater curauit vno vt fœtu fieret, vno vt labore exolueret ærumnas duas.

Exoluere æs alienum: Paier ſes debtes. Plin. epiſt. 55.a, Pecuniam etiam qua tunc illi ampliore opus erat, vt æs alienũ exolueret, contractum ex pulcherrimis cauſſis, muſſantibus magnis quibuſdam & locupletibus amicis, mutuatus ipſe gratuitam dedi.

Exoluere dotem. Plin. de viris illuſt. 56, Ob huius licentiam & paupertatem poſt mortem eius dos vxori, niſi venditis poſſeſſionibus, non potuit exolui.

Exoluere fidem. Plin. epiſt. 36. b, Impleui promiſſum, priorique epiſtolæ fidem exolui. Ie me ſuis acquité de ma promeſſe.

Exoluere pretium. Plaut. in Menæh. 21.19, Propè eſt quando herus qui quod faciam pretium exoluet mihi. Il me paiera de ce que ie feray.

Exoluere religione, Mettre aucun en repos de cõſciẽce, Le mettre hors de ſcrupule & de quelque fantaſie dont il faiſoit conſcience. Liuius lib. 9. ab vrbe cõdita, de Spurio Poſthumio loquens, Caudinæ pacis authore, Dedamur per fœciales nudi, vinctique exoluamus religione populum ſi qua obligauimus, ne quid diuini aut humani obſtet quo minus iuſtũ piúmque de integro ineatur bellum. Et paulò poſt, Nam quod de ditione noſtra negant exolui religione populum: id iſtos magis ne dedantur, quàm quia ita res habeat dicere, quis adeò iuris fœcialium expers eſt, qui ignoret? Idem lib. 3, Edicimus itaque omnes qui in verba iuraſtis, craſtina die iurati ad lacũ Regillum adſitis. Cauillari, tum tribuni, & populum exoluere religione, priuatum eo tempore Quintium fuiſſe, cum ſacramẽto addicti ſunt. Id eſt, cœperunt tribuni dicere, nulla religione ſacramenti obſtrictum eſſe populũ, qui in verba priuati hominis iuraſſet: nec metuendum periurium ſi imperio eius non paruiſſent.

Exolui ſolicitudine. Plin. epiſt. 22. d, Medici quidẽ ſecunda nobis pollicentur: ſupereſt vt promiſſis deus adnuat, tandémque me hac ſolicitudine exoluat, qua liberatus Laurẽtinum meum, hoc eſt, libellos & pugillares ſtudioſumque otium repetam.

Exoluere ſuſpicione, Mettre hors de ſoubſon. Terent. in Hecyra, 5.3.22, Qua re ſuſpectus ſuo patri & Phidippo fuit, exolui. Ibidem, Illas errore & te ſimul ſuſpicione exoluas.

Exoluere vota: Parfaire & accomplir ſes veux. Plaut. in Amphit. 10.67, Iube verò vaſa pura adornari mihi, vt quæ apud legionem vota voui, ſi domum rediſſem ſaluus, ea ego exoluam omnia.

EXOMIDES, exomidum, m. g. p. n. ſunt, authore Feſto, comici veſtitus exertis humẽris.

EXONERO exoneras, exonerare. Deſcharger. Exonerare ſe agro. Plaut. Atque ita profecto vt ex hoc exoneres agro.

Exonerare metu. Terent. in Phor. 5.6.3, O fors fortuna quantis cõmoditatibus, quàm ſubito hero meo Antiphoni ope veſtra hũc oneraſtis diem. A. quidnam hic ſibi vult? G. & nos amicos eius exoneraſtis metu.

EXOPTO exoptas, exoptare, Fort deſirer. Pla. in Amphit. 8.20, AEdepol me vxori exoptatũ

credo aduenturum domum, quæ me amat. Idem in Asin. 12.135, Ad me adi viciſſim, atque experire, exopta id quod vis maxime tibi euenire, fiet. Terẽt. in And. 5.5.6, Mihi immortalitas parta eſt, ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit. Sed quem ego potiſſimum exoptem nunc mihi cui hæc narrem, dari? Saluſt. Nam gloriam & honorẽ, imperiúmque boni & ignaui ſibi æque exoptant.

EXORBEO exorbes, exorbui, exorptũ, exorbere, Sucer hors, & attirer. Plaut. in Epid. Iã ego me conuertam in hirudinem, atque eorum exorbebo ſanguinem. Cic. lib. 2. Philipp. Sanguinem ciuilem exhauſit, vel potius exorbuit.

Exorbere difficultatem: Aualler doux comme laict, quelque peine quil y a en quelque affaire, ſans y penſer la prendre. Cic. pro L. Murena, Seruius hic nobiſcum hanc vrbanã militiam reſpondendi, ſcribendi, cauendi, plenam ſolicitudinis ac ſtomachi ſequutus eſt. ius ciuile didicit: multum vigilauit, laborauit, præſto multis fuit: multorum ſtultitiam perpeſſus eſt, arrogantiam pertulit, difficultatem exorbuit, vixit ad aliorum arbitrium, non ad ſuum.

EXORBITO, exorbitas, exorbitare, A recto decedere, & quaſi extra orbitã ire. Deſuoyer.

EXORBO, exorbas, exorbare, Priuare oculorum luce.

Exorbare animam alicuius: Tuer aucun. Plaut. in Bacchid. 19.28, Nunc niſi ducenti philippi redduntur mihi, iam illorum ego animam amborum exorbabo oppidó.

EXORDIVM exordij, n.g. Principium, Commencement de quelque choſe. Virg. lib. 4. AEneid. Quonam reginam ambire furentem Audeat affatu, quæ prima exordia ſumat. Cic. lib. 1, ad Herennium, Exordium eſt principium orationis, per quod animus auditoris vel iudicis conſtituitur, vel apparatur ad audiendum.

Exordior, exordiris, exorſus ſũ. Commẽcer. Plaut. in Pſeud. 6.6, Cui neque parata gutta certi cõ ſilij, neque adeò argenti: neque nunc quid faciam ſcio, neque exordiri primùm vnde occipias habeas. Idem in Caſina, 15.23, Audi, ſcibis. malum, peſſimúmque hic modo apud nos intus tua ancilla hoc pacto exordiri cœpit quod haud Atticam addecet diſciplinam.

Exordiri argutias. Plaut. in Bacchid. 2.19, Etiam me aduerſus exordire argutias? qui ſi decem habeas linguas, mutum eſſe addecet? Commence tu icy a me arguer?

Exordiri conſilia. Plaut. in Aſin. 3.103, Quin te quoque ipſum faciam haud magni ſi hoc patro. pergam quo occœpi, atque ibi conſilia exordiar.

Exordiri facinus. Plaut. in Bacchid. 15.73, Neſcis quid ego acturus ſim, neque facinus quantum exordiar. Tu ne ſces pas quel cas ientreprens de faire.

Exordiri orationem. Plaut. Ciſtell. 10.70, Imitatur nequam beſtiam & damnificã. P. ſed quidnam amabo? L. inuoluolum, quæ in pãpini folio intorta implicat ſe: itidem hæc intortam orationem exorditur ſibi.

Exorſus rem. Plaut. in Perſa, 13.7, Hanc ego rem exorſus ſum facete & callide. igitur prouentura bene confido mihi.

Exorſum exorſi, n.g. Cõmencement. Virg. lib. 2. georg. Non hic te carmine ficto Atque per ambages & longa exorſa tenebo. Ie te diray en brief, ie ne cherceray point long commencement.

EXORIOR exoriris, vel exoreris, exortuſſum, exoriri: Emergere, exurgere, Se ſourdre, ſeſleuer. comme on dict que vng bruit ſeſlieue & ſeſmeut. Virg. Exoritur clamorque virûm clangórque tubarum.

Exoritur ſtella: Elle commence a ſe leuer. Plaut. in Rud. 2.4. Ita vt videtis ſum ſplendens ſtella, candida, ſignum quod ſemper tempore exoritur ſuo.

Exoritur color. Plaut. in Menæh. 17.68, Vidén' tu illi oculos vrier? vt viridis exoritur color ex temporibus atque fronte.

Exoriuntur dolores vtero. Plaut. in Amphit. 17.40, Poſtquam parturire hodie vxor occœpit tua, vbi vtero exorti dolores vt ſolent puerperæ.

Exorta ſunt hæc omnia à te: Tout cecy eſt venu par toy. Terent. in Hecyra, 4.4.10, A Myrrhina hæc ſunt mea vxore exorta omnia.

Exoriri dicitur, qui non expectatus inuadit aliquem, inquit Donatus. Terent. in Hecyra, 2.1.16, Tu ſola exorere, quæ perturbas hæc tua impudẽtia. SO. egóne? L. tu inquã mulier, quæ me omnino lapidem haud hominem putas. Donatus, Exorere, Exiſtis.

Cic. Attico, lib. 7, Nũc venit idem vſu mihi, quod tu tibi ſcribis, quoties exorior. ego enim nũc paulum exorior, & maxime quidem his literis quæ Roma afferuntur.

EXORNO exornas, exornare. Orner & accouſtrer. Plaut. in Perſa. 10.7, Ea cauſſa ad hoc exemplum te exornaui ego: vænibis tu hodie virgo.

Exornare triclinium. Cic. de ſignis, Exornat ample magnificéque triclinium.

Exornatus veſte. Terent. in Eunucho, Ita viſus eſt dudum, quia varia veſte exornatus fuit. Plaut. in Trinummo, 11.27, Is homo exornetur graphice in peregrinum modum ignota facies, quæ non viſa ſit, falſidicus, confidens.

Exornare nuptias. Plaut. in Aulul. Repudium, rebus paratis, exornatis nuptijs.

Exornare remp. Cic. lib. 1. de Orat. Qui omnes eloquentes fuerunt, orationem ſuam, & reip. dignitatem exornabant.

Exornari philoſophia. Cic. lib. 2. Tuſcul. Modo eſt aliqua patientia, ſi nulla eſt, quid exornamur philoſophia?

Exornare ſe lepidis moribus. Plaut. in Moſtell. 4.12, Quin tu te exornas moribus lepidis, quum lepida tute es?

Exornare aciem. Salluſt in Iugurtha, Quietus vti res poſtulabat, aciem exornat.

Exorno me vobis. Plaut. in Sthico, 15.3. Ita me Venus amœna amet, vt ego hic iamdudũ exiſſem vobiſcum foras, niſi me vobis exornarem.

Exornare. Fœdare, interpretatur Nonius Marcellus. Terent. in Heaut. Egóne? ſi viuo, adeò depexum, adeò exornatum reddã, vt dum viuat, meminerit ſemper mei. Ie laccouſtreray de telle ſorte.

Exornare aliquem prætura. Plin. epiſt. 229, Impẽſe rogo, vt Accium Suram prætura exornare digneris, quum locus vacet.

EXORO exoras, exorare, Impetrer & obtenir ce que on demãde. Plaut. in Pſeud. 3.74, Quin fles? P. Puniceos oculos habeo, non queo lachrymã exorare. Ie ne peulx tant faire que ie pleure. Terent. 5.3.30, AEquum poſtulat, da veniam. P. ſine te hoc exorem. Idem in Heaut. 5.5.6, Da veniam Chreme, ſine te exorem. Que ie obtienne cela de toy.

Exorari vnũ vos ſinite, Accordés vous a vne choſe que nous vous demãdons: Faictes que nous obtenions vne choſe de vous. Plaut. in Capt. 5.18, Vnum exorare vos ſinite nos. 1. id quidnam eſt? c. vt ſine hiſce arbitris atque vobis nobis detis loquendi locum.

Exorare ab. Plaut. in Trinummo, 6.43. Res quædã eſt, quam volo ego me abs te exorare. Il y a vne choſe que ie veulx que tu me ottroie.

Exorare vt Plaut. in Aulul. 9.30, Cenſén' talentum magnum exorari poteſſe ab iſthoc ſene vt det, qui fiamus liberi? Idem in Aſin. 16.67. Argyrippus exorari ſpero poterit, vt ſinat ſeſe alternas cum illo noctes hanc frui. Terent. in Adelphis, 4.4.21, Hæc adeò mea culpa fateor fieri, non me hanc rem patri, vt vt erat geſta, indicaſſe: exoraſſem vt eam ducerem.

Exorem te illis hanc veniam: Pardonne leur pour lamour de moy. Plaut. in Bacchid. 23.78, Mel meum ámabo, iſthæc fiunt, tuus eſt, vnde illum cenſes ſumere, niſi quod tute illi dederis: hanc veniam illis te exorem ſine. N. vt terebrat! ſatín 'vt offirmatũ quod mihi erat, id me exorat?

Exorare triſtitiã. Plin epiſt. 29.b, Quod tamẽ ſi quis extiterit, qui putet nos latius feciſſe quàm ordinis ſeueritas exigat, huius, vt ita dixerim, triſtitiã exorare debebũt reliquæ actionis partes. Il ceſſera deſtre triſte pour lamour des autres parties.

Exorandus mihi es. Terent. in And. 1.1.140. Reſtat Chremes, qui mihi exorandus eſt. Il reſte que ie face tant enuers Chremes, quil ſi accorde.

Exorare: Fort requerir & prier aucun. Plaut. in Milite, 18.13, Veneri pol habeo gratiam, tandémque exoro & quæro, vt eius mihi ſit copia quam amo, quámque expetiſſo.

Exorabilis & hoc exorabile, Qui facilement baille ou ottroie ce que on luy demande. Plaut. in Trucul. 3.5, Quot amans exẽplis ludificetur, quot modis pereat, quótque exoretur, exorabilis.

EXOS exoſſis, o.g, Qui na nuls os. Lucilius, Exos & exanguis, tumidos perfluctuat artus. Plaut. in Menæh. 17.98, Faciam quod iubes, ſecurim capiam ancípitem, atque hunc ego ſenem exoſſem reddam.

Exoſſo exoſſas, exoſſare, Rompre & caſſer les os, ou les oſter. Plaut. in Amphit. 4.165. Exoſſatum eſſe oportet, quem probe percuſſeris. S. mirum ni hic me quaſi murenam exoſſare cogitat, vltro iſtic qui exoſſat homines.

Exoſſare piſces, Donatus Purgare interpretatur. Terent. in Adelphis, 3.3.24, Piſces cæteros purga Dromo, cõgrum iſtum maximũ in aqua ſinito ludere pauliſper, vbi ego venero exoſſabitur. Apuleius, Exquammatus atque exoſſatus piſcis vix palpitat amplius.

EXOTICVS, exotica, exoticum, Peregrinum, aduentitium, aliunde aduectum. Plaut. in Moſtell. 2.41, Non omnes poſſunt olere vnguenta exotica.

Exotica Græcia. Plaut. in Menæh. 7.11, Hiſpanos, Liſtros, Maſſilienſes, Illyricos, mare ſuperum omne, Græciámque exoticam, oraſque Italicas omnes ſumus circunuecti.

EXPALLEO expalles, expallui, expallere, Eſtre palle. Plaut. in Curcul. 7.32, Vide vt expalluit. Plin. epiſt. 5. f. Expalluit notabiliter, quamuis palleat ſemper.

EXPALLIO expallias, expalliare, Deſpouiller aucun. Plaut. in Caſina, 24.5, Omnibus modis óccidi miſer, ita manifeſto faucib⁹ teneor: neque quibus modis purgem ſcio me meæ vxori, expalliatus ſum miſer.

EXPALPO expalpas, expalpare, Elicere ſignificat, vt inquit Nonius. Attirer a ſoy par blandiſſements. Plaut. in Pœnulo, 4.135, Quid faciã? AG. exora, blãdire, expalpa. M. faciã ſedulo. Pomponius, Si quid expalpare poſſim ab illo. Plaut. Nunc ſeruus argentum expalpabitur.

EXPANDO expandis, expandi, expaſſum, expandere, Eſtndre.

Expanditor amnis, apud Pliniũ, in Paneg. 48, Neque enim ſolum vagus ille expanditor amnis, intra vſurpata ſemper collium ſubſtiterat, atque hæſerat. Qui ſeſtend: & iette ſon eaue ca & la.

EXPAPILLO expapillas, expapillare, Nudare. Vnde Expapillatum brachium, id eſt, exertum inquit Feſtus Pompeius: quod cum fit, papilla nudatur. Plaut. in Milite, 16.43, Idem & cum nexu in humero, læuo expapillato brachio.

EXPATO expatas, expatare, ait Feſtus, in locũ patentem ſe dare, ſiue in ſpatium ſe conferre. Pacuuius, Expatant ſe omnes, publicéque ſe oſtendunt.

EXPECTO expectas, expectare, Attendre. Terent. in Adelphis, 5.4.20, Ego deſertus ſum, illum vt viuat optant, meam autem mortem expectant. Idem in Eunucho, 3.5.46, Sto expectans ſi quid mihi imperent. Idem in Phor. Senem quoad expectarit veſtrum.

Expectare dum. Terent. in Eunucho, 1.2.126, Concedam hinc intrò, atque expectabo dum venit. Iattenderay iuſques a tant quil ſoit venu. Cic. de amicitia, 41, Amicorum cauſſa honeſta faciamus: neque expectemus quidem dum rogemur.

Expectare donec. Plin. epiſt. 342, Merito habuiſti chariſſime Secunde fiduciam animi mei: nec dubitandum fuiſſet ſi expectaſſes donec me conſuleres.

Expectare ſecure & negligẽter. Plin. epiſt. 4, Velim facias primum vt perinde noſtris rebus ac nos tuis perfruaris. deinde vt mei expergiſcãtur aliquãdo, qui me ſecure ac propè negligenter expectant.

Expectare: Deſiderare. Plaut. in Rud. 6.17, Socia ſum, nec minor pars mea eſt quàm tua. ſed vídere expecto te. Terent. in Eunucho, 1.2.114, Dies noctéſque me ames, me deſyderes, me ſomnies, me expectes, de me cogites.

Expecto quid velis, Ie ſuis icy attendant & deſyrant ſauoir queſt ce que tu veux dire. Terent. in And. 1.1.7.

Expecto malũ magnũ hoc nũtio. Terẽt. in Phor. 1.4.16, Neſcio quod magnũ hoc nũtio expecto malũ. Id eſt, inquit Donatus, Neſcio quod magnũ malũ hũc mihi nuntiaturũ arbitror.

Expectem⁹ ætatẽ. Cic. de ſenect. 63, Dij boni, quid eſt in hominis vita diu? da enim ſupremũ tẽpus ætatis, expectemus Thartheſiorũ regis ætatem. Eſperons de viure laage de Tharteſius.

Expectare de: Eſperer. Cic. de amicitia, 39, De Caij Gracchi autem tribunatu quid expectem, non libet augurari.

Expectatus expectata, expectatum, Qui eſt fort deſyré, De qui la venue eſt fort deſyree. Plaut. in Amphit. 8.24, Certe enim me illi expectatum, optatum venturum ſcio. s. quid? me expectatum non rere amicæ venturum meæ? Idem in Moſtell. 7.11, Triennio pòſt AEgypto aduenio domum: credo expectatus veniam familiaribus. Virg. Expectate venis.

Expectatus ad. Cic. de Senect. 62, Senſi ego tum in optimo filio meo, tum in expectatis ad ampliſſimã dignitatem fratribus tuis Scipio, mortem omni ætati eſſe communem. Deſquelz on auoit grande eſperance quilz viendroient a grande dignité.

Expectati parentes: dicuntur malæ vitæ & odio digni, vt docet Donatus: quorum mors in dies ſingulos expectanda ſit. Terent. in Adel. 1.2.29, Si eſſes homo, ſineres nunc facere, dum per ætatem licet, potius quàm vbi te expectatum eieciſſet foras.

Expectatior. Plaut. in Moſtell. 7.12, Nimio pol ille potuit expectatior venire, qui te renuntiaret mortuum.

Expectatio expectationis, f.g, Deſyderium. Terent. in Hecyræ prologo, 38. Cum primum eam agere cœpi, pugilum gloria, funambuli eodem acceſſit expectatio.

Expectatio (inquit Donatus) certorum eſt, & propinquarum rerum: deſtinátque tempus.

EXPECTORO expectoras, expectorare: Extra pectus eijcere. Actius Phœnicis, Incuſant

vltro à fortuna, opibúſque omnibus deſertum, abiectum, afflictum ex animo expectorat. Idem Epigono, Eloquere proprie, ac pauorem hũc meum expectora. Cic. de Oratore lib. 3, Tum pauor ſapientiam omnem mihi exanimato expectorat.

EXPEDIO expedis, expediui, expeditum, expedire, Liberare, & quaſi pedum ligamẽta diſſoluere. Deſlier, deliurer. Expedire, Donato teſte, dicitur qui pedẽ retẽtũ liberat. Plaut. in Rud. 22.3, Neptuno has ago meo patrono gratias, qui ſalſis locis incolit piſculẽtis, cũ me ex ſuis locis ornatum pulchre expediuit templis reducẽ. Siſenna lib. 3. hiſtor. Inermes armat, inexpeditos expedit. Terent. in And. 3.5.11, Vidén' me tuis conſilijs miſerum impeditum eſſe? D. at iam expediam. Ie ten deliureray.

Expedire ſe. Plaut. in Perſa, 13.10. Nunc ego lenonem ita hodie intricatum dabo, vt ipſus ſeſe qua ſe expediat, neſciat.

Expedire ſe cura: Se deliurer de ſouci. Terent. in Phor. 5.4.4, Hic ſimul argentum repperit, cura ſeſe expediuit. Idem in Hecyra, 5.1.28, Exple animum his, téque hoc crimine expedi.

Expedire ſe ærumnis. Terent. in Hecyra, 3.1.8. Quî te expedias ijs ærumnis.

Expediui ex ſeruitute filiũ. Plaut. in Capt. 7.95, Expediui ex ſeruitute filium ſi dis placet.

Expedire ſe ex turba. Terẽt. in Adelphis, 4.4.5. Animus timore obſtupuit, pectore conſiſtere nihil conſilij quit. vah, quomodo me ex hac expediam turba tanta?

Expeditum facere. Plaut. in Epid. 2.77, Quomodo me expeditum ex impedito faciam? Comment me pourray ie deſempeſtrer?

Expedire docte fallaciam. Plau. in Capt. 2.40. Hic hodie expediet hanc docte fallaciam. Il viẽdra fort bien a bout de ceſte menterie, il en cheuira fort bien.

Expedire bene res & rationes alicuius. Plaut in Amphi. 3.5, Res rationéſque veſtrorum omnium bene expedire vultis, peregríque & domi. Expedier & venir a bout de vos affaires.

Expedire animum ſuum. Terent. in Hecyra, 3.1.17. Vix me illinc abſtraxi, atque impeditũ in ea expediui animum meũ. A grand peine ay ie peu retirer mon cueur qui eſtoit liẽ a icelle.

Expedire debitos titulos. Plin. epiſt. 196.b, Meo quidem iudicio neuter culpandus: quorum vterque ad gloriam pari cupiditate, diuerſo itinere contendit, alter dum expedit debitos titulos, alter dum mauult videri contempſiſſe.

Expedire. Expliquer & dire comment, quelque choſe va. Terent. in Eunucho, 4.4.27, Agedum hoc mihi expedi primum: iſtam quam habes, vnde habes veſtem? taces?

Expedire capita rerum. Plaut. in Trucul. 17.14, Quid puero actum eſt, mea quem peperit filia meo nepoti? capita rerũ expedite. Dictes moy les principaulx points de laffaire. Saluſt. in Iurgutha, Sed priuſquã huiuſcemodi rei initiũ expediam, pauca ſuprà repetam.

Cur dixiſti, inquies? ego expediam tibi. Nõ ædepol &c. Plaut. in Amphit. 10.31. Idem in Trinum. 13.35, Quid eos quæris? aut quis es? aut vnde es? aut vnde aduenis? s. multa ſimul rogitas: neſcio quid expediam potiſſimũ. Ie ne ſcay lequel ie doibs dire le premier: Ie ne ſcay par quel bout cõmencer de dire. Idem in Merc. 4.60, Quin igitur tu expedis quid id ſiet, quòd me per vrbẽ currens quærebas modo? Idem in Pœnulo, 16.147, Sed earum nutrix qua ſit facie, mihi expedi. Ibidem, 7.53. Sed agite igitur, vt ſciam vos ſcire, rem expedite, & mihi quæ dudum vobis dixi dicite.

Expedire iudicibus rem ſuam. Terent. in Phor. 2.3.52. Dilucide expediui quibus me oportuit iudicibus. tum ſi id falſum fuerat, filius cur non refellit? Id eſt, Probaui, inquit Donatus. Iay prouué mon cas, & clerement monſtré comment il alloit.

Expediã breui. Cic. de ſenect. 53, Quid de pratorũ viriditate, aut arborũ ordinib⁹, aut oliuetorũ, vinetorúmve ſpecie dicã? breui expediã. Agro bene culto &c. Ie le declareray en brief.

Expedire vno verbo: Dire en vng mot. Terẽt. in Phor. Atque id ſi potes, verbo expedi vno.

Expedire, Tirer ou mettre hors. Virg. Cererémque caniſtris Expediũt. Cic. in Verrem, de ſupplíciis, Hominẽ proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, ac virgas expediri iubet.

Expedit, imperſonale, in tertijs perſonis tantum: Il eſt vtile, Il eſt expedient, bon & neceſſaire. Plaut. in Cap. 2.54, Sed etiam eſt paucis vos quod monitos voluerim: profecto expediet fabulæ huic operam dare. Terẽt. in Heaut. 2.3.96, Nihil ſatis firmi video quamobrem accipere hũc mihi expediat metũ. Cic. de amicitia, 32, Nã vel vt non idem expediret vtriq; incidere. Expedit bonos eſſe vobis. Terent. in Phor. 5.2.1, Noſtrapte culpa facimus, vt malos expediat eſſe, dum nimium dici nos bonos ſtudemus & benignos.

Expediãt. Plaut in Trinũmo, 5.10, Omniũ primũ, amoris artes eloquar, quẽadmodũ expediãt

Expeditũ erat. Plin. epiſt. 155.a, Erat expeditum, omnibus remittere æqualiter, ſed non ſatis

æquum. Il eſtoit cõclu, deſpeſché, ordonné. Idem epiſt. 282, Quorum ſi nihil nobis loci natura præſtaret, expeditum tamen erat, cataractis aquæ curſum temperare.

Expedibo pro expediam. Plaut. in Trucul. 4. 35. Vos mihi dediſtis otium. A. quid iam amabo? D. expedibo: rem perdidi. Pacuuius Peribœa, Mane, expedibo: Fac tũ mihi, quod cõtra rogo, reſpondeas. Idem in Atalanta, Nã quod conabar, cum interuentum eſt dicere, nunc expedibo. Actius Nycte greſia, Cuncta expedibo: id modo iuſiurandũ date. Pomponius Vernionibus, Sed qui vtroque error vos agitat, expedibo. Ennius Eumenidibus, Id ego æquum aptius feciſſe expedibo, atque eloquar.

Expeditus expedita expeditum: Deſpeſtré, deliuré, deſpeſché.

Expediti milites, dicũtur leuioris armaturæ, & ſine impedimẽtis. Salluſt. in Iugurtha, Legionẽ cũ qua hyemabat, & quamplurimos poteſt Numidas equites pariter cum occaſu ſolis expeditos educit.

Expeditiſſimus reditus: Vng retour legier & ſans empeſchement. Cic. de amicitia, Idem dicebat animos hominum eſſe diuinos, iiſque reditum ad cælum patere expeditiſſimum.

Expeditio expeditionis, f. g, Vocatur cum exeunt milites ad bellum, quòd expediant remp. aut ſe à cæteris negotijs. Curtius, Omnem expeditionem ac militarem apparatũ adduxit. Suet. de claris grammat. 15, Leneus Pompeij magni libertus, & penè omnium expeditionum comes defuncto eo, filiiſque eius, ſchola ſe ſuſtentauit.

EXPELLO expellis, expuli, expulſum, expellere. Pouſſer hors.

Expellere ſentẽtiã alicuius: Id eſt, reijcere. Plin. epiſt. 167. l, Sic ex tribus ſentẽtijs duæ factæ, tenuitque ex duabus altera: tertia expulſa, quæ cum ambas ſuperare nõ poſſet, elegit ab vtra vinceretur.

Expellere corde deſidiam. Plau. in Trinummo, 10. 25, Capeſis virtutem animo, & corde expelle deſidiam tuo.

Expellere ſe è periculo. Plaut. in Bacchid. 20. 41, Item ego dolis me illo expuli è periculo, & decepi ſenem.

Expellere ex. Plaut. Trucul. 6. 33, Abire hinc ni propere grandigras, iam ego iſtos fictos, compoſitos, criſpos cinnos tuos vnguentatos éxque ex cerebro expellam.

EXPENDO expendis, expẽdi, expenſum, expendere, Ponderare, Peſer. Plaut. in Aſin. 7. 33, Quot pondo te cẽſes eſſe nudum? L. non ædepol ſcio. LE. ſcibam ego te neſcire. at pol ego qui te expendi, ſcio: nudus vinctus centum pondo es.

Expẽdere aurũ auro: Peſer or pour or, bailler or pour or. Plaut in Rud. 24. 43, Nihil peto niſi ciſtulam & crepũdia. G. quid ſi autẽ ea ſunt aurea? T. quid iſtic tua? aurũ auro expẽdetur, argentũ argento exæquabimus.

Auro aliquem expẽdere: Acheter aucun a pois dor. Idem in Merc. 8. 19. Vin' eã ad portũ? C. quid potius quàm voles? E. atque eximã mulierem pretio? C. quid potius quàm auro expendas? E. vnde ad id? C. Achillem orabo, mihi aurũ vt det, Hector qui expenſus fuit. Ide in Bacchid. 15. 1, Hũc hominem decet auro expendi, huic decet ſtatuam ſtatui ex auro. On deuroit acheter ceſte homme a pois dor.

Expendere ſcelus, Id eſt, perſoluere. Virg. lib. 2. AEneid. Et ſcelus expendiſſe merentem Laocoonta ferunt. On dict quæ Laocoon auoit porté la peine deue a ſon peché.

Expendere: Examinare, conſyderare. Cic. lib. 1, off. Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quiſque habeat, ſua eadémque moderari.

Expendere, Deſpendre argent, ou autre choſe.

Expenſa, expẽſæ, f. g, Deſpenſe, couſt que on a faict. Plaut. in Trucul. 3. 39, Vſuraria accipiat illico expenſa.

Expenſum ferre: eſt ſcribere ſe pecuniã dediſſe, vt inquit Aſconi⁹: vt cũ per ſingula expẽſi nomina, ſummã quandã expẽſam aſcribimus: nomina autẽ vocãtur in rationib⁹, quos nũc articulos dicimus: Bailler en eſcript par articles ce que on a mis & deſpẽdu: Rendre cõpte de ce que on a deſpendu. Cic. in Verrem, Homo amẽtiſſime, tabulas cũ cõficeres, &c. ſatis te ela pſurũ omni ſuſpicione arbitrabare, ſi quibus pecuniã credebas, ijs expẽſam nõ ferres, neq; in tuas tabulas vllũ nomẽ referres, cũ tot tibi nominibus acceptũ Curtij referrẽt, quid proderat tibi expẽſũ illi nõ tuliſſe? Gellius lib. 16, Dixi probari apud me debere pecuniã datã cõſuetis modis, expẽſi latione, mẽſæ rationibus, chirographi exhibitiõe &c. Ci. pro A. Cecina, Hac emptione facta, pecunia ſoluitur à Ceſennia, cuius rei putat iſte rationem reddi nõ poſſe, quòd ipſe tabulas nõ euerterit, ſe autem habere argẽtarij tabulas, in quibus ſibi expenſa pecunia lata ſit, acceptáque relata, quaſi id aliter fieri oportuerit, cũ omnia ita facta eſſent,

quẽadmodũ nos defendimus. Idem in Verrẽ, Propter quod minus Dolobella veri acceptũ retulit quàm Verres illi expensum tulit. In eundẽ, Fœneratio erat eiusmodi, iudices, vt etiã hic quæstus huic cederet. nã quas pecunias ferebat is expẽsas: quibuscũ cõtrahebat aut scribæ istius, aut Timarchidi, aut etiã ipsi isti referebat acceptas. In eundẽ, Sexcẽta milia accepta pupillo Malleolo retulit. Et subdit, Quando Chrysogono expensa relata sunt? Idem pro Roscio Comœdo, Qui pecuniã expensam tulerũt. Et subdit, Ille si nõ iussu huius expẽsum tulisset, nõ scripsisset. Idem Attico, Pro eo tibi præsentẽ pecuniã solui imperaui, ne tu expẽsum muneribus ferres. Eidẽ, Videas enim vnde nũmi sint, mihi feras expẽsum Idem in Philippic. Quis vnquam in illo inuentus est, qui Lucio Antonio mille nummũm ferret expẽsum? Idem pro Roscio, Hæc pecunia necesse est aut data, aut expẽsa lata, aut stipulata sit: datam non esse Fannius confitetur: expensam latã non esse, codices Fannij cõfirmãt: stipulatã nõ esse, taciturnitas testiũ cõcedit. Idem Ruffo, Si mihi expẽsa ista sestertia cẽtũ tulisses. Vlpianus ad senatusc̃. Trebellianũ, l. Mulier, Dicendum est potius fructibus hoc expensum ferendũ quàm fideicommisso. Liuius ab vrbe cõdita, Homines prope quatercẽtum produxisse dicitur, quibus sine fœnore expensas pecunias tulisset.

Expensam referri, non solũ de pecunia, sed etiã de alijs operibus dicitur. Cœlius Ciceroni, Mẽtio facta est de legione ea quam expensam tulit Caio Cæsari Põpeius. Marcellus ad l. Iuliam repetũdarum. l. Lex Iulia. Illud quoque cauetur, ne expensum ferat opus publicũ faciendũ, frumentum publice dandum, præbendum, apprehẽdendũ, sarta tecta tuenda, antè quàm perfecta, probata, præstita legerint. Iabolen⁹ de supellectili legata, l. Qui vestẽ cõmunem omnem, Et res plurium generũ supellectili expensum ferre solitus erat. Scæuola, Quæ in fraud. l. Pupillus, Creditores suæ negligẽtiæ expensum ferre debent. Plinius in secũdo naturalishistoriæ, Toto quippe mũdo, & locis omnibus, omnibúsque horis omnium vocibus fortuna sola inuocatur, vna nominatur, vna agitur rea, vna cogitatur, sola laudatur. sola arguitur, & cum conuitijs colitur. huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium sola vtranque paginam facit. Id est, Quicquid lucri aut damni, quasi damni aut accepti, mortales faciunt, omniá fortunæ ascribunt.

EXPERGO expergis, experrexi, experrectum, expergere, Esueiller. Cic. Experge te iam. Actius Antigona, Heus vigiles properate, expergite pectora tarda sopore.

Expergere facias scripsit Cicero, pro expergere te facias.

Experrectus experrecta experrectũ, Esueillé. Sallust. Experrecti somno, arreptis armis tumultum facere.

Experrectus, vt inquit Festus, qui per se vigilare cœpit.

Experrecta nobilitas. Cic. pro Sexto Roscio, Idcircone experrecta nobilitas armis atque ferro remp. recuperauit?

Expergisco expergiscis, expergiscere, Esueiller. Plin. Vrtica lethargicos expergiscit tactis cruribus magisque fronte.

Expergiscor expergisceris, expergisci. Sesueiller. Cic. Expergiscimini aliquando, atque exurgite. Terent. in Adelph. 4.4.22, Cessatum vsque adhuc est: nũc iam porrò A Eschine expergiscere. Sallust. Cæterum additis nouis ciuibus, magna me spes tenet fore vt omnes expergiscantur ad nobilitatem.

Expergefacio expergefacis, expergefacere: Esueiller. Plaut. in Curcul. 4.43, Magnũ flagitiũ probrúmq; expergefacis Phedrome. Per trãslationẽ dixit Plautus. Gallico prouerbio dicitur, Tu reueille le chat qui dort. Id est, tu ramẽtois vne chose passee, & de la quelle nest nulle memoire.

Expergefio, expergefis, expergefactus sum vel fui, expergefieri. Estre esueillé. Suet. in Caligula, cap. 38, Ac ne paululum quidem moræ patiens, super quadraginta reos quondã ex diuersis criminibus vna sententia condemnauit: gloriatúsque est, expergefactæ somno Cæsoniæ, quãtum egisset, dum ea meridiaret.

Expergifico, expergificas, expergificare, Esueiller. Gellius, Expergificando ratus idoneas.

Expergitus, vt inquit Festus, dicitur ab alio excitatus, quem solemus dicere, expergefactũ. Lucilius, Ego è somno pueros cum mane expergitus clamo.

EXPERIOR experiris, expertus sum, experiri, Experimẽter, esprouuer. Plaut. in Merc. 6. 18, Benignitatem tuam mihi experto prædicas. Idem in Asin. 12.132, Ad me adi viciſſim, atque experire. Idem in Amphit. 6.14, Experiri isthuc mauellẽ me, quàm mihi memorarier. Idem in Casina, 19.14, Nimis es tenax. s. non me expertus vspiam?

Experiri cum altero. Plaut. in Ciſtell. 5.11, Maritimis moribus mecum experitur, ita meum

frangit amantem animum.

Experiri in aliquo. Plaut. in Moſtell. 4. 79, In te certũ eſt principium vt ſim parcus experiri.

Experiri in vtranque partem. Terẽt. in prologo Heaut. 46, In hac eſt pura oratio, experimini in vtranque partem ingenium quid poſſit meum.

Experiri extrema. Salluſt. in Catil. Conſtituit bellum facere, & extrema omnia experiri.

Experiri opera & factis: Experimenter doeuure & de faict. Plaut. in Capt. 7. 70, Iſthæc dicta te experiri & opera & factis volo. Idem in Bacchid. 7. 3, Homini amico qui eſt amicus ita vti nomen poſſidet niſi deos nihil præſtare, id opera expertus ſum eſſe ita. nam vt in Epheſum &c. Idem in Aſin. 5. 92, Nunc pergam ad forum, atque experiar opibus, omni copia. Idem in Trinummo, 12. 8, Omnes te ſæuumque ſeuerumque atque auidis moribus comme morant, ſpurcificum, immanem, intolerandum, veſanum: contrà opera expertus: nam pol placido te & clementi vſque modo vt volui, vſus ſum.

Experiri reipſa. Terent. in Adelphis, 5. 5. 7, Hoc verum eſt, & ipſa re experiere propediem. Cic. de Senect. 78. Habui hæc de ſenectute quæ dicerem, ad quam vtinam perueniatis: vt ea quæ ex me audiſtis, re experti, probare poſſitis.

Experiri quanti. Plaut. in Amphit. 6. 10, Ecaſtor te experior quanti facias vxorem tuã. Idem in Capt. 4. 42, Poſtquam gnatus tuus potitus eſt hoſtium, expertus quanti fuerit, nunc deſydero. Idem in Trucul. 8. 33, Nunc huc remiſit nuper ad me epiſtolam, ſeſe experturum quanti ſeſe pénderem.

Experiri quid. Plaut. in Pſeud. 3. 71, Curaui omnia: nunc ego te experiar quid ames, quid ſimules.

Experiri vt. Plaut. in Amphit. 8. 28, Qui dudum properare ſe aiebat, an ille me tentat ſciens? atque id ſi vult experiri ſuum abitum vt deſyderem. Idem in Moſtell. 4. 79, In te certum eſt principium vt ſim parcus experiri.

Experiri domo: Pro, in re domeſtica. Plaut. in Amphit. 8. 5, Nam ego id nũc experior domo.

Experiri fidem alicuius. Plaut. in Capt. 6. 99, Huius ego experiar fidem.

Experiri libertatem. Salluſt. in Iugurtha, Certe ego libertatem experiar quæ mihi à parente meo tradita eſt. Ie tacheray de reſtre en liberté.

Experire pro experiri. Plaut. in Aſin. 5. 94, Vt quenque amicũ videro, dignos indignos adire, atque experire certum eſt mihi.

Experiri, Actionem intendere in iudicio. Paulus iureconſ. Primo anno quo experiũdi poteſtas fuit, in duplum: poſt annum in ſimplũ actionem dabo. Cic. pro Quintio, Si quid in cõtro uerſiam veniret, intra parietes aut ſummo iure experiretur.

Experiendum eſt. Cic. de amicitia, 56, Experiendum autem eſt in ipſa amicitia, ita præcurrit amicitia iudicium.

Expertus experta expertum, Qui a experimenté. Virg. Vos & Cyclopea ſaxa Experti reuocate animos. Cic. de amicitia. 55, Sunt igitur firmi & ſtabiles & conſtantes eligendi: cuius generis eſt magna penuria: & iudicare, difficile eſt ſanè niſi expertum.

Expertæ induſtriæ homo. Suet. in Veſpaſ. cap. 4, Ad hunc motum comprimendum cum exercitu ampliore & non inſtrenuo duce, cui tamen tuto tanta res cõmitteretur, opus eſſet, ipſe potiſſimum delectus eſt: & vt induſtriæ expertæ, nec metuendus vllo modo ob humilitatem generis ac nominis. Cõme a vng homme de qui on a experimẽté linduſtrie, & eſt cõgneue.

Expertus honoribus. Plin. in Paneg. 194, In ſummum diſcrimen adducta reſp. expertum honoribus virum poſceret.

Experiẽs vir: Vng hõme qui eſt fort experimenté. Cic. pro A. Cluentio. Quas literas, A. Aulius vir fortis & experiens, & domi nobilis, M. illius Aurij propinquus, in foro palàm multis audientibus cum adeſſet Opianicus recitat. Horat. Et decus & pretiũ recte petit experiens vir.

Experiẽtiſſimus. Cic. in Verrẽ, act. 5, Nimpho eſt Centuripinus, homo gnauus & induſtrius, experientiſſimus ac diligentiſſimus arator.

Experimentum experimenti, Experience. Plin. in Paneg. 50, Diſcat igitur AEgyptus, credátque experimento, non alimenta ſe nobis, ſed tributa præſtare. Idem epiſt. 164, Inde abortus, & ignorati vteri triſte experimentum.

Expers expertis, omnis generis, Ignarus, rudíſque, & nullam rerum experientiam habens. Apuleius, Homo rudis, omnium bonarum artium expers.

Expers amoris. Plaut. in Pſeud. 7. 83, Ego meam rem ſapio Callipho, peccata mea ſunt: animũ aduorte nunc iã, quapropter expertem amoris nati te habuerim. Pour quoy ie ne tay point

dict que ton filz aimaſt?

Expers domo. Plaut. in Perſa, 15.43, Eleuſipolim Perſæ cepere vrbem in Arabia, plenam bonarum rerum, atque antiquum oppidum: ea comparatur præda vt fiat auctio publicitus, ea res me domo expertem facit. Vela ce qui me faict eſtre hors de la maiſon.

Expers eo more. Plaut. in Amphit. 8.79, Quia ſalutare aduenientem me ſolebas ante hac, appellare itidem vt pudicæ ſuos viros quæ ſunt ſolent: ex eo more expertem te factã aduenienſ offendi domũ. Iay trouué que tu nas plus ceſte couſtume, que tu las delaiſſee.

Expers fama & fortunis: Qui a perdu ſa renommee & ſes biens. Salluſt. in Catilina, Quo periculum alijs faceremus, ſed vti corpora noſtra ab iniuria tuta forent, qui miſeri, egentes, violẽtia atque crudelitate fœneratorum, plerique patria, ſed omnes fama atque fortunis expertes ſumus.

Expers imperij matris: Qui ne faict point ce que ſa mere luy commande. Plaut. in Aſin. 10.2, Nequeón' ego te interdictis facere manſuetam meis? an ita es animata, vt quæ matris expers imperij ſies?

Expers laboris: Qui ne faict rien, Qui eſt oiſeux. Plaut. in Amphit. 4.18, Ipſe diues operis, & laboris expers, quodcunque homini accidit, libere poſſe retur.

Expers liberalitatis tuæ factus ſum: Ie ne me ſuis point ſentu de ta liberalité. Plaut. in Paneg. 40, Enimuero qua benignitate diuiſum eſt, quantæ curæ tibi fuit, ne quis expers liberalitatis tuæ fieret?

Expers metu: Qui na nul paour. Plaut. in Aſin. 3.31, Dono te ob iſtud dictum, vt expers ſis metu.

Expers ſui. Cic. de amicitia, 72, Serpit enim neſcio quomodo per omnium vitam amicitia: nec vllam ætatis degendæ rationem patitur eſſe expertem ſui.

EXPES, o.g, Sine ſpe: ſans eſperance ou eſpoir. Accius Euryſace, Ille orbus expes liberûm. Idem Medea, Exul inter hoſtes, expes, expers, deſertus, vagus.

EXPETO expetis, expetiui, expetitũ, expetere. Couuoiter & deſyrer ſoit bien ou mal. Cicero lib. 1. off. Expetũtur diuitiæ, tum ad vſus vitæ neceſſarios, tũ ad perfruendas voluptates.

Expetere, deſyrer. Plaut. iu Ciſtell. 7.12, Age, perge quæſo: nam animus audire expetit vti res geſta ſit. Idem in Trucul. 4.94, Tũ pol iſti puero quidẽ eſt pater Babylonienſis miles, cuius nunc iſta aduentum expetit. Idem in Caſina, 8.18, Perpol ſæpe peccas: ita fit, vbi quid tãto opere expetas. Ibidem, 15.35, Iſthuc expeto ſcire. Idem in Capt. 2.63, Proin ſi quis pugnam expetat, lites contrahat, valẽtiorem nactus aduerſarium. Terent. in Heaut. 5.1.17, Si magis noris, putes magis ita rẽ eſſe. C. ain' tu? M. quin tu auſcultа. C. mane: hoc prius ſcire expeto quid perdideris. Idem in And. 4.2.13, Hanc mihi expetiui, contigit. Ie lay deſyree dauoir. Idem in Phor. 5.9.35, An mea forma atque ætas nunc magis expetenda eſt Demiphoſ Idem in And. 3.2.39, Nunc ſibi vxorem expetit.

Expetere aliquem aliquid: Requerir aucune choſe a aucun. Plaut. in Caſina, 9.6, Atque id nõ tam ægrè eſt iam viciſſe villicum, quàm id expetiuiſſe, opere tam magno ſenem.

Expetere ab. Terent. in Phor. 2.3.31, Adoleſcens primum abs te hoc bona venia expeto, ſi tibi placere potis eſt vt mihi reſpondeas. quem amicum tuum ais fuiſſe iſtum, explana mihi. Quintil. lib. 9, Ex cognitione rerum exemplorúmque, quibus in primis inſtructus debet eſſe orator, ne omnia teſtimonia expetat à litigatore. Cic. in Piſonẽ, A me quidem etiam pœnas expetiſtis, quibus cõiuratorum mentes mortuorũ expiaretis. Vous me aués requeru de les affliger.

Expetunt multa iniqua, Beaucop de choſes iniques auiennent. Plaut. in Amphit. 4.22, Ergo in ſeruitute expetunt multa iniqua: habendum & ferendum hoc opus eſt cum labore.

Expetit tuam ætatem illud facere: Cela eſt conuenant a ton eage. Ton eage requiert quæ tu face cela. Plaut. in Pœnulo, 9.23, Malo ſi bene facias, id beneficium erit: bono ſi quid malefacias, ætatem expetit. Cela dure a touſiours, Il luy en ſouuient touſiours.

Expetere, Pourchaſſer. Plaut. in Rud. 31.37, Si ſapies, tacebis: tũ te mihi benigne itidem addecet bene merẽti bene facere gratum. L. nempe pro tuo iure oras. D. mirum quin tuum ius meo periculo expetã. Mais dommage que ie ne pourchaſſe tes drois a mes perils & fortunes.

Expetere in: Redonder. Plaut. in Amphit. 7.31, Profers carnufex: cui? ego hodie in tergo faxo iſta expetant mendacia. Ie feray que ces menteries redonderont, ou tomberont, recherront ſur ta teſte. Ibidem, 9.12, Nam mea ſit culpa quod egomet contraxerim, ſi id Alcumenæ innocenti expetat. Idem in Amphit. 5.33, Nam deum non par videtur facere, deli-

ctum ſuum, ſuámque culpam expetere, in mortalem vt ſinat.

Expetere pacẽ multis hoſtijs: Faire grands ſacrifices pour auoir paix. Plaut. in Amphit. 17. 75, Abi domum, vaſa pura iube actûtum adornari mihi, vt Iouis ſupremi multis hoſtijs pacem expetam.

Expetere preces à deo, Prier dieu & le requerir. Plaut. in Rudẽte. 7. 1, Qui ſunt qui à patrona preces mea expetentes ſunt?

Expeterem alterum præ te: Ien deſireroye auoir bien vng autre que toy. Plaut. in Merc. 8. 21, Sanúſne es? c. pol ſanus ſi ſim, præ te medicum mihi expetam.

Expetendus, expetenda, expetendum, Qui eſt digne deſtre couuoité, & deſyré. Plaut. in Perſa, 15. 55, Iſte qui tabellas affert, adduxit ſimul forma expetenda liberalem mulierem, furtiuã abductam ex Arabia penitiſſima.

Expetiſco expetiſcis, expetiſcere, Fort deſyrer. Plaut. in Milite, 13. 13, A luculenta, atque feſtiua fœmina, quæ te amat, tum quæ expetiſcit pulchram pulchritudinem.

Expeteſſo expeteſſis, expeteſſere: Idem quod petere: Demander. Plaut. in Trinummo, 5. 4, Sed hoc non liquet, nec ſatis cogitatum vtrum potius harũ mihi artẽ expeteſſam. Idem in Epid. 5. 71. Quid ego nunc faciam, conſilium à te expeteſſo Apoecides. Idem in Aſin. 10. 23, Vltrò amas, vltro expeteſſis, vltro ad te accerſi iubes.

EXPILO expilas, expilare: Diripere, deprædari, furtiue fraudare. Dictum à pilis Romanorũ telis, vel à græco πιλῶ, quaſi ὁπιλῶ, Id eſt, complano: quod qui è domo ſupellectilem detrahunt, æquare ac complanare omnia videntur. Inde apud Iuriſconſultos titulus eſt de crimine expilatæ hæreditatis: & qui alienam hæreditatem expilauerit, extraordinarie ſolet coerceri. Cic. in Parad. Si ſocios ſpolias, ærarium expilas. Ouid. lib. 3. Metamorph. Expilátque genis oculos. Suet. in Nerone, cap. 26, Tabernulas etiam effringere & expilare, quintana domi conſtituta.

Expilator expilatoris. Aſconius, Expilatores, ſunt atrociores fures, qui ne pilum quidem relinquunt in corpore ſpoliatorum. Cic. in Verrem, act. 2, Quis eſt enim qui in te non expilatione Aſiæ, vexatione Pamphiliæ, ſquallore & lachrymis Siciliæ concitetur?

EXPIO expias, expiare, Purificare, Purgare, Purger, nettoier. Valeri⁹ lib. 1. ca. de ſomnijs. de filio Crœſi loquẽs & Adraſto, qui Crœſi filiũ in venatione lancea traiecit imprudens, Et fidem (inquit ille) eam potiſſimũ dexterã caſus nefariæ cædis crimine voluit aſpergi, cui tutela filij à patre mãdata erat, quámq; Crœſus imprudentis homicidij ſanguine violatã, hoſpitales veritus deos, ſupplicẽ ſacrificio expiauerat. Liuius de Horatio loquens, qui Horatiam ſororẽ interfecerat, Itaque vt cædes manifeſta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patrí, vt filium expiaret pecunia publica. Plin. lib. 33, de lectis argenteis, Quæ omnia expiauit bellum ciuile Syllanũ. Idem, Hæc ſæpe expiata magicis euentibus. Expiare voluptates. Plin. in Paneg. 54, Nemo ſpectator ſpectaculum factus miſeras voluptates vino & ignibus expiauit. Idem epiſt. 163, Dum ſe prægnantem eſſe puellariter neſcit, ac per hoc quædam cuſtodiẽda prægnãtibus omittit, facit omittenda: quem errorem magnis documentis expiauit, in ſummum periculum adducta. Laquelle faulte elle a amendé &c. Idem epiſt. 159. b, Illa memoranda, quòd nomine Pallantis ſenatus (nec expiata poſtea ea iniuria eſt) gratias egit Cæſari, quòd & ipſe cũ ſummo honore mentionem eius proſequutus eſſet.

Expiare ſcelera. Cic. in Piſonem, Tua ſcelera dij immortales in noſtros milites expiauerunt. Nos gendarmes ont porté la folle enchiere ou la punition de tes pechés. Les dieux ont puni nos gendarmes pour tes pechés.

Expiandæ egeſtates. Cic. Philipp. 14, Si vero coloniarum & municipiorum, ſine vlla dubitatione hoſtis eſt, quid tandem huius cenſetis vrbis? quam ille ad expiandas egeſtates latrocinij ſui concupiuit. La quelle il a deſyré & conuoité pour ſoy venger & recompenſer des poures larrecins quil faiſoit.

Expiare cædem cædẽ. Salluſt. de rep. ad Cæſarem, Neque barbaro ritu cæde cædem, & ſanguine ſanguinem expiandum.

Expiamentũ, Amẽde & purgation que on faict pour quelque peché que on a cõmis. Amende honorable. Huiuſmodi expiamẽti exẽplũ ponit Herodotus lib. 1, quo in loco Crœſi meminit nuptias filij ſui celebrãtis. Cũ autẽ (inquit) filij nuptias Crœſus in manib⁹ haberet aduenit Sardeis quidã calamitate prædit⁹, manibúſq; impuris, natione Phryx. Hic cũ ad Crœſi ædeis acceſſiſſet gẽtilique inſtituto ritúq; patrio poſtulaſſet ſibi, vt liceret expiamenti optati compotẽ eſſe, Crœſus eũ expiauit. Eſt autẽ Lydis Græciſque ritus expiandi ſimilis. Poſt quam autẽ Crœſus

legitima iuſtáque luſtrationis peregit, vnde nam ille, & quis eſſet, percontari inſtitit. Et paulum infra, Gordij (inquit ille) filius ſum: cui Midas parens fuit. Adraſto mihi nomen eſt. qui quia imprudẽs germanum meũ interemi, ad te acceſſi. ſum enim & à parente eiectus, & omnibus fortunis eiectus.

EXPIRO expiras, expirare, Spiritum emittere, Dictum, vt inquit Nonius, vel à ſpiritu effuſo, vel à ſpiraminibus. Lucilius lib. 3, Expirans animam pulmonibus æger agebat. Idem lib. 26, Vt in illuuiem facere per ventrẽ velis, curare omnibus modis diſtento corpore expiret vis. Expirauit libertas. Liberté eſt morte, Il ny a plus de liberté, elle eſt faillie. Per metaphoram. Plin. in Paneg. 96, Ita verò quæ ciuitas quinquies atque etiam ſexies conſules vidit, non illos qui expirante iam libertate, per vim ac tumultũ creabantur.

EXPISCOR, expiſcaris, expiſcari, Peſcher & tirer hors. Donatus, Expiſcari, eſt diligentiſſime quærere vbinam piſces lateant.

Expiſcari, Senquerir & enqueſter de quelque choſe: Tirer a aucun les vers du nez. Terent. in Phor. 2. 3. 35, Perinde expiſcare quaſi non noſſes. Verbum tractum à piſcatoribus, vt inquit Donatus.

Expiſcari. Cic. in Piſonem, Itaque admiſſarius iſte ſimul atque audiuit à Philoſopho, voluptatem tantopere laudari, nihil expiſcatus eſt: ſic ſuos ſenſus omnes voluptarios incitauit, ſic ad illius hanc orationem adlinijt, vt non magiſtrum virtutis, ſed authorem libidinis à ſe illum inuentum arbitraretur. Il ne ſenquiſt point plus oultre.

Expiſcari: Rapporter quelque choſe daucun, apres auoir bien babillé. Plaut. Tandémque neſcio quid ab eo expiſcatus eſt.

EXPLANO explanas, explanaui explanatũ, explanare: Faire fort vni, bien planir & vnir.

Explanare, Declarer: Dire quelque choſe plainement, & tout a plat, Donner a entendre. Terent. in Phor. 2. 3. 33, Quem amicum tuum ais fuiſſe iſtum? explana mihi: & quî cognatum me ſibi eſſe diceret. Plin. in Paneg. 109, Quinetiam ſedens præbuit iuſiurandum, & ille iurauit, expreſſit, explanauitque verba, quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſciẽter fefelliſſet, deorum iræ conſecraret. Salluſt. De cuius moribus hominis pauca prius explanãda ſunt, quàm initium narrandi faciam.

EXPLANTO explantas, explantare: Deſplãter. Columella, Vt ſit quæ teneræ adhuc pãpini capulis ſuis illigent, ne ventis explantentur. Idem lib. 6, Antequã explantes arbuſculam.

EXPLENDESCO explendeſcis, explendui, explẽdeſcere: Eminere: Apparoiſtre. Suet. in Tit. Veſp. cap. 3, In puero ſtatim, corporis animique dotes explenduerũt: magis ac magis deinceps per ætatis gradus forma egregia.

EXPLEO exples, expleui, expletũ, explere. Fort remplir, & en abondãce. Virg. lib. 4. georg. Improbus ingluuiem, raniſque loquacibus explet. Salluſt. Neque prius iugulandi finis fuit, quam Sylla omnes ſuos diuitijs expleuit.

Explere ſe, Se ſaouller. Plaut. in Curcul. 8. 16, AEdepol næ ego hic me intus expleui probè, & equidem reliqui in vẽtre cellæ vni locum vbi reliquias reliquiarum reconderem. Iay laiſſé vng boyau vuide pour feſtier mes amis.

Explere cicatricem, Remplir. Plin. lib. 36, Vlcera eorum purgant leuiter, explentque cicatrices & emendant.

Explere numerum, Accomplir le nombre: Eſtre du nombre. Virg. Explebo numerum, reddárque tenebris.

Expleui totas ceras quatuor. Plaut. in Curcul. 8. 39, Noui ædepol nomẽ: nã mihi iſthoc nomine dum ſcribo, expleui totas ceras quatuor. Iay rempli quatre pages pleines de ce nom la.

Explere, Aſſouuir aucun. Terent. in Heaut. Hem tot mei ſolius ſoliciti ſunt cauſſa, vt me vnum expleant.

Explere. Deſemplir & vuyder. Ennius, Nauibus explebãt ſeſe, terríſque replebant.

Explere animũ curis, Ietter ſouci hors de ſon cueur. Terent. in Hecyra, 5. 1. 28, Exple animum his, téque hoc crimine expedi. Ibidẽ, 5. 2. 19, Quid iſthæc mihi narras? an quia nõ tute ipſe audiſti dudũ de hac re animus meꝰ vt ſit Laches? illis modo exple animũ. Ne penſe plus a cela.

Explere animũ: Saſſouuir de quelque choſe, faire tout ce que on deſyre. Terẽt. in And. 1. 2. 17, Dũ tempus ad eã rem tulit, ſiui animũ vt expleret ſuũ. Ie lay laiſſé faire tout ce quil vouloit.

Expleuunt pro explent, ſcripſerunt veteres, vt inquit Feſtus.

EXPLICO explicas explicui & explicaui, explicitum & explicatum: explicare. Deſplier. Plaut. in Milite, 20. 7, Orant te vt eas, ventus operã dum dat, vt velum explicẽt. Cic. Quæ

virtus præter cæteras, totam ſe ad alienas vtilitates porrigit atque explicat.

Explicare, per tranſlationem ſignificat explanare, oſtendere, Declarer, dire, ou raconter. Explicare ſuas virtutes. Plaut. in Epid. 10.9, Non reperiſti adoleſcens tranquillum locum vbi tuas virtutes explices vt poſtulas. Cic. Attico, lib. x, Meas cogitationes omnes explicaui tibi ſuperioribus literis. Idem lib. 3. off. Vt quædam ſibi cõcedantur, quo facilius quæ volũt, explicent. Idem in Piſonem, Cognoſcis ex particula parua ſcelerum & crudelitatis tuæ genus vniuerſum: quid auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata eſt, ſummam nunc explicẽ? generatim ea quæ maxime nota ſunt dicam. Plin. epiſt. 92. lib. 4. Si mihi ex hoc lemmate ſecundus verſus occurrerit: nam cæteros teneo, & iam explicui.

Explicatam tibi rem dabo, Ie te rendray laffaire toute nette, ſans aucune barbouillerie. Plaut. in Pſeud. 14.22, Habe modo animum bonum: pulchre hanc ego explicatam tibi rem dabo: ſic ego illum dolis atque mendacijs dabo in timorem militarem aduenam.

Explica æſtum meũ, Iette moy hors de ceſte reſuerie ou ie ſuis, fantaſie & doubte. Plin. epiſt. 211, Explica æſtum meum: audio me male legere, dũntaxat verſus: orationes enim commode, ſed tanto minus verſus.

Explicare iter. Plin. epiſt. 154, Iter commode explicui, excepto quòd quidã ex meis aduerſam valetudinem feruentiſſimis æſtibus contraxerunt. Ie me ſuis bien porté en chemin.

Explicare enſem, Deſgainer. Ouid. Atque explicat enſem.

Explicare cœnam, Bailler a ſoupper. Martialis, Explicat & cœnas vnica menſa duas.

Explicat frondes arbor, Id eſt, emittit, & extendit. Virg. georg. lib. 2, Sed trudit gemmas, & frondeis explicat omnes.

Explicare intelligentiam ſuam. Cic. lib. 3. off. Explica atque excute intelligẽtiam tuam, vt videas quæ ſit in eas ſpecies firma notio viri boni. Id eſt, exerce, interprete Nonio.

EXPLODO explodis, explosi, explosum, explodere, Cum ſono elidere: quod fit, quum rẽ quæ non placuit, clamore & geſtu ac ſtrepitu damnamus. Cic. lib. 4. de finib. bon. Quærimus autẽ non quæ ſunt iã, ſed vnde ſint explosæ, eiectæque ſententiæ Pirronis, Ariſtonis, Herilli. Idem pro Cluentio, Te verò illud idem quod tu explosum & eiectum erat, nunc retuliſſe demiror. Idem lib. 2. de diuin. Sed hoc genus diuinationis vita iam communis explosit.

EXPLORO exploras, explorare, Exclamare, & cum fletu quodã vociferare. Varro, Gemit, explorat, turbam omnem concitat. Il ſeſcrie & ſeſploure. Feſtus Pomp. Explorare antiqui pro exclamare vſi ſunt, ſed poſtea proſpicere & certum cognoſcere cœpit ſignificare.

Explorare, Sagaciter inquirere, Eſpier, veoir & conſyderer quelque choſe diligemmẽt, pour en ſauoir le vray. Virg. Exire, locósque Explorare nouos. Plin. epiſt. 311, Locus ſuſpectus & mollis: quẽ ego interim explorare modico impendio iuſſi an recipere & ſuſtinere opus poſſit.

Explorare, Obſeruare, Prendre garde. Virg. lib. 9, Nec non & trepidi Troes formidine portas Explorant. Ilz font le guet aux portes.

Exploratum eſt mihi, Ie ſcay certainement, Ien ſuis ſeur. Cic. de ſenect. 61, Quis eſt tam ſtultus, quanuis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum ſe ad veſperam eſſe victurũ? Terent. in Phor. 4.3.23, Iam id exploratum eſt. Lucilius lib. 29, Certum ſcio eſſe vt dicis: nam mihi erant de illo explorata omnia.

Exploratum habere, Sauoir certainement, & en eſtre aſſeuré. Cic. de amicitia, 80, Quid in amicitia fieri oportet, quæ tota veritate perpenditur? in qua niſi, vt dicitur, apertum pectus videas, tuúmque oſtendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas, ne amari quidem aut amare poſſis, cum id quàm verè fiat, ignores. Idem lib. 3. off. Hac vi non mutatur, niſi exploratum quidem habeat, id omnino neminem vnquam ſuſpicaturum.

Exploratum dicere. Plaut. in Capt. 11.112, Sed videſis. AR. quin exploratum dico, & prouiſum hoc tibi. AE. certón? AR. quin nihil vnquam inuenies magis hoc certo certius.

Explorare. Siccare, authore Nonio. Virg. lib. 1. georg. Et ſuſpẽſa focis explorat robora fumus.

Explorator exploratoris, m. g. Vne guette, ou eſpie. Plaut. in Pſeud. 20.62, Exploratorem hunc ludo faciamus ſuppoſititium.

EXPOLIO, expolis, expoliui, expolitum, expolire, Polir, Accouſtrer, orner. Plaut in Milite, 16.37, Meum opus ita dabo expolitum vt improbare non queas.

Expolire conſilium. Plaut. in Pœnulo, 3.60, Imò etiam cum expoliuero magis hoc, tum demũ dices, nunc etiam rude eſt.

EXPONO exponis, expoſui, expoſitum, exponere, Mettre hors. Plaut. in Trucul. 13.11, Nũc ego iſtos mundulos vrbanos amaſios hoc ictu exponam. Idem in Caſina, 20.27, Obſecro vt

valentula eſt: penè expoſuit cubito. Virg. lib. x, Socios de puppibus altis Pontibus exponunt.

Exponere, Abijcere. Terent. in Heaut. 4. 1. 43, Vt ſtultæ & miſeræ omnes ſumus religioſe, cũ exponendam do illi, de digito annulum detraho, & eum dico vt vnà cum puella exponeret: ſi moreretur, ne expers partis eſſet de noſtris bonis.

Exponere ad necem. Plau. in Ciſtell. 4. 18, Dat eam puellam ei ſeruo exponendam ad necem.

Exponitur malignitati legentiũ epiſtola. Plin. epiſt. 102. b, lib. v, Nam ſermonem, vultus, geſtus, vox ipſa moderatur: epiſtola omnibus commẽdationibus deſtituta malignitati interpretantium exponitur.

Exponere vitã ſuam ad imitandum. Cic. Acad. lib. 2, Frangere auaritiam, ſcelera ponere, vitã ſuam exponere ad imitandum iuuentuti.

Exponere, Oſtendere. Cic. de ſignis, Vocat ad cœnam: deinde ipſe Prætorem, exponit ſuas copias omnes.

Exponere, Subijcere, inquit Nonius. Cic. in Verrem, act. 2, Cum tibi expoſita eſſet ad prædãdum omnis Pamphilia.

Exponere, Diſſerere, Declarer, expoſer. Cic. lib. 1. Philipp. Antequam de rep. ſcribam P. C. exponam vobis breuiter conſilium profectionis & regreſſionis meæ. Idem de amicitia, 2, Itaque tum Scæuola, quum in eam ipſam mentionem incidiſſet, expoſuit nobis ſermonem Lælij de amicitia habitum ab illo ſecũ. Plin. de viris illuſt. 9, Illa poſtero die aduocatis patre & coniuge, rem expoſuit, & ſe cultro quem veſte texerat, occidit.

Exponere mandata alicuius, Dire ce que on a en mandement. Plin. epiſt. 5. d, Quum alter ad alterum tẽderemus, exponit Reguli mãdata, addit preces ſuas vt decebat optimum virum.

Expoſititius, expoſititia, expoſititium, Que on a reietté. Plaut. Reuertar ad illam puellam expoſititiam.

EXPORRIGO, exporrigis, exporrexi, exporrectum, exporrigere, vel per ſyncopam exporgere, Eſtendre hors.

Exporgere lumbos. Plaut. in Pſeud. 2. 24, Exporgi melius eſt lumbos, atque exurgier.

Exporrigere frontem, Eſtendre ſon front, ſeſiouyr, faire ioyeuſe chiere. Terent. in Adelphis, 5. 3. 53, Da te hodie mihi, exporrige frontem.

EXPORTO exportas, exportare, Porter hors. Plaut. in Trucul. 4. 4, Neu qui manus attulerit ſteriles intrò ad nos, grauidas foras exportet. Ibidem, 6. 52, Exportantur peſſumum, hem tuos exungula, male viuitis.

EXPOSCO, expoſcis, expopoſci, expoſcere, Multum, ſeu cum inſtantia aut publice poſcere, Demander & moult fort requerir aucune choſe, auec priere. Liuius, lib. 1, Pacem precibus expoſcunt. Virg. lib. 3, Sed votis, precibúſque iubent expoſcere pacem.

EXPOSTVLO expoſtulas, expoſtulare, Fort requerir & prier aucun. Plaut. in Perſa, 15. 27, Benedictis benefacta, aures meæ auxiliũ expoſtulant. Plin. in Paneg. 126, At qua contentione, quo niſu, quibus clamoribus expoſtulatũ eſt ne affectus noſtros, ne tua merita ſupprimeres?

Expoſtulare, Conqueri, ſeu querelã apud eum ipſum deponere qui fecit iniuriã, Se complaindre a aucun pour quelque tort que on nous a faict. Terẽt. in Adelphis, 4. 3. 4, Quod peccatum à nobis ortum eſt, corrigo: niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant ſibi fieri iniuriam, vltro ſi quam fecere, ipſi expoſtulant, & vltro accuſant.

Expoſtulare cum. Plau. in Milite, 10. 102, Tum obſtetrix expoſtulauit mecũ parũ miſſum ſibi.

Expoſtulare cum altero iniuriam. Teren. in And. 4. 1. 15, Sed quid agam? adeámne ad eum, & cum eo iniuriam hanc expoſtulem?

Expoſtulatio expoſtulationis, Cõplainte que on faict a celuy qui a faict aucũe iniure, ou dõmage.

EXPOTO expotas, expotare, Fort boire, & en abondance.

Expotus, expota, expotum, Qui eſt beu. Plaut. in Trinummo, 8. 5, Quid factum eſt eo? s. comeſum, expotum, exutum, elotum in balineis.

EXPRIMO, exprimis, expreſſi, expreſſum, exprimere, Eſpraindre, preſſer & tirer hors. Plin. Expreſſo vino, infunditur aqua vinaceis.

Exprimere lachrymam. Terẽt. in Eunucho, 1. 1. 23, Vna mehercle falſa lachrymula, quam oculos terendo miſere vix vi expreſſerit, reſtinguet, & te vltro accuſabit.

Exprimitur fons. Plin. epiſt. 161. a, Hunc ſubter fons exit, & exprimitur pluribus venis, ſed imparibus.

Exprimere vocẽ. Plin. in Paneg. 2, Quare abeãt ac recedãt voces illæ quas metus exprimebat.

Exprimere in cera ex annulo imaginẽ alicuius, Former ou imprimer dung anneau la face dau

en cire. Plaut.in Pſeud.3.54, Ea cauſſa miles hic reliquit ſymbolum, expreſſam in cera ex annulo ſuam imaginem.

Exprimere faciem alicuius, Repreſenter la face daucun, la tirer au vif. Plin. epiſt.153.a, Nam ſi eſſe nobis curæ ſolet vt facies noſtra ab optimo quoque artifice exprimatur: nónne debemus &c.

Exprimere ad exemplar. Plin. epiſt.110.a, lib.v, Cornuto autem quid melius, quid ſanctius, quid omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expreſſius?

Exprimere ſimilitudinem orationis, Faire vne ſemblable oraiſon. Plin.epiſt. 20.d, Sequitur ergo vt actio ſit abſolutiſſima, quæ maxime orationis ſimilitudinem expreſſit.

Exprimere epigrãmata alterius, En faire de pareils. Plin.epiſt,83, Quemadmodum magis approbare tibi poſſum, quantopere miror epigrammata tua græca, quàm quòd quædã ęmulari latine, & exprimere tentauis? Idem epiſt.199, Præterea in literis veteres æmulatur, exprimit, reddit. Il les enſuit.

Exprimere, Signifier & declarer. Plin.epiſt. 203.b, Sũt enim mirabilia quę maxime inſpectata, maxime periculoſa, vt quæ Græci magis exponũt παράβολα. Idem epiſt.292, Poſſumus apud Pruſenſes area quam vacare ſcribis vti: illud tamen parum expreſiſti.

Exprimere verbum de verbo, Rendre mot pour mot en traduiſant. Terent. in Adelphorum prologo, 11, Eum Plautus locũ reliquit integrum: eum hic locum ſumpſit ſibi in Adelphos, verbum de verbo expreſſum extulit.

Expreſſe, aduerbium. Expreſſe dicere, Dire proprement, & bien a point. Plin.epiſt.38,a Adhoc perpauci cum quibus iuuat dicere, cæteri audaces, atque etiam magna ex parte adoleſcentuli obſcuri ad declamandum huc tranſeunt, tam irreuerenter & temere, vt mihi Attilius noſter expreſſe dixiſſe videatur ſic in foro pueros à centumuiralibus cauſſis explicari, vt ab Homero in ſcholis.

EXPROBRO exprobras, exprobrare, Reprocher. Pla. in Moſtell.4.143, Triginta mnas pro capite tuo dedi. PHILE. cur exprobras? PHILO. egóne id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier? Idem in Capt. 11.61, Pergin' ſeruum me exprobrare eſſe, id quod vi hoſtili obtigit? Idem in Amphit.3.47, Sed mos nunquam illi fuit patri meo, vt exprobraret quod bonus faceret boni. Cic. de amicitia, Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium: quæ meminiſſe debet is in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit.

Exprobratio, exprobrationis, f.g. Reproche. Terẽt. in And. 1.1.17, Nam iſthæc commemoratio quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij.

EXPROMITTO expromittis, expromiſi, expromiſſum, expromittere: Fideiubere, Reſpõdre pour vng autre, le pleiger. Vlpianus de iure dotium, Debitor mulieris iuſſu eius pecuniã viro ſuo expromiſit. Idem de donationibus, Si quis ſeruo ſuo grandem pecuniam crediderit, deinde liber factus eam expromiſerit.

Expromiſſor expromiſſoris, Qui pro alio promittit. Põponius de verbis obligatorijs, Satiſſactio quæ ita obligat promiſſorem, vt expromiſſores quoque ab eo petantur.

EXPROMO expromis, exprompſi, expromptum, expromere, Mettre ou tirer hors. Plau. in Milite, 11.18, Neque equidem heminas octo exprompſi in vrceum.

Expromere benignum ingenium. Plau. in Milite, 14.63, Exprome benignum ex te ingenium. Monſtre toy benin.

Expromere pectore conſilia, Conſeiller. Plaut. in Bacchid. 15.11, Nequius nihil eſt quàm egẽs conſilij ſeruus, niſi habet pectus multipotens: vbicunque vſus ſiet, pectore expromat.

Expromere perfidiam alicuius. Dire: ou raconter. Plaut. in Merc. 3.47, Obiurgare pater ob hæc me noctes & dies, perfidiam, iniuſtitiam lenonũ expromere. Idem in Milite, 10.168, Haud centeſimam partem dixi, atque otium rei ſi ſit, poſſum expromere.

Expromptus exprompta expromptum, Tiré & mis hors.

Exprompta memoria: In medium prolata, inquit Donatus. Terent. in And. 4.4.1, Myſis nunc opus eſt tua mihi ad hanc rem exprompta memoria.

EXPVGNO expugnas, expugnare, Pugnando vincere. Gaigner la bataille. Terẽ. in Eunuch. 4.7.3, Simalio, Donax, Syrice ſequimini: primum ædeis expugnabo. Ie prendray la maiſon daſſault. Plaut. in Amphit. 4.37, Id vi & virtute militum victum atque oppugnatum oppidũ eſt. Et paulo póſt, 56, Sin aliter ſient animati neque dent quæ petat, ſeſe igitur ſumma vi, viriſque eorum oppidum expugnaſcere. Liuius, Vbi duas naues expugnauit.

Expugnare alicui aurum. Plaut. in Bacchid. 10.8, Non Pelides tormento fuit prout ego herũ

expugnabo meum ſine claſſe ſinéque exercitu, & tanto numero militum cepi, expugnaui amanti herili filio aurum ab ſuo patre.

Expugnare carcerem. Plaut. in Pſeud. 20.67, An etiam ille vnquam expugnauit carcerem patriam tuam?

Expugnare pudicitiam virginis. Plin. de viris illuſt. 9, In domum Collatini venit, & in cubiculum Lucretiæ irrupit, pudicitiam expugnauit.

EXPVNGO expungis, expunxi, expũctum, expungere, Foras mittere, expellere. Perſius, Expungam: nãque eſt ſcabioſus, & acri Bile tumet.

Expungere rationes: eſt vltimam manum calculo & diſpunctioni imponere. Hermolaus iuriſconſ. Reip. rationes ſubſcriptæ & expunctæ aduerſus eum quidem qui adminiſtrauerit, vltra viginti: aduerſus verò hæredem, vltra decem annos retractari non poſſunt. Expungere enim, eſt punctis circunducere & tollere, & quaſi rem iam confectam eximere è codice.

Expungere nomen debitoris. Plaut. in Ciſtell. 4.40, Nunc quod reliquum reſtat, volo perſoluere, vt expungatur nomen ne quid debeam.

Expunctus miles dicitur qui è numeris exẽptus eſt, & ære dirutus. Plaut. in Curcul. Miles pulchre centuriatus eſt expuncto in manipulo.

Expungere gloriam partam. Plaut. in Amphit. 15.27, Vt metuo, ne victis hoſtibus di partam expungãt gloriam: totam miris modis noſtram video turbatam familiam. Quilz nous oſtẽt ceſte gloire que auons acquiſe.

EXPVO expuis, expui, exputum, expuere, Cracher hors. Virg. Et periculoſam cum tuſſi miſer expuo ſaliuam.

Expuunt lachrymam oculi. Plaut. in Pſeud. 3.74, Puniceos oculos habeo, nõ queo lachrumam exorare vt expuant vnam modo.

Expuere miſeriam ex animo. Terent in Eunucho, 3.1.16, Scio, quaſi illam expueret miſeriam ex animo.

EXPVRGO expurgas, expurgare, Nettoier tout au net, tout a faict, ſans rien laiſſer. Columella lib. 2, Cum rurſus amplior meſſis prouenerit, quicquid exteretur, capiſterio expurgandum erit. Idem lib. v, Dolabella conuenit expurgari quidquid emortuum eſt: deinde falce radi vino ténus.

Expurgare ſe, Se purger de quelque cas que on nous met a ſur. Plaut. in Milite, 9.17, Expurgare volo me. P E. tũne expurges mihi, qui facinus tantum, támque indignum feceris? Idem in Capt. 11.89. Hoc primum expurgare tibi volo, me inſaniam neque tenere, neque mihi eſſe vllum morbum, niſi quòd ſeruio.

Expurgatio expurgationis, f.g. Purgation, nettoiement.

Expurgationem habere, Se purger enuers aucun. Plau. in Amphit. 11.10, Habui expurgationem, facta pax eſt. Idem in Merc. 23.15, At ego expurgationem habeo vt ne ſuccenſeat.

EXPVTO éxputas, exputare, Coupper quelque choſe dung arbre, ou dautre choſe. Columella lib. x1, Palos vna opera cædere, & exputatos acuere centum numero poteſt.

Exputare, Coupper au net, quil ny demeure rien. Columella lib. 4, Deinde velut veteranam vitem totam exputare, & ad vnam materiam firmiſſimam redigere, nodóſque & cicatrices alleuare, ſatis officium eſt.

Exputare per tranſlationem, Fort penſer a quelque choſe. Plaut. in Trinummo, 5.8, Niſi hoc ſic faciã, opinor vtranque rem ſimul éxputem: iudex ſim reúſve ad eam rem. Plancus Ciceroni, Quæ mens eum, aut quorum conſilia à tanta gloria, ſibi verò etiam neceſſaria ac ſalutaria auocarint, & ad cogitationem conſulatus bimeſtris, ſummo cum terrore hominum & inſulſa cum efflagitatione tranſtulerint, exputare non poſſum.

EXPVTRESCO exputreſcis, exputrui, exputreſcere, Putridũ fieri, Se pourrir & corrũpre. Plaut. in Curcul. 5.26, Quin tu aliquot dies perdura, dum inteſtina exputreſcunt tibi.

EXQVIRO exquiris, exquiſiui, exquiſitum, exquirere, Diligẽment ſenquerir. Plaut. in Perſa, 15.18, I ad forum, ad Prætorem: exquire, credere ſi quidem non vis mihi. Idem in Merc. 12.52, At ſaltem hominis faciem exquireres. Idem in Trucul. 17.26. Caue niſi quod te rogo, niſi ea quæ exquiro. Idem in Amphit. 8.169, Euge optime nunc exquire. Terent. in And. 1.2.15. Nunc ea me exquirere, iniqui patris eſt.

Exquirere ſitne. Plaut. in Aulul. 26.70, Intro exquire ſitne ita vt ego prædico. Idem in Amphit. 8.81, Et valuiſſeſne vſque exquiſiui ſimul mi vir.

Exquirere à. Plaut. in Caſina, 15.50, Eſt quod volo exquirere à te.

Exquirere ab ſtirpe, Senqueſter des la racine. Plaut. in Trinũmo, 4. 133, Quòd ſi exquiratur vſque ab ſtirpe authoritas, vnde quicquid auditum dicant: niſi id appareat, famigerator næ ſit cum damno & malo.

Exquirere ex. Plaut. in Capt. 6. 43, Sequere hâc me igitur: eadem ego ex hoc quæ volo, exquiſiuero. Idem in Ciſtell. 10. 108, Cæterum ex ipſa obſecro exquirito te. Idem in Amphit. 13. 7, Nunc domo ibo, atque ex vxore hanc rẽ pergam exquirere. Idem in Rud. 24. 136, Eamus mea gnata ad matrem tuam, quæ ex te poterit argumẽtis hanc rem magis exquirere.

Exquiſitum venit. Plaut. in Sticho, 3. 50, Quid iſthuc quòd huc exquiſitum mulierum mores venis?

Exquirere curſuram. Plaut. in Merc. 4. 10, Quid id eſt, quod ille expedite exquirit curſurã ſibi? Queſt ce, que ceſtuy la ſi acoup cerche a ſen courir?

Exquiſitus exquiſita exquiſitum, Qui a eſté ſongneuſement cerché.

Exquiſitæ adhortationes. Plin. epiſt. 8. e, Vt verò aliquis libenter educationis tædium laborémque ſuſcipiat, non præmijs modo, verumetiam exquiſitis adhortationibus impetrandum eſt.

Exquiſita ingenia. Plin. in Paneg. 80, Ergo non aurum, nec argentũ, nec exquiſita ingenia cœnarum, ſed ſuauitatem tuam, iucunditatémque miramur.

Exquiſito opus eſt, Il ſen fault enqueſter. Plaut. in Amphit. 7. 70, Sequere hâc igitur me: nam mihi iſthuc primum exquiſito opus eſt.

Exquiſitim aquerbiũ. Varro, Stramẽtitio acre æger medicos exquiſitim cõuocabas vt cõualeſceret

EXROGO exrogas, exrogare, eſt, vt inquit Feſtꝰ, ex lege vetere aliquid eximere per legẽ nouã.

EXSCRIBO exſcribis, exſcripſi, exſcriptũ, exſcribere, Eſcrire. Plau. in Rud. 2. 15, Eorũ referimus nomina exſcripta ad Iouẽ. Et paulò pòſt, 21, Bonos in alijs tabulis exſcriptos habet.

Exſcribere patrẽ. Plin. epiſt. 111. c, lib. v, Amiſit enim filiam quæ nõ minus mores eius quàm os, vultúmque referebat, totúmque patrem mira ſimilitudine exſcripſerat. Id eſt, effinxerat, reddiderat, effigiauerat. Elle auoit mis peine de reſſembler viuement a ſon pere.

EXTA extorum, pluraliter tantum, Proprie iecur, cor & pulmo dicuntur, quia in parte ſuperiore locantur, ab extando. & lien & iecur hoc nomine appellantur, quoniam ſupra inferiora inteſtina locantur. Feſtus, Exta dicta quòd ea dijs proſecentur quæ maxime extãt, eminentque. Plinius lib. 30. ſcribit præcordia vocari vno nomine exta in homine, Les entrailles de lhomme. Plaut. in Aulul. 16. 29, Qui oſſa atque pellis totus eſt, ita cuia macet: quin exta inſpicere in ſole etiam viuo licet, ita is pellucet quaſi laterna Punica.

EXTEMPORE, Vide EX.

EXTENDO extendis, extendi, extenſum & extentum, extendere, Eſtendre. Columella lib. v, Quare cum ad ſummum palum recta vitis extenta eſt, capiſtro conſtringitur.

Extendere ſuam ætatem. Plaut. in Bacchid. 8. 26, Ibi ſuam ætatem extendebant, non in latebroſis locis. La ilz employoient leur aage.

Extendere conſulatum, Prolonger. Plin. in Paneg. 103, Vt ſit nemini dubium hanc tibi præcipuam cauſſam fuiſſe extendendi conſulatus tui, vt duorum conſulatus amplecteretur, & collegam te vni daret.

Extendere epiſtolam. Plin. epiſt. 129. d, Alioqui tam immodice epiſtolam extendi, vt dum tibi, quemadmodum ſtudere debeas ſuadeo, ſtudendi tempus abſtulerim.

Extẽdere preces. Cõtinuer a prier. Plin. epiſt. 37. c, Extenderẽ preces, niſi tu diu rogari nolles.

Extendere ſaturnalia. Plin. epiſt. 160, Nam tu magiſter, ego contrà: atque adeò tu in ſcholam reuocas, ego adhuc ſaturnalia extendo. Id eſt, exerceo extra conſtitutum: Intentus ſum iocis diutius quam oportebat.

Extento extentas, extentare, Frequentatiuum. Plaut. in Bacchid. 12. 3, Quæ te mala crux agitat, qui ad iſthunc modum alieno vires tuas extentes oſtio?

EXTEREBRO exterebras, exterebrare, Extorquere aliquid vi, Scrutari, & curioſius quærere. Plaut. in Perſa, 6. 57, Lubet: nũquã hercle exterebrabis tu vt ſis prior, quam ego ſiem. Varro, Atque omnes adeò perquirit, atque exterebrat artes.

EXTERGEO exterges, exterſi, exterſum, extergêre, Fort torcher. Plaut. in Rud. 30. 14, Ita quanto magis extergeo, rutilum atque tenuius fit.

EXTERGO extergis, exterſi, exterſum, extérgere, Torcher bien net. Plaut. in Moſtell. 4. 109, Linteum cape, tuque exterge tibi manus. Idem in Curcul. 12. 22, Bene me amaſſint, meaque axitia, linteúmque exterſum &c. Cato de re ruſtica, Poſt diem omnino duodecimum pernas eximito, & ſalem omnem detergito, & ſuſpendito in ventum biduum, tertio extergito.

EXTERNO externas, externare, ab ex & ſterno fit, vt annotauit Nonius. Catullus, Ah miſera aſſiduis quàm luctibus externauit, Spinoſas Erycina ferens in pectore curas.

EXTERVS extera exterum, Quod eſt alienæ terræ, vt inquit Feſtus, Eſtrange. Virg. lib. 4, Et nos fac extera quærere regna. Fitque ab exter: quod ab extra deduci, certũ eſt. Plaut. in Bacchid. 5.34, Adulterare eum aiebat rebus exteris. Les choſes dautruy.

Externus externa externum, Eſtrangier, qui neſt point du pais. Liuius lib. 1, Timor deinde patres inceſſit, ne ciuitatem ſine imperio, exercitum ſine duce, multarum circa ciuitatum irritatis animis, vis aliqua externa adoriretur.

Exterraneus exterranea exterraneum, Ex alia terra, vt annotat Feſtus.

EXTERO exteris, extriui, extritum, extérere, Terẽdo extrahere. Columella lib. 2, Cum rurſus amplior meſſis prouenerit, quicquid exteretur, capiſterio expurgãdum erit. Varro lib. 1. de re ruſt. Apud alios exteritur, grege iumentorum inacto, & ibi agitato perticis, quòd vngulis è ſpica exteruntur grana.

Extérere etiam dicimus aciem ferri, vt exacuata ſit.

EXTERMINO exterminas, exterminare, Extra terminos mittere, Chaſſer hors des fins & limites. Cic. lib. 3. off. Atque hoc omne genus peſtiferum atque iniurium ex hominum cõmunitate exterminandum eſt.

EXTERREO exterres, exterrui, exterritum, exterrere, Eſpouanter. Virg. lib. v, Plauſúmque exterrita pennis Dat tecto ingentem. Varro, Videmus populum furijs inſtinctum tribus diuerſim ferri exterritum formidine.

Exterrit⁹, Inflãmatus, accẽſus. Virg. li. 3. georg. Sæuit agris, aſpérque ſiti, atq; exterritus æſtu.

EXTEXO extexis, extexui, extextũ, extexere, Deſtruere quod textũ eſt, Deſtiller de la toille.

Extexere, per tranſlationem. Plaut. in Bacchid. 5.5, Extexam ego illum pulchre iam, ſi di volunt. Id eſt, educam extra cogitatum.

EXTILLO extillas, extillare, Degouter. Plaut. in Pſeud. 13. 29, Teritur ſinapis ſcelerata cum illis: qui terunt prius quàm triuerunt, oculi vt extillent facit.

Extillare lachrymis. Terent. in Phor. 5. 8. 82, Hiſce ego dictis illam ita tibi incenſam dabo, vt ne reſtingas, lachrymis ſi extillaueris.

EXTIMEO extimes, extimui, extimere, Auoir grande crainte. Terent. in Hecyra, 5.3.26, Memini ab hinc menſes decem fere ad me nocte prima confugere anhelantem domum ſine comite, vini plenũ, cũ hoc annulo: extimui illico. Plaut. in Ciſtell. Extimuit tum illa.

Extimeſco extimeſcis, extimeſcere. Teren. in Phor. 1.3.2, Adeón' rem rediſſe, vt qui mihi conſultum optime velit eſſe, Phædria, patrem extimeſcam, vbi in mentem eius aduenti venit?

Cic. de ſenect. 68, Quod igitur adoleſcentes, & ij quidem non ſolum indocti, ſed etiã ruſtici cõtemnunt, id docti ſenes extimeſcent?

EXTINGO extinguis, extinxi, extinctum, extinguere, Eſteindre. Plaut. in Perſa, 13.26, Da illic cãtharũ, extingue ignem, ſi cor vritur: caput ne ardeſcat. Idem in Aſin. 13.40, Neque illa vlli homini nutet, nictet, annuat: poſt id, ſi lucerna extincta ſit: ne quid ſui membri commoueat in tenebris.

Inter extinguere & opprimere (inquit Nonius) intereſſe Cicero voluit de Amicitia, vt ſit maius opprimere quàm extinguere, cum inquit, Quamobrem primum danda opera eſt, ne qua amicorum diſſidia fiant: ſin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppreſſæ videantur. Quaſi quod extinguitur, poſſit renouari: quod opprimitur, nullo pacto queat.

Extinguere animam alicui, Luy oſter la vie. Terent. in Adelphis, 3.2.16, Satis mihi id habeam ſupplicij, dũ illos vlciſcar modo: ſeni animã primũ extinguerem ipſi qui illud produxit ſcel⁹.

Extinguere bellũ. Plaut. in Perſa, 1 2.2, Hoſtibus victis, ciuibus ſaluis, re placida, pacibus perfectis, bello extincto, re bene geſta, exercitu integro, & præſidijs &c. Idem in Amphit. 4. 35, Legiones reueniunt domum duello extincto maximo atque internectis hoſtibus.

Extinguere formam. Terent in Phor. 1.2.58, Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem, capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida, lachrymæ, veſtitus turpis: vt ni vis boni in ipſa ineſſet forma, hæc ipſam extinguerent.

Extinguere familiaritates. Cic. de amicitia, 34, Eorum querela inueterata non modo familiaritates extingui ſolere, ſed etiã odia gigni maxima atque ſempiterna ſemper arbitratus ſum.

Extinguere virtutem. Cic. de amicitia, 84, Virtutem enim ſemper amaui illius viri quæ exoſtincta non eſt.

Extinguere, Perfectè diſtinguere. Cic. in Hortenſio, Quam ſi ſubtraxeris, quî extingues artificem ab inſcio?

EXTIRPO extirpas, extirpare, Deſraciner, Oſter la racine.

Extirpare humanitatem ex animo. Cic. de amicitia, 44, Quamobrem ſi cadit in ſapientem animi dolor, qui profecto cadit, niſi ex eius animo humanitatem extirpatam arbitremur : quæ cauſſa eſt vt amicitiam funditus tollamus è vita &c.

EXTISPEX extiſpicis, proprie dicitur aruſpex, quòd exta ſpiciat: authore Nonio. Varro Sarano, Te conſulem mihi pelum cedere ſubſillio. & hoſtia, ſed extiſpici diſputanti relinquo.

Extiſpicium extiſpicij, n. g. Aruſpicum ars. Accius Medea, Principio, extiſpiciũ ex prodigijs cõgruens ars te arguit.

EXTO extas, extiti, extitum, extare, Eminere, ſupereſſe, Apparoiſtre. Virg. Torpent mole ſua, & ſummis vix cornibus extant.

Extant libri, orationes, ſtudia, picturæ & huiuſmodi. Cic. Quæ vt ſcis, extat oratio. Idem de ſenect. 15, Notum vobis enim carmen: & tamen ipſius Appij extat oratio, atque hãc ille egit ſeptimodecimo anno poſt alterum conſulatũ. &c. Plin. lib. 35, Siue extant, ſiue intercidêre. Ouid. Quo nullũ Latio clarius extat opus. Cic. Lentulo, Noſtrũ ſtudiũ extabit in cõueniendis magiſtratibus. Idem Attico, lib. 2, Denique aliud aliquid extabit, ne tibi planè ceſſiſſe videamur. Cic. de amicitia, 33, Peſtem enim maiorem eſſe nullã in amicijs, quàm in pleriſque pecuniæ cupiditatẽ: in optimis quibuſque honoris certamẽ & gloriæ: ex quo inimicitias maximas ſæpe inter amiciſſimos extitiſſe. Ibidem 24, Itaque ſiquando aliquod officium extitit amici in periculis aut adeundis aut communicandis, quis eſt qui non maximis efferat laudibus?

EXTOLLO extollis, extuli, elatum, extollere, Eſleuer en hault. Plaut. in Amphit. 17.57, Poſtquam in cunas conditus eſt, deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo maximi, continuo extollunt ambo capita.

Extollere lumbos. Plaut in Epid. 15.2, Plaudite, valete: lumbos extollite, atque exurgite.

Extollere pedem poſtremum. Plaut. in Merc. 21.2, Limen ſuperum inferúmque ſalue, ſimul autem vale: hunc hodie poſtremum extollo mea domo patria pedem.

Extollere indignationem, Se fort courroucer. Plin. epiſt. 159. g. Scio quàm ſit tibi viuus & ingenuus animus. Ideóque facilius eſt, vt me (quãquã indignationem quibuſdam in locis fortaſſe vltra epiſtolæ modum extulerim) parum doluiſſe, quàm nimis, credas.

Extollere liberos, Nourrir enfans. Plaut. in Moſtell. 3.28, Primùm dum, parentes, fabri liberûm ſunt, & fundamento liberorum ſubſtruunt: extollunt, parant ſedulo infirmitatem.

Extollere malum, Oſter ou differer & prolonger. Plau. in Milite, 11.46, Fugiam hercle aliquò, atque hoc in die extollam malum.

Extollere, Differer, prolonger. Cæcilius, Abi intrò, atque iſthæc aufer, tamen hodie extollat nuptias.

Extollere, Exaltare, magnificare, Louer. Salluſt. Ita eorum, qui ea fecere, tanta habentur, quãtum ea verbis potuere extollere præclara ingenia.

EXTORQVEO extorques, extorſi, extortum, extorquere, Oſter par force & violence. Plin. in Paneg. 29, Videor iam cernere non ſpolijs prouinciarum, & extorto ſocijs auro: ſed hoſtilibus armis, captorúmque regum catenis triũphum grauem. Liuius lib. 2, Nec ambigitur quin Brutus, qui tantum gloriæ ſuperbo exacto rege meruit, peſſimo publico id facturus fuerit, ſi libertatis immatura cupidine priorum regum alicui regnum extorſiſſet. Cic. de ſenect. 77, Quòd ſi in hoc erro, quòd animos hominum immortales eſſe credam, libenter erro, nec mihi hunc errorem, quo delector, dum viuo, extorqueri volo.

Extorquere, Tormento veritatem elicere, Sauoir la verité daucun par force de le tormenter. Terẽt. in Adelphis, 3.4.37, Hercle extorque, ni ita factũ eſt Demea: poſtremo non negabit.

Extortus extorta extortum, Qui eſt tout tort, contrefaict, & deſrompu. Plin. epiſt. 171.c, Vt eſſe tædio poſſet vxori, quã iuuenis ſanúſque duxiſſet: quippe omnibus mẽbris extortus & fractus.

Extortor extortoris, Qui oſte par force, & raui. Terent. in Phor. 2.3.27, Bonorum extortor, legum contortor.

EXTORRIS, huius extorris, Qui eſt extra terram eiectus: ſicut exul, extra ſolum. Gellius, Exul, extorríſque eſto. Ab ignis interdictione, dictum eſſe vocabulũ potius quàm à terra, nõnulli putant, etiam ſi Exul à ſolo eſt. Liuius, Extorrem vrbe, domo, penatibus, foro, congreſſu æqualium. Hos nunc excommunicatos vocamus, quibus ſcilicet humanitatis iura viciſſitudinémque officiorum vetamur exhibere.

EXTRA, præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruiens, Dehors.

Extra numerum es mihi. Plaut. in Menæh. 5.1, Anime mi Menæhme ſalue: quid ergo extra numerum es mihi? Id eſt, quare hic ſtas? cur non ingrederis ad me vnà cum alijs?

Extra oſtium, Par dehors. Terent. in Phor. 5.6.36, Sed me cenſen' potuiſſe omnia intelligere extra oſtium, intus quæ inter ſe ipſi egerint?

Extra pretium eſt, On ne le ſcauroit aſſes priſer ou eſtimer. Plaut. in Pœnulo, 4.110, Quid ſi adeamus? M. adeas. AG. primum ſalua ſis prima & ſecunda in ſecundo. M. ſalue in pretio tertia. AG. ſalue extra pretium.

Extra te vnum, Excepte toy, fors que toy. Plaut. in Amphit. 8.202, Per ſupremi regis regnũ iuro, & matremfamiliâs Iunonem, quam vereri & metuere eſt par maxime, vt mihi extra vnum te mortalis nemo corpus corpore contigit, qui me impudicam faceret. Idem in Milite, 5.6, Nunc adeò edico omnibus, quenque à milite hic videritis, extra vnum Palæſtrionẽ, hunc deturbatote in via. Terent. in Phor. Neque cognatus extra vnam aniculam quiſquã aderat. Cic. in Catilinam, Nemo eſt extra iſtam coniurationem proditorum hominum, qui te non plurimum metuat. Idem in Verrem, De te Cæcili iam mehercle hoc extra hãc contentionẽ, certamenque noſtrum familiariter tecũ loquar. Idem Mario, Extra ducẽ, pauciſque præterea, porrò de principibus loquor, reliqui primum in ipſo bello rapaces. Idem pro domo ſua, Ciuis eſt nemo tanto in populo extra contaminatam illam ſanguinariam & cruẽtam P. Clodij manum, qui rem illam de meis bonis attigerit. Ibidem, Horum ego ſententiã ne laudem, impedior Cn. Pompeij triumphis: quibus ille cum eſſet extra ordinem ad patriã defendendam vocatus, auxit nomen populi Romani, imperiúmque honeſtauit. Cõſtantiam probo, qua mihi quoque vtendum fuit, quo ille authore extra ordinem bellum cum Mithridate Tigranéque geſſit. Idem Philipp. v 1, Is ſenatus populíque Romani libertas chariſſima ſit & fuerit, vacationem militiæ ipſis, liberíſque eorum eſſe placere, extra tumultũ Gallicum Italicúmque. Varro de re ruſtica, Præterea extra familiam debuit dicere villicũ & villicam. Liuius ab vrbe cõdita, Ipſos, liberóſque eorũ, & cõiuges vẽdẽdas extra filias quæ nupſiſſent. Ibidem, Calatinos, Sabinos, extra quàm qui eorum aut ipſi aut parẽtes eorum apud hoſtes eſſent, liberos eſſe iuſſerunt. Ibidem, Extra hanc multitudinem Hiſpanorum obſides erant. Ibidem, Extra prædam quatuor milia deditorum habiti.

Extra iocum dicebatur à veteribus, cum quid ſerio, non ioco, dicere ſeſe velle ſignificabant. En bon eſſciẽt. Cic. Trebatio, Sed mehercle, extra iocum, homo bellus eſt. Idem Caio Volumnio, Sed me hercle extra iocum valde mihi tuæ literæ facetæ elegantéſque viſæ ſunt. Idem Peto, Sed mehercle mi Pete, extra iocum moneo te.

Extra, Arriere. A part. Plaut. in Amphit. 4.70, Deinde vtrique imperatores in medium exeunt: extra turbam ordinum colloquuntur ſimul.

Extraordinarius extraordinaria extraordinariũ: Quod præter ordinem fit. Cic. Bruto, Quare tum & facilitatem & prouidentiã laudabo tuã cum exploratum habere cœpero Cæſarem honoribus quos acceperit, extraordinarijs fore contentum. Idem in Verrem, act. 7, Vt omnia ſemper quæ iucunda videntur eſſe, non modo his extraordinarijs cupiditatibus, ſed etiã ipſi naturæ ac neceſſitati denegarem. Idem pro domo ſua ad pontif. Deinde gratulari tibi, quòd idem in poſterum M. Catonem tribunatu tuo remouiſſes, & quòd idem in poſterum de extraordinarijs poteſtatibus libertatem ademiſſes. Apud Plinium epiſt. 245, Extraordinarium munus.

Extrarius extraria extrarium, Alienus, qui extra focum, ſacramentum, iúſque eſt. Pomponius, Præterea minabatur, ſi extrario nupſiſſet, nihil ſe filijs eius ex paternis eorum bonis teſtamẽto relicturum. Hic accipitur pro eo qui non ſit domeſticus & ex eadem familia. Vng eſtrãge, qui demeure hors de noſtre maiſon: Martinetam vocant qui gymnaſia inhabitant.

Extraneus extranea extraneum. Extraneus hæres, Qui neſt point propre ne vray heritier, ſi non par teſtament. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 4. Nec dubium eſt, quid poſt hæc Auguſtus conſtituerit, & reliquerit eum nullo præter auguralis ſacerdotij honore impertitum: ac ne heredẽ quidẽ, niſi inter tertios ac penè extraneos, ne parte ſexta nuncuparet.

Exterior comparatiuus ab exter.

Exterior, pro extra, apud Plautum in Menæh. 8.59, Exterior ſis, obſeruato modo.

Extremus, ſuperlatiuus ab exter, Initium alicuius rei aliquando ſignificat. Le commencement. Plaut. Ab extremo narrare incipiam.

Extremus, Le dernier. Virg. Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborẽ. Cic. de ſenect. 27, Ego L. Metellũ memini puer qui cum quadriẽnio poſt alterum conſulatum Pontif. max.

factus esset, duos & viginti annos ei sacerdotio præfuit, ita bonis viribus esse in extremo tẽpore ætatis, vt adolescentiã non requireret. Idem de amicitia, 13, Cuius disputationis fuit extremum ferè de immortalitate animorum.

Extremus, Sæuus, perditissimus ac nequissimus. Virg. Illã terra parẽs, ira irritata deorũ Extremam, vt perhibent, Cæo, Enceladóque sororem Progenuit. Hoc est, pessimam. Quod non sine ratione esse videtur: quandoquidem medici affirmãt deteriores esse qui vltimi nascuntur.

EXTRAHO extrahis, extraxi, extractum. extrahere, Tirer hors.

Extrahere, per translationem, Se tirer hors de quelque inconuenient. Terentius in Phormione, 1.4.3, Ita nunc imparatum subito tanta te impendẽt mala, quæ neque vti deuitem, scio, neque quomodo me inde extraham.

Extrahere diem: Trahere in longum, & differre: Differer, Prolonger de iour en iour. Cæsar in comment. Catonem verò acerrime repugnantem & pristina consuetudine dicẽdi mora dies extrahentem, vt sui ratio absentis haberetur. Ibidem, Sic triduum disputationibus, excusationibúsque extrahitur. Liuius ab vrbe condita, Cunctando extraxeram diem.

Extrahere per: Differer aucuns iours. Liuius de bello Punico, Extracta tamen authoritatibus seniorum per aliquot dies res est.

Extrahere in: Differer iusques au. Liuius ab vrbe condita, Res in annũ extrahitur. Ibidem, Extractum in tertium annum bellum est. Ibidem, Extracta vtraque res in cõsulum aduentum est. Idem de bello Punico, Extrahi rem in suum aduentum iussit.

Extrahere ætatem. Liuius ab vrbe condita, Quibuscum extrahi ætatem posse crederent. Aueques lesquels ils pensoient quils pourroient demourer tout leste.

Extrahere certamen: Differer la bataille. Liuius, Extrahi tamen diutius certamẽ potuisset. On eust peu faire durer la guerre plus longuement.

Extrahere iudicium. Paulus ad exhibend. L. Si optione intra certum tempus data, iudiciũ extractum est in id tempus quo frustra exhiberetur.

EXTRICO extricas, extricare, Despestrer vnẽ poulsin qui est empesché de fillets qui le tiẽnent tellement par les pieds quil ne peust cheminer: luy desuelopper les pieds.

Extricare locum aliquem, Le nettoier & oster tous empeschemens qui y sont. Columella lib. 4, Syluestris ager præcipue est eligendus, qui etsi frutetis aut arboribus obsessus est, facile extricatur, quòd suapte natura quæcunque gignuntur, non penitus, nec in profundum radices agunt, sed per summa terræ dispergunt atque deducunt.

Extricare se, Se ietter hors dempeschement, se despestrer. Plaut. in Epid. 3.49, Quid de illa fiet fidicina igitur? E. aliqua reperibitur, aliqua ope exoluam, extricabor aliqua.

EXTRO extras, extrare, Sortir hors. Sicut enim intrare, ingredi est: sic extrare, exire. Afranius, Simul limen intrabo, illi extrabunt illico.

EXTRVDO extrudis, extrusi, extrusum, extrudere, Poulser hors auec les mains. Donatus, Proprie extrudere dicitur, qui manibus expellit.

Extrudere ædibus. Plautus in Aulularia, 4.31, Me miseram ad hunc modum decies die vno sæpe extrudit ædibus.

Extrudere ex ædibus. Plaut. in Casina, 17.18, Illæ autem senem incœnem extrudere cupiunt ex ædibus: vt ipsæ solæ ventres distendant suos. Idem in Aulul. 4.5, Nam qua nunc caussa me extrusisti ex ædibus?

Extrudere foras. Plaut. in Truculento, 3.51, Eo nunc commenta est dolum: peperisse simulat sese, vt me extrudat foras. Idem in Pœnulo, 18.48, Iã hercle ego illã vxorem ducã, & Iunonem extrudam foras. Terentius in Eunucho, 4.5.11, Correxit miles quod intellexi minus: nam me extrusit foras.

Extrudit pater filium. Terent. in Hecyra, 1.2.98, Ad hos redibat lege hæreditas: eò amantẽ inuitum Pamphilum extrudit pater. Donatus, Hic translatione vsus est Terentius, vt ostenderet tantum importunitatis verbis senis fuisse, quantum impulsio manuum efficere potuisset. Extrudit, verbum necessitatis. Plaut. in Merc. 19.42, Vnicus mihi Dorippa est gnatus, scis. Ð. scio. P. hunc pater olim à se extrusit Rhodum.

EXTRVO extruis, extruxi, extructum, extruere, AEdificare.

Extruere mensas: Mettre la nape. Charger la table de viandes, bailler a banqueter. Plautus in Menæhmis, 3. 25, Ita est adolescens ipsus escæ maximæ: cereales cœnas dat, ita mensas extruit, tantas struices concinnat patinarias. Cicero de senectute, 40, At caret epulis, extructisque mensis, & frequentibus poculis. Les vieilles gens ne font, ne ne han-

tent banquets.

EXTVNDO extundis, extudi, extuſum, extundére: Auoir a toute force. Plautus in Moſtell. 4.64, Eodem animum oportet nunc mihi eſſe gratum vt impetraui, atque olim, priuſquam id extudi, cum illi ſublandiebar.

Extundere artes: Trouuer, Inuenter quelque art par force de beſongner. Virg. lib. 1. georg. Vt varias meditando extunderet artes.

Extundere ignem. Virg. Pars extudit ignem Abſtruſum in venis ſilicis.

EXTVRBO exturbas, exturbare, E loco deijcere, Chaſſer, reietter, poulſer aucun de ſa place.

Exturbare ædibus aliquem. Plautus in Trinummo, 11.56, Operito denuo, ſicut præcepi, ſed clanculum: cunctos exturba ædibus. Columella lib. 9, Et in tranquillo conſiſtens piſcis, ſedibus ſuis non exturbatur.

Exturbari penatibus, Eſtre chaſſé hors de ſa maiſon. Plinius in Paneg. 56, Expellere penatibus geſtiunt, ſuis exturbentur.

Exturbare aliquem foras. Plaut. in Trinummo, 14.74, Is habitatum huc commigrauit, nóſque exturbauit foras.

Exturbare ex ædibus. Plaut. in Trinummo, 4.74, Eum exturbaſti ex ædibus?

Exturbare ex animo ægritudinẽ. Plaut. in Curc. 5.9, Auſcultes mihi, atque iſtam exturbes ex animo ægritudinem. Iette hors ceſte triſteſſe.

Exturbare alicui oculos, Oſter les yeulx a aucun. Plaut. in Pœnulo, 4.160, Non ego homo trioboli ſum, niſi ego illi maſtigiæ exturbo oculos atque dentes.

EXVBERO exuberas, exuberare, Dabondance ſen aller, ou ſeſcouler par deſſus. Plinius in Paneg. 47, Nónne cernere datur vt ſine vllius iniuria omnis vſibus noſtris annus exuberet?

Exuberare, Eſtre en abondance. Columella in præfat. In Aſia, Myſiáque denſa & glutinoſa terra maxime exuberat. Virg. Pomíſque exuberat arbor.

EXVDO exudas, exudare, Emittere: Mettre hors. Plin. Eſt autem trium generum, vnũ arbor ipſa exudat humi, modo alterum manat in plaga. Virg. Atque exudat inutilis humor. Exudat pro exudatur, dixit Virgilius, actiuum pro paſſiuo.

EXVERRAE, inquit Feſtus, ſunt purgationes quædam domus: Les ballieures de la maiſon: Ex quibus mortuus ad ſepulturam ferendus eſt, quæ fit per euerriatorem, certo genere ſcoparũ adhibito. Ab extra autem verrendo dicuntur.

EXVERTO exuertis, exuerti, exuerſum, exuertere, Præuenire, præoccupare. Plau. in Pœnulo, 14.52, I in malam rem. M. I tu, atque herus tuus. S. verum enim qui bene eum norit, cito homo exuerti poteſt.

EXVGO exugis, exuxi, exuctũ, exugere, Tirer hors en ſuceant. Plaut. in Rud. 23.69, Ego iã te hic itidem quaſi penicillus nouus ſolet exugere, ni hunc amittis exugebo quicquid humoris tibi eſt. Idem in Pœnulo, 8.37, Iam nunc ego illi egredienti ſanguinem exugam procul.

Idem in Epidico, 5.5, Iam ego me vortam in hirudinem, atque horum exugebo ſanguinem.

EXVLCERO exulceras, exulcerare, Vlcus dilaniare, Entemmer, deſchirer, creuer, ou percer apoſtume, & telles autres choſes. Columella lib. 8, Ferè autem per æſtatem ſic muſcis aures canum exulcerantur, ſæpe vt amittant.

Exulcerare, per tranſlationem ſignificat exaſperare, exacerbare. Cicero, Ita mihi animum exulcerauit. Plin. epiſt. 186, Sed quid dolorẽ tuum exulcero? Idem, epiſt. 12.a, Deceſſit Corelius Rufus, & quidem ſponte, quod dolorem meũ exulcerat. Cic. pro Deiotaro, Ore putabant vt in exulcerato animo facile fictum crimen inſideret.

EXVL exulis, communis generis, Celuy ou celle qui eſt banni: Ab exilio exilis. Feſtus, Exules dicuntur loco patriæ ſuæ pulſi. Cicero pro domo ſua, Hanc tu etiam pernicioſa peſtis exulem appellare auſus es? cum tantis ſceleribus eſſes, & factis notatus, vt omnem locũ quò adiſſes, exilij ſimilimum redderes? Quid eſt enim exul? Ipſum per ſe nomen calamitatis, non turpitudinis. Quando igitur eſt turpe? Re vera quando eſt pœna peccati, opinione autem hominum ſi eſt pœna damnati. Vtrum igitur peccato meo, exulis nomen ſubeo, an re iudicata?

Exilium exilij, Le lieu ou ſont enuoiés les bãnis en exil. Ou le banniſſemẽt meſme. Cicero Tuſc. lib. v, Exilium credo quod in maximis malis ducitur. Et paulò pòſt, Iam verò exilium ſi rerũ naturã, non ignominiam nominis quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt? Idem in paradoxis, Neſcis exilium, ſcelerum eſſe pœnam.

EXVLO exulas, exulare, Eſtre banni, & chaſſé hors de ſon pais.

Exulare à patria ſua. Plaut. in Moſtell. 8.71, An id mauis vt abeat foras vrbē, exulétque à patria ſua cauſa tui?

Exulare domo. Terent. in Eunucho, 3.5.61, Vbi mutem? perij: nam domo exulo.

Exulat auaritia ex vrbe. Plaut. in Perſa, 16.89, Pulchre munitū arbitror, perfidia & peculatus ex vrbe, & auaritia ſi exulant.

Exulatum abijt res patris. Plautus in Mercatore, 3.43, Amare valide cœpi hic meretricem: illico res exulatū ad illam iā abibat patris. La ſen alloit tout le bien de mon pere, & ſe perdoit.

EXVLTO exultas, exultare, Ab ex & ſalio: Geſtu corporis lætitiam exhibere: Seſiouyr & ſauteler de ioye. Cic. lib. de rep. Eſt igitur quiddam turbulentum in hominibus ſingulis, quod vel exultat voluptate, vel moleſtia frangitur.

Exultare, cum iactantia gloriari. Cic. de ſenect. Hannibalem iuueniliter exultantem, patientia ſua molliebat.

Exultare, Geſtu vel dicto iniuriam facere. Virg. Exultantiáque haurit Corda pauor.

Exultare, Sæuire. Cic. lib. 4. de rep. Quæ ſanguine alitur, quæ omni crudelitate ſic exultat, vt vix hominum acerbis funeribus ſatietur.

Exultare: Extra ſaltare, Saulter hors. Virg. Exultántque vada, atque æſtu miſcentur arenæ.

Exultātius, aduerbium. Plin. epiſt. 62.c, Cōfido in hoc genere materiæ, lætioris ſtyli conſtare rationē, cum ea potius quæ preſſius & aſtrictius, quàm illa quæ hilarius & quaſi exultantius ſcripſi poſſint videri accerſita & inducta.

EXVNGO exungis, exunxi, exunctum, exungere, Oindre. Plautus in Rudente, 14. 22, An te pœnitet in mari quod delaui, ne hic in terra quoque eluam? s. eluas tu, an exungare ſiccus.

EXVNGVLO exungulas, exungulare: Oſter les ongles. Plaut. in Trucul. 6.52, Quæ nunc duo ſciam. exportantur peſſimum. hem, tuos exungula, male viuitis.

EXVO exuis, exui, exutum, exuere, Diſſuere, diſſoluere, Deſlier, deſcoudre. Virg. Extulit exutas tendens ad ſydera palmas.

Exuere ſe paterno agro: Se deſpouiller des terres de ſon pere, les vendre, ſen deffaire. Liuius lib. 1, Primo ſe agro paterno, auitóque exuiſſe, deinde fortunis alijs. Suet. de claris grammaticis, 11, Eóque facilius licentia Syllani temporis exutum patrimonio.

Exuere aliquem regno: Luy oſter ſon royaume, & len priuer. Plin. de viris illuſt. 6, Pòſt ab Anci liberis immiſſis percuſſoribus, per dolum regno exutus eſt, & interfectus. Ibidem, 51, Regem Philippum prælio fudit, caſtris exuit.

Exuere gratiam nouitatis. Plinius epiſt. 2.b, Libelli quos emiſimus, dicuntur in manibus eſſe, quāuis iam gratiā nouitatis exuerint. Ia ſoit quils ne ſoient plus nouueaux, Quils ayent perdu la grace de nouueauté.

Exuere enſem humero, Tirer ſon eſpee de ſon coſté. Virg. lib. 9, Sic ait illachrymās, humero ſimul exuit enſem.

Exuere oſſa, Les deſcouurir. Virg. Magna oſſa, lacertóſque exuit.

Exuere humanitatem. Cic. pro Ligario, Nónne humanitatem omnem exuiſſes?

Exuere mentem: Sappaiſer, oſter ſon courage. Virgilius libro 4, Et ſi quis precibus locus, exue mentem.

Exuere ſe. Id eſt, Liberare. Lucilius lib. 29, Vnde domum vix redeat, vixque hoc exuat ſe.

EXVPERO exuperas, exuperare, Paſſer oultre, Surmonter. Plautus in Milite, 18. 22, Metuo ne prædicatio tua nunc meam formā exuperet. Que ie ne ſoie point ſi beau que tu dis. Terētius in Heaut. 5.1.5, Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex &c. in illum nil poteſt: nam exuperat eius ſtultitia hæc omnia.

Exuperare anima. Cic. poſt reditum in ſenatu, Quapropter memoriā beneficij veſtri colā beneuolentia ſempiterna non ſolum dum anima exuperabo mea, ſed etiam cum mortuo monimenta veſtri in me beneficij permanebunt. Non ſeulement tant que ie ſuruiuray.

EXVRDO exurdas, exurdare, Cuius paſſiuum poſuit Valerius Maximus lib. 2, Græcis actionibus aures curiæ exurdantur. Id eſt, obtunduntur. Les oreilles en ſont eſlourdies, & deuiennent ſourdes.

EXVRGO exurgis, exurrexi, exurrectū, exurgere, E loco ſurgere: Se leuer dune place. Plaut. in Moſtellaria, 15.28, Quæſo exurge, pater aduenit. Cic. Exurgite omnes, atque excitatū &c.

Idem in Epid. 15.2, Lumbos extollite, atque exurgite.

Exurgere à genibus: Se leuer de deſſus ſes genoulx, ſe deſagenouiller. Plaut. in Rud. 7.15, Manus mihi date, atque exurgite ambæ à genibus.

Exurgere de nocte impigre. Plaut. in Rud. 22.8, Nam vt de nocte multa impigréque exurrexi, lucrum præpoſui ſopori & quieti. Apres que ie me ſuis leué de bon matin &c.

Exurgere foras. Plautus in Milite, 4.3, Qui autẽ auſcultare nollet, exurgat foras, Quil ſe lieue, & ſen aille hors.

EXVVIAE exuuiarum, f.g. pluralis tantũ numeri, Deſpouilles, butin, ce que on oſte aux ennemis. Plaut. in Epid. 2.36, Id modo vidẽdum vt materies ſuppetat ſcutarijs, ſi in ſingulis ſtipendijs ad hoſtes exuuias dabit.

Exuuiæ, dictæ ab exuendo vt inquit Feſtus.

Exuuiæ non ſolum (inquit Nonius) hominum tegmina aut veſtes dicuntur, ſed etiam animalium quorumlibet, vt exuuiæ bubulæ, Le cuyr ou la peau dung beuf. Plautus in Moſtellaria, 12.23, Hanc rem die craſtini cum herus reſciuerit, mane caſtigabit eos exuuijs bubulis. Il leur donnera du fouet. Exuuiæ ſerpentis. Virgilius georg. lib. 2, Compoſitis nouus exuuijs nitidúſque iuuenta Voluitur. Exuuiæ pecudum. Actius Bacchis, Tunc pecudum exuuias leuo pictas lateri accommodans.

F

FABA fabæ, f.g. Vne feue. Terent. in Eunucho, 2.3.89, At enim iſthæc in me cudetur faba.

Fabula fabulæ, Petite feue. Plautus in Sticho, Pro opibus noſtris ſatis commodule, nucibus, fabulis, ficulis, &c.

Fabarius fabaria fabariũ, quod ad fabã pertinet. vt inſulæ fabariæ. Plin. lib. 4. cap. 13, Inde inſulæ Rom. armis cognitæ. Earum nobiliſſimæ Burchana, Fabaria à noſtris dicta, à frugis ſimilitudine ſponte prouenientis.

Fabariæ calendæ, Iuniæ dicebantur, quia hoc menſe adultæ fabæ diuinis rebus adhibebantur.

Fabalis & hoc fabale. Plin. Sed maior pars malũt fabalia maturæ ſationis, quàm trimeſtrem fructum eius. Columella lib. 2, Veteres ruſticos plerunque dicentes audio male ſe matura fabalia, quàm fructum trimeſtrem.

FABARIA fabariæ, Genus libi à veteribus dicebatur. Plin. Quin & priſco ritu fabaria ſuæ religionis dijs in ſacro eſt.

FABER fabri, A faciendo nomen eſt, id ſignificans quod adiectiuum ei adiunctũ. nã eſt omnis artifex qui labore corporis aliquod artificium facit. Vt faber lignarius, Vng charpẽtier &c.

Faber, Vng ouurier, qui faict quelque choſe que ce ſoit. Plaut. in Moſtell. 3. 21, Venit imber, lauat parietes, perpluũt tigna, putrefacitque operam fabri: nequior iam factus eſt vſus ædium, atque haud fabri culpa. Ce neſt point la faulte du charpentier. Idem in Moſtell. 8.91, Tace ſis faber, qui cudere ſoles plumbeos nummos. Tais toy forgeur.

Faber ferrarius, Vng forgeron, ou marichault. Plautus in Rud. 13.47, Vt fortunati ſunt fabri ferrarij, qui apud carbones aſſident, ſemper calent.

Fabre aduerbium, Artificioſe, Ingenieuſement, artificieuſemẽt. Plaut. in Pœnulo, 7.74, Ecce opportune egrediuntur Milphio vnà & villicus, baſilice exornatus incedit, & fabre ad fallaciam. Idem, Vt apologum facit, quàm fabre. Idem in Menæh. 4.21, Hoc facinus pulchrum eſt, hoc probum eſt, hoc lepidum eſt, hoc factum eſt fabre.

Fabrefacio fabrefacis, fabrefacere, Artificioſe cõponere vel ædificare. Plaut. in Caſina, 21.7, Nec fallaciam aſtutiorem vllus fecit poeta, atque vt hæc eſt fabrefacta à nobis. Plinius de viris illuſtribus, 38, Cum videret eos multum mari poſſe, claſſem magis validam quàm decoram fabrefecit. Plaut. in Rudente, 30.13, Hoc volo hic ante oſtium abſtergere: nam ho quidẽ pol è rubigine, non è ferro fabrefactum eſt.

Fabrico fabricas, fabricare, Forger, ouurer, faire quelque choſe. Ouidius lib. XIII, Metamorph. Crateræ æneæ, quem iam fabricauerat Alcon.

Fabricor fabricaris, deponens. Idem. Cic. lib. 3. de Orat. Capitolij faſtigium illud & cæterarum

ædium, non venuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt.

Fabricari, etiã ad animũ refertur. Curtius, Multa interea fabricatus ingenio, quomodo auertere inde hoſtem poſſet.

Fabrica fabricæ, f.g. Vne forge, ou ouuroir de charpentier ou autre.

Fabrica, Vne machination, ou fineſſe & trõperie controuuee. Plaut. in Pœn. 16.135, Nũc hoc cõſilium capio, & hanc fabricã apparo, vt te allegemus qui filias dicas tuas. Idem in Ciſtell. 6.5, Quot illi blanditias, quid promiſi boni, quot admoui fabricas, & quot fallacias in quæſtione, vix exculpſi vt diceret. Terentius in Heaut. 3.2.34, Nónne ad ſenem aliquam fabricam fingit?

Fabrilis & hoc fabrile, Quod eſt fabri, ſiue ad fabrum pertinet. Vt opus fabrile. Horat. Quod medicorum eſt, promittunt medici: tractant fabrilia fabri.

FABVLA, fabulæ, f.g. Fable, menſonge, ou vne farce. Cic. de natura deorum, Iã verò quid vos illa delectat explicatio fabularum, & enodatio nominum, exectum à Cælio filium, vinctũ, itidem à filio Saturnum? Terent. in prologo Eunuchi, 33, Sed eas fabulas factas prius latinas ſciſſe ſeſe, id verò pernegat. Idem in prologo Andriæ, 3, Id ſibi negotij credidit ſolum dari, populo vt placerent quas feciſſet fabulas.

Fabulæ. Ce ſont menteries, menſonges & bourdes tout ce que tu dis. Terent. in Heaut. 2.3.95, Si tibi narrem quamobrem id faciam, vera cauſſa eſt. CL. fabulæ. nihil ſatis firmi video, quãobrem accipere hunc mihi expediat metum. Idem in And. 1.3.19, Is obijt mortem: ibi tũ hanc eiectam, Chryſidis patrem recepiſſe orbam, paruam. fabulæ: mihi quidem hercle nõ fit veriſimile: atque ipſis commentum placet.

Fabula, res paſſim diuulgata, etiã ſi vera ſit, à fando dicta. Iuuenalis, It noua nec triſtis per cũctas fabula cœnas. Terent. in Hecyra, 4.3.14, Odioſa hæc eſt ætas adoleſcẽtulis: è medio æquum eſt excedere: poſtremo iam nos fabulæ ſumus, Pamphile, ſenex atque anus. Perſius, Mutato nomine de te Fabula narratur, toto notiſſima cælo Fabula.

Fabella diminutiuum. Cic. pro Cælio, Verum hæc tota vetus, & plurimarum fabellarũ poetria.

Fabulor fabularis, fabulari, loqui, Parler, diuiſer. Plaut. in Captiuis, 11.3, Quid fabulabor, quid negabo, aut quid fatebor? dem in Sticho, 10.11, Aduorſum te fabulare illud quidem. Tu parle contre toy. Idem in Ciſtellaria, 10.54, Hæc noſtram rem fabulatur, hãc ſcire oportet filia tua vbi ſit. Ceſte la parle de noſtre affaire. Idem in Pſeudolo, 5.28, Mortuo verba fabulare nunc, ſatis ſtultus es, rem actam agis. Autant ſeroit ſi tu parlois a vng mort, tu pers ta peine. Idem in Mercatore, 7.24, Quid illud quod ſolus ſecum fabulatur filius? Idem in Epidico, 3.44, Facile tu iſthuc ſine periculo & cura, corde libero fabulare Ioui. Idem in Amphitruone, 4.47, Tamen ſimulabo, atque audita eloquar. ſed quomodo, & verbis quibus me deceat fabularier, prius ipſe mecum etiam volo hic meditari. Ibidem, 4.146, Clara vorſum fabulabor.

Fabulari, Iaſer. Plaut. in Truculento, 4.75, Non didici fabulare. D. non iſthæc mea benignitas docuit te fabulari.

Fabulari falſa. Plaut. in Epid. 13.38, Non habeo vllam occaſionem vt apud te falſa fabuler.

Fabulo fabulas, actiue. Plautus in Milite, 8.32, Mala es. PH. imò ecaſtor ſtulta multũ, quæ vobiſcum fabulem.

Fabulandi ſermones. Plaut. in Pœnulo, 2.34, Canora hic voce ſua tinnire temperent, domũ ſermones fabulandi conferant. Quelles quaquettent en la maiſon.

Fabulator fabulatoris, Id eſt colloquutor, Qui diuiſe & parle auec vng autre. Vng quaqueteur. Suet. in Octauio Auguſto, capite 78, Si interruptum ſomnum recuperare vt euenit nõ poſſet, lectoribus aut fabulatoribus accerſitis reſumebat: producebátque vltra primam ſæpe lucem.

Fabularis & hoc fabulare. Vt hiſtoria fabularis, Vne hiſtoire pleine de fable, qui neſt que fable. Suetonius in Tyberio Cæſare, cap. 70, Maxime tamen curauit hiſtoriæ fabularis notitiã vſque ad ineptias atque deriſum.

FACETVS faceta facetum, A fando deduci videtur, & is dicitur qui verbis facit quod vult: Qui recree les autres de parolles, Vng plaiſanteur, Qui dit mots pour rire. Plautus in Milite, 10.47, Cauillator facetus, vel cõmodus conuiua item ero. Ibidem, 21.8, Vir lepidiſſime, cumulate commoditate præter cæteros, duo dij quem curant. PY. qui duo? PY. Mars & Venus. PY. facetum puerum.

Facetiæ facetiarum, f.g. Deliciæ quædam ſermonis & dicta vrbana ſine ſcurrilitate, quæ etiam

in factis intelligi poſſunt. Parolles recreatiues & ioyeuſes, dictes pour rire & eſiouyr. Plaut. in Milite, 20.12, Nam tu quemuis potis es facere vt fluat facetijs. Plin. epiſt. 99.b, Exime hunc illi, exime hũc mihi ſcrupulũ, ſine me ſuauitate eius, ſine leporibus perfrui: in ſumma, noſti facetias hominis, quas velim attendas, ne in bilem & amaritudinẽ vertat iniuria. Catullus, Eſt enim lepôrum diſertus pater & facetiarum.

Facete, aduerbium. Plaut. in Aſin. 11.35, Vt aſſimulabat Sauriam me eſſe, quàm facete. C'eſt bien pour rire, de ce qui faignoit que ieſtoie Saurias. Idem in Capt. 4.73, Quia mihi eſt natalis dies propterea te vocari ad cœnã volo. E. facete dictũ. Tu te mocque, C'eſt pour rire que tu dis cela, Tu te raille, tu te gaudis. Terẽtius in Eunucho, 2.2.57, Etiam tu hic ſtas Parmeno? eho numnam tu hic relictus cuſtos, ne quis forte internuntius clàm à milite ad iſtam curſitet? P. facete dictum. Plaut. in Menæhmis, 4.20, Sic decet dari facete verba, cuſtodi cate. Cicero in Verrem, act. VI, Nunquam tantum mali eſt Siculis quin aliquid facete & commode dicant. Quils ne dient touſiours quelque choſe pour rire. Cicero pro Aulo Cluentio, Deinde vt intelligere poſſet Brutus quem hominem, & non ſolum qua eloquentia, verumetiam quo lepôre, & quibus facetijs præditum laceſſiſſet.

FACIO facis, feci, factum, facere, Faire. Terent. in And. 1.1.28, Quod plerique omnes faciũt adoleſcentuli. Idem in Phormione, 2.3.11, Vide auaritia quid facit.

Facit hoc argentum. Plaut. in Trinummo, 13.13, Vt ille me exornauit, ita ſum ornatus: facit hoc argentum. Largent en eſt cauſe. Plin. in Paneg. 104, Facias iſta ſemper. Terentius in And. 1.1.116, Si illũ obiurges vitæ qui auxilium tulit, quid facias illi qui dederit damnũ aut malum? Que debuerois tu donques faire &c.

Quid feciſti ſcipionẽ? Pro, quid feciſti de ſcipione? Plaut. in Caſina, 25.6, Quid agis tu marite mi vir? vnde ornatu hoc aduenis? quid feciſti ſcipionem, aut quod habuiſti pallium?

Facere pro ſacrificare. Plautus in Aulularia, 18.15, Si reperero, ô Fides, mulſi congialem plenã faciam tibi fideliam. Virg. in Buco. Cum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito.

Factum. Reſponſio, Il eſt ainſi, Ouy. Terentius in Eunucho, 4.4.41, Chæreáne tuam veſtem detraxit tibi? DO. factum. PH. & ea eſt indutus? DO. factũ. Ibidem, 5.2.12, Dic mihi, au fugiſtine? C. hera, factum.

Facere abortũ, Auorter. Plin. epiſt. 163, Quo magis cupis ex nobis pronepotes videre, hoc triſtior audies, neptem tuam abortum feciſſe, dum ſe prægnantem eſſe puellariter neſcit.

Facere acrorem: Aigrir. Columella lib 4, Quæ res mox acrorem facit.

Facite adſitis domi. Tenés vous en la maiſon. Terent. in Eunucho, 3.2.53, Curate iſtam diligenter virginem, domi adſitis facite.

Facere aduerſus edictũ. Terent. in Heaut. 4.1.11, Primũ hoc te oro, nequid credas me aduerſus edictum tuum facere eſſe auſam. Plau. in Pſeud. 4.74, Suus amor cogit ſimul, ſimul autem prohibet, facient aduerſum eos qui peruolunt?

Facere adiutorium in aliquam rem, Aider a quelque choſe faire. Suetonius de claris grammaticis, 10, In eam rẽ adiutorium ei fecit maxime quidam Atteius prætextatus, nobilis grammaticus Latinus.

Facere æs alienum: Sendebter. Liuius, Egeſtate coacti, dicuntur æs alienum feciſſe.

Facere ægre alicui, Faire deſpit a aucun. Terent. in Eunucho, 4.1.10, Miles verò ſibi putare adductum ante oculos æmulum: voluit facere contrà huic ægre.

Facere æqui boni. Terent. in Heaut. 4.5.40, Cæterum equidem iſthuc Chreme æqui bonique facio. Vide AEQVI BONI FACERE.

Factus ad vnguem: Il eſt faict comme de cire, Il eſt fort bien faict. Horatius, Fonteius ad vnguẽ Factus homo.

Facere agrum honeſtiorem. Columella lib. 1, Ea quæ faciunt honeſtiorem agrum.

Facere aliter. Plaut. in Sticho, 2.29, Atque aliter nos faciant, quàm vxores ſuas æquũ eſt viros.

Facere alienationem. Cic. de amicitia, 65, Diſſuendæ magis, quàm diſcindendæ ſunt amicitiæ, niſi quædam admodum intolerabilis iniuria exarſerit, vt neque rectum, neque honeſtum ſit, neque fieri poſſit, vt non ſtatim alienatio, diſſunctióque facienda ſit.

Facere amice. Cic. de amicitia, 8, Tu autem Fanni, qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnoſco, nec poſtulo, facis amice: ſed, vt mihi videris, non recte.

Facere argentariam. Plinius de viris illuſt. 72, Idem primo dubitauit, honores peteret, an argentariam faceret. Cic. in Verrem, Quam ille argentariã Leptæ feciſſe dicit. Vide ARGENTARIAM FACERE.

Facere artem ludicram. Plaut. in Aulul. 19.3, Continuo meum cor cœpit artem facere ludicrã. Mon cueur commencea a ſauteler.

Facere aſcenſionem ad. Monter. Plaut. in Rud. 15.7, Mirum atque inſcitum ſomniaui ſomniũ: ad hirundinium nidum viſa eſt ſimia aſcenſionem vt faceret, admolirier.

Facere aſſulas foribus: Rompre les portes en pieces. Plaut. in Merc. 4.20, At etiam aſſiſto? at etiã ceſſo foribus facere his aſſulas?

Facere auctionem. Plau. in Epid. 5.51, Vocant Laconicum: hæc vocabula auctiones ſubigunt vt faciant viri. Cic. in Philipp. Vt feliciter vir auctionem faciebat. Vide AVCTIONEM FACERE.

Facere aucupium auribus: Eſcouter. Plaut. in Milite, 13.43, AEdepol equidẽ bellula eſt. PA. pithecium hæc eſt præ illa, & ſpinthurnicium. viden' tu illam oculis mature facere, atque aucupium facere auribus?

Facere ſibi audientiam: Se faire ouyr. Cic. de ſenect. 25, Facitque perſæpe ipſa ſibi audientiam diſerti ſenis compta oratio & mitis.

Facere augurium. Plaut. in Sticho, 8.10, Item me ſpero facturum augurium.

Facere authoritatem. Cicero pro lege Manilia, De quo homines vos, id quod maxime facit authoritatem, tanta & tam præclara indicia feciſtis. Laquelle choſe luy baille grande authorité & probation.

Facere auritum populum. Plaut. in Aſin. 1.4, Face iam nunc præco omnem auritum populum. Fais taire le peuple & quil eſcoute.

Facere animum bonum alicui. Plin. epiſt. 150, Licet tu mihi bonum animum facias, qui libellos meos de vltione Heluidij orationi Demoſthenis κατὰ μειδίου confers. Ia ſoit que tu me donnes bon courage.

Facere ſe bardum. Plaut. in Epidico, 9.37, Ego illic me autem aſſimulabam quaſi ſtolidum, cum bardum me faciebam.

Facere bellum: Faire guerre. Cic. pro M. Fonteio, Ita vero ſi illi bellum facere conabuntur, excitandus nobis erit ab inferis C. Marius.

Facere bene. Plaut. in Moſtell. 10.29, Bene, bonique arbitror te facere. Ie pẽſe que tu fais bien:

Facere ſibi bene. Plaut. in Aſin. 17.4, Nec quiſquam eſt tam ingenio duro, nec tam firmo pectore, quin vbi quicquam occaſionis ſit, ſibi faciat bene. Quil ne prenne du bon temps.

Facere benigne. Plaut. in Pœnulo, 8.12, Et bene & benigne facitis, cum hero amanti meo operã datis. Cic. pro Planco, Doceo gratioſum etiam tribubus Planciũ, quòd multis benigne fecerit, pro multis ſpoponderit.

Facere bona alicui. Plau. in Pœnulo, 18.44, Multa bona vobis facere vult. AD. Bonus bonis benefeceris. Terent. in Heaut. 4.5.15, Faciam boni tibi aliquid pro iſtâ re, ac lubens.

Facere boues conuiuas. Plaut. in Pſeud. 13.23, Boues qui conuiuas faciunt, herbáſque aggerunt: eas herbas alijs herbis porrò condiunt.

Facere cadauer: Tuer. Apuleius lib. 8, Cadauer quod ipſe fecerat, auide complexus eſt.

Facere cædem: Idem. Cic. pro T. Annio Milone, Obuiam fit ei Claudius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimẽtis, nullis Græcis comitibus, vt ſolebat, ſine vxore: quod nunquam fere cum hic inſidiator qui iter illud ad cædem faciendam apparaſſet, cum vxore veheretur in rheda penulatus. Ibidem, Potuitne Fabritio viro optimo cum de reditu meo legem ferret, pulſo, crudeliſſima in foro cæde facta? Idem pro P. Sextio, Cædem maximam facias. Idem in Catilinam, Cædémque infinitam faceret.

Facere carnificinam: Eſtre bourreau. Plaut. in Captiuis, 4.29, Sed ſi vllo pacto ille huc conciliari poteſt, vel carnificinam hunc facere poſſum perpeti.

Facere caſtra: Caſtrametari. Cicero Catoni, In Lycaonia caſtra apud Iconiũ faceret. Et ſubdit, Apud oppidum caſtra fecit. Cn. Pompeius L. Domitio, Neque caſtra propter anni tẽpus & militum animos facere poſſum. Cæſar in comment. Caſtra facere inſtituit. Hircius in comment. Ad aquam fecit caſtra. Ibidem, Loco excelſo fecit caſtra. Ibidem, Ibi caſtra ducentenarum legionum fecit.

Facere ſe celerem, Se haſter. Plau. in Trinummo, 14.1, Staſime fac te propere celerem, recipe te ad dominum domum.

Facere certiorem, Faire aſſauoir. Plautus in Curculione, 14.32, Per tua genua te obſecro, vt nos facias certiores. Idem in Aulularia, 7.67, Sed vbi hic eſt homo? abijt: neque me certiorem fecit, faſtidit mei. Terentius in Phormione, 4.3.69, Quantum potes, me certiorem

inquit face. Cic. lib. 1. epiſt. Velim facias eos per literas certiores. Plaut. in Caſina, 8. 1, Face me certiorem quid meus vir me velit.

Facere certum. Idem. Plaut. in Pſeud. 3. 16, Fac me certum quid tibi ſit, iuuabo aut re, aut opera, aut conſilio bono. Ibidem, 9. 5, Nimis velim, qui certum mihi faciat Ballion hic leno vbi habitat. Virg. Anchiſen facio certum, rémque ordine promo.

Facere chlamydem vndãtem, Se braguer, & ietter ſa robbe de coſté & dautre. Plaut. in Epidico, 9. 52, Sed hic quis eſt, quem huc aduenientem conſpicor, ſuam qui vndãtem chlamydem quaſſando facit?

Facere alicui cœnam. Plaut. in Mercat. 11. 17, Scio pol te amare, cum iſthæc præmonſtres mihi. L. quid ſi igitur cœnam faciam? Que dirois tu ſi ie appreſtois le banquet? Plin. epiſt. 123, Vt enim ſi cœnam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutóſque miſcerem: &c.

Facere confidentem: Aſſeurer aucun. Plaut. in Merc. 22. 14, Cupido quantus es: nã quemuis cõfidentem facile tuis factis facis: eundem ex confidente actûtum diffidentem denuo.

Facere cõfidẽter: Eſtre aſſeuré. Plau. in Milite, 8. 53, Neque eques neque pedes præfectus quiſquã tanta audacia eſt, qui æque faciat confidenter quàm mulieres faciunt. Qui ſoient ſi aſſeurés.

Facere cõpendium: Abbreger. Plaut. in Rud. 4. 90, Si ad ſaxum quod capeſſit, ea deorſum cadit, errationis fecerit cõpendiũ. Il ſe fouruoira moins. Idem in Stícho, 4. 40, Hæc verba ſubigunt nũc me, vt mores barbaros diſcam, atque vt faciam præconis compendium. itaque auctionem prædícem ipſe. Que ie ſauue ou reſpargne ce quil fauldroit a vng crieur.

Facere cõpendi operam. Plaut. in Pſeud. 20. 34, Quiſquis es adoleſcens, operam fac compendi quærere. H. quid iã? B. quia tu ipſus coràm præſentem præſens vídes. Abbrege ta peine de le chercher. Idem in Pœnulo, 4. 129, Si ſapias, curam hanc facere compendi potes.

Facere compotem votorum: Bailler les deſyrs a aucun. Plín. in Paneg. 131, Annuas Cæſar optãtibus, quibúſque apud deos eſſe conſueuiſti, quorum potens es, votorum compotes facias. Idem epiſt. 221, Rogo ergo domine, vt me exoptatiſſimæ mihi gratulationis compotem facias, & honeſtis (vt ſpero) affectibus meis præſtes, vt non in me tantum, verum & in amico gloriarí iudicijs tuis poſſim.

Facere coniecturam. Vide CONIECTVRAM FACERE.

Facere cõiecturã de. Plaut. in Menæh. 14. 52, Ecquid tu de odore poſſis, ſi quid forte olfeceris, facere coniecturã? Idem in Caſina, 5. 10, Ego hanc de me coniecturam domi facio, magis quàm ex auditis: qui poſtquam amo Caſinã, magis initio munditijs initianti deo. Terẽt. in Heaut. 3. 3. 13, Ego de me facio coniecturam, nemo eſt meorũ amicorum hodie apud quem expromere omnia mea occulta Clitípho audeam. Ie le ſcay bien par moymeſme. Plinius in Paneg. 33, Sciant, tantum conſtat, propoſitíſque duobus exemplis meminerint perinde cõiecturam de moribus ſuis homines eſſe facturos, prout hoc vel illud elegerint.

Facere cõiecturã ex. Terent. in Heaut. 2. 3. 25, Nam & vita eſt eadem, & animus te erga ídem ac fuit, quantũ ex ipſa re coniecturã fecimus. Autant que auõs peu apperceuoir par la choſe.

Facio coniecturam ex his, quàm. Plin. epiſt. 92, Poſſis ex hoc facere coniecturam quàm ſit emẽdatus adoleſcens.

Facere coniecturam ex de. Cic. in Verrem, Ex quibus coniecturam facere de omnibus poſſitis. Ibidem, Verùm vt ex vno de cæteris coniecturam facere poſſitis.

Facere ſecum coniecturam. Plaut. in Rud. 18. 63, Cum coniecturam egomet mecũ facio, hæc illa eſt ſimia, quæ has hirundines eripere vult ex nido. Selon que ie me peulx penſer, & diuiner en moymeſme. Comme ie puis iuger.

Facere coniecturam, Diuiner vng ſonge. Plaut. in Curc. 5. 31, Hoc reſpõde quod rogo: potín' coniecturam facere, ſi narrem tibi hac noctu quod ego ſomniaui dormiens?

Facere conſcium. Plaut. in Truc. 3. 28, Neque parentes neque cognati ſentiant: quos quum cælamus, ſic facimus conſcios qui noſtræ ætati tempeſtiue temperant.

Facere conſilio alterius, Suyure le conſeil daucun. Plaut. in Rud. 23. 22, Tuo conſilio faciã: nũc aduerte animum.

Facere contumeliam: Faire iniure. Plaut. in Aſin. 9. 83, Ita facito: age, ambula ergo. tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur? Terent. in Phor. 5. 8. 79, An tu, vbi peregre tibi quod libitum fuit, feceris, neque huius ſis veritus fœminæ primariæ, quin tu nouo modo ei faceres contumelias? Cato, In hac contumelia, quæ mihi per huiuſce domi petulantiam factum itur. Cicero Philippica tertia, reprehendit hoc genus loquendi, dicens, Quid eſt porrò facere cõtumeliam? quis ſic loquitur? Et ſubdit, Nónne ſatius eſt mutum eſſe, quàm quod nemo intelligat,

dicere? Præter duos vos loquitur iſto modo nemo.

Facere conuitiũ. Idem. Plaut. in Merc. 5. 11, Male mihi precatur, & facit mihi conuitiũ. Plin. epiſt. 98. lib. v 1, Próinde etiam atque etiam rogo, vt mihi ſemper eadem ſimplicitate, quoties, ceſſare videbor (nõnunquã enim ceſſabo) conuitium facias: quod ego intelligam à ſummo amore proficiſci, & tu non meruiſſe me gaudeas.

Facere copiã argenti alicui, Præſter argent a aucun. Plaut. in Aſin. 15. 20, Vnum hunc diem perpetere, quoniã tibi poteſtatem dedi cum hac annum vt eſſes, atque amanti argenti feci copiam. Ie tay fourni dargent. Ibidem, 3. 61, Nam me hodie orauit Argyrippus filius, vt ſibi amanti facerem argenti copiam.

Facere copiam alicuius. Terentius in Phormione, 1. 2. 63, Obſecrat vt ſibi eius faciat copiam. Quil la luy baille.

Facis tui copiam: Tu te communique a tous. Plin. in Paneg. 39, Ambulas inter nos, non quaſi contingat: & copiam tui, non vt imputes, facis.

Facere copiam alicui eius quod cupiat. Plaut. in Caſina, 10. 14, Vt tibi ego inuentus ſum obſequens, quod maxime cupiebas eius copiam feci tibi. Ie tay faict iouyr de ce que tu deſyrois.

Facere copiam: Bailler congé. Plaut. in Capt. 7. 14, Gratiam habeo tibi, cum copiam iſtam mihi, & poteſtatem facis, vt ego ad parentes hunc remittam nuntium. Idem in Perſa, 15. 72, Tua ego refero gratia, vt tibi recte conciliandi primo facerem copiam.

Factum culpa illius: Ce a eſté par ſa faulte. Terent. in Hecyra, 2. 1. 35, Illius dices culpa factum. s. haud equidem dico, mi Laches.

Facere damnum, Souffrir dommage. Plaut. in Bacchid. 20. 117, Cura, atque abduce me hinc ab hac quantum potes, quam propter tãtum damni feci & flagitij. Idem in Capt. 6. 77, Eſt etiã vbi profecto damnum præſtet facere, quàm lucrum. Idem in Merc. 7. 80, Si quid faciendum eſt damni, facere mauolo, quàm opprobramentum aut flagitium muliebre efferri domo. Ibidem, Non miror ſi quid damni facis, aut flagitij. Cic. in Bruto, Damnũ enim illius immaturo interitu res Romanæ literæque fecerunt. Idem in Verrem, Quid ſi docebo iudices eos qui cccc milia lucrifaciunt, damnum facturos fuiſſe?

Facere de ſententia alicuius: Faire quelque choſe a la veu dung autre, & ſelon ſa fantaſie. Plautus in Bacchid. 20. 123, Neque ego haud committam, vt ſi quid peccatum ſiet, feciſſe dicas de mea ſententia.

Facere de conſilio alterius: Faire ſelon le conſeil dautruy, ſelon que on nous cõſeille. Terentius in Phorm. 3. 1. 17, Vt aiebat de eius conſilio velle ſeſe facere, quod ad hanc rem attinet.

Facere delicias. Plaut. in Pœnulo, 4. 58, Milphio heus Milphio vbi es? M. aſſum apud te eccum. A G. at ego elixum volo. M. enim here facis delicias. A G. de te quidem hæc didici omnia. Tu te iaſe, tu te mocque, tu te ris, tu te gaudis. Idem in Caſina, 11. 14, AEtate cedundus tu homo es, nimias delicias facis. Tu es trop plaiſant, tu fais trop deſbats. Idem in Menæh. 9. 24. Eia, delicias facis mi Menæhme: quin amabo is intró?

Facere delirãtes. Plaut. in Amph. 8. 155, Certum eſt aperire, atque inſpicere. s. vide ſis ſigni quid ſiet, ne poſterius in me culpam tranſferas. AM. aperi modo: nam hæc quidem nos delirãtes facere dictis poſtulat. Elle nous veult faire deuenir fols, ou beſtes.

Feceris dignum factis tuis. Terentius in Phormione, 2. 3. 83, Quin quod eſt ferendum feras: tuis factis dignum feceris.

Facere diſceſſionem: Se departir. Plin. epiſt. 167, i, Quid lex, non aperte docet dirimi debere ſententias occidentis & relegantis, quum ita diſceſſionem fieri iubet?

Facere diuitias ex re aliqua: Senrichir, Gaigner. Plaut. in Perſa, 16. 182, Emam opinor. T. etiam opinor. D. ſummo genere eſſe arbitror. T. diuitias tu ex iſthac facies. D. ita di faxint.

Facere dimidium. Terent. in Adelph. 2. 2. 33, Vide ſi ſatis placet, potius quàm venias in periculum Sannio, ſeruéſne, an perdas totum, dimidium face. Partis, Choiſis.

Facere dolorem. Cic. Attico, Nulla medicina tam facit dolorem, quàm quæ ſanat.

Facito dum. Terent. in Heaut. 3. 2. 39, At heus tu facito dum eadẽ hæc memineris, ſi quid huius ſimile forte aliquando euenerit.

Facere ex animo. Terent. in Adelphis. 1. 1. 47, Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit. Il faict tout de courage.

Facere ex neceſſitate: Faire par cõtrainte. Plin. epiſt. 109. c, Erit fortaſſe, imò nõ dubie, huius propoſiti mei & minor laus & obſcurior fama, cum omnes ex neceſſitate facient, quod ego ſponte faciebam.

Facere excidionem: Deſtruire. Plaut. in Curc. 11. 2, Non ego nunc mediocri incedo iratus iracũdia, ſed eapſe illa, qua excidionem facere condidici oppidi.

Facere exercitum: Aſſembler vne armee. Plin. de viris illuſt. 67, Mox Cinnana dominatione reuocatus, ruptis ergaſtulis exercitum fecit.

Facere ſibimet exilium. Plaut. in Merc. 18. 21, Nunc vt fert Acanthio, ipſe ſibimet faciet exiliũ.

Facere expeditum ex impedito. Plaut. in Epid. 2. 77, Quomodo me expeditum ex impedito faciam? Comment me deſpeſtreray ie?

Faciam exempla in te: Ie feray que tu ſeras exemple aux autres. Plaut. in Moſtellaria, 15. 66, Exẽpla ædepol faciam ego in te.

Fac eſſe: Prens le cas quil ſoit ainſi. Cic. in Philipp. Hominem perditiſſimum, ſed fac ita nõ eſſe, num latine ſcit? Idem in Verrem, Fac ita eſſe, tamen hoc ferendũ nullo modo eſt. Idem de Oratore, Sed fac eſſe, nihil ſupereſt. Idem de natura deorum, Fac eſſe diſtentum cælum.

Fac potuiſſe, Fac velle &c. Cic. in Philipp. Fac potuiſſe: quod eſt aliud beneficium latronum? Idem ſecunda Philipp. Eum tu occideres, fac potuiſſe. Idem Philipp. 13, Facite hoc, meum conſilium legiones nouas non improbare. Idem Attico, Me fac poſſe tuto, multi etiã hortantur, num etiam honeſte? Idem, Nam Liberalibus quis potuit in ſenatum nõ venire? fac id potuiſſe aliquo modo: num etiam cum veniſſemus, libere potuimus ſententiam dicere? Idem in Tuſcul. Fac totum dolere corpus. Ibidem, Sed fac, vt iſti volunt, animos non remanere poſt mortem. Ibidem, Fac animum interire vt corpus. Idem de diuinatione, Fac dare deos quod abſurdum eſt, quid refert ſi accipere non poſſimus?

Facere extraneos. Plin. in Paneg. 61. Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, ſi modo reductus eſſet in patris poteſtatem: ratus improbe & inſolenter, ac penè impie, ijs nominibus inferi publicanum, nec ſine piaculo quodam ſanctiſſimas neceſſitudines velut intercedente viceſima ſcindi: nullum eſſe tanti vectigal, quod liberos ac parentes faceret extraneos.

Facere facile. Plaut. in Pœnul. 18. 46, Iſto pretio tuas nos facile feceris. Idem in Amph. 3. 137, Facile meus pater quod vult facit.

Factu facile. Terent. in Heaut. 4. 3. 26, Bonam atque iuſtam rem oppidò imperas, & factu facilẽ.

Facere facetias. Plaut. in Sticho, 12. 5, Feciſti hercle facetias, cum hoc donauiſti dono tuum ſeruũ Stichum. Tu mas faict rire.

Facere facinus. Plaut. in Curc. 2. 24, Nunquid tu quod te, aut genere indignum ſit tuo facis, aut inceptas facinus facere Phædrome? Idem in Pſeud. 7. 97, Si abſtuleris, mirum & magnũ feceris facinus. Idem in Bacch. Atridæ duo fratres dicuntur feciſſe facinus maximũ. Liuius ab vrbe condita, Qui alienis manibus peſſimum facinus facere.

Facere facultatem. Plin. epiſt. 159. b, Illa memorãda, quòd nomine Pallantis ſenatus (nec expiata poſtea ea iniuria eſt) gratias egit Cæſar, quòd & ipſe cũ ſummo honore mentionẽ eius proſequutus eſſet, & ſenatus facultatem feciſſet teſtandi erga eum beneuolentiam ſuam.

Facere fallaciam. Terent. in And. 1. 3. 7, Me infenſus ſeruat ne quam faciam in nuptijs fallaciã.

Facere familiam vnam. Terent. in Adelph. 5. 8. 4, Ego verò iubeo, & in hac re & alijs omnibus quàm maxime vnam facere nos hanc familiam, colere, adiuuare, adiungere.

Facere ſe facetum. Plaut. in Aſin. 7. 95, Extemplo facio facetum me atque magnificum virum.

Facere ſe ferocem alteri. Plaut. in Curculione. 11. 7, Ne te mihi facias ferocem, haud ſupplicare me cenſeas.

Facere aliquem feruẽtem flagris. Plaut. in Amph. 14. 10, Quem pol ego hodie ob iſthæc dicta faciam feruentem flagris.

Facere fidem; Faire foy, faire croire. Cic. in Catil. Fidem faceret oratio mea. Idem in Piſonem, Nõ facies fidem ſcilicet, cum hæc diſputabis. On ne te croira pas. Idem de Oratore, Fidei faciendæ cauſſa. Ibidem, In locis quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit. Idem in Hortẽſio, Meo autem iudicio ita eſt maxima in ſenſibus veritas ſi & ſani ſunt & valẽtes, & omnia remouentur quæ obſtant & impediunt. itaque & lumen mutari nolumus, & ſitus earũ rerũ quas intuemur, & interualla, aut contrahimus, aut deducimus, multáque facimus vſque eo, dũ aſpectus ipſe fidem faciat ſui iudicij. Idem Attico, An mihi nutus tuus non faceret fidem? Eidem, Quod niſi fidem mihi feciſſet. Idem pro T. Annio Milone, Nudauit ſe in ſanctiſſimo templo, quoniam vita talis & ciuis & viri fidem nõ faciebat. Idem in Bruto, Credit ijs quæ dicuntur, qui odit oratorem vera putat, aſſentitur, probat, fidem facit oratio. Idem in Catilinã, Vt quoniam auribus veſtris propter incredibilem magnitudinem ſceleris minorem fidem faceret oratio mea. Plin. epiſt. 198, Fleuit multum, multum rogauit, multũ etiam tacuit: in ſum-

ma, fecit mihi fidem pœnitẽtiæ. Idem, epiſt. 147. e, Exiguum temporis medium, & rurſus ſimile aliud priori fidem fecit.

Facere ſe fidelem hero ſuo. Plaut. in Milite, 7. 54, Næ te ædepol ſtultitia tua penè perdidit: dum te fidelem facere hero voluiſti, penè abſumptus es.

Facere finem. Plaut. in Epid. 2. 37, Tuipſe, vbi lubet, finem face. Idem in Aſinaria, Sermoni iã finem face tuo. Terent. in Andria, 5. 1. 2, Satis periculi cœpi adire, orandi iam finem face. Idem in Adelphis, 5. 9. 39, Sino, habeat, in iſthac finem faciat. Quil acheue ſa vie auec elle. Idem in prologo Heaut. 34, De illius peccatis plura dicet, cum dabit alias nouas, niſi finẽ maledictis facit. Idem in prologo Phorm. 23, De illo iam finem faciam dicũdi mihi, peccandi cũ ipſe de ſe finem non facit. Cic. pro Cn. Planco, Nam iſtius verbi quouſque poterat eſſe inuidia? datus eſt tibi ille, cõdonatus eſt ille, non facis finem, ferre non poſſumus. Idem in Verrẽ, Difficile eſt enim finem facere pretio, niſi libidini feceris. Idem in Rullum, Finem feci offerẽdi mei. Cæſar in comment. Porrò in extremas Arabiæ partes cum finem properãdi feciſſet. Ibidem, Neque prius finẽ ſequendi fecerunt, quàm muro oppidi appropinquauerũt. Liuius, Sic tamen vt finem tandem certaminum facerent.

Facere flagitium. Plaut. in Pœnulo, 8. 32, Hæ fores fecerũt magnum flagitium modo. AD. quid flagitij eſt? C. crepuerunt clare. Idem in Mercatore, Ait flagitium & damnũ feciſſe. Terentius in Eunucho, 2. 3. 90, Ah flagitium facimus. CH. an id flagitium eſt, ſi in domum meretriciam deducar, &c.

Facere florentem. Plaut. in Menæh. 9. 15, Ecaſtor ſolus benefactis me florentem facis.

Facere fœdus. Plaut. in Amph. 4. 241, Pacem feci, fœdus feci, vera dico.

Facere fortunatum. Plaut. in Aulul. 13. 17, Hæc imponentur in foco noſtro lari, vt fortunatas faciat gnatæ nuptias.

Facere fractum. Plaut. in Milite, 3. 8, Quia ſe iampridem feriatam geſtitem, quæ miſera geſtitet fractum facere ex hoſtibus. Elle deſyre de rompre quelque choſe a quelcun des ennemis.

Facere fraudem legi talariæ. Plaut. in Milite, 5. 9, Atque adeò vt ne legi fraudẽ faciam talariæ accuratote, vt ſine talis domi agitent conuiuium.

Facere frugẽ: Prouffiter, Gaigner. Plautus in Pœnulo, 14. 70, Herus ſi tuus volet facere frugem, meum herum perdet.

Facere fugam. Plautus in Amphit. 16. 39, Vt ſi noſtri fugam facerent, illuc me tuto reciperem. Idem in Eunucho, 4. 7. 17, Fundam tibi nũc nimis vellem dari, vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes, facerent fugam.

Facere funus, Faire les obſeques & funerailles. Cicero pro Cluentio, Et ibi de integro funus iam ſepulto filio fecit.

Facere funus alicui: Le faire mourir, eſtre cauſe de ſa mort. Plaut. in Aulul. 12. 5, Mater ſupremum mihi tua dixit, domum ire iuſſit. PH. acerbum funus filiæ faciet, ſi te carendum eſt.

Facere funus prandio. Plautus in Menæhmis, 11. 27, Quid de te merui, qua me cauſſa perderes? vt ſurripuiſti te mihi dudum de foro? feciſti funus abſenti me prandio. Tu as tout mengé, tout riflé.

Facere furta. Plaut. in Pœnulo, 18. 74, Pro hoc patronus ſim neceſſe eſt, & prædicabo quomodo vos furta facietis multa. Terent. in prologo Eunuchi, 28, Paraſiti perſonam inde ablatam, & militis: ſi id eſt peccatum, peccatum imprudentia eſt poetæ: non qui furtum facere ſtuduerit. Plaut. in Rudente, Furtum ego vidi qui faciebat.

Furtum facere ætati. Plaut. in Bacch. 2. 60, AEdepol feciſti furtum ætati malum, cũ iſthæc flagitia me cælauiſti & patrem.

Facere genium meliorem. Plaut. in Sticho, 10. 42, Veni. G. huccine? E. imó in carcerem: nam hic quidem meliorem genium tuum non facies. Tu ne te amenderas pas icy.

Facere glorioſum. Plaut. in Pſeud. 10. 8, Hic argentum, hic amica amãti herili filio: atque ego nũc me glorioſum faciam.

Facere gradum, Cheminer. Plautus in Curculione, 3. 23, Sed grandiorem gradum ergo fac ad me obſecro.

Facere gratiam: Remercier. Plaut. in Moſtell. 16. 9, Salue & tu Callidate, di te amẽt, de cœna facio gratiam. Ie vous remercie de voſtre ſoupper. Idem in Caſina, 8. 20, Huic noſtro villico de iſthac Caſina gratiam facias.

Facio gratiam iuriſiurandi. Plaut. in Rudente, 31. 59, Nihil hercle hic tibi eſt, ne tu ſperes, iuſiurandi volo gratiam facias. Ie veulx que tu me pardonne, ou que tu mabſolue de mon ſer-

ment. Suet. de Tib. Cæſare, cap. 35, Equiti Romano iuriſiurandi gratiam fecit.

Non audes quæſo aliquam partem mihi gratiam facere hic argẽti? Ne me oſerois tu faire grace, de me attendre dune partie de ceſt argent? Plaut. in Pſeud. 23. 32.

Facere gratum. Terent. in Eunucho, 4. 4. 56, Hac re & omni te turba euolues, & illi gratum feceris. Cicero Attico, Feceris mihi gratum ſi antè eò veneris. Eidem, Per mihi per inquam gratum feceris.

Facere grauidam. Plaut. in Amph. 3. 103, Is prius quàm abijt ipſemet hinc in exercitum, grauidã Alcumenam vxorem fecit ſuam.

Facere hæredes. Plaut. in Pœnulo, 1. 3, Puer ſeptuennis ſurripitur Carthagine, oſor mulierũ adoptat hũc emptum ſenex, & facit hæredem. Cic. in Verrem, Viros bonos & honeſtos complureis fecit hæredes. Ibidem, Fecit hæredem M. Octauium Ligurem.

Facere hæſitationem alicui, dixit Plinius Iunior.

Facere ſe hilarum. Terent. in Adelphis, 4. 7. 38, Iam verò omitte Demea tuam iſthanc iracundiã, atque vti decet, hilarum ac lubentem fac te in nati nuptijs.

Facere hiſtrioniam. Plaut. in Amphit. 3. 90, Quid admirati eſtis? quaſi verò nouum nunc proferatur, Iouem facere hiſtrioniam.

Facere hoſtilia. Plin. in Paneg. 30, Quippe non is princeps, qui ſibi imminere, ſibi intendi putet, quòd in hoſtes paretur, quæ perſuaſio fuit illorum qui hoſtilia cum facerent, timebant.

Facito iaceant. Plaut. in Pſeud. 4. 33, Hodie natalis dies eſt, decet eum omnes vos concelebrare. pernam, callum, glandium, ſumen facito in aqua iaceant.

Facere iacturam. Plin. epiſt. 12. 2, Iacturam grauiſſimam feci, ſi iactura dicenda eſt tanti viri amiſſio. Nous auons beaucop perdu.

Facere ignauiam. Plaut. in Pœnulo, 14. 4, Proinde habet orationem quaſi frugi ſit bonæ qui hercle ipſus ignauiorem potis eſt facere ignauiam.

Facere impero. Terentius in Hecyra, 2. 2. 2, Etſi ſcio Philumena meum ius eſſe, vt te cogam quæ ego imperem facere: ego tamen patrio animo victus faciam vt tibi concedam, neque tuæ libidini aduerſabor.

Facere imperata. Plaut. in Pſeud. 5. 151, Ad eam rem vſus eſt hominem aſtutum, doctum, ſcitum & callidum, qui imperata hæc facta reddat, non qui vigilans dormiat. Cæſar in comment. Iuſſus arma abijcere, imperata facere.

Facere impetum, Bailler vng aſſault, aſſaillir. Plau. in Capt. 15. 4, Quæ intemperies modo in noſtram aduenit domum? quaſi lupus eſuriẽs metui ne in me faceret impetum. Idem in Bacch. 20. 19, Hic equus non in arcem, verũ in arcam faciet impetum. Idem in Amph. 17. 63, Poſtquam conſpexit angues ille alter puer, citus è cunis exilit, facit recta in angues impetum. Idem in Menæh. 17. 108, Malim equis iunctis manere, & ecce Apollo denuo me iubes facere impetum in eum qui ſtat, atque occidere. Plin. de viris Illuſt. 26, Impetu in hoſtes facto, victoriam ſuis reliquit. Ibidem, 27, Impetu in hoſtes facto victoriam ſuis reliquit. Cic. Catoni, Armenium regem in Cappadocia impetum eſſe facturũ. Idem pro lege Manilia, Sed in exercitum veſtrum clarum atque victorem impetum fecit. Idem pro P. Sextio, Impetum faciũt in Fabritium. Idem pro Tito Annio Milone, Statim complures cum telis faciunt de loco ſuperiore impetum.

Facere impudenter. Terent. in And. 4. 4. 16, Mirum verò impudenter ſi facit mulier meretrix.

Facere aliquid in ſtudijs. Plinius epiſt. 103, Equidem omnes qui aliquid in ſtudijs faciunt, venerari etiam, mirarique ſoleo.

Facis indignum te. Terent. in Eunucho, 5. 2. 26, Non te dignũ Chærea feciſti. nam ſi ego digna hac contumelia ſum maxime, at verò tu indignus qui faceres tamen.

Facere incendium. Plaut. in Mercatore, 12. 3, Foris eſt animus, ſi domi ſum: ſin foris ſum, animus domi eſt: ita mihi in pectore atque in corde facit amor incendium. Il me bruſle le cueur, il me embraſe.

Facere indicium, Enſeigner, & dire quelque choſe que on a veu. Plaut. in Ciſtell. 10. 9, Mi ſpectatores obſecro facite indicium, ſi quis vidit, ſi quis eam abſtulit. Idem in Trinummo, 10. 49, Si iſthuc, vt conare, facis indicium, tuum incendes genus.

Facere inducias. Plaut. in Amph. 4. 235, Imò induciæ parumper fiant, ſi quid vis me loqui.

Facere infectum quod factum eſt. Plautus in Truculento, 16. 17, Stultus es qui facta infecta facere verbis poſtules.

Facere ingenium ſuum: Faire ſelon ſa nature. Plaut. in Merc. 13. 2, Quoniã à viro ad me rus ad-

uenit nuntius, rus non iturũ, feci ego ingenium meũ, reueni vt illũ perſequar qui me fugit.

Facere aliquem ſibi inimicum, Se mettre en la male grace daucun. Terent. in Eunucho, 4.7.32, Miſeret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.

Facere iniuriam: Iniurier, faire tort, deſhonorer. Plau. in Rud. 24.6, Quoniam ego adſum, faciet nemo iniuriam. Idem in Merc. 24.18, Filio ſuo qui innocenti fecit tantã iniuriã. Terent. in Adelphis, 1.2.68, Etſi AEſchinus nonnullam in hac re nobis facit iniuriam. Idem in Heaut. 3.3.4, Facis adeò indigne iniuriam illi qui non abſtineas manum. Idem in Andria, 3.2.8, Quandoquidem ipſe eſt ingenio bono, cúmque huic veritus eſt optimæ adoleſcenti facere iniuriam. Cic. in Verrem, Quid dices? Id quod dictas, iniuriam tibi feciſſe veram? Et ſubdit, Cum maximam C. Verres iniuriam faceret. Et ſubdit, At cum tibi C. Verres fecit iniuriam. Idem in L. Piſonem, Facio iniuriam fortiſſimo viro mortuo. Horatius, Luctandum in turba, facienda iniuria tardis.

Facere inſanum ex ſtulto. Terentius in Eunucho, 2.2.23, Scitum hercle hominem, hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit.

Facere inſidias. Plaut. in Bacchid. 23.85, Lepide ipſi hi ſunt capti, ſuis filijs qui fecêre inſidias. Terent. in Phorm. 2.1.44, Sed ſi quis forte malitia fretus ſua inſidias noſtræ fecit adoleſcentiæ, ac vicit, noſtráne ea culpa eſt, an iudicum, qui ſæpe propter inuidiã adimunt diuiti? Cic. pro T. Annio Milone, Milo vnus vrgebat, hic di immortales (vt ſuprà dixi) mentem dederunt illi perdito ac furioſo vt huic faceret inſidias.

Facere inſigne aliquid. Terent. in Eunucho, 5.6.31, Nam iam diu aliquam cauſſam quærebat ſenex quamobrem inſigne aliquid faceret, is nunc reperit.

Facere iratum. Cic. de oratore, Cum iratum aduerſario iudicem facere vellet.

Facere irrita verba alicuius apud Plautum in Amphit.

Facere irruptionem. Plautus in Pœnulo, 2.42, In popinam pediſequi irruptionem facite. Faictes vng aſſault.

Facere iter. Cic. pro Cn. Planco, At ego cũ caſu diebus ijs itineris faciendi cauſſa decedens è prouincia Puteolos forte veniſſem. Idem, Senatui populóque Romano iter in Ciliciam facere inſtitui. Idem de diuinatione, Cum duo quidã Arcades familiares iter vnà facerent. Ibidem, Eudemon Cyprium familiarẽ ſuum iter in Macedoniam facientem. Idem Catoni, Cum exercitu luſtrato iter in Ciliciam facere cœpiſſem. Idem in Verrem, Iter per Siciliam Cn. Põp. L. Domitio præſidia Curionem quæ in Vmbria & Tuſcia erant, contrahere, & ad Cæſarẽ iter facere. Cæſar in comment. Iter caute, diligentérque faciat, præſcribit. Ouidius, Hac quoque fecit iter &c.

Facere iudicem. Plin. epiſt. 150, Non deſunt enim qui me aut iudicem, aut arbitrum faciant.

Facere iudicatum. Cic. pro L. Flacco, Cum iudicatum non faceret.

Facere iuſta: Faire les obſeques a vng mort. Plaut. in Ciſtell. Poſtquam ille vxori iuſta fecit.

Facere lætantes, Eſiouyr. Plaut. in Sticho, 7.6, Olim quos abiens affeci ægrimonia, eos nunc lætãtes faciam aduentu meo.

Facere lenocinium. Plaut. in Merc. 7.70, Meæ impleantur carbonibus elegiorum fores, atque vt nunc ſunt maledicentes homines, vxori meæ, mihíque obiectent lenocinium facere. Idem in Epid. 12.11, Prò deũm atque hominum fidem, quid ego lenocinium facio, qui quidem habeã alienos domi, atque argentum exgurgitem domo prorſum?

Factum legibus. Terentius in Phormione, 2.4.15, Mihi non videtur, quod ſit factum legibus, reſcindi poſſe.

Facere librum. Plin. epiſt. 147.b, Delicatus, ac ſimilis ignoto eſt, qui amici librum bonũ mauult audire, quàm facere.

Facere literas in cera. Plaut. in Aſinaria, 13.22, Tuus arbitratus ſit, comburas ſi velis, ne vlla ſit cera vbi facere poſſit literas.

Facere lites. Terent. in Eunucho, 4.5.8, Lites ſunt inter eos factæ maxumæ.

Faciam te lubentem. Plaut. in Aſin. 7.2, Vt ego illos lubentiores faciam quàm Lubentia eſt.

Facere lucrum. Plaut. in Perſa, 16.198, Abi, argentum effer huc, non ædepol tricenis mnis cara eſt, feciſti lucri. Tu y as gaigné. Ibidem, 15.25, Res quam occultabam tibi dicere, nunc eam narrãuero, vnde tu pergrande lucrum facias. Ibidem, 15.36, Ego valeo recte, & rem gero & facio lucrum. Idem in Pœnulo, 11.26, Id nũc hiſce credo auditũ me eſſe hos trecentos philippos facturum lucri. Idem in Truc. 14.15, Peri, rabonem quam eſſe dicam hanc beluam? quin tu arrabonem dicis? s. ita facio lucri, vt Prænestinis conea eſt ciconia. Idem in Caſina,

8.42, Tibi permitto, tute ſorti. o. perdis me. CH. lucrum facit. Idem in Merc. 3.94, Lucrum ingens facio, præter quàm mihi meus pater dedit. Idem in Moſtell. 6.7, Ecquis homo eſt qui facere argenti cupiat aliquantum lucri, qui hodie ſeſe excruciari meam vicem poſſit pati?

Facere ludos: Se mocquer & rire daucun, en faire ſon eſbatement. Plaut. in Pœnulo, 4.73, Enimuero ære meo me laceſſis, ludos & delicias facis. Tu te ioue de moy. Idem in Trucul. 16.45, Ego tibi illecebra ludos faciam clamore in via. Idem in Moſtell. 6.79, Ludos ego hodie viuo præſenti huic ſeni faciã: quod credo mortuo nunquã fore. Idem in Aulul. 7.75, Video hercle te ego me arbitrari Euclio hominẽ idoneum quẽ ſenecta ætate ludos facias haud merito meo. Terent. in Phorm. 5.8.52, Obſecro ne facias. P. oh, tũne is eras? D. vt ludos facit. Voies la comment il ſe gaudit. Plin. epiſt. 76. a, Quos tibi fortuna ludos facis? facis enim ex profeſſoribus ſenatores, ex ſenatoribus profeſſores.

Ludos facere: Faire ieulx publiques. Cicero ad Quintum Fratrem, Quanta tandem pecunia penderetur, ſi omnium nomine quicunque Romæ ludos facerent. Idem Attico, Ludos facere abſens malebat.

Faciam me magnum. Plautus in Milite, 14.52, Magnum mę faciam nunc, quoniam illæc me collaudauit.

Facere magni, Fort eſtimer. Plaut. in Aſinaria. 5.62, Nũc neque quid velim, neque nolim, facitis magni peſſimæ. Vous ne vous ſouciés guere de ce que ie veulx, ou de ce que ie ne veulx point. Idem in And. 3.3.43, Merito te ſemper maximi feci Chreme. Ibidem, 11.5.58, Si te in germani fratris dilexi loco, ſiue hæc te ſolum ſemper fecit maximi, ſeu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Facere malitioſe. Plautus in Caſina, 8.41, Ne à me memores malitioſe de hac re factum, aut ſuſpices, tibi permitto, tute ſorti.

Facere mandata. Plaut. in Aſin. 16.63, Ibo ad Diabolum, mandata dicam facta vt voluerit.

Facere manum: Aſſembler vne bande de gens. Cicero in Verrem, Illi nocte facta manu, armatáque veniunt.

Facere matronas bonas: Introduire en vne farce des bonnes matrones. Terent. in prologo Eunuchi, 37, Quî magis licet currentes ſeruos ſcribere, bonas matronas facere, meretrices malas &c.

Facere mature oculis. Plautus in Milite, 13.43, Vidén' tu illam oculis mature facere, atque aucupium auribus?

Facit mecum, Id eſt, mecũ ſentit, Il eſt de mon opinion: Il ſaccorde auec moy, Secum facere, Nobiſcum, vel vnà facere. Cic. pro P. Sylla, Lucium Caſſium dixerunt commemoraſſe cum cæteris Antonium ſecum facere. Et ſubdit, Quid tum? Caſſius ſi reſpondiſſet idem ſentire & ſecũ facere Syllam: tamen mihi non videretur in hunc id criminoſum eſſe debere. Et ſubdit, Non reſpondit, tamen vnà facere Syllam. Idem in Partitionibus, Defenſor autem ad ea quæ propoſuit, & æquitate nitatur, & ea cauſa ſecum facere fateatur. Idem pro Aulo Cecinna, Rem & ſententiam interdicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat. Ibidem, Nã verba ipſa ſponſionis facerent mecum, ſi vellem diligenter attendere. Ibidem, Cum videatis authoritatem ſapientiſſimorum hominum facere nobiſcum. Ouid. Vt fatear, mecum ſola Corina facit. Horat. Et ſapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo. Idem, Mecum faciẽtia iura.

Facere medicinam. Plaut. in Menæh. 3.23, Nam illic homo homines non alit, verum educat, recreátque: nullus melius medicinam facit. Idem in Ciſtell. 2.65, Si medicus veniat qui huic morbo facere medicinam poteſt. Cic. pro P. Quintio, Medicinæ faciendæ locus non erit.

Facere mentionem. Plaut. in Moſtell. 10.26, Ergo irridere ne videare, & geſtire admodum, noli facere ei mentionem te emiſſe. Idem in Trinummo, 13.131, Prius tu non eras quàm auri feci mentionem. Ibidem, 14.60, Hem quis eſt, qui mentionem facit homo hominis optimi? Cic. de ſenect. 58, Lyſandrum Lacedæmonium, cuius modo mentionem feci, dicere aiunt ſolitum, Lacedæmone eſſe honeſtiſſimum domicilium ſenectutis. Idem, pro Cluentio, Quo tandem igitur ore mentionem corrupti iudicij facitis?

Facere mentionem cum. Plaut. in Aulul. 23.3, Dixi tibi mater: iuxta rem mecum tenes ſuper Euclionis filiam: nunc te obſecro fac mentionem cum auunculo mater mea.

Facere mentionem de vt. Plaut in Aulul. 7.27, Credo hercle vbi mẽtionem ego fecero de filia, mihi vt deſpõdeat, ſe à me derideri rebitur. Idem in Perſa, 4.28, Sed ecquid meminiſti here, qua de re ego tecum mentionem feceram?

Facere mentionem cum aliquo vt. Plaut. in Ciſtellaria, 3.15, Eam meæ ego amicæ dono huic meretrici dedi, quòd ſæpe mecum mentionem fecerit puerum aut puellam alicunde vt re-

perirem ſibi recens natum.

Facere mercaturam. Plaut. in Rudente, 22.23, Liber igitur domum inſtruam, agrum, ædes, mãcipia, nauibus inde magnis mercaturam faciam.

Facere minoris: Mains eſtimer. Plaut. in Epid. 10.85, Imò etiam ſi alterum tantum perdendum eſt, perdam potius quàm ſinam me impune irriſum eſſe habitum, depeculatũ eis, atque me minoris factum præ illo, qui omnium legum atque iurium fictor, conditor cluet.

Facere miſſum. Terent. in Eunucho, 5.2.25, Miſſa hæc faciamus, non te dignum Chærea feciſti, Laiſſons cela, nen parlons plus. Ibidem, 1.2.10, Miſſa iſthæc face. PH. quid miſſa? ô Thais Thais, &c. Idem in Andria, 4.1.56, Vel tu melius aliud repperi, me miſſum face. Laiſſe moy en paix.

Facere modos. Terent. in prologo Andriæ, Flaccus Claudij filius modos fecit tibijs paribus, dextris & ſiniſtris. Cicero de oratore, Neque id actores prius viderũt quàm ipſi poetæ, quàm denique illi etiam qui fecerunt modos.

Facere moram. Plautus in Moſtellaria, 2.72, Ne tu erres, hercle mihi præter hanc, non facies moram. Idem in Epidico, 14.26, Tibi moram facis, cum ego ſolutus aſto: alliga inquam, colliga. Tu te amuſes, tu ne te haſtes point, tu te retarge. Plin. epiſt. 288, Legato Sauromatæ regis cum ſua ſponte Niceæ, vbi me inuenerat, biduo ſubſtitiſſet, longiorem moram faciendam domine non putaui.

Facere mutuum cum altero. Plaut. in Trinummo, 8.30, Bene vult tibi. L. AEdepol mutuũ mecum facit. S. nequicquam illud verbum eſt, bene vult niſi qui bene facit. Ie luy veulx autant de bien queil men veult. Idem in Curculione, 2.47, Eam vult meretricem facere, ea me deperit: ego autem cum illa facere nolo mutuũ. Ie ne veulx pas faire le pareil que elle faict enuers moy: Ie ne la veulx pas ſi fort aimer quelle me aime.

Facere nauem: Edifier vne nauire. Plau. in Milite, 12.43, Nam mi patrone hoc cogitato, vbi probus eſt architectus bene liniatam ſi ſemel carinam collocauit, facile eſſe nauem facere.

Facere naufragiũ. Cic. Tironi, Qui cupide profecti ſũt multi, naufragia fecerũt. Ils ont eſte noyés.

Facere nefas. Cic. in Philipp. Facit ſibi quiſque nefas. Ouid. lib. Metamorph. Vlciſcor, facióque nefas, fera bella ſequutus.

Facere negligentem. Terent. in And. 2.3.23, Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, negligẽtem feceris. Tu feras quil ne ſen ſoucira plus.

Facere neſcire. Plaut. in Epid. 9.32, Vt ille fidicinam fecit neſcire prorſus ſe eſſe emptam tibi.

Facere nequiter. Plaut. in Moſtellaria, 6.62, Cuiuis, omni vel optimo vel peſſimo, quãuis deſubito facile eſt facere nequiter. Idem in Menæhmis, 3.7, Nã homini miſero malum ſi accedit ad malum, maior lubido eſt fugere, & facere nequiter.

Faciet, niſi caueo. Terent. in Heaut. 4.4.8, Satis ſcite promittit tibi. S. atqui tu hãc iocari credis? faciet, niſi caueo. Elle le fera, ſi ie ne men donne de garde.

Facere nomen: Nommer. Plaut. in Menæh. 24.71, Mi germane, gemine frater ſalue. ego ſum Soſides. MEN. quomodo igitur pòſt Menæhmo nomen eſt factum tibi? MEN. poſtquam ad nos renuntiatum te & patrem eſſe mortuum, auos noſter mutauit, quod nomen eſt tibi, fecit mihi. Idem in Trinũmo, 2.19, Philemon ſcripſit, Plautus vertit barbare, nomen Trinummo fecit. Idem in Bacchid. 20.21, Ei profecto nomen facio ego Ilio. Ie luy baille nom Ilion. Idem in Menæhmis, 3.1, Iuuentus nomen fecit Periculo mihi.

Neſcit quid faciat auro: Il ne ſcet que faire de tãt dor quil ha. Plautus in Bacchid. 5.99, Tantas diuitias habet, neſcit quid faciat auro.

Non facio qui ſcis, floccum, Il ne men chault pas tien qui tu ſois. Plaut. in Trinummo, 13.150, Sed non facio qui ſis, qui non ſis, floccum.

Facere notum. Plin. epiſt. 238, Cui ego notũ feci præcepiſſe te, vt ex cohortibus, quibus me præeſſe voluiſti, contentus eſſet beneficiarijs decem, equitibus duobus, centurione vno.

Facere nuptias. Plaut. in Aulularia, 7.84, Sed nuptias hodie quin faciamus, num quæ cauſſa eſt? Terent. in And. 3.2.41, Tu tamen has nuptias perge facere ita vt facis.

Facere obnixe omnia. Terent. in And. 1.1.135, Quẽ ego credo manibus pedibúſque obnixe omnia facturum, magis id adeò mihi vt incommodet, quàm vt obſequatur gnato.

Facere obſequelam. Plaut. in Aſin. 3.51, Qui mihi auſcultabunt, facient obſequelam, quippe qui mage amico vtantur gnato & beneuolo.

Factus obuiam. Terent. in Eunucho, 2.3.36, Dum ſequor hanc, fit mihi obuiã: Ie lay rencontré.

Facere obnoxium ſibi aliquem. Plaut. in Trinũmo, 5.34, Sunt tamen quos miſeros, maléque ha-

beas: quos tibi obnoxios feciſti.

Facere obſidium. Plaut. in Bacch. 20. 24, Is Helenã abduxit, cuius cauſſa nunc facio obſidiũ Ilio.

Facere obſonium. Plaut. in Bacchid. 1. 63, Tu facito opulẽtum obſonium, ego obſonabo. Appreſte force viande.

Facere officium ſuum: Faire ſon debuoir, faire ſon office. Plaut. in Pſeud. 5. 140, Si is non aderit, opinor facere poſſe officium meum. Idem in Aulul. 14. 7, Sed quid clamoris oritur hinc ex proximo? coqui hercle credo faciunt officiũ ſuum. Ils font leur meſtier. Idem in Amph. 8. 41, Magis nunc meum officium facerem, ſi huic eam aduorſum arbitror. Ie feroie mon debuoir. Ibidem, 8. 87, Verùm tu magnum malum habebis, ſi hic ſuum officium facit. Idem in Aſin. 5. 21, Quid me accuſas ſi facio officium meum? Si ie fais mon meſtier. Idem in Ciſtell. 9. 5, Faciundum eſt puerile officium, conquiniſcam ad ciſtellam. Il fault faire le meſtier des petis enfans, Il fault faire ainſi quils font. Terent in Phorm. 4. 5. 12, Non fat tuum te officium feciſſe, ſi nõ id fama approbat? Idem in Adelphis, 1. 1. 44, Malo coactus qui ſuum officium facit: dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet. Idem in Eunucho, 4. 5. 3, Poſtquam ſurrexi, neq; pes, neque mens ſatis ſuum officium facit. Idem in Adelphis, 4. 3. 2, Meum officium facio: quod peccatum à nobis ortum eſt, corrigo. Plaut. in Sticho, 2. 24, An id doles ſoror, quia illi ſuum officium non colunt, quum tuum facis?

Factum oportuit. Plaut. in Sticho, 6. 30, Conſperge ante ædes. G. faciam. D. factum oportuit. Il deburoit ia eſtre faict.

Facere opus, Labourer, beſongner. Plaut. in Trinũmo, 19. 21, Neque ruri, neque hic operis quicquam facio, corrũpor ſitu. Ie ne fais rien. Idem in Pſeud. 14. 41, Ego te hodie accipiam lepide vbi feceris hoc opus. Apres que tu auras acheué cela. Terent. in Eunucho, 2. 1. 14, Opus faciam, vt defatiger vſque, ingratus vt dormiam. Idem in Adelphis, 4. 1. 2, Apud villam eſt: nunc eum maxime operis aliquid facere credo. Idem in Heaut. 1. 1. 91, Corraſi omnia, ancillas, ſeruos, niſi eos qui opere ruſtico faciũdo, facile ſumptum exerceant ſuum. Idem in Phor. 2. 1. 20, Opus ruri faciundum, horum nihil quicquam accidet animo nouum.

Facere otium: Bailler le loiſir. Plaut. in Milite, 13. 4, Vt latrones quos cõduxi, hinc ad Seleucum duceret, qui eius regnum tutarentur, mihi dum fieret otium. Quant on me bailleroit le loyſir. Virg. in Buc. O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit. Quintil. Aut otium ſtudiorum faciant. Cic. pro lege Agraria, Iſtos quibus otium otioſi fecimus, otioſiſſimos reddam.

Facere palàm: Le dire a tout le monde, Reueler quelque ſecret. Plautus in Aſin. 14. 12, Amoris cauſſa id feciſſe te, magis quàm ſua cauſſa, palàm hanc rem facere ne illa exiſtimet. Idem in Trinũmo, 4. 78, Subigis maledictis me tuis Megaronides, nouo modo, adeò vt quod meæ concreditum ſit taciturnitati clàm, fidei, & fiduciæ, ne enũtiarem cuiquam, neu facerem palàm, vt mihi neceſſe ſit iam id tibi concredere.

Facere par. Plaut. in Amphit. 5. 32, Nam deum non par videtur facere, delictum ſuum, ſuámque culpam in mortalem vt ſinat. Id eſt, Non fas eſſet, nec decens, & æquum videretur facere Iuppiter, ſi culpam & delictum ſuũ redundare ſineret in caput amicæ quæ mortalis eſt. Idem in Trinummo, 6. 3, Feceris par tuis cæteris factis, patrem tuũ ſi percoles. Tu feras choſe fort conuenante a tes autres faicts. Plinius in Paneg. 134, Quod ſiquando cum influentibus negotijs paria feciſti, inſtar refectionis exiſtimas mutationem laboris. Id eſt, ſi ſatiſfeciſti, & officium tuum feciſti.

Facere pariter. Terent. in Eunucho, 1. 2. 12, O Thais Thais vtinam eſſet mihi pars æqua amoris tecum, ac pariter fieret, vt aut hoc tibi doleret itidem vt mihi dolet, aut ego iſthuc abs te factũ nihili penderem. Donatus, Pariter, ſimiliter. Que ce fuſt tout vng: que la choſe te greuaſt autant que a moy.

Facere participem, Communiquer. Plaut. in Pſeud. 3. 9, Quid eſt quòd tu exanimatus iam hos multos dies geſtas tabellas tecũ, eas lachrymis lauis, neque tui participem conſilij quẽquã facis?

Facere parui, Peu eſtimer. Plaut. in Rudente, 17. 31, Illos ſceleſtos, qui tuum fecerunt phanum parui, & auſi ſunt violare nos.

Facere pauſam. Plaut. in Pœnulo, 6. 13, Quãdo id quod ſat erat, ſatis habere noluit, ego pauſam feci. Iay ceſſe de bailler: Ie me ſuis deporté, & arreſté.

Facere pacem. Plaut. in Merc. 24. 31, Supplicij ſumat quid vult ipſe ob hanc iniuriam, modo pacem faciat. Idem in Amphit. 4. 241, Pacẽ feci, fœdus feci, vera dico. Idem in Sticho, 3. 29, Poſt id agam igitur deinde, vt animus erit meus, pacem faciam.

Facere peculatum. Plaut. in Ciſtell. 2. 63, Ad iſtam faciem eſt morbus qui me Gymnaſium ma-

cerat. G. perfidioſus eſt amor. S. ergo in me peculatum facit? G. bono animo es, erit iſti morbo melius.

Facere peculium. Plaut. in Moſtell. 12.5, Serui qui &c. Poſtquam ſunt malum meriti, ſtulta ſibi conſilia expetunt, exercent ſe ad curſurã, fugiunt. ſed hi ſi reprehenſi ſunt, faciunt à malo peculium. Ils ſont punis au double.

Facere periculum: Eſprouuer. Plaut. in Milite, 10.41, Imò hoſpes magis cum periculum facies, magis noſces meam comitatem. Idem in Aſin. 12.27, Scio, qui periculum feci. Idem in Ciſtell. 5.28, Face ſemel periculum. M. ſæpe feci, quod factũ queror. Idem in Caſina, 19.5, At ego hercle nihil facio tibi amor periculi, mihi inanitate iamdudum inteſtina murmurãt. Terentius in Eunucho, 3.2.23, Fac periculum in literis, fac in palæſtra, in muſicis, quæ liberum ſcire æquum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo. Idem in Andria, 3.3.34, Quî ſcis ergo iſthuc, niſi periculũ feceris? Idem in Phormione, 5.8.40, Tũne hanc duceres, ſi tibi data eſſet? P. fac periculum.

Facere periculum in. Terentius in Eunucho, 3.2.23, Fac periculũ in literis, fac in palæſtra, in muſicis, quæ liberum ſcire æquum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo. Eſprouue le aux lettres, a la luyte &c.

Facere periculum legionũ. Cæſar in comment. Vt in æquum locum deſcenderent, legionúmque pericula facerent. Quils eſprouuaſſent leurs gendarmes.

Facere periculum ex. Terent. in Heaut. 1.2.36, Scitum eſt, periculũ ex aliis facere, tibi quod ex vſu ſiet. Prendre exemple ſur autruy.

Facere plebem ſuam: Attirer le commun peuple a ſoy, pour nous fauoriſer. Terent. in Adelph. 5.6.10, Meditor eſſe affabilis, & bene procedit. G. bonus es, cũ hæc exiſtimas. D. paulatim plebem primulum facio meam.

Facere plenum, Implere. Plaut. in Milite, 14.42, At ſcin' quid tu facias? facias faſtidii plenum, quaſi non lubeat, & me inclamato, quia ſic te volo volgem. Faſche le.

Facere pluris: Plus eſtimer. Plaut. in Trinummo, 3.9. Nimióque hic pluris pauciorum gratiam faciunt par hominum, quàm id quod proſit pluribus.

Facere poemata. Suet. de claris grammat. 23, Necnon etiam poemata faciebat ex tempore.

Facere pontem dixit Plinius de viris Illuſt.

Facere poteſtatem, Bailler congé. Varro de re ruſtica, Secundum cibum large vt bibant, faciũt poteſtatem. Ibidem, Sæpe etiam quærẽdi poteſtatem facit de his. Cic. in Verrem, Neque ſe alijs videndi poteſtatem eſſe facturum.

Facere prædam. Plaut. in Pœnulo, 12.8, Non ſum nequicquam miles factus, paululum prædæ intus feci: dum lenonis familia dormitat, extis ſum ſatur factus probè.

Facere prægnantem. Plau. in Aulularia, 6.36, Si eam ſenex anum prægnantem fecerit fortuito, quid dubitas quin ſiet paratum nomen puero, poſthumus? Idem in Truc. 17.34, Vir eã, non mulier prægnantem fecit.

Factus præfectus. Plaut. in Aulul. 15.31, Moribus præfectum mulierum hunc factum velim.

Facere prælium. Cæſar in comment. Paruulis equeſtribus prælijs ad aquam factis.

Facere pretium: Dire combien on veult vendre. Plaut. in Perſa, 16.119. Indica, fac pretium. D. tua merx eſt, tua indicatio eſt.

Factæ probè ædes. Plaut. in Moſtell. 3.13, AEdes cum ex templo paratæ, expolitæ, factæ probè, ex amuſſim.

Facere promiſſum. Cicero de offic. Vt reddere depoſitum, etiam ne furioſo facere promiſſum. Et in eodem, Promiſſum potius non faciendum, quàm tam tetrum facinus admittendũ fuit. Et ſubdit, Ergo promiſſa non facienda nonnunquam. Et ſubdit, Facere promiſſa, ſtare cõuentis, reddere depoſita, commutata vtilitate fiunt, non honeſta.

Facere ſibi promum: Faire aucun ſon deſpenſier. Plaut. in Pœnulo, 10.5, AEdepol feciſti prodigum promum tibi.

Facere aliquem propitium, Appaiſer aucun. Plaut. in Pœnulo, 4.156, Iam ego hercle faciã plorantem illum, niſi te propitiam facio, illud faciet niſi te propitio. Ibidem, 6.6, Nec potui tamen propitiatam Venerem facere vti eſſet mihi.

Facere quæſtum: Gaigner. Plau. in Capt. 4.26, AEgre eſt mihi hunc facere quæſtũ carcerarium propter ſui gnati miſeriã. Idem in Pœnulo, 17.20, Nanque hodie earum mutarentur nomina, facerentque indignũ genere quæſtum corpore. Terent. in Heaut. 4.1.24, Nempe annui illi prodita abs te filia eſt planiſſume per te, vel vti quæſtũ faceret, vel vti veniret palàm.

Quid me faciam. Terent. in And. 3.5.8, Nec quid me nunc faciam ſcio.

Facere quamplurimum, Fort acqueſter. Terent. in Adelphis, 5.4.15, Nati filii: alia cura: porrò autẽ dum ſtudeo illis vt quamplurimũ facerem, contriui in quærundo vitã, atque ætatẽ meã.

Facit quod vulgo. Plaut. in Amphit. 4.31, Facit ille quod vulgo haud ſolent, vt quid ſe ſit dignum, ſciat.

Faciemus ei quæ volet. Plaut. in Aſin. 12.147, Iube aduenire quæſo, meritiſſimo eius quæ volet faciemus.

Faciam quo minus. Plau. in Amph. 3.84, Vt conquiſitores fierent hiſtrionibus, qui ſibi mãdaſſent delegati vt plauderent, quive quo placerent alter feciſſet minus.

Facere recte & commode. Plaut. in Amphit. 4.135, Meus pater nunc pro huius verbis recte & ſapienter facit. Idem in Caſina, 5.44, Quia ſi facias recte & cõmode, curare ſinas me ancillas, quæ mea eſt curatio.

Facere reducem: Raconuoier, Ramener. Plaut. in Capt. iuis, 7.78, Pignus deſeras, ac neque des operam pro me vt huius reducem facias filium. Ibidem, 2.43, Expediet hãc docte fallaciã, & ſuum herum faciet libertatis compotem: eodémque pacto fratrẽ ſeruabit ſuum, reducémque faciet liberum in patriam ad patrem. Terent. in Heaut. 2.4.18, Vah, ergo mea Antiphila tu nunc ſola reducem me in patriam facis.

Facere rẽ facilẽ. Plaut. in Pſeud. 8.15, Si ego hoc expugno, facilem hanc rẽ meis ciuibus faciã.

Facere rem palám. Terent. in Heaut. 4.3.43, Quo velis in tempore vt te exóluas, rẽ facias palám. Dis clerement, dis hardiment que on lentende.

Facere rem: Acqueſter. Terent. in Adelphis, 2.2.12, Nunquam rem facies, abi, neſcis ineſcare homines Sannio. Iamais tu ne acqueſteras rien. Horatius, Iſne tibi melius ſuadet, qui vt rem facias, rem Si poſſis recte: ſi non, quocunque modo rem.

Facere rẽ diuinã: Sacrifier: Seruir a dieu. Plaut. in Rud. 4.7, Nũc huc ad Veneris phanũ venio viſere, vbi rem diuinã ſe facturũ dixerat. Idem in Amph. 11.11, Ego rẽ diuinã intus faciã, vota quæ ſunt. Idem in Pœnulo, 4.185, Paucis verbis rem diuinã facito. Terent. in Eun. 3.3.7, Vbi veni, cauſſam vt ibi manerẽ, repperit, ait rẽ diuinam feciſſe, & rẽ ſeriã velle agere mecũ. Plaut. in Curc. Poſtquam rẽ diuinam feci, venit in mentẽ mihi. Cato de re ruſt. Eam rẽ diuinam vel ſeruus vel liber licebit facito. Cic. in Verrem, Res illum diuinas apud eos deos in ſuo ſacrario propè quotidie facere vidiſti. Liuius ab vrbe cond. Rem diuinam facere. Idem de bello Macedonico, Res diuinas facere maioribus hoſtiis iuſſerunt.

Facere remp. Salluſt. in Catilinã, Nolite exiſtimare maiores noſtros remp. ex parua armis magnam feciſſe.

Facere reuerſionem. Plaut. in Bacch. 5.62, Reuerſionem ad terram faciunt veſperi.

Facere reum. Cic. pro Cluentio, Tamen habitus Oppianicum reum ſtatim nõ fecit. Ibidem, Reum ſtatim fecit. Ibidem, Apud eoſdem iudices reus eſt factus.

Facere riſum. Quintil. lib. v, Si riſum fecerit orator.

Facere ſacrificium & ſacra. Cic. in Bruto, Licet aliquid etiã de Marci Popilii ingenio ſuſpicari: qui cũ cõſul eſſet, eodémque tẽpore ſacrificiũ publicũ cum lena faceret. Liuius ab vrbe cõd. Quidnã tu hoſpes paras, inquit? inceſtũ ſacrificiũ (vt dicunt) facere? Ibidem, Qui ſacra publica populo Romano faceret. Ibidem, Caſius eũ ſacra priuata facere. Ibidem, Illi ſacra quædã in mõte Albano Lauinóque vobis facienda tradiderũt. Ibidem, Dedicata eſt à Tito Quintio Duũmuiro ſacris faciẽdis. Idem de bello Punico, Ne ſolẽne ſacrũ in mõte faceret.

Facere ſanum. Plaut. in Menæh. 19.5, Fac ſciam, num eum veternus aut aqua intercus tenet? s. quin ea cauſſa duco te, vt id dicas mihi: atque illum vt ſanum facias.

Facere ſapienter. Plaut. in Pœnulo, 16.129.

Facere ſatis. Plaut. in Aſin. 9.31, Sed vina quæ heri vendidi vinario Exærãbo, iam pro his ſatiſfecit Stícho? 11. feciſſe ſatis opinor.

Facere ſcelus. Cic. de Oratore, Scelus eos nefarium facere dicunt.

Facere ſceleſte. Plau. in Rud. 5.8, Nã me ſi ſciã feciſſe aut parẽti ſceleſte, minus mei miſererer.

Facere ſcire. Plaut. in Perſa. 6.43, Quando ita certa res eſt, nihil facio ſcire, valeas.

Facere ſcriptum. Liuius ab vrbe condita, Neque eius accepi nomen, quod ſcriptum faceret, tabulam poſuiſſe, & iuraſſe ſe ſcriptum non facturum, quam aliquando antea deſiſſe ſcriptum facere arguit Macer Licinius.

Facere ſe intimum. Plaut. in Milite, 4.29, Itaque intimum ibi ſe miles apud lenam facit.

Facere ſe verſipellem. Plaut. in Amphit. 5.123, Nam meus pater intus nunc eſt, eccum Iupiter

In Amphitruonis vertit ſeſe imaginem, omnéſque eum eſſe cenſent ſerui, qui vident: ita verſipellem ſe facit quando lubet.

Facere ſe vilem. Plaut. in Milite, 18.28, Nam tute vilem feceris, ſi te vltrò largibere. Tu te rabaiſſerois trop, Tu feras que on ne tiendra compte de toy.

Facere ſecundum mandata. Plin. epiſt. 247, Secundum mandata mea fecit Sempronius Cælianus, mittẽdo ad eos de quibus cognoſci oportebit an capitale ſuppliciũ meruiſſe videantur.

Facere ſedulo. Terent. in Phormione, 5.9.12, Et hoc nihil eſt quod ego dico, tu narra. D. ſceIus tibi narret! P. eho tu, factum eſt abs te ſedulo pro fratre.

Facere ſementem. Cato de re ruſtica, Sementem facito ita. Cicero de oratore, Vt ſementem feceris, ita & metes.

Facere ſementem, per tranſlationem. Plaut. in Menæhmis, 22.22, Ego hiſce iam ſementem in ore faciam, pugnóſque obſeram. Ie leur donneray force coups de poing.

Facere ſemitam. Plautus in Curcul. 2.36, Nemo ire quenquã publica prohibet via, dum ne per fundum ſeptum facias ſemitam.

Facere ſilentium. Plaut. in Amphit. 3.15, Lucrum vt perenne vobis ſuppetat, ita huic facietis fabulæ ſilentium. Idem in Perſa, 15.53, Bene me mones: fac ſilentium. Tais toy.

Facere ſponſionem. Plaut. in Menæhmis, 14.19, Plus minus opus quàm erat, multo dixeram controuerſiam, vt ſponſio fieret.

Facere ſtipendia ſub aliquo: Id eſt, Militare ſub aliquo, Eſtre ſoub vng capitaine a gaiges: Eſtre au gaiges daucun. Plin. de viris illuſt. 72, Sub Oreſte in Sardinia ſtipendia fecit.

Facere ſtomachum. Cic. lib. 1. epiſt. Vt mihi ſtomachum facerent. Pour me faire deſpit.

Facere ſtulte. Plaut. in Pſeud. 5.10, Nugæ iſta hæc ſunt: nõ iucundũ eſt niſi amans facit ſtulte.

Facere ſuauium alicui. Plaut. in Aſin. 13.53, Hoc ne ſic faciat, tu labellum abſtergeas potius, quàm cuiquam illa ſuauium faciat palàm.

Facere ſumptum: Deſpendre. Plautus in Capt. 13.87, Quin ita faciam, vt recipias facere ſumptum, etſi ego vetem. Idem in Trinummo, 5.21, Non ſat id eſt mali, ni amplius etiã, quod bibit, quod comeſt, quod facit ſumpti, nox datur, ducitur familia tota? Idem in Sticho, 10.21, At ne ille ſuccenſeat, mea qui cauſſa ſumptum fecit. Idem in Aſin. 5.65, Neceſſe eſt facere ſumptũ qui quærit lucrum. Terent. in Hecyra, 4.4.63, Quàm longum ſpatium amandi amicam tibi dedi! ſumptus, quos feciſti in eã, quàm animo æquo tuli! Idem in And. 2.6.19, Ait nimium parce facere ſumptum. Idem in Heaut. 1.1.79, Sumptus domi tãtos ego ſolus faciam? Horatius, Pro quæſtu ſumptum facit.

Facere ſumptum ad. Plaut. in Bacch. 1.65, Tu facito opulentum obſonium, ego obſonabo. nam id flagitium meum ſit, mea gratia te operam dare mihi, & ad eam operã facere ſumptum de tuo.

Facere ſumptum in. Varro de re ruſtica, Nemo enim ſanus mente debet velle impenſam ac ſumptũ facere in cultura, ſi videt non poſſe refici. Cicero pro lege Manilia, Nõ modo vt ſumptum faciat in militem nemini vis affertur.

Fecit ſumpti reſtim. Plaut. in Caſina, 9.2, Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim, & præter operam reſtim ſumpti fecerim.

Facere ſummam. Cic. lib. 1. epiſt. Summam feci cogitationum mearum omnium.

Faciam te ſuperbum: Id eſt, mortuũ. Plaut. in Amph. 4.203, Hic inquam habito ego, atque horum ſeruus ſum. M. at ſcin' quomodo faciam ego hodie te ſuperbum, niſi hinc abis? s. quonã modo? M. auferêre, non abibis, ſi ego fuſtem ſumpſero. Superbos, inquit Nonius citando hunc locum Plautinum, veteres mortuos dixerunt: propter pompam funeris: quia mortui ſublati in altum, ad ſepulchrum ferri ſoliti ſunt.

Facere technã aduerſus aliquẽ de auro: Par trõperie oſter de lor a aucun. Plaut. in Bacch. 7.8, Condigne is technam de auro aduerſum meum fecit patrem, vt mihi amanti copia eſſet.

Facere teſtes: Prendre teſmoings. Plaut. in Curc. 12.9. Sed quid agit meum mercimoniũ apud te? c. nihil apud me quidem, ne facias teſtes: neque equidẽ debeo quicquã. Terent. in Adelphis, 2.1.49, Vbi me dixero dare tanti, teſteis faciet illico vendidiſſe me.

Facere tranquillitatẽ. Plaut. in Merc. 22.36, Hic facit tranquillitatẽ, iſte omnes fluctus cõciet.

Facere trãquillũ animũ. Plau. in Epid. 11.34, Habe animũ lenẽ, & trãquillũ face: Appaiſe toy.

Facta tranſacta omnia. Terent. in And. 1.5.14, Quot modis cõtemptus, ſpretus! facta, tranſacta omnia. hem repudiatus repetor. Donatus, Facta tranſacta omnia: prouerbiale eſt in id negotii, de quo nihil ſuperſit ad agendum. Tout eſt accompli, ceſt tout faict.

Facere turbas. Plaut. in Perſa, 19. 19, Vbi cum lenone me videbis colloqui, tum turbã facito. Idem in Bacchid. Tantas turbellas facio. Terent. in Eunuch. 4. 1. 2, Ita me di bene amẽt, quantum ego illum vidi, nõnihil timeo miſera, ne quã ille hodie inſanus turbam faciat, aut vim Thaidi. Cic. in Verrem, Maximas in iſtius caſtris feciſſe turbas dicitur.

Facere tyrocinium & ponere rudimẽtum latine dicitur, id quod vernacula lingua, caput operis facere dicunt: Id eſt, initium opificii, cum opifices ſpecimen artis edentes, magiſterio decorantur. Faire vng chef doeuure.

Facere vadimonium. Plaut. in Epid. 14. 19, Ilicet vt vadimonium mihi hic vltro facit.

Facere vellaturam. Varro de re ruſtica, Item dicuntur qui vecturis viuunt, vellaturam facere.

Facere ventum. Plaut. in Curc. 7. 35, Obſecro hercle facite ventum vt gaudeam.

Facere vẽtulũ pallio. Plaut. in Caſina, 15. 13, Cõtine pectus, face ventulũ amabo pallio. Eſuẽte moy. Idem in Eunuch. 3. 5. 47, Cape hoc flabellũ, & ventulũ huic ſic facito dum lauamur.

Facere verum. Plaut. in Rud. 24. 98, Solue vidulum ergo, vt quicquid ſit, verum quamprimum faciam. Que incontinent ie le die au vray.

Facere verbũ & verba. Parler. Plau. in Aſin. 13. 47, Neque vllũ verbũ faciat perplexabile, neq; vlla lingua ſciat loqui, niſi Attica. Idem in Aul. 6. 1, Velim te arbitrari me hæc verba frater, meæ fidei, tuæque rei hoc vel hoc cauſſa facere, vt æquũ eſt germanam ſororẽ. Que ie dis cecy. Idem in Pſeud. 9. 45, Verba multa facimus: herus ſi domi eſt tuus, quin prouocas, vt id agã quo miſſus hic ſum? Nous quaquettõs trop. Idem in Truc. 8. 37, Quid multa verba faciã? tonſtricẽ Syrã nouiſti noſtrã. Que fault il tant dire? Idem in Milite, 9. 13, Metuo illæc mihi res ne malo magno fuat, quãtũ hũc audiui facere verborũ ſenẽ. Selõ que ie puis entẽdre parler ceſtuy la. Idem in Sticho, 3. 30. Pacẽ faciã: multa ſcio faciẽda verba. Idem in Perſa, 16. 96, Verba quidẽ haud indocte fecit. Il ne dit pas mal. Idem in Aulul. 15. 23, Nũc lepide fecit verba ad parſimoniã. Terent. in And. 1. 2. 7, Poſtquã audierat non datũ iri filio vxorẽ ſuo, nũquã cuiquã noſtrũ verbũ fecit. Plau. in Aulul. Sic verba hic facio, quaſi negotii nihil ſiet. Ie babille icy cõme &c. Ibidem, Nũc verba ne facias ſoror. Ne men parle plus. Idem in Rudente, Verba facimus, it dies. Cic. Attico, At me exiſtimaris ad manendũ eſſe propenſiorẽ, quòd plura in ea parte verba fecerim. Idem pro P. Quintio, Neque tamen iã multa verba faciã. Idem pro lege Manilia, Et ex hoc ipſo loco permulta idem cõtra legem verba feciſti. Idem in Philipp. Quòd tribunipl. verba fecerũt, vt ſenatus calendis Ianuarijs haberetur. Idem in Verrẽ, Quòd ego in ſenatu quãta verba feciſſem. Idem pro domo ſua, Qui cõuentu bonorũ virorũ verba de ſalute mea fecerãt. Horat. Verba facit leno. Liuius ab vrbe cond, Multa de Hieronymi fide verba fecerũt. Idem de bello Punico, Pauca verba facienda ſunt. Vlpianus de Petitione hæreditatis, L. Item: Conſules verba facere de his.

Facere verſus. Plaut. in Trinummo, 10. 81, Hic agit magis ex argumẽto, & verſus meliores facit. Plin. epiſt. 16. b, Præterea facit verſus quales Catullus aut Caluus. Horat. Paupertas impulit audax, Vt facerem verſus.

Facere viam. Plaut. in Bacch. 15. 43, Quid vis curem? M. vt ad ſenem etiam alteram facias viã, compara, fabricare, finge quod lubet.

Facere vindemiam. Varro de re ruſtica, Vuas autem legere, & vindemiam facere inter æquinoctium autumnale & Vergiliarum occaſum.

Facere vitiũ: Tomber en ruine. Cic. in Topicis, Si ædes ex ſe corruerũt, vitiúmve fecerũt. Vitruuius, Si vẽti frigidi ſunt, lædunt: ſi calidi, vitiant: ſi humidi, nocẽt: ijdem faciũt vitia pauimentis. Labeo locati & conducti L. Quòd ſi etiam huius domus mercedem, quæ vitium feciſſet, deberi putat. Vlpianus de damno infecto, L. Finita, Si ſpatia inter vitioſam partẽ intercedant, & ea quæ vitium non fecit. Et ſubdit, Si inſula adiacens domui vitium faciat.

Facere vitam bonam alicui. Plaut. in Perſa, 10. 4, Ne ego hodie tibi bonã vitam feci? D. fateor habere gratiam. Ne tay ie pas mené vne terrible vie?

Facere vnguentariam. Plaut. in Pœnulo, 9. 91, Ibi te replebo vſque vnguentorum è Zeugmatis. quid multa verba faciam? vbi tu laueris, ibi vt balneator faciat vnguentariam.

Facere voluptatẽ. Pla. in Truc. 8. 52, Videor facere mihi voluptatẽ, eia, vbi quippiã me poſcas.

Facere volupe animo ſuo. Plautus in Aſinaria, 17. 1, Hic ſenex ſi quid clàm vxore, ſuo animo fecit volup, neque nouum, neque mirum fecit, neque ſecus quàm alij ſolent.

Facere vota: Supplier. Cato de re ruſtica, Marti Syluano in ſylua interdiu in capita ſingula boũ votũ facio. Cic. pro Milone, Deinde ſubito vultu Milonis perterritus, fugeret ad Tyberim, vos & omnes boni vota feceritis, vt Miloni virtute ſua vti liberet. Ibidem, Vota enim feceratis, vt in eos ſe potius mitteret, quàm in veſtras poſſeſſiones. Virg. Sic vota quotãnis

Agricolæ facient. Martialis, Thura merúmque paras, & pia vota facis.

Facere vt. Plaut. in Pſeud. 19.38, Quid ego ceſſo Pſeudolum facere vt det nomen ad molariã coloniam? Idem in Menæhmis, 9.76, Tu facito ante ſolis occaſum vt venias aduorſum mihi. Idem in Pſeud. 4.30, Facite vt offendam parata omnia cũ à foro reueitor. Terent. in Eunuc. 2.1.1, Facite vt iuſſi, deducãtur iſti. Ibidem, 1.2.94, Potius quàm te inimicũ habeã, faciã vt iuſſeris. Idem in And. 1.1.10, Feci è ſeruo vt eſſes libertus mihi. Ibidem, 3.2.3, Fac iſthæc vt lauet. Plaut. in Amph. 3.54, Quid cõtraxiſtis frontẽ? quia tragœdiã dixi futurã hanc? deus ſum, cõmutauero eandẽ hanc ſi vultis, faciã ex tragœdia comœdia vt ſit, omnibus iiſdẽ verſibus. Terent. in Eunuc. 4.7.31, Si quicquã hodie hic turbæ cœperis, faciã vt huius loci, dieiq; meique ſemper memineris. Plaut. in Caſina, 16.17, Facite cœnam mihi vt ebria ſit.

Fecit vt vigilem, Il ma enchargé que ie veille. Plaut. in Amph. 4.144, Nunc propterea quòd me meus herus fecit vt vigilem, hic pugnis faciet hodie vt dormiam.

Feciſti vt difficilior eſſet. Plaut. in Trinummo, 10.21, Tibi patérque auúſque facilem facit & planam viã ad quærendũ honorẽ: tu feciſti vt difficilius foret, culpa maxime & deſidia. Idem in Capt. 16.9, Feciſti vt tibi Philocratẽs nunquam referre gratiã poſſim ſatis. Terentius in prologo And. 17, Faciunt næ intelligendo vt nihil intelligant.

Facit vt res alias. Plaut. in Sticho, 9.25, Facis vt alias res ſoles.

Facturus es vt habeas, Tu feras tant que tu lauras. Terent. in Adelphis, 417.32, Ita me dij amẽt, vt video ego tuam ineptiam, facturum credo vt habeas qui cum cantites.

Fac vt lubet. Plaut. in Amphit. 4.242, Vt lubet, quod tibi lubet, fac, quoniam pugnis plus vales. Comme il te plait.

Faciam vt potero. Cic. de ſenect. 6, Faciam verò Læli, præſertim ſi vtrique veſtrum gratum, vt dicis, futurum eſt. Lælius, Volumus ſanè, niſi moleſtum eſt Catõ. c. Faciam vt potero Læli.

Fac pateant. Plautus in Aulul. 11.2, Date viam qua fugere liceat, facite totæ plateæ pateant. Terent. in Eunucho, 2.3.19, Fac ſis nunc promiſſa appareant. Plaut. in Capt. 12.78, In lapicidinas facite deductus ſiet.

Factum eſt iamdudum quum. Plau. in Aſin. 16.40, Iube dare vinum, iamdudum factum eſt quũ primum bibi. Il y a ia long temps que iay beu.

Factũ eſt biẽnium poſtquam. Plaut. in Merc. 3.12, Biennium iam factum eſt, poſtquã abij domo. Il y a ia deux ans que ie ſuis parti de la maiſon.

Faciundum fuit: Il falloit quil fuſt faict. Terent. in Eunucho, 1.2.17, Non pol quòd quenquã plus amem, aut plus diligam, eò feci: ſed ita res erat, faciendũ fuit. Idem in Adelphis, 5.3.54, Scilicet, ita tempus fert, faciundum eſt. Idem in Hecyra, 4.3.3, Iſthuc eſt ſapere, qui vbicunque opus eſt animum poſſis flectere, quod faciundum fortaſſe ſit pòſt, idem hoc nũc ſi feceris. Donatus, Dicendo, faciundum, oſtendit ſe cogi neceſſitatibus.

Factus facta factum, Qui eſt faict.

Factum facti, n.g. Terent. in Andria, 1.3.7, Dictum ac factum, inuenerit aliqnam cauſſam quãobrem eijciat oppido. Auſſi toſt faict que dict: ou, incontinent.

Factum mutare: Se repentir dauoir faict quelque choſe. Terent. in And. 1.1.13, In memoria habeo. s 1. haud muto factum.

Factum: Res geſta. Quelque faict. Virg. Fortia facta patrum.

Faceſſo faceſſis, faceſſi. ſecundũ Priſcianum, faceſſitum: ſecundum alios faceſſum: alij dicunt non habere ſupinum. Ie men vois faire. Virg. Haud mora, continuo matris præcepta faceſſit.

Faceſſere, Diſcedere: Sen aller. Terent. in Phormione, 4.3.30, Hæc hinc faceſſat, tu moleſtus ne ſies. Quelle ſen aille faire ſa beſongne, ne me romps point icy la teſte. Donatus, Faceſſat, pro hinc ſe faciat, id eſt, abeat: vt, huc ſe faciat, huc accedat, ſignificat. Cic. in Hortẽſio, Faceſſãt igitur qui docere nihil poſſunt, quo melius ſapiẽtiúſque viuamus. Idem pro L. Flacco, Quare ſiquis illuc me vocat, venio: populum diſceptatorem non modo non recuſo, ſed etiam deposco. vis abſit, ferrum ac lapides remoueantur, operæ faceſſant, ſeruitia ſileant.

Faceſſere alicui negotium: Faire de lennuy a aucũ: Luy bailler fort a faire. Cic. Appio Pulchro, Cum eſt nobis allatum de temeritate eorum qui tibi negotium faceſſerent. Id eſt, accuſarent, inſectarentur, ad pœnam vocarent.

Faceſſitur negotiũ. Cic. pro A. Cluentio, Si hoc iudicium plebi Romæ propoſitũ ſit, neminẽ vnquã eſſe cõfirmo, ſed hoc polliceor omnib⁹, ſicui forte hac lege negotiũ faceſſetur, quòd lege nõ teneatur: ſi is vti me defenſore voluerit, me eius cauſſam legis præſidio defenſurũ.

Faceſſere periculum alicui. Cic. in Verrem, act. 1, Quid cum accuſationis tuæ membra diuidere

cœperit,& in digitis ſuis ſingulas partes cauſſæ conſtituere? quid cum vnumquodque tranſigere,expedire,abſoluere? ipſe profecto metuere incipies, ne innocẽti periculũ faceſſeris. Que tu ne pourchaſſe quelque dangier a linnocent.

Faceſſere aliquem. Liuius lib.2,Faceſſe hinc Tarquinios ad Corinthum.

Faceſſe dictum elatum. Plaut.in Menæh.7.24, Dictum faceſſe elatum,& diſcaueas malo,moleſtus ne ſis. Oſtes moy dicy ces fieres & arrogantes parolles.

Factito,factitas,factitare:Souuent faire. Terent.in prologo Eunuchi,43,Quare æquum eſt vos cognoſcere, atque ignoſcere quæ veteres factitarunt, ſi faciunt noui. Ibidem,4.7.13, Illuc eſt ſapere:vt hoſce inſtruxit! ſibi cauit loco. TR. idem hoc Pyrrhus factitauit. Cic.lib.2.offic. Hæc apud maiores noſtros factitata.

Factitare:Facere. Plaut.in Bacch.4.18,Sed tu quid factitaſti mandatis ſuper? Quas tu faict de ce qui ta eſté commandé?

Factor factoris,Qui aliquid facit.

Factor, Vng faictiſte: Qui alterius manualia negotia gerit, vt qui fruges domum vehit. Cato, Lectum ſtratum,vbi duo cuſtodes libere cubẽt, & tertius ſeruus vnà cum factoribus vbi cubet. Idem, Leguli volunt vti olea caduca quamplurima ſit,quo plus legatur: factores,vt in tabula diu ſit,vt fracida ſit quo facilius efficiant.

Factitius factitia factitium, Qui eſt fainct & cõtrefaict. Qui a eſté faict a la ſemblance dung autre. Plin.lib.xii,Ego in vtraque gente laudaui genera,terreum & factitium.

Factitij doli. Plaut.in Milite,4.68,Quem concubinæ miles cuſtodẽ addidit,ei nos factitijs fabricis, & doctis dolis glaucomam ob oculos obijciemus, eúmque ita faciemus vt quid viderit,non viderit.

Factio factionis, f.g. Ab initio honeſtũ vocabulũ,inquit Feſtus, vnde factiones hiſtrionũ & quadrigariorũ dicebantur. Nunc factio,ſeditio & arma dicuntur, diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia, cũ aliqui ſe principes & primarios in ciuitate efficere conantur,inter quos æmulatio eſt(qui & factioſi dicũtur) pro ſe quiſque quàm maximam poteſt ciuium multitudinem,qui clientes vocantur,ad ſe trahens,ſibique quouis pacto per fas nefáſque concilians. Mutinerie. Salluſt.in Iugurtha,Cæterum nobilitas factione magis pollebat.

Factio,Opulentia,& authoritas alicuius in ciuitate. Plau.in Aulul.Iſtas magnas factiones,dotes dapſiles nihil moror. Idem in Trinummo,8.42,Cum veſtris noſtra nõ eſt æqua factio, affinitatem vobis aliam quærite. Idem in Ciſtell.5.18,Neque nos tãta factione ſumus, neque opes noſtræ tam ſunt validæ.

Factio:Ea res dicitur,quæ fit à quopiam. Cic.in Topicis,Quas is inſtituiſſet,cui teſtamenti factio vt nulla eſſet.

Factioſus factioſa factioſum,Qui eſt ſeditieux,& mutin. Plaut.in Bacch.11.13, Quos cum enſeas tibi amicos,reperiũtur falſi falſimonijs,lingua factioſi,inertes opera,ſubleſta fide. Salluſt. in Catil. Erat eodem Cn. Piſo adoleſcens nobilis,ſummæ audaciæ, egens,factioſus: quem ad perturbandum remp.inopia atque mali mores,ſtimulabant.

Factioſus,Riche hõme puiſſant en biens & authorité. Plaut.in Aulul.7.50,Venit hoc mihi in mẽtẽ Megadõre,te eſſe hominem diuitẽ,factioſum:me itẽ eſſe hominẽ pauperũ pauperrimũ.

Faxo,Indicatiui modi eſt,futuri temporis,pro faciã. Et cõiugatur faxo,faxis, faxit. & pluraliter, faxunt. Dicimus etiam faxim faxis faxit. pluraliter,faximus, faxitis,faxint. pro faciam facias faciat.&c.vel fecerim feceris.

Faxo. Plau.in Aulul.16.42,Ego faxo, operam & vinum perdiderit ſimul. Idem in Amphit. 11.17,Quin veni,quando vis,intrò: faxo haud quicquam ſit moræ quando exiuraſti, te mihi hæc dixiſſe per iocum. Idem in Aſin.13.4,Horreſcet faxo leua. Virg.lib.1x,Haud ſibi cum Danais rem faxo & pube Pelaſga Eſſe putent. Idem, Ego fœdera faxo. Liuius lib.vi,Faxo me iuuet iſta vox. Terẽt.in Eunucho,2.2.54,Næ tu iſtas faxo calcibus ſæpe inſultabis fruſtra. Idem in And.5.2.13, Imò verò indignum Chreme iam facinus faxo ex me audies. Idem in Phorm.5.9.66,Iam hic faxo aderit.

Faxim. Plaut.in Trucul.3.30, Faxim lenonum & ſcortorum minus,& minus damnoſorũ hominum. Idem in Aulul.Lubens faxim.

Faxis. Plaut. Verbũ caue faxis verbero. Terẽt.in Heaut.1.2.13,Caue faxis,nõ eſt opus pater.

Faxit.Cic.de ſenect.66,ex Ennio,Nemo me lachrymis décõret,nec funera faxit.

Faxitis.Liuius lib.vi,Quod faxitis,deos velim fortunare. Id eſt,facietis.

Faxint.Plaut.in Amph.7.74,Vtinã di faxint,infecta dicta recte veniãt tua. Idem in Pœn.

14.88, Ita di faxint ne apud lenonem hunc ſeruiã. Terent. in Heaut. Vtinam ita di faxint.

Facilis & hoc facile: Facile a faire. Plautus in Amphit. 3.33, Iuſtam rem & facilem eſſe oratum à vobis volo. Terent. in Heaut. 5.5.15, Hæc dũ incipias, grauia ſunt, dúmque ignores: vbi cognoris, facilia.

Facilis via, Vng facile chemin, qui neſt point raboteux, aiſé. Plaut. in Trinummo, 10.20, Tibi patérque auóſque facilem facit & planam viam.

Facilis dies. Plaut. in Epid. 8.6, Prò di immortales mihi hunc diem dediſtis luculentum, vt facilem, atque impetrabilem! Ou quel facilement obtiens ce que ie veulx.

Facilis pater: Vng pere doulx, de qui on a facilement ce que on veult. Terent. in Heaut. 2.1.5, Mihi ſi vnquam filius erit, næ ille facili me vtetur patre.

Facile factu. Plaut. in Perſa, 12.11, Vt fiant quorum opera hæc mihi facilia factu facta ſunt. Terent. in Heaut. 4.3.26. Bonam, atque iuſtam rem oppidò imperas, & factu facilem.

Facile, aduerbium: Facilement, ſans peine.

Facile agere. Terent. in Adelph. 3.4.56, Sed Demea hoc tu facito tecum animo cogites, quàm vos facillime agitis, quàm eſtis maxime potentes.

Facile amare. Terent. in Heaut. 5.5.16, Gnate mi, ego pol tibi dabo puellam lepidam quam tu facile ames. Que tu aimeras voluntiers, ſans regret.

Facile cernere. Terent. in And. 1.1.108, Tum illa, vt conſuetum facile amorem cerneres, reiecit ſe in eum flens, quàm familiariter!

Facile credere. Plaut. in Rud. 31.10, Iſthuc facile non credo tibi.

Facile dare conſilium. Terent. in And. 2.1.11, Facile omnes quum valemus, recta conſilia ægrotis damus.

Facile deterrere. Terent. in prologo Hecyræ, 27, Deterruiſſem facile, ne alias ſcriberet.

Facile emergere ex malis. Terent. in And. 3.3.31, Dehinc facile ex illis ſeſe emerſurũ malis.

Facile euenit eis. Plaut. in Epid. 5.60, Quàm facile & fortunate illi euênit obſecro mulieri.

Facile facit. Plaut. in Amphit. 3.139, Facile meus pater, quod vult, facit. Idem in Captiuis, 7.50, Et mea opera, ſi hinc redibo, faciam vt faciat facilius. Terent. in Heaut. 3.2.36, Facile equidem facere poſſum, ſi iubes.

Facile fit. Terent. in Eunucho, 3.1.58, Iamdudum illi facile fit quod doleat.

Facile inuolare in aliquẽ. Terent. in Eunucho, 4.3.6, Qui nunc ſi detur mihi: vt ego vnguibus facile illi in oculos inuolem venefico!

Facile memini. Plautus in Capt. 7.33, Iſtuc non præcipias, facile memoria memini. Idem in Menæh. 2.43, Propterea illius nomen memini facilius.

Facile indicabit ipſa natura vim ſuam, cum homines quod facere ipſi non poſſent, id recte fieri in altero iudicarent. Cic. de amicitia, 24.

Facile inuẽtus. Cic. de amicitia, 57, Quid? (hæc vt omittam) quàm graues, quàm difficiles pleriſque videntur calamitatum ſocietates, ad quas non facile inuentus qui deſcendat.

Facillimi mores. Cic. de amicitia, 10, Quid dicam de moribus facillimis? de pietate in matrem? liberalitate in ſorores? bonitate in ſuos? iuſtitia in omnes?

Facile noui. Plaut. in Curc. 14.56. Tam facile noui, quàm me. Idem in Epid. 10.68, Sed tu nouiſtin' fidicinam Eropoliſtidem? F. tam facile, quàm me.

Facile obtingent. Plaut. in Aſin. 12.136, Animo ſis bono, facile exoptata obtingent.

Facile paſſ⁹ ſum. Terẽt. in And. 1.2.23, Vbi vis facili⁹ paſſus ſim, quàm in hac re me deludier.

Facile quærere victum. Terent. in Eunucho, 2.3.30, Ille vbi miſer, f amelicus, videt me eſſe in tantum honorem, & tam facile victum quærere, ibi homo cœpit me obſecrare &c.

Facile tutor mores. Terent. in Hecyra, 5.1.8, Ne nomẽ mihi quæſtus obſtet apud te: nam mores facile tutor.

Facillime ſpectatur. Plau. in Sticho, 3.59, Vbi facillime ſpectatur mulier, quæ ingenio eſt bono?

Facile vincere. Plau. in Pſeud. 8.9, Ne mei dicam induſtria & malitia fraudulẽti: vt facile vincam, vt facile ſpoliem meos perduelles perfidijs meis.

Facile viuere. Plaut. in Curculione, 14.6, Nugas garris. c. ſoleo. nam propter eas viuo facilius. Plus a mon aiſe.

Facile vincere. Cic. de amicitia, 79, Tamẽ illius vendibilem orationem religio deorum immortalium (nobis defendentibus) facile vincebat.

Facile, vt inquit Donatus, aliquando aduerbium confirmantis eſt, id eſt, liquido & manifeſto. Terent. in And. 4.3.5, Facile hic plus mali eſt, quàm illic boni.

Facile princeps. Donatus, Veteres dicebant facile pro certo. Certainement. Cic. Illius ciuitatis facile princeps. Idem pro Rabirio, Virum vnum totius Græciæ facile doctiſſimum Platonem. Idem pro Roſcio, Non ſolum municipij Larinatis, ex quo erat, ſed etiam regionis illius, & vicinitatis virtute, exiſtimatione, nobilitate facile princeps. Quintil. de Eurípide, In affectibus tum omnibus, tum in ijs quæ miſeratione cõſtant, facile præcipuus & admirandus maxime eſt. Plaut. in Perſa, 13.2, Ego ſolus omnibus antideo facile miſerrimus hominum vt viuam. Idem in Trinummo, 10.80, Euge, euge Lyſiteles, facile palmã habes: hic victus, vicit tua comœdia.

Facilitas facilitatis, f. g. Illius eſt (vt inquit Donatus) qui cito iram deponit. Facilité a eſtre apaiſé. Terent. in Heaut. 4.1.40, Male docet te mea facilitas multa. Idem in Eunucho, 5.9.18, An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit, quæ tot res, tantas, tam opportune in vnum concluſit diem: an mei patris feſtiuitatem & facilitatem? Idem in Adelph. 5.4.7, Id quãobrem re ipſa repperi, facilitate nihil homini eſſe melius, neque clemẽtia. Idem in Hecyra, 2.2.6, Phidippe, etſi ego meis omnibus ſcio me eſſe apprime obſequentem, ſed non adeò, vt facilitas mea, illorum corrumpat animos. Cic. de amicitia, 59, Sed amicitia remiſſior eſſe debet, & liberior & dulcior, & ad omnẽ comitatẽ, facilitatémque procliuior. Idem lib. Tuſc. quæſt. 4, Sed hæc in bonis rebus, quòd alij ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur.

Facultas facultatis, f. g. Proprie facilitas agẽdi: Pouoir de faire quelque choſe, puiſſance. Terent. in And. 1.4.5, Dijdate facultatem obſecro huic pariundi, atque illi in alijs potius peccandi locum. Cic. de amicitia, 16, Ego non grauarer, ſi mihi ipſe confiderẽ: nam & præclara viſa res eſt, & ſumus, vt dixit Fannius, otioſi. Sed quis ego ſum? aut quæ in me eſt facultas? doctorũ eſt iſta conſuetudo.

Facultatem dare: Bailler pouoir & puiſſance, congé. Plin. Si mihi facultas daretur, vtrũ vellem eligendi. Plin. epiſt. 147.a, Et mihi diſcendi, & tibi docendi facultatem otium præbet.

Facultas, Eſt vis quædã quæ facit vt id facilius fieri poſſit, quod de vnaquaque arte præcipitur. eſt enim genus omnium artium: quia ſic definiri poteſt, Dialectica eſt facultas diſſerẽdi. &c.

Facultas operæ. Plau. in Truc. 18.28, Facultas operæ vbi erit, ad te venerit. Quant ie te pourray faire quelque ſeruice.

Facultas: Diuitiæ, opes: Pouoir & puiſſance de biens. Cic. Attico, lib. x1, Si quas habuimus facultates, eas tum Pompeio cum id videbamur ſapiẽter facere, detulimus. Itaque tum & à tuo vllico ſumpſimus, & aliunde mutuati ſumus, cum Quintus quereretur per literas, ſibi nos nihil dediſſe, qui neque ab illo rogati ſumus, neque ipſi eam pecuniam aſpeximus.

Facinus facinoris, n. g. Quelque faict daucun. Plaut. in Aulul. 7.43, Hei Megadôre, haud decorum facinus tuis factis facis. Salluſt. Qui aliquo negotio intenti præclari facinoris, aut bonæ artis famam quærunt. Cic. Rufo, Te autem cõtemplans abſentem, & quaſi coràm tecum loquerer, non ædepol quantam egeris rem, neque quãtum facinus feceris: quod quia præter opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud.

Facinus iſtud non eſt mihi conducibile: Il ne me ſeroit pas prouffitable de faire cela. Plautus in Bacchid. 1.18, Viſcus merus, veſtra eſt blanditia. B. quid iam? P. quia enim intelligo: duæ enim vnum expetitis palumbem, parua hirundo alas verberat. non ego iſthuc facinus mihi mulier conducibile eſſe arbitror.

Facinus: Quelque cas meſchant que aucun a faict. Plaut. in Pſeud. 7.129, Quis me audacior, ſi iſthuc facinus audeam? Terent. in Adelphis, 3.4.1, Prò di immortales, facinus indignũ: Geta quid narras? Idem in Heaut. 2.1.8, Is vbi adbibit pl⁹ paulo, ſua quæ narrat facinora!

Facinoris crimen. Cicero pro M. Marcello, Primum ad ſe reuocarent maximi facinoris crimẽ, Idem pro P. Sylla, Neque enim iſtorum facinorum tantorum, tam atrocium crimen iudices P. Syllæ perſona ſuſcipit.

FACIES faciei, f. g. La face, le viſage. Plin. Facies homini tantum triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeueritatis index. Terent. in Eunuch. 2.1.24, Papè honeſta facie. Salluſt. Prorſus in facie vultúque vecordia inerat. Plaut. in Milite, 14.35, Collaudato huius formam & faciem.

Facies, Aliquãdo totius corporis forma, & habitus: Corpulence, La facon de lhomme. Plaut. in Trinummo, 13.55, Qua facie eſt homo? ſeſquipede quidem eſt quàm tu longior. Idem in Pœnulo, Sed earum nutrix qua ſit facie, mihi expedi. P. Statura non magna, corpore aquilino ipſa eſt: Ipſa eſt ſpecie venuſta, ore atque oculis pernigris. Terentius in Eunucho, O faciem pulchram!

Faciem habere ad omnem rem. Plaut. in Milite, 14.36, Collaudato huius formam & faciem, &

virtutes commemorato. M. ad eam rem habeo omnẽ faciem, vt dudum iam tibi demõſtraui. Ie ſuis tout faconné a cela faire: tout faict.

Facies non ſolum in hominum corporibus, ſed etiam in rerum cuiuſque modi aliarum dicitur: vt author eſt Gellius lib. 13. cap. 29, Nã montis & cæli & maris facies, ſi tempeſtiue dicatur, probe dicitur. Salluſt. lib. 2. hiſt. Sardinia in Aphrico mari, facie veſtigij humani, in occidentem, quàm in orientem latior prominet.

Facies vrbis. Salluſt. Quibus rebus permota ciuitas atque immutata vrbis facies erat.

Facies ſceleris. Virg. Quæ ſcelerum facies, ô virgo effare. Id eſt, quæ ſpecies.

Facies, in genitiuo facies fecit apud antiquos. Gellius, lib. IX. cap. XIIII, Quòd autem ſuprà ſcriptum eſt in Quinti Claudij verbis, propter magnitudinem atque immanitatem facies: id nos aliquot veteribus libris inſpectis explorauimus, atque ita eſſe vt ſcriptum eſt, comperimus. Sic enim pleraque ætas veterum declinauit, hæc facies, huius facies. quod nunc propter rationem grammaticam, faciei dicitur. Corruptos autem quoſdam libros repperi, in quibus faciei ſcriptum eſt, illo quod antè ſcriptum erat, obliterato. Meminimus etiam in Tiburti Bibliotheca inuenire nos in eodem Claudij libro, ſcriptum vtrũque facies & facij. ſed facies in ordine ſcriptũ fuit, & contra per ij geminũ facij. neque id abeſſe à quadam cõſuetudine priſca exiſtimauimus. nã & ab eo quod eſt, hic dies, tam huius dies, quàm dij: & ab eo quod eſt hæc fames, tam huius fames, quàm fami dixerunt. Et paulo pòſt, In caſu autem dandi, qui puriſſime locuti ſunt, nõ faciei, vti dicitur nunc, ſed facie dixerũt. Lucilius in Satyris, Et primũ (inquit) facie honeſtas accedit. Idem Lucilius lib. 7, Qui te diligit, ætati, facieq; tuæ ſe fautorẽ oſtendat, fore amicũ polliceatur. Sunt autẽ non pauci qui vtrobique facij legant. Sed Caius Cæſar in libro de analogia ſecundo, huius die & huius ſpecie dicendum putat. Hæc Gellius.

FACVNDVS facunda, facundum, Qui futura prædiuinando ſolet fari, inquit Varro lib. v. de lingua latina.

Facũdus, Diſertus, à fando, qui ea quæ mente cõceperit, ad audientes faciſe atque ornate profert. Vng beau parleur. Ouid. Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes.

Facundia facundiæ, Facultas diſſerẽdi cum gratia, Vne grace de bien parler. Gellius lib. 4. cap. 9, Ingenium autem & officium, & forma & diſciplina & conſilium & victoria & facundia, ſicut ipſæ virtutum amplitudines, nullis finibus cohibentur.

FAEX fæcis, per æ diphthongon, vt docet Apuleius, tã maſculini, quàm fœminini generis eſt. Excrementum cuiuſcunque rei. Lie. Horatius ſecundo carminum, Diffugiunt cadis cum fæce ſiccatis amici.

Fæx ciuitatis: Homines viles & abiecti, vitam agẽtes ſordidam & abiectam. Cic. pro L. Flacco, Opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem ciuitatum, quid eſt negotij concitare?

Fæcula fæculæ, diminutiuum.

Fæculentus fæculenta, fæculentum, Quod eſt fæcis plenum.

Fæcatum vinum, quod è fæcibus expreſſum eſt, inquit Cato. hoc eſt, quod inter vina operaria numeratur, cum ſit aquatum. Vin de deſpence.

Fæcutinus fæcutina fæcutinum. Gellius, Non eas finitiones prærancidas, neque fæcutinas grammaticas ſpectaueris, ſed aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere.

Fæciniæ vuæ, dictæ ſunt, quæ plus quàm cæteræ, fæces afferunt. Alio nomine, à colore, rubellanæ vocantur.

FAGVS fagi, f. g. Arbor glandifera. ἀπὸ τοῦ φάγειν, comedere. Virg. in Buc. Tityre, tu patulæ recubans ſub tegmine fagi. Vng arbre nommé fau. dont le fruict ſappelle faine.

Fagineus faginea fagineum: Qui eſt faict de fau. Ouid. lib. 8. Metamorph. Illic fagineus dura clauo ſuſpenſus ab anſa.

Faginus fagina faginum, Idem. Virg. Pòſt valido nitens ſub pondere faginus axis.

FALARICA falaricæ, inquit Feſtus, eſt genus teli miſſile quo vtuntur ex falis, id eſt, ex locis extructis dimicãtes. Virg. lib. IX. AEneid. Sed magnum ſtridens cõtorta falarica venit Fulminis acta modo. Ennius, Quæ valide veniunt falarica miſſa. Dictum hoc genus teli, (vt author eſt Nonius) à falis, id eſt, turribus ligneis.

FALLO fallis, fefelli, falſum, fallere: Decipere. A fando deductum verbum, vt inquit Varro. Plaut. in Amph. 4. 238, Tuæ fidei credón'? M. meæ. S. quid ſi falles? M. tũ Mercurius Soſiæ iratus ſiet. Terent. in Heaut. 3. 1. 61, Per alium quẽuis vt des, falli te ſinas technis per ſeruum. Idem in prologo Eunuchi, 39, Quî magis licet currentes ſeruos ſcribere, bonas matronas facere, meretrices malas, paraſitum edacem, glorioſum militem, puerum ſupponi, falli per ſeruum

ſenẽ. Idem in And.5.3.31, Quiduis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar. Idem in And.3.4.23, Iam perturbaui omnia, herũ fefelli. Idem in Heaut.3.2.26, Eho quæſo, laudas qui heros fallunt? &c. in loco: ego verò laudo. Idem in Eunucho, 2.3.92, Nunc referam gratiam, atque eos itidem fallam, vt ab illis fallimur.

Fallere dolis. Terent. in Andria, 3.2.13, Itáne tandem idoneus tibi videor quẽ tam aperte fallere incipias dolis?

Fallit me animus: Ie me abuſe. Plaut. in Menæhmis, 24.24, Niſi me animus fallit, hi ſunt germani duo. Terent. in Heaut.4.1.1, Niſi me animus fallit, hic profecto eſt annulus quem ego ſuſpicor. Idem in Phor.5.1.8, Certo ædepol, niſi me animus fallit, aut parum oculi proſpiciunt, meæ nutricem gnatæ video.

Nihil me fefellit. Terent. in Heaut. 4.3.4, Nihil me fefellit, cognita eſt, quantum audio huius verba. Il ne ma point abuſé. Idem in And. 1.2.33, Irrides, nihil me fallis. Donatus, Nihil me fallis, Non te ignoro, non me decipis. Ie te congnois trop, tu ne me peus abuſer, Ie ſcay bien que tu ſces faire.

Non pol me multum fallit, quin quod ſuſpicor, ſit quod velit. Ie ne ſuis de guere abuſé, ſil ne veult ce que ie penſe. Terent. in Hecyra, 5.1.2.

Niſi quid me fefellerit, Si ie ne ſuis abuſé. Terent. in Phor. 1.4.44, Ego plectar pendens, niſi quid me fefellerit.

Fallere parentibus. Plaut. in Rud. 18.40, Itáne impudens túne hic fallis virginales liberos parentibus, ſubiectos habebis, atque indigno quæſtu conteres? Eſt ce ainſi que tu les veulx fruſtrer de leurs parens, les retirer dauec leurs parens & les tenir auec toy? &c.

Fallunt opera. Plaut. in Pſeud. 4.10, Bibe, es, fuge, opus hoc eorum, vt malis lupos apud oues linquere, quàm hos domi cuſtodes. at faciem cum aſpicias eorum, haud videntur mali, opera fallunt. On voit par leurs oeuures que ce ſont abuſeurs & trompeurs.

Num me fefellit hoſce id ſtruere? Ne ſauoye ie pas bien quilz machinoient cela? Terentius in Heaut. 3.2.3.

Fefellit ſpes. Plin. epiſt. 155.a, Vendideram vindemias certatim negotiatoribus ementibus: inuitabat pretiũ, & quod tũc & quod fore videbatur ſpes fefellit. Leſperãce ma deceu: Iay perdu mon attente.

Falſus ſum paſſiue, Decipior. Plaut. in Menæhm. 17.2, Progredi properabo: ſed id quàm facile ſit, haud mihi ſum falſus. Ie ſcay bien au vray cõbien il eſt facile. Idem in Aulul. 6.4, Velim te arbitrari me hæc verba frater meæ fidei, tuæque rei hoc vel hoc cauſſa facere, vt æquũ eſt germanã ſororẽ: quanquã haud falſa ſum nos odioſas haberi. Ia ſoit que ſoie tout aſſeurée &c. Terent. in And.4.1.23, Poſtquã me amare dixi, cõplacita eſt tibi: heu me miſerũ, qui tuum animum ex animo ſpectaui meo. P. falſus es. Tu tabuſe, il neſt pas ainſi que tu penſe. Plaut. in Truculẽto, 17.10, Mihi etiámnum quid ſit negoti, falſus incertúſque ſum: niſi quia timeo tamen.

Falſus, actiue. Virg. lib.1. georg. Solem quis dicere falſum Audeat? Id eſt, fallacem.

Fallere, Latere. Liuius, Speculator Carthaginenſis, qui per bienniũ fefellerat, Romæ deprehenſus, præciſis manibus dimittitur. Qui auoit eſté caché.

Fallere, Eſchapper. Horat. Atria ſeruantem, poſtico falle clientem.

Fallens fallentis, o.g. Qui decoit, & abuſe.

Fallente veſtigio. Plin. epiſt. 25.b. Hunc dũ ſequitur, colligítque per leue & lubricũ pauimẽtũ, fallẽte veſtigio cecidit, coxámque fregit. Le pied luy faillit & cheut. ou faiſant vng faulx pas.

Fallente cliuo. Plin. epiſt. 101.d, Villa in colle imo ſita proſpicit quaſi ex ſummo. ita leniter & ſenſim cliuo fallente conſurgit: vt cum aſcendere te non putes, ſentias aſcendiſſe.

Falſus falſa falſum, Faulx. Terent. in Eunucho, 1.2.24, Quæ vera audiui, taceo & contineo optime. ſin falſum, aut vanum, aut fictũ eſt, continuo palàm eſt. Idem in Heaut. 3.1.12, Aut ego profecto ingenio egregie ad miſeriã natus ſum, aut illud falſum eſt quod vulgo audio dici, diẽ adimere ægritudinem hominibus.

Falſa cauſſa. Terent. in And.1.5.22, Cenſen' vllum me verbum potuiſſe proloqui: aut vllam cauſſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquam? obmutui.

Falſum gaudiũ. Terent. in And. 1.2.9, Id voluit, nos ſic nec opinantes duci falſo gaudio.

Falſam gratiam inire. Terent. in Heaut. 2.3.61, Perge obſecro te, & caue ne falſam gratiam ſtudeas inire.

Falſæ lites. Plaut. in Rud. 2.13, Noſcamus vt quenque adiuuet opulentia. qui falſas lites falſis teſtimonijs petũt, quique in iure abiurãt pecuniã, eorũ referimus nomina exſcripta ad Iouẽ.

Falſa lachrymula. Terent. in Eunucho, 1. 1. 22, Egóne illam? quæ illũ? quæ me? ſine modo: mo" ri me malim. ſentiet qui vir ſiem. hæc verba, vna me hercle falſa lachrymula, quam oculos terendo miſere, vix vi expreſſerit, reſtinguet.

Falſa ſolicitudo. Terent. in Heaut. 1. 2. 3, Nihil adhuc eſt quod vereare Clinia, haud quaquã etiam ceſſant: & illam ſimul cum nuntio tibi hic ego affuturam hodie ſcio. proin tu ſolicitudinem iſtam falſam, quæ te excruciat, omittas.

Falſum ſomnium. Plaut. in Milite, 7. 28, Ecaſtor ergo mihi haud falſum euenit ſomnium.

Falſa ſpes. Terent. in And. 4. 1. 24, Nónne tibi ſatis eſſe hoc viſum ſolidũ eſt gaudium, niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres?

Falſus animi. Terent. in Eunucho, 2. 2. 42, Sed quid videtur hoc tibi mancipium? P. non malũ hercle. G. vro hominem: vt falſus animi eſt! Il eſt bien abuſé.

Falſum habere, Id eſt decipere. Salluſt. in Iugurtha, Nec ea res me falſum habuit.

Falſò aduerbium: A tort, & ſans cauſe. Plaut. in Bacch. 11. 43, Non maneo, neque tu me habebis falſò ſuſpectum. Terent. in And. 3. 2. 25, Continuo dari tibi verba cenſes. S. falſò. D. itaque hercle nihil iã mutire audeo. Idem in Heaut. 2. 3. 27, Nam mihi nunc nihil rerum omniũ eſt quod malim, quàm me hoc falſò ſuſpicarier. Sall. Falſò queritur de natura ſua gen⁹ humanũ.

Falſè: aduerbium: Faulcement, Par tromperie. Plau. in Capt. 11. 80, Tace modo, ego Philocrates falſè faciam, vt verus hodie reperiare Tyndarus.

Falſidicus falſidica falſidicũ, Qui falſa loqui cõſueuit. Faulx. Plaut. in Capt. 12. 13. Me, meámque rem, quod in te vno fuit, tuis ſceleſtis falſidicis fallacijs dilacerauiſti.

Falſificus falſifica, falſificũ, Qui faict tromperie. Plaut. in Milite, 5. 36, Qui arguat ſe, eum cõtra vincat iureiurando ſuo, domi habet animum falſiloquum, falſificum, falſiiurium.

Falſiiurius, falſiiuria, falſiiurium, Qui falſa iurat. Plaut. in Milite, 5. 36.

Falſiloqu⁹, falſiloqua, falſiloquũ, Qui falſa loquitur. Plaut. in Milite, 5. 36. Idem in Capt. 6. 14, Secede huc: nam ſunt quæ ex te ſolo ſciſcitari volo: quarum rerum te falſiloquũ mihi eſſe nolo.

Falſimonium, falſimonij, n. g. Plaut. in Bacch. 11. 12, Multi more iſto atque exemplo viuũt: quos cum cenſeas tibi amicos, reperiuntur falſi falſimonijs.

Fallax fallacis, o. g. Deceuant, deceptif, fallacieux, trompeur.

Fallaces herbæ: Herbes qui ne rapportẽt rien, veu lapparence quelles ont. Cic. de amicitia, 60, Nouitates autem, ſi ſpem afferunt, vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, nõ ſunt illæ quidem repudiandæ.

Fallacia fallaciæ, Tromperie. Terent. in And. 4. 4. 39, Fallacia alia aliam trudit.

Fallacioſus fallacioſa fallacioſum, quod eſt plenũ fallacijs. Gellius, Veterũ teſtimonia quibus huiuſmodi ambages fallacioſæ confutantur.

FALX falcis, f. g. A farre, litera commutata. Vne faulx a faulcher herbes, auoines, vne faulcille a cier blés. &c. Virg. Incidere falce nouellas. Idem, Falce nec agricolæ duri reſecanda. Plin. lib. 18. cap. 28, Falcium duo genera: Italicũ breuius, ac vel inter vepres quoque tractabile. Galliarum latifundia maioris cõpendij, quippe medias cædunt herbas, breuioréſque prætereunt.

Falco falcas, falcare, Faulcher.

Falcarius, falcarij, Qui falce vtitur. Vng faulcheur. Cic. lib. 1. inuect. cõtra. Catil. Dico te prima nocte veniſſe inter falcarios. Priſcianus hunc locum exponẽs, ait, Inter falcarios, id eſt, in locum vbi ſunt falcarij.

Falcatus falcata falcatum, Quod formam falcis habet. Plinius lib. x, de gallo loquens, Ipſum verò cantum, plauſu laterum in ſublime quoque caudam falcatam erigens.

Falcatus, Falcibus inſtructus. Vnde falcati currus dicti ſunt. Macrobius, Inducebat etiã currus cum falcibus, & elephantos cum turribus.

FAMA famæ. Sermo quidam in populo, ſine certo authore, de re aliqua recenti, ſiue bona, ſiue mala. Bruit qui court parmi la ville de quelque choſe que ce ſoit, ſoit bonne ou mauuaiſe. Terẽtius in And. 1. 1. 72, Omnes vno ore omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, qui gnatũ haberẽ tali ingenio præditũ. quid verbis opus eſt? hac fama impulſus Chremes, vltro ad me venit. Cic. in Philipp. Hoc triduo vel quatriduo triſtis à Mutina fama manarat. Et ſtatim pòſt, Famam iſtam faſciũ diſſipauerunt. Virg. lib. 4. AEneid. Magnas it fama per vrbes, Fama malum, quo nõ aliud velocius vllum, Hæc tunc multiplici populos ſermone replebat Gaudens, & pariter facta atque infecta canebat.

Famam diſſipare: Semer vng bruit. Apud Ciceronem in præcedenti exemplo.

Fama ero vobis. Terent. in Hecyra, 2. 1. 21, Quo quiſque pacto hic vitam veſtrorum exigat,

& multo melius hic quæ fiunt, quàm illic vbi ſum aſſidue, ſcio: ideò quia vt vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris. Tels que ſeres enuers moy en la maiſon, tel bruit ſera il de moy hors la maiſon.

Famæ commendatioris homo, Qui ha bon bruit. Plin. libr. 25. cap. 10, Antirrhinon vocatur, ſiue Anarrhinon, ſiue lychnis agria, ſimilis lino, radice multa: & hoc perunctos nullo medicamento lædi poſſe, aut veneno ſi quis in brachiali habeat: tradúntque ea perunctos, commendatioris eſſe famæ.

Fama de. Salluſt. in Iugurtha, Ciuitas trepida antea, ſollicita de belli euentu læta agere: de Metello fama præclara eſſe.

Fama hæſit ad metas. Cic. pro M. Cælio, Nihil occultabo, fretus humanitate ac ſapiẽtia veſtra: fama adoleſcentis paulum hæſit ad metas, notitia noua mulieris, & infelici vicinitate, & inſolentia voluptatum.

Fama ſapientiæ. Cicero de amicitia, 14, Itaque non tam iſta me ſapientiæ, quam modo Fannius cõmemorauit, fama delectat, falſa præſertim, quàm quòd amicitiæ noſtræ memoriam ſpero ſempiternam fore.

Fama etiam dicitur de re inueterata, firmatáque in hominũ opinione, incerta tamen. Plaut. in Moſtell. 4. 70, Soli gerundũ cenſeo morẽ, & capiũdos crines, vt fama eſt, homini. Virg. Dedalus (vt fama eſt) fugiẽs Minoia regna &c. Martial. Quicquid fama canit, donat arena tibi. Quintil. Fama eſt olim Iouem in imbrem aureũ cõuerſum, puellæ in gremiũ deſcẽdiſſe.

Fama, Opinio. Plin. Huc eum liberalitatis tuæ fama perduxerat.

Famæ, in plurali. Plau. in Trinummo, 4. 110, Hem mea malefacta, hem meam auaritiam tibi. haſcine me propter res maledictas famas ferunt?

Famoſus famoſa famoſum: Choſe de quoy il eſt grand bruit, ſoit en bien, ou en mal, Vt famoſa cauſſa. Plin. epiſt. 109, lib. VI, Impẽſe petis vt cauſſam tuã pertinentẽ ad curam tuam, pulchrã alioqui & famoſam faciam. Idem epiſt. 190. d, Præterea, qua gratia, quibus amicitijs fultum, nominat quendam, qui tunc ad orientem ampliſſimum & famoſiſſimum exercitum, non ſine magnis dubiiſque rumoribus obtinebat.

Famoſus, Infamis & turpis. vt famoſa mulier, quæ noſcitur impudica eſſe. Cic. lib. 2. de orat. Quid ad me venis cum tua lana & colu? quia me ad famoſas vetuit mater accedere. Salluſt. Largitionem famoſam, impudentémque.

Famigerator famigeratoris, Qui fert famam: Vng porte nouuelle, qui ſeme vng bruit. Plautus in Trinummo, 4. 1. 32, Ego de verbis eorum famigeratorum inſcius profilui.

Famigeratio famigerationis, f. g. Plaut. in Trinummo. 10. 66, Hæc famigeratio te honeſtet, mecum conlutulet.

FAMES famis, f. g. Fain.

Fame dominante. Cic. pro A. Cluentio, Auxilium capiti & fortunis ſuis petere cœpit. Iam hoc ignoratis, iudices, vt etiam beſtiæ, fame dominante, plerunque ad eum locum, vbi paſtæ aliquando ſint, reuertantur? Quant elles ont fain.

Famelicus, famelica, famelicũ, Qui ha fain. Plaut. in Caſina. 3. 41, Poſt id, cũ laſſus fueris, & famelicus, noctu vt condigne recubes, curabitur. Idem in Pſeud. 2. 14, In ſcenã qui ieiunus venerit, aut ſitiens, is riſu & ventre raſo vigilabit ſedulo: dúmque ridebunt ſaturi, mordebunt famelici. Idem in Rud. 9. 6, Saluete fures maritimi, conchitæ atque hamiotæ famelica hominum natio, quid agitis? Terent. in Eunucho, 2. 2. 29, Ille vbi miſer, famelicus, videt me eſſe in tantum honorem, & tam facile victum quærere, ibi homo &c.

FAMILIA familiæ, f. g. & in res, & in perſonas deducitur.

Familia: Le meſnage dung hõme, ſes biẽs quil ha pour viure. Lex XII TAB. Agnatus proximus familiam habeto. Terent. in Heaut. 5. 1. 36, Filij eſt amica Bacchis, Menedeme: occidi. M. quamobrem? c. decem dierũ vix mihi eſt familia. A grãd peine ay ie de quoy pour y fournir dix iours.

Familia, Les gens que aucun ha ſoub ſoy, comme enfans, ſeruiteurs, & autres. Vnde & paterfamiliâs & materfamiliâs. Plaut. in Truculento, 8. 19, Hæc vna opera circumit per familias, puerũ veſtigat. Varro, Si ab fundo longius abſunt oppida aut vici, fabros procurent, quos habeãt in villa, ſic cæteros neceſſarios artifices, ne de fũdo familia ab opere diſcedat, ac profeſtis diebus ambulet, feriata potius, quàm opere faciundo, agrum fructuoſiorem reddat.

Familia: Qui ex eadem ſunt cognatione. Parenté, famille.

Familiaris, & hoc familiare, Choſe appartenãt a la famille. Cicero, Etſi negotijs familiaribus impediti &c.

Familiaris, Qui ex eadem familia eſt. Cic. ad Quintum Fratrem, AEſopi tragœdi familiaris ſeruus tibi notus aufugit. Plaut. in Amphit. 3. 127, Ne qui eſſem, familiares quærerent, verſari crebro hic cum viderent me domi.

Familiaris filius. Plaut. in Capt. 6. 23, Quãquam non multum fuit moleſta ſeruitus: nec mihi ſecus erat, quàm ſi eſſem familiaris filius. Que ſi ieuſſe eſté lenfant de la maiſon.

Familiaris vita. Plaut. in Perſa, 4. 45, Paululum habeat præſidij, qui familiarem ſuam vitam oblectet modo.

Familiaris amicus, cũ quo frequẽs eſt nobis cõuerſatio. Cic. de amicitia, 75, Sed neſcio quomodo verum eſt, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit, Obſequium amicos, veritas odium parit.

Familiaria, familiariorum, Dicũtur ſepulchra, quæ quis ſibi ac familiæ ſuæ conſtituit, ſicut ſcribit Iureconſ. de religioſis.

Familiaritas familiaritatis, Familiarité & conuerſation que on ha auec aucũ. Terent. in Heaut. 1. 2. 10, Mihi magna cum eo iam inde vſque à pueritia ſemper fuit familiaritas. Cicero de amicitia, 4, Sic cum accepiſſemus à patribus maxime memorabilem C. Lælij & P. Scipionis familiaritatem.

Familiariter, aduerbium, Familierement, priuement. Plaut. in Rud. 11. 6. Ah nimium familiariter me attrectas. Terent. in And. 1. 1. 109, Tum illa, vt cõſuetum facile amorem cerneres, reiecit ſe in eum flens, quàm familiariter!

Familiariter ignotum compellare. Plaut. in Menæh. 9. 17, Certò hæc mulier aut inſana aut ebria eſt Meſſenio, Quæ hominem ignotum compellet me tam familiariter.

Familiariſſime aliquẽ diligere. Plin. epiſt. 196. a, Ipſe ſum teſtis, familiariter ab eo dilectus, probatúſque, ſemel omnino, me audiente prouectum. Idem epiſt. 144. a, Neptem paruam noui: nepotem familiariſſime diligo, aduleſcentem ſingularem.

Familiariter inſpicere. Plin. in Paneg. 142, Vos quoque, quos parens noſter familiariter inſpicere dignatur, fouete iudicium eius, quod de vobis habet: hic veſter labor.

Familiariter loqui. Plaut. in Aulul. 6. 15, Vt tuam rem ego tecum hic loquerer familiariter.

Familiariter monere. Terentius in Heaut. 1. 1. 6, Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas (quod ego in propinqua parte amicitiæ puto) facit, vt te audacter moneam, & familiariter.

Familiariter prædicatus. Plaut. in Trinummo, 6. 54, AEdepol hominem prædicatum ferme familiariter, qui quidem nunquam per virtutem rem confregit, atque eget.

Familiariter ferre mortem alicuius: Id eſt, grauiter, interprete Donato. nam quæ nobis ſunt familiaria, grauia ſunt animo noſtro. Terentius in And. 1. 1. 84, Hic paruæ conſuetudinis cauſſa mortem huius tam fert familiariter.

Familiariter cum aliquo, viuere. Cic. de amicitia, 66, Nihil enim turpius, quàm cum eo bellũ gerere, qui cum familiariter vixeris.

FAMINARE, pro dicere, antiquis in vſu, authore Feſto Pomp.

FAMVL, famulis, m. g. Seruiteur. Ennius lib. 8, Mortalem ſummam fortunal repente reddidit ſummo regno, famul vt optimus eſſet.

Famulus famuli, Seruiteur. Feſtus, Famuli origo ab Oſcis depẽdet, apud quos ſeruus famul nominabatur. Vnde & familia vocata eſt. Idem paulo ſuprà, Familiares, ex eadẽ familia. Poſtea hoc nomine etiam famuli appellari cœperunt, permutata i in u, litera.

Famulatus famulatus famulatui, m. g. Dicebatur famulitium, inquit Feſtus, quod nũc ſeruitiũ. Cic. de amicitia, 61, Vt in fabulis, qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis & generis, in famulatu fuerint, cum cogniti ſunt, & aut deorum, aut regum filij inuenti.

Famulitium famulitij, n. g. Seruitus. Varro, Apud ignauum dominũ, duro famulitio aſtrictus.

Famulitium, Seruorum copia. Macrobius, Vnus è famulitio, cui prouincia erat admittere volentes dominum conuenire.

Famulatio, famulationis, Famulorum famularúmque multitudo. Apul. lib. 2, Et ecce mulierem quampiam frequenti ſtipabam famulatione.

FANVM fani, n. g. Templum. Dictũ, vt inquit Feſtus à fando, quòd fando cõſecratur. Vel à Fanno, qui primus, authore Probo grãmatico, fani cõditor fuit. Varro lib. v. de lingua latina, Fana nominata, quòd põtifices in ſacrando fati ſint finẽ. Cic. lib. 2. de legibus, Illud vitioſum, Athenis quòd Cylonio ſcelere expiato, Epimeni decreto ſuadente, fecerunt cõtumeliæ fanum, & impudentiæ. Idem Attico, lib. xv, Erotis diſpenſatio impedit. nã cũ ex reliquis quæ Nonis Aprilis fecit, abundare debeam, cogor mutuari: quódque ex iſtis fructuoſis rebus receptum eſt, id ego ad illud fanum ſepoſitum putabam.

Fanum nonnulli ſcribunt per ph, ἀπὸ τοῦ φανεροῦ, quod ſignificat manifeſtum, quòd è fano reſponſa dabantur.

Fanaticus fanatica fanaticum. Fanatici olim dicti ſunt homines numine afflati, qui verbo græco enthei dicuntur, & theophorumeni, quòd non ſua ſponte, ſed diuino numine ferãtur. Cuiuſmodi Cumea ſibylla à Virgilio deſcribitur in ſexto, Cui talia fanti Ante fores ſubito non vultus, non color vnus, Nõ cõptæ manſêre comæ, ſed pectus anhelũ, Et rabie fera corda tument, maiórque videri Nec mortale ſonãs afflata eſt numine quãdo, Iam propiore dei. & reliqua. Huiuſmodi erãt Galli matris deûm Cybeles, qui propterea Corybãtes dicũtur, quaſi furibundi ſaltantes. Illi enim in ſacris ſuis, vel ſacrilegis potius, caput rotabant: & vrinantium more in caput ſe iactabant. Vnde & Cybele dicta a verbo cybiſto, quod in caput rotari ſignificat, vt Petauriſtæ ſolent. Iuuenalis ſatyr. 2, Et crine ſenex fanaticus albo Sacrorum antiſtes. Liuius, Galli matris magnæ à Peſſimunte occurrere cũ inſignibus ſuis, vaticinantes fanatico carmine deam Romanis victoriam dare. Idem lib. 9. de bello Macedonico, de Bacchanalibus loquens, Viros velut mente captos cũ iactatione fanatica corporis vaticinari. Quintil. in vndecimo, Frequens etiam capitis nutus non caret vitio, adeò caput iactare, & comas excutientem rotare, fanaticum eſt.

FAR, farris, n. g. Apud veteres de omnibus frugibus dicebatur, quia id ferret terra. vel à frãgendo ſe. vel à faciẽdo, vt inquit Varro de lingua latina, lib. 4, quòd in piſtrino fiat. Du blé & ſin froument. Columella lib. 9, Poſthæc cauea cũ matre claudẽdi ſunt, & farre hordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre, vino aſperſo modice alendi. Virg. Ingentẽ farris aceruum. Idem, Et farre litabo. Vide Plinium lib. 18. cap. 8.

Farreum farrei, Genus libi ex farre factum. Plin. Cum & in ſacris nihil religioſius confarrationis vocabulo erat, nouæque nuptæ farreum præferebant.

Farreum, veteres horreum, à farre: ſicut granarium, & horreum ab hordeo.

Farreatio farreationis, f. g. genus ſacrificij quod fiebat, à farreo libo, quoties nuptiæ conficerẽtur. Hæc etiam confarreatio dicebatur.

Farrago farraginis, f. g. à farre. Eſt id quod ex multis ſatis, vt hordeo, vitia, & leguminibꝰ fit, pabuli cauſſa, Vng ramas & meſlãge de pluſieurs ſortes de grains, cõme de blé, dorge, & autres, pour la paſture des beſtes. Varro dẽ re ruſtica lib. 1. cap. xxxi, Hoc amplius dictũ ocymum, à græco verbo ὀκὺς, quod valet cito. Similiter quoque ocymum in horto. Hoc amplius dictum ocymum, quòd citat aluum bobus, & ideo ijs datur vt purgẽtur. id genus pabuli ſunt ſegetes virides ſectæ, antè quàm gerãt ſiliquas. Contrà, ex ſegete, vbi ſata admiſta hordeum & vitia & legumina, pabuli cauſſa ſunt. Inde, quòd far ferro cæſum, farrago dictũ, aut quòd primum in farracia ſegete ſeri cœptum. ea equi & iumenta cætera verno tempore purgantur, ac ſaginantur.

Farrago, Vne meſlange de pluſieurs choſes enſemble. Iuuenalis, Quicquid agũt homines, votum, timor, ira, voluptas, Gaudia, diſcurſus, noſtri eſt farrago libelli.

Farraginẽ pro farre vel frumẽto poſuit Perſius, Vappa, lippus, & in tenui farragine mendax.

Farina farinæ, f. g. Farine. Plin. lib. 18. cap. 9, Nã quæ ſicca molũtur, plus farinæ reddunt: quæ ſalſa aqua ſparſa, candidiorẽ medullam: verùm plus retinent in furfure. farinã à farre dictã, nomine ipſo apparet. Martialis, Paſcitur & dulci facilis gallina farina. Ouid. Nam quæ puluereæ fuerint confuſa farinæ. Per rr geminum ſcribetur, ſi ad originem reſpiciamus.

Farinarius, ria, rium: Quod ad farinam pertinet. Plin. lib. 18, Farinario cribro ſuccernunt.

FARCIO farcis, farſi, fartum, farcîre, Farcir, remplir, ſaouler. Quaſi farre implere.

Farcire: Saginare, pinguefacere: Engraiſſir. Columella lib. 9, Hæc enim ferè cõmunis eſt cura farcientium. nam illi qui volunt non ſolum opimas, ſed etiam teneras aues facere, mulſea recente aqua prædicti generis farinam conſpergunt, & ita farciunt.

Farcire, Remplir de quelque choſe que ce ſoit. Plin. epiſt. 256, Præterea architectus ſanè æmulus eius, à quo opus inchoatum eſt, affirmat parietes (quãquam viginti & duos pedes latos) impoſita onera ſuſtinere non poſſe: quia ſint cæmento medii farti, nec teſtaceo opere præcincti. Victruuius, Sed noſtri, celeritati ſtudentes, erecta collocantes frontibus ſeruiunt, & in medio farciũt, farctis ſeparatim cum materia cæmentis. Itaque tres ſuſcitantur in ea ſtructura cruſtæ, duæ frontium, & vna media farcturæ. Græci nõ ita: ſed plana collocantes, coriis alternis in craſſitudinem inſtruentes non media farciunt, ſed è ſuis frontatis perpetuam & in vnam craſſitudinem parietum conſolidant. Præterea interponunt ſingulos perpetua craſſitudine: vtraque parte frontatos, quos datores appellant: qui maxime religando confirmant parietum ſoliditatem.

Farcire alii centones. Plaut. in Epid. 10. 19, Hic non eſt locus: quin tu alium quæras, cui centones farcias. Id eſt, quẽ tu glorioſis mendaciis & conſarcinatis fabulamentis expleas. Va vẽdre tes coquilles a vng autre. Va compter tes vaillantiſes a vng autre, ie te cõgnois bien.

Farcimen farciminis, n. g. Inteſtinum varie ac minutim conciſa carne refertũ. Vng petit paſté, ou vne ſauciſſe. Varro lib. 4. de lingua latina, Ab eadem fartura farcimina extis appellata: à quo in eo quod tenuiſſimũ inteſtinum fartum, hila ab hilo dicta, id eſt, minimo, vt ait Ennius, Neque diſpendii facit hilum. quod in hoc farcimine ſummo quiddam ſeminet.

Fartor fartoris, Qui farcimina facit ex inſecta carne & adipe & huiuſmodi. Qui faict & vent des ſauciſſes, ou petis paſtés de chair menuyſee fort menu. Terent. in Eun. 2. 2. 26, Fartores, piſcatores, aucupes &c. Plaut. in Truc. 4. 11, De noſtro ſæpe edũt, quod fartores faciunt.

Fartile, n. g. Id quo implẽtur ea quæ decoquũtur: De la farce. Plin. Iecur anſerinum fartilibus creſcit mira magnitudine.

Fartũ farti, Eſca qua quid farcitur vel fartũ eſt. De la farce. Columella lib. 3, Semper proderit ſimul ac folia agere cœpit ficus, ſubrica amurca diluere, & cũ ſtercore humano ad radicẽ infundere: ea res efficit vberiorem fructum, & fartum fici ſpecioſius & plenius.

Fartum veſtis: Le remplage, ou rẽpliſſemẽt de la robbe, Ceſt le corps. Plaut. in Moſtellaria, 4. 13, Contempla, amabo, mea Scapha, ſatin' hæc me veſtis deceat: volo placere Philolachetimeo ocello, meo patrono. s. quin tu te exornas moribus lepidis, quum lepida tu te es? non veſtem amatores mulieris amant, ſed veſtis fartum.

Fartura farturæ, vel farctura farcturæ, Rempliſſement, Ce qui eſt rempli. Vide in præcedenti Victruuii exemplo. Columella lib. 9, Sed ſi faſtidiet cibum, totidẽ diebus minuere oportebit, quot iam farturæ præceſſerint.

Fartim, aduerbium: Tout en vng monceau, en vng tas. Apul. Parabat viſcum fartim cõciſum.

FARIS vel fare, fatur. à fero deductum eſt. nihil enim aliud eſt fari quàm ferre, id eſt, loqui. Quanquam Varro inter fari & loqui hoc intereſſe ſcribit, quòd fatur is, qui primus ſignificabilem vocem ore emittit, nullo verborũ ordine ſeruato. vnde pueri, antè quàm id faciant, infantes dicuntur. Loquitur autem is, qui ſuo loco vnumquodque verbum ſciens ponit.

Fari, Parler. Virg. lib. 6, Sic fatur lachrymans, claſſíque immittit habenas. Idẽ, Lachrymis ſic fatur obortis.

Fando, Par ouy dire. Plaut. in Amph. 7. 30, Quæ neque fieri poſſunt, neque fando vnquã accepit quiſquam, profert carnufex. Plin. in Paneg. 141, Ita quod fando inauditum, cum princeps & principis amicus diuerſa velletis, id potius factum eſt quod amicus volebat.

FAS, omnis generis, indeclinabile. Quod pium eſt, & religioſum, & fari dignũ. & ad deos refertur, ſicut iuſtũ ad homines. Virg. Fas & iura ſinunt. Id eſt, diuina & humana iura permittunt. Idem lib. 1. georg. Quippe vbi fas verſum atque nefas, tot bella per orbem, Tã multæ ſcelerum facies. &c. Seruius, Spernunt licita, appetentes illicita.

Fas eſt: Il eſt licite. Plaut. in Aſin. 10. 11, Neque pol te accuſo, neq; id me facere fas exiſtimo.

Fas habere. Plaut. in Trinummo, 6. 11, Hæc, dies, noctéſque tibi canto, vt caueas quod manu non queunt tangere, tantum fas habẽt quo manus abſtineãt. Ils fõt ſeulement cõſcience de ne point toucher ou ils ne peuuent attaindre.

FASCIA faſciæ, Genus ligaturæ, qua pueri vel aliud quid ligari ſolet. Les bandelettes.

Faſciæ proprie pro tegumẽto crurũ, pedúmque poni conſueuerũt. Ideóque cruriles, pedulésque dicuntur. Vlpianus, Faſciæ cruriles pedulésque veſtis loco ſunt, quia partem corporis veſtiunt. Plinius ſcribit lib. 8 Mures portendiſſe exitiũ Carboni imperatori, arroſis faſciis quibus in calceatu vtebatur.

Faſciæ, Iartiers, liens. Columella, lib. 7, Recte genibus applicantur, ac genibus circundantur. Martialis, Orbis terræ in quinque zonas, ſiue melius faſcias, diſcernitur.

Faſcia, aliquando ponitur pro nube, in modum faſciæ cælum præcurrente. Iuuenalis, Nil faſcia nigra minatur.

Faſcio faſcias, faſciare, Faſcia ligare. Spartianus de Antonio Pio. Sed cũ eſſet longus & ſenex, incuruatúſque, tiliaciis tabulis in pectore poſitis faſciabatur, vt rectius incederet.

FASCIS huius faſcis, m. g. Lignorum aut alterius cuiuſcunque rei ligata cõgeries. Vng faiſſeau: ou monceau de bois lié enſemble.

Faſcis, Onus: Charge. Nam faſces lignorum ſeu aliarũ rerum, graues ſunt portantibus. Virg. Ego hoc te faſce leuabo.

Faſces, faſciculi erãt virgarum, intra quas virgas ſecuris obligata erat, ita vt ferrũ in ſummo faſce extaret. Plaut. in Epid. 2. 26, Lictores duo, duo viminei faſces. Plin. de viris illuſt.

20, Quarũ plebeia cũ ſororem ſalutaret, cuius vir tribunus militũ, cõſulari poteſtate erat, faſces lictorios foribus appoſitos indecẽter expauit. Liuius in ſecũdo, Omnia iura, omnia inſignia primi conſules retinuere. id modo cautum eſt ne ſi ambo faſces haberent, duplicatus terror videretur. Brutus prior, concedente collega, faſces habuit.

Faſces ſubmittere: Inſignia vimq; imperii, maieſtati vel reuerẽtiæ alicuius ſubmittere. vt Publicola, qui primus hoc inſtituit. Cũ enim poſſet imperii ſummi, id eſt, cõſulat⁹ iure vti agẽdo cũ populo, faſces tamen maieſtati Pop. Ro. ſubmiſit. Hoc eſt lictores à ſe tantiſper abire iuſſit, quoad cõcionatus eſſet: vt author eſt Liuius lib. 2. Et Pompeius laureatos faſces hoc eſt triũphũ expectãtes, ianuæ philoſophi Poſſidonii ſubmiſit. Noſtro tẽpore, ſi princeps ad curiã veniẽs, ſtipatores ſuos, & omnẽ illum regium ac terreficũ comitatũ ſubſiſtere in ærea palatina iubeat, & ciuiliore habitu aſſumpto conſeſſus iuridici reuerentia aut reddere ipſe iura, aut etiã audire reddẽtes ſibi iura, aut fiſco ſuo velit, iuſtitiæ faſces ſubmittere dici poſſit. Id eſt, ſi cũ legibus non teneatur, immodicã illã ac regiã potentiã, quam abſolutam dicimus, id eſt, legibus nõ obſtrictã inhibere in animũ induxerit, & iuri æquitatique cedere, ciuili animo cõſtituerit. Plin. lib. 7. Cn. Põpeius confecto Mithridatico bello intraturus Poſſidonii profeſſione ſapiẽtiæ clari domũ, fores percuti de more à lictore vetuit, & faſces lictorios, ianuæ ſubmiſit, is cui ſe oriens, occidenſque ſubmiſerat. Cicero in Bruto, Nã mihi Brute in te intuenti crebro in mentẽ venit vereri quodnã curriculũ aliquando ſit habitura tua & natura admirabilis, & exquiſita doctrina, & ſingularis induſtria. Cũ enim in maximis cauſſis verſatus eſſes, & cũ tibi ætas noſtra iã cederet, faſcẽſq; ſubmitteret, ſubito in ciuitate cũ alia ceciderũt, tum etiã ipſa de qua diſputare ordimur eloquentia obmutuit.

Faſces in plurali pro magiſtratibus & honoribus qui à populo præſtãtur: quia aut duodecim, aut ſex faſcibus vtebantur. Virg. lib. 2. georg. Non illum populi faſces, non purpura regũ Flexit. Nõnunquã etiã numero ſingulari pro cõſule. Virg. Iniuſto ſub faſce, viã dũ carpit.

Faſciculus, diminutiuum, paruus faſcis. Vng petit faiſſeau.

Faſciculus, Olfactoriolum: Vng bouquet. Cic. lib. 3. Tuſc. Faſciculũ ad nares admouebis.

FASCINVS & faſcinum, à fando, Quoddam incantationis genus, quo homines ita liganꝫtur vt liberi non ſint, nec mentis compotes: ſæpéque ad extremã maciem deueniãt. Horat. in Epodo, Minúſve languet faſcinum. Enſorcerie.

Faſcinans faſcinãtis, Qui enſorcelle. Plin. lib. 13. cap. 4, E palmis prunæ viuaces, igniſque lentus. fructiferarum aliis breuius lignũ in pomo, aliis longius: his mollius, illis durius: quibuſdã oſſeum limatúmque, dente contra faſcinantes religione politum.

Faſcino faſcinas, faſcinare, Enſorceler. Virg. Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

FASELLVS, faſelli, m. g. vel fœmin. Genus nauigii Campani. Virg. lib. 4. georg. Et circũ pictis vehitur ſua cura faſellis. Salluſt. lib. 3. hiſt. Et forte in nauigando cohors vna, grãdi faſello vecta, à cæteris deerrauit.

FASTIGIVM faſtigii, Altitudo ac ſummitas operis. AEdificii ſummũ, inquit Feſtus. Le feſte dung edifice, le couplet. Le hault ou ſommet de quelque ouurage. Virg. Et faſtigia ſuſpicit vrbis. Plin. in Paneg. 90, Exceſſuróſque templorum faſtigium titulos.

Faſtigiũ, Pars ima dicitur. Virg. lib. 2. georg. Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæras. Varro de re ruſtica, lib. 1, Foſſa ita idonea fiat, vt omnem aquam quæ de cælo venit, recipere poſſit, aut faſtigium habeat, vt exeat è fundo aggeris.

Faſtigiũ, finis. Ci. 3. off. Sed quo opere inchoato, prope tamẽ abſoluto, tibi faſtigiũ imponim⁹

Faſtigiũ tenere inter homines. Plí. in Pan. 85, Sic fit vt dei ſũmũ inter homines faſtigiũ ſeruẽt

Faſtigio faſtigias, faſtigiare, Acuminare, & quaſi in faſtigium erigere. Plin. lib. 18. cap. 17, Frumenta hyeme in herba ſunt, verno tempore faſtigiãtur in ſtipulam quæ ſunt hiberni tẽporis.

FASTVS huius faſtus, m. g. quartæ declinationis, vel faſtus faſti ſecundæ. Liber qui continet dierum obſeruationem. Lucanus, Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus. Varro in Ephemeride, Cæſar faſtus correxit. Columella lib. x, Sequor nunc Eudoxi & Metonis faſtus. Et vt author eſt Priſcianus, eadem forma dicitur faſtus vel faſti, qua ſenatus vel ſenati.

Faſti dies, dicti ſunt, quibus ſine piaculo prætoribus licebat tria verba fari, ſcilicet, Do, dico, addico. Et nefaſti, quibus non licebat fari. Ouid. Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur: Faſtus erit per quem lege licebit agi.

Faſtorũ libri, in quibus totius anni res Po. Ro. ſcriptæ continebantur, & cauſſæ feſtiuitatum explicabantur: vt in Faſtis Ouidii: de quibus Idem, Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis, Et quo ſit merito, quæque notata dies: Inuenies illic & feſta domeſtica vobis: Sæpe tibi pater eſt, ſæpe legendus auus.

Faſtos circa forũ in albo propoſuiſſe Flauiũ ſcribã, Liu. ſcribit: vt quãdo lege agi poſſet ſciretur.

FASTVS faſtus faſtui, m.g. Superbia & elatio quædam cũ iactantia verborum: & proprie indigna ſui ipſius per ſuperbiam exiſtimatio.

Faſtidio dis, diui, ditũ, dire, Cũ faſtu quodã cõtemnere, Deſdaigner, Deſpriſer auec vng grãd or gueil. Ne tenir cõpte. Plaut. in Capt. 13.68, Neſcio quẽ ad portũ nactus vbi cœnes, eo faſtidis? Idem in Caſin. 16.7, Mane verò, quanquã faſtidis. Idem in Sticho, 14.34, Quid hic faſtidis? quid faciundũ vides eſſe tibi, quin bibis? Idem in Curcul. 14.34, Vt faſtidit glorioſus! Faſtidit cũ genitiuo. Plaut. in Aulul. 7.67, Abijt, neque me certiorem fecit, faſtidit mei. Lucil. Difficiles ſumus, faſtidimus bonorum.

Faſtidit cum accuſatiuo. Virg. in Bucc. Inuenies alium, ſi te hic faſtidit Alexis.

Faſtidit cum datiuo. Cic. pro Milone, Sed etiam recte factis ſæpe faſtidiunt.

Faſtidium meum. Quo ego alios faſtidio.

Faſtidium mei: quo ego ab alijs faſtidior. Quintil. Ceu mulier omnibus expoſita mortalibus, vanitatem faſtidio mei, deſpectúque captauit.

Faſtiditus, Faſtidio habitus. Lucanus, Pars magna ſenatus Faſtidita iacet.

Faſtidioſus faſtidioſa faſtidioſum, Qui ne tiẽt cõpte des gẽs, qui les deſdaigne & meſpriſe. Plau. in Milite, 18.18, Iſtius metus me macerat, quod ille faſtidioſus eſt iam: ne oculi eius ſententiam mutent. Idem in Rud. 10.41, Neptunus ita ſolet, quamuis faſtidioſus ædilis eſt, ſi quæ im probę ſunt merces, iactat omnes. Plin epiſt. 159. f, Placuit ære ſignari omnes honores faſtidioſſimi mancipij, quóſque repudiaſſet, quóſque quantum ad decernentes pertinet, geſſiſſet.

FATEOR fateris, faſſus ſum, Dire franchement, ſans cõtrainte, Confeſſer. Plaut. in Aulul. 20.16, Atque id quoque iã fiet, niſi fatere. ST. quid fatear tibi? Idem in Capt. 6.45, Nã ego ex hoc quo genere natus ſis, ſcio, hic faſſus eſt mihi. Idem in Trucul. 17.9, At ſi verum mihi eritis faſſæ. Idem in Caſin. 22, 17. Omnẽ in ordine rẽ fatere. Idem in Aſin. 3.48, Fateor eã eſſe importunã, atque incõmodam. Idem in Moſtel. 8.18, Hei miſero mihi, etiã fatetur de hoſpite? Terent. in And. 5.3.25, Ego me amare hãc fateor: ſi id peccare eſt, fateor id quoque.

Fator fataris, fatari, multum loqui, vt inquit Feſtus.

FATIGO fatigas, fatigare, Ad laſſitudinem deducere. Tãt pourmener aucun quæ on le laſſe. Virg. lib. v, Veloces iaculo ceruos, curſúque fatigat. Idem, Quos nulla fatigant Prælia.

Fatigare, Percutere. Virg. Verſáque iuuencum Terga fatigamus haſta.

Fatigare, Perturbare, commouere. Virg. Quæ mare nunc, terráſque metu, cælúmque fatigat.

Fatigare, Excitare, hortari. Virg. Socioſque fatigat, Præcipites vigilate viri.

Fatigare, Cohibere. Cic. lib. 3. off. Qui non verbis ſunt & diſputatione philoſophorũ, ſed vinculis & carcere fatigandi.

Fatigare, Inſtigare, cogere. Virg. lib. 9, Collecta fatigat edendi Ex longo rabies, & ſiccæ ſanguine fauces.

Fatigare, pro fatigari. Virg. lib. VIII, Olli remigio, noctémque diémque fatigant.

FATISCO fatiſcis, fatiſcere, Souurir, & ſentrebailler, comme faict la terre de force de chaleur, ou quelque muraille qui ſe rompt. Virg. Rimíſque fatiſcunt.

Fatiſcere, Defaillir de laſſeté. Columella lib. 2, Sed omni ſolo quod prædictorum leguminũ ſegetibus fatiſcit, vna præſens medicina eſt vt ſtercore adiuues, & abſumptas vires hoc velut pabulo refoueas. Idem lib. 8, Nõ debet octo capitũ numerum excedere, nõ quia ignorem fœcunditatem ſcrofarum maioris eſſe numeri: ſed quia celerrime fatiſcit quæ plures educat. Virg. lib. 1. georg. Neu puluere victa fatiſcat. Tacitus lib. 14, Ipſe exercitú ſque eius per inopiam & labores fatiſcebant, carne pecudum propulſare famem adacti. Plin. de rege apum, Hunc eſſe ſolum marem exiſtimant, præcipua magnitudine ne fatiſcat.

FATVM fati, n.g. à fatus, ſecũdũ Priſcianũ in paſſiua ſignificatione, id eſt, dictũ. Vnde fatũ, iuſſum, & dictũ dei, Lordonnãce & diſpoſition diuine de toutes choſes aduenir. Cic. de diuinatione, lib. 1, Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. Fatũ autẽ id appello quod Græci, ἑιμαρμένην id eſt, ordinẽ, ſeriémque cauſarũ, cum cauſſa cauſſam ex ſe gignat. ea eſt ex omni æternitate fluens, veritas ſempiterna. quod cũ ita ſit, nihil eſt factũ quod non futurũ fuerit. eodémque modo nihil eſt futurũ, cuius non cauſſas idipſum efficientes natura contineat. ex quo intelligitur vt fatũ ſit, non id quod ſuperſtitioſe, ſed id quod Phyſice dicitur cauſſa æterna rerũ, cur & ea quæ præterierũt facta ſint, & quæ inſtant fiant, & quæ ſequuntur futura ſint. Plau. in Bacchid. 20.27, Dolis ego deprehenſus ſum: ille mendicans pene inuentus interijt, dũ ſibi exquirit fata illorum. Et paulo poſt, Ilio tria audiui fata, quæ illi exitio forent: Ex arce ſignum ſi periſſet: alterum etiam eſt mors Troili, Tertium, cum portæ Scææ limen ſuperum ſcinderetur. Fatum, Mors: quòd nihil tam neceſſarium impendeat homini quàm mors.

Fato concedere, Mourir. Plin. in Paneg. 20, In principe enim qui electo ſucceſſore fato cõceſ-

ſit, vna, itémque certiſſima diuinitatis fides eſt bonus ſucceſſor.

Fatalis & hoc fatale, Quicquid nobis debetur ex fato, ſiue bonum ſit, ſiue malum. Cic. de diuinatione lib. 2, Si enim prouideri nihil poteſt futurum eſſe eorũ quæ caſu fiunt, quia eſſe certa non poſſũt, diuinatio nulla eſt. ſin idcirco poſſũt prouideri, quia certa ſunt & fatalia, rurſus diuinatio nulla. Valerius lib. 1, Eò legatis miſſis vnicã fatalis remedij opem impetraturã ſe credidit.

Fatidicus fatidica fatidicũ, Qui nobis fata, id eſt, decreta dei exponit. Plin. epiſt. 161. b, Præſens numen atque etiam fatidicum indicant ſortes.

FATVVS fatua fatuum, Inſipiens. tractũ à ſapore ciborum, qui cum non ſapiunt, fatui dicũtur. Qui eſt ſans faueur. Mart. Vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ, O quàm ſæpe petet vina, pipérque coquus!

Fatuus, Fol naturel, ſans entendement. Terent. in Eunucho, 5. 9. 49, Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex vſu tuo nemo eſt. Principio & habet quod det, & dat nemo largius: fatuus eſt, inſulſus, tardus.

Fatui mores. Plaut. in Trinummo, 6. 17, Quæ ego tibi præcipio, hæc facito: nihil ego iſtos moror fatuos mores & turbidos, quibus boni dedecorant ſe.

Fatuus, à fando, inquit Varro, qui fatur quod puer primo fatur, hoc eſt, qui inepta loquitur.

FAVEO faues, faui, fautum, fauere, Bona fari, ſeu fauorem facere. Fauoriſer. Terent. in Eunucho, 5. 3. 7, Bene ædepol narras: nam illi faueo virgini. Plin. in Paneg. 153, Vos modo fauete huic propoſito, & credite, ſi curſu quondam prouectus, ab illo inſidioſiſſimo principe antè, quàm profiteretur odium bonorum, pòſt, quàm profeſſus eſt, ſubſtiti. &c. Idem epiſt. 243, Rogo ergo, vt ipſe apud te pro dignitate eius, precibus meis faueas: cui & ſi mihi credis, indulgẽtiam tuam dabis.

Fauere, Tacere, ſilere, vt inquit Donatus. Terent. in And. prologo, 24, Fauete, adeſte æquo animo: & rem cognoſcite.

Fauere linguis, Se taire. Cic. de diuinatione lib. 1, Idcirco omnibus rebus agẽdis, quod bonũ, fauſtũ, felix, fortunatúmque eſſet, præfabãtur, rebúſque diuinis, quæ publice fierẽt, vt fauerent linguis, imperabatur: inque ferijs imperandis, vt litibus & iurgijs ſe abſtinerẽt. Ouid. Linguiſque animiſque fauete. Tibullus, Vos itidem, & linguis quiſque fauete ſuis.

Fauere ore. Idem. Virg. Ore fauete omnes.

Fauturus. Cic. pro Cn. Plancio, Cum autem audirem meos partim inimicos, partim inuidos, huic accuſationi eſſe fauturos, eandémque rem aduerſariam eſſe in iudicio Cn. Plancio, quæ in petitione fuiſſet adiutrix.

FAVOR fauoris, m. g. Faueur. Ouid. in Ibin, Sit quoque quod rarum eſt, ſolito defœta fauore Fortunæ facies inuidioſa tuæ.

Fauorabilis & hoc fauorabile, Fauorable, Aggreable, & plaiſant a tous, a qui tous portẽt faueur, Qui eſt bien venu par tout. Plenus fauoris apud omnes. Suet. in Caligula, cap. 4, Sic vulgo fauorabilis vt plurimi tradant, quoties aliquò adueniret, vel ſicũde diſcederet, præ turba occurrẽtium, perſequentiúmve, nonnunquam eum diſcrimen vitæ adiſſe. Idem in Nerone, cap. 57, Denique cum poſt viginti annos adoleſcente me extitiſſet conditionis incertæ qui ſe Neronem eſſe iactaret, tam fauorabile nomen eius apud Parthos fuit, vt vehementer adiutus & vix redditus ſit. Plin. epiſt. 74. g, Fecerat eum fauorabilem, renouata diſcriminum vetus fama, notúmque periculis nomen.

Fautor fautoris, Fauoriſant. Antique fauitor. Plau. in Curcul. 7. 18, Et datores & fautores omnes ſubdam ſub ſolũ. Idem in Amphit, 3. 67, Si quoi fauitores delegatos viderint, vt ijs in cauea pignus capiatur togæ. Et paulo poſt, 78, Virtute ambire oportet, non fauitoribus: ſat habet fauitorum ſemper, qui recte facit.

Fautrix fautricis, Celle qui fauoriſe a aucun. Terent. in Eunucho, 5. 9. 22, Nihil eſt Thaide tua dignius quod ametur, ita noſtræ eſt omni fautrix familiæ.

FAVILLA fauillæ, f. g. Quaſi cinis extinctus, quòd ignem tectum foueat, quaſi fouilla. eſt enim deſerta igne. Terent. in Adelph. 5. 3. 60, Facito vt illam ſerues. D. ego iſthuc videro, atque illi fauillæ plena, fumi, ac pollinis coquendo ſit faxo, & molendo.

FAVSTVS fauſta, fauſtum, A fauore: proſperum ac propitium, cui omnes fauent. Terent. in And. 4. 1. 54, O fauſtum & felicem hunc diem!

FAVVS faui, Apum domus & cellulæ, à fouendo, quòd in his ſobolem foueãt. Plin. Primum itaque fauos conſtruunt, ceram fingunt. Virg. Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces Suſpendunt ceras. Plinius Iunior, Buccellam panis dedit, & fauum mellis. Hoc eſt, fruſtum operis apiarij melle plenum.

Fauulus, fauuli, Paruus fauus. Plaut. Meus dulciculus fauulus.

FAVX faucis, f.g. La gorge. Superior pars gulæ, mẽto proxima, ſed interior, vbi os anguſtatur. Plin. lib. 11, Summũ gulæ, fauces vocãtur: poſtremũ ſtomachus. Plaut. in Caſina, 24.4, Quia palàm ſunt probra, omnibus modis occidi miſer: ita manifeſto faucibus teneor. Terẽ. in Heaut. 4.2.6, Crucior bolum tantum mihi ereptum tam ſubito è faucibus. Ouid. Caret os humore loquentis, Et fauces arent, vix eſt via vocis in illis.

Fauces orci, La gueulle denfer. Virg. lib. VI, Veſtibulum ante ipſum, primiſque in faucibus orci.

FAX facis, f.g, Fuſtis inciſus ad lumẽ faciendũ, Fitque præcipue ex harundinibus aridis, & piceis arboribus, & teda. Fallo, Flambeau. Varro, Confluit mulierum tota Roma, quæ noctu fieri initia ſolita, etiã nunc picea fax indicat. Idem, Adeſt fax inuoluta incendio. Idem de vita populi Ro. lib. 2, Cum à noua nupta ignis in facie afferretur, fuco eius ſumptus, fax ex pinu ablata eſſet, vt eam puer ingenuus afferret.

Faces ferre in Capitolium, Bruſler le Capitole, y mettre le feu. Cic. de amicitia, 35, Cauſſam afferebat, quòd tanti Tyberiũ Gracchum feciſſet, vt quicquid ille vellet, ſibi faciendum putaret. Tum ego, Etiámne (inquam) ſi in Capitolium faces ferre vellet?

Fax accuſationis. Plin. epiſt. 74. a, Ruffo ſucceſſit Theophanes, vnus ex legatis princeps, fax accuſationis & origo. Le boute feu.

FAXO vide FACIO.

F E

FEBRIS, huius febris, f.g. La fieure. à feritate dicta: vel, vt Seruius docet, à feruore.

Febricula febriculæ, diminutiuum, Petite fieure. Plancus Ciceroni, Qui ex labore in febriculam incidi aſſiduam & ſatis moleſtam.

Febriculoſus febriculoſa febriculoſum, Qui habet multam febrem. Gellius, Non morbus hic, febriculoſus autem nimium grauis.

Febrilis & hoc febrile: Quaſi ad febrem pertinens. Apul. Ardore æſtuans febrili.

Febricito febricitas, febricitare, Qui ha la fieure. Columella lib. 7, Febricitanti boui conuenit ab ſtinere cibo, vno die.

FEBRVO februas, februare. Luſtrare, purgare. À ferueo. hoc enim adolẽdo & flammis feruẽtibus fieri ſolebat. Vel à Sabinorum lingua, qui febrũ purgamentũ dicunt. Hinc (vt author eſt Feſtus) Februarius menſis dictus eſt, quòd tum, id eſt, extremo anni menſe populus februaretur, id eſt purgaretur. per XII enim dies cõtinuos Februarij celebrabãtur februa. Hiſque diebus pro impetranda mortuorum animabus quiete, omnis populus piaculis ſacrificiiſque circa ſepulchra, accenſis facibus, cereiſque, intentus erat. Varro de vita populi Rom. lib. 1, In eorũ enim ſacris liba cum ſunt facta, incerni ſolent farris ſemine, ac dicere ſe ea februare. Id eſt pura facere.

Februa appellantur, quæcunque purgamenti cauſſa in quibuſcunque ſacrificijs adhibebantur. Plinius, Vulgata priſcis temporibus opinio obtinuit, februa eſſe omnia, quibus malefactorũ conſcientiæ purgarentur, delerentúrque peccata, aut manes animabus defunctorum placidi redderentur.

FECIALIS, huius fecialis. Pluraliter, Feciales fecialiũ, dicti ſunt, vt vult Feſtus, à faciendo, quòd belli, paciſque faciendæ apud eos ius erat. Nonius, Feciales apud veteres Romanos erant, qui ſancto legatorum officio, ab ijs qui aduerſum populum Romanum, aut rapinis, aut iniurijs hoſtili mente commouerant, pignora facto fœdere iure repetebant: nec bella indicebantur, quæ tamen pia vocabãt, prius quàm fuiſſet quid fecialibus denuntiatum. Varro de vita populi Rom. lib. 2, Itaque bella & tarde & nulla licentia ſuſcipiebant, quòd bellum nullum, niſi pium, putabant geri oportere. Prius quàm indicerent bellum ijs, à quibus iniurias factas ſciebant, feciales legatos repetitũ mittebant quatuor, quos oratores vocabant. Idem lib. 3, Si cuius legati violati eſſent, qui id feciſſent, quanuis nobiles eſſent, vt dederẽtur ciuitati, ſtatuerũt: fecialeſque viginti qui de his rebus cognoſcerẽt, iudicarent, & ſtatuerẽt & conſtituerẽt.

FEL fellis, n.g. Purgamentum ſanguinis peſſimum, cui tantum ineſt virus vt hominem totum decolorem reddat, & maxime oculos, vt in homine irato cernimus. Du fiel. Plaut. in Trucul. 4.73, In melle ſunt linguæ ſitæ veſtræ, atque orationes: corda in felle ſunt ſita atque acerbo aceto. linguis dicta dulcia datis, corde amarè facitis, amantes ſi quid non danunt.

FELIS, huius felis, m. vel f.g. Vng chat, ou vne chatte. Cic. de natura deorũ, lib. 1, Poſſum de ichneumonũ vtilitate, de crocodilorũ, de feliũ dicere: ſed nolo eſſe longior. Plin. lib. x, Feles

quo ſilentio, quàm leuibus veſtigijs, quàm multo ſpeculatu in muſculos exeunt: excrementa ſua obruunt terra, intelligentes odorem illum indicem ſui eſſe.

FELIX, huius felicis, o.g. Fortunatus, beatus. Vide FOELIX.

FEMVR femoris, n.g, A ferendo, Le gras du derriere de lacuiſſe, Aucune fois le gras du deuant. Plaut. in Milite, 3.27, Elephanto in India quo pacto pugno præfregiſti brachiũ. P. quid, brachium! A. illud dicere volui, femur. Ibidem, 5.49, Ecce autem auortit nixus leua, in femore habet manum, dextera digitis rationem computat feriens femur dexterum.

Femoralia femoralium, n.g. Plura. num. Brayes. Suet. in Auguſto, Quare quaſſato corpore neque frigora neque æſtus facile tolerabat, hyeme quaternis cum pingui toga tunicis & ſubucula & thorace laneo & femoralibus & tibialibus muniebatur.

FEMEN feminis, n.g. à ferendo, Le gras du deuant de la cuiſſe, vers les ainſnes. Plinius lib. xi, de apibus, Prioribus pedibus femina onerant, propter id natura ſcabra. Idem lib. 28, Femina atteri adurique equitatu notum eſt. Columella lib. 7, Vereris quoque & ſub femina manum ſubijcere, ne ad huiuſmodi tactum poſtmodum paueſcant. Liuius, Quoſdam & iacentes viuos ſucciſos feminibus poplitibúſque inuenerunt.

Femina, etiam inferiores partes ſignificãt. Plaut. in Aſin. Sed tamen tu nempe eos aſinos prædicas, vetulos, claudos, quibus obtritæ ad femina erant vngulæ. Columella lib. 7, Femina ſecari, & interdum inuri ſolent.

FENESTRA feneſtræ, f.g. ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quod eſt lucere. fit enim ad lucem reddendam feneſtra. Cic. lib. 1. Tuſcul. Non eas partes, quæ quaſi feneſtræ ſunt animi.

Feneſtram ad nequitiam aperire alicui, Bailler ouuerture & occaſion. Terẽ. in Heaut. 3.1.72, Nã ſi ſemel tuum animum intellexerit, prius proditurum te tuam vitam, & prius pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium: hui, quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris!

Feneſtro feneſtras, feneſtrare, Feneſtras aperire. Plin. Media oculorũ cornua feneſtrauit pupilla.

Feneſtratus feneſtrata feneſtratum, Apertum, perforatum. Plaut. Nulla eſt feneſtratior domus.

FERA feræ, Beſte ſauuage. Dicta, quòd ſine ratione feratur, aut quòd naturali vtatur libertate, & pro deſyderio feratur.

Ferinus ferina ferinum, Quod eſt ferarum. Apuleius, Ferino, ac beluino ritu.

Ferina, abſolute aliquando vſurpatum: & ſubintelligitur caro. Virg. Implentur veteris bacchi, pinguiſque ferinæ.

Ferina caro: rariſſime legitur, adiecto ſubſtantiuo caro. Salluſt. Getulis cibus erat caro ferina. Idem, Numidæ plerunque lacte & ferina carne veſcebantur.

Ferus fera ferum, Atrox, Seuerus, qui ferinum animum habet, Vel, qui durioris eſt vitæ & animi crudelioris. Virg. Ferus omnia Iuppiter Argos Tranſtulit.

FERALIA, feraliorum veteres dixerũt dijs manibus ſacratã diem: A ferendis epulis ad tumulũ ad cœnam: quam & ipſam feralẽ nũcupabãt. Ouid. in Faſt. Hanc quia iuſta ferunt, dixere feralia lucẽ, Vltima placandis manibus iſta dies. Cic. Attico, lib. 8, Eodem enim die video Cæſarẽ à Corfinio poſt meridiẽ profectũ eſſe, id eſt, Feralibus, quo Canuſio mane Pompeium.

Feralis dies, Quo feralia fiebant.

Feralis & hoc ferale, Dirũ, exitiale. A feralibus ſacrificijs. Apul. Rogum demolirentur, cœnã feralẽ à tumulo ad mẽſam referrẽt. Virg. Soláque culminibus ferali carmine bubo Viſa queri. Feralis præco, Vng crieur publique, qui annõce parmi la ville aucun eſtre mort.

FERE, aduerbium, Preſque. Quaſi. Plau. in Amphit. 1.5.40, Quid tibi patiundum, fere hariolor. Ie deuine preſque ce que tu ſouffriras. Terent. in Heaut. 1.1.70, Domum reuertor mœſtus, atque animo ferè perturbato.

Fere ruri ſe continere, La plus part du tẽps, preſques touſiours. Terẽt. in Phor. 2.3.16, Quippe homo iam grandior pauper, cui opera vita erat, ruri fere ſe continebat.

Ferè in diebus paucis, Bien peu de iours apres. Terent. in And. 1.1 77, Quid obſtat cur non vere fiant? s. audies. ferè in diebus paucis quibus hæc acta ſunt, Chryſis vicina hæc moritur.

Fere amplius. Terent. in Heaut. 1.1.3, Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum eſt, inde adeo quòd agrum in proximo hic mercatus es, nec rei ferè ſanè amplius quicquã fuit: tamen vel virtus tua me. &c. Il ny a preſque autre choſe qui en ſoit cauſe.

Ferè, Preſque tous. Quintil. His ferè veteres facultatem dicendi exercuerunt.

Ferè multi. Cic. de amicitia, 2, Quum ſæpe multa narraret, tum memini domi in hemicyclo ſedentem (vt ſolebat) cum & ego eſſem vnà, & pauci admodum familiares, in eum ſermonẽ

illum incidere, qui tum ferè multis erat in ore.

Ferè omnia. Cic. Neganda ferè ſunt omnia.

Ferè minus. Quintil. Nam in omnibus ferè minus valent præcepta, quàm experimenta.

Ferè plerique. Cic. lib. 3. Tuſc. Nã & qui non leuantur, ipſi alios ad miſeriam inuitant: & qui ſuos caſus aliter ferunt, atque vt alijs authores fuerunt, non ſunt vitioſiores quàm ferè plerique qui auari, auaros, gloriæ cupidos glorioſi reprehendunt. Preſque tous.

Ferè plerunque, Preſque touſiours, aſſés ſouuent. Terent. in Phor. 1. 2. 39, Hic ſolebamus ferè plerunque eam opperiri, dum inde iret domum.

Ferè quiſque. Salluſt. in Catilina, Nam ferè quem quiſque pugnãdo viuus locum ceperat, eum amiſſa anima corpore tegebat. Preſque tous.

FERIO feris, percuſſi, percuſſum, Ferire, Frapper. Plaut. in Amphit. 8. 70, Non tu ſcis bacchæ bacchãti ſi vis aduorſarier, ex inſana inſaniorẽ facies, feriet ſæpius? Idem in Caſina, 8. 52, Præcide os tu illi hodie, age ecquid ſit ne oblæſis manũ. o cõpreſſa palma, an porrecta ferio? Idem in Milite, 5. 49, Ecce autem auortit nixus leua, in femore habet manum, dextera digitis rationem computat, feriens femur dexterum. Idem in Amphit. 4. 161, Nequiter ferire malam malè diſcit manus, alia forma eſſe oportet, quem tu pugnis læſeris.

Ferire fores, Frapper a la porte. Plaut. in Menæh. 4. 61, Expedite fabulatus, iam fores ferio. M. feri. Idem in Trucul. 5. 40, Sed fores, quicquid eſt futurũ feriam. Idem in Amphit. 13. 11, Euge hoc fit pariter atque vt alia facta ſunt, feriam fores. heus vos, apperite hoc.

Ferietur alio munere. Terent. in Phor. 1. 1. 12, Porrò autem Geta ferietur alio munere, vbi hera pepererit, porrò alio autem vbi erit puero natalis dies. Il ſera empeſché, endoue, chargé dune autre affaire, ou charge.

Ferire fœdus, Faire alliance. Virg. Haud mora Tarchon Iungit opes, fœdúſque ferit.

Feriæ feriarum, Iours de feſte. A feriendis victimis, dicti ſunt dies ceſſationũ ab opere, ſeu ab epulis ferendis. In his enim epulæ fiebant.

Feriarum autem apud antiquos multa erant genera, quæ pollui dicebantur, ſi in his aliquod opus fieret. Feriarum publicarum erant quatuor genera.

Statiuæ, Vniuerſi populi cõmunes, quæ certis & conſtitutis diebus fiebant, in quibus præcipue ſeruabantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Les feſtes arreſtees, cõme Noel &c.

Cõceptiuæ, quæ quotannis à magiſtratibus vel ſacerdotibus concipiebant certos vel incertos dies, vt ſunt Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Cõpitalia. Feſtes mobiles, cõme la feſte de paſque, & autres.

Imperatiuæ, Quas conſules vel prætores pro arbitri indicebant. Feſtes extraordinaires, comme quant on faict quelque proceſſion ſolennelle.

Nundinæ, Paganorum ac ruſticorum, quibus ad negotia & merces conueniebant.

Feria, Oiſiueté, vie ſans rien faire. Plaut. in Capt. 13. 3, Offers mihi lucrum, ludum, iocum, feſtiuitatem, ferias, pompam, penum, potationes, ſaturitatem, gaudium.

Ferias alicuius poſſidere. Plaut. in Epid. 10. 33, Nam quid ego apud te proloqui parem? Ego illã hodie volo facere libertam meam, mihi concubina quæ ſit. P. te abſoluam breui: argenti quinquaginta mihi illa empta eſt minis: ſexaginta mihi dinumerentur minæ, tuas poſſidebit mulier faxo ferias. Elle ſera tienne.

Feriæ eſuriales, Iours de ieuſnes. Plaut. in Capt. 8. 8, Hercle huic diei ſi liceat, oculos effodiã lubens: ita malignitate onerauit omnes mortales mihi: neque ieiunioſiorem, neque magis effractum fame vidi, nec cui magis procedat quicquid facere occœperit, ita venter, gutturque reſident eſuriales ferias.

Ferio ferias, feriare, Vel ferior feriaris, feriari deponẽs. Vacare, Ceſſer de ſa beſongne, ſe repoſer.

Feriatus feriata feriatum, Oiſeux, qui ne faict rien. Plin. lib. 18, Malum patremfamiliâs quiſquis interdiu faceret quod noctu poſſet, niſi intempeſtate cæli. Peiorem qui profeſtis diebus ageret, quod feriatis deberet. Peſſimum, qui ſereno die ſub tecto potius operaretur, quàm in agro.

Plaut. in Milite, 5. 62, Age ſi quid agis, vigila, ne ſomno ſtude: niſi quidem hic agitari mauis virgis. vigila: tibi ego dico, feriatus ne ſis. Affin que tu ne ſoies point oiſif, que tu ſois ſongneux, que tu te donnes de garde.

Feriatus dies, Le iour ou quel on ſe repoſe, & ceſſe on du labeur. Plin. epiſt. 225, Nam & menſtruum meum calendis Septembris finitur, & ſequens menſis complures dies feriatos habet. Idem epiſt. 58. b, Quid præterea noui? quid? nihil, alioqui ſubiungerem. nam & quarta adhuc ſupereſt, & dies feriatus patitur plura contexi.

Feriata machæra, Vne eſpee laquelle na point ſerui de long temps. Plaut.in Milite,3.7,Hanc machæram mihi conſolari volo ne lamentetur, néve animum deſpondeat,quia ſe iampridem feriatam geſtitem, quæ miſera geſtitet fractum facere ex hoſtibus.

Feriata toga, Vne robbe de feſte. Plin.epiſt.1 23, Quin ergo in vrbē redis, vbi dignitas,honor, amicitiæ tam ſuperiores quàm minores?quouſque regna vis? quouſque vigilabis, cum voles? dormies quandiu voles?quouſque calcei? nuſquam toga feriata?liber totos dies? Si ſine interrogatione legatur,ſignificat,Eadem ſemper veſte vteris.imò,ſi Iuuenali credimus,pars magna Italiæ fuit,in qua nemo togam ſumebat,niſi mortuus. Si verò interrogatiue legatur, ſenſus erit,Quouſque toga feriata?Id eſt,quouſque eris in otio & ferijs?ſempérne?

Ferula ferulæ,Baculus ſiue virga, qua puerorum manus feriuntur,à feriendo,ſiue portando.Iuuenalis,Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus.Plin.lib.13.cap.22,Ferula calidis naſcitur locis,atque trans maria geniculatis nodata ſcapis.Duo eius genera,Nartheca Græci vocant, aſſurgentem in altitudinem: Nartheti verò ſemper humilem, à genibus exeuntia folia maxima, vt quæque terræ proxima. Cætero natura eadem quæ anetho,& fructui ſimilis.Nulli fruticum leuitas maior,ob id geſtata facilius baculorum vſum ſenectuti præbet. Columella lib.3, In quo ſcrobe deſtinaueris nuces ſerere,terram minutam in modum ſemipedis ponito.Ibique ſemen ferulæ facito.Cū ferula fuerit enata,eam findito:& in medulla eius nucem græcam vel auellanam abſcondito.

Ferulaceus ferulacea ferulaceum,In modum ferulæ.Plin.lib.18,At milium & panicum in culmen geniculatum & concauum,ſiſama verò in ferulaceum ſcilicet faſtigiatur.

FERME,aduerbium. Preſque:Terent.in Heaut. 1.2.31, Parentum iniuriæ vniuſmodi ſunt fermé. Idem in And.1.5.48,Iam fermè moriēs me vocat:acceſſi.Elle tirāt a la mort. Salluſt.in Iugurtha,Nā fermè Numidas in omnibus prælijs magis pedes,quàm arma tutati ſunt. Haud ferme.Plaut.in Pœnulo,14.40,Quid nūc agis?s.facio quod manifeſto deprehenſi mœchi haud ferme ſolent.M. quid id eſt?s.refero vala ſalua. Ce que les adulteres ne font point facilement,ou a grand peine font ils. Terēt.in And.3.1.2,Ita pol quidem res eſt, vt dixti Leſbia:fidelē haud ferme mulieri inuenias virū.Donat9,Ferme pro facile poſuit.& ferme, facilitatē ſignificat, quia ſunt aduerbia extenuationis,A grand peine en trouueras tu vng.

FERMENTVM, fermenti,Farina quæ ſubigitur priuſquam addatur ſal, ad pultis modum decocta,& relicta donec areſcat. Du leuain.Dictum quòd feruendo creſcat.

Per tranſlationē dixit Plautus iacēre in fermento,vel eſſe.In Merc.23.13, Nā mea vxor propter illam tota in fermento iacet.Elle en eſt toute enflee,toute boudee. Idem in Caſina,7.17,Di te ſeruaſſint mihi,nūc in fermento tota eſt,ita turget mihi,ædepol ego illam mediam diruptam velim.

Fermento fermentas,fermentare,Miſcere,Facere creſcere.Plin. Cum fieret panis hordeaceus cicerculæ farinæ admiſtione,fermētabatur. Columella lib.2 poſuit pro pinguefacere,Maxime (inquit)tamen columbinum probamus:quod modice ſparſum,terrā fermentare comperimus.

Fermenteſco,fermenteſcis,fermenteſcere,Creſcere.Plinius,Cōteratur inter digitos fermēteſcēs.

FERO fers,tuli,latum,ferre,Porter.Antique,tetuli fecit in præterito.

Ferre ad aliquem argentum. Plaut.in Aſin. 12.143, Animum Argyrippe aduorte ſis,pater nos ferre hoc iuſſit argentum ad te.

Ferre ab altero argentū.Plaut.in Aſin.12.140,Vehes pol hodie me, ſi quidē hoc argentū ferre ſperes.AR.téne ego veham?LI.tún' hoc feras argentum aliter à me? Penſe tu auoir autrement ceſt argent de moy? Idem in Merc.7.100,Sanus non eſt ex amore illius:quod poſces,feres.Tu auras ce que tu demanderas.

Ferre,Apporter ou bailler. Plaut.in Moſtell. 11.9,Di immortales mercimonij lepidi!hercle nūc ferat ſex talenta magna argenti pro iſtis præſentaria, nunquam acciperem.Sil men bailloit ſix grans talens dargent tout content,ie ne les prendroie point.

Non feret quin vapulet.Plaut.in Amphit.4.154,Cingitur:certe expedit ſe.M.non feret quin vapulet.Il neſchappera pas ſans eſtre battu.

Ferre,Endurer, Porter patiemmēt, Souffrir.Plau.in Aulul.5.10,Pauper ſum,fateor,patior, quod di dant fero.Ie prens en gre ce que dieu menuoit. Terent.in Heaut.1.2.28,Fortaſſe aliquanto iniquior erat præter eius lubidinē:pateretur:nam quem ferret,ſi parentē non ferret ſuum?Sil ne ſouffroit & enduroit de ſon pere? Idem in Phor.3.2.35,Ego te cōplures aduorſum ingenium meū menſes tuli.Iay enduré de toy &c. Plaut.in Amphit.8.13, Feram &perferam vſque eius abitum animo forti atque obfirmato.

Ferre acceptum, Vide, Acceptum ferre.

Ferre ad cælum, Eſt tãtum aliquid laudare, vt laudibus quaſi ad cælum feratur. Cic. in Verrẽ, Iuuant me hæc præclara nomina artificum, quæ iſti ad cælum ferunt. Idem Furuio, Præterea feſtinatio abducet à tantis laudibus, quibus te omnes in cælum iurè & verè ferunt. Idem de Oratore, Quæ tu verbis ad cælum extuliſti. Idem Attico, Scribis enim in cælum ferri. Idem ad equites Romanos, Quem virtutis gloria cum ſumma laude extulit ad cælum. Horat. Quæ vos ad cælum fertis rumore ſecundo.

Ferre ad populũ legiſlator tum dicitur, cum legem in mediũ profert, vnde legiſlator dicitur.

Ferri ad ſaxa. Plau. in Rud. 10.36, E naui timidæ ambæ in ſcapham inſiluimus, quia videmus ad ſaxa nauem ferrier. Idem in Merc. 4.82, At equidem iam me cenſebam in terra, atque in tuto loco: verùm me video ad ſaxa ferri ſæuis fluctibus.

Ferre aduerſa. Cic. de amicitia, 21, Aduerſas verò res ferre difficile eſſe ſine eo, qui illas grauius etiam quàm tu, ferret.

Ferre ægre. Terent. in Heaut. 4.8.20, Quid nunc renuntiem abs te reſponſum Chreme, ne ſentiat me ſenſiſſe, atque ægre ferat? Quil en ſoit marri, mal content.

Fert animus iſta modeſte. Teren. in Phor. 1.3.18, Beatus: ni vnum hoc deſit, animus qui modeſte iſthæc ferat.

Ferre animo æquo, Terent. in Phor. 1.21.88, Quod fors feret, feremus æquo animo. Idem in And. 5.4.18, Ego iſthæc moueo aut curo? nõ tu tuũ malum æquo animo feres? Ibidem, 2.3.23, Inueniet inopem potius, quàm te corrũpi ſinat. ſed ſi te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris. Sil ſcet quil ne ten chaille.

Fert adoleſcentia. Terent. in Adelphis, 1.1.28, Poſtremo alij clanculum patres quæ faciunt, quæ fert adoleſcentia, ea ne me cęlet conſuefeci filiũ. Que ieuneſſe a accouſtumé de faire, Que ieuneſſe porte.

Ferre arma contra patriam. Cic. de amicitia, 34, Num ſi Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuere?

Ferre auras, Eſt aſſueſcere aeris varietati. Virg. lib. 3. georg. Cum ſemel hæſerũt aruis, aurãſque tulerunt. Ilz ont accouſtumé lair.

Ferre auxiliũ, Aider, Secourir. Plaut. in Amphit. 9.10, Simul Alcumenæ, quã vir inſontẽ probri Amphitruo accuſat, veni vt auxilium feram. Idem in Rud. 2.68, Tetuli ei auxilium, & lenoni exitium ſimul. Terent. in Adelphis, 2.1.1, Obſecro populares ferte miſero, atque innocenti auxilium, ſubuenite inopi.

Fert ætas. Terent. in And. 2.6.12, Dum licitum eſt ei, dúmque ætas tulit, amauit. Ce temps pendant que laage ſi adonnoit, que laage le portoit

Ferre camum & furcam. Plaut. in Caſina, 8.36, Deos quæſo vt quidem hodie camum & furcã feras. Que tu puiſſes eſtre pendu. Cic. in primo de diuinatione, Cũ bello Latino ludi votiui maximi primum fierent, ciuitas ad arma repente eſt excitata. Itaque ludis intermiſſis, inſtauratiui conſtituti ſunt, qui antè quàm fieri, cúmque iam populus cõſediſſet, ſeruus qui circùm virgis cæderetur, furcam ferens ductus eſt.

Ferre conditionem, Offrir parti ou condition a aucun. Plaut. in Rud. 23.17, Porrò ad furem ego deuenio, feróque ei conditionem hoc pacto, Ego iſthuc furtum ſcio cui factum eſt: nunc mihi ſi vis dare dimidium, indicium domino non faciam. Ie luy fis vng tel parti. Et paulò pòſt, 90, Nunquam hercle hodie abiudicabit ab ſuo triobolum: næ iſte haud ſcit quam conditionẽ tulerit. Idem in Trinummo, 8.67, Nunc cõditionem hãc, quam ego fero, & quam abs te peto, dare, atque accipere Leſbonice te volo. Idem in Milite, 13.6, Quin tu rem tuã cura potius, quàm Seleuci, quæ tibi conditio noua & luculenta fertur per me interpretem. Terent. in Phor. 4.1.13, Quod quidem me factum, conſilij incertum facit: Nam hanc conditionem ſi cui tulero extrario: quo pacto, aut vnde mihi ſit, dicendum ordine eſt. Cic. pro Roſcio Amerino, Hanc conditionem miſero ferunt, vt optet, vtrum malit ceruices Roſcio dare, an inſutus in culeum, ſupplicio parricidarum per ſummum dedecus vitam amittere.

Ferre contumelias, Endurer iniures. Plaut. in Merc. 15.5, Hem cui decem talẽta dotis detuli, hæc vt viderem, vt ferrem has contumelias.

Fero conuiuam Dionyſium mihíque & tibi, Ie porte a boire du vin pour moy & pour toy au banquet. Plaut. in Sticho, 12.9.

Ferre deſyderium alicuius. Cic. de amicitia, 86, Quarum rerum recordatio & memoria, ſi vnà cum illo occidiſſet, deſyderium coniunctiſſimi viri atque amantiſſimi ferre nullo modo poſſem, Ie ne pourroie endurer ou porter le regret que iauroye, tant ſeroit grant.

Ferre expenſum: Tenir compte de ce qui a eſté mis & deſpendu, Le mettre par eſcript. Cic. in Verrē propter quod minus Dolabella Verri acceptū retulit, quàm Verres illi expēſum tulit. In eundē, Homo ſtultiſſime atque amentiſſime, tabulas cum conficeres, & cum extraordinara pecunia crimē ſubterfugere velles, ſatis te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare, ſi quibus pecuniam credebas, ijs expenſam non ferres, neque in tuas tabulas vllum nomen referres, cum tot ibi nominibus Curtij referrent, quid proderat tibi expenſum illi non tuliſſe? In eundem, Fœneratio erat eiuſmodi, iudices, vt etiam hic quæſtus huic cederet: nam quas pecunias ferebat ijs expenſas quibuſcum contrahebat, aut ſcribæ iſtius, aut Timarchidi, aut etiā iſti ipſi referebat acceptas. Idem pro Roſcio Comœdo, Qui pecuniā expenſam tulerūt. Et ſubdit, Ille ſi non iuſſu huius expēſum tuliſſet, non ſcripſiſſet. Ibidem, Hæc pecunia neceſſe eſt aut data, aut expenſa lata, aut ſtipulata ſit. Datam non eſſe, Fannius cōfitetur. expēſam latam non eſſe, codices Fannij confirmant. ſtipulatam non eſſe, taciturnitas teſtium concedit. Idem Rufo, Si mihi expenſa iſta ſeſtertia centum tuliſſes. Idem Attico, Pro eo tibi præſentem pecuniam ſolui imperaui, ne tu expenſum muneribus ferres. Eidem, Videas enim vnde nummi ſint, mihi feras expenſum. Idem in Philipp. Quis vnquam in illum inuētus eſt, qui L. Antonio mille nummûm ferret expenſum? Vide, Expenſum ferre.

Ferre fallaciam. Plaut. in Pœnulo, 3.67, Hoc primum agamus, quod cōſilium cepimus: abeamus intrò, vt Colabyſcū villicū hanc perdoceamus vt ferat fallaciā. Quil face ceſte trōperie.

Ferre famam, Sēmer vng bruit. Plaut. in Perſa, 10.23, Inimici famam nō ita vt nata eſt, ferūt.

Ferundum feras. Teren. in Phor. 2.3.83, Quin quod eſt ferundū feras, tuis factis dignū feceris.

Ferre flagitia. Terent. in Adelphis, 4.7.3, Te iamdudum quæro Mitio. M. quidnam? D. fero alia flagitia ad te ingentia boni illius adoleſcentis. Ie te viens raporter & dire dautre cas de ce bon enfant la.

Ferre fortiter malum. Plaut. in Aſin. 7.57, Hem iſta virtus eſt, quando vſus eſt, qui malū fers fortiter. Cic de ſenect. 77, Quem ego meum caſum fortiter ferre viſus ſum. nō quòd æquo animo ferrem, ſed meipſe conſolabar, exiſtimans non longinquum inter nos digreſſum & diſceſſum fore.

Ferre fructum meritiſſimo. Plin. epiſt. 159.c, Additur vt Pallas, cui ſe omnes pro virili parte obligatos faterentur, ſingularis fidei, ſingularis induſtriæ fructum meritiſſimo ferat, prolatos imperij fines, redditos exercitus reip. credas.

Ferre gradum, Cheminer. Plaut. in Merc. 22.41, Religionem ille obiecit: recipiam me illuc. E. ſapis ô Charine, contra pariter fer gradum, & confer pedem.

Ferre grauiter, Eſtre marri. Terent. in And. 1.2.20, Omnes qui amant, grauiter ſibi dari vxorem ferunt.

Ferre imaginem alicuius. Plaut. in Capt. 2.39, Inter ſe commutant veſtem & nomina: illic vocatur Philocrates, hic Tyndarus: huius illic, hic illius hodie fert imaginem. Idem in Milite, 4 72, Et mox ne erretis, hæc duarum hodie vicem, & hinc & illinc, mulier fert imaginem, atquæ eadem erit, verum alia eſſe aſſimulabitur. Idem in Amphit. 3.141, Nunc hodie Amphitruo veniet huc ab exercitu, & ſeruus, cuius ego fero imaginem.

Ferre aliquē in oculis, Fort aimer aucū, Lauoir touſiours deuant les yeulx. Cic. ad Qu. Fratrē, Balbum in oculis fero. Idem de aruſpicū reſpōſis, de Clodio loquens homine ſibi inuiſo, Ferebant in oculis hominē quidā boni viri & de me optime meriti: ſed illi, vt ego arbitror, furoris ignari. Idem, Philipp. 6, Oderat tū Trebellion, cū tabulis nouis aduerſabatur: iam fert in oculis, valde iam diligit. Idem Tironi, Nam iſti duo vix ſunt digni, quibus alteri Ceſenam, alteri Coſſutianarum tabernarum fundamenta credas: te (vt dixi) fero in oculis. Terentius verbum fero, omiſit in Eunucho, Rex te ergo in oculis?

Ferre in notitiam alicuius. Plin. epiſt. 255, Quid itaque cōpereris per aquæ ductus, & relique-rint, fer in notitiam meam.

Ferre infortunium, Auoir malencontre. Terēt. in Adelphis, 2.1.24, Tetigín' tui quicquam? AE. ſi attigiſſes, ferres infortunium.

Ferre iniuriam. Terent. in Hecyra, 1.2.91, Pudens, modeſta: incommoda, atque iniurias viri omnes ferre, & tegere contumelias. Porter patiemment.

Ferre inultum. Terent. in Heaut. 5.1.45, At ne illud haud inultum, ſi viuo, ferent. nam iam. M. non tute cohibes? Ilz en mourront quitte, Ilz ne le porteront pas impuni.

Ferre iudicem. Liuius de Appio Claudio loquens, quæ Virginij filiam in ſeruitutem ex libertate addixerat: Proinde vt ille ſæpius atque iterum prouocet, ſic ſe iterum ac ſæpius iudicē illi ferre, ni vindicias in ſeruitutem ab libertate dederit. Si ad iudicem nō eat, pro damnato in

vincula duci iubere. Verba ſunt tribuni plæbis. erãt enim verba ſpõſionis, Iudicẽ tibi fero, ni.

Ferre lætitiam. Plaut. in Capt. 13.103, Nũc hanc lætitiã accipe à me quã fero. nã filium tuum modo in portu Philopolemon viuum, ſaluum & ſoſpitem vidi in publica celoce.

Ferre laudibus: Louer. Plin. epiſt. 171, Alij contrà, hoc ipſum laudib⁹ ferunt, quòd ſit fruſtratus improbas ſpes hominũ: quos ſic decipere, pro moribus temporum, prudentia eſt. Idem epiſt. 82.b, Nam cũ forte de bonis iuuenibus apud Neruam imperatorem ſermo incidiſſet, & plerique me laudibus ferrent, pauliſper ſe intra ſilentiũ tenuit, quod illi plurimum authoritatis addebat.

Ferre legem: Bailler loix a ſes ſoubiets.

Fert libido. Terent. in Heaut. 3.3.12, Multa fert libido: ea prohibet facere tua præſentia. Iay deſir de faire beaucoup de choſes, leſquelles ie ne feray pas en ta preſence. Salluſt. Tũc Catilina polliceri tabulas nouas, proſcriptiones locupletum, magiſtratus, ſacerdotia, rapinas, atque alia omnia, quæ bellum & libido victorum fert.

Ferre lucem, Pouoir endurer la lumiere a ſes yeulx. Plin. epiſt. 141, Cryptoporticus quoque, adopertis inferioribus feneſtris, tantum vmbræ, quantum luminis habent. Paulatim lucem ferre condiſco.

Ferre manum. Plaut. in Trucul. 4.23, Adi nos, ſi iturus, fer cõtra manũ, & pariter gradere. Baille ca la main.

Ferre manum, Conſerere, Sentrebatre. Virg. Quibus acer Erix in prælia ſuetus Ferre manum.

Fer me. Terent. in Heaut. 4.3.14, Antiphila mea nubet mihi. s. ſiccine mihi interloquere? c. quid faciam Syre mi? gaudeo: fer me. s. fero hercle. Supporte moy.

Ferre miſerias. Terent. in Adelphis, 4.2.7, Quid hoc, malum, infelicitatis? nequeo ſatis decernere. niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſerijs.

Ferre moderate. Cic. de amicitia, 7, Sed ego hic reſpõdeo, quòd animaduerti te dolorem quem acceperis, tum ſummi viri, tum amantiſſimi morte, ferre moderate: nec potuiſſe non cõmoueri, nec fuiſſe id humanitatis tuæ.

Ferre moleſte. Cic. de ſenect. 7, Quorum ego multorum cognoui ſenectutem ſine querela, qui ſe à libidinum vinculis laxatos eſſe, non moleſte ferrent, nec à ſuis deſpicerentur.

Ferre moleſtias. Terẽt. in Eunucho, 1.1.33, Neque præterquam quas ipſe amor moleſtias habet, addas: & illas quas habet, recte feras.

Ferre molliter. Cic. de ſenect. 5, Sed tamen neceſſe fuit eſſe aliquid extremum, & tanquam in arborum baccis, terræque fructibus maturitate tempeſtiua quaſi vietum & caducum, quod ferendum eſt molliter ſapienti.

Ferre occulte. Terent. in Adelphis, 3.2.30, Alienus eſt à noſtra familia. s. hem, perij. quare? G. amare occœpit aliam. s. væ miſeræ mihi. G. neque id occulte fert: à lenone ipſus eripuit palàm. Il ne le faict pas a cachette, ne en ſecret: mais deuant tous.

Ferre odium pro labore: Eſtre hay pour ſes peines. Terent. in Adelphis, 5.4.17, Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero, odium.

Ferre opem: Aider, ſecourir: Eſtre en aide. Plaut. in Pſeud. 1.6, Opémque herili is ita tulit. Terent. in Adelphis, 3.4.41, Iuno Lucina fer opem.

Ferre opus cũ labore. Plaut. in Amphit. 4.23, Habendum & ferundum hoc opus eſt cum labore. Il fault endurer ceſte peine auec traueil.

Ferre oſculum: Baiſer. Plaut. in Epid. 12.4, Quis iſthæc quam tu oſculum mihi ferre iubes? Plin. in Paneg. 141, Proſequutus enim nec temperaſti tibi quominus exeunti in litore amplexus oſculum ferres. Plaut. in Amphit. 8.82, Et valuiſſéſne vſque exquiſiui ſimul, mi vir: & manum prehendi, & oſculum tetuli ibi.

Ferre palàm. Plaut. in Milite, 20.39, Metuóque & timeo, ne hoc tãdem palàm fiat nimis. PY. quid illud eſt? PA. nos palàm ferre nunc per vrbem hæc omnia, ne quis tibi hoc vitio vertat.

Ferre pedem, Marcher. Plaut. in Menæh. 12.30, Propera Menæhme, fer pedem, cõfer gradũ. Ibidem, 15.18, Tu huc poſt hunc diem pedem intrò non feres, ne fruſtra ſis. Tu ne mettras le pied cy ens. Virg. Inde domum, ſi forte pedem, ſi forte tuliſſet, Me refero. Idem, Ferte pedẽ Faunique ſimul, Dryadéſque puellæ. Horat. Quam nec ferre pedẽ dedecuit choris.

Ferre partẽ alicui. Terent. in Adelphis, 1.2.36, Is meus eſt factus: ſi quid peccat Demea, mihi peccat: ego illi maximã partẽ feram. Ien ſeray le plusgreué

Ferre pompam. Plaut. in Sticho, 14.1, Agite, ite foras, ferte pompam, cado te perficio Stiche.

Ferre præmium: Eſtre recompenſe. Plaut. in Menæh. 22.28, Agite, abite, fugite hinc in malã

crucem: hem tibi etiam, quia poſtremus cedis, hinc hoc præmij feres. Vela ton paiement. Terent. in Eunucho, 5.9.27, Hoc ſi effeceris, quoduis donum & præmium à me optato, id optatum feres.

Ferre pretium ob ſtultitiam. Terent. in And. 3.5.4, Hoc confiteor iure obtigiſſe, quandoquidem tam iners, tam nulli conſilij ſum. ſeruón fortunas meas me cõmiſiſſe futili: ergo pretium ob ſtultitiam fero: ſed inultum id nunquam auferet.

Ferre quæſtionem, Eſt vindicandum facinus iudicibus præbere & mandare: vel potius ad ſenatum referre, vt de vindicando ſcelere extra ordinẽ ſenatuſconſulti fiat, & in iudicium rẽs deducatur. Cicero pro Milone, Non fuit ea cauſſa Iudices, non fuit cur ſibi cenſeret Põpeius quæſtionem ferendam. Idem, De hoc igitur latum eſt vt quæreretur, Id eſt, vt iudicium exerceretur.

Fert ſic res. Terent. in And. 5.1.13, Incœpi dum res tetulit: nũc nõ fert, feras. Le temps neſt plus, il te le fault endurer.

Ferre ſalutem alicui. Plaut. in Pœnulo, 9.8, Salutamus te Lyce: quanquam hanc ſalutem ferimus inuiti tibi, & quanquam bene volumus breuiter lenonibus. Idem in Aſin. 12.82, Age mi Leonida, obſecro fer amanti hero ſalutem. Salue le en mon nom.

Ferre ſe, Se extollere & oſtentare. Virg. lib. 11, Captiuo ſiue vt ſe ferret in auro Venatrix.

Ferre ſententiã. Cic. de amicitia, 50. Çonſtituendi autem ſunt qui ſint in amicitia fines, & quaſi termini diligendi. de quibus video tres ſententias ferri, quarum nullam probo.

Ferre ſeruitutẽ: Eſtre en ſeruitude. Plaut. in Capt. 7.12, Tute tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum cum ſeruitutem ita fers vt ferri decet.

Ferre ſitim. Plin. in Paneg. 22, Hæc apud hoſtes veneratio: quid apud milites? quam admirationem quemadmodum comparaſti? cum tecum inediam, tecum ferrent ſitim, cum in illa meditatione campeſtri militaribus turmis imperatorium puluerem ſudorémque miſceres.

Ferre ſolicitudinẽ. Plin. epiſt. 5.d, Rogo, inquit, mane, videas Plinium domi, ſed plane mane, neque enim diutius ferre ſolicitudinem poſſum. Ie ne ſaurois plus endurer ce ſoing.

Ferre ſublimem aliquem: Eſleuer aucun cõme vng corps ſainct. Plaut. in Menæh. 22.13, Herum meum indigniſſime neſcio quid ſublimem ferunt.

Ferre ſuppetias. Plaut. in Epid. 13.52, Ego ad vos Theſprionem iuſſero huc tranſire: ſed memento, ſi quid ſæuiunt ſenes, ſuppetias mihi cum ſorore ferre.

Ferre tabellas alicui: Porter des lettres a aucun. Plaut. in Bacchid. 17.17, Nunc haſce tabellas ferre me iuſſit tibi: orabat, quod iſtic eſt ſcriptum, fieret.

Tulit tempus. Terent. in And. 1.2.17, Dum tempus ad eam rem tulit, ſiui animum vt expleret ſuum. nunc hæc dies aliã vitam affert, alios mores poſtulat. Ce pendant que le tẽps le requeroit, ſi addonnoit, Le portoit ainſi.

Fert terra illos viros. Virg. Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra viros.

Ferre vetuſtatem. Cic. de amicitia, 60, Non enim amicitiarũ eſſe debent, ſicut aliarum rerum, ſatietates: veterrima quæque, vt ea vina quæ vetuſtatem ferunt, eſſe debent ſuauiſſima. Vins qui ſe gardent long temps.

Ferre vim alicuius, Sobtenir & retenir la violence dacun. Terent. in And. 1.5.42, Haud vereor, ſi in te ſolo ſit ſitum: ſed vim vt queas ferre.

Ferre voluptatem. Terent. in Hecyra, 4.2.17, Nihil iam mihi iſthæc res voluptatis ferunt: dũ ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum, ſatias me iam tenet ſtudiorum iſtorum. Ie ne prens plus de plaiſir a ces choſes la.

Ferunt illud veſtigia, Liuius lib. 1, Pergit ad proximam ſpeluncam, ſi forte eò veſtigia ferũt.

Fert illuc via. Virg. lib. 7, Hinc via tartarei quæ fert Acherontis ad vndas. Le chemin qui maine a &c.

Fertur coluiſſe. Virg. lib. 1. Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam Poſthabita coluiſſe Samo, On dict que Iuno &c.

Fertur ad terram: Elle penche en terre. Cic. de ſenect. 48, Vitis quidem quæ natura caduca eſt, & niſi fulta ſit, fertur ad terram: eadem vt ſe erigat, clauiculis ſuis, quaſi manibus, quicquid eſt nacta complectitur.

Ferunt dixiſſe. Cic. de amicitia, 49, Si forte, vt fit plerunque, ceciderint, tũ intelligitur quàm fuerint inopes amicorum. quod Tarquinium dixiſſe ferunt, tum cum exul eſſet, ſe intelexiſſe quos fidos amicos habuiſſet, quóſque infidos.

Ferri, diſtrahi. Plaut. in Ciſtell. 5.5, Exanimor, feror, differor, diſtrahor, deripior, ſta nullam

mentem animi habeo.

Ferax feracis, o.g, Quod abundanter ex ſe producit. Qui raporte beaucoup, & produit, qui eſt fertile. Plaut. in Epid. 6.2, Nullum eſſe ego agrum opinor in agro Attico æque feracẽ, quàm hic noſter Periphanes. quin ex occluſo atque obſignato armario decutio argenti tantum quantum mihi lubet.

Ferax bonarum artium ſeculum, apud Plinium.

Ferax miraculorum Aſia. Plin. epiſt. 173.a, Quæ ſi tuliſſet Achaia, AEgyptus, Aſia, aliáque quælibet miraculorum ferax, cõmẽdatríxque terra: audita, perlecta, luſtratáque haberemus. Plin. in Paneg. 69, Tenes Cæſar hunc curſum, & probatur experimento, ſitne feracius & vberius nõ ad laudem modo, ſed ad pecuniam principi, ſi hærede illo mori homines velint, quàm ſi cogantur.

Fertilis & hoc fertile, Qui eſt fertile. Columella lib. 4, Vt ex his partib⁹ trunci ſumãtur, quæ & genitales ſunt, & maxime fertiles.

Fertilitas fertilitatis, f.g. Fertilité. Columella, Id enim non accidit palmitis fertilitate.

Ferentarius ferentarij, m. g, Ferentarij, Leuis armaturæ milites, auxiliatores, à ferendo auxilio, vt quicquid opus eſſet, auxilio ferrent excurſu leues, armis grauibus nõ impediti, ſed enſe & telis tantũ inſtructi. Vel dicti ſunt ferẽtarij, teſte Varrone, quòd fundis lapidibúſque pugnabant: quæ tela ferũtur, nõ tenentur. Salluſt. Poſtquam eò ventũ eſt vnde à ferentariis prælium committi poſſet. Cato eos ferentarios dixit, qui tela ac potiones militibus pugnantibus miniſtrabãt. Hi & velati vocabãtur, vt inquit Feſtus, quòd veſtiti inermes ſequerẽtur exercitũ.

Ferentarius amicus: Vng ami qui aide & donne ſecours. Plaut. in Trinummo, 8.44, Satin' tu ſanus mentis, aut animi tui, qui conditionem hanc repudies? nam illum tibi ferentarium eſſe amicum inuentum intelligo.

Ferculum ferculi, Mets que on porte ſur la table. Iuuenalis, ſatyr. 2, Quis fercula ſeptem Secreto cœnauit auus?

Ferculum, Geſtamen, quo pompa geſtari ſolet. Suet. in Cæſare, Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, Veni, vidi, vici. hoc eſt, inter pompæ triumphalis geſtamina. Quo nomine continentur ſimulachra deorum, ſpolia hoſtiũ, coronæ, machinæ, & id genus alia, quæ fieri ſolent in pompa triumphali: ſicut fercula ludorum, fercula quæ in ludis: fercula ſacrorum, quæ in ſacris.

Fercula, Acron etiam docet eſſe pulpita in quibus deorum ſimulacra ſint: quia in pompa Circenſi, hoc eſt, celebritate ludorum Circẽſium, huiuſmodi ſimulacra deorum feruntur. Cic. lib. 1. off Cauẽdum eſt ne tarditatibus vtamur in ingreſſu mollioribus, vt ſimiles pomparũ ferculis eſſe videamur.

Feretrum feretri, Lectus vel aliquid aliud quo mortuus ferri ſolet, & alio nomine Capulus dicitur à capiẽdo, ſeu in quo aliquid cum pompa fertur. Vng ſarcueil, ou vne biere. Liuius, Spolia ducis ſuſpenſa fabricato ad id apte feretro gerens in Capitolium aſcendit: ibíque cum ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet, templum deſignauit.

FEROX ferocis, o.g. Fortis, inuictus. Horat. in Odis, Vrbes, gentéſque & Latiũ ferox. Salluſt Ille animo feroci negat ſe fuſam toties Numidiam pertimeſcere.

Ferox, Sæuus, indomitus, à feritate, vt vult Nonius. Hault en bride, fier & arrogant, tout eſtrange. Virg. AEneid. 4, Ac frena ferox ſpumantia mandit. Plaut. in Moſtel. 8.90, Ego enim dicam, cibo perduci potes quouis. TR. ferocem facis, quia te æratus amat. Tu fais du mauuais, du terrible. Terẽt. in Eunucho, 3.1.25, Eóne es ferox, quia habes imperiũ in beluas? Ceſte arrogance te vient elle pourtant que &c.

Ferox ſum illa re dicitur, vt illa re ſum fretus, vel arrogans. Ferox dote. Plaut in Menæch. 17, 12, Ita iſthæc ſolent, quæ viros ſubſeruire ſibi poſtulant, fretæ dote feroces.

Ferox formã, Fiert, arrogant pour ſa beauté. Plaut. in Milite, 21.13, Ipſus illic ſeſe iam impediuit in plagas, paratæ inſidiæ ſunt, nãque in ſtatione ſtat ſenex, vt adoriatur mœchum qui formã eſt ferox.

Ferocior animo. Plaut. in Milite, 20.12, Iſthuc crucior, à viro me tali abalienarier, nam tu quemuis potis es facere vt fluat facetijs: & quia tecum eram, propterea animo erã ferocior. Ie men tenoie plus fiere.

Ferox fortunis. Accius, Neque vi tanta quiſquam eſt, neque tam abundans fortunis ferox.

Ferocia ferociæ. Arrogance, Fierté. Cic. lib. 6. de rep. Qui comperit eius vim & effrenatam illam ferociam.

Ferocitas ferocitatis, Idem. Cic. lib. 1. off. Vt equos propter crebras contentiones prælíorum ferocitate exultantes, domitoribus tradere ſolent.

Ferociter, Hautainement, arrogamment, fierement, orgueilleuſemẽt. Plaut. in Amphit. 3. 59, Quos præfecerat Amphitruo magnanimi viri freti virtute & viribꝰ ſuperbi, nimis ferociter legatos noſtros increpant: reſpondent bello & ſe & ſuos tutari poſſe.

Ferocio ferocis, ferociui, vel ferocij, ferocitũ, ferocire, Ferocẽ fieri. Senorgueillir, Deuenir fier, Senfler contre vng autre, Monter ſus ſes ergos. Gellius lib. 1, Nihil adeò in congrediendis hoſtibus atque in principijs præliorum ad ſalutem virtutémque aptius rati, quàm ſi permulcti ſonis mitioribus, non immodice ferocirent. Ouid. Diſce bonas artes, nullis aſſueta iuuẽtus, Mox intractati more ferocit equi.

FERRVM ferri, n. g. Fer. À ferendo, quòd in agros colendi gratia feratur. Vel à feriendo, quòd cætera eo feriantur, hoc eſt, domentur.

Ferreus, ferrea, ferreum, Qui eſt de fer.

Ferreum negotium, Vne affaire dure comme fer: a la quelle on eſt enferré. Plaut. in Perſa, 2. 22, Mihi quidem tu iam eras mortuus: quia te non viſitaui. s. negotium ædepol. t. ferreum fortaſſe. s. pluſculũ annum fui præferratus apud molas, tribunus vapularis.

Ferrarius ferraria ferrarium, Appartenant a fer. Vt faber ferrarius, Vng forgeron, qui maine & traicte le fer.

Ferrarium, Quod ex ferro eſt, quaſi ferreum. Plin. lib. 34, Conium in Italia cũ ferraria metalla in his locis non ſint.

Ferramẽtum ferramenti, Inſtrumentum ex ferro. Ferrement, ferraille. Plaut. in Rud. 11. 19. Noſtro illum puteum periculo & ferramentis fodimus. Columella, lib. 3, Nonnunquam etiam cum frondere cœperint arbores, cacumina acutiſſimo ferramento ſumma amputare prodeſt.

Ferro ferras, ferrare. Ferrer.

Ferratus ferrata ferratum, Qui eſt ferré. Virg. lib. 3. georg. Vndique iam tergo ferratos ſuſtinet orbes.

Ferrugo ferruginis, Rubigo ferri, Eurouilleure de fer. Plin. Sudor virgæ, cornu arboris, lamina candente ferrea extextus, non contingente ligno illita, quæ deinde ferrugo incipientes lichenas ſanat.

Ferrugo, per trãſlationem, compreſſæ purpuræ color rufus, nigrioris rubedinis quaſi violacei, vulgo morellum dicunt, ſimilitudine coloris ferri, dum eſt rubiginoſum. Virg. lib. 9. Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus hybera.

Ferrugineus ferruginea ferrugineum, Quod eſt coloris ferruginis. Plaut. in Milite, 16. 41, Facito vt venias ornatu huc naucleriaco, camiſiam habeas ferrugineam, culturam ad oculos laneã, palliolum habeas ferrugineum: nam is color thalaſſicus. Virg. Et ferrugineus hyacinthus. Plin. Et ferrugineas maculas habentes.

Ferrumen ferruminis, n. g. quaſi gluten, iunctura, ſeu ligatura, Souldure. Plin. lib. 36, Cap. 23. Ea maxime cauſſa quòd furto calcis ſine ferrumine ſuo cementa componuntur.

Ferrumino ferruminas, ferruminare, Soulder quelque choſe auec vne autre, & la ioindre. Põponius, Si tuum ſcyphum alieno plumbo plumbaueris, argento ferruminaris, non dubitatur tuũ ſcyphum eſſe. Plin. lib. 27. cap. 4, Fabuloſa arbitror quæ adijciuntur: recente ea, ſi vratur, ferrum aut æs ferruminari.

Ferruminare, Glutinare, Coller enſemble, ioindre. Plin. lib 36, Vitrum ſulphuri incoctum ferruminatur in lapides. Id eſt, glutinatur in formam lapidis. Idem lib. 35, Calcis quoque bitumen præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris.

FERTVM ferti, Genus libi, à fero dictum, quòd ſæpe ad ſacra ferebatur. Perſius, Attamen hic extis, & opimo vincere ferto Intendit.

Fertum aliâs dicitur, quod pluribus variiſque rebus fartũ eſt. nam, vt Cato de re ruſtica ſcribit, ſtruem farris, tritici, hordei, ſeminis, rapacij, thure ac vino additis, ante meſſem parabãt in porcæ præcidaneæ immolatione: Ianóque ac Ioui & Iunoni ſacrificabant: quæ diuerſarũ rerum congeries, fartum nominabatur.

FERVEO ferues, ferui, feruere, Ex incendio calere, Bouillir, Eſtre eſchauffé. Item moleſtijs quibuſcunque perturbari.

Feruo feruis ferui, féruere. Idem. Terẽt. in Adelphis, 4. 1. 19, Ego illius ſenſum pulchre calleo: cum feruit maxime, tam placidum, quàm ouem reddo. Quant il eſt eſchauffé. Virg. lib. 3. georg. Omnia tunc pariter vento nimbiſque videbis Feruẽre. Idem, Feruẽre cæde noua.

Propertius, Incipit & ſicco feruĕre terra cane. Gellius, Dominus quos rogauerat, operitur, ſol feruit, & fit nihil.

Feruefacio feruefacis, feruefacere, Faire bouillir. Cato de re ruſtica, Et portionem polentæ eodem addito, & oleum poſtea feruefacito.

Feruefacere, Eſchauffer, Faire chault. Plaut. in Pſeud. 13.44, Ego cicilendrum quando in patinas ſcindidi, aut ſi polindrum, aut meacidem, aut ſanè captidem, eæ ipſæ ſe patinæ feruefaciunt illico.

Feruens feruentis, o g. Bouillant, eſchauffé. Plaut. in Curcul. 10.26, Rogitationes plurimas propter vos populus ſciuit, quas vos rogatas rumpitis, aliquam reperitis rimam: quaſi aquam feruentem frigidam eſſe, ita vos putatis leges.

Feruentes foculi. Plaut. in Capt. 13.78, Noli iraſcier: iubén' an non iubes aſtitui aulas? patinas eluí? laridum atque epulas foueri foculis feruentibus?

Feruens pauimẽtum. Plin. epiſt. 58.a, Lauabatur in villa Formiana: repente eum ſeruí circũſiſtunt: alius fauces inuadit, alius pectus & ventrem, alius os verberat: & cum exanimem putarent, abijciunt in feruens pauimentum, vt experirentur an viueret.

Feruentem flagris aliquem facere. Plaut. in Amphit. 14.10, Verbero etiam quis ego ſim me rogitas vlmorum Acherons. quem pol ego hodie ob iſthæc dicta faciam feruentem flagris.

Feruidus feruida feruidum, Calidus & diligens.

Feruide, aduerbium, Chaudement. Plaut. in Trucul. 8.2, Num tibi nam amabo ianua eſt mordax mea, quo introire metuas mea voluptas? D. feruide vt tota floret, vt oleum nitide nitet.

FESCENINI verſus, dicebantur qui in nuptijs canebantur. Dicti quòd ex vrbe Feſcenina dicuntur allati: ſiue ideò quòd faſcinum putantur arcere. Hæc Feſtus.

FESTINO feſtinas, feſtinare, Soy haſter. Plaut. in Epid. 2.74, Abi à me in malã rẽ maxumã cũ iſthac cõditione. E. I ſane, ſi quid feſtinas, Va deuãt, ſi tu as haſte. Idem in Aſin. 5.5, Remigio veloque quantũ poteris feſtina & fuge. Idem in Caſina, 12.28, Iam hic eſt lepide ludificatus: miſeri vt feſtinãt ſenes. Ibidem, 18.13, Hinc abi: cũctas? intus alij feſtinant. Terent. in Heaut. 1.1.73, Domum reuertor mœſtus, atque animo ferè perturbato, aſſido: accurrunt ſerui, ſoccos detrahũt: video alios feſtinare, lectos ſternere, cœnam apparare: pro ſe quiſque ſedulo faciebat. Virg. Feſtinate viri.

Feſtinat ad vrbem: Il ſe haſte daller en la ville. Plin. de viris illuſt. 39, Sed cum ad Camerinam ab hoſtibus obſeſſam feſtinaret, à Pœnis in anguſtijs clauſus eſt.

Feſtinans feſtinantis, Qui ſe haſte. Plin. in Paneg. 8, Iam firmitas, iam proceritas corporis, iã honor capitis, & dignitas oris: ad hoc ætatis indeflexa maturitas, nec ſine quodã munere deũm feſtinantis ſenectutis inſignibus, ad augendam maieſtatem ornata Cæſaries: nónne longe latéque principem oſtentant?

Feſtinus feſtina feſtinum, Hatif, ſoudain. Virg. Feſtina virûm vis.

Feſtinatus feſtinata feſtinatum, Qui a eſté haſté, auancé. Plin. in Paneg. 117, Tandem ergo nobilitas non obſcuratur, ſed illuſtratur à principe: tandem illos ingentium virorum nepotes, illos poſteros libertatis nec terret Cæſar, nec pauet: quinimmò feſtinatis honoribus amplificat atque auget, & maioribus ſuis reddit.

FESTVS feſta feſtum, Solenniter lætum & feriatum: vt inquit Nonius.

Feſtus dies, Vng iour de feſte: ou quel on ceſſe de beſongne, & ſeſiouyt on. Plaut. in Pœnulo, 11.13, Mittit ad me, ſi audies, hodie Adelphaſiũ tuam. die feſto celebri, nobiliſque Aphrodiſijs. Idem in Aulul. 13.10. Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperceris. Idem in Caſina, 3.48, Sine tuos ocellos deoſculer voluptas mea, ſine amabo te amari meus feſtus dies. Hic per tranſlationem poſuit, Qui la mettoit en ioye & hors de labeur.

Feſtus dies hominis. Terent. in Eunucho, 3.5.12, Chærea quid eſt quod ſic geſtis? quídve ſibi hic veſtit us quærit? quid eſt quod lætus ſis? quid tibi vis? ſátne ſanus? quid tacés? c. O feſtus dies hominis: amice ſalue. Donatus, O feſtus dies, Vtrum quia cauſſa eſt feſti ac læti diei? an quia ipſe tantus ſit quantus eſt feſtus dies? Vel, Homo feſti diei.

Feſtus, ad diem feſtum pertinens: vt feſti frondes.

Feſtiuus feſtiua feſtiuum, Iucundum & lepidum: Recreatif, plaiſant & ioyeulx. Plaut. in Milite, 9.108, Nimium feſtiua mulier operam præbuit. Ibidem, 13.12, Hunc arrabonẽ amoris primũ à me accipe. PY. quid hic? aut vnde eſt? PA. à luculenta atque feſtiua fœmina. Terent. in Adelphis, 5.9.26, O mi pater feſtiuiſſime!

Feſtiuum caput. Terent. in Adelphis, 2.3.8, Quid eſt? c. quid ſit? illius opera Syre nunc viuo:

festiuum caput, quin omnia sibi pòst putarit esse præ meo cõmodo. Vng plaisant homme.

Festiuus locus. Plaut. in Milite, 4.5, Nunc qua assediſtis causſa in festiuo loco, comœdiæ huius, quam nos acturi sumus, & argumentum & nomen vobis eloquar. Idem in Pseud. 22.7, Profecto ædepol ego nunc probe habeo Madulsam, ita excurato victu, ita magnis munditijs digni habiti, atque loco festiuo festiue accepti sumus.

Festiui ludi. Plaut. in Casina. 17.2, Nec pol ego Nemeæ credo, neque ego Olympiæ, neque vsquam ludos tam festiuos fieri. &c.

Festiuus sermo. Cic. lib. 1. off. De græcis ducem & facetum, festiuique sermonis.

Festiuitas festiuitatis, f. g. Iucunditas & lætitia quædam in dictis. Plaut. in Capt. 13.3, Lucrum, ludum, iocum, festiuitatem, ferias. &c. Idem in Casina, 13.14, Quid agis mea festiuitas? Terent. in Eunucho. 5.9.18, An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit: quæ tot res, tãtas, tam opportune in vnum concluſit diem: an mei patris festiuitatem & facilitatem?

FESTVCA, festucæ, Vng festu. Dicitur & arboris nouellæ omnino infantis & cuiusque sati pullulus. A Fœnus deducit Festus, ideo per œ nonnulli scribunt.

Festuca, Virga prætoria, qua quis fiebat liber: aliâs vindicta dicebatur. Plaut. in Milite, 13.15, Quid ea? ingenua, an festuca facta, serua an libera est? Persius, Non in festuca lictor quam iactet ineptus.

F I

FIBER, fibri, m. g. Animal in Ponto, sic dictum ab extremis oris amnium quas colit, & vbi maxime solet videri. Plin. lib. 8. cap. 30, Easdē partes sibijpsi Pontici amputant fibri, periculo vrgente, ob hoc se peti gnari: castoreum id vocant medici, aliâs animal horrēdi morsus. arbores iuxta flumina vt ferro cædit. hominis parte comprehensa, non antequam fracta concrepuerint ossa, morsu resoluit. Cauda piscium ijs, cætera species lutræ. Vtrunque aquaticũ, vtri quæ mollior pluma, pilus.

Fiber, Genus vespæ quadrupes, vt inquit Festus. Plaut. Sic me subes quotidie, quasi fiber salicē.

FIBRA fibræ, Extremæ fluminum oræ, teste Festo. Item iecoris & cordis & cuiuscunque visceris extremæ partes, id est, in quas iecur ipsum diuiditur, fibræ dicuntur. Virg. lib. 6, Nec fibris requies datur vlla renatis. Plin. A tergo spinæ ipsi iunctus, in duas fibras vngulæ bubulæ modo diuiditur. De pulmone loquitur.

Fibræ, Venarum pertenues meatus, per quos sudor it. Plin. Murium iecusculis fibræ ad numerum lunæ dierum in mense congruere dicuntur, totidémque inueniri.

Fibræ, Minutæ radices arborē, herbarúmque. Plinius de arborum sationibus ait, solum eligi oportere quammaxime rimosum, ne sol exurat fibras. Virg. Et amaris intuba fibris. Columella de allio, Cum ternas fibras emiserint, spicæ sarriantur. Idem lib. vltimo de rapis. Cic. de senect. 47, Deinde tepefactum vapore & compressu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem, quæ nixa fibris stirpium, sensim adolescit.

FIBVLA fibulæ, Circulus: proprie ornamentum cinguli ad vestem subligandam. Virg. Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

Fibula, Circulus æneus. Columella, de bobus, AEnea fibula pars auriculæ latissima circunscribitur, ita vt manante sanguine, tanquam o literæ ductus appareat.

Fibulo fibulas, fibulare, Coniungere. Columella, lib. 1, Omnésque parietum & soli iuncturæ testacijs puluinis fibulantur: quoniam fere cum his partibus ædificia rimas exerunt, caua præbent, ac latebras subterraneis animalibus.

FICEDVLA, ficedulæ, Auis, à ficu sic dicta: quòd ea, vt inquit Varro, ficu pinguis fiat. Martialis, Cum me ficus alat, cum pascar dulcibus vuis, Cur potius nomen non dedit vua mihi? Plin. lib. 10. cap. 29, Alia ratio ficedulis. nam formam simul colorémque mutant. Hoc nomen non nisi autumno habent. postea melancoryphi vocantur.

FICVS fici, Vng figuier: secūdæ vel quartæ declinationis, fœminini generis. Plin. lib. 16, Quidam breuitate radicum senescere celerius arbores putant, quod coarguunt fici, quarum radices longissimæ sunt, & senectus ocyssima. Iuuenalis, Ad quæ discutienda valent sterilis mala robora fici. Quartæ decli. Cic. de Orat. Cui cum quidam familiaris quereretur, quòd diceret vxorem suam suspendisse se de ficu.

Ficus, fructus, Vne figue. Secundæ declinationis, masculini generis: & quartæ fœminini. Plin. lib. 16, Fici mirabiles sunt, & abortiui, qui nunquam maturescunt. Cic. in Catone, Ex tantulo grano fici. Horat. in Ser. pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi. Quartæ, fœminini: Iuuenalis, Si vis aliam decerpere ficum. Martialis, Res mira est, ficus non habet vnus ager.

Fœminino genere, in ſecũda declinatione dixit Varro lib. 1. de re ruſtica. Fici (inquit) ſemẽ naturale intus in ea fico quã edimus, quæ ſunt minuta grana, è quibus paruis, quòd enaſci coliculi vix queunt. Et paulò pòſt, Cum enim per reſticulam ficos quas edimus maturas perferunt, & eas cum maturuerint complicant.

Ficos biferas, noue dixit Suetonius in Octauio Auguſto, cap. 76, pro fructu arboris biferæ, Secundarium (inquit) panem & piſciculos minutos & caſeum bubulum manu preſſum & ficos virides biferas maxime appetebat.

Ficus, Morbus, Secundæ declinationis, fœminini generis. Martialis, Dicemus ficos Ceciliane tuos. Sunt qui hoc loco, ficus legant. Naſcitur hoc vitium ferè in capite, tũ in capillo, tum in barba & locis obſcœnis quæ pilis integũtur. Corneli⁹ Celſ⁹ lib. 6, cap. 3. Eſt etiam vlcus quod à fici ſimilitudine, Græcis Σύκωσις nominatur. Caro excreſcit, & id quidẽ generale eſt. Sub eo verò duæ ſpecies ſunt, Alterum vlcus durum & rotundum eſt, alterum humidum & inæquale. Ex duro, exiguũ quiddam & glutinoſum exit: ex humido, pus mali odoris. Fit vero vtrunque in his partibus quæ pilis conteguntur. Sed id quidem quod calloſum, & rotũdum, maxime eſt in barba. Id verò quod humidum, præcipue eſt in capillo.

Ficulus ficuli, diminutiuum, Vne petite figue. Plaut. in Sticho, 14.8, Hoc conuiuium eſt pro opibus noſtris, ſatis commodule nucibus, fabulis, ficulis. &c.

Ficetum ficeti, Locus vbi fici conſitæ ſunt. Varro, Ficúſque denſa materia non eſt, ideo ſequitur calidiorem: quo fit vt in locis frigidis ficeta fieri nõ poſſint. Martialis, Vt pueros emeret Labienus, vendidit ortum: Nil niſi ficetum nunc Labienus habet.

Ficarius ficaria ficarium, Qui libenter comedit ficos. Plinius, Ficarios culices caprificus generat. Ficaria ficariæ, Vng figuier. Pallad. lib. 4, Aliqui inter ficarias caprifici arborem ſerunt.

Ficitor, ficitoris, Ficorum amator, ſeu ficorũ collector. Næuius, Ficitores omnes cupiunt ficitatẽ.

Ficulnus ficulna ficulnum, Qui eſt faict du bois dung figuier. Horat. Olim truncus erã ficulnus inutile lignum.

Ficulneus ficulnea ficulneum, Idem quod ficulnus. Plin. lib. 15. cap. 28, Sunt & ficulnei caules. Cato, Fibulæ vnde fiãt aridæ ilignea, vlmeæ, nuceæ, ficulneæ face vti in ſtercus aut in aquam conijciantur.

Ficulnea ficulneæ, Vng figuier. Plin. lib. 16, Quibus & ficulnea & ligna ex hedera tradẽtur.

FIDES fidei, f. g. Eſt (authore Cicerone lib. 1. off.) Dictorũ conuentorumque cõſtantia & veritas. Ex quo quanquam hoc videbitur fortaſſe cuipiam durius, tamẽ vt videamur imitari Stoícos, qui ſtudioſe exquirunt vnde verba ſint ducta, credamus quia fiat quod dictum eſt, appellatam fidẽ. Terent. in Heaut. 2.3.15, Sed video eccos quos volebam. c. O Iuppiter vbinam eſt fides! Idem in Andria, 5.2.16, Triſtis ſeueritas ineſt in vultu, atque in verbis fides.

Fides, Fiducia, Fiance & aſſeurance que on ha a aucun. Plaut. in Trinũmo, 4.77, Subigis maledictis me tuis Megaronides nouo modo, adeò vt quod meæ concreditum ſit taciturnitati clàm, fidei & fiduciæ, ne enuntiarem cuiquam, neu facerem palàm, vt mihi neceſſe ſit iam id tibi concredere. Terent. Andria, 1.1.7, Nihil iſthac opus eſt arte ad hanc rem quam paro: ſed his, quas ſemper in te intellexi ſitas, fide & taciturnitate.

Fidem abrogare alicui: Vide paulo pòſt FIDEM NON SERVARE.

Fidem accipere, Eſt credi. Martialis, Accepit fabula priſca fidem. Id eſt credita eſt.

Fidẽ ſuam aſtringere: Promettre ſa foy. Terent. in Eunucho, 1.2.22, Verum heus tu, lege hac tibi meam aſtringo fidem: quæ vera audiui, taceo, & cõtineo optime: ſin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuo palàm eſt.

Fidei bonæ poſſeſſor, Qui ignorauit rem quam emit, alienam eſſe, aut putauit eum qui vendidit, ius vendendi habere. Qui a achette quelque choſe a la bonne foy.

Fidei bonæ homo vocatur, cui res tuto creditur, vel qui rem ſibi creditã fideliter ſeruat. Vng homme de bonne conſcience. Suet. Auguſtus populo promiſſum congiarium repoſcenti, bonæ fidei ſe eſſe reſpondit.

Fide bona dicere. Plaut. in Aulul. 26.42, Dic bona fide, tu id aurum nõ ſurripuiſti? Dis moyen bonne foy, en bon eſcient. Idem in Pſeud. 19.33, Bonán' fide iſthuc dicis? B. vnde ea ſit mihi?

Fide bona emere. Plaut. in Moſtell. 8.151, Dij iſtum perduint, immò iſthunc potius. de vicino hoc proximo tuus emit ædes filius. TE. bona fide? T R. ſi quidẽ es argentũ redditurus, tum bona: ſi redditurus non es, non emit bona.

Fides illi eſt. Terẽt. in Phor. 5.8.11, Heus, heus, quanta hæc mea paupertas eſt, tamẽ adhuc cu-

raui vnum hoc quidē vt mihi eſſet fides. Iay touſiours prins peine deſire loyal & fidele, que on ſe peult bien fier en moy. Plaut. in Aulul. 22. 1, Fidei cēſebam maximā multo fidem eſſe: ea ſubleuit os mihi peniſſume.

Fides apud te nulla mihi: Ie ne me fie point en toy. Plaut. in Amphit. 7. 3, Eccere. iam tu autē facis vt tuis nulla apud te ſit fides. Terēt. in Heaut. 3. 3. 10. At mihi fides apud hunc eſt, nihil me iſtius facturum pater. Il ſe fie bien en moy iuſques a ce, que ie neuſſe daigne faire le tour Idē in Phor. 5. 3. 27, Itáne paruā mihi fidē eſſe apud te? D. vin' me credere? vin' ſatis quæſitum mihi iſtud eſſe? age, fiat. Ay ie ſi peu de credit enuers toy? te fie tu ſi peu en moy?

Conferre ſe in fidem ac clientelam patronorum dicebantur Clientes. Cic. pro Roſcio Amerino, Nam cum multos veteres à maioribus Roſcij patronos hoſpitéſque haberent, omnes eos colere, atque obſeruare deſtiterunt, ac ſe in Chryſogoni fidē ac clientelā cōtulerūt.

Fidem deferere: Ne tenir point promeſſe. Cic. Philipp. 13. Omitto alia: fidem Dolabellæ ſanctiſſimi viri deferere homo pius non poteſt. quam fidem? an &c.

Fidem dare: Promettre ſa foy. Terent. in Eunucho, 5. 9. 30, Do fidem ita futurum.

Fidem dare alicui de altero: Reſpondre a vng autre pour aucun. Cic. pro Lentulo, Pompeij fides quam de me Cæſari dederat.

Eſſe in fide ſua, Eſt nullum ſoli dominum agnoſcere, nec patronum. Cic. pro Plancio, Eorúmque preces & vota de meo reditu exaudiens, Dyrrachium quod erat in fide mea, petere cōtendi. Ibidem, Iter à Vibone Brunduſium terra petere contendi, cum omnia illa municipia quæ ſunt à Vibone Brunduſium, in fide mea, iudices, eſſent.

Fidem fallere, Ne tenir pas promeſſe. Cic. Philipp. 13, Mihi quidem conſtat, nec meam quidem contumeliam, nec meorum ferre: nec deſerere partes quas Pompeius odiuit, nec vetera nos ſedibus ſuis moueri pati, nec ſingulos ad cruciatū trahi, nec fallere fidē quam dedi Dolabellæ.

Ex fide ſcribere, Eſcrire quelque choſe a la verité. Plin. epiſt. 191, Nec ipſe tibi plaudis, & ego nihil magis ex fide, quàm de te ſcribo.

Fidem habere alicui: Se fier a aucun, luy croire. Plaut. in Pſeud. 13. 110, Pater huius Callidori opere fecit maximo vt mihi cauerem à Pſeudolo ſeruo ſuo, neu fidē ei haberē. Idē in Perſa, 13. 9, Di omnes perdāt omnes Perſas: atque etiam omnes perſonas male, ita miſerum Toxilus me hic conſtituit, qui ei fidem non habui argenti, eo mihi eas machinas molitus eſt. Pourtant que ie ne me ſuis pas fié en luy de ceſt argent. Terēt. in And. 3. 4. 7, Deos metuens vos celaui quod nunc dicam. D. quid? ſcies: nam propemodū habeo iam tibi fidem.

Fidem alicuius implorare. Terent. in Adelphis, 3. 4. 43, Illæc fidem nunc veſtram implorat, Demea: quod vos ius cogit, id voluntate impetret.

Fide ſua iubere. Id eſt, ſponſorem ſe conſtituere & appromiſſorem, & periculum in ſe recipere. Prendre quelque choſe a ſa charge, a ſes perilz & fortunes, En reſpondre. Vlpianus in l. Vbi autem. de verborum oblig. Paulus, Si filiuſfamiliâs ita ſtipulatus fuerit, Quātam pecuniam Titio credidero, fide tua eſſe iubes? En reſpons tu?

Fidem labefactare: Perdre ſon credit. Suet. Redijt certe nihilo opulentior, vt qui propè labefactata fide omnia prædia fratri obligaret. Id eſt, cum iam verſuram facere non poſſet à fœneratoribus.

Fidem ſuam liberare, Pro eo dicebant, quod nunc negotiatores & coactores tenere promiſſum dicunt, & non deeſſe promiſſo: Tenir ſa promeſſe. Cic. pro Flacco, Pecunia petitur ab Hermippo. Hermippus ab Heraclia petijt. Ipſe tamē Fuſijs ſatisfacit abſentibus, & fidem ſuam liberat. Vlpianus in l. Si vero mandati, Si autem ſub maioribus vſuris fœnus accepit, vt fidem ſuam liberaret, non dubito debere eum mandati iudicio & vſuras conſequi.

Fidē mutare, Eſtre variable & legier. Salluſt. in Iugurtha, Profecto cuncti aut magna pars Siccenſium fidem mutauiſſent: tanta mobilitate ſeſe Numidæ gerunt.

Fidem mutare cū altero, Se deſdire de quelque marché, Ne le tenir point. Terent. in Phor. 3. 2. 27, Nequeo exorare vt maneat, & cum illo vt mutet fidem triduum hoc, dum id quod eſt promiſſum ab amicis, argentum aufero.

Fide mea. Plaut. in Pſeud. 5. 82, Fac hoc quod te rogamus Ballio mea fide, ſi iſti formidas credere, A mon aueu, A mon aſſeurance. Idem in Capt. 6. 101, Mittam equidem iſtum æſtimatum tua fide, ſi vis. Cic. in Piſonem, Cum accepta pecunia à Dyrrhachinis ob necem hoſpitis tui Platonis, eius ipſius domum euertiſti, cuius ſanguinem addixeras: eúmque ſeruis ſymphoniacis & alijs muneribus acceptis, timentem & multum dubitantem cōfirmaſti,

& Theſſalonicam fide tua venire iuſſiſti.

Fide nulla es, Il ne faict pas bon ſe fier en toy. Plaut. in Milite, 20.59, Caue iſthuc feceris: dicent te mendacem, nec verum eſſe: fide nulla eſſe te.

Fide publica. Liuius, Quos Philopœmen depopoſcerat, ipſi ſe ituros profeſſi ſunt fide accepta à legatis, vim abfuturã, donec cauſſam dixiſſent. Salluſt. Poſt eum diem quidam Lucius Tarquinius ad ſenatum adductus erat, quem ad Catilinam proficiſcentem retractum ex itinere aiebant. Is cum ſe diceret indicaturum de coniuratione ſi fides publica data eſſet, iuſſus à conſule, quæ ſciret edicere: eadem fere quæ Vulturtius de itinere hoſtium &c. Idem, Vulturti⁹ interrogatus de itinere & de literis, poſtremo quid, aut qua de cauſſa habuiſſet. Primo fingere, alia diſſimulare de cõiuratione. Poſt, vbi fide publica dicere iuſſus eſt, omnia vti geſta erant, aperit. Idem, Comes eius qui Romam fide publica venerat. Cic. in Piſonem, Hunc Theſſalonicam fide tua venire iuſſiſti. Noſtri ſaluum conductum vocant, Sauf conduit. Securitas autem in hoc ſignificatu vernacula eſt locutio, non latina: hoc eſt, plebiſcito poteſtatem facere impunitate promiſſa.

Fide publica interpoſita. Salluſt. in Iugurtha, Hæc atque alia huiuſcemodi ſæpe dicendo, Caſus Memmius populo Romano perſuadet vti Lucius Caſſius, qui tum Prætor erat, ad Iugurthã mitteretur, eúmque interpoſita fide publica Romam duceret.

Fidem ſeruare. Plaut. in Trinummo, 14.39, Id genus hominũ hominibus vniuerſis eſt aduorſum, atque omni populo male facit, male fidem ſeruãdo, illis quoque abrogant etiam fidem qui nihil meriti.

Fide alicuius ſumere, Id eſt, nõ ſua, ſed aliena cautione. Cic. pro Flacco, Nam hunc Hermippum hominem eruditum, cui debeat eſſe notiſſimus, percuſſit: eius enim fide ſumpſit à Fuſijs. Securus Hermippus Tennũ proficiſcitur, cum iſte ſeſe pecuniam, quam huius fide ſumpſerat à diſcipulis ſuis, diceret Fuſijs perſoluturum.

Fidem ſequi alicuius, Eligere aliquem cum quo rem habere, aut negotium eſſe nobis velimus. Quod lingua vernacula dicit, Volo me faciẽdum habere cum eo, Ie vouldroie bien auoir affaire auec luy. Sic enim dici ſolet de ijs, quos locupletes aut probos debitores eſſe credimus. Vſus eſt Vlpianus in L. prima, ſupra de rebus cred. Eſt etiam exemplum in lege ſecunda, C. de bonis authoribus iudi. poſſid.

Fidem ſuam tueri, Eſt ſeruare illæſam famam locupletis debitoris. Cic. Attico. lib. x, Literas tuas accepi pridie Nonas Februarij. eóque ipſo die ex teſtamẽto creui hæreditatem, ex multis illis & miſerrimis curis eſt vna enata, ſi (vt ſcribis) iſta hæreditas fidem & famam meam tueri poteſt. Idem, Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad ſeſtertiũm bis & vicies. huius pecuniæ permutatione fidem noſtram facile tuebere.

Fides ſolutionis. Plin. epiſt. 155. b. Præterea, cũ reputarẽ quoſdã ex debito aliquantũ, quoſdã aliquid, quoſdã nihil repoſuiſſe, nequaquam verum arbitrabar, quos non æquaſſet fides ſolutionis, hos benignitate remiſſionis æquari. Qui nauoiẽt point paie autãt quilz auoiẽt promis.

Fideiuſſor fideiuſſoris, Qui fideiubet. Donatus, Fideiuſſor, hoc eſt author credendi.

Fido fidis, fiſuſſum, fidere, Se fier, croire, mettre ſon eſperance.

Cum datiuo. Plin. epiſt. 174. b, Liber fuit & opuſculis varius, & metris: ita ſolemus, qui ingenio parum fidimus, ſatietatis periculum fugere. Virg. lib. IX, Et fidere nocti.

Cum ablatiuo. Virg. in VII, Molliri iam tecta videt, iam fidere terra.

Fidus fida fidum, Cui fidendũ eſt, Loyal, en qui on ſe peult bien fier. Plin. in Paneg. 79, Et quid ergo? diſcimus experimento fidiſſimam eſſe cuſtodiam, principis ipſius innocentiam. Virg. Rex ô fidiſſime Teucrũm. Cic. de amicitia, Quod Tarquinium dixiſſe ferunt, tum cum exulem ſe eſſe intellexiſſet, quos fidos habuiſſet, & quos infidos.

Fidelis & hoc fidele. Plaut. in Capt. 6.96, Hũc mitte, hic omne tranſactũ reddet, ſi illuc venerit. nec quenquam fideliorẽ, neque cui plus credat, potes mittere ad eum, nec qui magis ſit ſeruus ex ſententia. Idem in Trinummo, 15.3. O Callicles, ô Callicles, qualine amico mea commẽdaui bona? CA. probo, & fideli, & fido, & cum magna fide.

Fidelẽ ſe hero ſuo facere. Plaut. in Milite, 7.54, Næ te ædepol ſtultitia tua penè perdidit: dũ te fidelẽ facere hero voluiſti, penè abſumpt⁹ es. En te voulãt mõſtrer fidele enuers ton maiſtre.

Fideli animo. Terẽ. in Hecyr. 3.5.22, Ego ſcio me cauiſſe ne vlla merito cõtumelia fieri à vobis poſſet: idque ſi nũc memorare hic velim, quàm fideli animo & benigno in illã & clemẽti fui.

Fidelis opera. Plaut. in Perſa, 2.50, Obſecro te, reſecróque, operam da hanc mihi fidelem.

Fidelitas fidelitatis, f.g. Fidelite.

Fidentia fidentiæ, A fidens participio. Cicero lib. ſecũdo Rhet. ſcribit fidentiã partẽ eſſe fortitudinis: per quã magnis & honeſtis in reb⁹ multũ ipſe anim⁹ in ſe fiduciæ cũ certa ſpe collocauit.

Fiducia fiduciæ, Fiãce, Hardieſſe. In bonum ferè ſemper accipitur, quanuis aliquando in malum. Plin. epiſt. 342, Merito habuiſti Secunde Chariſſime, fiduciam animi mei: nec dubitandum fuiſſet, ſi expectaſſes, donec me conſuleres. Tu as eu fiance en moy.

Fiduciam etiam diligentiæ tibi habeo, vt credam te omni ratione id acturum, ne ſint obnoxii iniurijs. Ie me fie tant en ta diligence. Plin. epiſt. 299.

Fiducia mea, A ma fiãce, A mon adueu. Plaut. in Pœnulo, 18. 38, Mea fiducia hercle haruſpex patruelis promiſit ſcio libertatem: quia me ſcit hanc amare.

Fiducia mei. Idem. Plin. epiſt. 94. lib. 4. Nihil eſt quod in dexteram aurem fiducia mei dormias: nõ impune ceſſatur. Il ne fault point que tu ſoies non challant en te attendant & fiãt en moy.

Propter tuam fiduciam. Plaut. in Bacchid. 8. 9, Hei mihi, hei mihi, iſthæc illum perdidit aſſentatio. nam abſque te eſſet, ego illum haberem ad ingenium bonum. nunc propter te, tuámque prauus factus eſt fiduciam. Se confiant en toy.

Fiduciam accipere, Auoir fiance. Cic. in Topic. Si tutor fidem præſtare debet, ſi ſocius, ſi cui mandaris, ſi qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. Boetius in quarto commentario Topicorum, Fiduciam (inquit) accepiſſe dicitur cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, vt mancipanti aliquando remancipet. Veluti ſi quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mãcipet, reddituro cum tempus illud dubium præterierit. Cic. pro Flacco, Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupaſti. Hanc fiduciam cõmiſſam tibi tenes hodie ac poſſides. Eum tu teſtem ſpe recuperãdi fundi paterni venire ad teſtimoniũ dicendũ coegiſti. Pecuniam (inquit) fœneratitiam à te ſumpſit adoleſcens, ob eám que fundum fiduciarium dedit. Id eſt, fiduciaria mancipatione.

Fiduciam committere, quid ſit, ex præcedenti Ciceronis exemplo intelligitur. Vendre a rachet, vẽdre quelque choſe en ceſte fiance, & a ceſte charge de la pouoir rachetter quãt on vouldra.

Qua fiducia id facere audeam? nec qui me nunc faciã ſcio. De quelle hardieſſe. Terẽt. in And. 3. 5. 7. Virg. Tantáne vos generis tenuit fiducia veſtri? Idem, Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum.

Fiduciarius fiduciaria fiduciarium, Choſe de quoy on ha eſperance de la rauoir.

Fiduciaria mancipatio vel venditio, eſt venditio quam hodie vocamus ſub redimẽdi, redhibẽdique lege factam. Vne vendition faicte en eſperance de la pouoir racheter quãt on vouldra.

Fiduciarium fundum dare. Apud Ciceronem in proximo ſuperiori exemplo.

Fidele, aduerbiũ, pro fideliter. Plaut. in Capt. 7. 80, Fac fidele ſis fideli, caue fidem fluxam geras.

Fideliter, aduerbium, Fidelement. Plaut. in Trinũmo, 17. 4, Si quid amicum erga bene feci, aut conſului fideliter, non videor meruiſſe laudẽ, culpa caruiſſe arbitror. Idem in Milite, 12. 16, Si quid faciundũ eſt mulieri malæ atque malitioſæ, ea ſibi immortalis memoria eſt, meminiſſe & ſempiterna. ſin bene aut fideliter quid faciundum ſit, eadem veniunt obliuioſæ ex templo vt fiãt, & meminiſſe nequeãt. Idem in Capt. 7. 3, Quæ res bene vortat mihi, meóque filio, vobiſque: vult te nouus herus operã dare tuo veteri domino, quod velit, fideliter. Plin. epiſt. 151. b, Etenim qua gloria dignum eſt, ſummo viro in tãta eligẽdi facultate præcipue placuiſſe? Idem quàm reuerẽter, quàm fideliter amicos colat, multorũ ſupremis iudicijs credere potes. Idem in Paneg. 94, Num omnia eiuſmodi, vt is optime te laudaſſe videatur, cui narrauerit fideliſſime?

FIDES fidis, f. g. Harpe. Plau. in Epid. 10. 37, Heus foras educite, quã intro duxiſtis fidicinã. atque etiam fides, ei quæ acceſſere, tibi addam dono gratis. Cic. in Hortenſio, Ponendæ ſunt fides & tibiæ.

Fidicula fidiculæ, Parua cithara. Gellius lib. 1, Sed enim Achæos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum tibiarúmque concentu conſpiratam. Cic. lib. 3. de natura deorũ, Quid ſi platani fidiculas ferrent, numeroſe ſonantes? Idem ſcilicet cenſeres in platanis ineſſe muſicã.

Fidicula, Chorda. Suet. in Tiberio, Excogitauerat inter genera cruciatus, vt repente veretris deligatis, fidicularum ſimul, vrinæque tormento diſtenderet.

Fidicula, Syderis nomen: quod fides à Columella dicitur. Plin. lib. 18. cap. 26, Pridie nonas Ianuarij Cæſari Delphinus matutino exoritur, & poſtero die fidicula, quo AEgypto ſagitta veſperi occidit. Ibidem, Fidícula occaſu ſuo autumnum inchoat.

Fidiculæ, numero tantum plurali, ſumitur pro inſtrumẽto torquendi, ex duobus, vt putatur, obliquatis lignis compacto, ab extorquenda veritate ac fide. Vel à nerueis funibus, vinculis, quibus ad illum modum homines torquendi alligabantur. Sed verius putatur eſſe tormentũ quo ſontes à tortore funibus alligati, vulgo torquentur.

Fidicen, fidicinis, Vng ioueur de harpe, Harpeur. Cic. Pæto, Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen.

Fidicinius fidicinia fidicinium, Appartenant a harpeur. Plaut. in Rud. 2. 43, Adoleſcens quidam ciuis huius Atticos eam vidit ire è ludo fidicinio domum.

FIDIVS fidij, Deus qui præeſt fidei. Plau. in Aſin. 3. 8, Per dium Fidium quæris iurato mihi, video neceſſe eſſe eloqui quicquid roges.

FIDELIA fideliæ, Genus vaſis Samij. Perſius, Diſce, nec inuideas quòd multa fidelia pûtet In locuplete penu. Curius Ciceroni, Nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Plaut. in Aulul. Mulſi congialem plenam faciam fideliam.

FIGO figis, fixi, fixum, & fictum ſecundum Diomedem Scaurum referentem qui ait, Sagitta confictus. Vſus tamen eſt fixum per x.

Figere, Ficher. Plaut. in Milite, 16. 4, Quid enim non ſim dignus præ te, vt figam palum in parietem? Plin. epiſt. 159. f, Idque æs figeretur ad ſtatuam loricatam diui Iulij. Virg. lib. 4. georg. Ipſe feraces Figat humo plantas.

Figere, Vulnerare, Percer. Iuuenalis, Cum tener vxorem ducat ſpado, Meuia Tuſcum Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma.

Fixus fixa fixum, Fiché. Fixum ad. Plaut. in Trinummo, 14. 31, Eæ miſeræ etiam ad parietem ſunt fixæ clauis ferreis, vbi malos mores affigi nimio fuerat æquius.

Fix⁹ apud nos anim⁹ tuus. Pla. in Aſin. 5. 4, Fix⁹ hic apud nos eſt anim⁹ tuus clauo Cupidinis.

FILIVS filij, Vng filz.

Filiũ fratris dixit Terentius in Phor. 2. 1. 23, Phædriam mei fratris video filiũ mihi ire obuiã.

Filiolus filioli, Vng petit filz. Plaut. in Trucul. 17. 29, Quid illa, cui donatus eſt? A. ſuppoſuit. c. quoi? A. ſibi pro filio.

Filia filiæ, Vne fille.

Filiola filiolæ, Vne fillette, petite fille. Plaut. in Rud. 4. 18, Filiolam ego vnam habui, eámque vnã perdidi. Idem in Ciſtell. 7. 30, Ego amicæ meæ dedi, quæ educeret eam pro filiola ſua.

FILIX, filicis, f. g, Herbæ genus. Feuchiere. Columella lib. 2, cap. 2, Iunci & graminis pernicies, repaſtinatio eſt: filicis, frequẽs extirpatio. Plin. lib. 27. cap. 9, Filicis duo genera, nec florem habet, nec ſemen. &c. Virg. Et filicem curuis inuiſam paſcit aratris.

FILICVLA filiculæ, Herba ſimilis filici. Plin. lib. 26. cap. 8, Detrahit bilem polypodion, quã noſtri filiculam vocant: ſimilis enim eſt filici. radix in vſu, piloſa, coloris intus herbacei, craſſitudine digiti minimi &c.

FILVM fili, n. g. Vng filet. Quod ex lino lanáve trahendo ducitur. Lucilius, Surge mulier duce filum non malum.

Filum, Linea, Vng ligne, vng traict. Varro, Sumptóque atramento ſutorio filum duxit.

Filum, liniamẽta faciei, & venuſtas pulchritudinis. Gellius, forma ac filo virginali dixit imaginem iuſtitiæ fieri ſolitam. Idem tradit Pythagoram explorare ſolitum diſcipulos ex totius corporis filo atque habitu.

Filum orationis. Gellius, Amaui in vtriuſque epiſtola breuitatis elegantiſſimæ filum tenuiſſimũ. Tractũ eſt à textoribus, qui telam tenuiſſimo filo texentes, probatiſſimam conficiunt. Cic. de amicitia, 24, Nos autem à te potius, quanquam etiam ab iſtis ſæpe quæſiui & audiui: ſed aliud quoddam expetimus, filum orationis tuæ.

Filo filas, filare, Filum ducere, Filer.

FIMBRIA fimbriæ, Omnis veſtium extremitas. Le bort dune robbe.

Fimbriatus fimbriata fimbriatum, Bordé. Fimbriata, vrticæ folia eſſe ſcribit Plinius.

FIMVS fimi, m. g. Le fien & ordure de beſtes brutes, ou dhommes. Apuleius, Fimo fiſtula excuſſo. Plinius lib. 17. cap. 1x, M. Varro principatum dat turdorum fimo ex auiarijs. Fimus, fœminino genere dixit Apuleius, quum ait, Liquida fimo ſtrictim egeſta.

Fimetum fimeti, Vng fumier. Plin. lib. 17. cap. 1x, Fimeta ſub dio concauo loco, & qui humorem colligat, ſtramento intecta, ne in ſole areſcant, palo è robore depacto fieri iubet Virgilius.

FINDO findis, fidi, fiſſum, findere, Fendre, diuiſer & partir en pieces. Columella lib. 3, Curabis vt præacutiſſima falce, ab ea parte qua bifurca eſt, findas eam.

Finditur cor meũ. Plaut. in Bacchid. 5. 17, Heu cor & cerebrum Nicobole finditur, iſtius hominis vbi ſit quaque mentio. On me rond le cerueau.

Fiſſilis & hoc fiſſile, Fendu en pieces. Plaut. in Aulul. 12. 25, Ad focum ſi adeſſes, non fiſſile haberes caput. Virg. Cuneis & fiſſile lignũ Scinditur. Plin. lib. xv1, Hæc maxime fiſſilia, alia frangi celeriora, quàm ſcindi. Et paulò pòſt, Nulliſque fiſſile rimis hoc lignum.

FINGO fingis, finxi, fictum, fingere, Componere, Formare, Former, Propremẽt dit dung potier qui faict de terre ce quil veult. Inde generale fit vocabulum ad cætera quæ ingenio manúque hominis artificioſe formantur.

Fingere aliquem voto. Plin. epiſt. 112. lib. v 1, Amo quidẽ effuſe, & ita officijs, ita reuerẽtia meruit: iudico tamen, & quidem tanto acrius, quãto magis amo: tibíque, vt qui explorauerim, ſpondeo habiturum te generum, quo melior fingi, ne voto quidem potuit. On nen pourroit ſouhaitter vng meilleur.

Quæ natura ventri prona atque obedientia finxit. Salluſt.

Finge animo, Barbare, Cape caſum dicimus Prẽs, ou poſe le cas. Cic. de ſenect. 37, Quod quo magis intelligi poſſet, fingere aliquem animo iubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi poſſet maxima.

Fingere amicitias, Faire amitié auec aucun. Cic. de amicitia, 47, Atque etiam mihi quidem videntur, qui vtilitatis cauſſa fingunt amicitias, amabiliſſimum nodum amicitiæ tollere.

Fingit cauſſas ne det, Il controuue raiſons affin de ne &c. Terent. in Eunucho, 1. 2. 58, Poſtquam ſentit me tecum quoque rem habere, fingit cauſſas, ne det, ſedulo.

Fingere cauſſas ad. Terẽ. in Hecyra, 4. 4. 71, Facis iniuriã, cũ fingis falſas cauſſas ad diſcordiã.

Fingere fallaciam. Plaut. in Aſin. 6. 2, Hercle vero Litane, non te melius eſt, vel expergiſcier, atque argento comparando fingere fallaciam? Terent. in Heaut. 3. 2. 22, Quid faceret? &c. rogas? aliquid reperiret: fingeret fallacias, vnde eſſet adoleſcenti amicæ quod daret.

Fingere fabricã ad ſenẽ. Terent. in Heaut. 3. 2. 34, At nunc quid expectat Syre? an dum hinc denuo abeat, cum tolerare huius ſumptus nõ queat? nónne ad ſenẽ aliquã fabricam fingit?

Fingere fugam, Tacher, & regarder les moyens de ſenfuir. Plaut. in Capt. 5. 14, At fugam fingitis: ſentio quam rem agitis.

Fingere fauos. Cic. lib 1. off. Apium examina non fingendorum fauorum cauſſa congregantur: ſed cum congregabilia natura ſint, fingunt fauos.

Fingere malum. Terent. in Eunucho, 1. 2. 120, Ego pol quæ mihi ſum conſcia, hoc certo ſcio, neque me finxiſſe falli quicquam: neque meo cordi eſſe quenquam chariorem hoc Phædria.

Fingere ſermonem ad voluptatem alterius. Cic. de amicitia, 80, Hos delectat aſſentatio, his fictus ad eorum voluptatem ſermo cum adhibetur, orationem illam vanam teſtimonium eſſe ſuarum laudum putant.

Fingere ſtultitiam. Plin. de viris illuſt. 10, Iunius Brutus ſorore Tarquinij ſuperbi genitus, cũ eandem fortunam timeret, in quam frater inciderat, qui ob diuitias & prudentiam fuerat ab auunculo occiſus, ſtultitiam finxit, vnde Brutus dictus.

Fingere vultum alterius. Terent. in Heaut. 5. 1. 14, Vultus quoque hominum fingit ſcelus: Il contrefaict les mines des autres.

Fingere ſanguinem, Id eſt, lingere. Virg. lib. 8, Et corpora fingere lingua.

Fictus ficta fictum, Fainct. Terent. in Eunucho, 1. 2. 24, Quæ vera audiui, taceo & contineo optime. ſin falſum, aut vanum aut fictum eſt, continuo palàm eſt. Cic. de amicitia, 26, In amicitia autem nihil fictum, nihil ſimulatum: & quicquid in ea eſt, idem verum & voluntarium eſt. Ibidem, 58, Eſt enim boni viri, quem eundem ſapientem licet dicere, hæc duo tenere in amicitia: primum, ne quid fictum ſit, néve ſimulatum.

Ficti cinni, Faulce cheueleure. Plaut. in Trucul. 6. 31, Abire hinc ni propere grandigras, iam ego iſtos fictos, compoſitos, criſpos, cinnos tuos vnguentatos, vſque ex cerebro expellam.

Ficta mulier, Attiffee, fardee. Plaut. in Sticho, 15. 4, Nam ita eſt ingenium muliebre, bene cũ lauta eſt, terſa, ornata, ficta eſt, infecta eſt tamen.

Fictor fictoris, Vng potier, ou autre qui baille forme a quelque choſe. Vng inuenteur.

Fictor legũ. Plau. in Epid. 10. 86, Eumne ſinã impune? &c. ſic mihi dari verba præſenti palàm: atque me minoris factum præ illo, qui omnium legum atque iurium fictor, conditor cluet?

Figulus figuli, Vng potier de terre. Plin. lib. 35. cap. x 11, Dibutades Sicyonius figulus primus inuenit Corinthi filiæ opera.

Figulina figulinæ, ſeu quod magis à doctis vſurpatur per ſyncopen figlina, officina eſt in qua figulus opera facit, Vne poterie. Et ipſa opera, figlina & fictilia dicuntur. Plin. lib. 34, Vruntur omnia ea crudo fictili in fornacibus, donec figlina percoquantur.

Figlina, Dicitur ars figulorum. Plin. lib. 35, Figlinarum opera imbricibus, tabulis, tegulíſque ad balneas mammatis, vel ad tecta coctilibus, laterculis fundamentíſque, aut quæ rota fiũt.

Figularis & hoc figulare, Choſe appartenant a potier de terre. Plaut. in Epid. 8. 35, Verſutior es

quàm rota figularis.

Fictilis & hoc fictile, Quod eſt factum à figulo. Plin. lib. 35. cap. 12, Quæ rota fiunt, etiam fictilibus dolijs ad vina excogitatis, & ad aquas: propter quæ Numa rex ſeptimum collegium figulorum inſtituit: quin & defunctos ſeſe multi fictilibus dolijs condi maluere. Ibidem, Cui locaret Tarquinius Priſcus effigiem Iouis in Capitolio dicãdam. fictilem eam fuiſſe, & ideo mirari ſolere. fictiles in faſtigio templi eius quadrigæ.

Fictile, fictilis, n. g. Ouurage de potier de terre. Plin. lib. 35. cap. 12, Capta amore iuuenis, illo abeunte peregre, vmbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circunſcripſit: quibus pater eius impreſſa argilla typum fecit, & cum cæteris fictilibus induratũ igni propoſuit. Ibidem, Quoniam eò peruenit luxuria, vt etiam fictilia piuris conſtent, quàm murina.

Figura figuræ, Eſt vt inquit Aſconius, circa geſtum, ſitúmque membrorum, Vne facon. Teren. in Eunucho, 2. 3. 25. Quid tua iſthæc? CH. noua figura oris. P. papæ color verus, corpus ſolidũ & ſucci plenum. Vela vne nouuelle facon de bouche. Cic. lib. 1. off. Principio corporis noſtri magnam natura ipſa videtur habuiſſe rationem, quæ formam noſtram, reliquámque figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promptu.

Figura, apud Grammaticos, eſt arte aliqua nouata dicendi forma, vt inquit Quintilianus.

Figuro figuras, figurare, Figurer, donner facon.

Figurare os pueri, Apprẽdre a parler a vng enfant. Horat. Os pueri tenerum, balbúmque poeta figuret.

FINIS, huius finis, maſcul. vel fœminini generis, La fin de quelque choſe que ce ſoit. Virg. Quẽ das finem rex magne, laborum? Idem, Hæc finis Priami.

Finis fugæ. Plaut. in Merc. 12. 67, Quis modus tibi exilio tandem eueniet? quis finis fugæ?

Finem facere ſermoni, Ceſſer de parler. Plaut. in Aſin. 12. 15, Sermoni iam finẽ face tuo, huius ſermonem accipiam. Tais toy.

Finem orandi facere. Terent. in And. 5. 1. 2, Satis iam ſatis Simo ſpectata erga te amicitia eſt mea, ſatis pericli cœpi adire: orandi iam finem face. Ne me prie plus.

Finem facere maledictis. Terent. in Prologo Heaut. 33, De illius peccatis plura dicet, cum dabit alias nouas: niſi finem maledictis facit.

Fines finium, pluraliter tantum, Les bornes & limites des terres. Terent. in Heaut. 3. 1. 88, Symus & Crito vicini noſtri hic ambigunt de finibus: me cœpere arbitrum. Plin. epiſt. 258, Eſt in Nicomedenſium finibus ampliſſimus lacus. Es fins & limites des Nicomediens, ou es finages.

Fines, termini diligendi. Cic. de amicitia, 50, Conſtituendi autem ſunt, qui ſint in amicitia fines & quaſi termini diligendi.

Finio finis, finiui, finitum, finire, Perficere. Apuleius, Sine opus finiam quod incœpi.

Finire rem, paucorũ certamine. Plin. de viris illuſt. 4. a, Cum inter Romanos & Albanos bellum fuiſſet exortum, ducibus Oſtilio & Suffecio, placuit rem paucorum certamine finire.

Finit ventum. Plin. epiſt. 41. g, Similiter Africum ſiſtit: atque ita diuerſiſſimos ventos alium alio à latere frangit & finit.

Finiri morbo. Plin. epiſt. 12. a, Nam vtcũque in illis qui morbo finiuntur, magnum ex ipſa neceſſitate ſolatium eſt: in ijs verò quos accerſita mors aufert, hic inſanabilis dolor eſt, quòd creduntur potuiſſe diu viuere.

Finitor finitoris, m. g, Vng meſureur de terres. Plaut. in Pœnulo, 2. 49, Eius nunc regiones, limites, confinia determinabo: ei rei finitor factus ſum ego. Cic. pro Lege Agraria cõtra Rullũ, Interea diſſoluant iudicia publica, de conſilijs abducant quos velint, ſinguli de maximis rebus iudicent: quæſtori permittant: finitorem mittant: ratum ſit quod finitor vni vlli à quo miſſus erit, renuntiauerit.

Finitimus finitima finitimũ, Quod prope eſt, Qui eſt pres & prochain. Liuius lib. 1, Iam res Romana adeò erat valida, vt cuilibet finitimarum ciuitatum bello par eſſet. Plin. de viris illuſt. 2. a, Romulus aſylum conuenis patefecit: & magno exercitu facto, cum videret coniugia deeſſe, per legatos à finitimis ciuitatibus petijt.

FIO fis, fit, fieri, Eſtre faict. græcum eſt φύω. Terent. in Eunucho, 1. 2. 103, Biduum ſaltem vt concedas ſolum. PH. ſi quidem biduum: verum ne fiant iſti viginti dies.

Fit abſynthiũ in Arabia, Id eſt gignitur. Plaut. in Trinummo, 13. 87, Diſcupio dicere. omniũ primum in Pontũ aduecti Arabiam terram ſumus. c. eho, an etiam Arabia eſt in Ponto? eſt, non illa, thus vbi gignitur, ſed vbi abſynthium fit, atque cinila gallinacea.

Fiet tibi acceptum. Plin. epiſt. 120, Sed licet ceſſauerint illæ tempeſtate detentæ, tu tamen meruiſti vt acceptum tibi fieret, quod quo minus non exhiberes, non per te ſtetit. On le te tiendra pour receu.

Fit cauſſa cur. Plaut. in Merc. 20.6, Vxor viro ſi clam egreſſa eſt domum foras, viro fit cauſſa, exigitur matrimonio. Le mari ha cauſe &c.

Fiet cibi aliquid. Plaut. in Trucul. 8.11, Nō ædepol bibere poſſum iam, ita animo male eſt. P. mane, aliquid fiet cibi. On appreſtera quelque viande.

Fit contumelia. Terent. in Hecyra, 3.5.21, Ego ſcio me cauiſſe, ne vlla merito contumelia fieri a vobis poſſet.

Fit diues. Plaut. in Trinūmo, 8.21, Quas dependit, inquit, qua ſponſione pronuper tu exactus es pro illo adoleſcente, quem tu aiebas eſſe diuitem factum.

Fient in illū exempla. Terent. in Eunucho, 5.5.6, Quæ illæc turba eſt? numnam ego perij? adibo. quid iſthuc Pythias? quid ais? in quem exempla fient?

Fit ex otio. Terent. in Heaut. 1.1.57, Nulla adeò ex re iſthuc fit, niſi ex nimio otio.

Fit ex vera vita. Terent. in Adelphis, 5.9.30. Dicam tibi: vt id oſtenderem, quod te iſti facilem & feſtiuum putant, id non fieri ex vera vita, neque adeò ex æquo, bono & ſed ex aſſentando, indulgendo, & largiendo Mitiō.

Fit ex ea re. Terent. in And. 2.3.11, Ex ea re quid fiat vide.

Fiunt mihi inſidiæ. Terent. in Eunucho. 3.3.26. Dico ego mihi inſidias fieri.

Fit liber. Plaut. in Aulul. 9.31, Cenſēn' talentum magnum exorari poteſſe ab iſthoc ſene, vt det qui fiamus liberi?

Fiunt morigeri. Plaut. in Curcul. 3.65, Sentio ſonitū: tandē ædepol mihi morigeri peſſuli fiūt.

Fieri modum non video. Terent. in Heaut. 4.5.7, Magno deſyderio fuit ei filius: verùm vbi videbit tantos ſibi ſumptus domi, quotidianos fieri, nec fieri modum, optabit rurſum vt abeat ab ſe filius.

Fieri non poteſt quin. Terent. in Hecyra, 3.3.37, Sed ſi id fieri non poteſt quin ſentiant, dicam abortum eſſe.

Fieri poteſt. Cic. de amicitia, 49, Neque quicquā inſipiēte fortunato intolerabilius fieri poteſt.

Fieri poteſt vt. Cic. de amicitia 65, Niſi quædam admodum intolerabilis iniuria exarſerit, vt neque rectū, neque honeſtū ſit, neq; fieri poſſit vt non ſtatim alienatio diſiūctioq; faciēda ſit.

Fit idem quaſi. Cic. de amicitia, 13, Senſu enim amiſſo fit idem quaſi natus non eſſet omnino.

Fit ſatias. Terent. in Eunucho, 5.6.3, Vbi ſatias cœpit fieri, commuto locum.

Fit in hac re ſcrupulus. Terent. in Phor. 5.9.30, Ea mortem obijt: è medio abijt: qui fit in re hac ſcrupulus?

Fit ſumptus. Terent. in Heaut. 4.5.7, Verùm vbi videbit tātos ſibi ſumptus domi quotidianos fieri, nec fieri modum &c.

Fit veriſimile. Terent. in And. 1.3.20, Mihi quidem hercle non fit veriſimile: atque ipſis commentum placet.

Fit verum. Cic. de amicitia, 58, Ita fit verum illud quod initio dixi, amicitiam niſi inter bonos eſſe non poſſe.

Fit vis in eum. Terent. in Eunucho, 5.5.21, Ne quam in illum Thais vim fieri ſinat.

Fit vt. Cic. de amicitia, 43, Ex eo fieri vt quiſque minimum firmitatis habeat, minimúmque virium, ita amicitias appetere maxime.

Hoc niſi fit vt. Terent. in And. 3.2.37, Hoc niſi fit puerū vt tu videas, nihil mouētur nuptiæ.

Factum tua iniuria. Plaut. in Trucul. 4.63. Voſtra hercle factum iniuria, quæ properaueritis olim rapere. Ce a eſte par voſtre faulte.

Factum eſt tibi nomen Menæhmo. Plau. in Menæh. 24.69, Quomodo igitur pòſt Menæhmo nomen eſt factum tibi?

Factus reus. Plin. de viris illuſt. 57. Ob quod à populo collega eius Claudius (nam ipſum authoritas tuebatur) reus factus.

Fieri, Eſtre eſtimé & priſé. Cic. in Lælio, Tertius verò ille finis teterrimus, vt quanti quiſque ſe ipſe faciat, tanti fiat ab amicis.

Fieri iſtud ſolet. Plaut. in Trinummo, 13.66, Vide homo vt hominem noueris. s. Tanquā me: fieri iſthuc ſolet, quod in manu teneas, &c.

Fit illud ſæpe. Plaut. in Moſtell. 3.18, Atque illud fit ſæpe: tempeſtas venit, confringit tegulas. Il aduient ſouuent.

Fiat. Plau. in Moſtell. 14.44, I mecum hercle obſecro te vnà ſimul. s. fiat. Idem in Pſeud. 7.

147, Agite, amouemini hinc vos intrò nũc iam: ac meis viciſſim date locum fallacijs. S. fiat, geratur mos tibi. Idem in Amphi. 8.136, Vin' proferri paterã? AM. proferri volo. AD. fiat.

Fiet aliquid. Plaut. in Merc. 8.25. Inuenietur, exquiretur, aliquid fiet. E. enicas. C. iam iſtic aliquid fiet, metuo.

Fiet quod optaueris. Plaut. in Aſin. 12.133, Exopta id, quod vis maxime tibi euenire, fiet.

FIRMVS firma firmum, Stable, conſtant, ferme. Plaut. in Trinummo, 15.14, Hic meo hero amico ſolus firmus reſtitit, neque demutauit animum de firma fide. Cic. de amicitia, 55, Sunt igitur firmi, & ſtabiles, & conſtantes eligendi, cuius generis eſt magna penuria, & iudicare difficile eſt ſanè niſi expertum.

Firma amicitia, Vne amitié qui dure. Terent. in Hecyra, 4.1.19, Adeón' peruicaci eſſe animo, vt puerum præoptares perire, ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam poſthac ſcires. &c.

Firma ciuitas. Cic. de amicitia, 23, Quæ enim domus tam ſtabilis, quæ tã firma ciuitas eſt, quæ non odijs atque diſſidijs funditus poſſit euerti?

Firma fides. Plaut. in Capt. 16.5, Quúmque hæc reperta eſt fides firma nobis.

Firmus gener. Terent. in And. 3.3.40, Tibi generum firmum, & filiæ inuenies virum.

Firmi nihil ſatis video. Terent. in Heaut. 2.3.96, Fabulæ, nihil ſatis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum.

Firmæ nuptiæ. Terent. in Hecyra, 1.2.26, Firmæ hæ vereor vt ſint nuptiæ.

Firmum pectus. Plaut. in Aſin. 17.3, Nec quiſquã eſt tam ingenio duro, nec tã firmo pectore, quin vbi quicquam occaſionis ſit, ſibi faciat bene. Il ny a nul ſi ferme, ne ſi conſtant.

Firmiſſimus pro veritate. Plin. epiſt. 35.g, Cornutus Tertullus cõſul deſignatus, vir egregius, & pro veritate firmiſſimus, cenſuit &c.

Firmus, Integer, validus, robuſtus, Qui ſe porte bien, qui eſt fort & robuſte. Cic. Tironi, Te penitus rogo, ne tam longæ nauigationi & viæ per hyemem niſi bene firmum committas. Eidem, Ibi te vt firmum offendam mi Tiro effice. Idem Attico, Sed confido, ſi diligentiã, quam inſtituiſti adhibueris, cito te firmum fore.

Firmus ab equitatu, Il eſt fort, quant a ſes gens de cheual. Plancus Ciceroni, Me, vt venirem, copiáſque coniungerem rogauit, eóque magis quòd & Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur, & Lepidus non mediocrem quidem equitatum habebat.

Firmitas, firmitatis, Fermeté. Plaut. in Moſtell. 10.34, Age, ſpecta poſtes quoiuſmodi, quanta firmitate facti, & quanta craſſitudine. Cic. de amicitia, 43, Itaque vt quiſque minimum firmitatis habeat, minimúmque virium, ita amicitias appetere maxime.

Firmitudo firmitudinis, Idem. Plau. in Aſin. 7.54, Si iſtã animi firmitudinẽ obtines, ſalui ſumus.

Firmè aduerbium, Fermement, conſtamment. Plaut. in Milite, 14.24, Infido celas, ego ſum firmè tibi fidelis.

Firmè accurare rẽ ſuam, Ne ſe faindre point a ſa beſongne, Fort & ferme beſongner. Plaut. in Perſa, 13.3, Atque ædepol firmè vt quiſque rem accurat ſuam, ſic ei procedit.

Firmè reſpondere, Reſpondre fermi, ſans crainte, hardiment. Plin. epiſt. 99. lib. v 1, Reſpondit Fronto Catius grauiter & firmè.

Firmiter, aduerbium. Idem. Plaut. in Caſina, 3.43, Concludère in feneſtram firmiter. Idem in Pſeud. 13.112, Pater huius Callidori opere fecit maximo vt mihi cauerẽ à Pſeudolo ſeruo ſuo, neu fidem ei haberem. nam eum circumire in hunc diem, vt me, ſi poſſet, muliere interuorteret, eum promiſiſſe firmiter dixit ſibi.

Firmo, firmas, firmare, Stabilire, fortificare. Liuius, Firmátque eum Aphricis maxime præſidijs. Firmare corpus. Plin. de viris illuſt. 76, Vbi per ſeditionẽ populare à Pharnace filio in turre obſeſſus venenũ ſumpſit. Quũ id tardius biberet, quia aduerſum venena multis antea medicaminibus corpus firmauerat, immiſſum percuſſorem Gallum Sithocum authoritate vultus territum reuocauit.

Firmare fidem, Confermer ſa promeſſe. Terent. in And. 3.1.4, Sed hic Pamphilus. S. quid dicit? M. firmauit fidem. Idem in Hecyra, 5.1.23, Aliud ſi ſcirem, qui firmare meam apud vos poſſem fidem ſanctius, quàm iuſiurandum, id poliicerer tibi Laches, me ſegregatum habuiſſe, vxorem vt duxit, à me Pamphilum. Suet. de claris Rhet. 1.d, Sæpe fabulis fidem firmare aut demere: quod genus θέσεως. &c. Plin. de viris illuſt. 6, Equitũ centurias numero duplicauit, nomina mutare non potuit, Accij Nauij Auguris authoritate deterritus, qui fidem artis ſuæ nouacula & cote firmauit.

Firmare fidẽ alicui rei, Saccorder a quelque choſe. Terent. in Hecyra, 4.2.5, Téque antè quàm

me amare rebar, ei rei firmaſti fidem.

Firmare dotem. Terent. in Heaut. 5.4.4, Ehem Menedeme, cur non accerſi iubes filiam, & quod dixi dotis, firmas?

Firmamentum firmamenti, Soliditas & ſtabilimētum. Cic. lib. 1. ad Heren. Nam in ea nec ratio quare fecerit, quæritur: nec firmamentum quæritur: quoniam non ſubeſt ratio.

Firmamentum & continens cauſſæ dicitur latine, quod punctum litis deciſorium vocant. Quintil. in tertio, Συνέχον autem quod continens alij, firmamentum alij putant.

FISCVS fiſci, m. g. Aſconius, Fiſci, fiſcinæ, fiſcellæ, Spartea ſunt vtenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiendas. Vnde quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ quàm priuatæ, factum eſt vt fiſcus pro pecunia publica, & inde confiſcare dicatur. Hæc Aſconius. Fiſcus tamē, vt nonnullis placet, eſt pecunia imperatoris, quā Domaniū dicimus, Le demaine du roy. Plinius ad Traianum, At fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum, qua ærarium cohibes: imò tanto maiore, quāto plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis.

Fiſcus, pro qualo oleario, qui ceruici torcularis ſupponitur, ne fraces in lacum cum oleo defluant. Vel etiam pro qualo in quo oliuæ ponuntur cum prelo ſupponuntur: vt amurca, id eſt, oleum craſſius aliquātiſper exanietur, id eſt, exudet, & per vimina perfluat. Columella lib. x 111, Sereno cælo manibus deſtringi oportebit, & ſubſtratis tegetibus aut cannis cribrari & purgari. Tum diligenter mundatam, protinus in torcular deferri, & integram in fiſcis nouis includi, prelique ſubijci, vt quantum poſſit, pauliſper exprimatur. Idem alibi, Deinde intrita oliua, nouo fiſco includitur, & prelo ſubijcitur, vt tota nocte exprimatur. Et rurſus de cōdiendis oliuis loquēs, Poſtero die cribratur, & nouo fiſco incluſa prelo ſupponitur, vehemētérque premitur, vt exudet, quātulūcunque habet amurcæ. Vng panier doſier.

Fiſcina, Idem quod fiſcus, Panier doſier, & ſemblable. Virg. Et facilis rubra texatur fiſcina virga. Cato de re ruſtica, cap. 13, In torcularium vſui quod opus ſiet, Lectum ſtratum, vbi duo cuſtodes liberi cubent, & tertius ſeruus vnà cum factoribus vti cubet: fiſcinas nouas, vetus epidromum, puluinū, corium vnum, lucernas craticulas duas. Plinius frōdarias fiſcinas quatuor implere frondatorem iuſtum eſſe autumat. Varro de re ruſtica, lib. 1. cap. 22, Iſta ferè ſunt quæ ex viminibus & materia ruſtica fiunt, vt corbes, fiſcinæ, tribula, mallei & raſtelli. Ouid. Vnde data eſt ægræ fiſcina frondis oui.

Fiſcella fiſcellæ, diminutiuum à fiſcina. Virg. Fiſcellam texit hibiſco. Tibullus, Tunc fiſcella leui detexta eſt vimine iunci. Columella lib. 12. cap. 18, Si ager amplus, aut vineta, aut arbuſta grandia ſunt, perennæ fabricandæ decimodiæ & trimodiæ, & fiſcellæ texendæ & picandæ.

Fiſcella etiam è viminibus funiculiſve contexta, dicitur qua boum ora faucéſque capiſtrantur. Cato de re ruſtica, cap 54. Boues niſi per hyemem, cum non arabunt, paſci non oportet. nam viride cum edunt, ſemper id expectant: & fiſcellas habere oportet, ne herbas ſectentur cum arabunt. Plin. lib. 18, Fiſcellis capiſtrari boues oportet, ne germinū tenera decerpant.

FISTVCA fiſtucæ, f. g. Vulgo pilotium dicitur, Vng pilotis ſur quoy on edifie maiſon ſur leaue. A fiſtuca machina vulgo nota, qua etiam pauitores vtuntur, vtrinque anſata: hac enim pali magna vi in terrā adiguntur. Vne hie. Victruuius in ſeptimo, Si plano pede erit ruderādū, quæratur ſolum ſi ſit perpetuo ſolidū, & ita exæquetur & inducatur cum ſtatumine rudus. ſin autem omnis aut ex parte congeſtitius locus fuerit, fiſtucationibus cum magna cura ſolidetur. Vtitur & hac voce Plinius lib. 36.

Fiſtuca alia eſt magnæ molis, qua trabalis materies in terram pāgitur, aut in alueum fluminis, quæ funibus tollitur, & pondere ſuo remiſſa alliditur, cuiuſmodi Pariſijs ſæpe viſitur. De hoc genere intelligēdum illud Cæſaris in 4 de bell. Gall. Hæc cum machinationibus immiſſa in flumen defixerat, fiſtuciſque adegerat.

Quidam feſtucam, & feſtucare legunt per e.

FISTVLA fiſtulæ, Proprie dicitur per quam aqua educitur fuſa: à fundendo ſiue ferendo, ſicut tubi à tubore, canales à cāna. Vng tuyau de plomb ou dautre matiere, par lequel leaue ſort hors & eſt conduite a terre, comme ceſtuy par lequel leaue de la fontaine ſort aux rues.

Fiſtula, Vne fleute. Vir. Septē cōpacta cicutis Fiſtula. Plin. li. 7. cap. 56, Fiſtulā Pan inuenit.

Fiſtula, arbor aromatica, parua, quæ & caſia dicitur.

Fiſtula, Vlcus altum, anguſtum & calloſum in corpore: ſiue ex vulnere ſit, ſiue ex vitio ortum, quod ad ſuppurationem venerit. Plin. lib. 20. cap. 6, Extrahit fiſtulis vitia cum ſulphure & reſina, etiam harūdines cum pice. Ibidem cap. 9, Sic etiam fiſtulas eluxatas & tumores reuocari, quæque diſcutiopus ſit.

Fiſtulator fiſtulatoris, Vng fleuteur, qui ioue de la fleute.

Fiſtulo fiſtulas, fiſtulare, Fiſtulam agere, & in modum ſpongiæ quicquam facere. Plin. Et pumicis fiſtulans vice.

Fiſtuloſus fiſtuloſa fiſtuloſum, Quod eſt ſpongiæ modo factum, hoc eſt, foraminibus plenũ. Columella lib. 8, de caſeo, Deinde quo tenerior permaneat, clauſo, neque ventis obnoxio loco ſtipatur per complura tabulata. Sic neque fiſtuloſus, neque falſus, neque aridus prouenit.

FLABRVM flabri, n. g. Flatio, Soufflement de vent. Virg. Nec flabra, nec imbres. Propertius, Neque hic Boreæ flabra neque arma timet.

Seruius putat flabra, plurali tantum numero dici.

Flabellum flabelli, diminutiuum à flabro, accipitur pro inſtrumento quo fit ventilatio per æſtatem ad refrigerandum corpus. Terent. in Eunucho, 3.5.47, Heus, inquit, Dore cape hoc flabellum, & ventulum huic ſic facito dum lauamur.

Flabelliferus flabelliferi. Plaut. in Trinũmo, 5.22, Auctor auri cuſtos, flabelliferæ, ſandaligerulæ, cantrices, ciſtellatrices, nuntij, renuntij.

FLACES, flacum, f. g. Plin. In amurca & flacibus: hæ ſunt carnes, & illæ fæces.

Flaccus, flacca, flaccum, Tritum. Fletri.

Flacco habere (authore Perotto) quaſi ad terẽdum habere. Plaut. Perij, flacco habebit iam illic homo lumbos meos.

Flaccidus flaccida flaccidum, Languidum, Fané.

Flaccidi, quorum aures pendulæ ſunt, & nõ arrectæ, Qui ont les oreilles pendentes. Columella lib. 8, Caper flaccidis & prægnantibus auribus, exiguo capite, habetur optimus.

Flacceo flacces, flaccui, flaccere, Languere, Se faner, & fletrir. Columella lib. 3, Paucis deinde horis, dum flacceſcat in ſolo habeto: deinde in vmbra afficcato, & ita condito.

FLAGELLVM, flagelli, diminutiuũ a flagris, Flagella, ſummæ arborũ partes, & virgæ ſiue capita minorum ſarmentorum, vbi naſcitur vua: quod caro his percuſſa flagret. Quãuis aliqui à flando potius dici velint, quòd ventorum crebros ſuſtineant flatus. Columella lib. 5, At certe in ordinarijs vitibus, vtique obtinendum eſt ne pluribus flagellis emacientur, niſi propaginibus futuris proſpiciemus. Varro lib. 1. de re ruſtica, cap. 31, Emucidũ ſarmentũ propter infirmitatem ſterileſcit, neque ex ſe poteſt eijcere vitem, quam minorem vocãt flagellũ, maiorẽ etiã vnde vuæ naſcũtur, palmam declinata. A venti flatu flabellũ prius, flagellũ, poſterius.

Flagello flagellas, flagellare, Flagello cædere.

FLAGITIVM flagitij, n. g. Quod eſt vitium flagitatione, id eſt, reprehenſione dignũ. Nomen generale ad omnia mala: Quelque mal que ce ſoit, pour lequel aucun ait merité a eſtre fouetté. Cic. in Catone, Stupra verò & adulteria & omne tale flagitiũ, nullis alijs illecebris excitari, niſi voluptatibus. Plaut. in Aſin. 16.3, Aín' tu meũ virum hic potare obſecro cum filio? & ad amicam detuliſſe argenti viginti minas? meóque ſciente filio id facere flagitium patrem? Idem in Caſina, 22.2, Neque quo fugiam, neque vbi lateam, neque hoc dedecus quomodo celem, ſcio: tantum herus atque ego flagitio ſuperauimus nuptijs noſtris. Terent. in Heaut. 5.4.14, Ea cauſſa patiar Clitipho flagitijs tuis me infamem fieri.

Flagitio ardere. Plaut. in Caſina, 24.1, Maximo ego ardeo flagitio: nec quid agam meis rebus, ſcio: nec meam vt vxorem aſpiciam contrà oculis, ita diſperij.

Flagitium eſt. Plaut. in Caſina, 23.3. Et in Milite, 10.99, Flagitium eſt, ſi nil mittetur, quo ſupercilio ſpicit. Terẽt. in Adelphis, 3.3.68, Nam id nobis tam flagitium eſt, quàm illa Dẽmea non facere vobis quæ modo dixti. Ibidem, 1.2.21, Non eſt flagitiũ (mihi crede) adoleſcentulũ ſcortari, neq; potare &c. Et paulò pòſt, Non eſt flagitium facere hæc adoleſcẽtulũ?

Flagitiũ facere. Terent. in Eunucho, 2.3.90, At enim iſthæc in me cudetur faba: ah, flagitium facimus. CH. an id flagitium eſt, ſi in domum meretriciam deducar? &c.

Flagitium fecerũt fores. Plaut. in Pœnulo, 8.32, Hæ fores fecerunt magnum flagitium modo. AD. quid flagitij eſt? c. crepuerunt clare.

Flagitium tuum eſt. Plaut. in Pœnulo, 16.5, Nam tuum flagitium eſt, tuas populares te pati ſeruire ante oculos, domi quæ fuerunt liberæ. Idem in Bacchid. 1.65, Tu facito opulentũ obſonium: ego obſonabo. nam id fagitium meum ſit, mea gratia te operam dare mihi, & ad eam operam facere ſumptum de tuo.

Flagitijs aliquem nobilitare. Terent. in Eunucho. 5.7.21, Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas flagitijs, & eundem indicas.

Flagitioſus flagitioſa flagitioſum, Sceleratus, Plein de tous maulx. Cic. de amicitia, 44, Itaque

videns rebus iniuſtis iuſtos maxime dolere, imbecillibus fortes, flagitioſis modeſtos. Salluſt. In tanta, támque corrupta ciuitate, id quod factu facillimũ erat, omnium flagitioſorum atque facinoroſorum circũ ſe, tanquam ſtipatorum cateruas habebat.

Flagitium, aliquando periculum ſignificat, vt vult Nonius. Lucilius lib. 29. Quiete poſcente minus, & præbent rectius multo, & ſine flagitio. Plaut. in Epid. 10.79, Abiero: flagitio cũ maiore pòſt reddes tamen. Hic apud Plautum, damnũ ſiue diſpẽdiũ videtur ſignificare.

Flagito, flagitas, flagitare: A flãma deductum videtur, vt ſit, quaſi flãmas agito. Flagitare enim, proprie eſt vehementer, inſtãter cũ clamore ac ſtrepitu poſcere. Plaut. in Pſeud. 7.144, Nãque ædepol ſi tu non dabis, clamore magno & multũ flagitabere. Ibidem, 20.37, At hic eſt vir probus: ſed tu non vir es, flagitare ſæpe inclamare in foro cum libello nuſquam eſt, niſi quod leno hic ſubuenit tibi.

Flagitare aliquẽ. Plaut. in Pœnulo, 7.37, Quicquid eſt pauxillulũ illuc noſtrũ, id nobis omne intus eſt: necꝫ nos quenquã flagitamus, neque nos quiſquam flagitat. Nous ne demandons rien a perſonne, auſſi on ne nous demande rien. Cic. pro Quintio, Verùm his de rebus nõ neceſſe habeo dicere ea quæ me P. Quintius cupit cõmemorare: tametſi cauſſa poſtulat. tamen quia poſtulat, nõ flagitat, præteribo. Idem Varroni, Ex ea igitur media excitatos miſi, qui metuo ne te forte flagitent, ego autẽ mandaui vt rogarent.

Flagitas me vt. Plaut. in Merc. 4.64, Credo ſi boni quid ad te nuntiẽ, inſtes acriter: qui nunc malum cum eſt audiendum, flagitas me vt eloquar.

Flagitat me id. Cic. pro Cn. Plancio, Sin hunc illi antepono, contumelioſa habenda eſt oratio, & dicendũ eſt, id quod ille me flagitat, Laterẽſem à Plancio dignitate eſſe ſuperatũ. Suet. in Vitellio, Tum fœneratorũ & ſtipulatorũ publicanorúmque, qui vnquam ſe aut Romæ debitum, aut in via portorium flagitaſſent, vix vlli pepercit.

Flagitare aliquid ab. Cæſar, incomment. lib. 1, Interim quotidie Cæſar ab Heduis frumentum quod eſſent pollicíti, flagitat.

Flagitare aliquem ad. Cælius Ciceroni, Inde Hircium cuncti ad non faciendum flagitare.

Flagitari clamore. Plaut. in Menæh. 2.44, Propterea illius nomen memini facilius, quia illum clamore vidi flagitarier. Iay ouy que on lappelloit.

Flagitator flagitatoris. Qui ne ceſſe de demander. Plaut. in Moſtell. 9. 72, Sol ſemper hic eſt vſque à mane ad veſperum, quaſi flagitator aſtat vſque ad oſtium. Idem in Caſina, 2.23, Ducite ex animo curam, atque alienum æs, ne quis formidet flagitatorem ſuum.

FLAGRO flagras, flagrare, Ardere. A flamma, vel à flatu, quo alitur incendiũ, quando flatu excitatur incendium. Virg. Flagrantiſque dei vultum.

Flagrare libidinibus. Suet. de claris grammat. 23, Sed maxime flagrabat libidinibus in mulieres vſque ad infamiam oris.

Flagrare inopia & cupiditatibus: Auoir grãde poureté. Salluſt. in oratione Philippi, Nunc eſt proconſul cum imperio non empto, ſed dato à vobis, cum legatis adhuc iure parentibus, & ad eũ concurrere homines omnium ordinũ corruptiſſimi, flagrantes inopia & cupiditatib⁹.

Flagrare ſtudijs, Bruſler, ardre apres leſtude. Cic. de ſenect. Atque eos omnes quos commemoraui, his ſtudijs flagrantes ſenes vidimus.

Flagrat ſtudiũ. Salluſt. in Catil. Nam vt cuiuſque ſtudiũ ex ætate flagrabat, alijs ſcorta præbere, alijs canes atcꝫ equos mercari. Selon que vng chaſcũ auoit ſon ardeur a quelque choſe.

Flagrũ flagri, Idem quod flagellũ eius diminutiuum: Virga qua cædi cõſueuerũt ſerui. Plaut. in Amphit. 4.4, Inde cras è prõptuaria cella depromar ad flagrum. Iuuenalis, Nec dura timebis Flagra pati. Suet. in Othone, à prima adoleſcentia prodigus ac procax adeò vt ſæpe flagris obiurgaretur à patre.

Flagratores, vt Feſtus inquit, dicebatur genus hominum, quod mercede flagris cædebatur.

Flagriones, authore Nonio, dicti ſunt ſerui, quòd flagris ſubiecti ſint, vt verberones à verberib⁹. Afranius Vopiſco, Tu flagrionibus priuigno iucũditatis plus ineſt in te mihi, quàm cõmercatis conquiſitæ edulibus.

FLAMEVM flamei, genus veli rubri ſeu crocei, quod geſtabatur à mulieribus nuper nuptis: ſic dictũ quòd eo aſſidue vtebatur flaminica, id eſt, flaminis vxor, cui nõ licebat facere diuerſoriũ. Et eodem modo tenebatur nupta flameo, vt perpetuo cũ viro maneret. Lucan⁹ de Martia iterum nubente Catoni, Lutea demiſſos velarunt flamea vultus. Plin. Lutei video honorem antiquiſſimum in nuptialibus flameis totum fœminis conceſſum.

Flameolum, diminutiuum. Iuuenalis, Sedet illa parato Flameolo.

Flamearius flamearij, Infector flamei coloris violæ luteæ, quæ flamea appellãtur. Plaut. in Aulul. 15.35, Ciniflones, patagiarij, induſiarij, flamearij, violarij &c.

FLAMEN flaminis, n.g. flatus, ſiue voci ducta foramina muſicorum. Horat. Cur Berecynthiæ ceſſant flamina tibiæ.

FLAMMA flammæ. f.g. Vne flamme de feu. Plaut. in Curcul. 2.53, Semper, tu ſcito, famma fumo eſt proxima.

Flamma, Periculũ aliquãdo ſignificat. Cic. lib. 2. Tuſcul. Quid de cupiditate honorũ loquar? quæ flãma eſt per quam non cucurrerint hi, qui hæc olim punctis ſingulis colligebant? Idem in Bruto, dixit Galbam eripuiſſe ſeſe de flamma iudicij. cũ ſignificare vellet eum liberatum eſſe à periculo iudicialis dãnationis. Terẽt. in Eunucho, È flãma te petere cibũ poſſe arbitror.

Flammeus, flammea, flammeum: Qui eſt de flamme de feu. Columella lib. 6, Quædam partes eius regionis ſic infeſtantur Euro, quem incolæ Vulturnum appellant, vt niſi vites teguminibꝰ opacentur, velut halitu flammeo fructus vratur.

Flammo flammas, flammare, Flammam producere. Virg. lib. 3. georg. Exilit in ſiccum, & flammantia lumina torquens, Sæuit agris.

FLAVVS flaua, flauum. Flauus color, ex viridi, rufo & albo concretus, hoc eſt, fuluo clarior, qualis eſt color auri.

Flaua mella, apud Martialem.

Flaui capilli. Ouid. lib. 2, Faſt. Forma placet, niueúſque color, flauíque capilli.

Flaua Ceres, à Virgilio dicitur, propter ariſtarum maturitatẽ, vt inquit Seruius lib. 1. georg. Neque illum Flaua Ceres alto nequicquam ſpectat olympo.

Flaueo flaues, flaui, flauere, Fulgere, & auri colorem reddere. Columella lib. 2, Sed æqualiter flauentibus iam ſatis, antè quàm ex toto grana indureſcant, cum rubicũdum colorem traxerũt, meſſis facienda eſt. Virg. lib. 3. georg. Turbidus & torquens flauentes Hiſter arenas.

Flaueſco flaueſcis, flaueſcere, Flauum fieri. Virg. Molli paulatim flaueſcet campus ariſta.

FLECTO flectis, flexi, flexum, flectere, Inclinare, Flechir, plier, tourner quelque choſe ou on veult. Terẽt. in Hecyra, Iſthuc eſt ſapere, vbicunque opus ſit, poſſis animum flectere. Virg. lib. 2. georg. Et ipſa Flectere luctãtes inter vineta iuuencos. Seruius, Flectere cum quadã moderatione ducere, ne tenera adhuc virgulta concutiantur.

Flexus, flexus, flexui. Plaut. in Menæh. 17.106, Iam aſcendo in currum, iã lora teneo, iã ſtimulꝰ in manu eſt, agite equi, facitote ſonitus vngularum appareant curſu celeri, facitote in flexu ſit pernicitas pedum. Tournés legierement vos pieds. Deſploiés vos iambes

Flexus ætatis, Cũ ætas vergere incipit, & inclinari. Cic. in procemio de oratore, Si infinitus forenſium rerum labor, & ambitionis occupatio decurſu annorum & ætatis flexu conſtitiſſet. Idem pro Cælio, In hoc flexu quaſi ætatis (nihil enim occultabo fretus humanitate ac ſapiẽtia veſtra) fama adoleſcentis paulum hæſit ad metas, notitia noua mulieris, & infelici vicinitate & inſolẽtia voluptatum. In flexu, inquit, ætatis hæſit ad metas, Id eſt, cum iam curriculũ iuuenilium ſtudiorũ permenſus eſſet, ibi in voluptatis licentiã delapſus eſt: aliquãtiſpérque immoratus eſt, vt illi qui in meta inſiſtũt, nõ flectẽtes curſũ, nec finẽ, præmiúmq; aſſequũtur laboris.

Flexibilis & hoc flexibile, Choſe que on plie & tourne facilemẽt. Cic. de amicitia, 77, Quid enim poteſt eſſe tam flexibile, tam deuium, quàm animus eius qui ad alterius non modo ſenſum ac voluntatem, ſed etiam vultum atque nutum conuertitur? Plin. in Paneg. 73, Neſcio an plus moribus cõferat princeps qui bonos eſſe patitur, quàm qui cogit flexibiles quãcunque in partem ducimur à principe, atque (vt ita dicam) ſequaces ſumus.

Flexamina oratio, quæ animum flectere poſſit. Cic. lib. 2. de Orat. Sed tãtam vim habet illa quæ recte à bono poeta dicta eſt flexamina, atque omnium regina rerum oratio, vt non modo inclinantem erigere, aut ſtantem inclinare, ſed etiam aduerſantẽ & repugnantem, vt imperator bonus ac fortis, capere poſſit.

FLEGMEN flegminis, n.g, Feſto dicitur, cũ ex viæ labore ſanguis defluit circa talũ. Plaut. in Epid. 14.5, Dum te ſequor, præ laſſitudine inuaſerunt miſerum in genua flegmina. Scribitur à nonnullis flemina.

FLEO fles, fleui, fletum, flere, Plourer. Ouid. Vt flerent, oculos erudiere ſuos.

Fleuit drachmis argenteis. Plaut. in Pſeud. 3.99, Quid fles cucule? viues. c. quid ego ni fleã, cui nec paratus nummus argẽti ſiet? P. vt literarum ego harum ſermonem audio, niſi tu illi drachmis fleueris argenteis, quod tu iſtis lachrymis te probare poſtulas: non pluris refert quàm ſi imbrem in cribrum geras.

Fletur, impersonale. On pleure. Terent. in And. 1.1.102, In ignem posita est. fletur.

Fletus fleta fletum, participium: Qui est plouré & regretté. Virg. Hic multum fleti ad superos belloque caduci. Id est, nobiles & conspicui, quorum mortem magna lamentatio sequitur.

Fletus, fletus, fletui, nomen, Plour.

Flebilis & hoc flebile: Plein de pleurs, Digne destre plouré & regretté. Ouid. Flebile carmẽ aues. Horat. lib. carm. Multis ille quidem flebilis occidit, Nulli flebilior quàm tibi Virgili.

FLIGO fligis, flixi, flictum, fligere, Prosterner, & ietter en terre. Liuius, Ipse se in terrã fligit cadens.

FLO, flas, flare, Souffler. Plaut. in Mostell. 10.7, Heus tu, si verbum hoc cogitare voles, simul flare sorberéque haud factu facile est: ego hic esse & illic simul haud potui.

Flatus flatus flatui, Soufflement. Cic. lib. 2. offi. Nam cum prospero flatu eius vtimur, ad exitus prouehimur optatos: & cum reflauerit, affligimur.

FLOCES, flocum, flocibus, Vinorum purgamẽta, & fæx vini è vinaceis expressa, inquit Nonius. Cæcil. AEdepol ego neque florem neque floces volo mihi, vinum volo. Gellius, Appludam edit, & floces bibit.

FLOCCVS flocci, Particula lanarum diuisa à velleribus inutiliter euolans. Varro, Diligẽtiores tegeticulis subiectis oues tondere solent: ne qui flocci intereant. Morceau de laine qui tiẽt aux buissons quant les brebis touchent cõtre, ou qui senuole quant on les tond. Plin. lib. 10. Hirundines nidum mollibus plumis flocciscque consternunt.

Flocculus flocculi, diminutiuum. Plin. Nascuntur in robore pillulæ nucibus non absimiles, intus habentes flocculos molles, lucernarum luminibus aptos. nam & sine oleo flagrant.

Floccifacio floccifacis, floccifacere, Despriser, Ne tenir conte, ne rien estimer aucun. Plaut. in Curcul. 15.35, Non tacesᶜᴹ. non taceo. c. non ego te floccifacio, ne me territes. Ie ne te prise pas vng bouton, ou niquet. Idem in Trucul. 11.35, Cuius esᶜ cur ausus inclementer mihi dicereᶜᴳ. lubido est. s. istúcne mihi respondasᶜᴳ. hæc: non ego te floccifacio. Terent. in Eunucho, 2.3.11, Vt illum di deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est: méque adeò qui restiterim: tum autem qui illum non floccifecerim.

Floccifacere fidẽ. Plaut. in Rud. 2.47. Minis triginta sibi puellã destinat, dátque arrabonem, & iureiurando alligat. is leno, vt æquũ est, flocci non fecit fidem, neque quod iuratus adolescenti dixerat. Il ne luy en chault de sa foy, sil tient sa promesse, ou non.

Floccifacere suum tergũ. Plaut. in Epid. 8.12, Dũ tibi ego placeam atque obsequar, meũ floccifacio tergum.

Floccum facere. Idem. Plaut. in Trinummo, 13.150, At etiam maledicisᶜˢ. imò saluus quandoquidem aduenis, di te perdant, si te floccifacio. an perisse prius, ego ob hanc operam argentum accepi, te macto infortunioᶜˢ sed non facio qui sis, qui non sis floccum.

Floccipendo, floccipendis, floccipendere, Idem quod floccifacere. Terent. in Eunucho, 3.1.21, Inuidere omnes mihi, mordere clanculum: ego non floccipendere.

FLOS floris, m. g. Fleur darbres ou dherbes.

Flos poetarum. Plaut. in Casina, 2.17, Hæc cum prima facta est, vicit omnes fabulas, ea tempestate flos poetarum. Il estoit la fleur des poetes, Le plus excellent.

Flos iuuentæ, La fleur de ieunesse. Virg. Et primo flore iuuentæ.

Flos vini. Plaut. in Curcul. 3.1, Flos veteris vini naribus meis obiectus est: eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit.

Flosculus flosculi, diminutiuum, Vne petite fleur.

Flosculos carpere atque delibare. Cic. pro P. Sestio, Non sum tam ignarus iudices caussarum, non tam insolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, & omnes vndique flosculos carpam atque delibem.

Floreus florea floreum, Faict de fleurs. vt florea corona, Vng chappeau faict de fleurs. Plaut. in Menæh. 14.57, Non ego te modo hic ante ædes cum corona florea vidi astare, cum negabas mihi esse sanum sinciput, & me negabas nouisse teᶜ Idem in Aulul. 13.15, Nunc Tuscum emi, & hasce coronas floreas: hæc imponentur in foco nostro, lari.

Floridus florida floridũ, Florissant, plein de fleurs. Tibullus, Cum posti florida serta darem.

Floreo flores, florui, florere, Estre en fleur: Auoir fleurs. Cic. lib. 1. Tuscul. Segetes largiri fruges, florere omnia, fõtes scatere. Plin. lib. 19. cap. 6, Florẽt verò cũ fraxino serpillũ, abrotanũ. Florere, per translationẽ, est splendere, in aliqua prosperitate esse, siue excellere. Cic. de amicitia, 3. Catonẽ induxi senem disputantẽ: quia nulla videbatur aptior persona quæ de illa æta-

te loqueretur, quàm eius qui & diutiſſime ſenex fuiſſet, & in ipſa ſenectute præ cæteris floruiſſet. Ibidem, Magnáque Græcia, quæ nunc quidem deleta eſt, tũ florebat inſtitutis & præceptis. Idem Philipp. x i, Ego autem (dicendum eſt enim P. C. quod ſentio) nõ tam veteranos intuẽdos nobis arbitror, quàm quid tyrones milites, flos Italiæ: quid nouæ legiones ad liberandum patriam paratiſſimæ. nihil enim ſemper floret: ætas ſuccedit ætati. diu Cæſaris legiones viguerunt, nunc vigent Panſæ, vigent Hircij.

Florens florentis, Qui eſt en ſa fleur. Florentẽ aliquem facere. Plaut. in Menæh. 9.15, Ecaſtor ſolus bene factis me florentem facis.

Floreſco floreſcis, floreſcere, Deuenir en fleur, fleurir. Columella lib. 5, Ventíque nebulam & rorem peſtiferum celeriter adſiccant, multúmque ad floreſcendũ & ad bonitatem vini conferunt. Varro lib. 1. de re ruſtica, Pratum aqua defendi debet, antè quàm floreſcere incipiat.

FLVO fluis, fluxi, fluxum, fluere, Couller. Virg. lib. 1. georg. Hæc eadẽ argenti riuos æriſque metalla Oſtendit venis, atque auro plurima fluxit.

Fluere, Latius, atque vberius creſcere. Virg. lib. 2. georg. Tum denique dura Exerce imperia, & ramos compeſce fluentes.

Fluit ſpes, Leſperance ſen va, ſeſcoulle, ſe diminue. Virg. lib. 2. AEneid. Ex illo fluere, ac retro ſublapſa referri Spes Danaũm.

Fluere facetijs. Plaut. in Milite, 20.12, Nam tu quemuis potis es facere vt fluat facetijs.

Fluxus fluxa fluxum, Qui eſt eſcoullé.

Fluxa dicimus, momentanea, inſtabilia, & cito peritura. Fluxã fidem gerere. Plaut. in Capt. 7.80, Fac fidele ſis fideli, caue fidem fluxã geras. Salluſt. Nam diuitiarum & formæ gloria fluxa & fragilis habetur. Virg. Nos tibi ne fluxas Phrygiæ res vertere fundo Conamur.

Fluxa veſtimenta, Larga, & minime adſtricta. Lucanus, Illic & laxas veſtes & fluxa virorum Velamenta vides.

Fluxi, Libidinoſi, molles, effœminati. Suet. in Tib. Druſi animi fluxioris, remiſſioriſq; vitæ erat

Fluito fluitas, fluitare, frequentatiuum, Sæpe vel continue fluere. Liuius lib. 1, Tenet fama, cũ fluitãtem alueum in quo expoſiti erant pueri, tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet.

Fluitare, Supernatare. Plin. Omnes piſces, cũ ſunt extincti, fluitant, exceptis anguillis.

Flumen fluminis, Vng fleuue, Leaue dung fleuue courante.

Flumen riui, Id eſt, fluxus ſeu curſus riui, Le cours de leaue du riuage. Plin. Ne flumini eius riui eſſet impedimento.

Fluuius fluuij. Vng fleuue. Quòd ſemper fluat. Plaut. in Curc. 2.86, Quiſnã hic fluuius eſt, quem non recipiat mare?

Fluuialis & hoc fluuiale, Quod ex fluuio eſt. vt aqua fluuialis.

Fluuiatilis & hoc fluuiatile, Quod in fluuio viuit. vt piſcis fluuiatilis.

Fluuiatilis arena, Quæ in fluuijs eſt. Plin. Arenæ tria ſunt genera, foſſitia, cui quarta pars calcis addi debet: fluuiatilis, ac marina.

Fluctus fluctus fluctui, à fluo, Eſt aqua mota in vnum collecta, quæ vnda dici ſolet.

Fluctuo fluctuas, fluctuare, Fluctũ agitare, id eſt, vndas facere. Plaut. in Rud. 8.13. Atq; vt nũc valide fluctuat mare, nulla nobis ſpes eſt, Veu la grãde cõmotion de la mer. veu ſes grãdes ondes quelle faict. Ibidem, 21.12, In digitis hodie percoquam quod ceperit, ita fluctuare video vehementer mare.

Fluctuare, Iactari, commoueri, in dubio eſſe, & inſtar nauis fluctibus agitari. Virg. lib. 2. georg. At late fluctuat omnis AEre renidenti tellus.

Fluctuat animus, Mon cueur eſt en doubte. Plaut. in Merc. 22.49, Sed vbi eam ſanam & ſaluam? E. ego ſcio. C. ego me mauelim. E. potin' vt animo ſis tranquillo? C. quid ſi animus fluctuat? E. ego iſtũ in tranſquieto tuto ſiſtam, ne time.

Fluctuare, Flotter, Aller ſus les ondes. Plin. lib. 36. Lapidem è Scyro inſula, integrũ fluctuare tradunt: eundem comminutum mergi.

Fluctuatus fluctuata fluctuatum, Iactatus, & agitatus. Plin. Delos diu fluctuata, vt proditur, ſola motum terræ non ſenſit. Idem lib. 9, Fluctuatúſque ſimilis exanimi.

Fluctuatim, Aduerbium. Iactãter & ſolute, vt ait Nonius. Affranius Pompa, Tene tu, In medio nemo eſt, magnifice volo fluctuatim ire ad eum, accipe hoc, tene tu, & ſuſtine.

FLVTA flutæ, flutæ flutarum, Anguillæ ſiue murenæ dicebantur in freto Siculo, quæ græce plotæ, quaſi nauigabiles dicuntur: quòd in ſumma aqua mergi nõ poſſunt. Macrobius, Accerſebãtur murenæ ad piſcinas, abuſque freto Siculo. Illa enim optima eſſe credũtur, præſertim quæ græce plotæ, latine flutæ dicũtur: quòd in ſummo ſupernatantes, ſole torrefactæ cur-

uare ſe poſſe, & in aquam mergere deſinunt.

FLVSTRA, authore Feſto, dicuntur cum in mari fluctus non mouentur: quam Græci μαλάκιαν vocant.

FO

FOCVS foci, m. g. à foueo, in quo ignis ſeruatur. Le fouyer. Ouid. lib. 6. Faſtorũ, At focus à flãmis, & quòd fouet omnia dictus. Idem, Thure vacent aræ, ſtentque ſine igne foci. Tibullus, Dum meus aſſiduo luceat igne focus. Cato de re ruſtica, Folia ſubdito, in foco calido ſub teſta coquito leuiter.

Focus, Priuata cuiuſque domus, vt ara aliquando templum ſignificat. Plaut. in Amphit. 4. 72, cõuenit, victi vtri ſint eo prælio, vrbem, agrum, aras, focos, ſéque vti dederent.

Foculus foculi, diminutiuũ. Vng petit fouyer. Plaut. in Capt. 13. 78, Iubén' an non iubes aſtitui aulas, patinas elui, laridum atque epulas foueri foculis feruentibus? Cic. de ſenect. 51, Curio enim ad focum ſedenti, magnũ auri pondus cum attuliſſent Samnites, repudiati ſunt.

Foculus, Vng petit fouyer que on porte en vng tais dũg pot caſſé, ou autre choſe. Gellius, Tũ illa foculũ coram rege cum igni appoſuit, & tres libros ex nouem deurit. Valerius Maximus, lib. 1. Cum carbaſum, quem optimũ habebat, foculo impoſuiſſet, ſubito ignis emicuit.

Focula ventris, pro nutrimentis, authore Nonio dixit Plautus in Perſa, 4. 24, Eſurio venio, nõ aduenio ſaturio. T. at edes iam: nam intus ventris fumant focula.

FOCALE, huius focalis, genus ligaminis ad fauces, velut faſcia quædã collũ ambiens, quòd fauces collum perfringere non ſineret, & pronũtiationi cõduceret. Quintil. li. xi, Palliolũ ſicut faſcias, quibus crura veſtiuntur, & focalia, & ligamina aurium ſola excuſare poteſt valetudo. Focale, à faucibus, au in o mutata.

Focale, Ferrum ignitum quo criſpantur crines. Horat. in Sermonibus, Faſciolas, cubitale, focalia, potus, & ille Dicitur à collo furtim carpſiſſe coronas.

Focaneus palmes dicitur qui in fauce vitis naſcitur, vt eſt apud Columellã, lib. 4. cap. 24, Vocatur etiã focaneus palmes qui ſolet in bifurco medius prorepere, & idcirco eũ prædicto vocabulo ruſtici appellãt, quòd inter duo brachia, qua ſe diuidit vitis, enatus, velut fauces obſidet, atque vtriuſque duramẽti alimenta præripit. Idem, lib. 5. cap. 6, Focaneus eſt, qui inter duo brachia, velut in furca, de medio naſcitur: eũ colem deterrimũ eſſe comperi, quòd neque fructum ferat, & vtraque brachia, inter quæ natus eſt, attenuet: itaque tollendus eſt.

FODIO fodis, fodi, foſſum, fodere, Cauare, Fouir en terre, & cauer. Plaut. in Rud. 11. 19, Noſtro illum puteum periculo & ferramentis fodimus. Virg. lib. 6. Seu ſpumãtis equi foderet calcaribus armos.

Fodere, Arare, Labourer la terre, la beſcher & houer. Fodere ortos. Plau. in Pœnulo, 16. 56, Palas vendundas ſibi mergas datas vt ortum fodiat, atque vt frumentum metat. Terent. in Heaut. 1. 1. 17. Nunquam tam mane egredior, neque tam veſperi domum reuertor, quin te in fundo conſpicer fodere, aut arare, aut aliquid facere.

Foditur cor ſtimulo. Plaut. in Bacchid. 23. 37, Tactus ſum vehementer viſco, cor ſtimulo foditur. On me perce le cueur.

Fodico fodicas, fodicare, Idem quod fodere. Cic. lib. 3. Tuſcul. Nõ enim in noſtra poteſtate fodi cãtib⁹ eis reb⁹, quas malas opinãtur, diſſimulatio vel obliuio. Horat. Emamus qui fodicet lat⁹

Fodicare alicui animũ. Plaut. in Bacchid. 1. 30, Quia iſthæc lepida ſunt memoratu: éadẽ in vſu atq; vbi periculũ facias, aculeata ſunt, animũ fodicãt, Bona diſtimulãt facta & famã fauciãt.

Fodina fodinæ, Locus vbi quid foditur: Ou on fouyt & caue, cõme vne miniere dor ou dargent. Plin. Odor ex argenti fodinis, inimicus omnibus animalibus, ſed maxime canibus.

Vnde foſſa, foſſor, foſſura & foſſarius, quæ ſuo ordine declarantur.

FOECVNDVS fœcunda fœcundum, Quod fructum facit, à faciendo ſeu ferendo, quòd ferax ſit, & ſæpe fructum faciat. Fertile, rendant force fruict, & ſouuent. Ouid. lib. 4. faſt. Forda ferens bos eſt, fœcundáque dicta ferendo.

Fœcundus, Abundans, & plenus. Horat. Fœcundi calices, quem non fecere diſertum?

Fœcundiſſimus melle & felle amor: Tout plein de miel & de fiel. Plaut. in Ciſtell. 2. 60, Nanque ecaſtor amor & melle & felle eſt fœcundiſſimus: guſtu dat dulce, amarũ ad ſatietatẽ vſque aggerit.

Fœcunditas fœcunditatis, Fertilite, fecundite. Plin. lib. 20. cap. 6, Fœcunditatem etiam fœminarum hoc cibo augeri &c.

Fœcundo fœcundas, fœcundare, Abundantem, ſeu fructiferum facere. Virg. lib. 4. georg. Et viridem AEgyptum nigra fœcundat arena.

FOE D V S fœderis, n. g. Alliance. A ferio, vt quibuſdã placet. mos enim fuit antiquis vt in fœdere faciẽdo porca feriretur. Virg. lib. 8. Stabant, & cæſa firmabant fœdera porca. Quidam hoc nomen à fecialibus, id eſt ſacerdotibus, deriuant, per quos fiebant fœdera. Alij à fide: quia interponebatur fides in fœdere.

Fœdus, Lex. Virg. lib. AEneid. 1, Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris, Hoc metuens: molémque & montes inſuper altos Impoſuit, regémque dedit qui fœdere certo Et premere & laxas ſciret dare iuſſus habenas.

Fœdero fœderas, fœderare, Fœdus facere.

Fœderati dicũtur populi, qui fœdere icto cum populo Romano ſocietatem coiuerũt. Alliés. Nãque inter ciuitates prouinciarum aliæ ciuium Romanorum, aliæ Latinorũ veterum, aliæ fœderatorum, aliæ ſtipẽdiariæ dicebantur. Suet. in Caligula, Domi, foriſq; ciuilis, libera ac fœderata oppida ſine lictoribus adibat.

FOE D V S fœda fœdũ, Deforme. Terẽt. in Eunu. Nũc tibi videtur fœdus quia iſtã nõ habet.

Fœdum, Execrandum. Virg. lib. 7, Auerſúſq; refugit Fœda miniſteria. Plin. in Paneg. 135, Itaque procul ab omni ſono inconcuſſus ipſe & immotus, religato, reuinctóque nauigio, non ſecus ac piaculum aliquod trahebatur: fœda facies, cum populi Romani imperator alienum curſum, alienúmque rectorem, velut capta naue ſequeretur. Vne terrible choſe a veoir & abominable, ou difforme a veoir.

Fœdũ, Crudele. Terent. in Eunucho, 5. 5. 1. Prò fidem deũm, facinus fœdũ, ô infœlicem adoleſcentulum ſceleſtũ Parmenonem, qui iſtum huc adduxit. Salluſt. Fœdi oculi.

Fœdo fœdas fœdare, Polluere, inquinare. Plaut. in Amphit. 4. 92, Equites parant citi, ab dextera maximo cũ clamore inuolant, impetu alacri fœdant & proterũt hoſtiũ copias iure iniuſtas.

FOE L IX fœlicis, o. g. A fœnus quidam deducũt, conuerſione n in l, quaſi beatus, hoc eſt dines & fœnore plenus: Dicitur qui proſperitatem habet. Virg. Viuite fœlices, quibus eſt fortuna peracta Iam ſua. Eureux.

Fœlix, Cõmodum, vtile. Martialis, Illa manus quondam ſtudiorum fida meorũ, Et fœlix domino, notáque Cæſaribus.

Fœlix, Pingue, fœcundum, fructuoſum, ferax. Virg. lib. 2, Georg. Exijt ad cælum ramis fœlicibus arbos. Varro de vita populi Romani lib. 2, Cõtra nouo marito cũ item è foco initio ne ex fœlici arbore & inæquali aqua allata eſſet.

Fœlicitas fœlicitatis, Felicité, proſperité.

Fœlicito fœlicitas, fœlicitare, Fœlicẽ facere. Cuius contrarium eſt infœlicito, quod eſt deſtruo. Plaut. in Pœnulo, Dij illum infœlicitent omnes.

Fœliciter, Aduerbiũ, Eureuſemẽt. Plaut. in Merc. 19. 40. Fœliciter is ſapit, qui periculo alieno ſapit

FOE M I N A fœminæ, f. g. Vne femme. Plaut. in Perſa, 15. 7, Qui Atticã hodie ciuitatẽ maiorẽ feci, atque auxi ciui fœmina.

Fœmina princeps. Plin. epiſt. 144. b, Habebat illa pãtomimos, fouebátque effuſius, quàm principi fœminæ conueniret.

FOE N V S fœnoris, A fœtu dicitur, vt Gellius inquit, & quaſi à fœtura quadã pecuniæ pariẽtis, atque increſcentis. Vſure. Quidam à fundo, quod cum o, non u, apud antiquos ſcribebatur, quòd prouentus ſit ex naturali terræ fructu. poſtea verò ad vſuram tranſlatum, quaſi pecunia per ſe fructum producat, ſicut terra.

Credere fœnus argenti. Plaut. in Moſtell. 8. 112, Ab eo etiam argenti fœnus creditum audio. Ientens quil luy a preſte de largent a vſure.

Quærere argẽtum in fœnus, Emprunter, auoir argent a vſure. Plaut. in Aſin. 9. 23, Tanquam ſi claudus ſim cum fuſte eſt ambulandum, quia triduum hoc vnũ modo, foro operam aſſiduam dederim dum reperiam qui quæritent argentum in fœnus.

Reddere fœnus. Plaut. in Moſtell. 8. 55, Reddetúrne igitur fœnus? TR. reddetur.

Fœnuſculum fœnuſculi, diminutiuum. Plaut. in Pſeud. 5. 54, Fuit occaſio, ſi vellet, iam pridem argentum vt daret. c. quid ſi non habuiſ? TR. iam haberes. inuenires mutuum: ad daniſtam deuenires, adderes fœnuſculum. Tu luy en rendrois quelque peu duſure.

Fœnero fœneras, fœnerare, Actiuũ verbũ. A quo fœneror paſſiuũ, datiuo, & aliquãdo accuſatiuo iũgitur, Bailler a vſure. Cic. de amicitia, 30, Vt enim benefici, liberaléſque ſumus, nõ vt exigamus (nec enim beneficiũ fœneramus, ſed natura propẽſi ad liberalitatẽ ſumus) ſic amicitiã, nõ ſpe mercedis adducti, ſed quòd omnis eius fructus in ipſo amore ineſt, expetẽdã putamus.

Fœnerat beneficiũ. Terẽt. in Adelphis, 2. 2. 11, Metuiſti, ſi nũc de tuo iure cõceſſiſſes paululũ, atq; adoleſcẽti eſſes morigeratus, hominũ homo ſtultiſſime, ne nõ tibi iſtuc fœneraret. Do

natus, Fœneratũ, eſt cũ lucro redditũ, & multiplicatũ. Fœneraret ergo, nõ AEſchinus, ſed res ipſa in qua fœneratio eſt. Idem in Phor. 3.2.8, Fœneratũ iſtuc beneficium tibi pulchre dices. Terẽtius, paulò pòſt exponit quid velit, dicens, Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. Id eſt conduplicabit, coniunctiuum pro indicatiuo, vt docet Donatus. Il te ſera rendu au double.

Hæc ſapit, hæc omnis fœnerat vna deos, Martialis. Elle preſte a vſure.

Fœneror, deponens, ablatiuo cum præpoſitione iunctum, ad vſuram accipio. vt in XXXI, libro Digeſtorum, Si autem aliquis eorum voluerit vendere partem ſuã, vel fœnerari ſuper eam, poteſtatem habeat vendere cohæredi ſuo, & fœnerari ab eo.

Fœnerator fœneratoris, Qui preſte a vſure, Græce Daniſta vocatur.

Fœneratitius fœneratitia fœneratitium, Quod datum eſt fœnori. Pecuniam fœneratitiã dicimus, quæ ex vſuris collecta eſt.

Fœneratio, fœnerationis, f.g, Vſure. Columella in præfatione, An fœneratio probabilior ſit, etiã his inuiſa quibus ſuccurrere videtur?

Fœnerato, aduerbiũ. Plaut. in Aſin. 16.52, Næ ille ecaſtor fœnerato fũditat. nã ſi domũ redierit hodie, oſculãdo ego vlciſcar potiſſimũ. Il receuera le double de ce quil babille, & follemẽt parle. Idem in Menęh. Næ illã mecaſtor fœnerato abſtuliſti. Hoc eſt, hoc furtũ cũ fœnore reddes

FOENVM, fœni, n.g. Fouain. Dictum, quòd ſine cura fœnus præbeat: vel quòd herbæ eædem manentes, quotannis nouas pariant.

Fœnile, n.g. Locus in quo ſeruatur fœnum. Columella lib. 1. cap. 6. Pars autẽ fructuaria diuiditur in cellã olariã, torculariã, cellã vinariã, defrutariam, fœnilia, palearíaque.

Fœniſex, fœniſecis, cõm.g. Qui ſecat fœnũ, Vng faucheur. Plin. lib. 18, Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœniſex incedat.

Fœniſeca fœniſecæ, cõm.g. Idem. Columella, lib. 2, Itaq; necubi ferramẽtũ fœniſecis poſſit offendere. Varro lib. 1. de re ruſtica, Herba in pratis ad ſpem fœniſecæ nata, non modo nõ euellẽda in nutricatu, ſed etiam nõ calcanda. Ibidem, paulò pòſt, Sicilienda prata, id eſt, falcibus conſectanda, quæ fœniſecæ præterierunt.

Fœniſeciũ fœniſecij, Ipſa fœni ſectio, & veluti meſſis fœni, Le tẽps que on fauche les prés. Varro de re ruſtica, Nec primo anno rigari, nec paſci ante ſecunda fœniſecia, ne herbæ vellantur, tritúque hebetentur.

FOENICVLVM fœniculi, n.g. Fœnouil. Plin. lib. 20. cap. 23, Fœniculum nobilitauêre ſerpentes guſtatu ſenectam exuendo, oculorúmque aciẽ ſucco eius reficiẽdo. Vnde intellectũ eſt hominum quoque caliginem præcipue eo leuari. &c.

FOETEO fœtes, fœtere, Male olere, Puir, ſentir mauuais. Plaut. in Aſin. 16.44, Dic amabo, an fœtet anima vxori tuæ? Lhalaine puſt elle a ta femme?

Fœditus fœtida fœtidum, Puant, ſentant mauuais. Plaut. in Merc. 11.13, Tanto minus, cum ſis iã ætatis plenus, anima fœtida, ſenex hircoſus. Idem in Cap. 13.44, Tum piſcatores, qui præbent populo piſces fœtidos.

FOETVS fœta fœtum, Plenus. Virg. Loca fœta, furentibus auſtris.

Fœta ouis, dicitur grauida. Virg. Nõ inſueta graues tẽtabunt pabula fœtas. Columella lib. 8, huic pecudi nocet æſtus, & præcipue fœtæ, quæ gelicidio hyemis conceptum fecit.

Fœta, Partu liberata, hoc eſt, quæ peperit. Virg. Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro.

Fœta canis. Plaut. in Moſtell. 10.51, Mane ſis videã ne canis. T. agedũ, vide, eſt's. abi. T. canis eſt's. abi dierecta. T. eſt's. abi hinc in malam crucem. at etiam reſtas? T. eſt's. abi hinc, nihil pericli eſt. T. age, tam placida eſt, quàm fœta.

Fœtura fœturæ, Genitura, & pariendi tempus. Varro lib. 2. de re ruſtica, Appello fœturam à cõceptu ad partum. hi enim primi prægnationis, & extremi fines.

Fœtura, Animaliũ prouentus. Virg. Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto. Plin. Optima fœtura eſt poſt vernum æquinoctium.

Fœtura, pratorum etiam dicitur.

Fœturam, ad opus ſuum tranſtulit Plinius, cum dicit, Opus natum apud me proxima fœtura, licentiore epiſtola narrare conſtitui.

Fœtifico fœtificas, fœtificare, Fœtũ facere. Plin. lib. x, Accipitres totius Maſſiliæ humi fœtificãt.

Fœto fœtas, fœtare, Fœtũ emittere. Columella lib. 8, Circa paludes, in quibus plerũq; fœtant.

FOLIVM folij, n.g. Fueille, Et eſt tã arborũ, quàm herbarũ & florũ. A græco venit, inquit Feſt? quòd illi φύλλον dicũt. Simplici autẽ l ideo ſcribitur, quòd antiqui cõſonãtes nõ geminabãt.

Foliaceus foliacea foliaceum, Quod ex folijs factum eſt. Plin. lib. 19, Paucis folliacea & lata vt a-

triplici ſunt ſemina.

FOLLIS huius follis, m.g, Inſtrumentũ quo attrahitur vẽtus atque emittitur ad ignẽ excitãdũ. Vng ſoufflet. Plaut. in Aulul. 9.23, Quin quũ it dormitum, follem obſtringit ob gulam. Virg. lib. 8, Alii ventoſis follibus auras Accipiunt, reddúntque.

Follis, ſiue folliculus, Pellis flatu plena. Liuius lib. 9, Eques folliculis in caſtra frumentum veheret. Hic accipi videtur pro ſacculis & crumenis.

Follis, Pilæ genus ex pelle atque inflatione factum, & pugno redditur: à flatu nomen habẽs, ſiue quòd veteres follem, pellem dicebant, & per diminutionem folliculum. Martialis, Ite procul iuuenes, mitis mihi conuenit ætas: Folle decet pueros ludere, folle ſenes. Plautus, Ex templo hercle ego te follẽ pugillatoriũ faciã, & pendentẽ curſabo pugnis periuriſſume.

Folliculus folliculi, diminutiuum, Vng petit ſoufflet.

Folliculus, Pila vento intumeſcens, vt dictum eſt. Suet. in Auguſto, Poſt bella ciuilia, ad pilam primo, folliculúmque tranſijt.

Folliculus, Theca frumenti, vel lini, vel cuiuſlibet alterius rei quæ granum cõtinet inuolutũ. Folliculum pro corpore accepit Lucilius lib. 26, Et quo folliculo nunc ſum indutus nõ queo.

Folliculus, Pellis. Cic. in Rhet. ad Heren. Malleolus iudicatus eſt matrem necaſſe: eo damnato, ſtatim folliculo lupino os obuolutum eſt, ſoleæ ligneæ pedibus indutæ.

Follitus follita follitum, Obuolutus corio. Plaut. in Epid. 8.15, Para tu ductare, atque ego follitum ductitabo.

Folliculare, inquit Feſtus, pars remi, quæ folliculo tecta eſt. A quo, vita follicularis.

FOMES fomitis, m.g. à fouendo, hoc eſt nutriẽdo ignẽ dicitur. eſt enim aſſula ex arbore excuſſa dum cæditur. De leſcorſe ſeiche qui chet dung arbre. Ponitur & pro omni materia ſicca, in qua facile ignis inflãmatur. Virg. Ac primũ ſilicis ſcintillã excudit Achates, Suſcepítque ignem foliis, atque arida circum Nutrimenta dedit, rapuítque in fomite flammam.

Fomes, per tranſlationem, dicitur quicquid excitat nos & accendit ad aliquid agendum. Gellius, Fomitem eſſe quendam dicit & incitabulum ingenii virtutíſque, ſi mens & corpus hominis vino flagraret.

FONS fontis, m.g. Vne fontaine, vne ſource dont ſort leaue.

Fontem vitii & periurii, per tranſlationem dixit Plautus in Truculento, 11.51, Meóne hero tu improbe & male dicere audes fons vitii & periurii?

Fonticulus fonticuli, m.g. Vne petite fontaine. Pli. Vbicũque moueris humũ, fonticuli ſcatẽt.

Fontanus fontana, fontanum. Quod ex fonte eſt: vt fontana aqua, de leaue dune fontaine. Plin. Fontanæ aquæ cyathos duos.

Fontalis & hoc fontale, Idem. Plaut. in Sticho, 14.16, Vide vtrum tibi lubet, etiam nunc capere, cape prouinciam. SA. quid iſthuc eſt prouinciæ? ST. vtrum fontale, an libero imperium te inhibere mauis?

FORAMEN foraminis, n.g. quaſi diminutiuum à foribus. Vng trou, ou pertuis. Siſenna lib. 4. hiſtor. Neque porta, neque foramen erat: quo poſſet eruptio fieri.

FORAS, Aduerbium ad locum.

Foras ambulare. Plaut. in Epid. 3.62, Adoleſcenti dic noſtro herili filio, ne hinc foras ambulet. Quil ne ſorte point hors dicy.

Foras exire. Plautus in Caſina, 23.27, Foras tacitus exeo cum ornatu quo vides. Idem in Amphit. 17.26, Sed quid tu foras egreſſa es?

Foras locitare agellum. Terent. in Adelphis, 5.8.27, Agelli hic ſub vrbe eſt paululum quod locitas foras, huic demus qui fruatur. Que tu loues aux eſtrangiers.

Foras vendere. Plaut. in Sticho, 4.66. Ridiculus æque nullus eſt quàm dum eſurit. Nunc auctionem facère decretum eſt mihi, foras neceſſum eſt quicquid habeo vendere.

Foras præuerti. Plau. in Amphit. 15.24, Fores enim clauſit, ne præuorteretur foras. Quil ne ſenfuiſſe.

Foras vocari. Plau. Capt. 4.69, Sed nũc quò foras vocatus ad cœnã? E. nuſquã pol, quod ſciã.

FORCEPS forcipis, tam maſculini quàm fœminini, ſecundũ Priſcianum. Tenailles a tenir quelque choſe chaulde. Virgilius lib. 8, Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt In numerum: verſántque tenaci forcipe maſſam.

FORDA fordæ, f.g. Bos prægnans, à ferendo dicta. Ouid. Forda ferens bos eſt, fœcundáque dicta ferendo.

FOREM. Optatiuo modo, tẽpore præſẽti, & præterito imperfecto, & Cõiũctiuo modo, tẽ-

pore præterito imperfecto, Vtinam, vel cum forem fores foret. Et pluraliter, forent. Id eſt, eſſem eſſes eſſet. Infinitiuo futuro, fore. Id eſt futurum eſſe. Cæteris caret. Plaut. in Mercatore, 12.37, Quin percunctatus hominis quæ facies foret, qui illam emiſſet. Terentius in Heaut. 2.4.2, AEdepol te mea Antiphila laudo, & fortunatam iudico, id quum ſtuduiſti, iſti formæ mores vt conſimiles forent. Salluſt. in Iugurtha, Nam ego quidem vellē & hæc quæ ſcribo, & ea quæ antea in ſenatu queſtus ſum, vana forent.

Fore, ſignificationem habet participii futuri vnà cū infinitiuo eſſe. idem eſt enim fore, quod futurum eſſe: ideo iungitur cum nomine, non cum participio. Plautus in Capt. 17.4, Fui ego lepidus, vel bonus vir nunquam, neque frugi bonæ, neque ero vnquam, neque ſpem ponas me bonæ frugi fore. Cic. Trebatio, Scribit ad me Cæſar, ſe tibi nondum familiarem eſſe ſatis propter occupationes ſuas, ſed cito fore.

Scio fore. Plautus in Aſin. 16.20, Ego iſthuc ſcio ita fore illi dum quidem cum illo nupta eris. Gellius, Spero fore vt eductus, eruditúſque abs te, dignus exiſtat & nobis & rerū iſtarum ſucceſſione. Spero fore. Cic. Spero fore vt contingat id nobis. Idem, Tu fac animo forti magnóque ſis: ſperéſque fore vt impetu leuiſſimi hominis tuam priſtinam dignitatem conſequare. Gellius, Conuerſus ad proximos, affirmauit fore vt ſequenti die luna ſe in aquario ctuentaret. Aſinius Pollio, Nunquā fore credidi iudices, vt reo Scauro, ne quid in eius iudicio gratia valeret, precarer.

Audiens fore. Cæſar, Nonnulli etiam Cæſari nuntiabant, cum caſtra moueri aut ſigna ferri iuſſiſſet, nō fore dicto audientes milites. Affirmans fore. Suet. de Domitiano, Nulla tamen re perinde commotus eſt, quàm reſponſo caſúque Aſcletarionis Mathematici. Hunc delatum nec inficiantem iactaſſe ſe, quæ prouidiſſet ex arte: ſciſcitatus eſt quis ipſum maneret exitus, & affirmātem fore vt breui laceraretur à canibus, interfici quidem ſine mora: ſed ad coarguēdam temeritatē artis, ſepeliri quoque accuratiſſime imperauit.

Expetendum fore. Cic. Appio Pulchro, Quaſi diuinarem tali in officio fore mihi aliquādo expetēdum ſtudium tuum, ſic cum de tuis rebus geſtis agebatur, inſeruiebā honori tuo.

Viſuros fore. Cicero pro T. Annio Milone, Spero multa vos, liberóſque veſtros in repub. bona eſſe viſuros. In his ſingulis ita ſemper exiſtimabitis, viuo P. Clodio, nihil horū vos viſuros fore. Idem Attico, lib. v, Te ad me fore venturum ſpero.

FORIS, huius foris, fœm. g. Vne porte. Plaut. in Caſina, 21.14, Tace, veſtra foris crepuit. Terent. in Adelphis, 2.3.11, Sed quidnam foris crepuit?

Forem, in accuſatiuo, dixit Plautus in Bacchid. 18.35, Hanc forem pauxillulum aperi placide, ne crepet. Idem in Caſina, 22.14, Forē obdo, ne ſenex me opprimeret. Cicero pro Cornelio, Aperuit forem ſcalarum.

Foricula foriculæ, diminutiuum à foribus. Varro lib. 1. de re ruſt. Et ideo oporothecas, qui faciunt ad aquilonem, vt feneſtras habeant, atque vt perflentur curant, neque tamen ſine foriculis: ne cum humorem amiſerint, pertinaci vento vieta fiant.

Foris, Aduerbium in loco, vel de loco.

Foris, Par dehors. Plau. in Moſtell. 6.56, Clauim mihi harumce ædium nunc iam iube efferri intus: haſce ego ædeis occludam hinc foris.

Foris eſt, Il eſt dehors. Plautus in Mercatore, 4.21, Vbi Chalinus herus? domine, an foris? Terent. in Eunucho, 5.4.12, Meretricum ingenia & mores poſſet noſcere: mature vt cum cognorit, perpetuo oderit. quæ dum foris ſunt, nihil videtur mundius, nec magis compoſitum quicquam. Plautus in Aſinaria, 16.23, Ille opere foris faciundo laſſus, domum noctu aduenit.

Foris quærere. Plaut. in Bacchid. 15.7, Nunc amanti hero filio ſenis, qui cum bibo, edo, & amo, regias copias, aureáſque obtuli, vt domo ſumeret, neu foris quæreret. Quil nen cherchaſt point ailleurs.

Foris cœnare. Plaut. in Sticho, 4.36, Vocem te ad cœnam, niſi egomet cœnem foris.

Foris aliquid effutire. Terent. in Phor. 5.1.48, Verū iſthoc de nomine eò perperā olim dixi, ne vos forte imprudentes foris effutiretis. A ceulx qui ne ſont point de la maiſon. Idem in Hecyra, 2.1.121, Ita quia vt vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris.

Foris eſt animus: Iay le cueur aux champs. Plau. in Merc. 12.2, Sūmne ego miſer qui nuſquā bene queo quieſcere? ſi domi ſum, foris eſt animus: ſin foris, animus domi eſt.

Foris ſapere. Terent. in Heaut. 5.1.50, Nónne id flagitiū eſt, te aliis cōſiliū dare, foris ſapere, tibi non poſſe auxiliarier? Pouoir conſeiller les eſtranges, & ne pouoir toymeſme aider?

FORFEX forficis, f. g. Des forſes.

Forficula forficulæ, diminutiuum, Forſette. Petit ciſeaux. Plin. Præterea, mirum inuentum eſt, quòd incîſum forficulis, vt diximus, ſcribant.

FORI fororum, m. g. plur. numeri, Sunt tabulata nauium, vel locus in naui aptior, qui iter nauem perambulantibus præbet: ab eo quòd per eos ferantur inceſſus. Cic. de ſenectute, 16, Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda verſari ſenectutem negant, ſimileſque ſunt vt ſi qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, cum alii malos ſcandant, alii per foros curſent, alii ſentinam exhauriãt, ille autem clauum tenens ſedeat in puppi quietus, non faciat ea quæ iuuenes.

Forus in ſingulari dixit Ennius, Multa foro ponens, ageáque longa repletur. Et Gellius lib. xv, cap. vltimo, Stans in ſummo puppis foro.

Fori, Loca ſpectaculorum. Liuius lib. 1, Tum primũ circo, qui maximus dicitur, deſignatus eſt locus, diuiſa loca à patribus, equitibuſq; vbi ſibi ſpectacula quiſq; faceret, fori appellati.

Fori, Armariola, ſiue capſulæ, in quibus reponuntur libri. Armaires. Suet. in Auguſto, Hos quoque delectu habito cõdidit duobus forulis auratis ſub Latini Apollinis baſi. Iuuenal. Hic libros dabit, & forulos, mediámque Mineruam.

Fori, Oppidani. Virg. lib. 7, Caſperiámque colunt forulos, & flumen Hymellæ.

Fori, Parui ſulci & oblongi in agris. Columella, Anguſtóſque foros, aduerſo limite, ducens.

Foruli forulorũ, diminutiuũ, Petit pulpitre ou armaires a mettre liures. de quo ſuprà Iuuenal.

FORIA foriorum, Stercora liquidiora, vt inquit Nonius: Foire. Pomponius Marco, Conforiſti me Diomedes.

Foriolus forioli, Qui foria facile emittunt, ſoluti ſcilicet vẽtris: authore eodem Feſto. Foireux. Lauerius in Panilicis, Foriolus eſſe videris, in coleos cacas.

FORICA foricæ, Locus in quem alui ſtercora deiicimus. Iuuenalis, Inde reuerſi conducunt foricas. Proprie de publicis dicitur, Latrina de priuatis.

FORMA formæ, Facies cuiuſq; rei, quæ immobilis eſt & naturalis, inquit Donatus. La forme de quelcun. Plau. in Pœnulo, 16.150, Sed earum nutrix qua ſit facie, mihi expedi. M. ſtatura haud magna, corpore aquilo. P. atque ipſa ea eſt. M. ſpecie venuſta, ore paruo, atque oculis pernigris. P. formam quidem hercle verbis depinxiſti mihi. Idem in Epid. 2.41, Quia forma lepida & liberali captiuam adoleſcentulam de præda mercatus eſt. Idem in Menæch. 2.18, Mercator fuit quidã Syracuſis ſenex: ei ſunt nati filii duo gemini, ita ſimili forma pueri, vt mater ſua non internoſſe poſſet quæ mammã dabat. Terent. in Hecyra, 4.1.58, Forma in tenebris noſci nõ quita eſt. Cic. de natura deorum lib. 1, Suam quodque animal formam & ſpeciem diligit. Ibidem, Primum quòd ita ſit informatum, anticipatum mentibus noſtris, vt homini cum de deo cogitet, forma occurrat humana.

Forma, Pulchritudo. Terent. in Eunucho, 2.3.83, Quandoquidem illarum neque quiſquam te nouit, neque ſcit qui ſies: præterea, forma ætas ipſa eſt, facile vt pro eunucho probes.

Forma bona. Terent. in Andria, 1.1.92, Interea inter mulieres quæ ibi aderant, forte vnam aſpicio adoleſcẽtulam, forma. S O. bona fortaſſe. S I. & vultu Soſia adeò modeſto, adeò venuſto, vt nihil ſuprá.

Forma egregia. Terent. in And. 1.1.45, Interea mulier quædam ab hinc triennium ex Andro cõmigrauit huc viciniæ, inopia & cognatorum negligẽtia coacta, egregia forma, atque ætate integra.

Forma honeſta & liberalis. Terent. in Andria, 1.1.95, Et quia erat forma præter cæteras honeſta ac liberali.

Formæ quotidianæ. Terent. in Eunucho, 2.3.6, Tædet harum quotidianarum formarum.

Forma ſtata. Gellius lib. v. cap. xi, Inter enim pulcherrimam fœminam & deformiſſimam media quædam forma eſt, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo, & à ſummo deformitatis ødio vacat: qualis à Quinto Ennio in Menalippa, perquàm eleganti vocabulo ſtata dicitur, quæ neque κοινὴ, (id eſt communis) futura ſit, neque ποινὴ, (id eſt pœna) quam formã modicam & modeſtam Fauorinus non mehercule inſcite appellat vxoriam. Ennius autem in iſta, quam dixi, tragœdia, eas ferè fœminas ait incolumi pudicitia eſſe, quæ ſtata forma forent.

Forma vxoria. Vide Gellii præcedens exemplum.

Forma, Ad architectos tranſfertur, La forma, facon & patron de quelque choſe. Cic. lib. 1. off. Formã quidẽ ipſam Marce fili, & tãquam faciẽ honeſti vides. Idem de fin. bon. & mal. Habes, vndiq; expletã & perfectã Torquate formã honeſtatis, quæ tota ex his quatuor

virtutibus, quæ à te quoque commemoratæ ſunt, continetur. Plin. epiſt. 155. b, Magnum mihi ſeu ratio hæc, ſeu facilitas ſtetit. ſed fuit tanti: nam regione tota & nouitas remiſſionis, & forma laudatur.

Formula formulæ, Diminutiuũ, Parua forma. Plau. in Perſa, 6.48, Tẽpori hanc vigilare oportet formulam atque ætatulam: ne vbi capillus verſipellis fuat, fœde ſemper ſeruias.

Formula, Id quod nos ſtylum vocamus. Cic. de optimo genere oratorum, Et ad quam eos dicendi formulam reuocent, intelligant. Cic. lib. 3. off. Formula quædam conſtituenda eſt: quam ſi ſequemur in comparatione rerum, nunquam ab officio recedemus.

Formulã intẽdere, Significat quod alio loco expoſitũ eſt, dĩcam impingere, vel dictare actionem. Suet. in Vitellio, Cum libertino cuidam acerbius debitum repoſcenti, iniuriarũ formulam, quaſi calce ab eo percuſſus, intendiſſet.

Formulã excidere, apud Suet. Idem quod Cadere cauſſa. Vide CADERE CAVSSA.

Formularius formularii. Quintil. in duodecimo, Quorum alii ad rubricas vel ad album ſe trãſtulerunt: & formularii, vel (vt ait Cicero) legulei eſſe maluerunt.

Formoſus, formoſa, formoſum, Pulcher, Beau. Cic. de natura deorum, lib. 1, Eſt tãta vis naturæ, vt homo hominis velit nemo niſi ſimilis eſſe: ſed tamen cuius hominis? quotus enim quiſque formoſus eſt? Virg. Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin.

Formalis & hoc formale. Suet. in Domit. cap. 13, Pari arrogantia, cum procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam, ſic cœpit, Dominus & deus noſter ſic fieri iubet. Vne epiſtre faicte en la forme quil vouloit quelle fuſt faicte.

Formo formas, formare, Former, bailler forme a quelque choſe.

Formare iuuentutẽ, Inſtruire & enſeigner, bailler forme & maniere de viure. Plin. in Paneg. 45, Quid vitam? quid mores iuuentutis, quam principaliter formas?

Formator formatoris, Inſtructeur: Qui faconne & forme les enfans en bonnes meurs. Plinius epiſt. 176. a, Latum clauum in domo mea induerat: ſuffragio meo adiutus in petendis honoribus fuerat: adhoc, ita me dilexerat, ita verebatur, vt me formatore morum, me quaſi magiſtro vteretur.

FORMICA formicæ, f. g. Vne fourmi. A ferẽdis micis dicta: Mica verò proprie puluiſculus ille qui in arena quaſi argentũ fulget: à quo & panis, & omniũ rerũ minimæ partes, micæ dicuntur. Plaut. in Trinũmo, 8.6, Quid factum eſt eo? s. comeſum, expotum, exutum, elotũ in balneis, piſcator, piſtor abſtulit, lanii, coqui, myropolæ, aucupes: cõfit cito quàm ſi tu obiicias formicis papauerem. Vide Plinium lib. 11. cap. 30.

Formicinus formicina formicinum, Appartenant a vne fourmi. Plaut. in Menæhmis, 18.12, Nunc cogito vtrum me dicam ducere, medicum an fabrum: atque eccum incedit, mouet formicinum gradum.

Formicoſus formicoſa formicoſum, Plein de fourmis. Plin. lib. 10. cap. 74, Diſſident thoes & leones, & minima æque ac maxima. Formicoſam arborem forices cauent.

Formicatio formicationis, fœminini generis, Vitium corporis, cum parua tubercula rotunda & pinguia corpus infeſtant. Plinius, Cinis muliebrium crinium, cum fuerint combuſti, addito melle, ſanguinem ſiſtit illico, & formicationem corporũ. Dicta formicatio, quòd velut ex eſſe carnem formicæ videantur.

FORMIDO formidinis, f. g. Paour, crainte. Cic. Formidinem, metũ permanentem diffiniunt. Horat. Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Plautus in Amph. 4. 181, Neque miſer me commouere poſſum præ formidine.

Formido formidas, formidare, Craindre, auoir paour. Plaut. in Ciſtell. 10. 21, Actum eſt, me infelícem & ſceleſtam: nulla hic eſt: atque neque ego ſum vſquã, perdita me perdidit: nam & intus paueo, & formido foris.

Formido mihi: Iay paour que quelque mal ne me aduienne. Plau. in Amphit. 17. 61, Ego cunas receſſim rurſum prorſum trahere, & ducere, metuens pueris, mihi formidans.

Formidat auro, Il ha paour que on ne luy deſrobbe ſon or. Plaut. in Aulul. 2. 6, Auro formidat Euclio, abſtrudit foris.

Formido malum. Plaut. in Amphit. 3. 27, Non minus quàm veſtrum quiuis formidat malũ.

Formido male, ne, Iay fort grand paour que. Plaut. in Amphit. 4. 150, Formido male ne ego hic nomen cõmutem meum, & Quintus fiam è Soſia. Idem in Ciſtell. 10. 4, Quæ in tergum meum ne veniat, formido male. Idem in Aſin. 9. 55, Formido miſer ne hic me tibi arbitretur ſuaſiſſe, ſibi ne crederes.

Formido illum nimis male. Plaut. in Capt. 15.5, Quaſi lupus eſuriens metui ne in me faceret impetum, nimiſque hercle ego illum formidabam, ita frendebat dentibus.

Formidat animus, tandiu &c. Plaut. in Bacchid. 5.3, Meus formidat animus noſtrum tãdiu ibi deſidere, neque redire filium.

Formidoloſus, formidoloſa, formidoloſum, Actiue & paſſiue ſumitur.

Actiue, Craintif. Terent. in Eunucho, 4.6.18, Nũ formidoloſus obſecro es mi homo? c. apageſis, ego formidoloſus? nemo eſt hominum, qui viuat, minus.

Paſſiue, Qui ſe faict craindre. Salluſt. Regibus boni quàm mali ſuſpectiores ſunt: ſempérque iis aliena virtus formidoloſa eſt.

Formidoloſum facinus, Vng cas, ou faict a craindre, duquel on a crainte. Plautus in Amph. 17.65, Mira memoras, nimis formidoloſum prædicas facinus. nam mihi horror membra miſero percipit dictis tuis.

FORNAX fornacis, f.g. Vne fournaiſe.

Fornaceus fornacea fornaceum, Factum in modum fornacis. Plin. lib. 35. cap. 14, Quid? nõ & in Africa Hiſpaniáque ex terra parietes, quos appellãt fornaceos (quoniam fornacum modo circundati vtrinque duabus tabulis, infarciuntur verius, quàm inſtruuntur) æuis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omníque cæmento firmiores?

Fornacarius fornacarii, Idem quod piſtrinarius vel piſtor, Vng fournier, boulẽgier, qui cuit au four. In libro digeſtorum L. ſi fornacarius.

FORNIX fórnicis, generis maſc. Arcus in ædificiis, & quodcũque opus concameratũ, Vne voulte. Cic. Videt ad ipſum fornicem Fauianum.

Fornices erãt arcus in memoriam rerum à triumphalibus viris geſtarum extructi, quaſi monumenta victoriarum. Cic. lib. 2. de Orat. Etiam illa ridentur quæ minuendi aut augendi cauſſa ad incredibilẽ admirationem efferuntur, velut tu Craſſe in cõcione, ita ſibiipſi magnum videri Memmium, vt in forum deſcendens caput ad fornicem Fabii demitteret.

Fornix, aliquando pro lupanari ponitur, quòd ſub fornicibus habitare cõſueuiſſent meretrices. Seneca, lib. 1. controuerſiarum, Redoles adhuc fuliginem fórnicis. Iuuenalis, Lenonum pueri quocunque in fornice nati.

Fornico fornicas, fornicare, Fornices facere, Voulter, & faire en facon darc. Plí. lib. xi, Ruẽtes cæras fulciunt pilarum inſtar interius à ſolo fornicatis, vt ſit aditus ad ſarciendum.

Fornicari, pro incuruari in modum arcus, poſuit Plinius lib. 6, Populus contra omnia inferiora pandatur, palma contrario fornicatur.

Fornicor fornicaris, fornicari, deponẽs: Meretricari, Paillarder. A fornicibus, in quibus meretrices eſſe conſueuerunt.

Fornicarius fornicarii, Dicitur opifex & propola & inſtitor, qui tabernas à fiſco cõducunt ſub fornicibus, vt ibi merces ſuas venales habeãt, cuiuſmodi eſſẽ ſolẽt in porticibus fori venaliũ, id eſt macelli, quas fallas appellãt. Comme aux halles, & ſoub petit pont a Paris, & huiuſmodi. In pandectis, L. cum quidam. §. fiſcus. in tit. de vſuris, Fiſcus ex ſuis contractibus vſuras non dat, ſed ipſe accipit, vt ſolet à fornicariis qui tardius pecuniam inferunt.

FORO foras, forare, Percer. Plaut. in Moſtell. 2.52, O carnificium cribrũ quod credo fore, ita te forabunt patibulatũ per vias. Columella lib. 6, Amygdala, ſi parum ferax erit, forata arbore lapidem adiicito, & ita librum arboris inoleſcere ſinito.

FORS, ó fors, à forte, fœm. g. Eſt, vt inquit Nonius, caſus tẽporalis. Fortuna, ipſa dea. Vne auenture. Accius Aſtyanacte, Itera in quibus partibus, nanque audire volo, ſi eſt quẽ exopto, & quo captus modo, fortunáve, an forte reperitur. Idem Andromeda, Multi in quo mulier animo ſibi mala efferre in malis, quibus natura praua magis, quàm fors aut fortuna obfuit. Lucilius ſatyr. lib. xiii, Cui parilem fortuna locũ, fatúmque tulit fors. Idem eodem, Aut forte omnino ab fortuna vincere bello, Si forte ac temere omnino quíd curſum ad honorẽ. Varro epiſtola ad Fuſium, Dii quæſo fors fortuna quantis cõmoditatibus hunc diem. Virg. Forte ſua Libycis tempeſtas appulit oris.

Fors fuat pol. Terent. in Hecyra, 4.3.4, Iſthuc eſt ſapere, qui vbicũque opus eſt, animũ poſſis flectere, quod faciundum fortaſſe ſit poſt, idem hoc nunc ſi feceris. s. fors fuat pol. Donatus, Fors fuat, fortuna faueat: quaſi ὡς ἐυφημισμῶ. aduerſus triſte dictum vſa eſt. nam fors, fortuna bona eſt. Et fuat, ſit ſignificat. dixerat enim, Quod faciendum ſit fortaſſe. Fors fuat pol, Id eſt, bona eueniat: quaſi ὡς ἐυφημισμῶ dicat, Bona dicito poti⁹. An bona fortuna ſit per Pollucem? Terent. in Adelphis, 4.7.23, Illud quod cecidit forte, id

arte vt corrigas. Donatus, Forte pro fortuna intelligendum. Idem in Phorm. 5.2.30, Di voſtram fidem, quàm ſæpe forte temere eueniunt quæ non audeas optare.

Fors fortuna. Bonne auenture. Terentius in Phormione, 5.6.1, O fortuna, ô fors fortuna quantis commoditatibus, quàm ſubito, hero meo Antiphoni ope veſtra hunc oneraſtis diẽ. Donatus, Fortuna, dicta eſt incerta res: fors fortuna, euentus fortunæ bonus. Aliud fortuna eſt, aliud fors fortuna. nam fors fortuna, eſt cuius diem feſtum colunt, qui ſine arte aliqua viuunt: cuius ædes trans Tyberim eſt.

Fors fortuna. Terent. in Hecyra, 3.3.26, Quæcp fors fortuna eſt, inquit, nobis quæ te hodie obtulit, Per eã te obſecramus ambæ, ſi ius, ſi fas eſt, vti aduorſa eius per te tecta, taciq́ue apud omnes ſient. Donatus, Fors fortuna, ὑφὲρ, id eſt, ſubita fortuna. Et fortuna, in incerto: fors fortuna, in bono ponitur.

Forte fortuna, De bonne auenture, De bon heur, Si bien vint. Plautus, 6.16, Forte fortuna per impluuium huc deſpexi proximum, &c. Terentius in Eunucho, 3.5.20, Quid multa verba? amare cœpi: forte fortuna domi erat quidam eunuchus, quẽ mercatus fuerat frater Thaidi. Ibidem, 1.2.54, Forte fortuna adfuit hic meus amicus. Donatus, Forte fortuna, Id eſt, bona fortuna.

Forte, aduerbium, Dauenture. Plaut. in Amphitryone, 7.63, Ibi forte iſtum ſi vidiſſes quendam in ſomnis Soſiam. Idem in Mercatore, 12.65, Si ibi amare forte occipias, atque item eius ſit inopia, iam tu inde porrò aufugies. Idem in Curculione, 7.58, Poſtquam mihi reſponſum eſt, abeo ab illo mœſtus ad forum: forte aſpicio militem: aggredior hominem. Dauenture. Terent. in Andria, 1.1.53, Qui tum illã amabant, forte, ita vt fit, filiũ perduxêre illuc ſecum, vt vnà eſſet, meum. Ibidem, 5.4.21, Atticus quidã olim naui fracta apud Andrum eiectus eſt, & iſthæc vna parua virgo. tum ille egens forte applicat primum ad Chryſidis patrem ſe. Idem in Andria, 1.1.91, Interea inter mulieres quæ ibi aderant, forte vnam aſpicio adoleſcentulam. Idem in Heaut. 2.3.31, Hoc ipſa in itinere alteræ dum narrat, forte audiui.

FORSAN, aduerbium, Parauẽture. Terent. in Andria, 5.5.1, Prouiſo quid agat Pamphilus, atque eccum. aliquis forſan me putet non putare hoc verum: at mihi nunc ſic eſſe hoc verum lubet. Virg. Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.

Forſitan: aduerbium, Idem. Terent. in Eunucho, 1.2.17, Me miſeram, forſitan hic mihi paruã habeat fidem: atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet. Cicero, Nimirum forſitan hæc illi mirentur, atque efferãt. Idem, Forſitan quiſpiã dixerit, númne igitur &c. Quintil. Frugalitas apud Sybaritas forſitan odio foret.

FORTASSIS, aduerbiũ: Parauẽture. Cic. Sed ego fortaſſis vaticinor, vt hæc omnia meliores habeant exitus. Plaut. in Aſin. 9.87, Nemo etiam me accuſauit merito meo, neque me Athenis alter hodie eſt quiſquam cui credi recte æque putẽt. ME. fortaſſis: ſed tamen me nunquam hodie induces vt tibi credam hoc argentum ignoto. Parauenture, Il eſt poſſible, Il ſe peult faire.

Fortaſſe, Idem. Plaut. in Aſin. 9.93, Quanquam ego ſum ſordidatus, frugi tamẽ ſum: nec poteſt peculiũ enumerari. ME. fortaſſe. Idem in Amph. 8.92, Tu me heri hic vidiſti? AL. ego inquã, ſi vis decies dicere. AM. in ſomnis fortaſſe. AL. imò vigilans vigilantẽ. Terent. in Eunucho, 5.9.31, Tu fortaſſe quæ facta hic ſint, neſcis? T. ſcio. Idem in Heaut. 4.3.37, Tu fortaſſe quid me fiat, paruipendis, dum illi conſulas. Idem in Andria, 1.1.93, Interea inter mulieres quæ ibi aderant, forte vnam aſpicio adoleſcentulã, forma. SO. bona fortaſſe. Idem in Eunucho, 5.7.19, Credo: ſed in diem iſthuc Parmeno eſt fortaſſe, quod minitare. Quintil. Liberos natura omnes, & iiſdem conſtare elementis, & fortaſſe antiquis etiam nobilibus ortos, dici poteſt. Cicero, Raras tuas quidem, fortaſſe non perferuntur, ſed ſuaues accipio literas. Idem, Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe quàm velles: quod tibi ita videri putabo, niſi mihi longiorem remiſeris. Idem, Captum me fortaſſe, inquit, tu putas, & id quod nollem, confiteri coactũ. Idem, Quid erat Aphricanus indigens mei? minime hercule, at ne ego quidem illius: ſed ego admiratione quadam virtutis eius, ille viciſſim opinione fortaſſe nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit. auxit beneuolentiam conſuetudo. Idem, Nequitia (etſi hoc erit fortaſſe durius, ſed tentemus, & luſiſſe putemus, ſi nihil ſit) ab eo quod nequicquam in tali homine, ex quo nihil idem dicitur. Idem de Caio Cæſare, In ore ſemper Græcos verſus Euripidis de Phœnicis habebat: quos dicam, vt potero, incondite fortaſſe: ſed tamen vt res poſſit intelligi. Nam ſi violandum eſt

ius, regnandi cauſſa violandum eſt, aliis rebus pietatem colas. Idem, Quid ille dux Leonides dicit? Pergite animo forti Lacedæmonii, hodie apud inferos fortaſſe cœnabimus.

FORTIS, & hoc forte, Fort, puiſſant, robuſte. Plaut. in Aſin. 11.11, Quî me vir eſt fortior ad ſufferendas plagas? Virg. Fortémque Cloanthum.

Fortis equus, Id eſt celer. Virgilius lib. x1, Quid tam egregium, ſi fœmina forti Fidis equo? Lucretius lib. 3, Aut quidnam tremulis facere artubus hœdi Conſimili in curſu poſſint, ac fortis equi vis.

Fortis familia: Riche Plaut. in Trinummo, 17.8, Sed ego hoc nequeo mirari ſatis, eũ fororem deſpondiſſe ſuam in tam fortem familiam.

Fortis. Formoſa. Plaut. in Milite, Ecquid fortis viſa eſt?

Fortis vir, Vng vaillant hõme de grand courage, qui neſt point toſt abatu par meſchãteté, ou autre choſe. Terent. in And. 2.6.14, Dũ licitum eſt ei, dúmque ætas tulit, amauit, tum id clám: cauit ne vnquam infamiæ ea res ſibi eſſet, vt virum fortem decet.

Fortiter, aduerbium, Vaillamment, puiſſamment. Plaut. in Menæh. 4.18, Quid dona ceſſant mihi conferre omnes gratulantes, quia pugnaui fortiter? Idem in Amphit. 15.32, Pugnas pugnatas prolocuta, & Pterelam oppugnatum, noſtris occiſum viribus fortiter. Cic. de ſenectute, 77, Quem ego meum caſum fortiter ferre viſus ſum.

Forti⁹. Plau. in Ciſtell. 7.15, Illæc forti fortuna fortius aures obſerat. Idem in Merc. 23.5, Non abſtulit modo, ſed in amorem coniecit fortius. Il la my plus auant en amour.

Forticulus, diminutiuum à fortis. Cic. Quanuis idem Epicurus forticulum ſe in torminibus & in ſtranguria ſua præbeat.

Forteſco forteſcis, forteſcere, Fortis fieri. Nætuius, Creſcit annis, & forteſcunt vires. Gellius, lib. 19. cap. 7, de Næuio loquens, Item quòd forteſcere poſuit pro fortem fieri.

Fortifico fortificas, fortificare, Fortifier. Plaut. Fortifica animum.

Fortitudo fortitudinis, Force. Eſt, vt inquit Cicero, conſyderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio. Idem in Philipp. 13, Eſt omnino fortium virorum, quales vos eſſe debetis, virtute præſtare tantum, vt poſſint fortunæ culpam non extimeſcere. Sed quando ab hoc ordine non fortitudo ſolum, verumetiam ſapientia poſtulatur, quanquam non videntur hæc poſſe ſeiungi, ſeiungamus tamen. fortitudo dimicare iubet, iuſtum odium incendit, ad cõfligendum impellit, vocat ad periculũ. Gellius lib. 12. cap. v, Ea vera & proba fortitudo eſt, quam maiores noſtri ſcientiã eſſe dixerunt rerum tolerandarũ: per quod apparet eſſe quædã intolerabilia, quibus fortes viri aut obeundis abhorreant, aut ſuſtinendis.

FORTVNA, fortunæ, Accidentium rerum ſubitus ac inopinatus euentus. Vide FORS. Plautus in Pœnulo, 16.12, Aliqua fortuna fuerit adiutrix tibi. Plinius de viris illuſt. 4.b, Vt fortunam belli experiretur, ac ſequeretur, à Tullio in auxilium accerſitus, aciem in collem ſubduxit.

Fortuna, Dea credita eſt antiquis. Iuuenalis, Te facimus fortuna deam, cæloque locamus. Terent. in Phormione, 5.6.1, O fors fortuna, quantis cõmoditatibus, quàm ſubito hero meo Antiphoni, ope veſtra hunc oneraſtis diem! Plaut. in Aulularia, 5.22, Si bona fortuna veniat, ne intromiſeris. Cic. Philipp. 13, Deinde obſecro vos patres cõſcripti, quis hoc veſtrũ nõ videt, quod fortuna ipſa quæ dicitur cæca, vidit? Idem de amicitia, 49, Nõ enim ſolum ipſa fortuna cæca eſt, ſed eos etiam plerunque efficit cæcos, quos complexa eſt. Idem pro M. Marcello, Quinetiam illa ipſa rerum humanarũ domina fortuna, in ipſius ſe ſocietatem gloriæ nõ offert, tibi cedit. Salluſt. in Iugurtha, Magna voce hortatur, vti cohortes à tergo circũueniant, fortunam illis præclari facinoris caſum dare.

Fortuna extrema ſtetit. Cic. in Salluſt. Bis ad iudicii ſubſellia attractus, extrema fortuna ſtetit, & ita diſceſſit, vt non hic innocens eſſe, ſed iudices peieraſſe exiſtimarentur.

Fortuna, Richeſſe. Cic. de amicitia, 52, Sæpe enim in quibuſdã aut animus abiectior eſt, aut ſpes amplificandæ fortunæ fractior.

Fortunæ fortunarum, pluraliter, Felicitates, Euretés, biẽs. Terent. in And. 1.1.70, Tum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio præditum. Idem in Phorm. 1.4.25, Quòd ſi eo meæ fortunæ redeunt, Phanium abs te vt diſtrahar: nulla eſt mihi vita expetenda.

Fortunatim, aduerbium, Proſpere. Ennius in Annalibus, Ea mihi reliquæ fidei regno, vobiſque quæretis, ſe fortunatim, feliciter ac bene vortat.

Fortuno fortunas fortunare, Proſperare, bonis augere. Cic. Curioni, Tibi patrociniũ dii fortu-

nent. Idem M. Marcello, lib. 15. epiſt. Maxima ſum lætitia affectus cum audiui te conſulem factum eſſe, eúmque honorem tibi deos fortunare volo.

Fortunatus fortunata fortunatum, Qui eſt eureux & ha proſperité. Terent. in Adel. 5.3.66, Derides? forrunatus qui iſthoc animo ſies: ego ſentio. Idem in Eunucho, 2.2.53, Sine biduum hoc prætereat: qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus. Ibidem, 5.9.1, O populares, ecquis me viuit hodie fortunatior? nemo hercle quiſquam.

Fortunatæ Athenæ. Plaut. in Perſa, 16.83, Satin' Athenæ tibi viſæ fortunatæ atque opipara? P. vrbis ſpeciem vidi: hominum mores proſpexi parum.

Fortuitus fortuita fortuitum, Qui eſt aduenu de cas dauenture. Plin. epiſt. 190. h, Accidit fortuitum, ſed non tanquam fortuitum, quòd editis libris, certus intra pauciſſimos dies implicitus morbo deceſſit.

Fortuitò, aduerbium: Par cas fortuit. De coup dauenture. Plaut. in Aulul. 6.36, Poſt mediam ætatem, qui mediam duxit vxorem domum, ſi eam ſenex anum prægnãtem fecerit fortuitò: quid dubitas, quin fiet paratum nomen puero poſthumus?

FORVM fori, n.g. Negotiationis locus, quò venalia ferũtur. Vng marché, vne foire, & lieu public ou on vend toutes marchãdiſes. Salluſt. in Iugurtha, Erat haud lõge ab eo itinere, quò Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum venalium totius regni maxime celebratum: vbi & incolere, & mercari conſueuerant Italici generis multi mortales. Cic. in Catil. oratione prima, Quanquã quid ego te inuitem? à quo iam ſciam eſſe præmiſſos, qui te ad forum Aurelium præſtolarentur armati: ſciam pactam & cõſtitutam eſſe cũ Manlio diem?

Forum, in quo iudicia publica exercebantur. Quintil. in tertio, Rarum eſt autem, vt in foro iudicia propter id ſolũ conſtituantur, ſicut diuinationes quæ fiunt de accuſatore conſtituendo. Cic. pro P. Sextio, Hic etiã de ipſo accuſatore quæro, qui P. Sextiũ queritur cũ multitudine in tribunatu & præſidio magno fuiſſe, num illo die fuerit? certe non fuit. gladiatores tu ſupponas? cum ſiccariis è carcere emiſſis in forum emittas? magiſtratus templo eiicias? cædem maximam facias? forum purges? Idem Attico, lib. 12, Quòd me in forum vocas, eò vocas vnde etiam bonis meis rebus fugiebam.

Vertitur res in meo foro. Plaut. in Moſtellaria, 15.10, Vbi ego video rem vorti in meo foro, quantum poteſt facio idem quod plurimi, quibus res timida aut turbida eſt, pergunt turbare vſque, vt quod fit, cœpit quieſcere. Id eſt, De mea re agi, & in meam ceruicẽ cuncta ruere.

Foro vti: Præſentem rerum ſtatum boni conſulere, & vtcunque ſeſe obtulerit fortuna, ita animum applicare. Terent. in Phorm. 1.2.29, Cœpi his omnia facere: obſequi quæ vellent. D. ſciſti vti foro. Donatus vulgare prouerbium admonet eſſe: ductámque metaphoram à mercatoribus, qui non antè locum commercii præſcribunt quanti vendãt quæ auehunt, ſed ſecundum annonam fori quam deprehenderint, conſilium de non vendendis aut vendendis mercibus ſumunt. Seneca, Vtamur foro: & quod fors feret, æquo feramus animo.

Foro cedere. Vide CEDERE FORO.

Forum vinariũ, de quo Varro lib. 1. rei ruſticæ, Itaque lectus defertur in forum vinariũ, vnde in dolium inane veniat, electa in ſecretam corbulam. Inde in ollulas addatur, & in dolia plena vinaceorũ. Columella lib. XII ait, Torcularia & fora diligẽter emũdata lotáque.

Forenſia, veſtes quibus in foro vtuntur. Suet. in Auguſto, Forenſia autem & calceos nunquam non intra cubiculum habuit.

FOSSA foſſæ, A fodio, Vne foſſe. Columella lib. 3, Priuſquam pomariũ conſtituas, qui magnum habere voles, circummunito maceria aut foſſa, ita vt nõ ſolum pecori, ſed nec homini tranſitus ſit, niſi per aditum, dum adoleſcant ſemina. Vlpianus ſcribit foſſam eſſe receptaculũ aquæ, manufactũ, vt ad caſtra, ſeu vrbes, oppidáve aut alia huiuſmodi muniẽda. Foſſes.

Foſſula foſſulæ, Diminutiuum. Cato, Deinde foſſulas facito, qua radices aſpergi dimittas.

Foſſor, foſſoris, Qui fodit. Virg. lib. 2. georg. Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor.

Foſſio foſſionis, Ipſa fodiendi actio. Fouiſſement. Columella lib. 5, Deinde malleolo inter ordines poſito, crebris foſſionibus paſtinatum reſoluere.

Foſſura foſſuræ, Idem quod foſſio. Columella, lib. 5, Hanc planam foſſuram maxime nos probauimus. numerus autem foſſionis aut idem eſſe debet qui primi anni, aut vna minus.

Foſſitius foſſitia foſſitium, Quod foditur. Plin. lib. 36, Arenæ tria genera: foſſitia, cui quarta

pars calcis addi debet: fluuiatili aut marinæ tertia.

Fossilis & hoc fossile, Quod fodi potest: vel quod foditur. Plin. lib. 36, Theophrastus author est, & ebur fossile candido & nigro colore inueniri, & ossa è terra nasci. Idem lib. 33, Tum salem fossilem adiiciunt.

FOVEA foueæ, Vne fosse. Plaut. in Pœnulo, 3.59, Ita decipiemus fouea lenonem Lycum.

FOVEO foues, foui, fotũ, fouere, Nutrire, Sustinere, Prouehere, Nourrir & entretenir par nourritures. Plaut. in Merc. 18.6, Alios enicat, extinguit, alios suo lacte fouet, atque erigit. Virg. lib. 3, Progeniem, nidósque fouent.

Fouere, Madefacere. Virg. lib. 12, Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapix.

Fouere, Constituere. Virg. lib. 4. georg. Sub terra fouere larem.

Fouere aliquã, Amplecti, Embrasser, & entretenir, Sesiouyr. Virg. Infelix ô semper ouis pecus, ipse Neæram Dum fouet, ac ne me sibi præferat illa, veretur.

Fouere castra, Tueri. Virg. lib. 9, Non obuia ferre Arma viros, sed castra fouere.

Fouere iudicium quod de aliquo habemus. Plin. in Paneg. 142, Vos quoque quos parens noster familiariter inspicere dignatur, fouete iudicium eius quod de vobis habet. Entretenés le iugemẽt quil ha de vous, faictes que touſiours il ait la bonne opinion quil ha de vous.

Fouere in pectore. Plaut. in Bacchid. 21.1, Quàm magis in pectore meo foueo, quas meus filius turbas turbet, quam se ad vitã & quos ad mores præcipitẽ inscitiis capessat, &c. Dautant plus que ie pense.

Fouere laridum foculis feruentibus. Plaut. in Capt. 13.78, Iubén' an nõ iubes astitui aulas? patinas eluí? laridum atque epulas foueri foculis feruentibus?

Fouere periculum alterius. Plin. epist. 5.a, Rustici Aruleni periculum fouerat, exultauerat morte, adeò vt librum recitaret, publicarétque in quo Rusticum insectatur, atque etiam Stoicorum simiam appellat.

Fouere senectutem suam, Regaillardir, resiouyr, & entretenir par esbas sa vieilleſſe. Plaut. in Sticho, 9.62, Sed ibo intró: & gratulabor vestrum aduentũ filiis, postea ibo lauatum in Pilum, ibi fouebo senectutem meam.

Fomes fomitis. Vide paulò anté.

Fomentum fomenti, Applicationes rerum calidarum seu humidarum ad partes corporis læsas, medendi gratia. Plin. epist. 31.b, Illud solatium doloris accepit, quòd filio Cottio, quẽ amisit absens, habitus est honor statuæ. Rarũ id in iuuene, sed pater hoc quoque merebatur: cuius grauissimo vulneri magno aliquo fomento medendum fuit. Par quelque allegement.

Fotus fotus fotui. Idem quod fomentum. Plin. Decoctura eorũ cæliacos iuuat potione & fotu.

Focillationes, inquit Festus, à fouendo dicuntur, id est, à calefaciendo.

F R

FRACEO fraces, fracui, fracere, A frango, Est frangi, resolui & vetustate putrefieri.

Fracesco fracescis, fracescere, Idem. Columella lib. 1, Oleum quod minus prouenit, si congelatur, fracescet. id est, putrescet. Varro, Hæc de qua fit oleũ, congeri solet aceruatim dies singulos in tabulata, vt ibi mediocriter fracescat.

Fracidus fracida fracidũ, Plus quàm maturum & iam putrescens. Cato, Fractores volunt vt oliua in tabulato diu sit, vt fracida sit, quo facilius efficiant.

Fraces olei. Plin. lib. 15. cap. 6, Oleum in tabulato minui, deteriúsque fieri. item in amurca, & fracibus: eæ sunt carnes, & inde fæces. quare sæpius die decapulandum.

FRAENVM fræni, n.g. à frangendo, Instrumẽtum quo equus frænatur. Vne bride. Dictũ quòd equorum ora frangat. In plurali, hi fræni, vel hæc fræna declinatur. Ouid. Tempore lenta pati fræna docentur equi.

Frænos iniicere alicui. Valerius Max. lib. 2, Fræni sunt iniecti nobis.

Frænos alicui adhibere: Le retenir. Cicero de claris Orat. Alteri se calcaria adhibere, alteri frænos.

Frænum mordere. D. Brutus lib. famil. epist. x, posuisse videtur pro eo quod est vel leuiter repugnare seruituti, dicens, Si frænum momorderis, peream, si te omnes quotquot sunt, conantem loqui ferre poterunt. Hoc est, si vtcunque significaueris te seruitutẽ iniquo animo ferre. Ad hanc sententiam faciunt quæ respondet Cicero, Si timidus, inquiens, essem, tamen ista epistola omnem mihi metum absterſisses. Sed vt mones, frænum momordi. Etenim qui te incluso omnem spem habuerim in te, quid nunc putas? Quãquam Papinius in Epithalamio Stellæ & Violantillæ in diuersum sensum vsurpauit, nempe pro eo quod est

ſeruitutem accipere, frænúmque recipere. Fama tace, ſubiit leges, & fræna momordit. Id eſt, admiſit vincula matrimonii. Quanquam an etiam in hunc ſenſum verba Ciceronis accipi poſſint, doctis excutiendum relinquitur.

Fræno frænas, frænare, Continere, cohibere. Virg. lib. 1. AEneid. O regina nouam cui cõdere Iuppiter vrbem, Iuſtitiáque dedit gẽtes frænare ſuperbas. Idem lib. 3. georg. Et glacie curſus frænaret aquarum.

FRAGA fragorum, Des fraiſes. Virg. Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga. Plinius lib. 21. cap. 15, Sequuntur herbæ ſponte naſcentes. Et paulò pòſt, In Italia pauciſſimas nouimus, fraga, tanum, ruſcum &c.

FRANGO frangis, fregi, fractum, frangere, Rompre. Plaut. in Aſinaria, Quis noſtras ſic fregit fores?

Frangere aulas in caput alterius. Plaut. in Capt. 3. 21, Et hic quidẽ hercle, niſi qui colaphos perpeti poteſt, paraſitus, frangíque aulas in caput.

Fregit brachiũ: Il ha le bras rompu. Terent. Quòd eum brachium fregiſſe diceret. Idem in Andria, 1. 3. 17, Fuit olim quidam ſenex mercator: nauem is fregit apud Andrum inſulã. Plin. epiſt. 25. b, Fregit coxam.

Frangit animum meum. Plautus in Ciſtell. 5. 12, Maritimis moribus mecum experitur, ita meum frangit amantem animum: neque, niſi quia miſer ne eo peſſum, mihi iam vlla abeſt iam perdito pernicies: ita pater apud villam detinuit me hoſce ſex dies ruri.

Frangere fluctus. Plin. in Paneg. 134, Nunc cum valentiſſimo quoque ſodalium certat frangere fluctus, domitare ventos reluctantes, remiſque tranſ fretare obſtantia freta.

Frangere mora. Plin. de viris illuſt. 43, Cõſul de Liguribus triumphauit, Hannibalem mora fregit. Il luy oſta toute ſa force.

Frangere morbum. Plinius epiſt. 12. b, Hunc abſtinentia, ſanctitate, quoad viridis ætas, vicit & fregit.

Frangere ventum. Plin. epiſt. 41. g. Similiter Africum ſiſtit, atque ita diuerſiſſimos ventos, alium alio à latere frangit & finit.

Fractus fracta fractum, Rompu. Plaut. in Milite, 3. 8, Ego hanc machæram mihi conſolari volo ne lamentetur, néve animum deſpondeat quia ſe iam pridem feriatam geſtitem: quæ miſera geſtitet fractum facere ex hoſtibus.

Fractæ res amici. Plaut. in Perſa, 16. 85, Nam etſi res ſunt fractæ, amici ſunt tamen. Ia ſoit que iaye tout perdu & deſpendu.

Fracti bello, fatiſq; repulſi Ductores Danaũm. Laſſes & rõpus de guerre. Virg. lib. 2. AEnei.

Fractior ſpes. Cic. de amicitia, 52, Sæpe enim in quibuſdã aut animus abiectior eſt, aut ſpes amplificandæ fortunæ fractior.

Fragor fragoris, maſ. g. Sonitus qui ex arbore aut alia re fracta redditur. Virg. lib. 1. georg. Et horridus altis Montibus audiri fragor. Seruius, Horridus fragor, ſonitus qualis fieri ſolet ex aridis, cum franguntur, arboribus. Liuius lib. 1, Iam fragor tectorum, quæ diruebãtur, vltimis vrbis partibus audiebatur.

Fragoſus, fragoſa, fragoſum, Aſper, ac præruptus. Columella, lib. 2, Incultum igitur locũ conſyderemus ſiccus an humidus, nemoroſus arboribus, an lapidibus confragoſus.

Frageo frages. A quo frageſco frageſcis, Id eſt, frangor. Pacuuius, Frageſcit animus miſeriis.

Fragilis & hoc fragile, Caducum, Debile, quod facile frãgi poteſt. Fragile. Cic. de amicitia, 84, Sed quoniã res humanæ fragiles caducæque ſunt, ſemper aliqui acquirendi ſunt, quos diligamus, & à quibus diligamur. Plin. in Paneg. 130, Vt enim cæterorum hominum, ita principũ illorum omnium, qui dii ſibi videntur, omne æuum & breue & fragile eſt.

Fragilitas, fragilitatis, Fragilité. Plin. epiſt. 51. c, Illud etiam notabile, vltimus ex Neronianis mconſularibus obiit, quo cõſule Nero periit: quod me recordantem, fragilitatis humanæ miſeratio ſubit.

FRATER fratris, m. g. Frere.

Fratris mei gnatus. Plaut. in Pœnulo, 18. 24, Quid eſt, fratris mei gnate? quid vis expedi.

Fratris filia. Plin. epiſt. 164, Quum affectum tuum erga fratris filiam cogito, etiam materna indulgentia molliorem, intelligo prius tibi, quod eſt poſterius, nuntiandum.

Frater, quaſi ferè alter. Gellius, lib. 13. cap. 10, Fratris autem vocabulum, P. Nigidius homo impenſè doctus, non minus arguto, ſubtilíque ἐτύμῳ (id eſt veriloquio) interpretatur: frater, inquit, dictus eſt quaſi ferè alter.

Fraterculus fraterculi, diminutiuum. Iuuenalis, Vnde fit vt malim fraterculus eſſe gygantum. Cic. in Verrem, act. 5, Volo mihi fraterculo tuo credas.

Fratria fratriæ, Vxor fratris, inquit Feſtus. Fratriæ, inquit Nonius, vocantur fratrum inter ſe vxores.

Fratro fratras, fratrare dicuntur mammæ puerorum, authore Feſto, cum primum tumeſcunt, quòd velut fratres pares oriantur. Quod etiam in frumento ſpicæ facere dicuntur.

Frater patruelis, Filius patrui. Cic. pro Cn. Plancio, Hic eſt enim qui adoleſcentulus cum Aulo Torquato profectus in Aphricam, ſic ab illo grauiſſimo & ſanctiſſimo, atque omni laude & honore digniſſimo viro dilectus eſt, quòd ſi adeſſet, non minus ille declararet, quàm hic illius frater patruelis. Fratres patrueles, ſororeſque patrueles dicuntur, qui, quæve duobus ex fratribus progenerantur, vt apud Iuriſconſ. traditum eſt. Suet. in Cæſare, Qui fratri patrueli ſuo Marco in conſulatu ſucceſſerat.

Frater germanus. Cicero in Verrem, act. 3, Sunt alii qui dicant: notæ res, ac manifeſtè prolatæ ſunt & proferuntur. Dixit C. Fannius eques Romanus frater germanus Q. Titinii iudicis tui, tibi ſe pecuniam dediſſe.

Fratres gemini. Cic. pro Cluentio, Itaque his verbis incenſus, qua ratione habitum veneno tollere conatus ſit cognoſcite. C. & L. Fabritii fratres gemini fuerunt, ex municipio Aletrinate, homines inter ſe cum forma tũ moribus ſimiles, municipum autẽ ſuorum diſſimillimi.

Fratricida, Qui fratrem occidit. Cicero pro domo ſua ad pontifices, Extra ordinem ferri nihil placet Clodio. quid de me, quid tuliſſe te dicis parricida, fratricida, ſororicida? nónne extra ordinem tuliſti?

Fraterne, aduerbium, Fraternellemẽt. Cicero ad Quintum Fratrem, lib. 2, Quare facis tu quidem fraterne, quòd me hortaris, ſed mehercule currentem nũc quidem, vt omnia mea ſtudia in iſtum vnum conferam.

FRAVS fraudis, f. g. Deceptio, Tromperie, deception que on faict a aucun. Plau. in Pſeud. 5. 130, Fur. B. babæ. P. fugitiue. B. bombax. C. fraus populi. B. planiſſume. Terentius in Heaut. 5. 4. 10, Mores caue in te eſſe iſtos ſentiam. C L. quos? C. ſi ſcire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, damnoſus.

Facere fraudem. Plaut. in Milite, 5. 9, Periſtis, niſi vſque ad mortẽ multatis male. atque adeò vt ne legi fraudem faciam talariæ accuratote vt ſine talis domi agitem conuiuium.

Incidere in fraudem. Plau. in Trinummo, 10. 32, Vi Veneris victus, otio captus, in fraudem incidi. Ie ſuis tombé en danger. Terẽt. in Heaut. 3. 1. 33, In eandem fraudem ex hac re atque ex illa incides. Tu ſeras en danger deſtre trompé.

Agere aliquem in fraudem: Le mettre en danger. Virg. Quis deus in fraudem, quæ dura potentia noſtra Egit?

Fert illi fraudem hæc res. Virg. lib. XI, Iam noſces ventoſa ferat cui gloria fraudem.

Quod ſine fraude ſua, aliorúmque fiat: Id eſt, ſaluo ſuo, alienóque iure. Liuius lib. 1, Fecialis regem interrogauit, Rex faciſne me tu regium nũtium, populíque Romani Quiritium vaſa comiteſque meos? Rex reſpondit. Quòd ſine fraude mea, populíque Romani Quiritium fiat, facio.

Ne ea res mihi ſit fraudi: Id eſt, Ne ea res mihi adſcribatur, néve vitio detur, vnde pœna aliqua proueniat. Antiqui enim fraudem pœnam vocabant. Vlpianus de Edilitio edicto, L. Quum autem, Veteres fraudẽ pro pœna ponere ſolebant. Cic. pro L. Murena, Id erit eius vitrico fraudi ac crimini. Idem Attico, Fit gratia Bruti, ſenatuſconſultum, vt néve Salaminis, néve qui eis dediſſet, fraudi eſſet. Idem in Verrem, Statuunt illi, atque decernunt, vt hæ literæ, quibus exiſtimatio C. Verris læderetur, remouerentur: operáque daretur, ne ea res C. Verri fraudi eſſe poſſet. Idem pro Sex. Roſcio Amerino, Id erit ei maxime fraudi. Idem in Philipp. Cenſeo vt iis qui in exercitu Antonii ſunt, ne ſit ea res fraudi, ſi ante calendas Februarii ab eo diſceſſerint. Ibidem, Duos Cn. Pompeii ſummi ac ſingularis viri fratres, incolumes haberemus, quibus certe pietas fraudi eſſe non debet. Ibidem, Eis fraudi ne ſit, quòd cum M. Antonio fuerint. Idem pro Cluẽtio, Quæ res nemini vnquam fraudi fuit. Idem Lentulo, Si quid ex his rebus, quas tibi fortuna largita eſt, nonnullorum hominum perfidia detraxerit, id maiori illis fraudi, quàm tibi, futurum. Vlpianus, Si quid in fraudem. L. Si quid dolo, Cognoſcit prætor & operam dat ne ea res fraudi ſit. Liuius ab vrbe cond. Alii metu, ne non veniſſe fraudi eſſet. Ibidem, Ne cui fraudi eſſet, conſciſſe milites. Ibidem, Ne cui fraudi eſſet ſeceſſio militum, plebíſque.

Ibidem, Vt tranſitio ſibi, nec fraudi, nec honori ſit. Ibidem, Latum ad populum eſt, ne Seruilio fraudi eſſet, quòd patre viuo ædilis plæbis fuiſſet. Ibidem, Vt qui ciuis Campanus ante certum diem tranſiſſet, ſine fraude eſſet. Ibidem, Sua omnia ſine fraude Pecii deportant. Idem de bello Punico, Vt ſine fraude Punicum emitteretur præſidium. Idem ab vrbe cond. Militibus cauẽdum, ne fraudi ſeceſſio ſit. Ibidem, Tulit, ne cui fraudi ſeceſſio eſſet. Ibidem, Iudicibus ne fraudi ea res ſit, curare.

Impelli in fraudem. Cic. de amicitia, 75, Maxima autẽ culpa in eo eſt, qui & veritatẽ aſpernatur, & in fraudem obſequio impellitur. Qui eſt deceu par faire plaiſir.

Fraudulentus fraudulenta fraudulentum, Plenum fraudis. Plaut. in Menæhmis, 14.9, Datum denegant quod datum eſt, litiũ pleni, rapaces, fraudulenti ſunt viri, qui aut fœnore, aut periuriis paratam rem habent.

Fraudo fraudas, fraudare, Deceuoir.

Fraudare aliquem regno. Virg. Quam regno Heſperiæ fraudo, & fatalibus aruis.

Fraudare aliquem voluptate. Plin. epiſt. 96. d. lib. v, Deinde quod durum exiſtimabam, te amantiſſimum mei fraudare voluptate, quam ipſe capiebam. De te fruſtrer & priuer de ceſte volupte.

Fraudare genium, Non ſatiſfacere neceſſitati naturæ & voluptati: Noſer point manger a demy ſon ſaoul. Plaut. in Aulul. 25.14, Perditiſſimus ego ſum omniũ in terra. nam quid mihi opus vita eſt, qui tantum auri perdidi, quod cuſtodiui ſedulo egomet me fraudaui, animúmque meũ, geniúmque meum: nũc eo alii lætificãtur meo malo & damno. pati nequeo.

Frauſum, veteres fraudatum dicebant: hoc eſt, eum qui ad fraudis fructum veniſſet. Et frauſus erit, qui fraudem commiſerit, authore Feſto. Plautus in Aſin. 7.20, Metuo in commune, ne quam fraudem frauſus ſiet.

FRAXARE, Vigiliam circumire, antiquum verbum. Feſtus.

FRAXINVS fraxini, f. g. arbor. Fraiſne. Plinius lib. 16. cap. 13, Materiæ enim cauſſa arbores reliquas natura genuit: copioſiſſimámque fraxinũ. procera hæc ac teres, pẽnata & ipſa folio, multúmque Homeri præconio & Achillis haſta nobilitata. &c.

FREMO fremis, fremui, fremitum, fremere, Bruire, cõme font les ondes de la mer. Plaut. in Merc. 18.10, Iacent beneuolentes odioſi, humum mordent, caput reptant, fremunt, perſtrepúntque. Virg. Talibus Ilioneus, cuncti ſimul ore fremebant.

Fremitus fremitus fremitui, Bruit, & ſon ſemblable aux ondes de la mer, & au ſon que faict vne grande multitude de gens aſſembles enſemble. Plaut. in Amph. 4.79, Tela frãgunt, boat cælum, fremitu virũm. Virg. Fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino.

FRENDEO frendes, frendui, freſſum, frendêre, Eſt frangere, authore Feſto Pompeio. Vnde & faba freſſa. Colum ella, Cicera bubus erui loco freſſa datur in Hiſpania Bethica.

Frendere dentibus, Grincer, & craquer des dens de courroux que onha. Plaut. in Capt. 15.5, Quaſi lupus eſuriens metui ne in me faceret impetum: nimiſque hercle ego illum male formidabam, ita frendebat dentibus. Idem in Truc. 11.41, Traxit ex intimo ventre ſuſpirium: hoc vide, dentibus frendit, icit femur.

Frendo frendis, in tertia coniugatione dixerunt antiqui, vt in poſtremo Plauti exemplo, Trucul. 11.41.

FREQVENS frequentis, omnis generis, Significat crebrum, ſiue de loco, ſiue de re animata dicitur, vt frequens miles, frequens ſenatus, Vng gendarme qui ſouuent ſe trouue en guerre, & ſouuent la hante.

Frequentiſſima ædes: Vne maiſon en laquelle hantent beaucop de gens, en la quelle beaucop de gens vont & viennent. Plin. epiſt. 216, Aruſpicum monitu reficienda eſt mihi ædes Cereris in prædiis in melius & in maius, vetus ſanè & anguſta cum ſit, alioqui ſtato die frequentiſſima. Vng temple auquel y a grand apport.

Frequens adeſt. Terent. in Andr. 1.1.80, Cum illis qui amabant Chryſidem, vnà aderat frequens. Il hantoit fort ſouuent auec eulx, & preſque touſiours y eſtoit.

Frequens auditorium, Vne grande aſſemblee de gens pour eſcouter. Plinius epiſt. 42. a, Proxime frequenti auditorio inter ſe coràm multi ordinis noſtri clare iocabantur. intraui. conticuerunt.

Frequens opera. Plaut. in Ciſtell. 2.5, Omnibus relictis mihi frequentem operam dediſtis. Vous maues ſouuenteſſois aide.

Frequentia pocula. Cic. de ſenect. 40, At caret epulis, extructiſque mẽſis, & frequentibus po-

culis. Elle ne boit point ſouuent, elle ne hante point les beuueries.

Frequẽs ſenatus. Plaut. in Milite, 9. 110, Redeo in ſenatũ rurſus. nã Palæſtrio, frequẽs ſenatus, Sceledrus nunc autẽ foras. Il vault autant que vne grande aſſemblee de gens de cõſeil.

Frequens venit. Cic. de ſenect. 35, Adſum amicis, venio in ſenatum frequens, vltróque affero res multũ & diu cogitatas, eáſque tueor, animi nõ corporis viribus. Ie vois ſouuẽt au ſenat.

Frequẽs comparebo tibi res benefactis. Plaut. in Milite, 10. 67, Tu me vt fateare faciam eſſe adoleſcentem moribus: ita apud omnes comparebo tibi res benefactis frequens.

Frequentia frequentiæ, Multitude, aſſemblee. Cic. de amicitia, 73, Atque hoc maxime iudicaretur, ſi quid tale poſſet contingere, vt aliquis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in ſolitudinem vſpiam collocaret. Plin. in Paneg. 37, Circũfuſus vndique nunc ſenatus, nunc equeſtris ordinis flore, prout alterutrum frequentiæ genus inualuiſſet. Salluſt. Reliquos cum cuſtodibus in ædem Concordiæ venire iubet. eò ſenatum aduocat, magna frequentia eius ordinis erat.

Frequento frequẽtas, frequentare, Hanter, frequenter, aller ſouuẽt. Salluſt. in Iugurtha, Denique plæbs ſic eſt accenſa, vti opifices, agreſtéſque omnes, quorum res, fidéſque in manibus ſitæ erant, relictis operibus, frequẽtarent Marium. Suet. in Octauio Auguſto, cap. 53, Officia cum multis mutuo exercuit: nec prius dies cuiuſque ſolẽnis frequentare deſiit, quàm grãdior iam natu, & in turba quondam ſponſaliorum die vexatus. Salluſt. Iuuẽtutem quæ domum Catilinæ frequentabat.

Frequentarius frequentaria frequentarium, Veteres dixerunt pro frequente. Feſtus Pompeius.

FRETVM freti, Mare naturaliter mobile. Dictum ab vndarum fremitu. Vel, vt Varro ait, à ſimilitudine feruentis aquæ, quòd in fretum ſæpe concurrat æſtus atque feruéſcat. Virg. lib. 3, Et crebris legimus freta concita terris.

Fretus, maſculino genere dixerunt veteres. Lucretius lib. 6, Nam fretus ipſe anni permiſcet frigus ad æſtum. Nonius, Dubiis fauentem per fretum introcurrimus. Ennius, Craſſa puluis oritur, omnem peruolat cæli fretum. Lucilius Serano, Cæli nomine & ſalis fretus. Varro Gallo, aut Fundania, Inter Italiam & Siciliã, qui eſt fretus inter Regium & Meſſanam. Cic. in Verrem, act. 7, Vt ille in dolore cruciatúque moriens, perangũſto fretu diuiſa ſeruitutis ac libertatis iura cognoſceret. Ita legit Gellius.

FRICO fricas, fricui, & aliquando fricaui, frictum, & fricatum, fricare, Grater, ou frotter. Plaut. in Aſin. 12. 88, Nũquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares. Plin. epiſt. 171. d, Quinetiam (fœdum, miſerandúmque dictu) dentes lauandos, fricãdóſque præbebat.

Frictio frictionis. f. g. Graterie, ou frottement. Celſus lib. 1, In ipſo quoque itinere frequẽs frictio. Plin. lib. 23, Frictiones inhibeat oculorum.

FRIGEO friges, Vide FRIGVS.

FRIGO, frigis, frixi, frixum, Vel, frigui, frictum, frígere, Frire. Plaut. in Bacch. 16. 7, Tam frictum ego illum reddã, quàm frictus eſt cicer. Idem in Pœnulo, 4. 104, Nil niſi latercúlos, ſeſamum, papauerémque, triticum, & frictas nuces. Cornel. Celſus, Tum res eadẽ magis alit, iurulenta, quàm aſſa, magis aſſa quàm frixa.

FRIGVS, frigoris, n. g. Froid, ou froidure. Virg. lib. 1. georg. Frigúſque, calorémque Inter. Idem, Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Frigus impendebat. Cic. ad Quintum fratrem, Scribemus ad te, ſi modo tabellarios tu præbebis: quanquam eiuſmodi frigus impendebat, vt ſummum periculum eſſet ne Appio ſuæ ædes vrerentur. Il commencoit a faire ſi froit.

Frigus, pro timore aliquando ponitur. Virg. Ex templo AEneæ ſoluuntur frigore membra. Seruius, Frigore, id eſt, timore.

Frigeo friges, frigui, & frixi ſecundum Donatum: Iay froit. Priſcianus, Syllaba verò naturaliter longa ante geo, mutat geo in xi, vt lugeo luxi, frigeo frixi. A græco venit φρίκω, authore Feſto.

Frigent hic homines. Terent. in Eunucho. 2. 2. 37, Sed Parmenonem ante oſtium Thaidis triſtem video riualis ſeruum: ſalua res eſt: nimirum hæc homines frigent: nebulonem hunc certum eſt ludere. Ils ſont morfondus, Ils ne ſont point eſchauffés de rien faire, Ils ſont refroidis. Ibidem, 3. 3. 11, Iam tũ erat ſuſpicio dolo malo hæc fieri omnia: ipſa accumbere mecũ: mihi ſeſe dare: ſermonem quærere. vbi friget, huc euaſit quàm pridem pater mihi & mater mortui eſſent. Quãt elle ne ſceut plus que dire, elle demoura toute eſtõnee & trãſſie.

Sine Cerere & Libero, friget venus: Paillardiſe na point de force ne de vertu. Terentius in

Eunucho,4.5.6.

Frigeſco,frigeſcis,frigeſcere,Deuenir froid.

Frigefacto frigefactas, frigefactare , Frequentatiuum à frigefacio, Refroidir quelque choſe. Plautus in Pœnulo, 11.15, Calidum prandidiſti prandium hodie? dic mihi. AG. quid iam? L. quia hoc nunc frigefactas cum rogas.

Frigidus frigida frigidum, Froid. Ouid. Frigidius glacie pectus amantis erat.

Frigida negotia. Plin. 179, Multum diſtringebat plerunque frigidis negotiis, quæ ſimul & auocant animum, & comminuunt. Ie eſtoie detenu & empeſché daffaires qui eſtoient de peu de valeur.

Frigidus, Segnis, Láſche, pareſſeulx. Virgilius, Largus opũ & lingua melior, ſed frigida bello Dextera.

Frigidus, Pernicioſus, & nocens, eo quòd frigida, naturæ mortalium pernicioſa ſunt. Virg. Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

Frigida, ſubſtantiue poſitum, Eaue froide. Subauditur, aqua. Plautus in Moſtellaria, 4.1, Iampridem mecaſtor frigida non laui magis libenter. Plinius epiſt. 49.d, Poſt ſolem plerunque frigida lauabatur.

Frigidam ſuffundere. Plaut. in Ciſtell. 2.27, Eas ſi adeas, abitũ quàm aditum malis, ita noſtro ordini palàm blandiuntur: clàm ſi occaſio vſquam eſt, frigidam ſubdole ſuffundũt, viris cũ ſuis nos ſolere prædicant, Suas pellices eſſe aiunt. Id eſt, inſtigant clãculum. Cõqueritur enim in ea fabula meretrix de matronis maritos ſuos in meretricũ odiũ quoad poſſunt inflammantibus. Trãſlatum apparet ab iis qui certaminibus equeſtribus aquam equis aſpergebãt, quo refocillati currerent acrius, atque hoc pacto ad curſum inſtigabãt.

Frigutio frigutis, frigutiui, frigutitũ, frigutire, A frigeo, Trembler ou ſauteler de froid, auoir les friſſons, Grouſler. Plaut. in Caſina, 5.51, Nam quid frigutis? quid iſthuc tã cupide cupis? Nonius, Frigere & frigutire & feritinare, ſubſilire eſt cũ ſono, vel erigi & excitari: quòd quæcunque friguntur, vel frigent nimio calore vel frigore cum ſono ſurſum ſubſiliunt.

FRIGILLA frigillæ, auis eſt, dicta, vt inquit Feſtus, quòd frigore cantet & vigeat.

FRITILLVS fritilli, m.g. Dicitur apud nos tabula luſoria, qui apud Græcos Pyrgus dicitur, in quo teſſeræ cõiectæ agitatæque mittũtur, inquit Porphyrio. Teſſeræ igitur in fritillo coniiciuntur tanquã vaſculo, quo agitatæ deinde mittuntur in alueolum. Iuuenalis, Paruóque eadem mouet arma fritillo. Dictus fritillus, vt quidam putant, à crepitu ipſo teſſerarũ. vel quòd ſuper eo teſſeræ ferantur. Martialis, Dum blãda fagus alea December Incertis ſonat hinc & hinc fritillis.

FRIO frias, friare, Térere, Briſer & caſſer menu, broyer, ou piler. Plin. In ipſa quidem AEthiopia friatur. huic tanta ſiccitas, vt farina ſpiſſetur in panem.

Friabilis & hoc friabile: Quod facile friatur, & quaſi manibus minutim interitur. Plin. lib. 28, Optimáque eſt, quæ candidiſſima, & friabilis, miniméque ponderoſa cum teratur inter digitos. Idem lib. 34, Quantóque minus plumboſa, friabilis, & modice grauis.

FRIVOLVS friuola friuolũ, A frio frias dicitur, quod eſt inane, leue, nulliúſque momẽti. Feſtus, Friuola, vaſa ſunt proprie fictilia, caſſa. Vnde verba friuola dicta, quæ minus ſunt fide ſubnixa. Plin. lib. 7. cap. 7, de generatione hominis loquẽs, Miſeret, atque etiã pudet æſtimãtẽ quàm ſit friuola animalium ſuperbiſſimi origo, cũ plerũque abortus cauſſa fiat odor à lucernarum extinctu. Friuolam pro fragili & infirma dixit, & veluti friabili. Nam & friuolum à verbo frio dictum non immerito exiſtimatur, id eſt contero, comminuo. In Pandectis, in L. Solutum §. ſolutam, de pigno. acti. Non enim credibile eſt hoc cõueniſſe, vt ad vniuerſam penſionem inſulæ friuola mea teneantur. Hic friuola pro ſupellectili tenui & vili accipiuntur: qualis eorum eſſe ſolet qui in cœnaculis habitant. quo modo & Satyricus vſus eſt ſatyra quinta, Et ne te teneam Romanorum omnia regum Friuola. Quibus verbis paupertatem regum Romanorum ſignificauit, quos etiam Samiolis vaſis vſos eſſe conſtat. Idem in tertia, Viuendum eſt illic vbi nulla incendia, nulli Nocte metus, iam poſcit aquam, iã friuola tranſfert Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant. A Græcis γευτάρια dicũtur, id eſt, τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σκευάρια λεπτά. Vnde & gryptopolæ ab eis dicuntur, qui huiuſmodi ſupellectilia venditant: quos latine friuolarios appellare poſſumus. Nonnulli fribolarios dicũt, vt Albeolos pro alueolis. Noſtrate vulgus quinquallierios eos appellat.

FRONS frontis, f.g. Le front. Martialis, Nec matutina ſi mihi fronte venis.

Frons, maſculino genere proferebatur antiquis, vt docet Gellius, lib. 15. capite 11, Verè ac

diſerte Cæcilius hoc in Subdititio ſcripſit, Nã hi ſunt inimici peſſumi, fronte hilaro, Corde triſti, quos neque vt apprehendas, neque vt mittas, ſcias. Hos ego verſus, cum de quodã iſtiuſmodi homine ſermones eſſent, in circulo forte iuuenum eruditorũ dixi. Tum de grãmaticorum vulgo quiſpiam nobiſcũ ibi aſſiſtens, non ſanè ignobilis, Quãta (inquit) licentia, audaciáque Cæcilius hic fuit, cum fronte hilaro, non fronte hilara dixit, & tam immanem ſolœciſmum nihil veritus eſt? Imò, inquam, potius nos & quàm audaces & quàm licẽtes ſumus, qui frontem improbe, indoctéque nõ virili genere dicimus, cũ & ratio proportionis, quæ analogia appellatur, & veterum authoritas, non hanc, ſed hunc frontem debere dici ſuadeant? quippe M. Cato in quinta Originum ita ſcripſit, Poſtridie ſignis collatis, æquo fronte, peditatu, equitibus, atque aliis cum hoſtium legionibus pugnauit. Recto quoque fronte idem Cato eodem in libro dixit.

Frontem explicare, cum hilareſcimus: Contrahere cum ringimur, hoc eſt, vbi quid moleſtum eſt, dicimus. Plin. lib. x i, Frons & aliis, ſed homini tantum triſtitiæ, hilaritatis, clemẽtiæ, ſeueritatis index. Terent. Exporge frõtem. Horat. in Odis, Sollicitã explicuere frõtẽ.

Exporrecta fronte, Hilariter, Ioyeuſement.

Porrectiore fronte mecum loquaris oportet, Apud Plautũ, Obducta fronte, Corrugata frõte, Cõtracta fronte, Caperata fronte. Plautus, Caperat frons ſeueritudine. Quod quidam à caprinis cornibus tranſlatum volunt.

Nubila frons, ſerena frons, explicita frons.

Frons, pudorem aliquando ſignificat. Perſius, Exclamet Melicerta periiſſe frontem de rebus.

Frons, de rebus etiã inanimatis dicitur. Virg. Frõte ſub aduerſa, ſcopulis pendẽtibus, antrũ.

Frontalis & hoc frontale, Quod ad frontem pertinet. Plin. lib. 37, Quandoque tantæ magnitudinis fecere, vt equis regum in oriente frontalia, atque pro phaleris penſilia facerent.

Frontatus frontata frontatum. Frontati lapides, apud Victruuium. Lapides vtraque parte frõtati, ſunt qui vtraque parte parietis, faciem certam oſtendunt, ex quibus fiunt quæ vulgo catenæ & crura dicuntur. quibus totius operis firmitas conſtat: quæ eam rationem in ædificio habent, quam oſſa in homine. Græce Diatori dicuntur: quaſi perpetua ſoliditate vtrinque extantes. Vel, vt in quibuſdam exemplaribus legitur, diatoni, Id eſt, ab vna parietis parte ad aliam pertinentes, pertendentéſque. Artifices ob hoc perpennas appellant, quaſi perpetuo lapide conſtantes, id eſt ſolido.

FRONS frondis, f. g. Fueilles darbres. A ferendo, quòd frondes arborum huc atque illuc à vento ferãtur. Virg. lib. 2. georg. Frons tenera, imprudénſque laborum. Varro lib. 1. de re ruſtica, Quòd Cato ait circũ fundũ vlmos & populos, vnde frons ouibus, bubus ſit. Idem in Parmenone, Creditur lucos alta frons decidit platanus ramis.

Frondeus frondea frondeum, Quod totum ex frondibus eſt. vt thorus frondeus.

Frondoſus frondoſa frondoſum, Quod frondibus abundat. vt lucus frondoſus.

Frondarius frondaria frondarium, Quod ad frondes pertinet, ſiue quod ex frõdibus eſt. Plin. lib. 18, Vnus frondator quatuor frondarias piſcinas complere in diem iuſtum habet.

Frõdeo frondes, frondere, Frõdes habere. Virg. Nũc frõdent ſyluæ, nũc formoſiſſimus annus.

Frondeſco frõdeſcis, frõdeſcere, Commẽcer a auoir fueilles, Deuenir fueillu. Columella lib. 5, Nihilominus enim paucis frondeſcet pampinis.

Frondo frondas, frondare, Frondes emittere. A quo frondator.

Frondator frondatoris, Qui arbores amputat, & qui è frondibus manipulos facit hyemis tempore, animalibus ad paſtum efferẽdos, & qui manibus vitium folia vellit, quo ardor ſolis vuã maturiorem reddat. Plin. lib. 18, Vnus frondator quatuor frondarias piſcinas complere in diem iuſtum habet.

Frondatio frondationis, f. g. Columella lib. 6, Atque in frondatione cauendũ, ne aut prolixiores pollices fiant, qui ex amputatis virgis relinquuntur.

FRVCTVS. Vide poſt FRVOR.

FRVGES frugis, f. g. vel, frux frugis ſecundum Priſcianũ. Generale nomen eſt: & non modo frumẽta, leguminaque cõplectitur, ſed quicquid ex fructu terræ in alimoniam vertimus. Vnde frugiferæ arbores dictæ ſunt, quæcunque fructum ferunt. Plin. lib. 18. cap. 7, Et quoniam præparatus eſt ager, natura nũc indicabitur frugum. Sunt autem duo prima earum genera: frumenta, vt triticum, hordeũ: & Legumina, vt faba & cicer. Varro de lingua latina, Fruges à fruendo. Donatus, Fruges, quòd his fruamur, dictæ ſunt.

Feſtus, Seruius, & Donatus, Frugis vocabulum à frumine eminente ſub mento gutturis ſeu

gurgulionis parte, qua cibus in aluum demittitur, à ferendo cibum appellatum dicunt.

Fruges à frumento nihil differre, ſatis docet Cicero actione quinta in Verrem, his verbis, L. Octauio & C. Cottæ conſulibus ſenatus permiſit vt vini & olei decumas, & frugum minutarum, quas ante te quæſtores in Sicilia vendere conſueſſent, Romæ venderẽt. De legumi-nibus dicit: vt oſtenderet etiam frumenta fruges vocari. Liuius, Eã gẽtem traditur fama dulcedine frugum, maxime vini noua tum voluptate captã. Cic. de ſenect. 47, E quibus cum emerſerit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam.

Recipere ſe ad frugem bonam: dicebant pro eo quod vulgaris ſermo dicit, ex nihili homine fieri hominem de bono, id eſt frugi: Dung vaultneãt deuenir homme de bien. Cic. pro Cæ-lio, Equidẽ multos & vidi in hac ciuitate & audiui non modo qui primoribus labris guſtaſ-ſent genus hoc vitæ, & extremis (vt dicitur) digitis attigiſſent: ſed qui totam adoleſcentiam voluptatibus dediſſent, emerſiſſe aliquando, & ſe ad frugem bonam (vt dicitur) recepiſſe, graueiſque homines & illuſtres fuiſſe.

Redire ad frugem bonam. Lamprid. in Heliog. Milites ſe parſuros dixerũt ſi ad frugem bo-nam rediret.

Euadere ad frugem bonã, De eo dicitur qui antè nequã non fuerat. Lactãtius lib. VI, de Py-thagorea litera loquens, Si ducẽ nactus fuerit qui ducat ad meliora titubantẽ, hoc eſt, phi-loſophiam didicerit, aut eloquentiam, aut aliquid honeſtæ artis quo euadat ad bonam fru-gem, quod ſine labore maximo non poteſt, honeſtam vitam diſputant peracturum.

Corrigere aliquem ad frugem: Chaſtier & tellemẽt enſeigner aucun vaultneant quil ſoit hõ-me de bien. Plaut. in Trinummo, 4. 60, Quin eum reſtituis? quin ad frugem corrigis?

Frugi, à fruge dicitur, quod indeclinabile eſt: compoſitum tamen cum bono, antiqui quãdoque ponebant, Seruus bonæ frugi, Homo bonæ frugi. Plau. in Cap. 17. 3, Fui ego lepidus vel bo-nus vir nunquam, neque frugi bonæ, neque ero vnquam: neque ſpem ponas me bonæ fru-gi fore. Iamais ie ne valu rien: ne nya eſperance de iamais mieulx. Idem in Trinum. 6. 39, Is probus eſt, quem non pœnitet quàm probus ſit, & frugi bonæ. Idem in Pſeud. 7. 53, Cu-pis me eſſe nequam: tamen ero frugi bonæ. Vlpianus ad legem Aquiliam, L. Neratius, Sed ſi bonæ frugi ſeruus intra annum mutatis moribus occiſus ſit.

Frugi homo. Cic. Tuſc. lib. 3, Sed quia nec qui propter metum præſidium relinquit, quod eſt ignauiæ: nec qui propter auaritiam clàm depoſitũ non reddidit, quod eſt iniuſtitiæ: nec qui propter temeritatem male rem geſſit, quod eſt ſtultitiæ, frugi appellari ſolet: eas tres virtu-tes, fortitudinem, iuſtitiam, prudentiam, frugalitas eſt complexa. Terent. in Adelphis, 5. 9. 2, Frugi homo es: ædepol hodie mea quidem ſententia iudico Syrum fieri eſſe æquũ li-berũ. Idem in Heaut. 3. 3. 19, Clitipho, hæc ego præcipio tibi, hominis frugi & tẽperan-tis functus officium. Cic. lib. 3. Tuſc. Qui ſit frugi igitur, vel ſi mauis, moderatus & tem-perans, eum neceſſe eſt eſſe conſtantem.

Frugi es, Id eſt, vtilis & neceſſarius, inquit Donat⁹. Idem alio loco, Frugi eſt ergo, in quo eſt aliquid quo fruamur, id eſt, vtamur. Plau. in Epid. 14. 28, Quid ego ago? A. quid agas? mos geratur. E. frugi homo es. Idem in Pœn. 10. 10, Quid mihi nunc authores eſtis? AD. vt frugi ſies. Terent. in Eunucho, 3. 5. 59, Sed interim de ſymbolis quid actum eſt? C. para-tum eſt. A. frugi es: vbi? domine? Tu es vng gentil & bon ſeruiteur, tel quil fault.

Frugi atrium. Plin. epiſt. 41. b, Villa vſibus capax, non ſumptuoſa tutela, cuius in prima par-te atrium frugi, nec tamen ſordidum: deinde porticus in O literæ ſimilitudinẽ circumactæ. Vne ſalle faicte a prouffit, qui na pas beaucop couſte, qui neſt pas de grande magnificence.

Frugi mancipes. Plin. epiſt. 63. b, Sunt ergo inſtruendi complures frugi mancipes. nam nec ipſe vſquam vinctos habeo, nec ibi quicquam ſupereſt.

Frugi ſeruus: Vng ſeruiteur qui garde le prouffit de ſon maiſtre, vng bon & loyal ſeruiteur. Plaut. in Amph. 11. 4, Atque ita ſeruum par videtur frugi ſeſe inſtituere, perinde vt heri, ipſe item ſit, vultum è vultu comparet. &c. Idem in Caſina, 5. 39, Vt detur nuptũ noſtro villico ſeruo frugi, vbi illi bene ſit. Plin. epiſt. 21, Omiſſis iocis credo decentes eſſe ſer-uos, qui ſunt empti mihi ex conſilio, ſupereſt vt frugi ſint.

Frugi. Cic. pro M. Fonteio, Extat oratio hominis (vt opinio mea fert) noſtrorum hominum longe ingenioſiſſimi atque eloquẽtiſſimi, C. Gracchi: qua in oratione permulta in L. Piſo-nẽ turpia ac flagitioſa dicũtur. at in quẽ virum? qui tanta virtute atque integritate fuit, vt noſtrorum, etiam illis optimis temporibus, cum hominem inuenire nequam neminem poſ-ſes, ſolus tamen frugi nominaretur: quem cum in concionem Gracchus vocari iuberet, &

viator quæreret quẽ Piſonẽ(quòd erãt plures)Cogis me, inquit, dicere inimicũ meũ frugi.

Frugi, Is etiã dicitur, qui in victu, veſtitu, ſimilibúſque temperans eſt: Vng hõme de reſpargne, qui met tout a prouffit, & faict tout ſeruir, qui ne deſpend point mal le ſien. Plaut. in Aſin. 16.7, Ego, præter alios, meũ virũ fui rata ſiccum, frugi, cõtinentem, amantem vxoris maxime. Ibidem. 12.12, Qui ſeſe parêre apparent huius legibus, profecto nunquam bonæ frugi ſient, dies noctéſque potent. Iamais ne viendront a bien, ne a perfection.

Frugis, in genitiuo dixit Plautus in Milite, 20.50, Fac ſis frugis.

Frugalis, & hoc frugale, Qui eſt temperans, Qui ſe contient hõneſtemẽt, qui eſt hõme de bien. Terent. in Heaut. Dedo me patri nũc iam, vt frugalior ſim quàm vult. Ie ſeray plus homme de bien quil ne veult. Pli. in Paneg. 83, Satis eſt tibi, nimiúmq, cũ ſucceſſeris frugaliſſimo principi, magis reiicere aliquid, & amputare ex his quæ princeps tanquã neceſſaria reliquit. Frugalis magiſter pecorum. Columella lib. 1, Magiſtros pecoribus oportet præponere ſeduſos ac frugaliſſimos. Id eſt, expertos ac diligentes.

Frugalitas, frugalitatis, Temperantia ſiue moderatio. Cic. lib. 3. Tuſcul. quæſt. Veriſimile etiã illud eſt qui ſit tẽperãs, quẽ Græci σώφρονα appellãt: eámque virtutẽ σωφροσύνην vocãt, quã ſoleo equidẽ tum temperãtiã, tum moderationẽ appellare: nõnũquã etiã modeſtiã. ſed haud ſcio an recte ea virtus frugalitas appellari poſſit. Et paulo pòſt, Frugalitas, vt opinor, à fruge, qua nil melius è terra oritur: nequitia ab eo, etſi hoc erit fortaſſe durius: ſed tentemus. Idem pro Deiotaro, Hæ ſunt regiæ laudes, illa priuata eſt: vt volet quiſque accipiat: ego tamen frugalitatem, id eſt, modeſtiam & temperantiã, virtutem eſſe maximam iudico.

Frugaliter, Id eſt modeſte, & tẽperãter: Sobrement, a peu de frais & de deſpẽs. Plaut. in Epid. 11.37, Ille eã rem adeò ſobrie & frugaliter accurauit vt alias res: eſt impẽſe improbus. Idẽ in Perſa, 13.1. & 6, Si quam rem accures ſobrie & frugaliter, ſolet illa rectè ſub manu ſuccedere. Plin. epiſt. 248, Nam & reddere pœnæ poſt longum tempus pleroſque iam ſenes, & quantum affirmatur, frugaliter, modeſtéque viuentes, nimis ſeuerum arbitrabar.

FRVMEN fruminis, n.g, Eſt, vt inquit Donatus, ſumma pars gulæ, vel ſumma gula, tractúſve gulæ quâ cibũ lingua demittit in ventrem.

FRVMENTVM frumenti, n.g. Seruius Frumenta dici putat quæcũque emittũt ariſtas. à fruẽdo dictũ. Plin. lib. 18. cap. 7, Et quoniã præparatus eſt ager, natura nũc indicatur frugum. Sũt autẽ duo prima earũ genera: frumẽta, vt triticũ, hordeũ: & legumina, vt faba & cicer. Frumẽti ipſius totidẽ genera per tẽpora ſatu diuiſa. Hyberna, quæ circa vergiliarũ occaſum ſata terra per hyemẽ nutriũtur, vt triticũ, far, hordeũ. AEſtiua, quæ æſtate ante vergiliarũ exortũ ſerũtur, vt miliũ, panicũ, ſeſama, horminũ. In eodẽ capite, ſeparat frumentũ ab hordeo, dicens, Frumentum verò, hordeum, viciáque.

Frumentaceus frumentacea frumentaceum, Quod ex frumento eſt.

Frumẽtarius frumẽtaria frumẽtariũ, Quod ad frumentũ pertinet. Cic. in Verrẽ, act. v. Neminem veſtrũ præterit iudices, omnem vtilitatem, opportunitatémque prouinciæ Siciliæ, quæ ad cõmoda po. Rom. adiuncta ſit, conſiſtere in re frumẽtaria maxime: in cæteris rebus adiuuamur ex illa prouincia, hac verò alimur ac ſuſtinemur.

Frumẽtariũ ſolũ: Terre ou on ſeme du froumẽt. Plin. lib. 18. cap. 6. Ebulum, vel prunus ſylueſtris. &c. ſylueſtris pinus, malúſque, frumentarii ſoli notæ.

Frumẽtarius, Vng marchãt de froumẽt, de ble. Plaut. in Pſeud. 4.55, Quæ amica es frumẽtariis, quibus cunctis montes maximi acerui frumenti ſunt domi.

Frumẽtor frumẽtaris, frumẽtari, Frumẽtũ colligere: Amaſſer froumẽt pour viure. Cic. Attico lib. 8, Quæ ſi copiæ in vnũ locũ fuerint coactæ, vt pars exercitus ad Balbum mittatur, pars ad te accedat vt nõ pugnet, ſed locis ſuis repugnet, hærebis, neque ſolus cum iſta copia tantã multitudinem ſuſtinere poteris vt frumentatum eas.

Frumentator frumentatoris, Curator eſt coemendo frumento, condendóque præfectus.

FRVOR frueris, fretuſſum vel fui, Frui, eſt, vt inquit Donatus, veſci. à frumine.

Frui, Ali, authore Donato. Terent. in Adelph. 5.8.18, Agelli hic ſub vrbe eſt paululũ quod locitas foras: huic demus qui fruatur.

Frui, propriè eſt voluptatem capere ex vſu, & delectari.

Frui liceat quod amo, Quil me ſoit permis de iouyr de mes amours. Terẽ. in Phor. 1.3.13, Ita me Di bene ament, vt mihi tandiu liceat quod amo frui.

Frui gaudio, Plin. in Paneg. 145, Quanto nunc diue Nerua gaudio frueris, cũ vides, & eſſe optimũ, & dici, quem tanquam optimum elegiſti!

Frui ingenio ſuo: Faire a ſon plaiſir. Terent. in Heaut. 2.4.21, Hoccine me miſerum non licere meo ingenio frui!

Frui otio. Plin. epiſt. 127, Te negotiis diſtineri ob hoc moleſte fero, quòd deſeruire ſtudiis nõ potes. ſi tamen alteram litem per iudicem, alterã vt ais ipſe finieris, incipies primũ iſtic otio frui: deinde ſatiatus ad nos reuerti.

Frui recordatione. Cic. de Amicitia, 14, Sed tamẽ recordatiõe noſtræ amicitiæ ſic fruor, vt beate vixiſſe videar, quia cum Scipione vixerim.

Frui ſpe, vel ſenectute. Cic. de Amicitia, 65, Hoc eſt illud quod Piſiſtrato tyranno à Solone reſponſum eſt, cum illi quærenti qua tandem ſpe fretus, ſibi tam audacter obſiſteret, reſpõdiſſe dicitur, fenectute.

Frui ſermone alicuius. Cic. de ſenect. 11, Cuius ſermone ita tum cupide fruebar, quaſi iam diuinarem id quod euenit, illo extincto, fore vnde diſcerem neminem.

Frui viro aliquo. Plin. epiſt. 10. c, Quãquã quid ego plura de viro? quo mihi frui non licet.

Frui voluptatibus. Terẽt. in Heaut. 1. 1. 97, Decreui tantiſper me minus iniuriæ Chreme, meo gnato facere, dum fiam miſer: nec fas eſſe, vlla me voluptate hic frui. Cicero de ſenectute, 44, Quòd ſi iſtis ipſis voluptatibus bona ætas fruitur, libẽtius primũ paruulis fruitur rebus, vt diximus: deinde iis omnibus, quibus ſenectus, etiã ſi nõ abunde potitur, nõ omnino caret.

Frui vſu amici & moribus. Cic. de amicitia, 31, Quãobrem hos quidem ab hoc ſermone remoueamus: ipſi autem intelligamus à natura gigni ſenſum diligendi, & beneuolentiæ charitatẽ facta ſignificatione probitatis: quam qui appetiuerunt, applicant ſeſe, & propius admouẽt, vt vſu eius, quem diligere cœperũt, fruantur & moribus, ſintque pares in amore, & æquales.

Fruitur hanc alternas noctes. Plaut. in Aſin. 16. 68, Argyrippus exorari ſpero poterit vt ſinat ſeſe alternas cum illo noctes hanc frui.

Ad quem fruẽdũ. Cic. de ſenect. 53, Agro bene culto nihil poteſt eſſe nec vſu vberius, nec ſpecie ornatius: ad quẽ fruendũ nõ modo nõ retardat, verũetiã inuitat atque allectat ſenectus.

Fruiturũ. Cic. lib. 3. Tuſcul. Zeno Stoicorũ acutiſſimus, contendere magna voce ſolebat, eum eſſe beatũ, qui præſentibus voluptatibus frueretur, confideretque ſeſe fruiturum.

Fructum. Cic. in Hortenſio, Amœnitate ſumma fructus eſt. Fretum etiam, opinione quorũdam, maxime Vallæ, in ſupino facit.

Fretus freta fretum. Id eſt confiſus. Participiũ eſſe volũt nõnulli, aliis nomen eſſe cõtendẽtibus. Plaut. in Menæh. 17. 12, Credo cum viro litigium natum eſſe aliquod, ita iſtæc ſolent, quæ viros ſubſeruire ſibi poſtulant, fretæ dote, feroces.

Fretus cõſiliis, & innixus. Plin. in Paneg. 112, At nunc tua dextera, tuiſque promiſſis freti & innixi, obſepta diutina ſeruitute ora reſeramus, frenatámque tot malis linguam reſoluimus.

Freti diis. Plaut. in Caſina, 7. 39, Benedice, diis ſum fretus, deos ſperauimus. Ie me confie en dieu. Salluſt. in Iugurtha, Igitur conſul, omnibus exploratis, credo diis fretus (nam contra tantas difficultates conſilio ſatis prouidere non poterat, &c.

Fretus fiducia tua. Plaut. in Aulul. 16. 50, Ibo ad te, fretus tua Fidẽs fiducia.

Fretus ingenio. Plaut. in Capt. 6. 100, Huius ego experiar fidem, fretus ingenio eius, quòd me eſſe ſcit erga ſe beneuolũ. Terent. in prologo Heaut. 24, Tum quòd maleuolus vetus poeta dictitat, repẽte ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum, amicũm ingenio fretum, haud natura ſua.

Fretus malitia ſua. Terẽ. in Phor. 2. 1. 43, Sed ſi quis forte malitia fretus ſua inſidias noſtræ fecit adoleſcentiæ, ac vicit: noſtrane ea culpa eſt, an iudicum? qui ſæpe propter inuidiam adimunt diuiti, aut propter miſericordiam addunt pauperi.

Fretus virtute. Plau. in Amphit. 4. 58, Magnanimi viri, freti virtute, & viribus ſuperbi, nimis ferociter legatos noſtros increpant.

Fretus vobis: Me confiant en vous. Terent. in Eunucho, 5. 9. 33, Cur ergo in his ego te cõſpicor regionibus? T. vobis fretus. TH. ſcis quàm fretus? miles edico tibi. &c.

Fruiſcor fruiſceris, fruiſci. Gellius, lib. 17. cap. 2, Dubitatum eſt ab imperitis antiquitatis an latinum foret fruiſci. Nõ modo autem latinum, ſed iucundius, amœniúſque etiam verbum fruiſcor factum eſt quàm fruor: & vt fatiſcor à fateor, ita fruiſcor factum eſt à fruor. Qu. Metellus Numidicus, qui caſtè puréque lingua vſus latina videtur, in epiſtola quam exul ad Domitios miſit, ita ſcripſit, Illi verò omni iure atque honeſtate interdicti, Ego neque aqua, neque igni careo, & ſumma gloria fruiſcor. Næuius in Attellana, quæ Partus inſcripta eſt, hoc verbo ita vtitur, Quod magnopere quæſierunt, id fruiſci non queunt: Qui non parſit apud ſe, fruitus eſt.

Fruiſci, accuſatiuo iunctum. Plaut. in Rud. 23. 72, Hinc tu, niſi malũ, fruiſci nihil potes.

Fruniſci pro frui, antiqui dixerunt. Lucilius lib. 18, AEque fruniſcor eſo, ac tu. Cælius lib. 2, Domus ſuas quoque ire iubet, & ſua omnia fruniſci. Nouius Par. Eo quod magnopere quæſierunt, id fruniſci non quærũt. Gellius hoc exemplum adducit ex Næuio, & fruiſci legit. Feſtus Pompeius, Fruniſcor & frunitum dixit. Cato, Nóſque cum adhuc dicimus infrunitum, certum eſt antiquos dixiſſe frunitum.

Frunitus, vt inquit Perottus, prudens, hoc eſt, is quo perfrui liceret: ſicut ecõtrario, infrunitus, inſipiens, ac ſtolidus, qui nulli vſui eſt. Sed nos frunitum & infrunitum à græco potius deducta exiſtimamus. nam Græci φρόνιμον prudentem, ἄφρονα dementem dicunt.

FRVCTVS, fructus, vel fructi, datiuo fructui, m. g. Fruict. A fruẽdo dicitur, vt inquit Varro, & Donatus, quòd his fruimur. Alii à ferendo, fructus deduci volunt: & dicuntur illæ res quas fundus fert, & quæ in fundo feruntur.

Fructi. Terent. in Adelphis, 5.4.17, Contriui in quærundo vitam atque ætatem meam. nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero. Voyla la retribution, & le fruit qui men reuient.

Fructus, pro cibo, interprete Donato. Terent. in Phormione, 2.2.18, Nõ rete accipitri tenditur, neque miluio, qui male faciũt nobis: illis qui nihil faciũt, tenditur. quia enim in illis fructus eſt, in illis opera luditur. Pourtant quil y a aprendre en ceulx la, Quil y a a mordre, quil y a de lacqueſt.

Fructum capere ex aliquo: Prendre prouffit daucun. Cic. de amicitia, 67, Et amicos tãquam pecudes, eos potiſſimum diligunt, ex quibus ſperant ſe maximum fructum eſſe capturos.

Fructuarius, ſubſtantiuum, A qui eſt le fruict.

Fructuarius fructuaria fructuarium, Quod ad fructum pertinet, vel quod fert fructum. Columella lib. 1, Pars autem fructuaria diuiditur in cellam olearią, torcularią, & cellam vinariam. Idem lib. 3, Cum vitem inſerere voles optimi generis, ſarmenta fructuaria cũ gemmas agere incipient, vento auſtro à matre præcidito. Palladius, Deciſis male natis omnibus & veteribus, nouellos & fructuarios ſerues.

Fructuoſus fructuoſa fructuoſum, Plein de fruict, dutilite, & de prouffit. Cicero de Amicitia, 67, Sed plerique neque in rebus humanis quicquam bonũ norunt, niſi quod fructuoſum ſit: & amicos tanquam pecudes, eos potiſſimum diligunt, ex quibus ſperant ſe maximum fructum eſſe capturos.

FRVSTRA, aduerbium, Incaſſum, nequicquã. En vain. A fruſto quidã deductum exiſtimant. Cic. de ſenectute, 76, Nec me vixiſſe pœnitet, quandò ita vixi vt non fruſtra me natũ exiſtimem. Plaut. in Curc. 7.58, Poſtquã mihi reſpõſum eſt, abeo ab illo mœſtus ad forũ, me illò fruſtra aduenisſe. Idem in Bacch. 5.124, Sed quid futurũ eſt, quum hoc ſenex reſciuerit? quom ſe excucurriſſe illuc fruſtra ſciuerit, nóſque aurũ abuſos? Terent. in Adelphis, 2.1.54, Sed nemo dabit, fruſtra egomet mecũ has rationes deputo. Pourneant, Ie pers mapeine, En vain. Idem in Heaut. 4.8.17, Vah, fruſtra igitur gauiſus miſer. Idem in And. 2.1.10, Ah, quanto ſatius eſt, te id dare operam, quî iſtum amorem ex animo amoueas tuo: quàm id loqui, quo magis libido fruſtra incendatur tua? Idem in Eunucho, 2.2.54, Næ tu iſtas faxo calcibus ſæpe inſultabis fruſtra. Idem in Heaut. 2.3.20, Cuius nũc pudet me, & miſeret: qui harum mores cãtabat mihi, monuiſſe fruſtra. Ibidem, 4.3.15, Fruſtra operam hanc opinor ſumo.

Fruſtra eſſe dicitur, quod exitũ ſperatum non habet, quódque nõ ex ſentẽtia euenit. Salluſt. Cuius neque conſiliũ vllum neque incœptũ fruſtra erat. Idem, Ea res fruſtra fuit. Id eſt, Expectationem fruſtrata eſt.

Fruſtra eſſe: pro fruſtrari. Plaut. in Bacchid. 18.42, Quid, illam meretricémne eſſe cenſes? N. quippe nisc. fruſtra es. N. quis igitur obſecro eſt? Tu te abuſes. Idem in Amphit. 11.20, Hi iã ambo & ſeruus & hera fruſtra ſunt duo. Ils sõt tous deux abuſés. Idem in Cap. 13.85, Nec nihil hodie, nec multo plus tu hic edes, ne fruſtra ſis. Affin que tu ne te abuſes. Idem in Moſtell. 8.41. Hic ad me it: ſaluus ſum, ſpes eſt de argento, hic hilarus eſt. TR. fruſtra eſt homo. Ceſt hõme la ſe abuſe: Il neſt pas ainſi quil penſe. Idem in Pſeud. 10.17, Stulti haud ſcimus fruſtra vt ſimus: cum quod cupienter dari petimus nobis, quaſi quid in rem ſit poſſimus noſcere.

Fruſtra habere aliquẽ, Abuſer aucun. Plaut. in Amphit. 3.2.5. Is aduenienteis ſeruum & dominum fruſtra habet.

Fruſtro fruſtras, fruſtrare, Decipere: Deceuoir, abuſer aucun. Cæſar, Non fruſtrabo vos mili-

res. Plaut. in Milite. 12.9, Quin ego fruſtro poſtquam adhibere meas aureis ad tuam moror orationem.

Fruſtror fruſtraris, verbum commune ſecundum Priſcianum. Alii deponens eſſe volũt. Plaut. in Amph. 8.199, Neſcio quis præſtigiator hãc fruſtratur mulierẽ. Idem in Moſtell. 8.63, Multos me hoc pacto iã dies fruſtramini: moleſtus ſi ſum, reddite argentũ, abiero. Vous me abuſés de parolles: vous me faictes icy attendre pour neant. Terent. in Prologo Eun. 14, Dehinc ne fruſtretur ipſe ſe, aut ſic cogitet, defunctus iam ſum: nihil eſt quod dicat mihi.

Fruſtrata eſt hæc me ſpes. Terent. in And. 2.2.37, Bene mones: ibo, etſi hercle ſæpe iam me ſpes hæc fruſtrata eſt. Iay eſte abuſe de ceſte eſperance.

Fruſtrari expectationem alicuius: Ne donner point a aucun ce quil attent. Plin. epiſt. 34.a. Magna etiam, longa expectatio eſt, quam fruſtrari adhuc, & differre non debes. Idem, epiſt. 171.a, Alii contrà hoc ipſum laudibus ferunt, quòd ſit fruſtratus improbas ſpes hominum: quos ſic decipere pro moribus temporum, prudentia eſt.

Fruſtrata nos eſt fides tua. Terent. in Adelphis, 4.4.12, Abi abi iam AEſchine, ſatis diu verba dediſti nobis: ſatis adhuc tua fruſtrata eſt fides.

Fruſtrari expenſas. Columella in præfat. Sæpe magnam dominis afferũt iacturam quum imprudenter facta opera fruſtrantur expenſas. Font perdre les deſpens & miſes.

Fruſtrari laborem. Columella in præfat. Siderũ ortus & occaſus memoria repetat, ne imbribus, vẽtiſque imminẽtibus opera inchoet, laborẽm que fruſtretur. Et quil perde ſa peine.

Fruſtrari ab aliquo. Paſſiue. Plin. de viris illuſtr. 42, Et cum ad tertium ab vrbe lapidẽ caſtra poſuiſſet, tẽpeſtatibus repulſus, primũ à Fabio Maximo fruſtratus: deinde à Valerio Flacco repulſus &c.

Fruſtrari. Salluſt. in Iugurtha, Cæterum ex omni multitudine non amplius XL memores nominis Romani, grege facto, locum cepere paulò quàm alii editior em: neque inde maxima vi depelli quiuerunt, ſed tela eminus miſſa remittere, paucis in pluribus minus fruſtrari: ſin Numidæ propius acceſſiſſent, ibi verò virtutem oſtendere, & eos maxima vi cædere, fundere, atque fugare.

Fruſtratio fruſtrationis, f.g. Deception, abus.

Fruſtrationẽ iniicere in aliquẽ, Abuſer aucũ. Pla. in Amph. 9.16, Nũc Amphitruonẽ memet vt occœpi ſemel, eſſe aſſimulabo, atque in horũ familiã fruſtrationẽ hodie iniiciã maximã.

Fruſtrationes dare. Plau. in Moſtell. 16.30, Dicito his quo pacto tuus te ſeruus ludificauerit: optimas fruſtrationes dederis in comœdiis.

FRVSTVM fruſti, n.g. Rei cuiuſcunque particula: Vng morceau de quelque choſe que ce ſoit. Dictũ quòd facile feratur. Cic. Philip. 2, In cœtu verò populi, negotiũ publicum gerẽs, magiſter equitum, cui ructare turpe eſſet, is vomens fruſtis eſculentis vinũ redolentibus, gremium ſuum & totum tribunal impleuit. Virg. Pars in fruſta ſecant. Cato, Fruſto panis conduci poteſt vel vti taceat, vel vti loquatur.

Fruſtum pueri, per iocum dixit Plautus in Perſa, 13.71, Hei nates peruellit. P. licet: iamdiu enim ſæpe expunctæ ſunt. D. loquere tu etiam fruſtum pueri.

Fruſtulum fruſtuli, diminutiuum, Vng petit morceau. Apud Plautum. A quo & fruſtillum.

Fruſtatim, Aduerbium, Id eſt minutatim & per fruſta. Par pieces & morceaux.

Fruſtillatim, diminutiuũ aduerbium, Par petis morceaux. Plaut. in Curcul. 12.20, Iam ego te faciam vt hic formicæ fruſtillatim differant.

Fruſtulentus fruſtulenta fruſtulentum, Rempli de morceaux. Plaut. in Curc. 7.34. Vin' aquã? C. ſi fruſtulenta eſt, da obſecro, hercle obſorbeam.

FRVTEX fruticis, m.g. Dicitur qui ad iuſtam magnitudinem arboris non aſſurgit, & ſtatura ſimilis eſt multis herbis, ſed non demoritur neque areſcit vt herba. Plin. lib. 16. cap. 36, Interea, qui frigidis gaudent, aquaticos frutices dicere cõuenit. Principatũ in his tenebũt harũdines. Idem lib. 14. cap. 16, Ex fruticũ verò genere cedri vtriuſque, cupreſſi, laurus, iuniperi, pini, piri, terebinthi, calami, lentiſci.

Frutex, arboris nomẽ in Phrygia. Plin. lib. 13. cap. 5, Cedro ſimilis in Arcadia eſt arbor, quæ in Phrygia frutex vocatur.

Frutetoſus frutetoſa frutetoſum, Locus fruticibus abundans. Plin. lib. 19, Siccis hæc, ſabuloſis locis, frutetoſiſque naſcuntur.

Frutico fruticas, fruticare, Pullulare, & quaſi frutices emittere. Plin. lib. 17, Quod ſupra terram eſt, è matre radi iubetur, ne fruticet.

Fruticor fruticaris, fruticari, deponens, Quaſi fruticem renaſci ex arbore. Cic. Attico, lib. 15,

Animis enim vſi ſumus virilibus, conſiliis (mihi crede) puerilibus. Exciſa enim eſt arbor, non euulſa: itaque quàm fruticetur vides.

Fruticeſco fruticeſcis, fruticeſcere, Eſt fruticē fieri. Pli. Puniceæ oleæ, quia celeriter fruticeſcũt

FRVX frugis, dixerunt antiqui, authore Feſto Pompeio. Varro, Frux, legumen, triticum.

F V

FVAT, pro ſit, dixerunt veteres. Terent. in Hecyra, 4.3.4, Iſthuc eſt ſapere, qui vbicunque opus eſt, animum poſſis flectere, quod faciundum fortaſſe ſit poſt, idem hoc nunc ſi feceris. s. fors fuat pol. Plaut. in Amph. 12.2, Nec quiſquam tã audax fuat homo, qui obuiam obſiſtat mihi. Ibidem, 16.8, Iſtic ſi fuat, illum ſanè non eſſe oportuit, niſi quidē ſit geminus.

FVCVS fuci, m.g. Genus apis ſine aculeo, ſed maior ape, quæ non mellificat, neque operam aliquam præbet in faciundo opere, niſi quòd ad fouendos fœtus concalefaciendo adiuuat, & & conſumit alimenta quæ apes cõgeſſerunt. Virg. Ignauũ fucos pecus à præſepibus arcẽt. Plinius lib. x1, cap. x1, Sunt autẽ fuci ſine aculeo velut imperfectæ apes, nouiſſiméque à feſſis, & iam emeritis inchoatæ, ſerotinus fœtus, & quaſi ſeruitia verarum apum. Quamobrem imperant iis, primóſque in opera expellunt: tardentes ſine clementia puniũt. Neque in opere tantum, ſed in fœtu quoque adiuuant eas, multum ad calorem conferente turba. Certe quo maior fuerit multitudo, eo maior fiet examinũ prouentus. Columella lib. x, Fucus genus amplioris incrementi, ſimillimum apis, & immune, ſine doctrina, fauis aſſidens.

Fucum pro cera poſuit Virgilius, Fucóque & floribus oras Explent.

Fucus marinus, Herba. Plin. lib. 26. ca. 10, Præcipue verò liberat eo malo phycos thalaſſion, id eſt fucus marinus, lactucæ ſimilis, qui cõchyliis ſubſternitur, nõ podagræ modo, ſed omnibus articulorũ morbis impoſitus, priuſquam exarefiat. Tria autem genera eius, latum, & alterum longius quadamtenus rubens. Tertium criſpis foliis, quo in Creta veſtes tinguntur. omnia eiuſdem vſus.

Fucus, Color ſiue medicamentum quo mulieres tinguntur & colorantur, vt vitia corporis nõ appareant. Plaut. in Moſtell. 4. 118, Nam iſthæc veteres quæ ſe vnguentis vnctitent interpoles, vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant. Vbi ſeſe ſudor cũ vnguentis cõſociauit, illico itidem olent, quaſi cum vnà multa iura confundit coquus.

Fucus, fraudem aliquando ſignificat, & inſidias, interprete Donato: in quibus occultatur veritas. Plaut. in Capt. 10.6, Nec mendaciis ſubdolis mihi vſquam mantellũ eſt meis: nec ſycophantiis, nec fucis vllũ mantellũ obuiam eſt. Terent. in Eunucho, 3.5.41, Deum ſeſe in hominẽ conuertiſſe, atque per alienas tegulas veniſſe clanculum, per impluuium fucum factum mulieri.

Fuco fucas, fucare, Colorare. Virg. lib. 2. georg. Alba neque Aſſyrio fucatur lana veneno.

FVGIO fugis, fugi, fugitum, fugere, Fuir. Virg. Nos patriã fugimus. A græco φεύγω.

Fugere è conſpectu. Terent. in Hecyra, 1.2.107, Siquando ad eam acceſſerat confabulatũ, fugere è conſpectu illico, videre nolle.

Fugitis quod nolo, Vous euites, vous vous gardes de faire choſe contre ma voulente. Plautus in Aſinaria, 5.61, Quod nolebã, ac vetueram de induſtria, fugiebatis, neque conari id facere audebatis prius.

Fugere curam, Ne vouloir point auoir de ſouci. Cic. de Amicitia, 43, Quòd ſi curã fugimus, virtus fugienda eſt.

Fugere cõgreſſus hominum, Euiter & fuir les compaignies. Cic. de Amicitia, 73, Quinetiam ſi quis aſperitate ea eſt, & immanitate naturæ, vt congreſſus & ſocietatem hominũ fugiat atque oderit. &c.

Fugere facta aliqua. Plaut. in Milite, 10.28, Mihíque amanti ire opitulatum, atque ea facere facinora, quæ iſthæc ætas fugere facta magis, quàm ſectari ſolet. Quelle ha de couſtume de fuir, & ſoy garder de les faire.

Fugit exulatũ ex pectore meo. Plaut. in Pſeud. 16.18, Cor colligatis vaſis expectat meum, ſi nõ educat mulierem ſecum ſimul, vt exulatum ex pectore fugiat meo. Que ie nen aye plus de ſouuenance.

Fugere laborem. Terent. in Heaut. 1.1.114, Non conuenit, qui illũ ad laborem impulerim, nunc me ipſum fugere.

Fugere nuptias. Terent. in And. 4.4.27, Recte ego ſemper fugi has nuptias.

Fugiebam maxime. Plaut. in Amph. 4.45, Nam cum pugnabant illi maxime, ego fugiebam maxime. Ie menfuyoie tant que ie pouoie.

Fugit te ratio. Plau. in Amph. 4. 232, Sciebam equidem nullum eſſe nobis, niſi me ſeruũ Soſiam. fugit te ratio. Tu nentens pas le cas. Tu ne ſces pas laffaire comme elle va.

Fugere, De nauigationibus etiam dicitur. Virg. Tendunt vela noti, fugimus ſpumãtibus vndis. Plaut. Remigio, veloque quantum potes, feſtina & fuge. Idem de auibus. Virg. Celerique fuga ſub ſydera lapſæ Semeſam prædam, & veſtigia fœda relinquunt.

Hoc vide, in mea vita tu tibi laudem is quæſitum ſcelus: vbi ſi paululum modo quid te fugerit, ego perierim. Si tu faulx tãt ſoit peu a ton entreprinſe, Si tu oublie quelque choſe &c. Terent in Heaut. 2. 3. 75.

Fugiunt hæc me, Il ne me ſouuiẽt point de cela, ie lay oublie. Cic. lib. 1. Tuſc. Niſi ſi quæ me forte fugiunt, hæ ſunt ferè omniũ de animo ſententiæ. Idem pro Aulo Cecinna, Non enim ſum id dicturus quod ego inuenerim, ſed quod illos non fugerit. Ce de quoy ils ont eu la congnoiſſance.

Fugere, Cedere eſt. Vnde vina quæ ætatem ferre non poſſunt, id eſt fugiẽtia, annis cedere dicuntur: vt cedere oneri dicimus, onus nõ perferre. Ab eadem ratione fictitiæ gemmæ ſcarificationi cedentes, fugere dicuntur. Plin. lib. 35, Fictitiæ gemmæ ſcarificationis candicãtiam fugiunt. Vbi forte candicantia ſeptimo caſu legi debet. Elles obeiſſent a la touche.

Fugiens fugientis, particip. Fuyant. Terent. in And. 5. 4. 33, Is hinc bellum fugiens, méque in Aſiam perſequens, proficiſcitur.

Fugiens, Nomẽ. vt vinum fugiens, Id eſt dubium, & in vitiũ inclinans, Vng vin qui ſe paſſe, & neſt point de garde. Cic. lib. 3. offic. Qui vinum fugiẽs vendat ſciens, debeatne dicere? non neceſſe putat Diogenes: Antipater viri boni exiſtimat.

Fugiẽtes etiam literæ dicuntur exoleſcentes, quæ vetuſtati cedunt. Lettres qui ſeffacent, tellement que a grand peine les peult on plus lire. Quod fit cum membranæ præpingues, literas non retinent.

Fugiens laboris. Cæſar in comment. Non erat adeò timidus, aut fugiens laboris.

Fugito fugitas, fugitare, Frequentatiuum. Terent. in Phor. 5. 5. 7, Viciſſim partes tuas acturus eſt. A. quas? P. vt fugitet patrem. Il ſenfuyra de deuant ſon pere.

Fugitare oculos alterius: Senfuir de deuant aucũ, de paour deſtre veu. Plau. in Capt. 11. 10, Quid iſtuc eſt, quòd meos te dicam ſic fugitare oculos Tyndare?

Fugitare conſpectum patris. Idem. Terentius in Heaut. 3. 1. 25, Non vult te ſcire ſe rediſſe: etiam & tuum conſpectum fugitat propter peccatum.

Fugitant omnes hanc prouinciam: Tous refuſent ceſte charge. Plautus in Capt. 4. 53, Quid credis? fugitant omnes hanc prouinciam, poſteaquam captus eſt Philopolemus tuus.

Fugitans fugitantis, participium, Qui ſouuent ſenfuit.

Fugitans litium, Nomen: Qui fuit noiſe & debat. Terent. in Phormione. 4. 3. 18, Herus libe ralis eſt, & fugitans litium.

Fuga, fugæ, Fuite.

Fuga, Curſus, Courſe. Virg. Vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice, volucrémque fuga præuertitur Hebrum.

Fuga, Impetus. Virg. Ille volat ſimul arua fuga, ſimul æquora verrit.

Fuga nulla malefactis meis. Plaut. in Capt. 10. 7, Neque precatio perfidiis meis, nec malefactis fuga eſt. Ie ne peulx effouir que ie ne ſoie puni pour mes meſſaits.

Fugitor fugitoris, Qui ſenfuit. Plaut. in Trinummo, 10. 96, In ſaginã herus ſe coniecit meus, credo ad ſummos bellatores acrem fugitorem fore, & capturum ſpolia.

Fugax, fugacis, o. g. Qui facilement & incontinent ſenfuit, & ſe paſſe.

Fugacia mala Perſica appellat Plinius his verbis, lib. 15. ca. 12, Pretiúmque ſingulis iã triceni nũmi fuêre, nullius maiore: Quod miremur, quia nõ aliud fugacius. lõgiſſima nanque decerpto bidui mora eſt, cogítque ſe venũdari. Il ny en a point qui ce paſſe ſi toſt, & ſe pourriſſe.

Fugitiuus, fugitiua, fugitiuum, Qui ſen eſt fuit. Fugitif. Vt fugitiuus ſeruus, qui à domino ea mente recedit, ne ad eum redeat, etiamſi mutato cõſilio ad eũ reuertatur. Plaut. in Menæh. 3. 4, Homines captiuos, qui catenis vinciunt, & qui fugitiuis ſeruis induunt compedes.

Idem in Capt. 5. 16, Apage, haud nos deceat fugitiuos imitari. Terent. in Heaut. 4. 5. 32, Quamobrem? c. quamobrem? me rogas? homini fugitiuo dabo? s. vt lubet.

Fugitiuum argentum. Terentius in Heaut. 4. 2. 11, Retrahã hercle opinor ad me illud idem fugitiuum argentum tamen.

Fugitiuus rei familiaris. Plin. epiſt. 205. Pollicêris in finẽ, quũ certius de vitæ noſtræ ordina-

tione aliquid audieris, futurum fugitiuum rei familiaris, ſtatimque ad nos euolaturũ. Que tu ten fuyras dauec ton meſnage.

Fugitiuarius fugitiuaria fugitiuarium. Fugitiuarii, apud antiquos, fugitiuorum ſeruorũ reprehenſores erant: qui eam operam profitebantur, vt fugitiuos inueſtigatos reducerent. In pandectis, In lege Si apud te. Non enim ambo pecuniã ego & fugitiuarius depoſuimus. Varro hoc verbo metaphoricῶs quodammodo vſus eſt: cum inquit lib. 3. de re ruſtica, cap. 14, Idoneus ſub dio ſumendus eſt locus cochleariis, quem totũ circum aqua claudas: ne quas ibi poſueris ad partum, nõ liberos earum, ſed ipſas quæras. aqua inquam cludendæ, ne fugitiuariis ſit parandus locus. Id eſt, ne ſi locus fugæ pateat cochleis, cogaris poſtea tanquam fugitiuos ſeruos, ſic cochleas fugitiuas perſequi, & vti miniſterio reprehenſorum.

FVGO fugas, fugare, Faire enfuyr, Chaſſer. Plautus in Amphit. 3. 136, Ibi nunc meus pater memorat legiones hoſtium vt fugauerit. Idem in Trinũmo, 5. 28, Fugat vos cognatos, fugat ipſe ſe à ſuo contuitu.

Fugare è. Plau. in Pœnulo, 4. 101, Nam vigilante Venere, ſi veniant eæ, ita ſunt turpes, credo ecaſtor Venerem ipſam è fano fugent.

FVLCIO fulcis, fulciui, fulcitum, fulcire, Munire, Suſtentare, fortificare, Garnir, fortifier. Souſtenir & appoier. Plaut. in Sticho, 3. 37, Bene procuras, ſatis ſic fultum eſt mihi. Iuuenalis, Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam.

Fultus amicitiis. Plin. epiſt 190. d, Præterea qua gratia, quibus amicitiis fultum?

Fulta vitis. Cicero de ſenectute, 48, Vitis quidem, quæ natura caduca eſt, & niſi fulta ſit, fertur ad terram.

Fulcimentũ, fulcimẽti, Vng appui, ſoubtenement, Fortreſſe, garniture. Plau. in Trinũ. 10. 92, Quid ego nunc agam, niſi vti ſarcinam conſtringam, & clypeum ad dorſum accommodẽ fulcimenta, iubeam ſuppingi ſoccos?

Fultura fulturæ. Idem. Plin. Vt eximãtur trabes ſine fulturis. Plin. epiſt. 256, Nam fulturæ ac ſubſtructiones, quibus ſubinde ſuſcipitur, non tã firmæ mihi, quàm ſumptuoſæ videntur. Idem epiſt. 9. a, Tunc enim ſubit recordatio, quot dies quàm frigidis rebus abſumpſi: quod euenit mihi poſteaquã in Laurentino meo aut lego aliquid, aut ſcribo, aut etiam corpori vaco, cuius fulturis animus ſuſtinetur.

Fulcrum fulcri, Sũma lecti pars qua torus ſuſtinetur. Virg. Lucẽt genialibus altis Aurea fulcra toris. Gellius, Neque apud eius lecti fulcrum capſam eſſe cum ſtrue aut ferro oportet. Suet. in Claud. Adhibebant omni cœnæ & liberos ſuos cum pueris, puellíſque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum ſedentes veſcerentur.

Fulcra, alii tabulas compactas, ſeu ſpondas, in quibus lecti imponuntur, interpretati ſunt. Vng chaſlit. Alii, pedes lecti.

FVLGEO fulges, fulſi, fulgere, Lucere, & ſplendorẽ emittere ſignificat, Reſplẽdir, à φλὸξ, quod flammam ſignificat. Lucanus libro x, Fulget gemma toris, & iaſpide fulua ſupellex.

Fulgere, pro ferire priſci dicebant, authore Feſto Pomp. Vnde fulgur dictum eſt.

Fulgetrum fulgetri, n. g. Eſclair. Plin. lib. 2. cap. 43, Hinc naſci procellas. Et ſi in nube luctetur flatus, aut vapor, tonitrua edi: ſi erumpat ardens, fulmina: ſi longiore tractu nitatur, fulgetra. his findi nubem: illis perrumpi. Ibidem, cap. 54. Fulgetrum prius cerni quàm tonitrum audiri cum ſimul fiant, certum eſt: nec mirum, quando lux ſonitu velocior.

Fulgor fulgoris, Leſclair, la reſplendiſſeur que faict la fouldre auãt quil tonne. & autres lueurs & clartés. Virg. lib. v, Maculoſus & auro Squammam incendebat fulgor.

Fulgur, fulguris, n. g. Eſclair qui ſe faict deuant le tonnoarre. Idem quod fulgetrum.

Fulguritas fulguritatis, Splendor. Lucilius, Luporum aciem clarum, & fulguritatem arborum.

Fulguro fulguras, fulgurare, Fulgur emittere, Eſclairer.

Fulguritaſſunt, pro fulgure percutiũtur, dixit Plautus in Trinummo, 8. 105, Nam fulguritaſſunt alternæ arbores, ſues moriuntur angina acerrimẽ.

Fulgurator fulguratoris, Fulgurum inſpector, vt docet Nonius. Cato de moribus Claudii Neronis, Aruſpicem fulguratorem ſi quis adducat.

Fulgurio fulguris, fulgurire, Fulgur iácere. Næuius, Sanè à ſuo ſonitu claro fulguriuit Iupiter.

Fulguritum, id quod eſt fulmine ictũ. Qui locus ſtatim fieri putabatur religioſus, quòd eũ deus ſibi dicaſſe videretur.

Fulmen fulminis, neut. gen. Fouldre. Plinius lib. 2. cap. 49, Quod ſi ſimul rumpit nubem, ex-

arſitque, & ignem habuit, aut poſtea concepit, fulmen eſt. Ibidem, cap. 43, Si erumpat ardens, fulmina ſunt.

Fulmino fulminas, fulminare, Fouldroier, ietter fouldre.

FVLICA fulicæ, f. g. auis quæ & fulix dicitur, marina vel ſtagnenſis, paulò ſupra magnitudinem columbæ. Dicta à furuo, id eſt nigro. Virg. lib. 2. georg. In ſicco ludunt fulicæ. Plin. lib. 18. cap. 35, Loligo volitans, conchæ adhæreſcentes, echini affigentes ſeſe, aut harena ſaburrantes, tempeſtatis ſigna ſunt. Ranæ quoque vltra ſolitum vocales. Et fulicæ matutino clangore.

FVLIGO fuliginis, f. g. A furuo dicitur, Nigrum è fumo. Suye. Plin. lib. 35. cap. 6, Adulteratur fornaciũ, balnearúmque fuliginæ. Plaut. in Pœnulo, 18. 23, Stulta ſoror es magis, quàm volo: an verò pulchra vidêre obſecro, ſi tibi illic non os óblitum eſt fuligine?

FVLLO fullonis, m. g. Vng foullon de draps. Qui curanda, poliendáve veſtimenta accipiũt. Plautus in Aulul. 15. 36, Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Plin. lib. 28. cap. 6, Virilis podagris medetur, argumento fullonum, quos ideo tentari eo morbo negant.

Fullonius fullonia fullonium, Appartenant a foullon. Plaut. in Pſeud. 12. 16, Cras mihi potãdus fructus eſt fullonius.

Fullonicus fullonica fullonicum. Idem. Plaut. in Aſin. 16. 57, Si non didiciſti fullonicam, non mirandum eſt, in oculos inuadere optimum eſt.

FVMVS, fumi, m. g. Fumee.

Fumos vendere, apud Martialem, pro eo quod eſt, principum beneuolentiam, ſimulato commendationis officio, per occaſionem familiaritatis, pretio vendere. Nam fumus initio quidem magnum quiddam eſſe videtur, verum euaneſcit illico. Martialis carmẽ hoc eſt, Vendere nec vanos circum pallatia fumos, Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.

Fumo comburi. Cic. ad Quintum Fratrem, lib. 1, Sed quid opus fuit eiuſmodi literis, quas ad ipſum miſiſti? illum crucẽ ſibiipſi conſtituere, ex qua tu eum antè detraxiſſes: te curatorum fumo vt combureretur, tota plaudente prouincia.

Fumarium, fumarii, Locus vbi vina fumo condiebãtur. Martialis, Improba Maſſiliæ quicquid fumaria cogunt, Accipit ætatem quiſquis ab igne cadus. Nam vina fumo præcocem trahũt maturitatem, & celerius vetuſteſcunt, vt docet Columella, lib. 1. cap. 6.

Fumoſus fumoſa fumoſum, Plein de fumee. enfume. Cato de re ruſtica, capite 130, Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perſpergito, & in ſole ponito: perbibant bene. Ita neque fumoſa erunt, & bene ardebunt.

Fumoſæ imagines. Cic. in Piſonem, Sed ne totum quidem factum aut militiæ aut domi. Obrepſiſti ad honores errore hominũ, commẽdatione fumoſarum imaginum: quarum ſimile nihil habes præter colorẽ. Fumoſas imagines appellauit Cicero, antiquiſſimi generis ſtemma: Vt legi omnino debeat apud Iuuenalem, Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros.

Fumo fumas, fumare, Fumum emittere. Faire fumee, Fumer. Virg. Et iam ſumma procul villarum culmina fumant.

Fumigo fumigas, fumigare. Suffire, Encenſer, faire des fumees.

Fumifico fumificas, fumificare, Idem. Plautus in Milite, 8. 2, Inde ignem in aram, vt Epheſiæ Dianæ latas laudes, gratéſque agam: eíque vt Arabico fumificem odore.

FVNDA fundæ, f. g. Vne fonde a ruer pierres. Virg. lib. 1. georg. Stupea torquentẽ balearis verbera fundæ.

Funda, Retis genus quod in orbem ſpargitur, quod & reticulũ dici ſolet. Virg. lib. 1. georg. Funda iam verberat amnem.

Funda, Sacculus, ſeu marſupium in modum retis factũ, in quo pecuniæ & alia gerũtur. Macrobius, Cúmque acceſſiſſet ad ſellam, demiſſa in fundam pauperẽ manu, paucos denarios protulit quos principi daret.

Funda, Circulus ex auro ſiue alio metallo, quo gemmæ ita nectuntur, vt aurum nõ niſi margines amplectatur. Plin. Funda includuntur perſpicuæ: cæteris ſubiicitur aurichalcum.

Funditor, funditoris, Qui funda dimicat. Salluſt. Ipſe cum expeditis cohortibus adhuc funditorum & ſagittariorum delecta manu.

Fundibularius, Idem qui funda dimicat.

FVNDVM, fundi, n. g. Le fond de quelque choſe que ce ſoit.

Funditus, aduerbium. A fundo. Des le fond.

Funditus me perdidiſti, Tu mas perdu du tout, totalement. Plaut. in Bacchid. 11. 31. Piſto-

clère perdidiſti me ſodalem funditus. Idem in Merc. 23.6, Quoniam hæc tibi nõ abſtulit modo, ſed in amorẽ coniecit fortius, quo te, cõſiliúmque tuũ atque mentem perdit funditus. Terent. in And. 1.5.9, Quod ſi fit, pereo funditus.

Funditus amicitiam è vita tollere. Cic. de amicitia, 44, Quæ cauſſa eſt vt amicitiam funditus tollamus è vita, ne aliquas propter eam ſuſcipiamus moleſtias?

Funditus euerſa ciuitas. Cic. de amicitia, 23, Quæ enim domus tam ſtabilis, quæ tã firma ciuitas eſt, quæ non odiis atque diſſidiis funditus poſſit euerti?

Funditus miſceri. Salluſt. ad Cæſarem, de rep. ordinanda, Sed non inſcius, neque imprudens ſum, & quæ mea res agetur, quæ fæuitia, quæve tẽpeſtates hominum nobiliũ futuræ ſint, quum indignabuntur omnia funditus miſceri, antiquis ciuibus hanc ſeruitutem imponi.

Fundamentum fundamenti, A fundo fit. Fondement, ſur quoy on fonde quelque choſe.

Virg. Fundamenta locant alii, pars ducere muros.

Iacere fundamenta reip. Qualiacunque fundamenta facere, & quodammodo dare rei principium. Cic. Cornificio, Ego mi Cornifici, quo die primũ in ſpem libertatis ingreſſus ſum, & cũctantibus cæteris ad XIII. Calend. Ianuarii, fundamenta ieci, eo ipſo die prouidi multum, atque habui rationem dignitatis tuæ.

Iacere fundamenta ſalutis alicuius. Cic. Appio, lib. x, Illi mihi neceſſe eſt concedant vt tibi plus quàm ipſi hoc tẽpore prodeſſe poſſim. quod quidem nec deſtiti facere, nec deſiſtam, & iam in maxima re feci, & fundamenta ieci ſalutis tuæ. Tu fac bono animo, magnóque ſis, méque tibi nulla re defuturum confidas.

Iacere fundamenta pacis. Cic. Quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis.

Fundamentũ ſubſtruere: Mettre les fondements. Plaut. in Moſtell. 3.27, Primum dum parentes, fabri liberûm ſunt, & fundamentum liberorum ſubſtruunt.

Fundo fundas, fundare, Fonder quelque choſe que ce ſoit.

Fundare nauem. Plaut. in Milite, 12.44, Nam mi patrone hoc cogitato, vbi probus eſt architectus, bene liniatam ſi ſemel carinam collocauit, facile eſſe nauẽ facere, vbi fundata & cõſtituta eſt. Nunc hic carina ſatis & fundata eſt bene, & ſtatuta. Virg. lib. 6. AEneid. Tum dente tenaci Anchora fundabat naues.

Fundatam paternis, auitiſque opibus domum exhaurit. Quintilianus.

Fundata legibus ciuitas. Plin. in Paneg. 54, Auertiſti oculos, atque vt antè caſtris, ita poſtea pacem foro reddidiſti. excidiſti inteſtinum malum, & prouida ſeueritate cauiſti ne fundata legibus ciuitas, euerſa legibus videretur.

Fundatiſſima ciuitas. Cic. pro domo ſua ad Pontif. Cum omnium perditorum & cõiuratorum incitata vis, duce tribuno plæbis, conſulibus authoribus, & afflicto ſenatu perterritis equitibus Romanis, ſuſpenſa, ac ſolicita tota ciuitate, non tam in me impetum faceret, quàm per me in omnes bonos: me vidiſſe, ſi viciſſem, tenuis reip. reliquias: ſi victus eſſem, nullas futuras. quod cum iudicaſſem, defleui coniugis miſeræ diſſidium, liberorum chariſſimorum ſolitudinẽ, fratris abſentis, amãtiſſimi atque optimi caſum, ſubitas fundatiſſimæ familiæ ruinas.

FVNDO fundis, fudi, fuſum, fundere, Fondre quelque matiere ou metal.

Fundere corpora humi: Proſterner ou ruer par terre. Virg. Nec prius abſiſtit, quàm ſeptẽ ingentia victor Corpora fundat humi.

Fundere exercitũ: Deffaire vne armee, la deſconfire. Liuius lib. 1, Exercitum fudit, fuſum perſequitur. Plin. de viris illuſt. 51, Regem Philippum prælio fudit.

Fundere flores. Virg. Ipſa tibi blãdos fundent cunabula flores. Id eſt, abundãter præbebũt.

Fundit frugem. Cic. de ſenect. 47, Deinde tepefactum vapore, & compreſſu ſuo diffundit, & elicit herbeſcẽtem ex eo viriditatem: quæ nixa fibris ſtirpium, ſenſim adoleſcit: culmóque erecta geniculato, vaginis iam quaſi pubeſcẽs includitur: è quibus cũ emerſerit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam. Elle meſt le froument hors.

Fundere, Parler abondamment. Virg. lib. 3, Talia fundebat lachrymans.

Fundere verba. Terent. in Adel. 5.1.7. Ohe ſcelus. s. eho, iam tu verba fundis hic ſapiẽtia?

Fundere mendacia. Plautus in Pſeudolo, 14.38, Ita me di ament, ita non facient, mera iam mendacia fundis.

Fundere: Demittere. Virg. Criſtíſque à vertice flammam Fundit.

Funditur in omnes partes vitis: Elle ſe eſpart, elle ſe eſpand, & eſlargit, ou eſtend. Cicero de ſenect. 48, Vitis quidem, quæ natura caduca eſt, & niſi fulta ſit, fertur ad terram: eadem vt ſe erigat, clauiculis ſuis, quaſi manibus, quicquid eſt nacta, complectitur: quam multipli-

ci ſerpentem lapſu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum ne ſylueſcat ſarmentis, & in omnes partes nimia fundatur.

Fundito funditas, funditare, Frequentatiuum, Sæpe fundere.

Funditare, Beaucop & largement parler. Plau. in Aſin. 16.52. Næ ille ecaſtor fœnerato funditat. nam ſi domum redierit hodie, oſculando ego vlciſcar potiſſimum.

Funditare verba. Plaut. in Pœnulo, 5.52, En monſtrum mulieris, tantula tanta verba funditat. Idem in Amph. 14.13, Qui dum'M .quia ſenecta ætate à me mẽdicas malum. A .cũ cruciatu tuo iſthæc hodie verna verba funditas.

Funditare rẽ: Deſpendre ſes biens. Plaut. in Merc. 3.58, Omni quod modo, cui iuuenis ipſe parſerit, me rem videret funditare, ac perdere.

FVNDVS fundi, m.g. Eſt quiddam minus quàm ager: ſingula enim proprie prata (vt inquit Laurẽtius Valla) ſingulæ vineæ, ſinguli horti, ſingula oliueta, pomaria, ſalicta, arbuſta, paſcua, nemora, loca aucupatoria, venatoria, piſcatoria, ſiue villam atque ædificiũ, ſiue piſcinã atque aluearia, ſiue viuaria habeant, ſiue non habeant, ſinguli fundi ſunt: & hoc quidẽ in agro. Itaque fundus eſt poſſeſſio ruſtica. Plaut. in Capt. 4.78, Quaſi fundum vendã, meis me addicam legibus.

Fundus inquit Feſtus, dicitur ager, quòd planus ſit, ad ſimilitudinem fundi vaſorum. Vng champ, ou vne piece de terre.

Fundus, Varroni, vel à fundamento, vel à fundendo, ager dictus.

Fundus, metaphoricῶs pro fundamento in quocunque negotio, à Plauto vſurpatur, in Trinummo, 16.4, Modo me Staſimus Leſbonici ſeruos conuenit: is mihi dixit, ſuum herum peregre huc aduenisſe Charmidem. Nũc mihi is propere cõueniendus eſt: vt quæ cum eius filio egi, ei rei fundus pater ſit potior eo.

Fundus quoque dicitur (authore Feſto Põpeio) populus eſſe rei quam alienat, hoc eſt author. Cic. pro L. Cornelio Balbo, Quid enim potuit dici imperiti?, quàm fœderatos populos fieri fundos oportere? nã id nõ magis proprium eſt fœderatorum, quàm omnium liberorum. ſed totum hoc iudices, in ea fuit poſitum ſemper ratione atque ſententia, vt cum iuſſiſſet Prætor aliquid, ſi id adſciuiſſẽt ſocii populi ac Latini: etſi ea lex quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo reſediſſet: vt tum lege eadem is populus teneretur: nõ vt de noſtro iure aliquid minueretur, ſed vt illi populi aut iure eo, quod à nobis eſſet conſtitutum, aut aliquo commodo, aut beneficio vterentur.

FVNGOR fungeris, functus ſum, fungi, Officium, munúſque agere: Auoir & adminiſtrer quelque charge ou office. Accuſatiuo & quandoque ablatiuo iungitur. Plaut. in Moſtellaria, 2.45, Tu tibi iſtos habeas turtures, piſces, aueis: ſine me alliato fungi fortunas meas. Laiſſe moy vſer mes biens, auec mes aulx.

Fungi munus alicuius: Faire loffice daucun. Plaut. in Menæh. 6.5, Iam iſti ſunt decem: nã paraſitus, hominum octo munus facile fungitur. Idem in Amphit. 8.190, Te hic abſente tamen tuam rem curet, téque abſente hic munus fungatur tuũ. Idem in Aſin. 14.4, Aín' tu apud amicam munus adoleſcentuli fungare? Idem in Trinum. 2.1, Sequere me, mea gnata, vt munus fungaris tuum. Terent. in Heaut. 1.1.14, Proinde quaſi nemo ſiet, ita attente tute illorum officia fungere. Idem in Adelph. 3.4.18, Maior filius tuus AEſchinus, quẽ fratri adoptandum dediſti, neque boni, neque liberalis functus officium eſt viri. Idem in Phor. 2.1.51, Functus adoleſcentuli eſt officium liberalis: poſtquam ad iudices ventum eſt, non potuit cogitata proloqui. Idem in Adelphis, 3.3.19, Hæc ego præcipio tibi, hominis frugi & temperantis functus officium.

Fungi officio ſuo, Faire ſon deuoir. Terent. in Adelph. 4.3.12, Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore ac miſeria tabeſcit, & tuo officio fueris functus. Tu auras faict ce que tu deuois faire.

Fungi muneribus corporis. Cic. de Amicitia, 21, Denique cæteræ res quæ expetũtur, opportunæ ſunt ſingulæ rebus ferè ſingulis: diuitiæ, vt vtare: opes, vt colare: honores, vt laudère: voluptates, vt gaudeas: valetudo, vt dolore careas, & muneribus fungare corporis.

Fungi adiuncta aduocatione. Plin. epiſt. 35.h, In fine ſententiæ adiecit, quod ego & Tacitus iniuncta aduocatione, diligenter, fortitérque functi eſſemus, arbitrari ſenatum ita nos feciſſe, vt dignum mandatis partibus fuerit.

Fungi indicis partibus. Plin. epiſt. 49.a, Fungar indicis partibus, atque etiam, quo ſint ordine ſcripti, notum tibi faciam.

Fungi officio ſeruorum. Plin. epiſt. 248, In pleriſque ciuitatibus, maxime Nicomediæ & Niceæ, quidam vel in opus damnati, vel in ludum (ſimilia in his genera pœnarum) publicorũ ſeruorum officio, miniſterióque funguntur, atque etiam vt publici ſerui annua accipiunt.

Fungi militia. Suet. de claris grammat. 9, Deinde in Macedonia Corniculo. mox equo meruit: functúſque militia, ſtudia repetit, quæ iam inde à puero non leuiter attigerat.

FVNGVS, fungi, m. g. Champignons qui viennent en vne nuict. Plin. lib. 22. cap. 23, Fungorum lentior natura, & numeroſa genera. ſed origo non niſi ex pituita arborum. Tutiſſimi, qui rubent callo, minus diluto rubore quàm boleti. Mox candidi, velut apice flaminis inſignibus pediculis. Tertium genus ſuilli, venenis accõmodatiſſimum. Plaut. in Sticho, 17. 5, Contrà ſtaticulis ſtare nobis non magis potis eſt, quàm fungus imbri.

Fungus etiam in lucernis dicitur. Virg. lib. 1. georg. Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ Neſciuêre hyemem, teſta cum ardente viderent Scintillare oleum, & putres concreſcere fungos. Seruius, Nã vt dicit Plinius, cum aer humidus eſſe cœperit, fauilla quæ cum fumo ſolet egredi, prohibita aeris craſſitate, in lucernis reſidet: & quaſdam velut fungorũ imitatur imagines.

Fungus arborum morbus. Plin. lib. 17. cap. 24, Olea præter vermiculationem, quam æquè ac ficus ſentit, clauũ etiã patitur, ſiue fungũ placet dici, vel patellam: hæc eſt ſolis exuſtio.

Fungum hominẽ, pro ſtupido, & inſulſo poſuit Plautus in Bacchid. 5. 51, Adeón' me fuiſſe fungum, vt qui illi crederẽ, cum mihi ipſum nomen eius Archidemidis clamaret demptum eſſe, ſi quid crederem?

Fungoſus fungoſa fungoſum, Quod eſt rarum & leue, ad ſimilitudinem fungi. Plin. Hunc totum fungoſa replet medulla.

Fungoſitas, fungoſitatis, à fungoſo dicitur. Plin. Tota fungoſitas deraſa.

Funginus fungina funginum, Qui eſt dung champignon. Plaut. in Trinummo, 13. 8, Pol hic quidem fungino genere eſt, capite ſe totum tegit, hillurica facies videtur hominis, eo ornatu aduenit.

FVNIS, huius funis, tam maſculini quàm fœminini generis eſt, teſte Gellio, lib. 13. cap. 20, citãte verſus Lucretii, Haud, vt opinor, enim mortalia ſecla ſuperne Aurea de cælo demiſit funis in arua.

Funalis & hoc funale, Quod pertinet ad funẽ. Funalis equus, Qui fune trahitur. Suet. in Tib. Cæſare, cap. 6, Dehinc pubeſcens, Actiaco triumpho currum Auguſti comitatus eſt, ſiniſteriore funali equo, cum Marcellus Octauiæ filius dexteriore veheretur.

Funale, n. g. ſubſtantiuum, Vne torche. Cereus: quòd ante vſum papyri, funes cera circũdatos habere ſolebant. Cic. de Senectute, 41, Delectabatur crebro funali, & tibicine: quæ ſibi nullo exemplo priuatus ſumpſerat, tantum licẽtiæ dabat gloria. Plin. de viris illuſtr. 38, Duillio conceſſum eſt, vt prælucente funali, & præcinente tibicine, à cœna publice rediret.

Funambulum funambuli, Ieu par deſſus la corde. Terent. in Prologo Hecyræ, 4, Ita populus ſtudio ſtupidus, in funambulo animum occuparat.

Funipeus funipei, Qui ioue de paſpaſſe par deſſus la corde. Apul. Comœdus ſermocinatur, tragœdus vociferatur, funipeus periclitatur.

FVNVS funeris, n. g. Donatus, Funus, à funalibus dictum eſt: & eſt pompa exequiarũ. Les obſeques & funerailles. Lenterrement daucun: Et le conuoit qui ſe faict en iceluy enterrement. Terent. in And. 1. 1. 10, Funus interim procedit. ſequimur. ad ſepulchrum venimus. in ignem poſita eſt. fletur. Cic. de amicitia, 10, Quàm autem ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum eſt.

Funus, Mortẽ aliquando ſignificat. Virg. Nec moritura tenet crudeli funere Dido. Plaut. in Amphit. 4. 36, Quod multa Thebano populo acerba obiecit funera, id vi & virtute mi litum, victum atque expugnatum oppidum eſt. Qui auoit faict mourir beaucoup du peuple de Thebes.

Funus facere alicui, Le faire mourir. Plaut. in Aſinaria, 12. 5, Acerbum funus filiæ faciet, ſi te carendum eſt.

Funus facere prandio alicuius. Plaut. in Menæh. 11. 27, Feciſti funus abſenti me prãdio: cur auſus facere, cum ego ea qua tu eras, eram? Tu as tout menge mon diſner.

Funus, pro ſepulchro. Virg. Ergo inſtauramus Polydoro funus.

Funere elata reſp. Cic. in Oratione pro domo ſua ad pontif. Atque ego hoc totum non ſine

cauſſa relinquo. video enim quoſdã clariſſimos viros, principes ciuitatis, aliquot locis iudicaſſe, te cum plebe agere potuiſſe, qui etiam de meipſo cum tua rogatione, funere elatam rempub. eſſe dicerent: tamen id funus, etſi miſerum, atque acerbum fuiſſet, iure indictum eſſe dicebant.

Funereus funerea funereum, Quod ad funus pertinet. Vt funereæ mulieres, ad quas pertinet funus, vtputa ſoror & mater.

Funeralis & hoc funerale, Quicquid ad exequias pertinet.

Fúnebris & hoc fúnebre, Quod ad funus pertinet. vt fúnebris pompa. Quintil. Quid ſibi velit ille funebrium longus ordo pomparum.

Funebria iuſta. Liuius lib. 1, Nec cæleſtes modo cæremonias, ſed iuſta quoque funebria, placandóſque manes, vt idem pontifex edoceret. Iuſta, ſunt exequiæ: id eſt, ſacrificia quæ mortuis impenduntur, & funerandi ſolennitas.

Funebre bellum dixit Horatius in Serm. Plenum cædibus.

Funero funeras, funerare, Sepelire. Plinius libro 33, Qui funerari ſe iuſſit ſeſtertiis vndecim milibus. Suet. in Domitiano, cap. 17, Cadauer eius populari ſandapilã per veſpillones exportatum, Phyllis nutrix in ſuburbano ſuo Latina via funerauit.

Funeſtus funeſta funeſtum, Quod eſt funere inquinatum. Plin. in Paneg. 88, Quare ego te Cæſar, muneribus omnibus tuis, omnibus cõparo, multis antepono: quòd licet nobis & in præteritum de malis imperatoribus quotidie vindicari, & futuros ſub exemplo præmonere, nullum locum, nullũ eſſe tempus, quo funeſtorum principum manes à poſterorum execrationibus conquieſcant.

Funeſtum, Quod funeribus adhibetur.

Funeſtum, Mortiferum, cruentum. Seneca, Vox illa funeſta reip.

Funeſto funeſtas, funeſtare, Funere inquinare. Plaut. Paternam domum funeſtaui.

FVR furis, cõmunis generis, Vng larron, ou vne larronneſſe. Nonius, Fures ſignificantiam habent à furuo, quod Romani veteres atrum appellauerũt. & quòd per obſcuras atque atras noctes opportuna ſit eius mali effectio, eos dictos fures teſtatur Varro rerũ diuinarũ lib. 14, Furem ex eo dictum, quòd furuum atrum appellauerint, & fures per obſcuras noctes atque atras, facilius furentur.

Fur à fero deriuatur, vt nonnullis placet, quod ferat, id eſt, auferat res alienas. Alii à græco φώρ, deductum volunt.

Fur mihi es. Plau. in Aulul. 26.38, Tametſi fur mihi es, moleſtus non ero furi. Ia ſoit que tu me deſrobes. Idem in Rud. 20.43, Fures mihi eſtis.

Fur priſcorum verborum. Suet. de claris grammat. 15, Ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, vt Salluſtiũ hiſtoricum, quòd eũ oris improbi animo inuerecundo ſcripſiſſet, acerbiſſima ſatyra lacerarit, Laſtaurum & Lurconem, & nebulonem, popinonémque appellans, & vita, ſcriptíſque monſtroſum: præterea priſcorum Catonis verborum inerudiſſimum furem.

Furculus furculi, ſecundum Priſcianum, diminutiuum à fur. Vng petit larron.

Furunculus, diminutiuum, Petit Larron. Cic. in Piſonem, Nam quòd vobis iſte tantummodo improbus, crudelis olim furunculus, nunc verò etiam rapax.

Furunculus, Tuberculum acutum cum inflatione ac dolore in carnoſis maximè partibus. Fit etiã ex capillamẽto. Columella lib. 5, Plerunque autẽ germen de cicatrice procedit, quod ſiue longum profiluerit, in flagellum ſubmittitur, ſiue breuius in pollicem, ſiue admodum exiguum in furunculũ. is ex quolibet minimo capillamento fieri poteſt. Plinius lib. 20. cap. 13, Furunculos concoquit cum fermento.

Furinus furina furinum, Quod ad furem pertinet, Appartenant a larron. Plaut. in Pſeud. 13. 2, Nam non coquinum eſt, verum furinum eſt forum.

Furtum furti, Larrecin. Eſt (vt Paulus iureconſ. definit) contrectatio rei fraudulóſa, lucrifaciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius poſſeſſioniſve, quod lege naturali prohibitum eſt admittere.

Furtum facere. Plaut. in Bacchid. 2.60, Metaphoricῶs dixit, AEdepol feciſti furtum ætati malum, quum iſthæc flagitia me celauiſti. Tu as faict grand dommage a ta ieuneſſe.

Furti damnatus. Cic. pro L. Flacco, Pari fœlicitate vnà legatus venit Nicomédes, qui neque in ſenatum vlla conditione peruenire potuit, & furti & pro ſocio damnatus eſt.

Furtum, Veteres dicebant, quicquid clàm factum eſſet. Virgilius, Vulcani, Martíſque dolos,

& dulcia furta.

Furtum, pro adulterio. Tibullus, Celari vult ſua furta Venus.

Furtum, Inſidiæ. Virg. Furta paro belli conuexo in tramite ſyluæ, Armato vt binas obſidam milite fauces. Salluſt. lib. 1. hiſt. Metu gentis ad furta peridoneæ.

Furtim, Aduerbiũ, En cachette. Virg. lib. 3 AEneid. Infœlix Priamus furtim mandarat alẽdũ.

Furax furacis, Qui facile furatur, Qui deſrobbe voulentiers. Plaut. in Perſa, 12.16, Compedũ contritor, piſtrinorum ciuitas, perenniſerue, lurco, edax, furax, fugax.

Furaciter furacius furaciſſime. Aduerbium. Cic. in Vatinium teſtem, In eo negotio, cum te nõ cuſtodem ad continendas, ſed portitorem ad partiẽdas merces miſſum putares: cúmque omnſum domos, apothecas, nauis, furaciſſime ſcrutarêre, hominéſque negotia gerentes iudiciis iniquiſſimis irretires, &c.

Furtificus, furtifica, furtificũ, Quod furtum facere ſolet. Plaut. in Perſa, Vbi illa altera eſt furtifica leæna? Idem in Epid. 2. 10, Minus iã furtificus ſum quàm antehac. Idem in Pſeud. 13.97, Guſta tute prius, & tuis diſcipulis dato, Vt prærodatis veſtras furtificas manus.

Furtiuus furtiua furtiuum, Quod furto eſt raptum. Plaut. in Perſa, 15.56, Adduxit ſimul forma expetenda liberalem mulierem, furtiuam, abductam ex Arabia penitiſſima. Idem in Curcul. 14.22, Qui ſcias mercari furtiuas atque ingenuas virgines, ambula in ius. Idem in Pœnulo, 14.77, Et qui eas vendebat, dixit ſe furtiuas vendere.

Furtiuum, Clandeſtinum: Qui eſt faict en cachette, par emblee. Gellius, Res quaſdã occultas nuntiare regi furtiuo ſcripto volebat.

Furtiue, aduerbium, En cachette. Plaut. in Pœnulo, 16.59, Certiorẽ eſſe te volui, ne quid furtiue clam accepiſſe cenſeas.

Furor furaris, furari, Deſrobber.

FVRCA furcæ, f.g. Vne fourche.

Furcilla furcillæ, diminutiuum, à diminutiuo furcula. Inſtrumẽtum quo frumenta cillentur, id eſt, mouẽtur. Varro lib. 1. de re ruſtica, cap. 49, Herba cum creſcere deſiit, & æſtatibus areſcit, ſubſecari debet, & quoad perareſcat, furcillis verſari.

Furcifer, furciferi, dicebatur (inquit Donatus) ſeruus qui ob leue delictũ cogebatur à domino, ignominiæ magis, quàm ſupplicii cauſſa, circa vicinos, furcam in collo ferre, ſubligatis ad eã manibus, & prædicare peccatũ ſuũ, ſimúlque monere cæteros ne quid ſimile admitterẽt. Vnde Plutarchus in vita Coriolani, Furcifer huic nomẽ eſt, quod maxima pœna apud antiquos ſeruo peccãti erat, vt is plauſtri lignum, cui temo affigitur, ſpectante vicinia, ferens circũageret. Quod vbi factum erat, infidus à domeſticis & vicinis exiſtimatus, furcifer appellabatur. nam Latini, lignum illud, furcam appellant. Plaut. in Amph. 4. 131, Ego pol te iſtis tuis pro dictis & malefactis furcifer accipiam. Cic. in Vatinium teſtem, Quod in illo viro & tũ ferendum eſſet, & maximis rebus quas poſtea geſſit, obliterãdum: id tu tibi furcifer ſumes? Idem, Quid inde furcifer? quò progreditur? Terent. in And. 3. 5.12, Oh, tibi ego vt credam furcifer?

FVR FVR, furfuris, m.g. Purgamentum farinæ. Du ſon, gru, bran. Plaut. in Capt. 13.38, Tum piſtores ſcrophipaſci qui alunt furfure ſues.

Furfur, Morbus capillorũ. Plin. lib. 20. cap. 9, Diſcutit & ex foliis ſtrumas, quadrimis diebus ſoluta. Furfures capitis & vlcera manantia illita ex oleo cocta.

FVRIAE furiarum, Deæ furoris ſunt dictæ. Cic. lib. 3. de nat. deorum, Sin hæc dea eſt, cur non Eumenides? quæ ſi deæ ſunt, quarũ & Athenis fanum eſt, & apud nos, vt ego interpretor, lucus furinæ, furiæ deæ ſunt, ſpeculatrices, credo & vindices facinorum, & ſceleris.

Furiæ, Veteribus ſceleſtæ mentis tormenta erant. Cic. pro Roſcio, Nolite putare quemadmodum fabulis ſæpenumero videtis eos qui aliquid impie ſceleratéque commiſerunt, agitari & perterreri tædis ardentibus: ſua quenque fraus & ſuus terror maxime vexat, ſuum quenque ſcelus exagitat, amentiáque afficit, ſuæ malæ cogitationes conſcientiæque animi terrent. hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæque furiæ, quæ dies noctéſque parentum pœnas à ſceleratiſſimis filiis repetant.

Furioſus furioſa furioſum, A quo furor nunquam recedit. Cic. lib. 3. Tuſcul. quæſt. Itaque nõ eſt ſcriptum, ſi inſanus, ſed ſi furioſus eſſe incipit.

Furo furis, inſaniui, furere, Ira agitari. Apul. Furit, enſem corripit, fertur in eum præceps, nihil tale timentem aggreditur.

Furere, Inſanire. Cic. lib. 1. off. Verſutum & callidũ factũ Solonis, qui, quo tutior vita eius

eſſet, & plus aliquanto rei prodeſſet, furere ſimulauit. Idem in Piſonem, Quid eſt aliud furere, niſi non cognoſcere homines, non cognoſcere leges, non ſenatum, non ciuitatem?

Furio, furias, furiare, Cum furore concitare. Horatius lib. 1. Car. Quæ ſolet matres furiare equorum.

Furiatus furiata furiatũ, Furore cõcitatus. Virg. Nõ tulit hanc ſpeciẽ furiata mẽte Chorœbus.

Furibundus furibunda furibundum, Qui vehementer furit. Salluſt. Tum ille furibundus, Quandoquidem circunuentus, inquit, agor: incendium meum ruina extinguam.

FVRNVS furni. m. g. Vng four ou on cuit le pain. A furuo, id eſt nigro colore, propter fuligine, vel propter obſcuritatẽ quam intus habet. Plin Cortices quoque decuſſi ligni, clibanis & furnis præbent vſum. Plaut. in Caſina, 7. 1, Vna ædepol opera in furnũ calidũ cõdito.

Furnaceus furnacea furnaceum, Quod ad furnum pertinet. Plin. Nam furnaceis panibus binas adiiciunt libras. Aux pains qui ſont cuits au four.

Furnaria abſolute dicitur, ſicut cœnacularia & ſagaria.

Furnariã exercere, Dicitur qui ex furno, panísque coctura quæſtũ facit, vel qui furnos locat cõductoribus. Suet. de Vitell. cap. 2, Cuius filius ſectionibus, & conſuturis vberius cõpendium nactus, ex muliere vulgaria Antiochi cuiuſdam furnariam exercentis filia, equitem Romanum genuerit.

FVROR furoris. m. g. Inſania, Fureur. Cic. lib. 3. Tuſcul. quæſt. Itaque non eſt ſcriptum ſi inſanus, ſed ſi furioſus eſſe incipit. Stultitiã enim cenſuerunt, id eſt inconſtantiã, ſanitate vacantem, poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum & vitæ cõmunem cultum, atque vſitatum. furorem autem eſſe rati ſunt, mentis ad omnia cæcitatem. Idem de aruſpicũ reſponſis, A Diis quidẽ immortalibus, quæ poteſt homini maior eſſe pœna, furore, atque demẽtia? Furor, Mens vi quadam diuina cõcitata, qualis eſt furor poetarũ. Cic. de diuinatione, lib. 1, Negat enim ſine furore Democritus quẽquã poetã magnũ eſſe poſſe. Ibidem paulo poſt, Ineſt igitur animis præſagitio extrinſecus iniecta, atque incluſa diuinitus. Ea ſi exarſit acrius, furor appellatur, cum à corpore animus abſtractus, diuino inſtinctu concitatur.

FVRVVS furua furuum, Nigrum vel atrum dicitur, authore Feſto Pompeio.

FVSCINA fuſcinæ, Telum tridens ſiue triſulcum piſcatoriũ, quòd fundo natantia capiat. Vng hauet.

Fuſcina vtebantur retiarii in gladiatoriis ludis. Iuuenalis, Vicerat hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi.

FVSCVS fuſca fuſcum, Quod eſt ſubnigrũ: cuiuſmodi eſt color Indorum meridionalium & AEthiopum. Brun.

FVSILIS & hoc fuſile, Quod fuſum eſt. Fondu: vt ſtatua fuſilis, Vne image fondue, comme on faict de cuiure, ou autre metal.

FVSTIS, huius fuſtis, m. g. Vng baſton. Plaut. in Amphit. 4. 203. Quonam modo? M. aufere rẽ, non abibis, ſi ego fuſtem ſumpſero.

FVTO futas, futare, Redarguere interpretatur Feſtus. antiquũ eſt. vnde cõfutare & refutare: Futatim, Aduerbiũ. Id eſt profuſim. Plaut. in Trucul. 18. 28. Futatim nomẽ cõmemoraui ter.

FVTILIS & hoc futile, Quod facile fundit, Qui reſpant & eſcoulle facilement.

Futile, vas erat (vt inquit Donatus) quod non deponebant miniſtri ſacrorum, quòd erat acuto fundo, & patulo ore, eóque inſtabile erat. Vtebãtur eo in ſacrificiis deæ Veſtæ, quia aqua ad ſacra hauſta in terra non ponebatur. quod ſi fiebat, piaculum erat. Vnde excogitatum vas fuit quod ſtare non poſſet, ſed poſitum ſtatim effunderetur.

Futilis homo, Qui eſt eiuſmodi, vt nihil intra ſe cõtineat & ſemper inanis ſit. Qui ne ſcet riẽ celer, qui incontinent dict ce quil ſcet, quelque choſe ſecrette quelle ſoit. Qui ne ſe peult taire. Terẽt. in Andria, 3. 5. 3, Atque hoc cõfiteor iure obtigiſſe: quãdoquidem tam iners, tam nulli conſilii ſum. ſeruón' fortunas meas me commiſiſſe futili? Idem in Adelphis, 3. 3. 41, Tu quantus quantus, nihil niſi ſapientia es, ille futilis, ſomnium. Feſtus Pomp. Futiles dicuntur, qui ſilere tacẽda nequeunt, ſed ea effundunt. ſic & vaſa futilia, à fundendo vocata. Apul. Leuis homo & futilis, & rimarum plenus.

Futile, aduerbium pro futiliter. Ennius Phœnice, Vt quod factum eſt futile, amici nos feramus fortiter.

GABATA gabatæ, Pluraliter gabatæ gabatarum, Vasa concaua, eduliis, pulmentariisque aptissima. Martialis, Transcurrunt gabatæ, volántque lances. Idem, Sic implet gabatas paropsidésque.

GABALVS gabali, m.g. Apud veteres crux siue pàtibulum dicebatur. Varro, Nos barbari, quòd innocentes in gabalum suffigimus homines: vos non barbari, quòd noxios absoluitis. Vng gibet.

GABINVS gabini, m.g. Toga, quę, sicut docet Seruius, sic in tergũ reiecta est, vt vna eius lacinia à tergo reuocata, hominẽ cingat. Quo vestimẽti genere vtebatur cõsul, bella indicturꝰ.

GALACTOPOTA galactopotæ, Qui lac potat. Colu. lib. 13, Quibusdã nationibus frumẽti expertibus victũ cõmodat: ex quo Nomadũ Getarúmque plurimi galactopotæ dicũtur.

GALBANVS galbani, f.g. vel galbanum galbani, neutri: succus est siue lachryma cuiusdã herbæ, similis ferulæ, quæ in ipso frutice in æstate prorumpit. Plin. lib. 12. cap. 25, Dat & galbanũ Syria, in eodem Amano monte è ferula, quã eiusdem nominis resinæ modo stagonitim appellant. quod maximè laudant, cartilaginosum, purum, ad similitudinem ammoniaci, minimèque lignosum.

Galbanum, Genus vestimenti delicatorum, à colore albo ac sublucido, quod nullos habet pilos. Iuuenalis, Cærulea indutus scutulata & galbana rasa.

Galbanatus, nomen simile participio, formauit Martialis, Id est, galbano indutus. accipitúrq; pro homine molli & effœminato.

Galbinus galbina galbinum, Mollis, & lasciuus. Martialis, Galbinos habet mores.

GALBVLVS galbuli, m.g. Pila cupressi. Varro lib. 1. de re rustica, cap. 40, Quædã enim ad oriendum sunt vsqueadeò parua, vt sint obscura, vt cupressi. non enim galbuli qui nascũtur, tãquã pilæ paruæ corticiæ id semen, sed in his intus primigenia semina dedit natura.

GALEA, galeæ, Vng heaume. Plin. lib. 7, cap. 56, Galeam, gladium, hastam, Lacedæmonii.

GALEOLA galeolæ, f.g. Vas sinuosum à galeæ similitudine dictũ, authore Nonio. Varro de vita populi Romani lib. 1, Vbi erat vinum in mensa positum, aut galeola, aut sinus.

GALERITA galeritæ, f.g. auis quæ nunc alauda dicitur, à galeri similitudine. Varro galericum appellat, quia plumam elatã in capite habet. Plin. lib. 10. cap. 49, Quæque de vna aue galerita priuatim commemorat.

GALERVS galeri, m.g. vel galerum neutro genere. Pileus rotundus, quòd in modum galeæ esset factus, vt inquit Varro. Statius, Et temperat astra galero.

GALEVS galei, Piscis, qui à Latinis mustella dicitur. Plin. lib. 32. cap. 2, Quod ad repugnãtiam rerum attinet, quam Græci antipatiam vocant, nihil est venenatius vsquã, quàm in mari pastinaca, vtpote cũ radio eius arbores necari dixerimus. Hanc tamen persequitur galeus.

GALLVS galli, m.g. Vng coq.

Gallus gallinaceus, Idem. Plaut. in Aulul. 14. 6, Condignè etiam meus me intus gallus gallinaceus, qui erat anui peculiaris, perdidit penissume.

Gallina gallinæ, Vne geline, ou vne poulle. Plau. in Asin. 12. 76. Dic igitur me tuũ passerculũ, gallinam, coturnicem. Terent. in Phor. 4. 4. 27, Anguis per impluuium decidit de tegulis, gallina cecinit. Plaut. in Pseud. 3. 28. An obsecro hercle habent quoque gallinæ manus? nã has quidem gallina scripsit.

Gallinaceus gallinacea gallinaceum, Quod ex gallinis est: vt pullus gallinaceus. Varro de re rustica, lib. 3. cap. 9, Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus sunt: pauoninis, ter noueni.

Et paulo post, Si oua gallinis pauonina subiicies, cũ iam decem dies pauonina fouere cœpit, tum denique gallinacea subiice, vt vnà excludant.

Gallinaceus, substantiuum, Vng coq. Plin. lib. 37. cap. 10, Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inuentas crystallina specie.

Gallinarius, Qui curat gallinas. Plin. lib. x, Traditur quædam ars gallinarii cuiusdam dicentis quid ex quaque esset. Varro, Inter duas ostium sit qua gallinarius curator earum ire possit.

Gallipes gallipedis, Galli gallinacei pedes habens. Suet. Ad extremũ voto pro itu & reditu suo suscipi passus est, vt vulgo iam per iocum gallipes vocaretur.

Gallinarium gallinarii, n.g. Locus in quo morantur gallinæ. Vng gellinier. Columella, lib. ix, Gallinaria constitui debent parte villæ quæ hybernum spectat orientem.

Galliciniũ gallicinii, n.g. Pars noctis appellata est, in qua galli cantant. Apul. lib. 2. de Asino, Noctis gallicinio venit quidam iuuenis proxima ciuitate.

Gallo gallas, gallare, Insanire. Varro Eudæmonibus, Deam gallantes vario retinebant studio. eodem nãque vetustas hic est gallantibus.

GAMMARVS gammari, m.g. Aquaticum animal simile cancro: vel (vt quidã putant) ipse cancer: cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur, concoctus fit rubeus. Martialis, Concolor in nostra gammare lance rubes.

GANEA ganeæ, f.g, vel hoc ganeum ganei, Vng bordeau. Donatus, Veteres ganeũ, meretricum tabernam dixerunt: ἀπὸ τῆς γᾶς τουτέστι τῆς γῆς, quòd ipsa sit in terra, nõ vt cœnacula, superius. Terẽt. in Adelph. 3.3.5, Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeũ aliquò: persuasit illi impurus, sat scio. Columel. in prologo, Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam Laconicis cruditatem excoquimus. Plin. in Paneg. 80, AEgréque perpessus superbam illam conuictus simulationem, rursus te ad clandestinam ganeã occultúmque luxum refers. Festus, Ganeum antiqui locum abditum, ac velut sub terra dixerũt. Nonius, Ganea, sunt loca vinulentiæ ac libidini apta.

Ganearum nidor: apud Ciceronem in oratione in Pisonem, Paulisper stetimus in illo ganearum tuarũ nidore atque fumo: vnde tu nos cum improbissimè respondendo, tum turpissimè eructando eiecisti.

Ganeo ganeonis, Nonius Marcellus, Ganeones à ganeis dicti, vt popinones. Varro Modio, Et hoc interest inter Epicũrũ & ganeones nostros, quibus modulus est vitæ culina. Cic. in Catil. Quis ganeo? quis adulter? quæ mulier infamis? quis corruptor iuuentutis? Iuuenalis, Sed laudem filiquas occultus ganeo pultes. Terent. in Heaut. 5.4.11, Si scire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, heluo, ganeo, damnosus.

GANGRAENA gangrænæ, f.g. Caro emortua ex vlcere vel inflammatione ac rubore. subalbescit autem primo: demum atra fit, sensu amisso in prominẽtibus membris, id est, inter vngues & alas, & inguina. & in senibus ferè, atque iis quorũ corpus mali habitus est. Lucilius lib. 1, Serpere vti gangræna malo, ad quem herpestica posset. Varro, Non vituperamus, cum sciamus dictum præcidi oportere: si ob eam rem gangræna non sit ad brachiũ ventura. Idem de vita populi Romani, lib. 3, Quo facilius animaduertatur per omnes articulos populi hanc mali gangrænam sanguinolẽtam permeasse. Plin. lib. 20. cap. 22, Item ad gangrænas & pterygia, succus verò articulis.

GANGILIVM gangilii, n.g. Genus morbi in capite, cum humor quidam includitur. de quo Columella, lib. 7. Est & gangilion, vt docet Paulus, nerui alicuius vel exitu vel ex lassitudine contortio: multis quidem omnino partibus corporis, sed præcipue mollibus, vt in extremitate manuum, atque pedibus.

GANNIO gannis, ganniui vel gannii, gannitũ, gannire, Proprie canes dicuntur, cum murmure vel quasi plorando conqueri videntur. Gannire ad homines translatũ. Plaut. in Amphit. 1.5.24. Curiosè quidẽ: foreis enim clausit, ne præuorteretur foras. B. oggannis. S. nec gannio, nec latro: si me audias, obserues. Terẽt. in Adelph. 4.2.18, Quid ille gannit? quid volt? quid ais bone vir? est frater domi?

Gannitus, gãnitus, gannitui, m.g. Lucretius, Lõge alio pacto gannitu vocis adulãt, Aut cum deserti baubantur in ædibus, aut cum Plorantes fugiunt submisso corpore plagas.

GARGARISSO, gargarissas, gargarissare, Gargouiller: Sæpe ad gurgulionem, id est guttur, reuocare. Plin. li. xx, Sedat anginas cum melle ac hyssopo ex aceto gargarissatũ. Ibidem, Voci succus sub certamine vtilis: & qui gargarissatur vua tumente, adiecta menta. Cornelius Tacitus lib. 4. In vetusto capitis dolore communia sunt, sternutamenta excitare, inferiora vehementer refricare, gargarissare his quæ saliuam mouent.

GARRIO garris, garrii, garritum, garrire, Est, inquit Donatus, tanquam auis inaniter loqui, Iaser, ne dire chose qui vaille. Terẽt. in Heaut. 3.2.25, Garris? C. hæc facta ab illo oportebant Syre. S. eho quæso laudas qui heros fallũt? Idem in Eunucho, 2.3.86, Quid ais? io cabar equidem. CH. garris? P. perii: quid ego egi miser! Idem in Heaut. 4.6.19, Perii. S. bono animo es: iam argentum ad eam deferes quod ei pollicitus. C. garris: vnde id? S. à tuo patre. Cic. lib. 2. de Orat. Nam & seculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in his philosophi garrire cœperunt.

Garrire nugas. Plaut. in Curcul. 14.6, At pol mea matertera, mater ei vtendum dederat. C. at pater tuus rursum tibi. PL. nugas garris. C. soleo: nã propter eas viuo facilius. Idem in Aulul. 27.22, Soleo hercle ego nugas garrire. ita loquor.

Garrulus garrula garrulũ, Qui ne dit rien qui vaille, qui na que babil. Plaut. in Merc. 18.15,

Verum ſi non amant, oderunt, moleſti itidem, atque difficiles, garruli, oſores, infenſi, iracũdi, ſibi ſuiſque inuidi. Terent. in Adelphis, 4.4.15, Senſi illico id illas ſuſpicari, ſed me reprehendi tamen, ne quid de fratre garrulæ illi dicerent, ac fieret palam.

Garrulæ aues, dicuntur (interprete Nonio) canoræ & hilares. Virg. lib. 4. georg. Garrula quã tignis nidum ſuſpendit hirundo.

Garrulus, inquit Nonius, dicitur cordatus. Varro Periplus, lib. 1, In hac ciuitate tum regnabat Dionyſius homo garrulus & acer.

Garritido garritidas, garritidare, Idem quod garrire. Varro, Quidnam garritidatis, dicentes, O fortunas? Sunt qui ſcribant garridito.

GAVDIVM gaudii, n. g. Ioye & lieſſe que on ha en ſoymeſme pour quelque choſe. Cic. li. 4. Tuſcul. Nã cum ratione animus mouetur placidè atque conſtanter, tum illud gaudiũ dicitur. Cum autem & inaniter & effuſe animus exultat, tum illa lætitia geſtiens, vel nimia dici poteſt: quam ita definiunt, ſine ratione animi elationem.

Gaudeo gaudes, gauiſus ſum, gaudere, Seſiouyr en ſoymeſme de quelque choſe. Terent. in Heaut. 5.1.12, Gaudere adeò occœpit, quaſi qui cupiũt nuptias. Idem in Hecyra, 1.2.32, Ita me Dii bene amabũt, haud propterea te rogo vt hoc proferam: ſed vt tacita mecum gaudeam. Cic. lib. 4. Tuſcul. quæſt. Atque vt cõfidere decet, timere non decet: ſic quidem gaudere decet, lætari non decet.

Gaudeo tibi, Ie meſiouys pour lamour de toy, Cic. Mihi gaudeo, tibi gratulor.

Gaudeo id. Terent. in And. 2.2.25, Ego me continuo ad Chremem. cum illò aduenio, ſolitudo ante oſtium: iam id gaudeo.

Gaudeo ventum. pro veniſſe. Plaut. in Ciſtell. 2.12, Quod ille dixit, qui ſecundo vectus eſt mari, ventum gaudeo ad te ecaſtor: ita hodie hic acceptæ ſumus ſuauibus modis.

Gaudeo eſſe natum. Cic. de Amicitia, 13, Quem tamen eſſe natum & nos gaudemus, & hæc ciuitas, dum erit, lætabitur.

Gaudere gaudia. Terent. in And. 5.5.8, Nam hunc ſcio mea ſolide ſolum gauiſurũ gaudia. Cic. Pæto, In theatrum Curionis Hortenſius introiit, puto vt ſuum gaudiũ gauderemus.

Gaudere gaudio. Plau. in Perſ. 12.30, Bene ei qui inuidet mihi, & ei qui hoc gaudio gaudet.

Gaudere animo. Plaut. in Sticho, 4.53, Qui multum miſeri ſint, laborent, nihil moror: dicant auctionis cauſſam, vt animo gaudeant.

Gaudebis facto: Tu teſiouyras du faict. Terẽt. in Phor. 3.2.9, Crede mihi, gaudebis facto: verum hercle hoc eſt.

Numero deus impare gaudet. Virg.

Gaudere in. Cic. Lentulo, In moleſtia gaudeo.

Gaudere in ſinu, modus loquendi apud veteres, ſignificat tacitã apud ſe voluptatem ſentire, neque vulgo proferre gaudii notas. Cic. in Tuſcul. Vt in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinãt. Tibullus, Qui ſapit, in tacito gaudeat ille ſinu. Propertius, In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.

Gauiſus fruſtra. Terent. in Heaut. 4.8.17, Vah, fruſtra igitur gauiſus miſer.

GAVSAPE, indeclinabile, n. g. Militare veſtimentum vtrinque villos habens, vel vna tantum parte, quod pro lecto in caſtris ſeruabatur. Plin. lib. 8. cap. 48, Antiquis torus è ſtramẽto erat, qualis nunc in caſtris gauſape. Patris mei memoria cœpêre amphimalla noſtra, ſicut villoſa & etiam ventralia. nam tunica lati claui in modum gauſape texi nunc primũ incepit. Hæc gauſapes gauſapis, hæc gauſapa gauſapæ, & hoc gauſapum antiquitus declinabatur. vnde in plurali gauſapa. Perſius, Iam chlamydes picti, iam lutea gauſapa captas.

Gauſapina gauſapinæ, f. g. Genus veſtis. Martialis, Menſe vel Auguſto ſumere gauſapinas.

GAZA gazæ, Dictio Perſica, ſignificat opes, ſupellectilem, & generaliter quicquid poſſidemus. Pomponius Mela, Gazam Perſæ ærarium vocant. Curtius, Igitur quaſi parum munimentis oppidi fidens, ante ſolis ortum pecuniam regiam, gazam Perſæ vocant, cum pretioſiſſimis rerum efferri iubet, ſimulans fugam. Virg. Et gaza lætus agreſti. Idem, Tabulæq; & Troia gaza per vndas.

Gazophylacium gazophylacii, n. g. Arca, ſiue quiuis alius locus in quo pretioſior ſupellex conſeruatur. Comme le threſor du roy, ou dune egliſe, ou le tronc dicelle.

GELV, proprie eſt aqua conferta, à ſerenitate cæli concreta. Glace. Neutri generis indeclinabile. Virg. georg. 3. Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto Terra gelu.

Gelus, maſculine dixerũt veteres, teſte Nonio Marcello. Afranius, Epiſtola, Quis tu es vẽtoſo in loco ſoleatus, intẽpeſta noctu ſub diuo aperto capite, ſilicẽ cũ findat gelus? Accius, Prometheo, Tum profuſus flumine hyberno gelus. Cato originũ lib. 2, Qui aquatum & lignatum videntur ire, ſecurim, atque ſolum ferunt gelum, craſſum excidũt, eum loro colligatum auferũt. Lucretius lib. v, Aſſiduúſque geli caſus mortalibus aufert. Idem lib. vi, Denique ſæpe multus fragor, atque ruina geli.

Gelidium gelidii, n. g. Glace. Columella, Vt prius conualeſcant radices frumentorũ, quàm hybernis imbribus aut gelicidiis, pruiniſve infeſtentur.

Gelo gelas, gelare, Glacer. Iuuenalis, Pauidóque gelantur Pectore.

Gelatio gelationis, f. g. Glacement. Plin. lib. 17, Si protinus editis fructibus gelatio magna cõſecuta eſt, etiam paucis diebus necet.

Gelaſco gelaſcis, gelaſcere: Eſt in gelu aſtringi, Deuenir en glace, cõmẽcer a ſe tourner en glace Gellius, Vina rarenter congelaſcunt.

Gelabilis & hoc gelabile, Quod gelu durari poteſt: Qui facilement ſe conuertit en glace. Gellius, Cur fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne ingelabile ſit.

Gelidus gelida gelidum, Frigidus. Ouid. Sed gelidũ Borean, egelidúmque Notum. Virg. lib. 3, AEneid. Mihi frigidus horror Membra quatit, gelidúſque coit formidine ſanguis.

GEMINVS, gemina, geminum, Double, Deux. Plaut. in Milite, 1. 6, Suum arceſſit herum Athenis: atque inde adforat geminis communem parietem ſuũ ædibus. Virg. lib. 6, Sunt geminæ Somni portæ.

Geminæ nuptiæ. Terent. in And. 4. 1. 50, Nam ſatis credo, ſi aduigilaueris, ex vnis geminas mihi conficies nuptias.

Gemini quandoque dicuntur, qui vno partu & vno die naſcuntur: etiam ſi tres vel quatuor vel plures naſcerentur. Virg. lib. 1x, Geminos huic vbere circum Ludere pendenteis pueros. Plaut. in Menæh. 2. 17, Mercator quidam fuit Syracuſis ſenex: ei ſunt nati filii duo gemini.

Geminus eſt ille. Plaut. in Amphit. 16. 9, Iſtic ſi fuat, illũ ſanè non eſſe oportuit, niſi quidẽ ſit geminus. Ibidem, 7. 57, Quid opus verbis? geminus Soſia hic factus eſt tibi.

Geminos duos filios pariet. Plaut. in Amphit. 5. 18, Nunc de Alcumena dudum quod dixi minus, hodie illa pariet filios geminos duos.

Gemina eius ſoror. Plaut. in Milite, 15. 9, Sororem hic eius geminam eſſe, & matrem dicito. Sa ſeur tout dune ventree.

Gemellus gemella gemellum, diminutiuum. Virg. Modo nãque gemellos Spem gregis, ah, ſilice in nuda connixa reliquit.

Gemellæ vites. Columella, lib. 3. cap. 1, Verùm & aliæ duæ geminæ, quæ ab eo quòd duplices vuas exigunt, gemellæ vocantur.

Gemino geminas, geminare, Doubler. Terent. in Adelphis, 2. 1. 19, O facinus indignũ. AE. geminabit, niſi caues.

GEMITE gemites, f. g. Gemma, de qua Plinius lib. 37. cap. x1, Nec gemite, velut in petra, candidis manibus inter ſe complexis.

GEMMA gemmæ, f. g. Oculus vitis quem primo emittit. Virg. Turgẽt in palmite gemmæ. Cic. de Amicitia, 48, Itaque ineunte vere in his quæ relicta ſunt, exiſtit tãquam ad articulos ſarmentorum ea quæ gemma dicitur, à qua oriens vua ſeſe oſtendit.

Gemma, gemmæ, Pierre precieuſe. Plaut. in Curcul. 14. 8, Quid? ego ſub gemma abſtruſos habeo tuam matrem & patrem. Plin. de viris illuſt. 42, Vnde Romam legatione repetitus, hauſto, quod ſub annuli gemma habebat, veneno, abſumptus eſt.

Gemmula gemmulæ, f. g. Diminutiuum à gemma.

Gemmulæ, flores etiam dicuntur, quibus tanquam gemmis verno tempore cuncta pingũtur, & prata veſtiuntur. Apul. lib. x, Plane tenui ſpecula, ſolabar clades vltimas, quòd vere in ipſo ortu iam gemmulis floridis cuncta depingeret.

Gemmo gemmas, gemmare, Dicuntur vites & arbores, quum gemmas emittunt. Columella, Cum primum vites incipiunt gemmare.

Gemmaſco gemmaſcis, gemmaſcere. Plin. Atque vt gemmaſcere incipient, ligetur calamus.

Gemmatus gemmata gemmatum, Gemmis ornatum.

Gemmoſus gemmoſa gemmoſum, Quod eſt quaſi totum ex gemmis. Apul. lib. v, Aſin. Auro facto, gemmoſiſque monilibus onuſtas eas tradit reportandas.

GEMO gemis, gemui, gemitũ, gemere, Gemir, Soupirer. Plaut. in Amphit. 17.46. Dũ hæc aguntur, interea vxorem tuã neque gemẽtem neque plorãtem, noſtrum quiſquã audiuimus.

Gemunt gubernacula nauis. Plin. epiſt. 203. b, Ideo nequaquã par gubernatoris eſt virtus, quũ placido & quum turbato mari vehitur: tunc admirãte nullo illaudatus inglorius ſubit portum. At cum ſtridũt funes, curuatur arbor, gubernacula gemũt: tunc ille clarus & Diis maris proximus.

Gemit cymba, nimis onuſta. Virg. Gemuit ſub pondere cymba.

Gemit turtur. Virg. Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo.

Gemor gemeris. Cic. Attico, Atque hic ſtatus, qui vna voce omnium gemitur.

Gemitus gemitus gemitui, Gemiſſemẽt, ſoupir. Gemiti in genitiuo, protulit Plautus in Aulul. 25.10. Peſſume ornatus eo, tantum gemiti, & malæ mœſtitiæ hic dies mihi obtulit.

GEMONIAE gemoniarũ, ſcalæ dicebãtur ad quas corpora damnatorũ tracta præcipitabãtur. Cornelius Tacitus, Tunc cõfoſſum collaceratúmq; & abſciſſo capite truncũ corpus Sabini in gemonias trahũt. Plin. lib. 8. ſcribit, canem à corpore ſerui non receſſiſſe abiecto in gradibus gemoniis.

GEMVRSA gemurſæ, f. g. Feſtus, Gemurſa, ſub minimo digito pedis tuberculũ, quòd gemere faciat eum qui habeat. Plin. li. 26. cap. 1, Et hic quidẽ morbus in Italia celeriter reſtinctus eſt, ſicut & ille quem gemurſam appellauêre priſci, inter digitos pedum naſcentem, etiã nomine obliterato.

GENA genæ, f. g. Feſtus, Genas, Ennius palpebras putat, cũ dicit hoc verſu, Pãdite ſultis genas, & corde relinquite ſomnum. Alii eas partes putãt genas dici, quæ ſunt ſub oculis. Pacuuius, genas putat eſſe qua barba primũ oritur, hoc verſu, Nũc primũ opacat flore lanugo genas. Hæc Feſtus. Plin. lib. xi. cap. 27, Omnia talia & piſces & inſecta nõ habent genas, nec integũt oculos. Omnibus mẽbrana vitri modo tranſlucida obtenditur. Palpebræ in genis homini vtrinque. Mulieribus etiã inſectæ quodãmodo. Tãta eſt decoris affectatio, vt tingãtur quoque. Alia de cauſſa hoc natura dederat, ceu vallum quoddã viſus & prominens munimẽtũ cõtra occurſantia animalia, aut alia fortuitu incidẽtia. Defluere eas haud immeritò Venere abundãtibus tradũt. Ex cæteris nulli ſunt, niſi quibus in reliquo corpore pili. Sed quadrupedi in ſuperiore tantũ gena, volucribus in inferiore, & quibus molle tergus, vt ſerpẽtibus: & quadrupedibus quæ oua pariũt, vt lacertæ: ſtruthiocamelus, alitum ſola (vt homo) vtrinque palpebras habet. nec genæ quidẽ omnibus: ideò neque nictationes iis quæ animal generant. Columbæ & ſimilia, vtraque cõniuent. Et quadrupedes quæ oua pariũt, vt teſtudines, crocodili, inferiore tantũ, ſine vlla nictatione, propter præduros oculos. Extremũ ambitũ genæ ſuperioris antiqui cilium vocauêre, vnde & ſupercilia. Hoc, vulnere aliquo diductum non coaleſcit, in paucis humani corporis mẽbris. Infra oculos malæ homini tantũ, quas priſci genas vocabant, xii tabularum interdicto radi à fœminis eas vetantes. Hæc Plinius. Virg. Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuentus.

Genauius genauia genauium, Idem quod guloſus guloſa guloſum. Varro, Hæ nouiſſimæ in triclinium genauiũ introierunt è culina propter faſtidium.

GENISTA geniſtæ, Du Geneſt. Plin. lib. 21. cap. 9, Florem eſſe dixerim geniſtas. Virg. Molle ſiler, lentæque geniſtæ.

GENTIANA, gentianæ, Herba amariſſima: de qua Plinius lib. 25. cap. 7, Gentia nã inuenit Gentius rex Illyriorũ, vbique naſcentem, in Illyrico tamen præſtantiſſimã, folio fraxini, ſed magnitudine lactucæ, caule tenero, pollicis craſſitudine, cauo & inani, ex interuallis foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, ſubnigra, ſine odore, aquoſa, montibus ſubalpinis plurima. Vſus in radice & ſucco. Radicis natura eſt excalfactoria, ſed prægnantibus non bibenda.

GENV, n. g. indeclinabile in ſingulari. In plurali, genua, genuum, genibus. Genouil. Virg. lib. v, Genua labant, Vaſtos quatit æger anhelitus artus.

Genus geni, maſculino genere dictũ antiquis probat Nonius. Lucilius ſatyr. lib. 4, Hæret verticulis adfixum in poſteriore parte atque articulis, vt nouis talus genúſque eſt.

Geniculum geniculi, diminutiuum: Petit genouil.

Genicula dicũtur ſtipulæ intermedia, Les neuds dune eſteulle de ble. Plin.lib.18, Genicula autem tritico ſunt quaterna, farri ſena, hordeo octona.

Geniculatus geniculata geniculatũ, Quod frequẽtibus geniculis cõſtat. vt geniculatus culmus. Cic. de Senect. 47, Deinde tepefactũ vapore & compreſſu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentẽ ex eo viriditatem: quæ nixa fibris ſtirpium, ſenſim adoleſcit, culmóque erecta geniculato, vaginis iam quaſi pubeſcens includitur.

Geniculatim, aduerbium, Per genicula.

GENVS generis, n.g. à græco γένος: Proprie principiũ vniuſcuiuſque generationis: vel ab eo qui genuit, vel à loco in quo genitus eſt. vt Oreſtes à Tantalo ducit genus: & Plato genere Atheniẽſis eſt. patria enim, generationis vniuſcuiuſque principiũ eſt, quẽadmodũ & parẽtes.

Genere ſummo prognatus: Il eſt de grand lignage. Plaut. in Capt. 4.67, Nam ecquũ hic captiuum adoleſcentem alium, prognatũ genere ſummo, & ſummis diuitiis.

Genere paterno ab Achille oriundus. Plin. de viris illuſt. 35, Pyrrhus rex Epærotarũ, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus.

Genere ſum ei proximus. Terent. in Phor. 1.2.75, Lex eſt vt orbæ qui ſint genere proximi, eis nubant: & illos ducere eadem hæc lex iubet.

Genere noſtro indignũ facit. Plaut. in Pœnulo, 17.20, Nãque hodie earũ mutarẽtur nomina, facerẽntque indignũ genere quæſtũ corpore. Ibidem, 18.13, Eo ſumus gnatæ genere, deceat à culpa eſſe nos caſtas. Terẽ. in Adel. 3.3.55, Interuenit homo de improuiſo: cœpit clamare, AEſchine, hæccine flagitia facere te? hæc te admittere indigna genere noſtro?

Generis grati eſt mulier. Plaut. in Merc. 9.27, Generis grati eſt: eam ſi curabis, perbona eſt, tondetur nimium ſcite.

Genus hominum eſt: Il y a vne maniere de gens. Terẽt. in Eunucho, 2.2.15, Olim iſti fuit generi quondã quæſtus apud ſeclum prius: hoc nouũ eſt aucupium: ego adeò hãc primus inueni viam. Eſt genus hominũ, qui eſſe primos ſe omniũ rerũ volũt, nec ſunt: hos cõfector. Plaut. in Sticho, 4.27, Sed generi noſtro hæc reddita eſt benignitas: nulli negare ſoleo ſi quis me eſum vocat. Virg. Quod genus hoc hominum?

Cuius generis tibi videbitur. Plin. epiſt. 216, Velim ergo emas quatuor marmoreas columnas, cuius tibi videbitur generis. De telle ſorte quil te ſemblera bon.

Generis eius eſt, vt. Plin. epiſt. 181, Vererer ne immodicã orationẽ putares, quã cum hac epiſtola accepiſſes: niſi eſſet generis eius vt ſæpe incipere, ſæpe deſinere videatur. Si elle neſtoit de telle ſorte, &c.

Genus humanum, Le genre humain. Plin. epiſt. 218, Precor ergo vt tibi & per te generi humano proſpera omnia, id eſt digna ſeculo tuo cõtingant. Cic. de Amicitia, 18, Quãta autem vis amicitiæ ſit, ex hoc intelligi maxime poteſt, quòd ex infinita ſocietate generis humani, quam conciliauit ipſa natura, ita contracta res eſt. &c.

Genus hominũ: Idem. Plaut. in Pœnulo, 18.14, Iupiter qui genus colis, aliſque hominũ, per quem viuimus vitale æuum.

Genus Thebanum: La nation des Thebains. Plaut. in Amphit. 15.13, In noſtro olim Thebano genere pluſquam mira memorant.

Generoſus generoſa generoſum, Quod eſt nobile, & ex præclaro genere. Horat. Egreditur caſtris miles generoſus ab iiſdem.

Generoſum pecus. Virg. lib. 3. georg. Continuo pecoris generoſi pullus in aruis Audet, & ignoto ſeſe committere ponto.

Generoſus ortus. Cic. de Amicitia, Humilẽ ſanè relinquũt & minime generoſum, vt ita dicã, ortũ amicitiæ, quã ex inopia atque indigẽtia natã volũt. Suet. in Tib. Cæſare, cap. 49, Cõdẽnatã & generoſiſſimã fœminã, lepidã, in gratiã Quirini cõſularis prædiuitis & orbi.

Generoſus, Fortis. Cic. li. 3. off. Cũq; de imperio certatũ eſſet cũ rege generoſo atq; potẽti.

Generoſum, Quod generare facit, & producit. Columel. lib. 4, Atque vbi multa inuitabunt regionis cõmoda, vt nobilem vitem conſeramus, generoſam requiremus. Idem lib. 3. Vitem maxime populus alit, & poſtea vlmus, quam atinam vocãt ruſtici, generoſiſſima eſt.

Generoſitas generoſitatis, Nobilitas, & quaſi producibilitas. Columella, lib. 3, Qui vineã vel arbuſtũ conſtituere volet, ſeminaria prius facere debet: ſic enim ſciet cuius generis vitem poſiturus ſit. Nam quæ pretio parata diſponitur, certam generoſitatis fidem nõ habet, cum dubium eſt an is qui vendidit, legendis ſeminibus adhibuerit diligentiam.

Generalis & hoc generale, General, appartenant a tous.

Generaliter, Aduerbiũ, Generalement, En general, Tout enſemble. Plin. epiſt. 8. Memini quidem te iam quædam notaſſe, ſed generaliter.

Generatim, Aduerbiũ, Per ſingula genera, vel per ſingulas ſpecies. Virg. lib. 2. georg. Quare agite ô proprios generatim diſcite cultus Agricolæ. Varro, Non in volucribus generatim ſeruatur analogia, non ex aquilis aquilæ, neque ex turdis procreãtur turdi, ſic ex reliquis ſui cuiuſque generis. Suet. in Caligula, cap. 22, Hoſtiæ erãt phœnicópteri, pauones, tetraones, vel (vt alii volunt) erithrotaones, Numidicæ, Melleagrides, phaſianæ: quæ generãti per ſingulos dies immolarentur.

Generatim, En general. Cic. lib. 2. de Orat. Infinitum mihi videtur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur hoc modo, Expetendáne eſſet eloquentia, expetendíve honores. Idem Attico, lib. 11, Me diſceſſiſſe ab armis nunquã pœnituit, tantã erat in illo crudelitas, tanta in barbaris gentibus coniunctio, vt non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſſet informata. Idem de Orat. Nulli fuerunt qui illa artificioſe digeſta, generatim componerent. Cæſar in Cõment. Multa præterea generatim ad auaritiam excogitabantur.

Genero generas, generare, Engendrer.

Gener, generi, genero, m. g. Vng gẽdre. Filiæ meæ vir. Plaut. in Ciſtell. 10. 97, Iſtic quidẽ ædepol mei viri habitat gener.

Genitor genitoris, m. g. Qui gignit: Pater.

Genitus genita genitum. Natus. à quo vnigenitus.

Genitura genituræ, Generationem ſignificat, Ce qui eſt engendre, Geniture. Gellius, Ac multo etiã antequã pater ipſe ac mater naſcerẽtur, ex eorũ genitura iam tunc debuiſſe proſpici.

Genituram, horóſcopum vocauit Suetonius in Auguſto, Verum genitura ſua vix & cunctanter edita, exiluit Diogenes, adorauítque eum. Tantam autem mox fiduciam fati Auguſtus habuit, vt thema ſuum vulgauerit, nummúmque argenteũ, nota ſyderis capricorni, quo natus eſt, percuſſerit. Firmicus lib. 3, Secundũ hanc genituram, & ſecundũ has cõditiones ſtellarum & ſecundũ teſtimonia, quæ huic genituræ perhibentur, etiam hominum volunt fata diſponi.

Genitalis & hoc genitale, Idem quod natalis. Vt genitale ſolũ, patria in qua nati ſumus.

Genitalia ſemina, quibus aliquid procreatur & gignitur. Virg. lib. 2. georg. Vere tumẽt terræ, & genitalia ſemina poſcunt.

Genitales trunci, Fertiles. Columella lib. 4, Adhibenda eſt ratio ſubtilior, vt ex his partibus trunci ſumantur, qui & genitales ſunt, & maxime fertiles.

Genitiuus genitiua genitiuum, Quod habet vim generandi.

Genitiuus, Quaſi genitalis, à natura ingenitus, & genuinus, & originalis, & cum naſcẽte cõgenitus. vt genitiuæ notæ, Aucunes marques que de nature on ha ſur le corps. Suet. in Auguſto, cap. 80, Corpore traditur maculoſo, diſperſis per pectus atque aluum genitiuis notis in modum & ordinem ac numerum ſtellarum cæleſtis vrſæ.

Genethlius genethlii, Latinè natalis dies dicitur.

Genethliacus genethliaci, Qui ex die natali fortunã hominis & ſucceſſum pronuntiat. Gellius, Aduerſum iſtos qui ſe Chaldæos ſeu genethliacos appellãt, ac de motu, déque poſitu ſtellarũ dicere poſſe quæ futura ſunt profitẽtur, audiui quondam Phauorinũ philoſophũ græcè diſſerentem egregia atque illuſtri oratione.

Genius genii, Veterũ ſentẽtia dicitur vniuſcuiuſque anima rationalis, ideóque eſſe ſingulos ſingulorũ. Fuêre etiã qui dicerẽt genios deos, aquã, terrã, ignẽ & aerẽ: quæ rerũ ſemina ſunt, elemẽtáque appellata. Duodecim quoque ſigna, Lunámque & Solem inter hos deos putabãt: & à gerẽdo, quòd multa gerere poſſent, Gerulos, deinde genios vocitarũt. Cenſorinus ſcribit genios dictos, quia vt gignamur curẽt: ſiue quòd vnà gignãtur nobiſcũ: vel etiã quia nos genitos ſuſcipiant, ac tueantur. Certè à gignẽdo genius appellatur. Eundẽ eſſe genium & larem, multi veteres memoriæ prodiderũt. Euclides Socraticus duplicẽ omnibus omnino nobis geniũ dicit appoſitũ, hoc eſt duos lares: qui etiã penates dici ſolent. Quin & noſtrates Theologi, veteres illos fortaſſe ſecuti, duos vnicuique genios, quos angelos vocant, ab ipſo protinus exordio vitæ aſcribũt: amicũ, qui cõmoda noſtra procuret: malũ, qui modis omnibus in exitiũ noſtrũ immineat. Terẽt. in And. 1. 5. 54, Quod ego per hãc te dexterã oro, & genium tuũ, per tuam fidem, pérque huius ſolitudinẽ te obteſtor, ne abs te hãc ſegreges, neu deſeras, ſi te in germani fratris dilexi loco, &c. Plaut. in Sticho, 10. 42, Veni. G. huccine? E. imò in carcerem: nam hic quidem meliorem genium tuum non facies.

Genius, Ab aliquibus dicitur vis & naturæ deus hoſpitalis, & ipſa voluptas.

Indulgere genio: Eſt animo obſequi, Prendre ſes plaiſirs. Perſius, ſatyra quinta, Indulge genio, carpamus dulcia.

Defraudare genium, Negare naturæ quod appetit. Terẽt. in Phor. 1. 1. 10, Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo ſuum defraudãs geniũ, cõparſit miſer, id illa vniuerſum abripiet.

Belligerare cum geniis ſuis: Idem quod defraudare geniũ: Eſtre chiche, ne mãger point a demi ſon ſaoul. Plaut. in Trucul. 4. 76, Non iſtæc mea benignitas docuit te fabulari. A. ſed iſtos, qui cum geniis ſuis belligerant, parce promi.

Genialis & hoc geniale, Quod pertinet ad genium.

Genialis dies, Lætus & voluptarius. Iuuenalis, Genialis agatur Iſte dies.

Genialis thorus, Qui in nuptiis ſternitur in honorẽ genii. Virg. Lucẽt genialibus altis Aurea fulcra thoris. Plin. de viris illuſt. 57, Et quum in domo Tiberii duo angues è geniali thoro repſiſſent, reſponſo dato eum de dominis periturum cuius ſexus anguis fuiſſet occiſus: amore Corneliæ coniugis marem iuſſit interfici.

Genialis hyems. Virg. lib. 1. georg. Inuitat genialis hyems.

Genialis muſa. Ouid. Nunc elegi molles, genialis muſa, valete.

Genuinus genuina genuinum, Natiuus & peculiaris. Apuleius, Genuino ſermone nomen Auguſti Cæſaris inuocare tentaui.

Genuini, dicũtur dentes poſteriores, qui in extrema gingiua in homine gignũtur nouiſſimi. Plin. lib. x 1. cap. 37, Homini nouiſſimi qui genuini vocãtur, circiter viceſimũ annum gignũtur, multis & octogeſimo. Cic. Dentibus in ore cõſtitutis mãditur, atque ab his extenuatur atque molitur cibus: eorum aduerſi acuti diuidũt eſcas: vltimi autem conficiunt, qui genuini dicuntur.

Genuinũ frangere in aliquo, Clanculum obtrectare, lacerareque quẽpiam. Perſius, Secuit Lucillius vrbem Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.

Gens gẽtis, f. g. à genus deducitur, u litera detracta. Nation. Virg. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. Plin. de viris illuſtr. 76, Mithridates rex Ponti, oriundus à ſeptẽ Perſis, magna vi animi & corporis, vt ſex iuges equos regeret, duarum & viginti gentiũ ore loqueretur, bello ſociali, diſſidẽtibus Romanis, Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit.

Gens dicitur etiã familia. Feſtus, Gens AElia appellatur, quæ ex multis familiis conficitur.

Gentilis & hoc gentile. Cic. in Topicis, Gentiles ſunt, qui inter ſe, eodẽ ſunt nomine, ab ingenuis oriundi: quorũ maiorũ nemo ſeruitutem ſeruiuit, & qui capite diminuti non ſunt. Feſtus, Gentilis dicitur, & ex eadem gente ortus, & is qui ſimili nomine appellatur, vt ait Cincius, Gentiles mihi ſunt, qui meo nomine appellãtur. Cic. lib. 1. Tuſcul. Pherecides Syrus primũ dixit animos hominũ eſſe ſempiternos. antiquus ſanè. fuit enim meo regnante gẽtili. Hoc eſt, Seruio Tullio, quia eiuſdem nominis erat.

Gentiles dominorũ ſerui, Id eſt, Eodem nomine appellati, quo domini appellabantur. Plin. lib. 33. cap. 1, Singuli Marcipores, Lucipore ſve, dominorũ gentiles, omnem victũ in promiſcuo habebant: nec vlla domi cuſtodia à domeſticis opus erat.

Gentile, Dicitur quod eſt gentis propriũ, Id eſt familiare: vt apud Iuuenalem, qui gentilia tympana dixit, Id eſt, gẽtis propria. Suet. de Tiberio, Capillo pone occipitiũ ſummiſſiore, vt ceruicem etiam obtegeret: quod gentile in illo videbatur.

Gentilitius gẽtilitia gentilitiũ, Quod ex gente ſiue familia eſt. Vt gẽtilitia nomina, quæ originem gentis vel familiæ declarant, vt Portius, Cornelius. Sic gentilitia nota à Liuio dicitur, & gentilitia funera à Plinio nuncupantur.

Gẽtilitiũ hoc illi. Il ha cela de ligne. Plin. epiſt. 101, lib. 6, Paſſenius Paulus ſplẽdidus eques Romanus, & in primis eruditus, ſcribit elegos: gentilitiũ hoc illi. eſt enim municeps Propertii, atque etiam inter maiores ſuos, Propertium numerat.

Gentilitium, Quod à gente, id eſt, natione vſurpatur. Inde gentilitia ſacra dicũtur à Liuio, quæ ſtatuta ſunt eidem genti.

Gentilitas gentilitatis, Multitudo ipſa familiæ alicuius. Plin. de viris illuſt. 24, Gentilitas eius Manlii cognomine iurauit, ne quis poſtea Capitolinus vocaretur.

Gẽtilitas, Multitudo gẽtis ſeu nationis. Plin. in Paneg. 63, Ex quo intelligi poteſt quãtæ benignitatis, quãti ſpiritus fuerit, ſparſas, atque (vt ita dicã) laceras gẽtilitates colligere atque connectere.

Geneſis, huius geneſeos, Generatio vel natiuitas. Iuuenalis, Nota mathematicis geneſis tua. Suet. in Veſpaſiano, Monentibus amicis cauendum eſſe Metiũ, quòd vulgò crederetur geneſin habere imperatoriam, inſuper conſulem fecit. Id eſt, quòd opinio eſſet, à mathematicis prædictum eſſe, fore vt imperaret.

Genealogia genealogiæ, f.g. Sermo de origine generationis.

GEOGRAPHIA geographiæ, f.g. Terræ deſcriptio. Cic. Attico, lib. 2, De geographia dabo operã vt tibi ſatiſfaciam: ſed nihil certi polliceor. magnũ opus eſt: ſed tamen, vt iubes, curabo vt huius peregrinationis tibi opus extet.

Geometria geometriæ, Terræ menſuratio.

GERMEN germinis, n.g. Dicitur, quod ex arborũ oculis naſcitur. Le germe, ou ietton.

Germino germinas, germinare, Germer. Pullulare, germen emittere.

Germinaſco germinaſcis, germinaſcere. Cuius compoſitum Congerminaſco.

Germanus germana germanum, Quaſi ex eadem ſtirpe genitum, inquit Feſtus.

Germani Attici, Les vrais Atheniens. Cic. de Oratore, Hanc ego iudico formã ſubmiſſi oratoris, ſed magni tamen, & germani Attici.

Germani Campani, Qui ſont du propre pais de Champaigne. Cic. in Rullum, Illi veteres, germaníque Campani.

Germanæ gerræ. Plaut. ih Pœnulo, 3.9. Nã tuæ blanditiæ mihi ſunt quod dici ſolet, gerræ germanæ, atque ædepol λῆροι λήρων.

Germana Græcia. Plaut. in Rud. 18.29, Atque heras tuas quidem hercle, atque, ex germana Græcia.

Germana iuſtitia, La vraye iuſtice. Cic. de off. Sed nos veri iuris, germanæque iuſtitiæ ſolidã & expreſſam effigiem nullam tenemus.

Germanũ nomen: Le propre & vray nom daucun, qui ne luy a point eſte change. Plaut. in Capt. 6.38, Nam illi Theodoromedes fuit germano nomine. Ceſtoit ſon vray nom.

Germana patria. Cic. de legibus, Quia ſi verũ dicimus, hæc eſt mea & huius fratris mei germana patria. hic enim orti ſtirpe antiquiſſima ſumus. Idem, Hunc locũ idem ego te accipio dicere Arpinum germanam patriam eſſe veſtram.

Germaniſſimus Stoicis. Cic. in Acad. Erat quippe, ſi perpauca mutauiſſet, germaniſſimus Stoicis. Vrayement reſemblant aux Stoiques.

Germanus, Ex eadẽ ſtirpe natus. Qui eſt mon propre frere tout dung pere. Terẽt. in Adelphis, 2.4.5, O mi AEſchine, ô mi germane: ah vereor coràm in os te laudare amplius. Ibidem, 5.8.35, Nunc tu mihi es germanus pariter corpore & animo.

Germanus frater: Frere germain. Plaut. in Capt. 19.18, Intus eccum fratrem germanũ tuũ. Terent. in And. 1.5.57, Si te in germani fratris dilexi loco. &c. Cic. pro M. Fonteio, Præſertim cum virgo Veſtalis ex altera parte germanũ fratrem cõplexa teneat, veſtrámque Iudices, ac populi Rom. fidem imploret.

Germanitas germanitatis. Cic. de Aruſp. reſponſis, Qui poſt patris mortem, primã illam ætatulam ſuam ad ſcurrarum locupletum libidines detulit: quorum intemperãtia expleta, in do meſticis eſt germanitatis ſtupris volutatus.

GERO geris, geſſi, geſtum, gerere: Porter. Virg. Bella manu, letúmque gero.

Gerere, Facere. Virg. lib. 9, Nec tecum talia geſſi, Magnanimũ AEneam, & fata extrema ſecutus. Cic. de Senect. 14, A rebus gerendis ſenectus abſtrahit? quibus? an iis quæ iuuẽtute geruntur & viribus? Nullæne igitur res ſeniles ſunt, quæ vel infirmis corporibus, animo tamen adminiſtrentur?

Ita ſe geſſit, Il ſeſt tellement porté. Cic. de Amicitia, 17, Qui ita ſe gerunt, ita viuunt, vt eorum probetur fides, integritas, æqualitas, liberalitas.

Geſſit ſe turpiter in legatione. Plin. epiſt. 36. b, Præterea quid publice minus, aut cõgruens, aut decôrũ, notatum à ſenatu, in ſenatu ſedere: ipſíſque illis, à quibus ſit notatus, æquari? ſummotũ à procõſulatu, quia ſe in legatione turpiter geſſerat, de proconſulibus iudicare?

Geſſit ſe contra diſciplinam meam. Plin. epiſt. 299, Si qui autem ſe contra diſciplinã meam geſſerint, ſtatim coerceantur: aut ſi plus admiſerint, quàm vt in re præſenti ſit ſatis, puniantur.

Bellum gerere, Mener ou faire guerre. Cic. de Senect. 16, Niſi forte ego vobis qui & miles & tribunus & legatus & cõſul verſatus ſum in vario genere bellorũ, ceſſare nunc videor, quum bella non gero.

Conſulem gerere: Eſtre conſul. Salluſt. in Iugurtha, Nam gerere, quàm fieri conſulem tempore poſterius, re atque vſu prius eſt.

Fidem fluxam gerere: Ne tenir point ſa foy. Plaut. in Capt. 7. 80, Fac fidele ſis fideli, caue fidem fluxam geras.

Formam alterius gerere, Contrefaire aucun. In prologo Amphitryonis, 4, Mercurius formam Soſiæ ſerui gerit abſentis.

Honores gerere. Plin. epiſt. 147. a, Offertur ei mulieris figura, humana grādior, pulchriórq; perterrito, Aphricam ſe futurorū prænunciam dixit: iturū enim Romam, honoréſque geſturum, atque etiam cum ſummo imperio in eandem prouinciā reuerſurum. Idem in Paneg. 130, Quippe etiam fortunæ videbatur indignum, ſi poſſet honores dare, qui gerere non poſſet.

Ingenium callidum gerere. Plaut. in Aſin. 6. 9, Caue tu idem faxis alii quod ſerui ſolēt, qui ad heri fraudationem callidum ingeniū gerunt. Ils ſont cauteleux.

Iras gerere: Tenir haine & rancune. Plaut. in Pœnulo, 12. 18, Si quid benefacias, leuior pluma eſt gratia: ſi quid peccatū eſt, plumbeas iras gerūt. Terent. in Hecyra. 3. 1. 30, Pueri inter ſeſe quàm pro leuibus noxis iras gerūt. Plaut. in Pſeud. 7. 34, Iam iſtæc inſipientia eſt, iram in promptu gerere. Ceſt folie de ſoy courroucer tout a coup.

Magiſtratum gerere. Cic. de ſenect. 9, Quadriennio pòſt factus ſum prætor: quem magiſtratum geſſi, coſſ. Tuditano & Cethégo.

Morem gerere: Obeir, obtemperer. Terent. in Adelphis, 4. 5. 75, Si frater aut ſodalis eſſet, quî magis morem gereret? Plaut. in Aſin. 3. 27, Fiat, geratur mos tibi. Idem in Pſeud. 3. 20, Mos tibi geretur.

Morē gerere animo, Obtēperer a ſa volūte, faire ſon plaiſir. Plaut. in Amph. 3. 131, Pater nunc intus ſuo animo morem gerit. Terent. in And. 4. 1. 17, Moleſtus certè ei fuero, atque animo morem geſſero. Idem in Heaut. 5. 1. 74, Quid agis? c. mitte: ac ſine me in hac re gerere mihi morem.

Gerere morem alicui de. Plaut. in Ciſtel. 2. 75, Obſequuta eſt, de ea re geſſit morem morigeræ mihi.

Nomē & decus geſſit. Virg. lib. 2. Et nos aliquod nomēnque decúſque Geſſimus. Nous auōs eu ou acquis autreffois quelque bruit & gloire.

Negotium aliquod gerere. Cic. de Amicitia, 72, Et hi qui rerum cognitione, doctrináque delectantur, & hi qui ſuum negotium gerunt otioſe, poſtremo hi qui ſe totos tradiderūt voluptatibus, ſine amicitia, vitam eſſe nullam ſentiunt.

Perfugium gerere. Plaut. in Trucul. 18. 17, Sed tamen cogitato, mus puſillus quàm ſit ſapiēs beſtia, ætatem qui vni cubili nunquā committit ſuam: quaſi vnum obſideatur, aliunde perfugium gerit.

Præturā gerere. Plaut. in Epid. 2. 23, Iam tu autem nobis præturam geris?

Pudorem gerere: Eſtre honteux. Plaut. in Pœnulo, 4. 82, Meretricem pudorem gerere magis decet, quàm purpuram.

Rem aliquam gerere. Plaut. in Bacchid. 5. 53, Occœpi ego obſeruare eos quam rem gerant. Quils faiſoient. Terent. in Eunucho, 5. 4. 1, Reuiſo quidnam Chærea hic rerum gerat. Plaut. in Pſeud. 4. 62, Pol iſte ita videtur, atque etiam maleficus. ſed tace: atque hanc rem gere. Fais cecy. Idem in Milite, 10. 19, Sed volo ſcire eodem conſilio quod meditati intus ſumus, ſi gerimus rem. Idem in Aulul. 11. 7, Scio quam rem geram: hæc ipſus magiſter me docuit.

Bene rem gerere. Plaut. in Capt. 9. 1, Quid eſt ſuauius, quàm bene rem gerere bono publico, ſicut ego feci heri, quum emi hoſce homines? Idem in Trinūmo, 4. 75, Crede huic tute, iam ſuam melius rem geſſerit.

Cum cura rem gerere. Plaut. in Perſa, 6. 17, I ſane, ego domum ibo, face hāc rem cum cura geras, curriculo vola.

De compacto rem gerere. Plaut. in Capt. 8. 25, Dicere vnū ridiculū dictū de dictis melioribus, qui ſolebam menſtruales epulas antè adipiſcier: nemo ridet, ſciui extemplo rem de compacto geri.

Res alias gerere. Plaut. in Ciſtell. 10. 57, Nunc eam vult ſuæ matri & patri, quibus nata eſt, vltro reddere. Mi homo obſecro alias res geris, ego tibi meas mando. Iſtuc ago: atque iſtic quod fabulare, mihi cibus eſt. Tu penſes a autre choſe.

Remp. gerere. Plaut. in Amphit. 4.42, Me à portu præmiſit domum, vt hæc nuntiem vxori ſuæ, vt geſſerit remp. ductu, imperio, auſpicio ſuo.

Tutelã gerere ædium: Auoir la charge de garder la maiſon. Plaut. in Trucul. 5.41, Sed fores, quicquid eſt futurũ, feriam. Ecquis huic tutelam ianuæ gerit? Idem in Trinũmo, 13.26, Aperite hoc, aperite, ecquis his foribus tutelam gerit?

Geſtus geſta geſtũ, Faict, ou porté. Bene re geſta. Plaut. in Trinũmo, 17.56, Si quid tibi pater laboris. CH. nihil euenit: re bene geſta ſaluus redeo. Idem in Rud. 24.28, Hoc modo res geſta eſt vt ego dico.

Geſtus eſt mos: On luy a obei. Cic. pro L. Murena, Geſtus eſt mos & voluntati & dignitati tuæ.

Geſta geſtorum, Les faicts & proueſſes que aucun a faict. Plaut. in Trucul. 6.19, Quom me illi velim mẽtiri, dices quid quod te rogo mancupium, qui accipias geſta tecum: hæ nos, an vos digne dant lauiniæ, hic ſunt quas habes victorias.

Gerulus gerula gerulum, Qui fert aliquod onus, Portefaix, comme crocheteurs & ſemblabes. Ou qui porte des lettres. Suet. in Caligula, Ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octaua exigebatur. Plaut. in Bacchid. 20.77, Non dabis ſi ſapies: verum ſi das maxime, næ ille alium gerulum quærat, ſi ſapiet ſibi: nam ego non laturus ſum.

Geruli flagitii. Plaut. in Bacchid. 6.14, Neque te tuis puditũ eſt factis quæ facis, Quas tuũ patrem, méque vnà, amicos, affines tuos tua infamia feciſti gerulifigulos flagitii.

Geſtor geſtoris, Porteur. Plaut. in Pſeud. 7.14, Homines qui geſtant, quique auſcultant crimina, ſi meo arbitratu liceat, omnes pendeãt, geſtores linguis, auditores auribus. Raporteurs.

Gerundium gerũdii, nomen participiale appellatur, caret numeris & perſonis: & ſub vna voce actiuam & paſſiuam ſignificationem gerit. Vnde à gerendo duplici ſignificatione, quidã gerundia dicta eſſe exiſtimant.

Dicundi. Terẽt. in prologo Phor. 23, De illo iam finem faciam dicundi mihi, peccandi cum ipſe de ſe finem non facit. Ie feray fin de dire plus rien de luy.

Nominandi iſtorum. Plaut. in Capt. 13.83, Nominãdi iſtorum, tibi erit magis, quàm edundi copia.

Amando perit: En aimant, ou damour. Plaut. in Curcul. 4.33, Ilicet pariter hos perire amãdo video, vterque inſaniunt.

Pro vapulãdo. Plaut. in Aulul. 13.7, Heus ſenex, pro vapulãdo hercle ego abs te mercedem petam: coctum ego, non vapulatum, dudum conductus fui. Deſtre ainſi baſtu.

Sedendo dolent: Deſtre aſſis. Plaut. in Menæh. 18.6, Lumbi ſedendo, oculi ſpectando dolent, manendo medicum.

Oſculando nõ eſt impudicior. Plaut. in Curcul. 2.52, Tam à me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit: niſi ſi eſt oſculando quippiam impudicior. Si dauanture par lauoir baiſee.

Exorando. Plaut. in Sticho, 3.22, Exorando, aduerſando, ſumendam operam cenſeo. Mon aduis eſt quil fault mettre peine de limpetrer. &c.

Flendo modum non facere. Plaut. in Milite, 20.1, Quid modi flendo quæſo hodie facies? A pleurer.

Alitur vitium, creſcitque tegendo. Id eſt dum tegitur. Virg.

Caſtrandum me loces. Plaut. in Aulul. 7.73, Si hercle ego te non elinguandã dedero vſque ab radicibus, impero, authórque ſum, vt me cuiuis caſtrandum loces.

Gerundiuũ, Fruendis voluptatibus. Plin. epiſt. 158, Fruendis voluptatibus creſcit carẽdi dolor. Terent. in Eunucho, 1.2.108, Mos gerundus eſt Thaidi.

Geſto geſtas, geſtare, Sæpe vel quaſi continue gerere. Plaut. in Curcul. 14.4, Rogita iſtunc vnde habeat annulum. C. pater iſtum meus geſtauit.

Geſtare in aluo. Plaut. in Sticho, 4.5. Nam me illa in aluo menſes geſtauit decem. atque ego illam in aluo geſto plus annos decem: atque illa puerũ me geſtauit paruulum. Terent. in Adelphis, 4.2.25, Quem ego modo puerulum tantillũ in manibus geſtaui meis.

Geſtare aliquem in ſinu. Terent. in Adelphis, 4.5.76, Si frater aut ſodalis eſſet, quî magis morem gereret? hic non amandus? hiccine non geſtandus in ſinu eſt?

Geſtas animũ meum. Plaut. in Merc. 11.11, Tu quidem meum animũ geſtas, ſcis quid acturus ſiem. Tu congnois mon courage.

Geſtito geſtitas, geſtitare, Frequentatiuũ. Plaut. in Ciſtel. 10.91, Eloquere, vnde hæc ſunt tibi cito crepundia? L. mea hæc herilis geſtitauit, non tua. ne obloquere.

Geſtitare volucrem vocem. Plaut. in Amphit. 4. 172, Næ ego homo infelix fui, qui non alas interuelli, volucrem vocem geſtito.

Geſtatio geſtationis, f. g. Plin. epiſt. 101. e, lib. v; Ab his geſtatio in modum circi, quæ buxum multiformem, humileſque & retentas manu arbuſculas circumit. Idem epiſt. 3, Quid illa mollis, & tamen ſolida geſtatio? quid balineũ illud quod plurimus ſol implet & circũit? Geſtatio locus erat, ad quem geſtabantur homines ſanitatis vel voluptatis gratia: ea forma qua cœnatio ambulatióque dicitur.

Geſtamen geſtaminis, n. g. Quicquid geritur, vt veſtes, arma, ſceptrum. Virg. lib. 3. AEneid. AEre cauo clypeum magni geſtamen Abantis Poſtibus aduerſis figo. Id eſt, quod geri ſolebat à magno Abante. Iuuenalis, Ille gerit ſpeculum magni geſtamen Othonis.

Geſtatorius geſtatoria geſtatoriũ, Choſe qui ſert a porter, vt ſella geſtatoria. Suet. in Nerone, Interdiu quoque clàm geſtatoria ſella delatus in theatrum.

Geſtatorium, n. g. Vne lictiere a porter aucun. Suet. in Claudio, Solitus etiam in geſtatorio ludere.

GERRA gerræ à Græcis cratis viminea appellatur. Ea vox poſtea vulgò pro nugamentis rebúſque friuolis vſurpata eſt, authore Feſto Pompeio, hac quidẽ occaſione: Atheniẽſes cum Syracuſas obſiderent, & crebro gerras poſcerent, irridentes Siculi, gerras clamitabãt. Hinc in prouerbiũ ceſſit. Vnde & familiares, quique inter ſe nugas omnes cõmunicãt, cõgerrones vocãtur. Plaut. in Aſin. 12. 10, Videlicet Solon eſt leges vt cõſcribat, quibus ſe populus teneat. gerræ. Ce ſont bourdes, mocqueries. Idem in Pœnulo, 3. 9, Nam tuæ blanditiæ mihi ſunt (quod dici ſolet) gerræ germanæ, atque ædepol λῆροι λήρων. Idem in Epid. 5. 50, Quid iſtæ quæ quotannis nomina inueniunt noua &c. gerræ maximæ. cani quoque ademptũ eſt nomen.

Gerro gerronis, Vng iaſeur, baueur. Terent. in Heaut. 5. 4. 10, At ego (ſi me metuis) mores caue in te eſſe iſtos ſentiam. c l. quos? c. ſi ſcire vis, ego dicam, Gerro, iners, fraus, heluo, ganeo, damnoſus.

GESTIO geſtis, geſtiui, & geſtii, geſtitum, geſtire, Geſtus indicantes animi affectus, corpore facere, Faire aucunes geſtes du corps par leſquelles on congnoit lhomme vouloir & deſirer quelque choſe, ou eſtre ioyeulx. Plaut. in Aſin. 13. 43, Verum in cubiculo deme iſtuc: equidẽ illam moueri geſtio. Idem in Amphit. 4. 169, Illic homo ſuperſtitioſus eſt: geſtiunt pugni mihi. Idem in Phor. 2. 1. 30, Egóne illi non ſuccenſeam? ipſum geſtio dari mihi in conſpectũ. Cic. lib. 1. off. Aut voluptate nimia geſtiunt, quorum omniũ vultus, voces, motus, ſtatúſque mutãtur. Plin. lib. 8. cap. 17, Vt cauſſam doloris intellexit, ſimúlque ſalutis ſuæ mercedẽ, exemit catulos, eáque cum his proſequente, vſq; extra ſolitudines deductus, lætâ atque geſtiente, vt facile appareret gratiam referre. De pãthéra loquitur. Cic. lib. 2. de fin. bon. & mal. Quorum alter lætitia geſtit, alter dolore cruciatur. Perſius, Non hic qui in crepidis Graiorum ludere geſtit.

Geſtiũt parietes, per tranſlationem dixit Cicero pro Marcello, Parietes mediuſſidius (vt mihi videtur) huius curiæ, gratias agere geſtiunt. Id eſt, quaſi geſtu vidẽtur mihi parietes gratias agere. Hoc dixit vt Cæſari gratularetur.

Geſticulor geſticularis, geſticulari, Geſtum facere.

Geſticulator geſticulatoris, Qui faict geſtes du corps, comme baſteleurs, ou vng ſinge.

G I

GIBBVS gibbi, m. g. Tumor quidã in dorſo, Vne boſſe. Iuuenalis, Attritus galea, mediiſq; in naribus ingens Gibbus, & acre malum ſemper ſtillantis ocelli.

Gibber gibberis, m. g. Idem quod gibbus. Iuuenalis, Attritus gibbere naſus.

Gibboſus gibboſa gibboſum. Idem. Boſſu.

Gibber gibbera gibberum, Quod habet gibbum. Plin. lib. 10. cap. 26, Africæ hoc eſt gallinarum genus, gibberum, variis ſparſum plumis.

Gibberum pro extanti & eminenti, vt Nonius interpretatur. Varro Eumenidibus, Item tragici prodeunt, capite gibbero, cum antiqua lege, ad frontem ſuperficias accedebant.

GIGAS gigantis, m. g. Vir altiſſimæ ſtaturæ. & Terræ filius à poetis fingitur. Ouid. Affectaſſe ferunt regnum cæleſte gigantes. Iuuenalis, Vnde fit vt malim fraterculus eſſe gigantum.

GIGERIA gigeriorum Nonius interpretatur inteſtina gallinarum, & quæ cum his coquebantur. Lucilius lib. 8, Gigeria ſunt ſine allio, his veſcamur alacriter.

GIGNO, gignis, genui, vel gignui ſecundũ Diomedem, genitum, gignere: Engendrer.
Gignit dies diem, & ei ſimilis eſt. Plin. in Panegyrico.
Gignitur thus in Arabia, Lencẽs croiſt en Arabie. Plaut. in Trinummo, 13.87, Eſt non illa vbi thus gignitur, ſed vbi abſynthium fit.

GINGIVA gingiuæ, f.g. Vbi dentes ſunt. La genciue. Plin. lib. 23. cap. 6, Ex his dulcia, quæ apyrina alio nomine appellauimus, ſtomacho inutilia habentur, inflationes pariũt, dentes, gingiuáſque lædunt. Iuuenal. Frangendus miſero gingiuă panis inermi.

Gingiuula gingiuulæ, diminutiuũ. Apul. Complanatorem tumidæ gingiuulæ.

GINGRIO gingris, gingrii, gingritum, gingrire, Anſerũ vocis propriũ eſt, authore Feſto Pompeio. Vnde genus quoddam tibiarum exiguarum, gingrinæ.

GINZERIATOR, tibicen, inquit Feſtus.

GITH, vel git, n. g. indeclinabile, Genus ſeminis. Plin. li. 19. ca. 8, Gith piſtrinis, aniſum & anethũ culinis & medicis naſcũtur. Idem lib. 20. cap. 17, Gith ex Græcis, alii melanthion, alii melaſpermon vocant. optimũ quàm excitatiſſimi odoris, & quàm nigerrimum. medetur ſerpentium plagis & ſcorpionum. Columella lib. 7, Interdum faſtidio ciborum langueſcit pecus. Eius remedium genus ſeminis quod Gith appellatur. Plaut. in Rud. 30. 38, Os calet tibi, num gith frigefactas?

G L

GLABER glabra glabrum, Quod eſt lene & ſine pilis. Plaut. in Trinũmo, 8. 106, Oues ſcabræ ſunt, tam glabræ hem quàm hæc eſt manus.

Glabellus glabella glabellum, diminutiuum.
Glabella etiam vocatur interſtitium, ſupercilia ſuper naſum diſterminans, quia ſine pilis eſſe conſueuit. Martianus Capella, lib. 1, Quarum vna deoſculata philologiæ frontem illic vbi pubem ciliorum diſcriminat glabellæ medietas.

Glabrio glabrionis, Idem quod glaber, Qui eſt ſans poil. Plaut. in Aſin. Tu iſtum gallũ, ſi ſapis, glabriorem reddes mihi quàm Volſus ludius.

Glabreta, à Columella dicuntur loca quæ nihil ferunt.

Glabreſco glabreſcis, glabreſcere, Glabrum fieri, id eſt ſine pilis aut capillis aut plumis fieri. quod euenit nonnunquam aliquo morbo.
Glabreſcit etiam herba. Columella lib. 3, Nam dum à pecudibus legumina proculcãtur, herbæ etiam vngulis atteruntur, atque ita glabreſcit, & fit idonea ſeminibus area.

GLACIES glaciei, f.g. Aqua congelata gelu. Glace.

Glacio glacias, glaciare, In glaciem conuertere: Glacer.
Glaciari, In glaciem conuerti. Plin. Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit.

Glacialis & hoc glaciale, Quod in glaciem aſtringi ſolet. Iuuenalis, Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem Oceanum.

GLACITO glacitas, glacitare: Proprium eſt vocis anſerum. Ouid. Cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anſer.

GLADIVS gladii, m. g. Vng couſteau, ou eſpee. Varro de lingua Latina, Gladius, c in g cõmutato, à clade, quòd fit ad hoſtium cladem. Plaut. in Trinũmo, 4. 68, Dediſti næ hoc pacto ei gladium qui ſe occideret. Tu luy as eſte cauſa de ſon mal.
Gladio tuo te iugulo, Ie te prens par tes parolles. Terent. in Adelphis, Suo ſibi hunc gladio iugulo.
Gladius vagina vacuus. Cic. pro M. Marcello, Vidimus tuã victoriam præliorũ exitu terminatam, gladiũ vagina vacuũ in vrbe nõ vidimus. quos amiſimus ciues, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ: vt dubitare debeat nemo, quin multos ſi fieri poſſet, Caius Cæſar ab inferis excitaret, quando ex eadem acie conſeruat quos poteſt.

Gladiolus gladioli, diminutiuum, Vng petit couſteau.
Gladiolus, Herba quædam, quòd ſit foliis gladii ſimilis. Glais au glayeul.

Gladiator gladiatoris, Qui ioue de leſpee. Cic. Philipp. 3, Quod ſi iam (quod Dii omen auertant) fatum extremum reip. venit, quod gladiatores nobiles faciunt, vt honeſte decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum, gentiúmque omnium. &c. Idem Philipp. 7, Gracchorum potentiam maiorem fuiſſe arbitramini quàm huius gladiatoris futura ſit? quem gladiatorem nõ ita appellaui, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet, ſed vt appellant ii qui planè & latinè loquuntur.

Gladiatorius gladiatoria gladiatorium, Appartenant a ioueurs deſpee. Vt gladiatoriũ munus.

Gladiatorius animus. Terent. in Phor. 5.8.71, Hi gladiatorio animo ad me affectant viã. Ils cherchent tous les moyens pour ſe combatre a moy.

GLANS glandis, vel glandis huius glandis, f.g. Fructus arboris quercus. Du gland.

Glans fructus omnium arborum glandiferarũ. Plin. lib. xvi, Dulciſſima eſt omnium glans fagi. Virg. Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis.

Glandis appellatione, vt Vlpianus ſentit, omnes fructus continentur: quia ex his homines quondam viuebant.

Glans, Plumbũ in modũ glandis formatũ. Plumbees. Salluſt. in Iugurtha, Pars eminus glande aut lapidibus pugnare.

Glandula glandulæ, diminutiuum. Plaut. in Menæh. 5.28, Iube nobis tribus apud te prandiũ accurarier, glandulam, ſuillam, laridum, pernam.

Glandula, Morbus faucium, ob quandam glandis ſimilitudinem. Glãde. In hominibus tonſillæ dicũtur. Martialis, Partitur apri glandulas palæſtritis.

Glanduloſus glanduloſa glãduloſum, Plein de glandes. Columella, Qui porcum laudat qui eſt amplæ & glanduloſæ ceruicis.

Glandium glandii, Pars quædam inteſtinorum eſt, vt inquit Priſcianus. Alii volunt eſſe partẽ apri iuxta ceruicem, vel ipſam ceruicem. In hac enim glandulæ poſitæ ſunt. Plaut. in Capt. 15.7, Arripit gladium, pertruncauit tribus tergoribus glandia. Idem in Curcul. 7.44, Nã illis conuentis ſanè opus eſt meis dentibus. PH. pernam, abdomen ſuis, glandium.

GLAREA glareæ, f.g. Terra fabuloſa, quæ in fluuiorum ripis vel maris litoribus eſt. Lucanus, Aut impulſa leui turbatur glarea vena.

Glareola glareolæ, diminutiuum. Plaut. Glareolam manu effundens.

Glareoſus glareoſa glareoſum, Plenum glarea. Plin. lib. 26. cap. 8, Silaus naſcitur glareoſis & perennibus riuis, cubitalis, apii ſimilitudine.

GLASTVM glaſti, n.g. Herba ſimilis plãtagini. Plin. lib. 22. cap. 1, Simile plantagini glaſtum in Gallia vocatur: quo Britannorũ coniuges nurúſque toto corpore óblitæ, quibuſdam in ſacris nudæ incedunt, AEthiopum colores imitantes. Cæſar etiã author eſt, Britãnos ſe hac inficere, quo horridiori ſint aſpectu in pugna.

GLAVCVS glauca glaucũ, Quod admiſtum habet virori alborem. Vnde Virgilius glaucas ſalices & oliuas dixit. Gellius lib. 2. cap. 26, Sed ne viridis quidem color pluribus quàm à nobis vocabulis dicitur. Neque nõ potuit Virgilius colorem equi ſignificare viridem volẽs, cæruleum magis dicere equum, quàm glaucũ. ſed maluit verbo vti notiore græco quàm inuſitato latino. Noſtris autẽ Latinis veteribus cæſia dicta eſt, quæ à Græcis γλαυκώπις, vt Nigidius ait, de colore cæli, quaſi cælia.

Glaucoma glaucomatis, n.g. Glaucomatũ glaucomati, & Glaucoma glaucomæ, Vitiũ coloris eius qui cryſtallinus appellatur, in colorem glaucum mutati in oculo. Plaut. in Milite, 4.69, Ei nos factitiis fabricis & doctis dolis glaucomã ob oculos obiiciemus: eúmq; ita faciemus, vt quid viderit, non viderit. Plin. lib. 29. cap. 6, Glaucomata dicunt magi cerebro catuli ſeptem dierum emendari, ſpecillo dimiſſo in dextram partem, ſi dexter oculus curetur: in ſiniſtram, ſi ſiniſter: aut felle recenti aſionis.

Glaucopis, glaucopidis, m.g. Habens oculos cæſios. Quo nomine dicta eſt Pallas, quæ à Latinis dicitur Cæſia.

GLEBA glebæ, f.g. Vne motte ou morceau de terre, quaſi ſit globulus.

Glebula glebulæ, diminutiuum. Vne petite motte de terre. Columella, lib. 1, Eadem euentilata mundiora ſunt, lapilliſque carent & glebulis, quas per trituram ferè terrena emittit area.

GLESSVM, gleſſi, n.g. Electri ſpecies. Plin. lib. 37. cap. 3, Certum eſt gigni in inſulis ſeptemtrionalis Oceani, & à Germanis appellari gleſſum. Itaque & à noſtris vnam inſularũ ob id gleſſariam appellatam, Germanico Cæſare ibi claſſibus rem gerẽte, Auſtraniã à Barbaris dictam. Naſcitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, vt gummi in ceraſis, reſina pineis, erumpit humoris abundantia. denſatur rigore vel tepore autumnali.

GLIS gliris, m.g. Animal muri ſimile, nutritur in arboribus. Vng loir. Vide Plinium lib. 8. cap. 57. Martialis, Somniculoſos ille porrigit glires. Idem de Glire, Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo Tempore ſum, quo me nil niſi ſomnus alit.

Glirarium glirarii, Locus in quo nutriũtur glires. Varro, Glirarium diſſimili ratione habetur, quòd non aqua, ſed maceria locus ſepitur.

GLISCO gliſcis, gliſcere, Creſcere eſt, inquit Feſtus. Plaut. in Aſin. 16.62, Pulchre hoc gli-

ſcit prælium: ibo ad Diabolum, mãdata dicam facta vt voluerit: atque interea vt decũbamus ſuadebo, hi dum litigant. Idem in Capt. 11. 28, Vidén' hunc quàm inimico vultu intuetur? cõcedere optimũ eſt AEgio: ſic (quod tibi dixi) gliſcit rabies: caue tibi. Liuius lib. 6, Gliſcẽte in dies ſeditione. Cic. in Hortenſio, Ad iuuenilem libidinem copia voluptatũ gliſcit illa, vt ignis oleo.

Gliſcere, Pingueſcere, Engraiſſir. Columella lib. 2, Prius tamẽ quàm exilem terrã iteremus, ſtercorare conuenit. nã eo quaſi pabulo gliſcit. Idem lib. 8, Paleis quæ penè omnibus regionibus abundant, etiam gliſcit. De aſino loquitur.

GLOBVS, vel globum, globi, Corpus ſolidum vndique rotundum, quam Græci ſphærã appellant. Virg. Principio cælum ac terras, campóſque liquentes, Lucentémque globum lunæ, Titaniáque aſtra, Spiritus intus alit. Cicero de natura deorũ, lib. 2, Cúmque duæ formæ præſtantiſſimæ ſint ex ſolidis globis: ſic enim ſphæram interpretari placet.

Globus, Toute choſe ronde, qui neſt point creuſe. Plaut. in Pœnulo, 6. 34, Quî poſtea? A. in fundas infundebam grandiculos globos, ego illos volantes iuſſi funditarier.

Globus, multitudo hominum, ſiue aliorum animalium, aut alterius cuiuſcunque rei ſimilis, collecta & quaſi conglobata. Salluſt. Alii fiducia gnaritatis locorũ occulta fuga ſparſi: alii globis ereptionem tentauerunt.

Globo globas, globare, Faire quelque choſe eſpeſſe en rond: Aſſembler en vng. Plin. lib. 2. cap. 2, Formam eius in ſpeciem orbis abſoluti globatam eſſe nomen in primis & conſenſus in eo mortalium, orbem appellantium.

GLOCIDO glocidas, glocidare, Proprium eſt gallinarũ, cũ ouis incubituræ ſunt. quod fit crebris ſingultibus, interiecta voce acuta. Feſtus.

Glocio glocis, glociui, glocitum, glocire, Idem quod glocidare. Columella lib. 9, Obſeruare debet cuſtos, dum ædent oua, vt ea quæ nata ſunt, recolligantur, notentúrque, quo quæque die ſint ædita: & quàm recentiſſima ſupponantur glocientibus.

GLOMVS glomi, & glomus glomeris, m. g. Eſt globus ex filo factus. Vng ploton de fil.

Glomero glomeras, glomerare, Implicare, & globi ſpeciem formare, ſiue filũ inducere: Dewyder du fil, & le mettre par plotons.

Glomerare per tranſlationem ſumitur pro congregare & accumulare. Virg. Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atris, Collectæ ex alto nubes.

GLORIA gloriæ, Eſt frequens de aliquo fama cum laude. Quintil. Conſentiens laus bonorum, gloria appellatur. Cic. lib. offic. Vix inuenitur qui laboribus ſuſceptis periculiſque aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſyderet gloriam.

Gloriola gloriolæ, diminutiuum. Cic. Luceio, Illa nos cupiditas incendit, quòd alacres animo ſumus, vt cæteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoſcant, & noſmetipſi viui, gloriola noſtra perfruamur.

Glorioſus glorioſa glorioſum, Laude & gloria dignus. Plau. in Epid. 5. 113, Quia enim mulierem illam alius adoleſcens deperit, auro opulentus, magnus miles Rhodius, raptor hoſtium glorioſus.

Glorioſus, affectionẽ ſignificat, & in malũ capitur, vt glorioſus dicatur qui ſe inaniter iactat, vel alterius inani laudatione effertur, & laudari quærit. Plaut. in Trucul. 4. 52, Poſtremo illi ſunt improbi, vos nequã & glorioſæ, malæque in nos eſtis. Glorioſus miles apud Terẽtium. Plin. epiſt. 53. d, Miſerat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam, iactãteis & glorioſas.

Glorioſe, aduerbium. Plaut. in Perſa, 9. 5, Nunc huic ego graphice facetus fiam, ſubnixis alis me inferam, atque amicibor glorioſe. Orgueilleuſement, voulant eſtre veu & loue.

Glorioſe, Auec hõneur & louange. Plin. de viris illuſt. 47, Ipſe quadragies quater accuſatus, glorioſe abſolutus, Carthaginem delẽdam cenſuit. Ibidem, 39, Conſulem liberauit: ipſe cum trecentis pugnãs cecidit: & poſtea ab Attilio ſemianimis inuentus & ſanatus, magno poſtea terrori hoſtibus fuit: Attilius glorioſe triumphauit.

GLOS gloſſis, f. g. Viri ſoror, inquit Feſtus. Nonius, Glos appellatur mariti ſoror, atque eadem fratris vxor.

GLOSSA gloſſæ, f. g. Latine lingua dicitur. Plaut. in Caſina, 5. 15, Timeo hoc negotium quidem, niſi hæc ἡμίερα γλῶσσαν vſpiam percuſſit flore liberi.

Gloſſæ, Interpretationes dicuntur. Quintil. Gloſſæ, ſunt ſecretioris linguæ expoſitiones.

Gloſſema gloſſematis, Expoſition ou interpretation. Aſinius Gallus apud Suetoniũ in libello

de claris grãmat. 22, Pugilem olim fuiſſe, Aſinius Gallus hoc in eum epigrammate oſtẽdit,
Qui caput ad leuam didicit, Gloſſemata vobis præcipit, Os nullum, vel potius pugilis.

GLOTTIS glottidis, f.g. Latine lingua dicitur. Hinc Plinius lib. 10. cap. 23, Auem (quæ rex cothurnicum appellatur) glottida vocauit. Glottis, inquit, prælongam exerit linguam, vnde ei nomen. &c.

GLVBO glubis, glubere, Corticem detrahere: Eſcorcher. Cato de re ruſtica, cap. 33, Salictũ ſuo tempore cædito, glubito, arcteque alligato, librum conſeruato.

Glubi pecus dicitur (vt Feſtus ait) cuius pellis detrahitur.

Glubere, Diſtinguere, Separer. Varro de re ruſtica, lib. 1, Durities enim ea, quòd non ſolum ſtringit baccam, ſed etiam ramos glubit ac relinquit, ad gelicidium retectos. Cato de re ruſtica, cap. 17, Quæ materies ſemen non habet, cum glubet, tum tempeſtiua eſt.

GLVMA glumæ, Hordei tunicula eſt, inquit Feſtus. Cato de re ruſtica, cap. 48, de frumẽto loquens, Granum dictum quod eſt intimum ſolidum. Gluma, qui eſt folliculus eius.

GLVTIO glutis, glutire, Deuorare. Iuuenalis, Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorem?

GLVTINVM glutini, n.g. Colla dicitur græce, Colle. Plin. lib. xi, cap. 39, Boum coriis glutinum excoquitur, taurorúmque: & id præcipuum.

Glutinoſus glutinoſa glutinoſum, Qui tient comme colle. Plin. Prioris laus vt recens ſit, & leuis, linguáque glutinoſa. Columella, In Aſia, Myſiáque, denſa etiã glutinoſa terra maxime exuberat.

Glutino glutinas, glutinare, Cõiungere, ferruminare, Coller, ioindre. Plin. Vis bituminis, quæ ſulphuris, ſiſtit, diſcutit, attrahit, glutinat. Idem, Quo genere ſiſtitur ſanguis, & vulnus glutinatur.

Glutinamentum glutinamenti, Compactio, coniunctio. Plin. lib. 13. cap. 12, Deprehenditur & lentigo oculis, ſed mediis inſerta glutinamentis. De chartis loquitur.

Glutinator glutinatoris. Cic. Attico, lib. 4, Etiam velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus: ad hoc cætera adminiſtres: iiſque imperes vt ſumant membranulam ex qua indices fiant.

G N

GNAPHALIVM gnaphalii, n.g. Plin. lib. 27. cap. x, Gnaphalion, alii chamæzelon vocant, cuius foliis albis mollibúſque pro tomento vtuntur.

GNARVS gnari, vel narus, dicitur ſcius & peritus: Scauãt & congnoiſſant.

Gnarus ſum loci huius: Ie cõgnois bien ce lieu cy. Plau. in Rud. 5. 18, Quæ mihi eſt ſpes qua viuere velim? nec loci ſum gnara, nec diu hic fui. Columella in præfatione, Armorũ ac militiæ gnaros.

Gnari tergi noſtri tortores. Plaut. in Aſin. 11. 6, Tortoréſque acerrimos, gnaróſque noſtri tergi: qui ſæpe antè in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt.

Huic dictioni gnarus præpoſita eſt litera G, quo dulcius ſonaret. ſic factum eſt dictionibus gnauus, & gnotus. Cic. Noti erant, & nauí, & nari, quibus G in præpoſitione debet adiungi. dulcius viſum eſt, ignoti, ignaui, & ignari dicere, quàm vt veritas poſtulabat.

Gnaritas gnaritatis, Scauoir & congnoiſſance. Salluſt. Nãque alii fiducia gnaritatis locorũ, occulta fuga ſparſi, alii globis eruptionem tentauêre.

Gnaré, aduerbium, Peritè.

Gnarè, Aperté. Apul. Qui gnarè id noſtris oculis contemplati ſumus.

GNAVVS, gnaua, gnauum. Celer, Strenuus, Diligent, Soudain, habille. À nauium celeritate. Plaut. in Moſtel. 3. 12, Simul autem gnauos eſſe ad hanc rem mecum vos omnes volo.

Gnauiter, aduerbiũ, Diligemment, ſongneuſemẽt, habillement, & vaillãment. Plaut. in Epid. 11. 29, Túne es, qui per voluptatem in me ærumna obſæuiſti gnauiter?

Gnauiter illum amo. Plaut. in Ciſtell. 2. 76, Vt me quem ego amarem gnauiter, ſineret cum eo viuere.

GNOMA gnomæ, f.g. Appellatur, inquit Feſtus, genus machinulæ cuiuſdam, quo regionis agri cuiuſque cognoſci poſſunt. quod genus Græci dicunt γνώμονα.

Gnomon gnomonis, m. g. Vne reigle, ou eſquierre. Plin. lib. 2. cap. 72, Gnomonẽ ſolis vmbilicũ vocari dicit, cũ ait, Solis itaque vmbílici (quẽ gnomonem appellãt) vmbra in AEgypto meridiano tẽpore, æquinoctii die paulò plus quàm dimidiã gnomonis mẽſurã efficit. In vrbe Roma nona pars gnomonis deeſt vmbræ. In oppido Ancona ſupereſt quinta tri-

ceſimæ. In parte Italiæ, quæ Venetia appellatur, eiſdem horis vmbra gnomoni par fit.

G O

GOBIO gobionis, m.g. vel gobius gobii, Piſcis, Vng gobion. Plin. lib. 9. cap. 57, Eadem in Ponti regione apprehendi in glacie piſcium quoſdam, maxime gobiones, non niſi patinarum calore vitalem motum fatentes. Iuuenalis, Cum ſit tibi gobio tantũ In loculis. Martialis, Principium cœnæ gobius eſſe ſolet.

GOSSIPIVM goſſipii, n.g. Frutex. de quo Plinius lib. 19. ca. 1, Superior pars AEgypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui goſſipion vocant, plures xylon, & ideò lina inde facta xylina. Paruulus eſt, ſimilémque barbatæ nucis defert fructum. cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec vlla ſunt eis in candore mollitiáve præferenda.

G R

GRABATVS grabati, m.g. Lectus exiguus in quo meridiari ſolent. Cic. lib. 2. de diuinatione, Venit enim iam in contentionem, vtrum ſit probabilius, deóſne immortales, rerum omnium præſtantia excellentes, concurſare omniũ mortalium, qui vbique ſunt, nõ modo lectos, verumetiã grabatos. Et cum ſtertentes aliquos viderint, obiicere iis viſa quædã tortuoſa & obſcura. Martialis, Ibat tripes grabatus, & bipes menſa.

GRACCVS gracci, m g, Auis eſt, Vng gay. minime canora, ſed tamẽ odioſè garula atque obſtrepera.

Gracculus gracculi, diminutiuũ. Plin. lib. x1. cap. 29, In Lemno inſula certa mẽſura præfinita eſt, quam ſinguli enecatarũ ad magiſtratus referant. Gracculos quoque ob id colunt, aduerſo volatu occurrentes earum exitio. Idem lib. x. cap. 29, Rhodus aquilã non habet. Tranſpadana Italia iuxta Alpes Lariuñ lacum appellat, amœnũ arbuſto agrum, ad quem ciconiæ nõ tranſmeant, ſicuti nec octauũ circa lapidem ab eo, immenſa alioqui finitimo Inſubriũ tractu examina gracculorũ & monedularũ, cui ſoli aui furacitas auri argẽtique præcipue mira eſt.

GRACILIS & hoc gracile, Tenue, ac corpore macilentum. Tenue, delie, linge, grelle, menu, & alaigre. Terent. in Eunucho, 2. 3. 22, Haud ſimilis virgo eſt virginũ noſtrarũ, quas matres ſtudẽt demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles ſient. Turpil. Noſti quàm ſit gracili corpore.

Gracilis lapis. Plin. epiſt. 256, Ingentibus enim riuis deſcendit, & hiat: ſiue in cauſſa ſolum humidum & molle, ſiue lapis ipſe gracilis & putris.

Gracile marmor. Plin. epiſt. 101. l, lib v, È ſtibadio aqua velut expreſſa cubantium pondere ſiphunculis effluit, cauato lapide ſuſcipitur, gracili marmore continetur.

Graciles vindemiæ. Plin. epiſt. 197, Ipſe quum abſis, vindemias gracileis quidem, vberiores tamen, quàm expectaueram, colligo.

Gracilitudo gracilitudinis. Accius Amphitryone, Tamen & ſtatuæ gracilitudo, & propemodũ luctus facit ne dubitem.

Gracilentus gracilenta gracilentum, Idem quod gracilis. Ennius lib. 7, Deducunt habiles gladios filo gracilento.

Gracilens gracilentis, o.g. Neuius Proteſilao, Demã gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit.

GRADVS gradus gradui, m.g. Degre, par ou on mõte en quelque lieu. Virg. Aera cui gradibus ſurgebant limina.

Gradus, Gradientiũ pedum viciſſitudo: Pas, Marches. Virg. Gradibúſque ſonare Cõpoſitis.

Gradum iacere ad aliquam rem, Faire entree pour paruenir a quelque choſe. Cic. cõtra Rullum, Hunc quaſi gradum quẽdam atque aditum ad cætera iactum intelligetis.

Gradu mouere: Eſt retro agere, propellere retrorſus: Repoulſer, faire reculer. Liuius, Primũ gradu mouerunt hoſtem: deinde pepulerunt: poſtremo haud dubie auertunt.

Gradu dimoueri, Ab exiſtimatione priſtina deiici & deturbari. Cic. lib. 2. Tuſcul. Non ſentiunt viri fortes in acie vulnera: vel ſi ſentiunt, ſe mori malunt, quàm tantũmodo de dignitatis gradu dimoueri. Id eſt, quàm indigne in ſeſe aliquid admittere.

Deiici de gradu: Id eſt, de cõſtantia & animo offirmato. Cic. lib. 1. de off. Fortis enim animi eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur, ſed præſentis animi vti conſilio.

Gradus, Exiſtimatio, & honoris locus. Cic. in ſecunda Philipp. Eſt enim querela mihi neceſſaria pro hoc gradu in quo me S.P.Q.R. collocauit.

In gradũ reponere, Eſt deiectũ reſtituere. Quintil. in v, Sic fit vt ſi quid titubauerint teſtes,

opportuna rurſus eius, à quo producti ſunt, interrogatione, velut in gradum reponantur.

Gradus officiorum. Cic. Off. lib. 1, in fine, In ipſa autem cõmunitate ſunt gradus officiorũ, ex quibus quod cuique præſtet, intelligi poſſit: vt prima Diis immortalibus, ſecũda patriæ, tertia parentibus, deinde gradatim reliqua reliquis debeantur.

Gradus cognationis, apud Iuriſconſultos deſcribuntur.

Gradior graderis, greſſus ſum vel fui, gradi, Marcher. Virg. AEneas graditur fido comitatus Achate.

Gradatus gradata gradatũ, Qui eſt faict par degrez, Qui va de degre en degre, Vt gradata buxus. Plin. epiſt. 101. e, Omnia maceriã muniuntur: hanc gradata buxus operit, & ſubtrahit.

Gradatio, gradationis, f. g. Marchure.

Gradatio apud Rhetores dicitur, cum ex prima ſententia oritur ſecunda, & ex ſecunda tertia, atque ita deinceps. Cic. ad Herẽniũ, lib. 4, Gradatio eſt, in qua non ante ad cõſequens verbum deſcenditur, quàm ad ſuperius cõnſcenſum eſt: hoc modo, Nam quæ reliqua ſpes libertatis manet, ſi illis & quod libet licet, & quod licet poſſunt, & quod poſſunt audent, & quod audent faciunt, & quod faciunt, vobis moleſtum non eſt?

Gradarii equi, Qui ſine ſuccuſſatiõe molliter incedũt, Cheuaulx qui marchẽt doulcemẽt, ſans donner ſecouſſes. Haquenees. Lucil. lib. 14, Ipſe equus non formoſus, gradarius optimus.

Gradatim, aduerbium. De degre en degre, Ordinate lentéque. Varro lib. 1. de re ruſtica, Cato quidem (inquit) gradatim alium præponens alio, agrum meliorem dicit eſſe in nouem diſcriminibus. Cic. lib. 1. off. circa finem, Deinde gradatim reliqua reliquis debeantur.

Gradatim habere amicos. Plin. epiſt. 30. a, Et aliud ſibi & nobis, aliud minoribus amicis (nã gradatim amicos habet) aliud ſuis, noſtriſque libertis.

Gradiuus Mars, appellatus eſt (inquit Feſtus) à gradiendo in bella, vltro citróque. ſiue à vibratione haſtæ, quod Græci dicunt κραδάιναμ, vel, vt alii dicunt, quia gramine ſit ortus, quod interpretatur quia corona graminea in re militari maximæ eſt honorationis. Hæc Pompeius.

GRALLAE grallarum, f. g. Fuſtes ſunt furculas habentes, quibus nituntur. Des eſchaſſes.

Grallator grallatoris, Qui in perticis abiegnis paſſus ingentes facit, Qui marche a grans pas ſur des eſchaſſes. Plaut. in Pœnulo, 7. 27, At ſi ad prandiũ me in ædem vos dixiſſem ducere, vinceretis ceruum curſu, vel grallatorem gradu.

Grallatores (inquit Feſtus) appellantur pantomimi, qui vt in ſaltatione imitarentur AEgipanas, adiectis perticis furculas habentibus, atque in his ſuperſtantes, ob ſimilitudinem crurum eius generis, gradiebantur, vtique propter difficultatem conſiſtendi.

Grallatorius grallatoria grallatoriũ. Grallatorius gradus, Vng grand pas faict auec eſchaſſes. Plaut. in Amphit. 15. 52, Abſtine quæſo, non potuimus noſtros grandius grandire gradus. A. ſiue grallatorius, ſiue teſtudineus fuerit, certum eſt mihi hunc ſceleſtum perdere.

GRAMEN graminis, n. g. Herba vulgatiſſima, De la ſeignee. Ita appellata quòd genicu latis internodiis mirifice ſerpat, crebróque ab iis & ex acumine nouas ſpargit radices. Non eſt herba gratior iumentis, ſiue viridis ſit, ſiue in fœno ſiccata. Plin. lib. 24. cap. 19, Quod è graminũ genere ſeptem internodia habet, efficaciſſime capiti contra dolores adalligatur. Quidam propter veſicæ cruciatus decoctum ex vino gramen ad dimidias è balneis bibi iubent. Sunt qui & aculeatum gramen vocant, trium generum: cum in cacumine aculei ſunt plurimum quíni, dactylon vocant: hos conuolutos naribus inſerunt, extrahúntque ſanguinis ciendi gratia. Altero, quòd eſt aizoo ſimile, ad paronychia & pterygia vnguium, & cum caro vnguibus excreuerit, vtuntur cum axungia: ideò dactylon appellãtes, quia digitis medeatur. Tertiũ genus dactyli, ſed tenuis, naſcitur in parietinis, aut tegulis. Huic cauſtica vis eſt. Siſtit vlcera quæ ſerpunt. Gramen capiti circundatum ſanguinis è naribus fluxiones ſiſtit. Gramen, generali vocabulo quãcũque herbam vocant. Virg. in Buccol. Nulla neque amnem libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Gramineus graminea gramineũ, Qui eſt faict dherbe. vt graminea corona. Gellius, lib. 5. cap. 6, Obſidionalis corona eſt, quam ii qui liberati ſunt obſidione, dant ei duci qui liberauit. Ea corona graminea eſt: obſeruariſque ſolitũ vt fieret è gramine, quod in eo loco generatũ eſſet, intra quem clauſi erant qui obſidebantur.

Graminoſus graminoſa graminoſum, Plein dherbe. Columel. lib. 1, Quid ſylueſter ager, quid humidus & graminoſus, quid ſiccus & ſpurcus recuſaret.

GRAMMA grammatis, n. g. Latine litera dicitur.

Grammatica grammaticæ, Eſt rectæ loquelæ, rectæque ſcripturæ ſcientia.

Grammaticus grammatici, Qui grãmaticã docet. Suet. de claris grãmat. 4, Appellatio grãmaticorũ Græca cõſuetudine inualuit: ſed initio literati vocabãtur. Cornelius quoq; Nepos in libello quo diſtinguit literatum ab erudito: literatos quidem vulgo appellari ait eos, qui aliquid diligẽter, & acute, ſcientérque poſſint aut dicere aut ſcribere. Cæterum proprie ſic appellandos poetarum interpretes: qui à Græcis grãmatici nominentur, eoſdem literatos vocitatos. Hæc Suetonius.

Grammatiſta grammatiſtæ, Mediocriter eruditus. Suetonius de claris grãmat. 4. Sunt qui literatum à literatore diſtingunt, vt Græci grammaticũ à grammatiſta: & illum quidem abſolute, hunc mediocriter doctum exiſtimant. Quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat. Nã apud maiores (ait) cum familia alicuius venalis produceretur, non temere, quem non literatum in titulo, ſed literatorem inſcribi ſolitum eſſe, quaſi non perfectum literis, ſed imbutum.

Grammaticus grammatica grãmaticum, Quod ad grammaticam pertinet.

Grammateus grammatei, m. g. Qui rationes publicas in tabulis ſcribunt. Apuleius, lib. xi, tum ex his vnus, quem cuncti grammatea dicebant. Suidas ait grammatea eſſe notarium, & ἀποῤῥήτων, id eſt arcanorum principem.

Grammatophylaciũ grammatophylacii, n. g. Vbi tabulæ & inſtrumenta publica, monumẽtáq; rerum geſtarum, actarúmque aſſeruãtur: quod Tablinũ latine appellatur. Iuriſcõſ. in tractatu de pœnis, ἀρχάιῳ fortaſſe vel grammatophylacio.

GRANDIS, & hoc grande, Qui eſt grand, ſoit de corps, daage, ou autrement.

Grandis ætas. Plaut. in Aulul. 7. 37, AEtatem meã ſcis E. ſcio eſſe grandem itidem vt pecuniam. Ie ſcay que tu es fort aagé.

Grandis dĭca. Terent. in Phor. 2. 3. 92, Si tu illam attigeris, ſecus quàm dignum eſt liberã, dĭcam impingam tibi grandem.

Grande gaudium. Plaut. in Sticho, 5. 22, Tantum à portu apporto bonũ, tam gaudiũ affero grande: vix ipſa domina hoc niſi ſciat, exoptare à diis auſit ipſis.

Grandis litera. Plaut. in Bacchid. 20. 67, Taceas: id quod iubeo facias. C. adero. N. heu literas minutas! c. qui quidem videat parum: verum qui ſatis videat, grandes ſatis ſunt.

Grandi pecunia mercari. Plaut. in Capt. 6. 8, An verò non iuſta cauſſa eſt, vt vos ſeruem ſedulò, quos tã grãdi ſim mercatus præſenti pecunia? Leſquels iay tãt achete argent cõtãt.

Grandis natu: Qui eſt aagé. Plaut. in Aulul. 6. 32, Sed eſt grandior natu, media eſt mulieris ætas: eam ſi iubes frater, tibi me poſcere, poſcam. Terent. in Adelphis, 5. 8. 8, Quid poſtea? D. proba & modeſta. M. ita aiunt. D. natu grandior.

AEtate grandis natu. Cic. pro Roſcio Comœdo, Senatores, ætate grãdes natu, natura ſanctos.

Grandior homo, grandior virgo, Qui eſt aſſes aagé, Qui ha de laage. Terent. in Phor. 2. 3. 15, Nam iam adoleſcenti nihil eſt quod ſuccẽſeam, ſi illum minus norat: quippe homo iam grandior, pauper, cui operã vita erat, ruri ferè ſe continebat. Idem in Adelphis, 4. 5. 39, An ſedere oportuit domi virginẽ tam grãdẽ, dum cognatus huc illinc veniret, expectãtẽ?

Grandiculus grandicula grandiculũ, diminutiuũ, Vng peu grand. Plau. in Pœnulo, 6. 34. Perge, optume hercle periuras: quî poſtea? A. in fundas infundebam grandiculos globos.

Grandiuſculus grandiuſculi, diminutiuũ, Grandelet. Terent. in And. 4. 5. 19, Nam ferè grandiuſcula iam profecta eſt illinc. Elle eſtoit ia grandelette, elle auoit ia de laage.

Granditas grãditatis, Grandeur. Plin. epiſt. 107, lib. vi, Nunc primum ſe in vetere comœdia, ſed non tanquã inciperet oſtendit: non illi vis, non granditas, non ſubtilitas, non amaritudo, nõ dulcedo, non lepos defuit. Granditas, Id eſt, grandis oratio, pro magna.

Granditas ætatis, Id eſt maior ætas. Siſenna lib. 4. hiſt. Neque ætatis granditatem, neque ea merita, neque ordinis honeſtatem, aut dignitatem ſibi eſſe excuſationi.

Grandæuus grandæua grandæuũ, Id eſt grandis æui, vel prouectioris ætatis, Qui eſt fort aagé. Virg. Grandæuus Alethes.

Grandæuitas grandæuitatis, f. g. Accius Alcimacho, Nequia nec vos, nec ille impune irrideret meã grãdæuitatẽ. Idem Bacchis, Quia neque vetuſtas, neque mores, neque grãdæuitas. Pacuuius Hermione, Quod tamẽ ipſa orbitas, grãdæuitáſq; Pelei per penuriã ſtirpis ſubaxet.

Grandiloquus grandiloqua grandiloquum, Eloquens, & qui cum quadam verborum magnificentia loquitur. Cic. de Orat. Nam & grandiloqui, vt ita dicam, fuerunt, cum ampla & ſententiarum grauitate & maieſtate verborum.

Grando grandis, grandiui, granditum, Allonger, faire grand. Plaut. in Aulul. 4. 10, Si hodie hercle fuſtem cepero, aut ſtimulũ in manũ, teſtudineum iſtum tibi ego grãdibo gradum. Ie tauenſeray daller. Idem in Amphit. 15. 11, Nam ego ille alter Soſia, qui illic ſum, me malis mulctauit modis. B. mira profecto, ſed gradus condecet grandire. Et paulò pòſt, 52, Abſtine quæſo: non potuimus noſtros grandius grandire gradus.

Grandeſco grandeſcis, grandeſcere, Grandis fieri, Creſcere. Plin. lib. 18, Creſcẽte luna frumẽta grandeſcunt. Columella lib. 2, Omne autem frumentum ſpicam à tertio ad quartum nodum emittit: & cum totũ edidit, octo diebus defloreſcit, ac deinde grãdeſcit diebus quadraginta, quibus poſt florem ad maturitatem peruenit.

Grandigro grandigras, grandigrare, Obſoletum verbum. Plaut. in Trucul. 6. 31, Quid clamas inſane? abire hinc ni properè grãdigras, iam ego iſtos fictos, compoſitos, criſpos, cinnos tuos vnguentatos vſque ex cerebro expellam.

GRANDO grandinis, f. g. Gutta aquæ in aere cõgelata. Grelle. Plin. lib. 2. cap. 60, Grandinẽ cõglaciato imbre gigni: & niuẽ eodẽ humore mollius coacto, pruinã autẽ ex rore gelido. Plau. in Moſtell. 3. 39, Ea mihi aduẽtu ſuo, quàm primũ grandinẽ imbrémque attulit.

Grandinoſus grandinoſa grãdinoſum, Quod abundat grandine. Columella lib. 4, Poſt hæc nõ ignorabit dominus loci, plus eſſe, poſſe qualitatem cæli frigidam vel calidã, ſiccam vel roſcidam, grandinoſam, ventoſámque vel placidã, ſerenam vel nebuloſam. Id eſt, quæ ſæpe grandinem infert.

Grandino grandinas, grandinare, Greller.

GRANVM grani, n. g. Grain, cõme de froumẽt, dorge, & ſemblables. Plaut. in Sticho, 9. 52, Videlicet illũ fuiſſe nequã adoleſcentem, qui ilico, vbi ille poſcit, dare denegauit ſe granum tritici.

Granarium granarii, Locus in quo grana frugum reponuntur. Grenier. Varro, At triticũ condi oportet in granaria ſublimia, quæ perflentur ventis ab exortu & ſeptẽtrionũ regione, ad quæ nulla aura humida, è propinquis locis aſpiret. Horat. primo ſermonũ, Quum tua plus laudas cumeris granaria noſtris.

GRAPHIS graphidis, f. g. Ars pingendi, quæ maxime lineis conſtat, & linearis vocatur. Plin. lib. 35, Graphidis veſtigia extant in tabulis ac membranis, ex quibus proficere dicuntur artifices. Vulgus nunc geometriam vocat vernacula lingua.

Graphium graphii, n. g. Vng pinceau. Ouid. Quid digitis opus eſt graphiũ laſſare tenendo?

Graphicus graphica graphicum, Ad vnguem factus, abſolutúſque, & quaſi pictoris manu expolitus. Plau. in Sticho, 9. 64, Graphicum mortalem Antiphonem vt apologum fecit, quàm fabre: id iam nunc ſceleſtus eſſe ducit pro adoleſcentulo. Idem in Pſeud. 11. 9, Nimium eſt mortalis graphicus mihi heuretes. Ibidem, 7. 104, AEdepol mortalem graphicũ, ſi ſeruat fidem. Idem in Epid. 9. 30, Næ tu graphicum habes ſeruum, & quantiuis pretii.

Graphicè, Elegãter, polite. Plaut. in Perſa, 9. 5, Nũc huic ego graphicè facetus fiam, ſubnixis alis me inferam, atque amicibor glorioſe. Idem in Trinũm. 11. 28. Exornetur graphicè.

Graphiariũ graphiarii, Theca, in qua ſtyli reponũtur quibus & ſcribere ſimul & pingere ſolebant antequam peniculi & colores inuenirentur. Martialis, Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro.

GRASSOR graſſaris, graſſari, Supra modum ſæuire, inquit Nonius. Feſtus, Graſſari dicuntur latrones vias obſidentes. gradi ſiquidẽ ambulare eſt: vnde tractum graſſari, videlicet ab impetu gradiendi. Plaut. in Rud. 17. 18, Acta hæc res eſt: certum eſt moriri, quàm hũc pati lenonem in me graſſari. Liuius lib. 2, Trecenti coniurauimus principes iuuẽtutis Romanæ, vt in te hac via graſſaremur.

Suet. Nec minore liuore ac malignitate, quàm ſuperbia ſæuitiáq; penè aduerſus omne genus hominũ graſſatus eſt. Id eſt improbũ ac maleficũ ſe exhibuit, indiéſque nocentiorem.

Graſſatur peſtis, cum ingenti clade hominum inualeſcit.

Graſſari, ambulare, authore Nonio. Titinnius Velterna, Vnde thenſam atque mulos, ſine eam pedibus graſſari, cum fingere eius ſuperbiã. Næuius Pædio, Certamus ſi me diploidi à recta graſſatur via. Idem, Nunc me res ipſa reprimit, ſæpe hæc eadẽ graſſatus via. Salluſt. Iugurtha, Qui vbi ad gloriã virtutis via graſſatur. Afranius, Conſimili graſſantur via, à quibus hic eſt omnis cultus.

Graſſari eloquio: metaphorice dixit Horatius, de captatore loquẽs, Daulus ſis comicus, atque Stes capite obſtipo, multum ſimilis metuenti, Graſſare eloquio.

Graſſator graſſatoris, Eſt viarum in vrbe, vicorúmque obſeſſor, qui obuios iniuriæ opportunos

ſpoliat, aut pulſans, aut intentata morte territans. Brigueur, Brigant, Deſtrouſſeur de gens. Plin. in Paneg. 54, At vt Cæſar quàm pulchrum ſpectaculũ pro illo nobis execrabili reddidiſti? vidimus delatorũ iudicium quaſi graſſatorũ, quaſi latronum: non ſolitudinem illi nouiter, ſed templum, ſed forum infederant. Iuuenalis, Interdum & ferro ſubitus graſſator agit rem. Suet. in Auguſto, Nam & graſſatorũ plurimi, palàm ſe ferebant, ſuccincti ferro, quaſi tuendi ſui cauſſa. Et inferius, Igitur graſſatores, diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus inhibuit.

Graſſatio graſſationis, f. g. Briguerie, ou briganderie. Plin. lib. XIII, de Tapſia loquens, Nero Cæſar claritatem ei dedit, initio imperii nocturnis graſſationibus conuerberatã faciẽ illinens ſibi cum thure ceráque, & ſequenti die contra famam, cutem ſynceram circunferens.

GRATIA gratiæ, Grace: aucun bien que on nous faict ſans lauoir merite.

Apponere gratiam. Terent. in And. 2. 1. 33, Ego Charine neutiquã officium eſſe liberî puto, cum is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi. Donatus, Id gratiæ apponi ſibi, Addi in gratiam ſuam, Id eſt, ſibi gratiam merere. Que on luy face quelque grace.

Capere gratiã. Cic. Cum præſertim cõfiderem, nullam eſſe gratiam quã vel non capere animus meus, vel in accipiendo vel remunerando cumulandóque illuſtrare poſſet.

Facere gratiam pecuniæ. Plaut. in Pſeud. 23. 32, Non audes quæſo aliquã partem mihi gratiam facere hic argenti? Ne me oſerois tu faire grace dune partie de ceſt argent? en me donant la moitie de la debte.

Cupio gratiã tuã: Ie deſyre eſtre en ta grace. Plaut. in Perſa, 16. 100, Euertes homines tuo arbitratu fundis, familiis: cum optimis viris rem habebis, gratiam cupient tuã, venient ad te comeſſatum. Idem in Trinũmo, 3. 9, Nimióque hic pluris pauciorũ gratiam faciũt pars hominum, quàm id quod profit pluribus.

Eſt gratia, Ie te remercie, Ie ten ſcay bon gre. Plau. in Menæh. 9. 30, Eamus intrò vt prãdeamus. MEN. bene vocas: tum gratia eſt. Idem in Merc. 22. 107, Salue mi ſodalis Eutyche, vt valuiſti? quid parentes mei? valent? tibi gratia eſt. bene vocas, benigne dicis, cras apud te cœnauero.

Pluma leuior eſt gratia. Plaut. in Pœnulo, 12. 17, Verum ita ſunt omnes iſti diuites, ſi quid benefacias, leuior pluma eſt gratia. Ils nen ſcauent ne gre ne grace, ou bien peu.

Facere gratiã iuriſiurandi. Plaut. in Rud. 31. 59, Quàm mox mihi argentum ergo redditur? D. res ſoluta eſt Gripe, ego habeo. G. hercle: at ego me mauolo. D. nihil hercle hic tibi eſt, ne tu ſperes, iuriſiurandi volo gratiã facias. G. perii hercle, niſi me ſuſpendo: óccidi.

Habere gratiam ſenectuti. Plaut. in Merc. 23. 4, Hæc quũ fugiant ſenes, tu tamen ſenectuti gratiam non habeas: quoniã hæc tibi non abſtulit modo, ſed in amorem coniecit fortius.

Petere gratiam à patre. Plaut. in Sticho, 3. 23, Gratiam ſi à patre petimus, ſpero ab eo impetraſſere. Si nous demandons grace, ou pardon a noſtre pere.

Petere gratiam alicuius, Demander a eſtre en la grace daucun. Plaut. in Aulul. 7. 68, Nam ſi opulento ſit petitum pauperioris gratiam, pauper metuit cõgredi, ac per metum male rem gerit.

Habere gratiã, Auoir memoire du plaiſir que on nous a faict, & vouloir de le rendre. Terent. in Eunucho, 4. 6. 12, Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita vt merita es, gratia. Donatus, Qui habet apud ſe gratiã, nondũ retulit. Retulit, qui deſtitit habere. Multũ ergo hic dicit, & habetur gratia & refertur. Quem ſenſum tranſtulit Salluſtius in bellum Iugurthinũ, Arma, pecuniam ſume, vtere: & quoad vixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris, ſemper apud me integra erit. Plaut. in Rud. 31. 56, Bene facis, gratiam habeo.

Inire gratiam. Plaut. in Ciſtell. 10. 78, At pol ille à quadam muliere, ſi eam demonſtret ineat magnam gratiam. Terent. in Eunucho, 3. 5. 8, Adibo, atque ab eo gratiam hanc quam video velle, inibo. Donatus, Gratiam inire, Eſt dare beneficium, ac per hoc inire gratiã, id eſt amicitiam. Sed hæc eloquutio, gratiã ab eo inibo, pro eius gratiam merebor. Se mettre en la grace daucun & en lamour. Terent. in Adelphis, 5. 7. 16. Turbam domum adducet, & ſumptum admittet, multa, quid mea? ego lepidus ineo gratiam. Donatus, Ineo gratiam, In gratiam eo, hoc eſt amicos comparo.

Negligere gratiam alicuius, Non challoir deſtre en la grace daucun. Plaut. in Trinummo, 8. 74, Vt ſcias hic factiones atque opes non eſſe, neque nos tuam gratiam negligere, ſine dote poſco tuam ſororem filio.

Referre gratiã: Rẽdre le plaiſir, ou la pareille, ſoit en bien ou en mal, Faire ainſi que on nous a faict. Terent. in Eunucho, 2.3.94, Et illis crucibus quæ nos noſtrámque adoleſcentiã habent deſpicatã, & quæ nos ſemper omnibus cruciant modis, nunc referam gratiam, atque eas itidem fallã vt ab illis fallimur. Idem in Eunucho, 4.6.12, Et habetur & refertur à me Thais tibi, ita vt merita es, gratia. Plaut. in Moſtell. 4.75, Quid illis futurũ eſt cæteris qui te amant? PHILE. magis amabunt quum videbunt gratiam referentem.

Componere gratiam inter aliquos: Faire paix entre aucuns, les remettre en amour. Terent. in Hecyra, Neque alio pacto cõponi poteſt inter eas gratia. Idem in Phor. 4.3.17, Cur non inquam, Phormio, vides, inter vos ſic hæc potius cum bona vt componantur gratia, quàm cum mala? Auec bonne amitie & concorde, que auec diſcorde & meſcontentemẽt les vngs des autres.

Gratia, pro cauſſa. Terent. in And. 2.6.2, Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam portare, & ea me hic reſtitiſſe gratia. A cauſe de ce. Donatus, Gratia veteres pro cauſſa ponebãt. Ibidẽ, 3.4.8, Sed ea gratia ſimulaui, vos vt pertentarẽ. Salluſt. Rem omnẽ aperit, cuius gratia mittebãtur. Terẽt. in And. 5.1.17, Nuptiarum gratia hæc ſunt facta. Plaut. in Pſeud. 7.139, Nunc nõ abire certũ eſt iſtac gratia: libido eſt ludos nos ſpectare Pſeudole.

Gratia mea: Pour lamour de moy, ou a cauſe de moy, a mon aueu. Plaut. in Bacchid. 1.64, Nam id flagitiũ meũ ſit mea gratia te operã dare mihi, & ad eam operam facere ſumptũ de tuo. Idem in Curcul. 3.62, Hoc vide vt dormiũt peſſimi, nec mea gratia commouent ſe ocyus. Idem in Amphit. 15.68, Amphitruo mitte hunc mea gratia.

Gratus grata gratum, Qui gratiã pro beneficio refert, vel ſaltem memor eſt accepti beneficii. Qui rend la pareille, Qui rend le plaiſir que on luy a faict, ou ha memoire diceluy. Terẽt. in Adelphis, 2.2.43, Scio nõ te vſum antehac amicitia mea: memorem me dices eſſe & gratũ. Donatus, Figurate eſt inducta promiſſio præmiorũ. Et bene vtrũque narrat. nam nõ continuò qui memor eſt, etiã gratus eſt. Memor enim eſt, qui apud ſe meminit. Gratus qui meruit hoc nomine vocari dum vicem reddit. nam multi ſunt memores, ingrati tamen. Plaut. in Moſtell. 4.63, Eundem animũ oportet nunc mihi eſſe gratum vt impetraui, atque olim prius quàm id extudi. Plin. in Paneg. 69, Nam liberalitatem iucũdiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit.

Gratum beneficiũ, Aggreable. Plaut. in Rud. 26.17, Atque vt mihi gratum beneficiũ factis experiar. Terẽt. in And. 1.1.15, Et id gratum fuiſſe aduerſum te habeo gratiam.

Gratæ gratiæ. Plaut. in Pœnulo, 3.6, Quibus pro benefactis fateor deberi tibi & libertatem & multas gratas gratias.

Gratum facere, Obſequi & inſeruire. Cic. Si hunc iuueris, gratiſſimum mihi feceris.

Gratioſus gratioſa gratioſum, Fort aggreable, ou qui eſt gratieux, doulx, & bening. Gell. lib. IX. cap. XII, Gratioſus & qui adhibet gratias, & qui admittit. Cic. lib. de off. 3, Tum Pithius, vt argẽtarius, qui eſſet apud omnes ordines gratioſus. Idem Lẽtulo, Vehemẽter cõfidit his noſtris literis apud te gratioſum fore. Idem in Verrem, act. 4, An quorum authoritate, tu ſtatuas cohoneſtare tuas conatus es, eorũ ego dignitate, accuſationem meam compro bare non potero? niſi forte, quòd apud publicanos gratioſus fuiſti, in ea re ſpes te aliqua conſolatur. Idem in Verrem, act. 5, Hic Venerius, quẽadmodũ aratores eluſerit, ex vna pactione hominis honeſti, gratioſique cognoſcite. Idem pro L. Murena, Nil tibi conſulatum petẽti à me defuit, quod eſſet aut ab amico, aut à gratioſo, aut à cõſule poſtulãdũ. Idem pro L. Flacco, Per deos immortales iudices, vos quomodo is qui anno antè Romæ ius dixerat, anno pòſt in Aſia ius dixerit, à teſtibus quæretis ignotis? ipſi coniectura nihil iudicabitis? in tam varia iuriſdictione, tam multa decreta, tot hominum gratioſorum læſæ voluntates.

Gratis, aduerbiũ, Pour neant, ſans merite, ſans riens bailler. Plaut. in Capt. 16.26, At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis, gratis à me, vt ſit liber, abducito. Sans que tu me bailles riens pour ce. Ibidem, 7.49, Nũquam erit tam auarus, quin te gratis emittat manu. Idem in Pœnulo, 14.46, Quid eſt quod male ſit, cui id omne ſit, quod edis, quod ames affatim, neque triobolum vllum amicæ das, & eam ductas gratis? Idem in Moſtell. 4.19, Ergo ob hoc ædepol verbum te Scapha donabo ego hodie aliqui: neque patiar te gratis hanc laudaſſe, quæ mihi placet. Sans que tu aies quelque choſe de moy. Terent. in Phor. 3.2.15, Adeone te eſſe incogitantem atque impudentem Phædria, vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis?

Gratis & ſine mercede. Suet. de claris grãmat. 13, Sunt qui tradãt tanta eum honeſtate præditum, vt temporibus Syllanis proſcriptorum liberos gratis & ſine mercede vlla, in diſciplinam receperit.

Gratuitus gratuita gratuitum, Qui eſt baille pour neant. Quod datur gratis, & ſine præmio. Cic. lib. 1, de legibus, Quid liberalitas? gratuitáne eſt, an mercenaria? ſine præmio, benigna eſt & gratuita: ſi cum mercede, conducta.

Gratuita mulier, Qui recõpenſe & recõgnoit le plaiſir que on luy a faict. Plaut. in Ciſtell. 10. 84, At pol ſibi ille quidã vult mercedẽ dari. H. at pol illa quædã, quæ illam ciſtellam perdidit, eam qui dat, ſibi eſſe quod ei det negat. L. at enim ille quidam ſibi dari argentũ expetit. H. at pol illa quædam mulier in nulla eſt opera gratuita.

Gratuitò, aduerbiũ: Pour neãt, ſans eſtre recõpenſe. Suet. in Cæſare, Omnibus verò circa eum, atque etiam parte magna ſenatus gratuitò, aut leui fœnore obſtrictis.

Grates, Numero tantũ plurali, & in hac tantũ terminatione, pro gratiis quæ referri debẽt pro accepto beneficio. Virg. Grates perſoluere dignas Nõ opis eſt noſtræ Dido. Plaut. in Mercat. 12. 13, Diuûm atque hominũ quæ ſpectatrix atque hera eadem es hominibus, ſpem ſperatam cum obtuliſti hunc mihi, tibi gratias ago. Ibidem, 22. 2, Spem ſperatã cum hanc obtuliſti mihi, grates ago. Idem in Milite, 8. 2, Inde ignem in aram, vt Epheſiæ Dianæ latas laudes gratéſque agam.

Gratificor gratificaris, gratificari, Rem gratam facere, Faire quelque choſe aggreable a aucun. Cic. Lentulo, Quod Pompeio gratificari ſe putant.

Gratificari decus & libertatem. Salluſt. in Iugurtha, Fruſtra autem niti, neque aliud ſe fatigando, niſi odiũ quærere: extremæ dementiæ eſt. niſi forte quem inhoneſta & pernicioſa libido tenet potentiæ, paucorum decus atque libertatem ſuam gratificari.

Gratificari gratiã. Salluſt. de rep. ordinãda ad Cæſarem, Neque aliter quiſquã extollere ſeſe, & diuina mortalis attingere poteſt, niſi omiſſis pecuniæ, & corporis gaudiis, animo indulgens, non aſſentando, neque concupita præbendo, peruerſam gratiam gratificans: ſed in labore, patientia, boniſque præceptis, & factis fortibus exercitando.

Grator gratáris, gratari, Diis gratias agere, & quaſi ſupplicare. Ouid. lib. 3. Faſt. Quiſquis ades, caſtæque cohs penetralia Veſtæ, Gratare Iliacis, thuráque pone focis.

Gratari, Gaudere de bono proprio, vel alterius. Ouid. lib. 8. Metamorph. O ſuperi, totóque libens mihi pectore grator. Virg. Inueni germana viam, gratare ſorori. Liuius lib. 7, Tuum ſequentes currum Iouis opt. max. templum gratantes ouantéſque adire.

Gratulor gratularis, gratulari, Verbis teſtari ſe gaudere, fortuna & fœlicitate, alterius, apud eũ ipſum qui affectus eſt fœlicitate, aliquãdo apud ſeipſum ob ſuam fœlicitatem.

Gratulor tibi hãc rem. Plau. in Capt. 9. 3, Eunt obuiã, gratulãturque mihi eã rẽ. Ils ſeſiouyſſent que iay eu cela. Idem in Sticho. 9. 61, Ibo intro, & gratulabor veſtrũ aduentũ filiis. Marcellus Ciceroni, Itaque hoc ego mihi gratulor. Cic. in Verrem, Appellat hominẽ, & ei voce maxima victoriã gratulatur. Ouid. Priſca iuuent alios, ego me nũc denique natũ Gratulor. Terẽt. in Eunuch. 2. 2. 28, Coqui, fartores, piſcatores, aucupes, quibus & re ſal ua & perdita profueram & proſum ſæpe, ſalutãt, ad cœnã vocant, aduentum gratulantur.

Gratulor tibi affinitate. Cælius Ciceroni, Gratulor tibi affinitate viri mediuſſidius optimi.

Gratulor tibi de. Cic. Lẽtulo, Quòd mihi de noſtro ſtatu & de Milonis familiaritate, de leuitate & imbecillitate Clodii gratularis, minime miramur. Ibidem, Quòd mihi de filia & de Craſſipede gratularis, agnoſco humanitatem tuam. Idem Appio Pulchro, Gratulor tibi primũ (ita enim rerũ ordo poſtulat) deinde ad me cõuertar: ego verò vehemẽter gratulor de iudicio ámbitus.

Gratulor huic terræ quòd abeſt regionibus illis: Ouid. Quintil. Gratulemur iam quòd nulla ciuitas laborat. Subauditur nobis. Trebonius Ciceroni, Itaque tibi (quod verè facere poſſum) libẽter quoque gratulor, nec minus etiã nobis, quòd eum, quẽ neceſſe erat diligere qualiſcunque eſſet, talem habemus vt libenter quoque diligamus.

Gratulari, Gratias agere, inquit Nonius. Ennius. Hecuba, Iuppiter tibi ſumme, tandem male re geſta gratulor. Nouius belli Punici lib. 3. iſque ſurſum ad cælum ſuas res Ammulus gratulabatur diuis. Afranius Cinerario, Quòd ſaluus venis, melius eſt, gratulor diis. Liuius, Triumphantes in Capitolium aſcendebant, Ioui optimo maximo cæteriſque diis gratulaturi. Terent. in Heaut. 5. 1. 6, Ohe iam deſine deos vxor gratulando obtundere tuam eſſe inuentam gnatam: niſi illos ex tuo ingenio iudicas, vt nihil credas intelligere, niſi idem dictum eſt centies.

Gratulor pro. Cic. Caſſio Proquæſtori, Sed tamen & feci antè & facio nunc, tibíque cũ pro rerum magnitudine quas geſſiſti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quòd te de patria decedentem ſumma laus & ſumma gratia prouinciæ proſequuta eſt.

GRAVIS & hoc graue, Peſant. Virg. Vomis & inflexi primum graue robur aratri.

Graue abſynthium, Id eſt amarum. Varro in Quinquatribus, Abſynthium vt bibam graue & caſtoreum.

Grauis aduerſarius: Pernicioſus, & acerbus, nocens. Cic. lib. 3. de offi. Magnũ illud bellũ, & grauem aduerſarium ſuſtinuiſſet.

Grauius ægrotare. Cic. Facilius & in morbos incidunt adoleſcentes, & grauius ægrotant.

Grauis annona, Chiers viures. Plaut. in Sticho, 10.52, Egóne? túne? mihíne? tibíne? vides vt annona eſt grauis? vides benignitates hominum perire, & prothymias? Plin. de viris illuſtribus, Hic conſul graui annona aduectum è Cilicia frumentum, magno pretio dandũ populo curauit, vt hac iniuria plebs agros, non ſeditiones coleret.

Grauis cauſſa, Neceſſaria. Lucilius lib. 29, Habeáſque animo mihi admodũ cauſſam grauem fore, quæ me ab vllo commodo abducat tuo.

Graui fronte: Triſti. Plin. in Paneg. 66, Nunquã principibus defuerunt, qui fronte graui & triſti ſupercilio vtilitatibus fiſci cõtumaciter adeſſent: & erant principes ipſi ſua ſpõte auidi, & rapaces, & qui magiſtris non egerent.

Grauis homo, Grãdæuus, Qui eſt aagé. Virg. Hic grauis Entellus dictis caſtigat Aceſten.

Graues greges: Multi, En grãd nõbre. Varr. Vbi graues paſcãtur atq; alãtur payonũ greges.

Graue imperium: Ferme & permanent. Terent. in Adelphis, 1.1.41, Errat longe mea quidẽ ſententia, qui imperium credat grauius eſſe aut ſtabilius vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.

Grauis manus, Chargee de quelque choſe. Plau. in Pſeud. 12.19, AEdepol nũc male eũ metuo miſer, ſi quiſpiã det, cui manus grauior ſiet. Qui ait la main plus fournie, mieulx garnie & plus pleine dargẽt. Virg. in Buc. Nõ vnquã grauis ære domũ mihi dextra redibat.

Grauior natu animus. Terent. in Heaut. 4.1.32, Mi Chreme, peccaui, fateor, víncor: nunc te obſecro, quantò tuus eſt animus natu grauior, ignoſcentior, vt meæ ſtultitiæ iuſtitia tua ſit aliquid præſidi. Dautant que tu as plus de ſcauoir que moy, que tu as plus veu & cõgnu.

Grauis nuntius: Triſtis. Virg. lib. 8, Grauior ne nuntius aures Vulneret.

Grauis ora: Peſtilens. Plin. epiſt. 101. a, lib. v, Tuſcos meos petiturũ, ne facerem ſuaſiſti, dũ putas inſalubres. eſt ſanè grauis & peſtilens ora Tuſcorum.

Grauis paupertas. Plau. in Perſa, 10.20, Nã vbi ad paupertatẽ acceſſit infamia, grauior paupertas fit, fides ſubleſtior. Terẽt. in Adel. 3.4.50, Cognatus mihi erat, vnà à pueris parũuli ſumus educati, vnà ſemper militiæ & domi fuimus, paupertatẽ vnà pertulimus grauẽ.

Graue periculum. Terẽt. in And. 3.3.35, Quî ſcis ergo iſtuc, niſi periculũ feceris? &c. at iſtuc periculum in filia fieri graue eſt.

Grauis pietate, Plenus. Virg. Tum pietate grauem, ac meritis, ſi forte virum quem Conſpexêre, ſilent, atque arrectis auribus aſtant.

Graue pretium: Id eſt multum. Salluſt. Cœpit per omnem prouinciam graue pretiũ fructibus eſſe. Hault pris.

Grauis ſupellex. Diues. Plin. epiſt. 170. b, Viderunt hi quos excelſioribus terris illa tempeſtas non deprehendit, alibi diuitum apparatus, & grauem ſupellectilem, alibi inſtrumenta ruris, ibi boues, aratra, rectores, &c.

Graues remi: Fortes & robuſti. Virg. lib. v, Prima pares ineunt grauibus certamina remis.

Grauis ſenectus: Moleſta. Cic. de Senect. Quòd nũquã ſenectutẽ tibi grauem eſſe ſenſerim.

Grauis terra, Fœcunda & frugifera. Virg. Quid labor, aut benefacta iuuãt, quid vomere terras Inuertiſſe graues?

Grauis vmbra. Virg. in Buc. Iuniperi grauis eſſe ſolet cantantibus vmbra.

Grauis vinculis: Chargé de liens. Plin. epiſt. 147. d, Illa ſcribentis capiti catenis inſonabat: reſpicit rurſus idem quod prius innuentem. nec moratus, tollit lumen, & ſequitur: ibat illa lento gradu quaſi grauis vinculis.

Grauius verbũ. Plau. in Trinũmo, 6.105, Ecce, res nimio citius tranſiges, firmũ omne erit quod tu egeris: grauius erit tuum vnum verbũ ad eam rem, quàm centum mea. Tu feras plus dune ſeule parolle, que ie ne feroie de cent.

Graue, Difficile. Terẽt. in Heaut. 5.5.13, Hæc dum incipias, grauia ſunt, dúmque ignores: vbi cognoris, facilia.

Grauiſſimũ quod: Ce qui eſt le plus grief, & de plus grande importance. Terẽt. in Adelphis, 3.4.22, Filiam eius virginem vitiauit. D. hem. H. mane: nondum audiſti. Demea quod eſt grauiſſimum.

Grauis diuitiis, Charge de richeſſes. Plaut. in Bacchid. 9.23, Sed antequã illa vnquam meis opulentiis ramenta fuit grauior, aut propenſior, mori me malim excruciatum inopia.

Grauis Marte, Id eſt grauida. Virg. Donec regina ſacerdos Marte grauis. Id eſt ſemine Martis impleta. Idem, Non inſueta graues tentabunt pabula fœtas.

Graue in populum: Ceſt vne choſe bien grieue, ou forte a porter & endurer au peuple. Cic. pro C. Balbo, Eſt enim in populum Romanũ graue, nõn poſſe vti ſociis excellenti virtute præditis, qui velint cum periculis noſtris ſua cõmunicare: in ſocios verò ipſos & in eos, de quibus agimus, fœderatos, iniurioſum & contumelioſum eſt, iis præmiis & his honoribus excluſos eſſe fideliſſimos & coniunctiſſimos ſocios.

Grauitas grauitatis, f. g. Firmitas & conſtantia animi. Cic. de Senect. 30, Vt enim infirmitas eſt puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam conſtantis ætatis, ſic ſenectutis maturitas, naturale quoddam habet quod ſuo tempore percipi debeat. Idem de Amicitia, 4, Genus autem hoc ſermonum poſitum in hominum veterum authoritate, & eorum illuſtrium, plus neſcio quo pacto videtur habere grauitatis.

Grauiter, aduerbium, varia ſignificat.

Grauiter audire: Ouyr choſes aſpres & rudes. Terent. in Heaut. 1.1.62, Aduleſcentulus ſæpe eadem & grauiter audiendo victus eſt.

Grauiter crepuerunt fores. Terent. in Heaut. 3.3.53, Mane, mane, quid eſt quòd tam à nobis grauiter crepuêre fores?

Grauiter cruciare. Terent. in Heaut. 5.5.1, Enimuero Chremes nimis grauiter cruciat adoleſcentulum, nimiſque inhumane.

Grauius aliquid in aliquem dicere. Terent. in Adelphis, 1.2.60, Iſte tuus ipſe ſentiet poſterius: nolo in illum grauius dicere: Ie ne luy veulx point dire choſe plus rigoureuſe.

Grauiter aliquid facere. Cicero, Si quid prudenter, ſi quid grauiter factum eſt. Hoc eſt, non leuiter ac inſipienter, ſed mature ſapientérque.

Grauiter aliquid ferre: Id eſt moleſte. Terent. in And. 1.2.20, Omnes qui amant, grauiter ſibi dari vxorem ferunt. Ce leur eſt vne choſe bien forte & peſante a porter ou endurer. Cic. Grauiter & iniquo animo tuli.

Grauiter imperare. Plaut. in Capt. 6.58, Equidem ſi perinde vt ipſe fui imperator familiæ, habeam dominiũ, haud vereor ne iniuſtè aut grauiter mihi imperet. Rudement.

Grauiter iraſci, Multũ, Fort. Terent. in Hecyra, 4.4.2, Tibi quoque ædepol ſum iratus Philumena grauiter quidem. Cic. Nec verò audiendi, grauiter qui inimicis iraſcendũ putãt.

Grauiter pepulit fores. Terent. in Adelphis, 5.3.2, Quiſnam à me pepulit tam grauiter fores? Qui a ſi fort heurte a ma porte?

Grauiter ſpirare. Virg. Grauiter ſpirantis copia thymbræ.

Grauedo grauedinis, f. g. Ponderoſitas.

Grauedo, Morbus ſeu humor qui ex capite diſtillat, nares claudit, vocẽ obtundit, tuſſim ſiccam mouet, vt docet Celſus lib. 4. Plaut. in Aſin. 13.51, Quod illa autẽ ſimulet, quaſi grauedo profluat. Cic. Attico, lib. x, Tu quando quartana cares, & nedum morbũ remouiſti, ſed etiã grauedinem, te vegetũ nobis in Græcia ſiſte, & literarũ aliquid interea. Idem Attico, lib. xvi, Grauedini quæſo omni ratione ſubueni. Plin. lib. 21, de violis purpureis, Crapulam & grauedines capitis impoſitis coronis diſcutiunt. Idem lib. 23, de vuis recentibus, Grauedinem enim capiti, morbúmque lethargicum faciunt. Suet. in Oct. Augu. cap. 81, Nam ſub natalem ſuũ plerũque languebat, & initio veris præcordiorũ inflatione tentabatur, auſtrinis autem tempeſtatibus grauedine.

Grauedinoſus grauedinoſa, grauedinoſum, Non ſolum qui grauedine infeſtatur, ſed etiam qui ad eũ morbum eſt procliuior. Cic. lib. 4. Tuſcul. Itaque dicimus quoſdã grauedinoſos, quoſdam torminoſos, non quia iam ſint, ſed quia ſæpe ſint.

Grauedinoſum, quod grauedinem facit. Plin. lib. 18. cap. 15, Nec erui operoſa cura eſt. hoc amplius quàm vitia rũcatur, & ipſum medicaminis vim obtinẽs: quippe per eruum diuum Auguſtũ curatũ epiſtolis ipſius memoria extat. Martio menſe ſatũ noxiũ eſſe bubus aiunt: item autumno grauedinoſum.

Graueolens graueolentis, o.g. Qui put, & ſent mauuais. Virg. Ad fauces graueolentis auerni.

Graueolentia graueolentiæ. Plin. Et oris graueolentiam ſiſtit.

Grauo grauas, grauare, Premere, onerare, moleſtare. Virg. Nec me labor iſte grauabit.

Grauor grauaris, grauari, deponens: Grauiter ferre. Plaut. in Trinũmo, 17.46, Quom ille ita eſt vt eſſe nolo, id crucior: metuo ſi id denegem, quod me oras, ni te leuiorem erga me putes. non grauabor, faciam ita vt vis. Cela ne me ſera point grief, Voulentiers ie le feray, ſans regret. Idem in Rud. 11. 21, Cur tu aquam grauare amabo, quam hoſtis hoſti commodat? Pour quoy teſt il grief, Pour quoy fais tu enui. Idem in Sticho, 4.32, Veni illò ad cœnã, ſic face: promitte verò, ne grauare, eſt cõmodum. Cic. de Amicitia, 15, Ego verò non grauarer, ſi mihi ipſe confiderem.

Grauatus. Plaut. in Rud. 7.2, Nam vox me precantum huc foras excitauit: bonã atque obſequentem deam, atque haud grauatam patronam exequũtur, benignámque multũ. Qui ne faict point a regret, ne enui, Qui faict voulentiers ce que on luy demande. Idem in Sticho, 16.6, Quanquã grauatus, non nocuit tamen.

Grauate, aduerbium, Moleſte, Auec deſplaiſir & regret, enui: a grande difficulte. Plau. in Bacchid. Quàm grauate pater dedit! O que mon pere le bailloit a grand regret, enui, contre ſon gre. Idem in Sticho, 16.2, Nunc minus grauate iam accipit, tene tu interim meus oculus. Cic. de off. Grauate ille primo. Liuius ab vrbe cõd. Haud grauate nimis obeundo. Idem de bello Macedonico, Id grauate conceſſum eſt regi.

Graueſco graueſcis, graueſcere, Grauis & oneratus fio: Deuenir peſant. Virg. lib. 2. georg. Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit. Id eſt, oneratur.

Grauidus grauida grauidum, Plein & peſant. Plaut. in Trucul. 4.4, Ad fores auſcultato, atque adſerua has ædeis, Ne quis aduentor grauior abeat quàm adueniat: Neu qui manus attulerit ſteriles intrò ad nos, grauidas foras exportet.

Grauida mulier, quæ iam concepto fœtu grauatur. Plaut. in Amphit. 8.47, Et cum grauidã, & cum te pulchre plenam aſpicio, gaudeo.

Grauida puero, Groſſe dung fils. Plaut. in Amphit. 8.85, Amphitruo ſperaui ego iſtam tibi parituram filiam: verum non eſt puero grauida.

Grauidã facere filio. Plaut. in Amphit. 18.5, Ex cõcubitu grauidã feci filio, tu grauidã item feciſti, cum hinc in exercitum profectus.

Grauida è Pamphilo. Terẽt. in And. 3.2.33, Iam primũ hæc ſe è Pamphilo grauidam dixit eſſe: inuentum eſt falſum. Plaut. in Amphit. 3.111, Nunc de Alcumena vt rem teneatis rectius, vtrinque eſt grauida, & ex viro & ex ſummo Ioue.

Grauida facta, menſis hic ſeptimus: Il y a ſept mois quelle eſt groſſe. Terent. in Adelphis, 3.4.29, Virgo ex eo compreſſu grauida facta eſt: hic menſis decimus eſt.

Grauida puerperio. Plaut. in Trucul. 9.22, Malitiam accuratam miles inueniat volo: iſtic haud multò pòſt credo aderit: nunc prius præcauero ſciens, cúmque ornatu, vt grauida quaſi puerperio cubem.

Grauida gratia bonis. Plau. in Capt. 6.108, Quod bonis bene fit beneficium, gratia ea grauida eſt bonis.

Grauida carnaria: Charniers pleins de chair. Plaut. in Pſeud. 4.64, Niſi carnaria tria grauida tergoris, onerata, huberi hodie mihi erunt, cras te, quaſi Dircen, olim (vt memorant) duo gnati Iouis ad taurum deuinxêre.

Grauidæ manus: Pleines. Plau. in Trucul. 4.4, Ad fores auſcultato, atque adſerua has ædes: ne quis aduentor grauior abeat, quàm adueniat: neu qui manus attulerit ſteriles intrò ad nos, grauidas foras exportet.

Grauaſtellus, inquit Feſtus, dicitur ſenior. Plau. in Epid. Sed quæ hæc eſt muliercula, & ille grauaſtellus qui venit? Vt puto, grauaſtellus à grauitate dictus. Hæc Feſtus. Quidam legunt Rauaſtellus, à rauo colore.

GREMIVM gremii, n.g. Eſt inter complexum fœmorũ, fœminúmve, in quo cõplexu mulieres concipere ſolent. Le giron. Terẽt. in Adelphis, 3.2.35, Qui ſe in ſui gremio poſiturũ puerum dicebat, patrem ita obſecraturũ, vt liceret ſibi hanc vxorem ducere. Virg. Hæret, & interdũ gremio fouet inſcia Dido. Idem, Et fotũ gremio dea tollit in altos Idaliæ lucos.

GREX gregis, m.g. Minorum animalíum congregatio, vt ouium, porcorum, caprarũ. Vng tropeau. Ouid. Mille greges illi, totidem armẽta per herbas Paſcebant. Virg. Hæc ſatis armentis, ſuperat pars altera curæ Lanigeros agitare greges, hirtáſque capellas.

Grex de maioribus etiam animalibus dicitur, vt boum grex, equarum, &c.

Grex magnus. Virg. Aut aliquam in magno sequitur grege.

Grex mugientium. Horat. Aut in reducta valle, mugientium prospectat errantes greges.

Grex equarũ. Cic. in Verrem, act. 4, Præterea greges nobilissimarũ equarum abactos: argenti vestisque stragulæ, domi quod fuerit, est direptum.

Grex armẽtorum. Cic. Philipp. 3, Ille autem ex Myrmillone dux, ex gladiatore imperator, quas fecit strages vbicunque posuit vestigia: cædit greges armentorum, reliquique pecoris quodcũque nactus est: epulantur milites. Columella, lib. 1. Nec absint greges armẽtorũ, cæterorumque quadrupedum culta & dumeta pascentium.

Grex venalium: Vng tropeau de bestail a vendre. Plaut. in Cistell. 10.73. Quid quæritas? H. cistellã adolescens hic mihi euolauit. L. in cauea latã oportuit. H. ædepol nõ præda magna est. L. mirum quin grex venalium in cistella infuerit vna. Idem in Aulul. 13.4, Ite sanè nunc iam intrò omnes & coqui & tibicinæ: etiam introduce, si vis, vel gregem venalium. coquite, facite, festinate nunc iam quantum lubet.

Grex cõmunis generis, Vne assemblee, compagnie, bande de gens, soit dhommes ou de femmes, bons ou mauuais. Terent. in Eunucho, 5.9.54, Recte facitis, Vnum etiam hoc vos oro, vt me in vestrum gregem recipiatis. Idem in Adelphis, 3.3.8, Sed eccum Syrum ire video: hinc scibo iam vbi fiet: atque hercle hic de grege illo est. Cic. In his bonis gregibus omnes aleatores, omnes impuri, impudicique versantur. Terent. in Heaut. 2.3.4, Ego verò audio: nunc demum & video, & valeo Clitipho. C L. minime mirum, adeò impeditæ sunt: ancillarũ gregem ducunt secum. Idem in prologo Phor. 33, Adeste æquo animo per silẽtium, ne simili vtamur fortuna atque vsi sumus, cum per tumultum noster grex motus loco est. Idem in prologo Heaut. 45, Nam nunc nouas qui scribunt, nihil parcũt seni: si qua laborioſa est, ad me curritur: sin leuis est, ad alium defertur gregem.

Greges virgarum. Plaut. in Pseud. 5.100, Lanios inde accersam duo cum tintinabulis: eadẽ duo greges virgarũ inde vlmearũ adegero: vt hodie ad litationẽ huic suppetat satis Ioui.

Gregarius gregaria gregarium: Ex grege vulgaris. Vnde gregarius miles dicitur nõ electus, sed tumultuarie vndecũq; collectus. Sallust. Deinde multi memores Syllanæ victoriæ, quòd ex gregariis militibus alios senatores videbant, alios ita diuites, vt regio victu atque cultu vitã agerent. Columella lib. 7, Gregariorumque pastorum velut minutam professionis suæ disciplinam constantissime repudiasse.

Gregalis & hoc gregale, Quod in grege viuit. Varro lib. 2, de re rustica, Equi boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo. Gregalis, Qui est tout dune bande & cõpaignie. Cic. lib. 2. de Oratore. Ambigua sunt in primis acuta, atque in verbo posita, nõ in re: sed non sæpe, magnum risum mouẽt, magis vt bellè & literatè dicta laudantur, vt in illum Titium, qui cum studiosè pila luderet, & idem signa sacra noctu frangere putaretur, gregalésque eum in campum non venisse requirerẽt, excusauit Vespa. Terẽtius quòd eum brachium fregisse diceret.

Gregatim, aduerbiũ: Par tropeaux, par bandes. Varro, Merula, quòd mera, id est sola, volitet. Contra ab eo gracculi, quòd gregatim.

GRIPHVS, griphi, m. g. γρῖφος, Latine dicitur rete, vel sermo implicitus. Gellius, Alióſq; id genus griphos neminem posse dicens, nisi se, dissoluere.

GROSSVS grossi, masculini vel fœminini generis, Dicitur ficus abortiua, quæ non matureſcit. Plin. lib. 13. cap. 7, Grossus eius non matureſcit. Celsus lib. v, Grossi in aqua cocti. Plin. lib. 15, Deprehensásque in hac hyeme grossos. Idem alibi, Crudæ grossi verrucas tollunt.

Grossulus grossuli, diminutiuum. Columella lib. 3, Si voles ficum quamuis natura seram facere, cum grossuli minuti erunt, fructum decutito.

GRVMVS grumi, Terræ collectio minor tumulo. apud Columellam dicitur cliuulus. Vnde libro secundo ait, Grumos quos ad versuram plerũque tractæ crates faciũt, dispiciemus, ita necubi ferramentum fœnisecis possit offendere.

Grumulus grumuli, diminutiuũ. Plin. lib. 19, Quidam & allium Vlpicum in plano seri vetãt, castellatimque grumulis imponi, distantibus inter se pedes ternos.

GRVMA grumæ, Grumæ (inquit Nonius) sunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur & cõueniunt viæ. Est autem gruma mensura quædam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur, vt est agrimensorũ, & talium. Ennius libro decimo septimo grumam dirigere dixit,

degrumari ferrum. Hæc Nonius.

GRVNDIO grundis, grundire, dicebãt veteres, quod nos grunnire dicimus. Claudius lib. 16, Agni grundibãt, dixit: & grundibat grauiter pecus suillum. Etiã hominum esse grunditum Cæcilius Ebriis designauit.

GRVNNIO grunnis, grunniui vel grunnii, grũnitum, grunnire, Proprium est porcorum. Cic. lib. v. Tuscul. Aut grunnit cum mactatur sus. Iuuenalis, Et cũ remigibus grũnisse Elpinora porcis.

GRVS, gruis, masc. vel fœm. gen. Oyseau nõme grue. Virg. lib. 1. georg, Strymoniæ dãt signa grues. Horat. lib. 1, sermonũ, Decerpta ferẽtes mẽbra gruis sparsi. Plin. lib. x. cap. 23, Inducias habet gens Pygmæorum, abscessu gruum, cum iis dimicantium. Immensus est tractus quo veniunt, si quis reputet, à mari Eoo. Quando proficiscuntur, consentiunt. Volãt ad prospiciendum altæ: ducem quem sequãtur eligunt. In extremo agmine per vices qui acclament dispositos habent, & qui gregem voce contineant. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes, qui lassatis somno decidens indiligentiam sono coarguat. Cæteræ dormiunt capite subter alam condito, alternis pedibus insistentes. Dux erecto prouidet collo, ac prædicit. & eædem mansuefactæ lasciuiunt, gyrósque quosdam indecoro cursu vel singulæ peragunt.

Gruo gruis, gruere. Festus, Gruere dicuntur grues, vt sues grunnire.

GRYLLVS grylli, m. g. Animal est magnitudine cicadæ, corpore lõgiore, pernicies agrorũ. Plin. lib. 29. cap. 6, Auribus prodest gryllus, cũ sua terra effossus & illitus. Magnã authoritatẽ huic animali perhibet Nigidius, maiorẽ Magi: quoniã retro ambulet, terrámque terebret, stridat noctibus. Venantur eũ formicæ circũligato capillo in cauernam eius coniectæ, efflato prius puluere, ne sese condat, & ita formicæ complexu extrahitur. Vng grillon.

GRYPHS gryphis, m. g. Animal pẽnatũ & quadrupes, omni ex parte leo, alis & facie aquilis simile, equis vehementer infestum. Vng gryphon. Virg. Iungantur iam gryphes equis. Plin. lib. 10. cap. 49, Pegasos equino capite volucres & gryphas auritos aduncitate rostri, fabulosos reor: illos in Scythia, hos in AEthiopia.

Gryphus gryphi, Idem.

GRYPVS grypi, habens nasum aduncum. γρῦπος.

G V

GVBERNO gubernas, gubernare, Gouuerner.

Gubernator gubernatoris, Gouuerneur, & conducteur dune nauire. Plin. epist. 203. b, Ideo nequaquam par gubernatoris est virtus, cum placido & conturbato mari vehitur. Plaut. in Rud. Si tu proreta isti naui es, ego gubernator ero. Cic. Philipp. 7, Teipsum moneo Pansa (quãquam non eges consilio, quo vales plurimũ: tamen & summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solent) hunc tuum tantũ apparatum, támque præclarũ ne ad nihilum recidere patiare.

Gubernacula nauis, Les gouuernals & instruments a conduire la nauire. Plin. epist. 203. b, At cum stridunt funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt: tunc ille clarus, & diis maris proximus.

GVLA gulæ, f. g. Anterior pars colli, qua cibus atque potus deuoratur. Le gosier. Sallust. Laqueo gulã fregere. Plin. lib. 19. cap. 4, Hi niues, illi glaciem potãt, pœnásque montiũ in voluptatem gulæ vertũt. Plaut. in Merc. 12. 28, Demisisti gladium in gulam: iam cadam. Gula follis, La gueulle dung soufflet. Plaut. in Aulul. 9. 23, Quin quum it dormitũ, follem obstringit ob gulam.

Gulosus gulosa gulosum, Gourmant, goulu, qui est sur sa bouche. Martialis, Nõ opus est nobis nimium lectore gulosо.

GVMMI, n. g. indeclinabile, Lachryma arborum, quæ est quasi gutta. Plin. lib. 13. cap. 11, Gummi optimum esse ex AEgyptia spina cõuenit, vermiculatum, colore glauco, purum, sine cortice, dentibus adhærens.

Gummis huius gummis, f. g. Idem. Columella, Nostrorum temporum agricolæ existimarũt noua dolia liquida gummi perluere. Idem, Multi cum semel noua dolia vel serias crassa gummi linerunt, vnà in perpetuum gummitione contenti sunt.

Gummitio gummitionis, Gummi inductio est, vt in præcedenti Columellæ exemplo.

GVRGES gurgitis, m. g. Locus in flumine profundus, in quo aqua vertitur. Vng gouffre, ou abysme. Omnis aquarum congeries, dicitur gurges.

Gurges, pro ipso mari aliquando ponitur. Virg. Nantes in gurgite vasto.

Gurges vitiorum: Vng goufre de tous maulx, Ou tous maulx abundent. Cic. in Verrem, act. v, Is erat Apronius ille, qui vt ipse non solum vita, sed etiam corpore atque ore significat, immensa aliqua vorago est, aut gurges vitiorum, turpitudinumque omnium.

GVRGVLIO gurgulionis, m.g. Vermis qui in horreis nascens, frumentum absumit. Vne calendre, ou charenton. Plin. lib. 18. cap. 30, Gurgulionem enim non descendere infra quatuor digitos, nec amplius periclitari. Vide Curculio. nam c & g inuicem cedũt. Virg. lib. 1. georg. Populatque ingẽtem farris aceruũ Gurgulio, atque inopi metuẽs formica senectæ.

GVRGVSTIVM gurgustii, inquit Festus, genus habitationis angustũ, à gurgulione verme sic dictũ. Seruius docet, gurgustium esse obscuram & latentem tabernam. Cic. in Pisonem, Meministine cœnum, cum ad te quinta fere hora cum C. Pisone venissem, nescio quo è gurgustio te prodire, inuoluto capite, foleatũ? Idem de natura deorum, lib. 1, Quid autem erat quòd concupisceret deus mundum signis & luminibus, tanquã ædilis ornare? si vt deus ipse melius habitaret, antè videlicet tempore infinito, in tenebris tanquam in gurgustio habitauerat.

Gurgustiolum gurgustioli, diminutiuum.

GVSTO gustas, gustare, Gouster.

Gustare labris primoribus aliquod genus vitæ. Cic. pro M. Cælio, Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, nõ modo qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis (vt dicitur) digitis attigissent.

Gustare sermonem alicuius. Plau. in Mostell. 15. 15, Herus meus hic quidem est: gustare eius sermonem volo. Ie veulx vng peu sauoir ou escouter quil dict.

Gustatus gustatus gustatui, m.g. Goustement. Cic. de Senect. 49, Itaque ineunte vere, in his quæ relicta sunt, existit tanquã ad articulos sarmentorum ea quæ gemma dicitur: à qua oriẽs vua sese ostendit, quæ & succo terræ & calore solis augescens, primo est peracerba gustatu. Plin. lib. xi, cap. 37, Sed in gustatu, linguæ vice, carnosum aquatilibus palatum.

Gustatus, Le goust, qui est vng des cinq sens de nature. Cic. de Oratore, lib. 3, Quinetiã gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quódque dulcedine præter cæteros sensus commouetur. &c.

Gustus gustus, gustui. Le goust. Plin. lib. x. cap. 71, Quo existimauerim omnibus sensum gustus esse.

Gustatorium gustatorii, n.g. Plin. epist. 101. m, lib. v, Gustatorium, grauiórque cœnatio marginí imponitur. Gustatorium, mensa contecta putaminibus testudinũ, quam primus Carbilius Polio prodigi ac sagacis ingenii ad instrumenta luxuriæ fertur excogitasse.

GVTTA guttæ, f.g. Minima pars aquæ vel alterius materiæ liquidæ. Vne goutte. Plaut. in Casina, 5. 33, Di me & te infœlicitent, si ego in os meum vini guttam indidi. Plin. lib. 31. cap. 2, Distillantes quoque guttæ in lapides durescunt in Antris Coryciis. Plaut. in Rud. 11. 20, Nostro illum puteũ periculo & ferramentis fodimus. nisi multis blanditiis à me gutta non ferri potest.

Gutta consilii. Plaut. in Pseud. 6. 4, Quid nunc acturus, postquam herili filio largitus dictis dapsilis? vbi sunt eascui neque parata gutta certi consilii, neque adeò argenti.

Guttula guttulæ, diminutiuum. Plaut. Vt guttulã hauriret ex guttulo. Idem in Epid. 11. 26, Ah guttulã pectus mihi ardens aspersisti.

Guttatim, aduerbium, Goutte a goutte. Plaut. in Merc. 4. 89, Cor ædepol miserum meũ quod guttatim contabescit, quasi in aquam tu indideris salem!

GVTTVR gutturis, n.g. Ea pars quæ est à faucibus ad iugulum, siue exterior, siue interior sit. Le gosier. Plin. lib. xi, cap. 27, Guttur homini tantum & suibus intumescit: aquarũ quæ potantur, plerũque vitio. Virg. in georg. Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.

Gutturem, masculino genere dixit Plautus in Milite, 11. 22, Quia enim obsorbui: nam mihi nimius calor comburebat gutturem: alii sunt ebrii postquam potarunt.

Gutturosus gutturosa gutturosum, Cuius guttur tanquam spongia quædam intumescit: ita vt hoc malum, non morbus, sed vitium sit. Vlpianus de ædilitio ædicto, Si quis natura gutturosus sit, aut oculos eminentes habeat.

GVTTVS gutti, m.g. Poculi genus quo in sacrificiis vtebantur. Plin. lib. 16, Curius iurauit se ex præda nihil attigisse præter guttum phaginum quo sacrificaret.

Guttus, Vas in quod oleũ mittitur. dictus quòd guttam mittat. nam eo vsi sunt Romani in

balneis ad vngenda eorum corpora poſt lauationem. Gellius, Puerum iubet Taurus oleum in ollam indere. Erat is puer genere Atticus feſtiuiſſimus: ætatis & gentis argutiis ſcatens: guttum Samium ore tenus imprudẽs inanem tanquam ineſſet oleum, affert, connectítque eum, & vt ſolitum eſt, circũegit per omnem partem ollæ manum, nullũ inde ibat oleum.

Guttulus guttuli, diminutiuũ, Cõme vne eſguiere, Vng pot a eaue, a verſer eaue ſur les mains. Plaut. Vt guttulam hauriret ex guttulo.

G Y

GYARVS gyari, m.g. Oppidum, in quod Romani noxios in exilium mittere ſolebãt. Iuuenalis, Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum, Si vis eſſe aliquid.

GYMNASIVM gymnaſii, n.g. Latinè dicitur exercitium. Plaut. in Aſin. 7.31, Gymnaſium flagri ſalueto.

Gymnaſium, Locus in quo palæſtritæ exercebantur nudi, & oleo vncti. Plaut. in Bacchid. 8.21, Nego tibi annis viginti fuiſſe primis copiam digitũ longè à pædagógo pedem vt efferres ex ædibus ante ſolem exorientem: niſi in palæſtram veneras, gymnaſii præfecto haud mediocres pœnas penderes. Idem in Amphit. 13.3, Nã omnes plateas perreptaui, gymnaſia, myropolia, apud emporium atque in macello, in palæſtra, atque in foro.

Gymnaſiũ, pro ludo literario, & omni loco in quo fit aliquod genus exercitationis, accipitur, cum philoſophi gymnaſia tenuerint, & in illis diſputauerint. Plin. epiſt. 257, Tũc autem à priuatis exigi opera tibi curæ ſit, cum theatrum (propter quod illa promiſſa ſunt) factum erit, gymnaſiis indulgẽt Græculi. Idem epiſt. 41.c, Hoc hybernaculum, hoc etiã gymnaſium, meorum eſt.

Gymnaſticus gymnaſtica gymnaſticum, Quod pertinet ad exercitium. Plaut. in Rud. 8.7, Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio gymnaſtico & palæſtrico.

Gymnicus gymnica gymnicum, Idem. Plin. in ſeptimo, cap. 56, Ludos gymnicos in Arcadia Lycaon inuenit.

Gymnaſiarchus gymnaſiarchi, m.g. Gymnaſii præſes. Cic. in Verrem, act. 6, Quis eſt hic? qui ad ſtatuã aſtrictus eſt. quid is? vbi eſt? teſtis eſt. Vidiſtis hominẽ, & verba eius audiſtis. demoliendum curauit Democritus gymnaſiarchus, quòd is ei loco præerat.

GYNAECEVM gynæcei, Locus ſecretior in ædibus, vbi ſolæ mulieres habitabãt. Plaut. in Moſtell. 9.59, Scio equidem iſtuc. ſed ſenex gynæceum ædificare volt hic in ſuis, & balneas, & ambulacrum, & porticum. Terent. in Phor. 5.6.22, Nam nihil ad hanc rem eſt Antipho, vbi in gynæceum ire occipio, puer ad me accurrit Mida, ponè apprehendit pallio.

GYPSVM gypſi, n.g. Plaſtre. Plin. lib. 36. cap. 24, Cognata calci res gypſum eſt. Plura eius genera. nam è lapide coquitur, vt in Syria, & Thuriis. & è terra foditur, vt in Cypro, ac Perrhebiæ ſumma tellure, & Tympheticum eſt. Qui coquitur lapis, nõ diſſimilis alabaſtritæ eſſe debet, aut marmoroſo. In Syria duriſſimos ad id eligũt, coquúntque fimo bubulo, vt celerius vrantur. Omnium autem optimum fieri compertum eſt è lapide ſpeculari, ſquamam vitalem habẽte. Gypſo madido ſtatim vtendũ eſt, quoniã celerrimè coit, ac ſiccatur: tamen rurſus tundi & in farinam reſolui patitur.

Gypſo gypſas, gypſare, Gypſo inducere ſeu incruſtare, Plaſtrer. Tibullus, Nota loquor, regnũ ipſe tenet, quẽ ſæpe coegit Barbara gypſatis ferre cataſta pedes. Columella, Cũ deinde modicè aruerũt in vaſa noua ſine pice operculata, & gypſata, ſicco loco reponito. Columella, lib. 2. cap. 10, Quæ repleta cum confeſtim gypſata ſint, quandocunque in vſus prompſerit mus, integram lentem reperiemus.

Gypſare, Medicaminibus perfundere. Cic. Trebatio, Hoc tibi tam ignoſcemus nos amici, quàm ignouerũt Medeæ (quæ apud Corinthum arcem altam habebat) matronæ opulentæ optimates, quibus illa manibus gypſatiſſimis perſuaſit ne ſibi illæ vitio verterent, quòd abeſſet à patria.

GYRVS gyri, m.g. Latinè circulus vel ámbitus dici poteſt. Cic. Attico, lib. 2, Feneſtrarum anguſtias quòd reprehẽdis, ſcito te Κύρου παιδιὰν reprehendere. nã cum ego idem iſtuc dicerem, gyrus agebatur. On faiſoit lenuiron, le circuit, le tour.

Gyro gyras, gyrare, Enuironner, Circuir.

H A, interiectio corripiẽtis, ſiue admonẽtis ne quid fiat, néve in re cœpta progrediatur. Plaut. in Trinũm. 14.51, Heus tu aſta, dico audi: heus tu. S. non ſto. C. at ego te ſtare volo. S. quid ſi egomet te velle nolo? C. ha, nimium Staſime ſæuiter. Idem in Moſtell. 10.23, Ha caue ne illi obiectes nunc in ægritudine te has emiſſe.

Ha ha he, Interiectio ridẽtis. Plau. in Trucu. 5.1, Ha ha he hercle quieuit, quia introiuit, odiũ: tandem ſola ſum. Idem in Pſeud. 14.42, Vt ego te hodie accipiam lepide vbi effeceris hoc opus. S. ha ha he. P. lepido victu, vnguentis, vino. Idem in Pœnulo, 11.23, Mementote illuc aduocati. AD. meminimus. L. ha ha he, iam teneo quid ſit, perſpexi modo. Terent. in Eunucho, 3.1.36, Lepus tute es, & pulpamentũ quæris. G. ha ha he. T. quid eſt? G. facete, lepide, laute, nihil ſupra. Ibidem, 3.2.44, Quid tibi ego multa dicam? domini ſimilis es. G. ha ha he. TH. quid rides? G. iſtuc quod dixti modo. Idem in Phor. 2.3.64, Id quod lex iubet dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe. P. ha ha he, homo ſuauis.

HABEO habes, habui, habitum, habere, Auoir. Plaut. in Aulul. Virginem habeo grandem, dote caſſam, & illocabilem. Idem in Rud. 30.33, Papæ diuitias tu quidem habuiſti luculẽtas. L. miſerum iſtuc verbum & peſſimum eſt, habuiſſe, & nihil habere.

Habere, Traicter aucun. Habere miſerrimũ. Plaut. in Caſina, 13.27, Miſerrimũ hũc ego hodie habeo amaſium. Ie le traicte miſerablement. Idem in Capt. 6.64, Et profecto deus qui quæ nos gerimus auditq; & videt, is vti tu me hic habueris, perinde illum illic curauerit. Tout ainſi que tu me auras traicte. Idem in Pœnulo, 4.20, Miror equidem ſoror, te iſtæc fabulari, quæ tam callida & docta ſis & faceta. nam cum ſedulo munditer nos habemus, vix ægre amatorculos inuenimus. Terent. in Hecyra, 2.3.6, Nunquã ſecus habui illam, ac ſi ex me eſſet nata. Ie lay traictee cõme &c. Idem in Adelphis, 1.1.21, Ruri age re vitam: ſemper parce ac duriter ſe habere. Plaut. in Menæh. 4.8, Nimium te habui delicatam. Ie tay tenue trop delicate.

Habere bene ætatem ſuam, Se traicter bien. Plaut. in Merc. 10.6, Nam hanc ſe bene habere ætatem, nimio eſt æquius.

Habet illum arcte, contentéque: Elle le tient de court. Plaut. in Aſin. 3.64, Quãquam illum mater arcte, contentéque habet, patres vt conſueuerunt.

Habere, Detenir. Salluſt. in Iugurtha, neque flumen, neque mons erat qui fines eorũ diſcerneret: quæ res, eos magno diuturnóque bello inter ſe habuit.

Sicuti pleraq; mortaliũ habẽtur. Salluſt. in Catil. Hi poſtquã in vna mœnia cõuenêre, diſpari genere, diſſimili lingua, alius alio more viuentes, incredibile memoratu eſt quàm facile coaluerint. Sed poſtquã res eorũ ciuibus, moribus, agris aucta, ſatis proſpera, ſatiſque pollens videbatur, ſicuti pleraque mortalium habentur, inuidia ex opulentia orta eſt. Selon quil aduient ſouuenteſſois, Selon que pluſieurs choſes ſe portent.

Habere ætatem procul à rep. Viure ſans charge de la choſe publique. Salluſt. in Catil. Igitur vbi animus ex multis miſeriis atque periculis requieuit, & mihi reliquã ætatem à rep. procul habendam decreuit, non fuit conſilium ſecordia atque deſidia, bonum otium cõterere.

Habere amicum. Cic. de Amicitia, 69, Sed plerique peruerſe, ne dicam impudenter, amicũ habere talem volunt, quales ipſi eſſe non poſſunt: quæque ipſi non tribuunt amicis, hæc ab his deſyderant.

Habere bonum animum, Auoir bon courage. Plaut. in Aulul. 7.15, Tace, bonum habe animum Euclio: dabitur, adiuuabere à me. Idem in Amphit. 6.47, Licet, prius tua opinione hic adero, bonum animum habe.

Habe quietum animum. Plaut. in Caſina, 8.28, Verbero mén' te cenſes eſſe? nulla eſt: habe quietum animum. Ne te ſoucie.

Habere animum ad nuptias. Terent. in And. 2.3.4. Si id ſuccenſeat nunc quia non det tibi vxorem Chremes, ipſus ſibi eſſe iniurius videatur, neque id iniuria, prius quàm tuũ animũ vt ſeſe habeat ad nuptias perſpexerit.

Habere animum alienum ab aliquo. Cic. de Amicitia, 28, Ab altero propter probitatem eius nominis, non alienos animos habemus. Noſtre affection nen eſt pas hors.

Habe animum intentum. Cic. de Senect. 33, Intentum enim animũ tanquã arcum habebat: nec langueſcens ſuccumbebat ſenectuti.

Habere anxium. Plin. epiſt. 33.a, Anxium me & inquietum habet petitio Sexti Euricii mei:

afficior cura: & quam pro me ſolicitudinem non adii, quaſi pro me altero patior.

Habere artes in complexu. Plin. in Paneg. 76, At tu eaſdem artes in complexu, oculis, auribus habes: præſtas enim quæcunque præcipiunt, tantúmque eas diligis quantum ab illis probaris.

Habere auratam mulierem, Lhabiller & accouſtrer dhabillemẽts dor. Plaut. in Menæh. 17. 42, Quando te auratã & veſtitam bene habet, ancillas, penum recte præbet: melius ſanam eſt mulier mentem ſumere.

Habere authorem Ciceronẽ, Suyure Cicero, Imiter. Terẽt. in prologo Andriæ, 19, Næuiũ, Plautum, Ennium accuſant, quos hic noſter authores habet. Sur leſquels il prent patron.

Habere authoritatem. Cic. de Senect. 3, Omnem autem ſermonem tribuimus non Thitono, vt Ariſto Chius, ne parum eſſet authoritatis in fabula: ſed M. Catoni ſeni, quo maiorẽ authoritatem haberet oratio.

Habeo audire, Id eſt, audiendum eſt mihi. Cicero de Orat. Audire habeo quid hic ſentiat.

Habet auunculum C. Septitium, quo nihil verius, nihil ſimplicius, nihil candidius, nihil fidelius noui. Plin. epiſt. 33. b.

Habere charam. Terent. in And. 1. 5. 38, Ego propter me illam decipi miſeram ſinam, quæ mihi ſuũ animũ atque omnem vitam credidit: quam ego animo egregie charam pro vxore habuerim? Cic. de Senect. 33, Metuebant eum ſerui, verebantur liberi, charũ omnes habebant, vigebat in ea domo patrius mos & diſciplina. Chaſcun laimoit.

Habere cauſſam, Auoir cauſſe & occaſion. Plaut. in Aſin. 13. 44, Nolo habere illã cauſſam, & votitam dicere.

Habent certandum. Plin. epiſt. 7. b, Penè præterii, quod minime prætereundũ fuit, accepiſſe me careotas optimas, quæ nunc cum ficis & boletis certandum habent.

Habere cognomen ſapientis. Cic. de Amicitia, 6, Cato, quia multarum rerum vſum haberet, multáque eius & in ſenatu & in foro vel prouiſa prudenter, vel acta conſtanter, vel reſpõſa acute, ferebantur. Propterea quaſi iam cognomen habebat in ſenectute ſapientis.

Habere cognitam. Cic. de Amicitia, 48, Non ergo erunt homines diuitiis affluentes audiendi, ſiquando de amicitia quam nec vſu nec ratione habent cognitam, diſputabunt.

Habere comitia: Faire aſſemblee. Salluſt. Igitur comitiis habitis, cõſules declarãtur, M. Tullius, & C. Antonius. Habere comitia dicebatur is qui comitiis præerat deſignandis magiſtratibus.

Habere concilium, Faire aſſemblee. Plaut. in Milite, 10. 3, Cohibete intra limen etiã vos parumper Pleuſides: ſinite me prius perſpectare, ne vſpiam inſidiæ ſient, conciliúmque habere volumus. nam opus eſt nunc tuto loco.

Habere concionem, Faire ſermon ou harangue. Plaut. in Menæh. 10. 7, Vt illum di omnes perdiunt, qui primus cõmentus eſt concionem habere, quæ homines occupatos occupat. Plin. de viris illuſt. 73, Glauciæ prætori, quòd is eo die quo is concionẽ habẽbat, ius dicẽdo partem populi aduocaſſet, ſellam concîdit, vt magis popularis videretur.

Habere conſcientiam conditionis ſuæ. Plin. epiſt. 247, Lecti ſi ſint, inquiſitor peccauit. ſi vicarii dati, penes eos culpa eſt qui dederunt. ſi ipſi, cum haberent conditionis ſuæ conſcientiã, venerũt, animaduertendũ in illos erit. Veu quils ſcauoient & cõgnoiſſoient leur eſtat.

Habere conuiuiũ: Faire vng bãquet. Plaut. in Caſina, 18. 8, Cras hic ero, cras habuero vxor ego tamen conuiuium.

Habere culpam. Plaut. in Sticho, 7. 32, Meam culpam habeto, niſi perexcruciauero. Prens ten a moy, Dis que ceſt lachement faict a moy, ſi &c.

Habeo curam veſtri. Gellius lib. 20. cap. 5, Percũctabar Apollinarem Sulpitium, cum eum Romæ adoleſcentulus ſectarer, qua ratione diceretur, habeo curã veſtri, aut miſereor veſtri. & iſte caſus veſtri, eo in loco, quem videretur habere caſum rectum. Is mihi ita reſpondit, Quæris, inquit, ex me quod mihi quoque eſt iamdiu in perpetua quæſtione. Videtur enim, non veſtri oportere dici, ſed veſtrum, ſicut Græci loquuntur. Et paulò pòſt, Inuenio tamen, inquit, non paucis in locis noſtri atque veſtri dictum, non noſtrum aut veſtrum.

Habere curæ. Plaut. in Menæh. 22. 2, Per ego vobis deos atque homines dico, vt imperium meum ſapienter habeatis curæ: quæque imperaui atque impero facite.

Habui hæc de amicitia quæ dicerem. Cic. de Amicitia, 86. a, Hæc habui de amicitia quæ dicerem: vos autẽ hortor vt ita virtutẽ locetis, ſine qua amicitia eſſe nõ poteſt. Vela que iauoie a dire de amitie.

Habere deſpicatam: Deſpriſer. Plaut. in Caſina, 4. 12, Vir me peſſimis meus habet deſpicatam modis. Terent. in Eunucho, 2. 3. 92, An id flagitium eſt, ſi in domum meretriciam deducar, & illis crucibus quæ nos noſtramque adoleſcentiam habent deſpicatã, & quæ nos ſemper omnibus cruciant modis, nunc referam gratiam?

Habere deſpectui. Idem. Plaut. in Menæh. 15. 19, Tu huc poſt hunc diem pedem intrò non feres, ne fruſtra ſis, quandò tu me bene merentem tibi habes deſpicatui.

Habere deum præſentem. Terent. in Phor. 2. 2. 31, Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præſentem deum?

Habeo dictum, vel dicere. Plaut. in Perſa, Satis iam habeo dictũ. Iay aſſés dict. Cic. in Antonium, De Cæſare ſatis dictum habeo. Idem pro Cornelio Balbo, Quid habemus igitur dicere de Gaditano fœdere? Quauons nous affaire de dire &c. Idem de natura deorum, Hæc ferè dicere habui de natura deorum. Vela que iauoie a dire. Idem de diuinatione, De noſtris ſomniis quid habemus dicere?

Habere dignum, Reputer digne. Plau. in Aſin. 3. 67, Ego mitto omnia hæc, præſertim cum is me dignum cui concrederet habuit. Idem in Merc. 4. 7, Deturba in viam: nãhæc diſciplina hic peſſima eſt, currenti atque properanti, haud quiſquam dignum habet decedere. Il ny a nul qui ſe daigneroit deſtourner de la voie.

Habere dignitatem alicui. Plin. in Paneg. 75, Quid vitam? quid mores iuuentutis, quã principaliter formas? quem honorem dicendi magiſtris, quam dignitatem ſapientiæ doctoribus habes? Quelle eſtime as tu &c.

Habere dubium an: Doubter. Plau. in Capt. 13. 123, An tu dubiũ habebis etiam ſanctè cum ego iurem tibi?

Habere diligentiam, Eſtre diligent. Cic. de Amicitia, 75. a, Omnino igitur hac in re habenda ratio & diligẽtia eſt: primũ vt monitio acerbitate, deinde vt obiurgatio cõtumelia careat.

Habere ægre. Plaut. in Bacchid. 22. 17, Ego ſi alibi plus perdiderim, minus ægre habeã, minúſque id mihi damno ducam. Il ne men feroit pas ſi mal.

Habere alicui edictionem: Auoir quelque choſe a dire a aucun. Plaut. in Pſeud. 4. 39, Etiam eſt quod domi dicere penè oblitus fui: auditin' Pheus vobis mulieres hanc edictionẽ habeo.

Habere excuſationem. Cic. de Senect. 60, At moroſitas tamen & ea quæ dixi vitia, habẽt aliquid excuſationis: non illius quidem iuſtæ, ſed quæ probari poſſe videatur. Plin. epiſt. 179, Habes, vt puto, iuſtam excuſationem: quam tamen dubito an tibi probari vellem.

Habeo exemplum bonorum. Terent. in prologo Heaut. 20, Habet bonorum exemplum: quo exemplo ſibi licere id facere, quod illi fecerunt, putat. Il ha les bons pour exemple.

Habere expurgationem. Plaut. in Amphit. 11. 10, Habui expurgationẽ, facta pax eſt. Ie me ſuis excuſe & purgé.

Habere fidem alicui: Le croire en ſes parolles, ſoy fier en luy. Plaut. in Bacchid. 14. 21, Niſi ames, nõ tibi habeã fidem tantã. Cicero Conſulibus, tribuniſplebis, ſenatui, populóque Romano, Cum eſſent nonnulli qui ei regi minorem fidem habendam putarent. Idem in Verrem, act. 6, Fides huic defenſioni non haberetur. Idem pro Cluentio, Non ſolum ſibi poteſtatem datam, verũetiam fidem habitam eſſe meminiſſe. Terent. in Eunucho, 1. 2. 117, Me miſerã, forſitan hic mihi paruam habeat fidem, atque ex aliarũ ingeniis nunc me iudicet. Idem in Hecyra, 5. 4. 30, Myrrhina iſta Phidippo dixit, iuriiurãdo meo ſe fidem habuiſſe, & propterea te ſibi purgatum. Idem in Heaut. 5. 2. 49, Seni noſtro fidei nihil habeo.

Habere fidem in aliquo. Salluſt. contra Ciceronem, Laudas Cæſarem quem maxime odiſti: ei maxime obſequeris: aliud ſtans, aliud ſedens de rep. ſentis: his male dicis, illos odiſti leuiſſime tranſfuga: neque in hac neque in illa parte fidem habens.

Si fidem habeat: Si credere cogatur, ſi credat, inquit Donatus. Terent. in Eunucho, 1. 2. 59, Poſtquã ſentit me tecum quoque rem habere, fingit cauſſas, ne det, ſedulo: ait, ſi fidem habeat, ſe iri præpoſitum tibi apud me.

Habeo tibi fiduciam: Ie me fie en toy. Plin. epiſt. 299, Tibi eam fiduciam diligentiæ habeo, vt credam te omni ratione id acturum, ne ſint obnoxii iniuriis.

Habeo te fratrem. Terent. in Adelphis, 2. 4. 4, Ego illam hercle verò omitto, quæ quidem te habeam fratrem.

Habet facta ſimilia. Plaut. in Amphit. 4. 113, Et enimuero quãdo formam cepi huius in me, & ſtatum, decet & facta, moréſque huius habere me ſimiles item.

Habeo grates Neptuno. Plaut. in Sticho, 7.2, Quum bene re geſta ſaluus conuortor domũ, Neptuno grates habeo & tempeſtatibus.

Habere gratiam: Remercier, auec vouloir de rẽdre la pareille. Plaut. in Epid. 5.105, Hic erit optumus: hic poterit cauere rectè iura qui & leges tenet. P. Epidice habeas gratiam. Idem in Aulul. 7.32, Redeo ad te Megadore, ſi quid me velis. M. habeo gratiã. Idem in Capt. 7.13, Gratiam habeo tibi quum copiam iſtam mihi & poteſtatem facis, vt ego ad parentes hũc remittã nuntiũ. Idem in Menæh. 24.35, Hercle quin tu me admonuiſti rectè, & habeo gratiam. Idem in Milite, 20.45, Quãquam alios fideliores ſemper habuiſti tibi, tamen tibi habeo magnam gratiam rerum omnium. Cic. de Senect. 38, Quorſum hæc? vt intelligatis, ſi voluptatem aſpernari ratione & ſapientia non poſſumus, magnam habendã eſſe ſenectuti gratiam, quæ effecerit, vt non liceret quod non oporteret. Plaut. in Merc. 23.4. Hæc cum fugiant ſenes, tu tamen ſenectuti gratias non habeas: quoniã hæc tibi non abſtulit modo, ſed in amorem cõiecit fortius. Idem in Rud. 19.54, Bene ergo hercle factum, habeo vobis gratiam.

Habere gratias. Terẽt. in And. 4.4.35, Dis habeo gratias cum in pariundo aliquot affuerũt liberæ.

Habere gratum. Plaut. in Merc. 9.29, Honoris cauſſa quicquid eſt quod dabitur, gratum habebo. Ce me ſera aggreable. Plin. epiſt. 46.b, Aſtruere autem quod ſit ſplendidũ nec moleſtũ, cuius generis quæ prima occaſio tibi, conferas in eũ rogo: habebis me, habebis ipſum gratiſſimum debitorem.

Habere grauitatẽ. Cic. de Amicitia, 59. Triſtitia autem, & in omni re ſæueritas abſit. habet illa quidem grauitatem. Ibidem, 4, Genus autem hoc ſermonũ poſitũ in hominũ veterũ authoritate, & eorum illuſtrium, plus neſcio quo pacto videtur habere grauitatis.

Habemus hominẽ ipſum. Terent. in Eunucho, 5.1.19, Hera mea tace obſecro, ſaluæ ſumus, habemus hominem ipſum.

Habere honorem, Honorer. Plau. in Aſin. 3.67, Ego mitto omnia hæc, præſertim cum is me dignum cui concrederet habuit: me habere honorem eius ingenio decet. Plin. in Paneg. 143, Tu libertis tuis ſummũ quidem honorem, ſed tanquã libertis habes, abundéque ſuffi cere his credis, ſi probi & frugi exiſtimentur. Idem epiſt. 88.a, lib. VI, Cur ergo quærot habebat ſtudiis honorem, timebat, pallebat, ſcribebat. Plaut. in Aulul. Cœpi obſeruare ecquid maiorem filius mihi honorem haberet, quàm eius habuiſſet pater. Idem in Milite, 14.82, Non ædepol tu ſcis mulier quantũ ego honorem nunc illi habeo. Cic. pro domo ſua, Quare ne tibi hũc honorem à me haberi forte mirere. Idem Tironi, Curio miſi, vt medico honos haberetur. Idem in Verrem, Tu ex illius honore in eos ipſos qui honorem illi habuerũt, ſupplicia quærebas. In eundem, Habuit honorem vt proditori, non vt amico fidem. Idem Rufo, Si honos is fuit, maiorem tibi habere non potui: ſi fides, maiorẽ tibi habui, quàm penè ipſi mihi. Idem in Antoniũ, Ex literis enim C. Panſæ, Auli Hirtii coſſ. C. Cæſaris proprætoris de honore diis immortalibus habendo ſententias diximus.

Habere honores, Per tranſlationẽ aliquando id ſignificat quod honorare ad conſequendos magiſtratus. Plaut. in Perſa, 15.46, Nã is mihi honores ſuæ domi habuit maximos. Idẽ in Sticho, 2.33, Neque ille eos honores mihi quos habuit, perdidit. Cic. Attico: Huic habiti à me honores nulli quidem Brute, niſi debiti. Cato Ciceroni, Scis enim quàm attẽte te audire ſoleam, te nõ tam res geſtas, quàm mores, inſtituta, atque vitam imperatorum ſpectare ſolere in habendis aut non habendis honoribus.

Habere in conſilio. Plin. epiſt. 20.i, Nam ſi hos in conſilio habeas, non ſolum ſatius eſt breuiter dicere, ſed omnino non dicere. Idem in Paneg. 106, Vos ille præſentes, vos etiam abſentes in conſilio habet, tertio conſules fecit quos vos elegeratis.

Habere in animo, Penſer, auoir propoſe & delibere. Salluſt. Tantũmodo in animis habete, nõ me ob ſcelus, aut auaritiã cæſum, ſed volentem pro maximis beneficiis animam dono dediſſe.

Habere in memoria: Auoir en memoire. Plaut. in Perſa, 10.53, Et qui parẽtes fuerint? P. habeo in memoria. Il men ſouuient. Terent. in Eunucho, 1.2.90, Heri minas viginti pro ambobus dedi. tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria. Idem in And. 1.1.13, Quod habui, ſummũ pretium perſolui tibi. SO. in memoria habeo.

Habere in numero ſapientũ. Cic. de Amicitia, 6.a, Nam qui ſeptem appellãtur, eos, qui iſta ſubtilius quærũt, in numero ſapientũ nõ habẽt. Ils ne les content pas du nõbre des ſages.

Habere in ordine. Plau. in Pſeud. 10.10, Quo modo quicque agerem, vt lenoni ſurripiã mulierculam, iam inſtituta, ornata, cuncta in ordine habeo vt volueram.

Habere in vſu, Vſer, Auoir en vſage. Plin. epiſt. 10.d, Affirmat etiam eſſe hanc philoſophiæ & quidem pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cognoſcere, iudicare, promere, & exercere iuſtitiam, quæque ipſi doceãt in vſu habere. Idem in Paneg. 144, Ac primum neminem in vſu habes, niſi aut tibi, aut patri tuo, aut optimo cuiquam principum dilectum. Tu ne te ſers de perſonne &c.

Habere incerta pro certis. Cic. de Senect. 62, Quid enim ſtultius, quàm incerta pro certis habere, & falſa pro veris?

Habet ingenium. Terent. in Heaut. 2.4.4, Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio tua.

Habere ingrata bona. Plaut. in Amphit. 4.30, Quoniam bona quæ in me fecerunt, ingrata ea habui atque irrita. Ie ne les ay point prins en gre. Ie ne leur ay ſceu gre des biens &c.

Habere inimicos. Plaut. in Aulul. 16.44, AEdepol næ tu aulã multos inimicos habes. Terent. in Eunucho, 1.2.94, Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror id fieri poſſe maxime, verũtamen potius quàm te inimicum habeam, faciam vt iuſſeris.

Habere imperium in. Terent. in Eunucho, 3.1.25, Is vbi moleſtus magis eſt, Quæſo inquam Strato, eóne es ferox quia habes imperium in belluas?

Habere impetrandum. Plin. epiſt. 315, Nam & iudicia amicorum promeretur, & parum fœlix matrimoniũ expertus eſt, impetrandúmque à bonitate tua per nos habet quod illi fortunæ malignitas denegauit.

Habere impune. Terẽt. in Eunucho, 5.7.18, Itáne lepidum tibi viſum eſt ſcelus nos irridere? P. nimiũ. P A. ſi quidem iſtuc impune habueris. Voyre ſi tu en eſchappes ainſi ſans punition.

Habere intimum. Terent. in Eunucho, 1.2.48, Te interea loci cognoui. tute ſcis, poſt illa quàm intimũ habeam te, & mea conſilia vt tibi credam omnia.

Habere iter, Idem eſt quod iter facere, Aller. Plaut. in Aſin. 8.6, Nemo etiã tetigit: ſanúſne es? L. at cenſebam attigiſſe, propterea huc quòd iter habebas. Terent. in Eunucho, 5.9.35, Nihil quod dicas mihi, alium quærebã, iter hac habui: periiſti. Cic. Attico, Et ille in Sardiniam iter habebat.

Habere licentiam. Plaut. in Trinummo, 14.25, Scuta iacere, fugeréque hoſtes, more habent licentiam.

Habere luculente diem aliquem. Plaut. in Epid. 3.55, Quid hic nunc agimus? S. eamus intrò ad te, vt hunc hodie diem luculente habeamus. Que nous nous eſiouyſſons auiourdhuy.

Habere ludibrio aliquem. Plaut. in Menæh. 9.39, Quî lubet ludibrio habere me, atque ire inficias mihi, facta quæ ſunt? Pour quoy te mocques tu ainſi de moy? Idem in Caſina, 21.11, Hic Pardaliſca eſto, qui hinc exeat: eum vt ludibrio habeas. Idem, 14.2, Satiſne ille homo ludibrio nos vetulos decrepitos duos habet? A. imò ædepol tu quidem miſerum me habes miſeris modis.

Habeo me ita. Suet. de claris grammat. 14, Ciceronis ad Atticum verba adducens, De Nitia quòd ſcribis, ſi ita me haberem vt eius humanitate frui poſſem, in primis vellem illum mecum habere: ſed mihi ſolitudo & receſſus prouincia eſt. Si mon cas, ou mes affaires ſe portoient tellement que &c.

Ita ſe habet vt. Cic. de Senect. 75, Quod quidem ni ita ſe haberet, vt animi immortales eſſent, haud optimi cuiuſque animus maxime ad immortalẽ gloriã niteretur. S'il n'eſtoit ainſi, que &c.

Habet hoc me male. Terẽt. in And. 2.6.5: Præter ſpem euenit, ſentio: hoc male habet virum. C'eſt de quoy mon mari eſt marri. Ibidem, 5.4.38, At mihi vnus ſcrupulus etiã reſtat, qui me male habet. Qui me tormẽte, & me grieue fort. Plaut. in Rud. 5.11, Eius me impietas male habet. Ie ſuis marri de ſon impiete.

Habet me ea ſolicitudo. Plau. in Merc. 19.27, Iſtuc volo, quæſo ne neges, te audiui modo. dic mihi, quæ te nunc habet ſolicitudo? De quoy te ſoucies tu?

Habuit me domi pudicè. Plaut. in Curcul. 15.20, Frater obſecro te, noli hunc indemnatũ perdere: bene & pudicè domi me habuit. Il ma tenu & traicte chaſtement en ſa maiſon.

Ita me habuit: Il ma ſi pouremẽt traicte, & batu. Plaut. in Aulul. 11.5, Totus doleo, atque oppidò perii, ita me iſte habuit ſenex gymnaſium.

Habeto me ſibi. Plaut. in Milite, 3.23, Periuriorem hoc homine ſi quis viderit, aut gloriarum pleniorem quàm illic eſt, me ſibi habeto, & ego me illi mancupi dabo.

Habet me miſerum animi petulantia mea. Plaut. in Ciſtell. 10.3, Petulãtia mea me animi miſeram habet, quæ in tergum meũ ne veniat, formido male. Me grieue fort au cueur.

Habui eam miſerrimam. Plaut. in Ciſtell. 6.2, Anum ſectatus ſum clamore per vias, miſerrimam habui.

Habeant me ſibi. Plaut. in Pœnulo, 19.2, Si ego mnam non vltus fuero probe, quam lenoni dedi, tum profecto me ſibi habeant ſcurræ ludificis caueis. Ie ſuis content quils ſe mocquent de moy publiquement, en pleins eſchaffaulx.

Habeo huic, non tibi. Terẽt. in And. 4.2.21, Hoc ego tibi profecto effectum reddam. P. iam hoc opus eſt. D. quin iam habeo. C. quid eſt? D. huic, non tibi habeo, ne erres. Ceſt pour ceſtuy cy que ie lay, non point pour toy, affin que tu ne te abuſes.

Habe tibi centum mnis. Plaut. in Perſa, 16.192, Faciam ita, vt te velle videam, vt emas, habe tibi cẽtũ mnis. Ie te la baille, elle eſt a toy, prens la, ie te la laiſſe pour cent mines.

Habet ſibi moræ imperium herile. Plaut. in Aulul. 17.2, Hoc eſt ſerui facinus frugi facere, quod ego perſequor, ne moræ moleſtiæque imperium herile habeat ſibi. Quil ne targe a faire ce que ſon maiſtre luy a commande.

Habet ſe erga ædem. Plaut. in Turcul. 8.38, Syram nouiſti noſtram quæ erga ædem ſeſe habet? Qui demeure aupres de legliſe? Ibidem, 3.43, Nã mihi hæc meretrix quæ hic habet, Phroneſium ſuum nomen, omnem ex pectore euomit meo phroneſim.

Habebis malum. Plaut. in Amphit. 8.87, Equidem ſana ſum, & deos quæſo vt ſalua pariam filium: verum tu magnum malum habebis, ſi hic ſuum officium facit.

Habere modum. Plaut. Curcul. 7.21, Ita nunc ſeruitium eſt, profecto modus haberi non poteſt. On ny ſauroit tenir ordre. Terent. in And. 1.1.68, Nam qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi: neque cõmouetur animus in ea re tamen, ſcias poſſe habere iam ipſum ſuæ vitæ modum. Donatus, Modum, moderationem, regimen. Saches quil peult dominer a ſes paſſions. Idem in Eunucho, 1.1.13, Here, quæ res in ſe neque conſilium, neque modum habet vllum, eam conſilio regere non potes. En la quelle ny a ne conſeil ne raiſon, ou meſure & moyen.

Habeo hunc morem. Plaut. in Capt. 5.39, Nam ferè maxima pars morem hunc homines habent, quod ſibi volũt, dum id impetrant, boni ſunt &c. Ils ont ceſte couſtume. Plin. epiſt. 12.c, Serui è cubiculo receſſerunt: habebãt enim hoc moris, quoties intraſſet fidelior amicus, quin etiam vxor, quanquã omnis ſecreti capaciſſima, digrediebatur.

Habeo mores omnes nouos. Plaut. in Trucul. 14.6, Dic, impera mihi, quid tibi, & quouis modo: nouos omnes mores habeo, veteres perdidi. Iay tout change de couſtume.

Habere multa: Eſtre fort riche. Gellius, lib. 9. ca. 8, Verum eſt profecto quod obſeruato rerũ vſu ſapiẽtes viri dixêre, multis egere, qui multa habeat: magnámque indigentiã naſci, non ex inopia magna, ſed ex magna copia. multa enim deſyderari ad multa, quæ habeas, tuẽda.

Habere negotiũ. Plaut. in Pœnulo, 4.3, Negotii ſibi qui volet vim parare, nauem & mulierem hæc duo ſibi comparato. nam nullæ magis res duæ plus negotii habent. Il ny a choſe ou il y ait tant a faire.

Habeant ſibi nomen ſapientiæ. Cic. de Amicitia, 17, Quare ſibi habeãt ſapientiæ nomen & inuidioſum & obſcurum, concedántque vt hi boni viri fuerint, neque id quidem facient. Quils retiennẽt ou prennent pour ſoy, quils gardent bien pour ſoy tãt quils voudrõt: nous en ſommes contans &c.

Habere notum. Plin. epiſt. 239, Quid quæris ſcripſiſſe me? vt notum haberes, his literis ſubiici iuſſi.

Haberi numero: Eſtre du conte, du nombre, & eſtimé. Varro de re ruſtica, Minus ſe putant deſpici, atque aliquo numero haberi à domino.

Habere numerum. Plaut. in Pſeud. 15.5, Habui numerum ſedulo, hoc eſt ſextum à porta proximum angiportum. Iay bonne memoire la quantieme ceſt.

Habere occaſionẽ vt. Plau. in Epid. 13.38. Nõ habeo vllã occaſionẽ vt apud te falſa fabuler.

Habere oculos ſuos in oculis alterius. Plaut. in Pſeud. 13.68, Iam edico tibi vt noſtræ properes amoliri hinc omnia: tum vt huius oculos in oculis habeas tuis. Que tu aies touſiours loeil ſur luy.

Habere ſibi odio. Plaut. in Menæh. 4.2, Ni mala, ni indomita, ni ſtulta, impóſque animi: quod viro eſſe odiovides, tu te tibi odio habeas. Hayes le auſſi.

Habere officia alicuius. Plin. epiſt. 139. c, Vtranque dilexi, vtranque colui: vtram magis, neſcio: nec diſcerni volebant. Habuerunt officia mea in ſecundis, habuerunt in aduerſis. Iay faict mon debuoir enuers elles tant en proſperite que en aduerſite. Ie leur ay aide.

Habet omnia. Plaut. in Amphit. 8.19, Virtus omnia in ſe habet: omnia adſunt bona, quem penes eſt virtus. Vertu contient tout en elle. Terẽt. in Eunucho, 2.2.12, Omnia habeo, neque quicquam habeo: nihil cum eſt, nihil defit tamen.

Habere opinionem de moribus alicuius: Auoir opinion & eſtime. Cic. de Amicitia, 30, Quid enim erat Africanus indigens mei? minime hercule: at ne ego quidem illius: ſed ego admiratione quadam virtutis, ille viciſſim opinione fortaſſe nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit.

Habere orationem. Plaut. in Epid. 8.19, Nam ita ſuaſi ſeni, atque hanc habui orationem: vt cum rediſſes, ne tibi eius copia eſſet. Terent. in Hecyra, 3.3.21, Omnibus nobis, vt res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſumus: hanc habere orationem mecum à principio inſtitit. De parler a moy de cecy.

Habere otium. Terent. in Phor. 5.5.4, Vna res reſtat mihi, quæ etiam conficiunda, otium à ſenibus ad potandum vt habeam.

Habet partes in hac comœdia ſeruus. Plaut. in Amphit. 3.62, Faciam vt cõmiſta ſit tragicocomœdia. nam me perpetuo facere vt ſit comœdia, reges quò veniant & di, non par arbitror. quid igitur? quoniam hic ſeruus quoque partes habet. Il eſt du ieu.

Habeo pactam ſororem tuam filio. Plaut. in Trinummo, 8.75, Nunc vt ſcias hic factiones atque opes non eſſe, neque nos tuam negligere gratiam, ſine dote poſco tuam ſororem filio: quæ res bene vortat. habeón' pactam? quid taces?

Habere aliquem patrem: Auoir aucun a pere, ou pour pere. Terent. in Adelphis, 1.1.25, Ego hunc maiorem adoptaui mihi: eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo, in eo me oblecto: ſolum id eſt charum mihi: ille vt item contrà me habeat, facio ſedulo.

Habere præpoſitum. Terent. in Hecyra, 4.2.6, Nam mihi intus tuus pater narrauit modo, quo pacto me habueris præpoſitum amori tuo: nunc tibi me certum eſt contrà gratiam referre.

Habeo precari, pro, habeo quid precer. Suet. in Auguſto, cap. 58, Quid habeo aliud deos immortales precari, quàm vt hunc cõſenſum veſtrum ad vltimũ vitæ finem mihi præferre liceat? Quay ie autre choſe a prier aux dieulx, ſinon &c.

Habere pretium ſummum. Terent. in And. 1.1.12, Quod habui ſummum pretium, perſolui tibi. Ce que iauoie en grãde eſtime, ou que ie priſoie fort. Eſt libertas.

Habere priores partes apud aliquem. Terent. in Eunucho, 1.2.72, Id amabo adiuta me, quo id fiat facilius. ſinè illum priores partes hoſce aliquot dies apud me habere. Laiſſe le eſtre le bien venu auec moy pour aucuns iours.

Habere prima quæ ſuauia. Terent. in Heaut. 5.2.10, Quicquid ego huius feci, tibi proſpexi, & ſtultitiæ tuæ. vbi te vidi animo eſſe omiſſo, & ſuauia in præſentia quæ eſſent, prima habere, neque cõſulere in longitudinẽ, cœpi rationem vt neque egeres, neque vt hæc poſſes perdere. Plus eſtimer, ou tenir plus de compte.

Habere pro. Plaut. in Trucul. 11.5, Qui amat, nequit quin nihili ſit, atque improuiſè partibus expoliet. nam hoc quî ſit ita, ne quis id quærat ex me, domi ſcit quæ facit, improba facta amator, qui bona ſua pro ſtercore habet. Qui neſtime ſes biens non plus que fient.

Habere pro ancilla, Tenir pour chamberiere. Plaut. in Bacchid. 1.11, Id amabo te huic caueas. P. quid iſti caueam? B. vt reuehat domum: vbi ei dederit operas, ne hanc ille habeat pro ancilla ſibi.

Habere aliquem pro hoſte, Le traicter comme ſon ennemi. Salluſt. in Iugurtha, Eos ille nõ pro vanis hoſtibus, vt meriti erant, ſed accurate & liberali habuit.

Habere pro certo. Cic. Bruto, Neque nuntiabatur quicquam quod pro certo haberemus.

Habere proceſſum aliquem in literis. Suet. de claris grãmat. 10, Ad ſummam, Philologus ab ſemet nominatus ipſe, ad Lælium Hermam ſcripſit, ſe in Græcis literis magnum proceſſum habere, & in Latinis nonnullum. Quil eſtoit ia fort auance, & auoit fort prouffite es lettres grecques.

Habeto tibi promiſſum. Plaut. in Aſin. 5.14, Semper tibi promiſſum habeto hac lege, dum

ſuperes datis. Ie te promes par tel ſi &c.

Habere propitium aliquem. Plin. in Paneg. 112. Quid enim tam infidum mare, quàm blanditiæ principum illorum, quibus tanta lenitas, tanta fraus, vt facilius eſſet iratos, quàm propitios habere?

Habere propoſitũ reprehẽdendi. Plin. epiſt. 196. b, Quanquã non habeo propoſitum, illum reprehendendi, ſed hunc tuendi.

Habere quæſtui remp. Gouuerner la choſe publique a ſon prouffit, non point au prouffit cõmun. Cic. de off. Habere enim quæſtui remp. non modo turpe eſt, ſed ſceleratum etiam & nefarium.

Habere prædæ. Salluſt. in Iugurtha, Sed incedunt per ora veſtra magnifice ſacerdotia & conſulatus, pars triumphos ſuos oſtentantes, perinde quaſi ea honori, non prædæ habeant.

Habere pro certo. Cic. Bruto, Neque nuntiabatur quicquam quod pro certo haberemus.

Habere penſi. Salluſt. Prorſus neque dicere neque facere quicquam penſi habebat.

Habere polliceri. Cic. Lentulo, Tantum habeo polliceri. Id eſt, pollicendum eſt mihi.

Habere rationem alicuius, Eſt quod vulgus Gallicum dicit, Recipere ad mõſtram, Receuoir aux monſtres. Liuius lib. 7. ſecundi belli Punici, Itaque ſi ſuum nomen dictator acciperet, ſe comitiis interceſſuros tribuni dixerunt. Si aliorum, præter quàm ipſius, ratio haberetur, comitiis ſe moram non facere. Idem lib. 4, Vicerunt patres, quia plebs patriciis ſeu hunc, ſeu illũ delatura honorem, fruſtra certare ſuperſedit. Et principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio ſui, quàm quibus vt indigni præterirentur.

Habetis rationem quomodo. Plaut. in Capt. 2. 23, Rationem habetis quomodo vnũ amiſerit. Vela la maniere, Vous ſcaues maintenant comment &c.

Habenda ratio in hac re. Cic. de Amicitia, 75, Omnis igitur hac in re habenda ratio & diligentia eſt: primũ vt monitio acerbitate, deinde vt obiurgatio cõtumelia careat. Il fault auoir eſgard, & eſtre diligent.

Habenda ratio valetudinis. Cic. de Senectute, 32, Pugnandum ſic contra morbum, ſic cõtra ſenectutem, habenda ratio valetudinis, vtendũ exercitationibus modicis. Il fault prendre garde a ſa ſante.

Habere rationem cum terra: Labourer la terre. Cic. de Senect. 46, Venio nunc ad voluptates agricolarum: quibus ego incredibiliter delector: quæ nec impediuntur ſenectute, & mihi ad ſapientis vitam proxime videntur accedere. habent enim rationem cum terra, quæ nunquam recuſat imperium, nec vnquam ſine vſura reddit quod accepit.

Habere regnum in cælo. Plau. in Milite, 14. 90, Poſtridie natus ſum ego, mulier, quàm Iuppiter ex Ope natus eſt. B A. ſi hic pridie foret, quàm ille eſt: hic regnum haberet in cælo.

Habere rem cum aliquo, Se meſler auec vng autre. Plaut. in Aulul. 14. 2, Di immortales facinus audax incipit qui cum opulento pauper cœpit rem habere aut negotiũ. Qui a affaire auec vng riche. Idem in Perſa, 16. 100, Euertes homines tuo arbitratu fundis, familiis, cũ optimis viris rem habebis, gratiã cupient tuam. Idem in Moſtell. 8. 135, Adoleſcens mecum habe rem. Terẽt. in Eunucho, 1. 2. 39, Ego cum illo, quo cum vno rem habebã tum hoſpite abii, qui mihi reliquit hæc quæ habeo omnia.

Habe rem pactam ſic futurum. Plaut. in Pœnulo, 14. 31, Heus Synceraſte? S. Synceraſtũ qui vocat? M. tuus amicus. S. haud amicè facis, cui cum onere offers moram. M. at ob hanc rem tibi reddam vbi voles, vbi iuſſeris. S. habe rem pactam ſic futurum, ſi do tibi operam hanc modo. Soies tout aſſeuré quæ ainſi ſera.

Habes omnem rem. Terent. in Hecyra, 1. 2. 119, Habes omnem rem, pergam quò cœpi hoc iter. Tu as la choſe comme elle va, Tu ſces maintenant tout laffaire.

Habere remp. Plaut. in Trucul. 4. 38, An tute bene remp. aut amoris alia lege habere poſſe poſtulas, quin tu otioſus fias?

Habeo tibi res ſolutas. Plaut. in Curcul. 11. 21, Ego habeo tibi res ſolutas rectè, bellator vale. Ie tay ſatiſfaict.

Quomodo tibi res habet? Plaut. in Aulul. 4. 8, At ſcin' quomodo tibi res ſe habet? ſi hodie hercle fuſtem cepero, aut ſtimulũ in manũ, teſtudineum iſtum tibi ego grãdibo gradum. Sces tu quil y a? ſi &c. Terent. in Eunucho, 4. 7. 36. Scin' tu vt tibi res ſeſe habeat? ſi quicquam hodie hic turbæ cœperis, faciam vt huius loci, dieique, meique ſemper memineris.

Ita vt res ſeſe habet. Terent. Heaut. 4. 3. 24, Aperte, ita vt res ſeſe habet, narrato. Raconte clerement la choſe comme elle va.

Satín' habes, ſi. Plaut. in Amphit. 6. 11, Satín' habes, ſi fœminarum nulla eſt quam æque diligam? Ne te doibt il pas ſuffire, Neſt ce pas aſſes, ſi &c.

Habere ſalem. Terent. in Eunucho, 3. 1. 11, Labore alieno magnam partam gloriam verbis ſæpe in ſe tranſmouet, qui habet ſalem qui in te eſt.

Habere ſenatum. Cic. pro domo ſua, Cum in Capitolio ſenatũ duo cõſules haberẽt. Plaut. in Milite, 9. 111, Redeo in ſenatũ rurſus: nam Palæſtrio frequens ſenatus: illic domi apud me poterit nunc haberier.

Habere ſermonem, Id eſt facere verba, colloqui, commentari. Varro de re ruſtica, Narraſti quidem eidẽ qui ſermones ſint habiti. Quels propos ont eſte tenus, Quelles parolles, De quoy ceſt que on a parle, Quelles choſes ont eſte miſes ſur le bureau.

Habere ſermonem de. Varro de re ruſtica, Referam ſermones eos quos de agricultura habuimus nuper. Ibidem, Ad te miſi hæc, recordatus de ea re ſermones quos de villa perfecta habuiſſemus. Cic. Attico, Multum is mecum ſermonem habuit, & perhumanum de diſcordiis multorum. Cic. de Amicitia, 3, Itaque tum Scæuola, cum in eam ipſam mentionem incidiſſet, expoſuit nobis ſermonem Lælii de amicitia habitũ ab illo ſecum & cum altero genero C. Fannio M. filio paucis diebus.

Habere ſermonem apud populũ. Plin. epiſt. 8. f, Etenim hunc ipſum ſermonem, non apud populum, ſed apud Decuriones habui: nec in propatulo, ſed in curia.

Habere ſe munditer: Soy tenir nettemẽt. Plaut. in Pœnulo, 4. 20, Nam cum ſedulo munditer nos habemus, vix ægre amatorculos inuenimus.

Habeat ſibi. Cic. in Verrem, act. 4, Cum omnes perſpicerent ad iſtum non modo illos nummos, qui per ſimulationem ab iſto exierant, reuertiſſe, ſed multo etiam plures eum poſtea nummos abſtuliſſe, amici Epicratẽ defendere deſtiterunt. Iſte Epicratis bona Bidinos omnia poſſidere, & ſibi habere iuſſit. Idem de Amicitia, 17, Quare ſibi habeãt ſapientiæ nomen & inuidioſum & obſcurum. Quils prennent pour ſoy.

Habere ſignum ex arce. Plaut. in Pſeud. 19. 2, Viſo quid rerum meus Vlyſſes egerit, iamne habeat ſignum ex arce Ballionia.

Habere ſpem de aliquo. Cic. de Amicitia, 10, Qui ſummã ſpem ciuiũ, quam de eo iam puero habuerant, continuò adoleſcens incredibili virtute ſuperauit.

Habere aliquem ſolicitum. Plaut. in Menæh. 14. 14, Me hodie nimis ſolicitum quidam habuit cliens, neque quod voluit agere, quicquam licitũ eſt. Ma mis en grand ſouci. Terẽt. in Heau. 3. 1. 52. Releui dolia omnia, omnes ſerias, omnes ſolicitos habui. Cic. de Senect. 61, Quarta reſtat cauſſa, quæ maxime angere atque ſolicitã habere noſtram ætatem videtur, appropinquatio mortis. Plaut. in Milite, 14. 94, Nam quid vis? PY. ne ſim magis pulcher quàm ſis, ita me mea forma habet ſolicitum.

Habeo ſpatium vt. Terent. in And. 3. 5. 17, Hei mihi cur non habeo ſpatium, vt de te ſumã ſupplicium, vt volo?

Sine ſic habere: Prẽs le cas quil ſoit ainſi. Plau. in Caſina, 16. 20, Caſinã intus habere aiunt, quæ me atque te inuitat. s. ſcio: ſic habere ſine, nugas agunt, noui ego malas illas merces.

Habere ſtudio. Terent. in Adelphis, 3. 3. 28, Di voſtram fidem, vtrum ſtudióne id ſibi habet, an laudi putat fore, ſi perdiderit gnatum? Seſbaſt il a faire cela? prend il ſon plaiſir & paſſe temps a cela &c.

Habere ſub manu, Id eſt, in promptu, & in proximo. Plancus ad Ciceronem, Voluntii ſub manu vt eſſent, per quorum loca fideliter pateret iter.

Habere ſúſque déque. Gellius lib. 16. cap. 9, Súſque déque fero, aut Súſque déque habeo (iis enim omnibus modis dicitur) verbum eſt ex hominum doctorum ſermonibus, in poematis quoque, & in epiſtolis veterum ſcriptum plurifariam: ſed facilius reperias, qui id verbum oſtentent, quàm qui intelligant: ita plerique noſtrũ quæ remotiora verba inuenimus, dicere ea properamus, non diſcere. Significat autẽ ſúſque déque, ferre, æquo animo eſſe, & quod accidit, nõ magni pẽdere, atque interdũ negligere & contemnere. & propemodũ id valet quod dicitur ἀδιαφορῶ. Plaut. in Amphit. 10. 5, Ea quæ ſunt facta, infecta eſſe acclamitat: quæ neque ſunt facta, neque ego in me admiſi, arguit, atque id me ſúſque déque eſſe habituram putat? Penſe il que ie nen doiue point tenir compte, & quil ne men chaille?

Habeto hoc tacitũ tecum. Plaut. in Pœnulo, 14. 68, Male credam, & credam tamen: ſed hoc tu tecum tacitum habeto.

Habes te parce: Tu te gouuernes ou traictes chichement. Terent. in Adelphis, 1. 1. 21, Vxorem nunquam habui: ille contrà, hæc omnia, ruri agere vitam, ſemper parce ac duriter ſe habere.

Habui te nunquam ſecus ac ſi ex me eſſes nata. Terent. in Hecyra, 2. 3. 6, Nunquam ſecus habui illam, ac ſi ex me eſſet nata. Ie lay touſiours auſſi bien entretenue, comme ſi elle euſt eſte ma propre fille.

Habes tempus. Plaut. in Trucul. 16. 3, Nunc dum iſti lubet, dum habes tempus, ei obſecundes.

Habere teſtes ad aliquam rem. Plaut. in Pœnulo, 16. 11, Si ad eam rem teſtes habeã, faciam quod iubes.

Habe tibi: Prens le, emporte le. Plaut. in Menæh. 15. 16, Nec te vltro oraui vt dares: tute vltro ad me detuliſti: dediſti eam dono mihi, eandem nunc repoſcis: patiar: tibi habe, aufer, vtere. Idem in Amphit. 10. 26, Conferas ſermonem nec ioco nec ſerio: tibi habeas, niſi ſis ſtultior ſtultiſſimo.

Habere viam ad aliquem. Plaut. in Pſeud. 20. 30, Heus vbi eſtis vos? B. hic quidem ad me recta habet rectã viam. Il vient tout droit a moy. Idem in Trinummo, 13. 24, Ad noſtras ædeis hic quidem habet rectam viam.

Habere victoriã. Plaut. in Trucul. 6. 20, Hæ nos, an vos dignos dant Lauiniæ, hi ſunt quas habes victorias.

Habere virtutem in manibus. Cic. de Amicitia, 8, Virtutem enim ſemper amaui illius viri, quæ extincta non eſt: nec mihi ſoli verſatur ante oculos, qui illam ſemper in manibus habui: ſed etiam poſteris erit clara & inſignis.

Habet vitium hæc res. Cic. de Amicitia, 36, Difficile eſt amicitiam manere, ſi à virtute deſeceris. quod ſi rectum ſtatuerimus, vel concedere amicis quicquid velint, vel impetrare ab amicis quicquid velimus: perfecta quidem ſapientia ſumus, ſi nihil habeat res vitii.

Habere voluptati. Salluſt. Et ſanè Marius, illóque, aliiſque temporibus, Iugurthini belli pudore magis, quàm malo exercitum coercebat. quod multi per ambitionem fieri aiebant, quòd à pueritia conſuetã duritiem, & alia quæ cæteri miſerias vocant, voluptati habuiſſet.

Habere vſum multarum rerum, Auoir grande experience, auoir beaucop veu & cognu. Cic. de Amicitia, 6, Cato, quia multarũ rerum vſum haberet, multáque eius & in ſenatu & in foro vel prouiſa prudenter, vel acta conſtanter &c.

Habebis me vtilem tibi. Plaut. in Ciſtell. 2. 8, Pol iſtoc quidem nos pretio facile eſt frequentare tibi, vtiléſque habere: ita lepide, nitidéque in prandio accepiſti apud te, vt ſemper meminerim.

Habet vtilitatem hæc res. Cic. de Amicitia, 26. a, Quapropter à natura mihi videtur potius quàm ab imbecillitate orta amicitia, & applicatione magis animi, cum quodã ſenſu amandi, quàm cogitatione quantum illa res vtilitatis eſſet habitura.

Habere me ſpero. Terent. in Eunucho, 5. 3. 11, Si dis placet, ſpero me habere qui hunc meo excruciem modo.

Habeo quid agam. Terent. in And. 3. 2. 18, Teneo quid erret, quid ego agam habeo. Ie ſcay bien que ie feray.

Habet quod det. Terent. in Eunucho, 5. 9. 48, Principio & habet quod det, & dat nemo largius. Il ha de quoy donner.

Habent tibi bene principia. Terent. in Phor. 2. 3. 82, Bene habẽt tibi principia. Tu as bien commence: Ton commencement te va bien, Ceſt treſbien commence a toy.

Habes neſcio quid. Plaut. in Perſa, 6. 46, Eccam huc nullam attuli. s. habes neſcio quid.

Habetote de me. Cic. de Amicitia, 9, De me autem (vt iam cum vtroque loquar) ſic habetote: ego ſi Scipionis deſyderio me moueri negem, quàm id recte faciam viderint ſapientes, ſed certe mentiar. Sachés quant eſt de moy, que ſi &c.

Habẽdum eſt, nullam. Cic. de Amicitia, 76, Sic habendũ eſt, nullam in amicitiis peſtem eſſe maiorem, quàm adulationem, blanditias, aſſentationem. Il fault ainſi penſer & eſtimer.

Habuiſſe, miſerrimum verbum. Plaut. in Rud. 30. 33, Miſerrimum iſtuc verbum & peſſimũ eſt, habuiſſe & nihil habere.

Habe. Plaut. in Moſtell. 16.58, Sine te exorem. T. age, habe, abi impune. Ie te lottroie.

Habet. Terẽt. in And. 1.1.55, Egomet cõtinuo mecum, Certe captus eſt, habet. Il eſt prins, il en ha dune. Donatus, Habet, id eſt, vulneratus eſt. Habet enim qui percuſſus eſt, & proprie de gladiatoribus dicitur: quia prius alii vident, quàm ipſi ſentiũt ſe percuſſos. Sic dicitur de eo qui lætaliter vulneratus eſt. Virg. Hoc habet, hæc melior magnis data victima diuis. Hæc Donatus.

Habitus habita habitum, participium.

Habita fuerunt mea dona deamata apud illum. Plaut. in Trucul. 15.5, Vt ego lætus ſum, & lætitia differor, ita ad me magna nuntiauit Chiamus hodie gaudia, mea dona deamata, acceptáque habita eſſe apud Phroneſium.

Habita huic fides. Plaut. in Aſin. 9.52, Da modo meo periculo, rem ſaluam ego exhibebo. nam ſi ſciat noſter ſenex fidem nõ eſſe huic habitam, ſuccenſeat. Sil ſcet que on ne luy ayt point creu, que on ne ſe ſoit point fie en luy.

Habitus eſt hic tibi honos. Terẽt. in Eunucho, 5.7.22, Hic pro illo munere tibi honos eſt habitus. Ceſt honneur ta eſte faict.

Habitus irriſus. Plaut. in Epid. 10.83, Quid nũc, qui in tãtis poſitus ſum ſententiis? eúmne ego ſinam impune? imò etiam ſi alterum tantum perdundum eſt, perdam potius quàm ſinam me impune irriſum eſſe habitum.

Habitus ludibrio. Terẽt. in Hecyra, 4.1.11, Vir ego tuus ſum? tu virum me, aut hominẽ deputas adeò eſſe? nam ſi vtrũuis horum mulier tibi viſus forem, non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem.

Habita ſemper eſt eius ſoror. Terent. in And. 4.5.14, Semper enim eius dicta eſt hæc atque habita eſt ſoror: quæ illius fuerunt, poſſidet. On la tenue touſiours pour ſa ſeur. Plaut. in Sticho, 3.2. Qui manet vt moneatur ſemper ſeruus homo officium ſuum, nec voluntate id facere meminit, ſeruus is habitus haud probus eſt. On ne leſtime point bon ſeruiteur.

Habiti male, & male cõciliati. Plaut. in Pſeud. 4.1, Exite hinc, ite ignaui, male habiti, & male conciliati. De qui on ha mauuaiſe eſtime, & tient on pour meſchans.

Vt patrem tuum vidi eſſe habitum. Terent. in Heaut. 2.4.22, Syre vix ſuffero. hoccine me miſerum non licêre meo modo ingenio frui? s. imò vt patrem tuum vidi eſſe habitum, diu etiam duras dabit. Veu le train la ou il eſt: Veu la diſpoſition en quoy il eſt, Veu ſa marriſſon.

Habiturus es me pro derelicta. Plau. in Trucul. 18.14, Scio quidem ſponſam tibi eſſe, & filium ex ſponſa tua, & tibi vxorem ducendam iam eſſe: alibi iam animum tuum, me quaſi pro derelicta ſis habiturus.

Habenda eſt amicitia cum hoc. Plaut. in Pœnulo, 18.43, Si quidẽ amicitia eſt habenda, cum hoc habendum eſt.

Habenda hæc ſunt cum illis. Terent. in Heaut. 2.3.84, Aut hæc cum illis ſunt habenda, aut illa cum his amittenda ſunt.

Habenda eſt magna gratia, ſi. Terent. in Phor. 1.2.6, Præſertim vt nunc ſunt mores, adeò res rediit, ſi quis quid reddit, magna habenda eſt gratia.

Habendum & ferendum hoc opus. Plaut. in Amphit. 4.23, Ergo in ſeruitute expetunt multa iniqua, habendum & ferendum hoc opus eſt cum labore.

Habitu optimum. Plaut. in Pœnulo, 4.22, Modus omnibus in rebus ſoror eſt optimum habitu. Il faict bon auoir moyen.

Habitus habitus habitui, m.g. Qualitas & forma corporis & cuiuſcũque rei. Plaut. Qualis habitus oris? Columella lib. 1, Vineæ non ſic altos & lacertoſos exigunt. nam his habitus foſſuris magis aptus. Virg. lib. 1, Cultúſque habitúſque locorum. Plin. epiſt. 102. f. lib. VI, Vbi dies rédditus is, ab eo, quem nouiſſime viderat, tertius, corpus inuentum eſt integrum, illæſum, opertúmque vt fuerat indutus: habitus corporis quieſcenti, quàm defuncto ſimilior.

Habitus, Habit. Cultus corporis, & veſtimentum. Plin. epiſt. 100. b. lib. V, Caius quidam Fannius, quod accidit, multò antè præſenſit. viſus eſt ſibi per nocturnam quietem iacere in lectulo ſuo compoſitus in habitu ſtudentis, habere ante ſe ſcrinium, ita ſolebat. Idem in Paneg. 123, Teſtis ipſe es quàm in omnium ore non amictus cuiquam, non

habitus, quem modo extulerat, inde reſultantia vocibus tecta, nihilque tantis clamoribus ſatis clauſum. Idem epiſt. 76. a, Idem quum Græco pallio amictus intraſſet (carent enim togæ iure, quibus aqua & igni interdictum eſt) poſtquam ſe compoſuit, circunſpexitque habitū ſuum: Latine (inquit) declamaturus ſum, dicens triſtia & miſeranda. Plin. Quid ad nos lugubri habitu venerat, & capillatior ſolito?

Habitior, Pinguior. Terent. in Eunucho, 2.3.23, Haud ſimilis eſt virgo virginum noſtrarū, quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles ſient: ſi qua habitior paulo, pugilem eſſe aiunt: deducunt cibum. Sil en y a aucune qui ſoit quelque peu trop refaicte & en bon point. Plaut. in Epid. Corpulentior hercle atque habitior. Gellius, lib. 4, Equum nimis ſtrigoſum, & male habitum, ſed equitem eius vberrimum & habitiſſimum viderunt.

Habitudo habitudinis, f. g. Ipſe corporis habitus. Terent. in Eunucho, 2.2.11, Qui color, nitor, veſtitus, quæ habitudo eſt corporis? Cic. lib. 4. ad Heren. Nam vt corporis bonam habitudinem tumor imitatur ſæpe, ita grauis oratio ſæpe ab imperitis videtur ea quæ turget & inflata eſt.

Habentia habentiæ, inquit Perottus, ſignificat ipſum habere, & diuitem eſſe. & fit ſicut à ſapio ſapientia. Ennius, Verebar enim ne animos eorum inflaret habentia.

Habilis & hoc habile, Aptum interpretatur Donatus, Cõuenant, Seant. quod optime quadrat. Virg. Nanque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum.

Habena habenæ, Retinaculum equi, quòd ea equus habeatur. Vne bride.

Habenas adducere vel remittere. Cic. de Amicitia, 42, Alienis nimis implicari, moleſtũ eſſe, quàm commodiſſimũ eſſe laxiſſimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas cum velis, vel remittas.

Habito habitas, habitare; Habiter, demourer ou loger en quelque lieu. Frequẽtatiuũ ab habeo.

Habitat caſas. Virg. Atque humiles habitare caſas. Varro, Hoc modo antiquos fecundis rebus comas habitaſſe.

Habitat Mileti. Terent. in Adelph. 4.5.20, Is venit, vt ſecum auehat: nam habitat Mileti. Idem in Eunucho, 1.2.27, Samia mihi mater fuit, ea habitat Rhodi.

Habitat in illis ædibus. Plaut. in Amphit. 3.97, In illiſce habitat ædibus Amphitruo. Terent. in And. 4.5.1, In hac habitaſſe platea dictum eſt Chryſidem.

Habitare viciniæ. Plaut. in Bacchid. 4.27, Vt iſtud eſt lepidum, proximæ viciniæ habitat.

Habitare triginta milibus. Cic. pro M. Cælio, Sumptus vnius generis obiectus eſt habitationis. triginta milibus dixiſtis eum habitare. Vous aues dict que le louage de ſon logis luy couſtoit trente mille.

HAC, aduerbium per locũ, Par cy ou ie ſuis. Terẽt. in Eunucho, 5.9.64, Ite hac omnes vos: valete, & plaudite.

Hac, Par la, ou par ce lieu la, Terẽt. in Adelphis, 4.2.42, Id quidem angiportum nõ eſt peruium. s. verum hercle, vah, cenſẽ' hominem me eſſe? erraui: in porticum rurſum redi: ſanè hac multo propius ibis, & minor eſt erratio.

Hac an illac, Par cy ou par la. Plau. in Rud. 5.20, Nec loci ſum gnara, nec diu hic fui: ſaltem aliquem velim, qui ex his locis mihi viam, aut ſemitã monſtret: ita nunc hac, an illac eam, ſum incerta conſilii.

Hac illac circũcurſa. Terent. in Heaut. 3.2.1, Hac illac circũcurſa, inueniendum eſt tamen argentum: intendenda in ſenem fallacia. Ca & la, De toutes pars.

Hac non ſucceſſit. Terent. in And. 4.1.46, Hac non ſucceſſit, alia aggrediamur via. Il neſt point bien venu en ceſte ſorte, il fault trouuer vng autre moyen.

HACTENVS, aduerbiũ compoſitũ ex HAC aduerbio, & TENVS, quod finem ſignificare docet Nonius in hoc verbo. Hucuſque, Iuſques a cy, Iuſques a maintenant, ou a preſent. Plaut. in Bacchid. 2.58, Iſtæc hactenus tibi Lyde libertas data eſt, orationis ſatis eſt, ſequere me, ac tace. Plin. in Paneg. 61, Hactenus ille parcius fortaſſe, quàm decuit optimum principem: ſed non parcius quàm optimum patrem. Idem epiſt. 38. c, Primus hunc audiẽdi morem induxit Larcius Licinius: hactenus tamen vt auditores corrogaret. Cic. de Amicitia, 50, Amicitiarũ ſua cuique permanet ſtabilis & certa poſſeſſio: vt etiã ſi illa maneãt, quæ ſunt quaſi dona fortunæ, tamen vita inculta & deſerta ab amicis, non poſſit eſſe iucunda. ſed hæc hactenus. Il ſouffit iuſques a cy. Ibidem, 24, Hactenus mihi videor de amicitia quod ſentirem, potiſſime dixiſſe.

Hactenus, Intãtum, ſiue adeò. Suet. in Nerone, Cœnæ quoque tempore interpellatus, tumultuoſioribus literis hactenus excanduit, vt malum iis qui deſciſſent minaretur.

Hactenus vt. Cic. de diuinatione, Etſi video eò tum Stoicum eſſe conatum, vt qui hactenus aliquid egit, vt earum rationem rerum explicaret, quæ mari, cælóve fierent. Lequel iuſques a preſent a touſiours traueille affin quil &c.

Cælſus de vſufructu. L. Hactenus tamen vt ſarta tectáque habeat: ſi qua tamen vetuſtate corruerint: neutrum cogi reficere. Par tel ſi, ou condition &c.

Hactenus quatenus. Vlpianus de in rem verſo. L. Si pro patre, Si domini debitor ſit ſeruus, & ab alio mutuatus ei ſoluerit, hactenus nõ vertit quatenus domino debet. Tant de temps quil deuera a ſon maiſtre, il &c.

HADROBALVM hadrobali, n.g. Gummi genus. Plin. lib. XII, cap. IX, de bdellio loquens, Nigrum verò & in offas conuolutum, hadrobolon vocant. Eſſe autem debet tranſlucidum, ſimile ceræ, odoratum, & cum fricatur, pingue. guſtu amarum citra acorem. in ſacris vino perfuſum odoratius. naſcitur & in Arabia, Indiáque, & Media ac Babylone.

HAEDVS hædi, m.g. Vng bouc. Virg. Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos. Quidam ἀπὸ τῶν ἀιδοίων deriuant, id eſt, teſticulis. Alii hœdum dictum volunt quaſi fœdum, lingua Sabina, in qua F in aſpirationem vertitur, & per œ ſcribunt.

Hædulus hæduli, diminutiuum, Vng petit bouc. Iuuenalis, Et Tyburtino veniet pinguiſſimus agro Hædulus.

Hædillus hædilli, Idem. Plaut. in Aſin. 12.77, Dic igitur me tuum paſſerculum, gallinam, coturnicem, agnellum, hædillum.

Hædinus hædina hædinum, Qui eſt dung bouc. vt caro hædina.

HAEMORRHOIS, huius hæmorrhoidis, f.g. Genus ſerpentis peſtiferum, à fluxu ſanguinis ita appellatũ. quippe Græci αἷμα ſanguinem: ῥοῦς fluorem dicunt. Huius morſu ſanguis omnis a corpore fluit, nec ſiſti poteſt. Lucanus, At nõ ſtare ſuum miſeris paſſura cruorem, Squamiferos ingens hæmorrhois explicat orbes. Idem, Impreſſit dentes hæmorrhois aſpera Tullo Magnanimo iuueni, miratoríque Catonis, Vtque ſolet pariter totis effundere ſignis Coricii preſſura croci. ſic omnia membra Emiſere ſimul rutilum pro ſanguine virus. Sanguis erant lachrymæ, quæcunque foramina nouit Humor, ab iis largus manat cruor, ora redundant, Et patulæ nares, ſudor rubet, omnia plenis Membra fluunt venis, totum eſt pro vulnere corpus. Plin. Portulaca, quam peplion vocãt, non multum ſatiua efficacior, ſagittarum venena, & hæmorrhoidum, & preſterum plagis impoſita extrahit.

Hæmorrhoia hæmorrhoiæ, Idem. Plin. Muſtũ ſerpẽtibus aduerſatur, maxime hæmorrhoiæ, & ſalamandræ.

Hæmorrhoidas etiam vocamus genus morbi, cum ora venarum iuxta anum, tanquã ex quibuſdam capitulis turgent, & ſanguinem fundunt: quod & in ore vuluæ fœminarum incidere conſueuit.

HAEREO hæres, hæſi, hæſum, hærere, Eſtre adhærent & ioint contre quelque choſe, ou tenir contre icelle. Virg. Hærent parietibus ſcalæ. Idem, Et vox faucibus hæſit. Terent. in Eunucho, 5.6.7, Perii: lingua hæret metu. Plaut. in Rud. 23.44, In manu non eſt mea: vbi demiſi retem, atque hamum, quicquid hæſit extraho. Tout ce qui eſt accroche, & tient a mon hameſon, ie le tire hors.

Hæreas clauo nauis: Tiens toy ferme au gouuernal de la nauire. Plau. in Amphit. 16.38, An tequam cum Taphiis à te pugna ſit inita, quid mandaſti mihi? A. parata naui clauo hæreres ſedulò.

Hæret hæc res. Plau. in Amphit. 8.180, Vir ego tuus ſim? ne me appella falſa falſo nomine. S. hæret hæc res: ſiquidem hic iam mulier facta eſt ex viro. Idem in Pſeud. 15.28, Perii, nunc homo in medio luto eſt, nomen neſcit, hæret hæc res. Ceſte choſe eſt en doubte. Prouerbialiter dictum, cum quid occurrit dubium, & non liquidum. Tractum à locis difficilis tranſitus: quibus cum applicuimus, neſcimus quid faciamus, & hærẽtes illis dubitamus quà tranſeundum ſit. Idem in Pſeud. 7.8, Occiſa eſt hæc res, hæret hoc negotium. Ceſt vne affaire tot entouillé.

Hærere, Eſtre en doubte. Terent. in Phor. 5.8.70, Atat niſi mihi proſpicio, hæreo: hi gladiatorio animo ad me affectant viam. Ie ne ſcay que ie dois faire. Plaut. in Menæh. 17.85. Amplius enim hæreo, ni occupo aliquid mihi conſilium.

Hæret apud neſcio quam fidicinam: Il a fiche ſon amour en &c. Plaut. in Epid. 5.8, Nam

illum ego audiui hærere iuniorem apud neſcio quam fidicinam. Terent. in Adelphis, 3. 3.49, Vidiſtine hodie? s. tuúmne filium? d. abigam hunc rus. s. iam dudũ aliquid ruri agere arbitror. d. ſatin' ſcis ibi eũ eſſe? s. oh, qui egomet produxi. d. optime eſt: metui ne hæreret hic. Idem in Eunucho, 5.9.25, Perfice hoc, precibus, pretio, vt hæreã in parte aliqua tandem apud Thaidem. Que ie ſoie aucunement en ſa grace.

Hæret Cn. Pompeio, Il eſt de la partie de Põpeius, il tient pour luy, il ſeſt ioinct a luy. Suet. de claris grãmat. 14, Curtius Nitia hæſit Cneo Pompeio, & C. Memmio.

Hæreat nobis illud. Plin. epiſt. 237, In primis enim, ſicut ſcribis, verendum eſt ne ſi permiſceantur ſeruis publicis milites, mutua inter ſe fiducia negligentiores ſint. Sed & illud hæreat nobis, quàm pauciſſimos milites à ſignis auocandos eſſe.

Hæſit in mala pugnus. Terent. in Adelphis, 2.1.16, Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos, ne mora ſit, ſi innuerim, quin pugnus continuò in mala hæreat. Que incontinent tu luy baille vng coup de poing.

Hæret culpa in te omnis. Terent. in Hecyra, 2.1.33, Sola hic fuiſti, in te omnis hæret culpa ſola. Toute la faulte eſt en toy.

Hærent infixi pectore vultus. Virg. lib. 4, Multa viri virtus animo, multúſque recurſat Gentis honos, hærent infixi pectore vultus.

Hærere in ſalebra. Cic. de finibus bonorum quinto, Procliuius currit oratio, venit ad extremum, hæret in ſalebra. Tractum à venatoribus: qui cum in loca cõfragoſa inciderũt, inſiſtere coguntur. Sunt autem ſalebræ, fluminum aut viarum obſtacula, à ſaltu dictæ.

Hærent in ſcuto tela: Id eſt infixa ſunt, Ils demeurent fichés au bouclier. Liuius lib. 2, Vndique in hoſtem tela coniiciunt: quæ quum in obiecto ſcuto hæſiſſent, neque ille minus obſtinatus ingenti pontem obtineret gradu.

Aqua hæret. Cic. lib. 3. de off. Dicit ille quidem multa multis locis, ſed aqua hæret, vt aiunt. Significat Cicero Epicũrum parum ſecum in diſputando conſtare, ſéque ipſum inuoluere, dum ea quæ dicit alibi, pugnant cum iis quæ dixit alibi, atque ita quaſi fluctuare, neque in ſolido conſiſtere: id quod euenire ſolet iis qui cum aberrẽt à vero, verborum fucis rem inuoluunt. Tranſlatum apparet vel à fluitantibus, qui vado deſtituti, huc atque illuc iactantur: quóque magis ſe commouent, hoc maiore periculo laborant. Aut certè ab oratorum clepſydra: vt eum in aqua hærere dicamus, qui ſe deſtillata iam aqua, tamẽ è cauſſa nõ poteſt expedire. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2, Quod idibus & proſtridie fuerat dictum de agro Campano actum iri, non eſt actum. In hac cauſſa mihi aqua hæret. Incertum vtrum ſignificet eam actionem integram ſibi relinqui, an cauſſam eſſe inextricabilem.

Hæſito hæſitas, hæſitare: Frequentatiuũ. Terent. in Phor. 5.2.15, Quid nunc porrò, quid fiet? in eodem luto hæſitas. In eos competit, qui ſic implicantur negotio cuipiam, vt ſe nequeant extricare. à viatoribus tranſlatum, qui ſimul atque in lutum inciderint, cum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. rurſum vt hunc extrahant, alter quem eduxerant, denuò eſt infigendus.

Hæſitator hæſitatoris, m.g. Qui doubte de quelque choſe, & eſt en ſuſpend.

Hæſitator in ædendo. Plin. epiſt. 106, Sum & ipſe in ædendo hæſitator: tu tamen meã quoque cunctationem, tarditatémque viciſti.

Hæſitatio hæſitationis, f.g. Doubte. Hæſitatione me liberes: Oſte moy de doubte. Plin. epiſt. 262, Diplomata domine (quorum dies præterita) an omnino obſeruari, & quãdiu velis, rogo ſcribas, méque hæſitatione liberes.

HAERES hæredis, cõm.gen. Heritier. Ab hæreo deriuatur. Hæres proprie dominus bonorũ defuncti dicitur, cui legitimo iure, id eſt cognationis, id obuenit.

Hæres apud antiquos pro domino ponebatur, vt inquit Feſtus.

Hæredem facere ex deunce. Cic. pro A. Cæcinna, Ceſennia fundũ poſſedit, locauítque: neq; ita multò pòſt Aulo Cæcinnæ nupſit. Vt in pauca conferam, teſtamento facto mulier moritur: facit hæredem ex deunce & ſemuncia. Iuuenalis, Hæredem ex aſſe reliquit.

Hæreditas hæreditatis, f.g. Heritage.

Hæreditas caduca. Cic. Philipp. x, Quæ hæreditas illa Bruti? quæ cura? quæ virtus? quæ vaſtitas? & ſine illa quidem Antonii celeritas contenmenda eſt. quem niſi in via caducæ hæreditates retardaſſent, volaſſe eum, non iter feciſſe diceres.

Hæreditatem cernere. Vide CERNO.

Hæredium hæredii, n.g. Paruum prædium, vt inquit Feſtus. Varro lib. 1, de re ruſtica, Quantũ

autem ad antiquos noſtros, ante bellum Punicũ pendebant bina iugera, quòt à Romulo primum diuiſa dicebantur viritim: quæ quòd hæredem ſequerẽtur, hærediũ appellarũt. Plin. lib. XIX, In duodecim tabulis legum noſtrarum nuſquam nominatur villa: ſemper in ſignificatione ea hortus: in horti verò hæredium.

Hærediolum hæredioli, Paruum hærediũ. Columella in præfat. Quintius Cincinnatus obſeſſi conſulis & exercitus liberator, ab aratro vocatus ad dictaturam venit: ac rurſus faſcibus depoſitis, quos feſtinantius victor reddiderat quàm ſumpſerat, imperator ad eoſdem iuuencos & quatuor iugerum auitum hæredíolum rediit. Hærediolum auitum dicit, quod nos hodie proprium vocamus.

HAERESIS, huius hæreſis, f. g. Græca dictio, quæ opinionem firmatam de aliquo dogmate ſignificat: quales ſunt quæ hodie ſectæ dicuntur. Cic. in præfatione Paradoxorũ, Cato autem ea ſentit quæ non ſanè probantur in vulgus: & in ea eſt hæreſi quæ nullum ſequitur florem orationis: neque dilatat argumentũ, ſed minutis interrogatiunculis, quaſi punctis, quod propoſuit efficit. De ſecta Stoicorũ loquens. Hæreſes dicimus habitus animorũ, & inſtituta philoſophiæ circa diſciplinam, vt author eſt Seruius in lib. x. AEneidos.

HALEC halecis, tam fœminini, quàm neutri generis, Piſcis, qui ſola aqua nutritur. Vng haran. Plaut. in Aulul. Qui mihi olera cruda ponũt, halec danũt. Martialis, Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Halecẽ: ſed quam protinus illa vorat. Cato de re ruſtica, cap. 58, de pulmentariis familiæ loquẽs, Vbi oleæ comeſæ erunt, halecem & acetũ dato. Hic forſtaſſe fæcem piſcium ſignificat.

Halec, liquamen ex inteſtinis piſcium. Horat. ſecundo libro ſermonũ, Ego fæcem primus & halec, Primus & inueni piper album. Plin. lib. 31. cap. 8, de Muria loquens, Vitium huius eſt halec, imperfecta, nec colata fæx. Hoc loco, alex, nõ halec ſcriptum reperitur in exemplis Plinii.

Halecula haleculæ, diminutiuum, apud Columellam.

HALIAEETVS haliæeti, m. g. Genus aquilæ. Falco à nonnullis dicitur, ab aliis accipiter, alii niſum vocant. Plin. lib. 10. cap. 3, Haliæetus tantum implumes etiãnum pullos ſuos percutiens, ſubinde cogit aduerſos intueri ſolis radios: & ſi cõniuentem, flentémque animaduertit, præcipitat è nido, velut adulterinũ & degenerem: illum cuius acies firma contrà ſteterit, educat. Haliæeti ſuum genus non habent: ſed ex diuerſo aquilarum coitu naſcuntur.

HALLVCINOR hallucinaris, hallucinari. Vide ALLVCINOR. Gellius per Haſpirationem ſcribit, lib. 2. cap. 3. dicens, H litera, ſiue illam ſpiritum magis, quàm literam dici oportet, inſerebãt eam veteres noſtri pleriſque vocibus verborum firmãdis, roborandiſque, vt ſonus earum eſſet viuidior, vegetiorque. atque id videntur feciſſe ſtudio & exemplo linguæ Atticæ. Satis notum eſt Atticos ἰχθὺν, ἱερὸν, multa itidem alia citra morem gentiũ Græciæ cæterarum inſpirantis primæ literæ dixiſſe. Sic lachrymas, ſic ſepulchrum, ſic ahenum, ſic vehemens, ſic incohare, ſic helluari, ſic hallucinari, ſic honera, ſic honuſtum dixerunt. In his enim verbis omnibus, literæ ſeu ſpiritus iſtius nulla ratio viſa eſt, niſi vt firmitas & vigor vocis quaſi quibuſdam neruis additis intenderetur. Columella lib. 8, Cuſtodis officiũ, ſublimem, celſiſſimámque oculorum veluti ſpeculam deſyderat, vt neque tardiores grauidas dum cunctantur, neque agiles & fœtas dum procurrunt, ſeparari à cæteris ſinant: ne fur aut beſtia hallucinantem paſtorem decipiat.

HALLVS hallucis, m. g. Eſt, vt inquit Feſtus, pollex pedis, ſcandens ſuper proximũ, dictus à ſaliendo. nam ἅλλεσθαι græcè, latinè ſignificat ſalire.

HALO halas, halare, Spirare, vel odorẽ emittere. Virg. Inuitẽt croceis halãtes floribus porti.

Halito halitas, halitare, Sæpe ſpiritum emittere. Ennius, Sublime iter quadrupedantes flammam halitantes.

Halitus halitus halitui, Halaine.

HALOPHANTA halophantæ, Hominum genus nequam, inquit Feſtus, quod ob ſuenda mendacia miſerrima mercede conducitur. Halophanta: omnia mentiens. Plaut. in Curcul. 9. 2, AEdepol nugatorem lepidum, lepide hunc nactus eſt Phædromus: halophantam an ſycophantam hunc magis dicam neſcio.

HALOSIS, ἅλωσις, ιος, f. g. Latinè captio vel expugnatio dicitur. Sue. in Nerone, Hoc incendium è turre mecœnatica proſpectans, lætúſque flammæ pulchritudine, haloſin Ilii decantauit.

HALTER haltêris, vel haltéres haltêris, m. g. Vocantur plumbeæ pilæ, maſſulæve, quibus

vtraque manu ſe librabāt qui ſaltu certabāt, vt certius aſſilirēt. Martialis in Apoph. Quid pereunt ſtulto fortes haltêre lacerti? Exercet melius vinea foſſa viros.

HALVS hali, f.g. Herba, de qua Plinius, lib. 26, cap. 7, Halus autem, quam Galli ſic vocāt, Veneti cotoneam, medetur lateri, item renibus conuulſíſque & ruptis. Similis eſt cunilæ bubulæ, cacuminibus thymo, dulcis, & ſitim ſedat, raræ radicis, alibi albæ, alibi nigræ.

HAMA hamæ, f.g. Inſtrumētum ad incendia compeſcenda. Plin. epiſt. 250, Et alioqui nullus vſquam in publico ſipo, nulla hama, nullum denique inſtrumētum ad incendia compeſcenda. Cato de re ruſtica, cap. 135, de ferramentis & vtenſílibus, Atatra in terram validā, Romanica bona erunt, in terram pullam campanica, iuga Romanica optima erunt. Nolæ ad ruffrimaceriam claues. Cloſtra Romæ, ac hamæ.

HAMMON hammonis, à noſtris arenarius dicitur. nā græce ἄμμος ſcribitur, id eſt arena.

Hammoniacus hammoniaca hammoniacū. Plin. Ergo AEthiopiæ ſubiecta Aphrica hammoniaci lachrymam ſtillat in arenis ſuis.

HAMMONITRVM quid ſit, docet Plinius lib. 36. cap. 26, his verbis, Iam verò & in Vulturno mari Italiæ harena alba naſcens, ſex milibus pedū à litore inter Cumas atque Lucrinum quæ molliſſima eſt, pila, molāque teritur. Dein miſcetur tribus partibus nitri ponderis vel menſura: ac liquata in alias fornaces tranſſunditur. Ibi fit maſſa quæ vocatur hammonitrum: atque hoc recoquitur, & fit vitrum purum, ac maſſa vitri candidi.

HAMMONIVM hammonii, n.g. Coloris genus tendentis in ſubruffum. Varro de re ruſtica, lib. 3. cap. 2, Sed non hæc inquit villa, quanquam ædificarint maiores noſtri, frugalior & melior eſt, quàm tua illa permollita in Reatino. Nunc vbi hic vides citrum aut aurū? num miniū aut hammoniū, num aliquod emblema, aut lithoſtroton? quæ illic omnia contrà.

HAMVS hami, m.g. catenam ſignificat. Virg. Hamis, auróque trilicem. Id eſt hamis aureis.

Hamus, Inſtrumentū quo capiuntur piſces. Vng ain, vng hameſſon. Plaut. in Sticho, 5.16, Harundinem fert, ſportulámque, & hamum piſcarium.

Hamum vorat, meus eſt. Plaut. in Curcul. 8.60, Meus hic eſt, hamum vorat.

Hamum, quidam à Græco deductum putant. nam Græci ἄμματα dicunt ligamenta.

Hamus, Inſtrumentum ferreum quo diuitum arcæ nummariæ obſepiuntur, ne res facili aperto furripiatur. Iuuenalis, Diſpoſitis prædiues hamis, vigilare cohortem.

Hamatus hamata hamatū, Qui eſt hameſſoné, Choſes a quoy pendēt hameſſons pour acrocher & attirer. Plin. epiſt. 207, Volo enim eum qui ſit verè liberalis, tribuere patriæ, propinquis, affinibus, amicis, ſed amicis dico pauperibus, non vt iſti, qui iis potiſſimum donant qui donare maxime poſſunt. Hos ego viſcatis hamatíſque muneribus non ſua promere puto, ſed aliena corripere.

Hamatilis & hoc hamatile, Faict auec hameſſon. Plaut. in Rud. 8.9, Habemus eſchinos, lopadas, oſtreas, balanos captamus, conchas, marinam vrticam, muſculos, plaguſias, ſtriatas: poſt id hamatilem piſcatum & ſaxatilem aggredimur, captamus cibum in mari. Nous peſchons a lameſſon.

Hamiota hamiotæ, à veteribus piſcator dicebatur. Plaut. in Rud. 9.5, Sed quos perconter, commode eos quos video aſtare, adibo. ſaluete fures maritumi, conchitæ atque hamiotæ, famelica hominum natio. Varro, Cohortes coquorum, atque hamiotarum, aucupúmque.

HAPHE, haphes, f.g. Inſperſio pulueris, qua inſpergebantur obluctantes, vbi ceromate illiti fuiſſent. Martialis, Et flaueſcit haphe. Nam puluere perfuſa obluctantium corpora, quodammodo flaueſcebant, lepram patientibus ſimilia.

ἁφὴ ἁφῆς, tactus, iunctura, contrectatio in palæſtra. Iulius Pollux haphen accipit primam infecturam, quoties veſtes imbuuntur coloribus.

HARA, hărae, f.g. Porcorum ſtabulum. Donatus, Hara, in qua pecora includuntur. Plaut. in Aſin. 9.24, Vos dormitis interea domi, at herus in hara, haud ædibus habitat. Idem in Moſtell. 2.39, Te Iuppiter, dique omnes perdant, oboluiſti allium, germana illuuies, ruſticus, hircus, hara ſuis, canem, capram commiſtam. Cic. in Piſonem, Ex hara productæ, non ſchola. Ouid. Tertius immūdæ mea fidelis haræ. Cato de re ruſtica, cap. 14, Villam ædificandam ſi locabis, nouam ab ſolo, faber hæc faciat oportet, limina, poſtes, fulcimēta, cellas familiæ, carnaria, orbem, ahena duo, haras decem.

Hara, Stabulum anſerū. Varro de re ruſtica, lib. 3. cap. 10, Anſeribus ad admittendū tempus aptiſſimū eſt à bruma, ad pariendum & incubandum, à calendis Martii vſque ad ſolſtitiū.

Saliunt ferè in aqua, dum ſe mergunt in flumen aut piſcinam. Deinde quotidie ſerenum

cum eſt, producunt in pratis iuxta piſcinas aut paludes, hiſque faciunt haras ſupra terram aut ſubtus: in quas non includant plus vicenos pullos: eaſque cellas prouident, ne habeant in ſolo humorem, ſed habeant molle ſubſtramen è pallea, aliáve qua re.

HARIOLVS harioli, m.g. Qui (vt inquit Donatus) diuina mente vaticinatur. Vng deuin. Dictus hariolus quaſi fariolus, à fatis vel à fando. H enim pro F, & item F pro H, in multis locutionibus mutabantur. An ab halando. nã halitu ſolent excludere velut mortalem animam vt diuinam recipiãt. Vnde & vocem eiuſmodi dabant quæ eſt OE, quòd OE ſonus, exhalandi vim præſtet. Hæc Donatus. Plaut. in Ciſtell. 10.91, Hic ergo habitas. P. Hariola es. Terent. in Phor. 4.4.27, Interdixit hariolus.

Hariolor hariolaris, hariolari, Deuiner. Plaut. in Aſin. 11.33, Argenti viginti minas habéſne? LE. hariolare. Ibidem, 7.50, Ergo mirabar, quòd dudum ſcapulæ geſtibant mihi, hariolarique occœperunt ſibi eſſe in mundo malum. Idem in Amphit. 15.40, Quid tibi patiendum ferè hariolor. Ie deuine a peu pres queſt ce que tu endureras. Terent. in Phor. 3.2.7, Non mihi credis? D. hariolare.

HARMONIA harmoniæ, f.g. Latinè compoſitio, concordia, cõcentus. Muſici, intentionem, concentúmque neruorum in integros modos, ſine vlla offenſione conſonantiũ, harmoniam vocãt. Lucretius, Harmoniã Graii quam dicũt, hæc alio nomine dicitur ſymphonia.

HARPE harpes, f.g. Græca dictio, enſem falcatũ ſignificans, quo vſum fuiſſe Perſeũ poetæ tradiderunt. Lucanus, Harpen, alterius monſtri iam cæde rubentem.

HARPAGO harpagas, harpagare, Rapere. Plaut. in Bacchid. 15.13, Nullus frugi eſſe poteſt homo, niſi qui bene & male facere tenet: improbus cum improbis ſit, harpaget, furibus furetur quod queat. Idem in Aulul. 7.24, Hei miſero mihi, aurũ mihi intus harpagatũ eſt.

HARPAGO harpagonis, m.g. Telum in ſummitate aduncum, quo nauigia capiuntur.

Harpago, Inſtrumentum quo extrahũtur quæ in puteum vel in flumen ceciderint. Et dicitur harpax.

Harpago, Ferramenti genus, quod nõnulli canem vocant: quo ferramento circi vaſis vinariis aptantur. Liuius verò lib. 30 ab vrbe condita, ſic ait, Aſſeres ferreo vnco, præfixos harpagonas vocant milites.

HARVGA harugæ, Eſt, authore Donato, hoſtia: ab hara in qua concluditur. Apud Feſtũ legitur, Hariuga dicebatur hoſtia, cuius adhærentia inſpiciebantur exta.

Haruſpex haruſpicis, ab haruga nominatur, inquit Donatus. Vng deuin. Seruius autem, Ex hara & ſpecio componi docet. Terent. in Phor. 4.4.28, Haruſpex vetuit ante brumam aliquid noui negotii incipere.

Haruſpica haruſpicæ, Vne deuinereſſe. Plaut. in Milite, 10.19, Da qui faciat, qui condiat: da quod dem quinquatribus, Percantatrici, collectrici, ariolæ, atque haruſpicæ.

HASTA haſtæ, f.g. Vne halbarde ou picque. Ab aſto dicitur, ſecundũ Varronẽ, quòd aſtãs ferri ſolet. Aſpiratur tamen ad differentiam ſecundæ perſonæ verbi aſto. Plaut. in Bacchi. 8.24, Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugillatu, pila, ſaliendo ſe exercebant. Idem in Moſtell. 6.11, Vbi qui dindymeneis haſtis corpus tranſfigi ſolent.

Haſtam abiicere. Cic. pro L. Muræna, Cum iam hoc nouo more ferè omnes domos omnium concurſent, & ex vultu candidatorũ coniecturam faciant quãtum quiſque animi & facultatis habere videatur. Videſne tu illum triſtem? demiſſum? iacet, diffidit, abiecit haſtas, ſerpit hic rumor. Haſtam abiicere, eſt cauſſæ diffidere, & cõtentionem relinquere. Tranſlatum à militia. deſperat enim quiſquis arma in bello abiicit, & aut fugam ſpectat, aut mortem expectat.

Haſtæ ea quæ publice venũdabãt, ſubiiciebãt veteres, inqnit Feſtus. Cic. Philip. 8, Itaque haſtã ſemper videre cupiũt ii qui noſtris bonis imminent, quibus omnia pollicetur Antonius.

Subire ſub haſta: Eſt vendi. Plaut. in Moſtell. 6.10, Vbi iſti qui trium nummorũ cauſſa ſubeunt ſub haſta?

Ad haſtam locare. Columella in præfat. Itaque in hoc Latio & Saturnia terra, vbi dii agrorum cultus, progeniem ſuam docuerant, ibi nunc ad haſtã locamus, vt nobis ex tranſmarinis prouinciis aduehatur frumentum, ne fame laboremus.

Haſtatus haſtata haſtatum, Qui porte & vſe dune hache. Vnde Haſtati milites, dicebantur qui primi haſtis pugnabant, authore Varrone, de lingua latina, lib. 4.

HAV, Interiectio eſt conturbatæ fœminæ, nec conſtantis ſibi, vt inquit Donatus. Plaut. in Ciſtell. 8.15, Hau voluiſti iſtuc ſæuum facere. Terent. in Phor. 5.1.27, Quid? duáſne is

vxores habet?s .hau obſecro, vnam ille quidem hãc ſolam. Idem in Eunucho, 4.3.14, Hau obſecro mea Pythias, quid iſtucnam monſtri fuit? Idem in Adelphis, 4. 2.38, Hau, hau mi homo, ſanúſne es?an hoc proferendum tibi vſquam eſſe videtur?

HAVD, Aduerbium negandi. Terent. in And. 4.1.28, Haud iſtud dicas, ſi cognoris vel me, vel amorem meum. Tu ne dirois pas cela, ſi tu me cõgnoiſſois. Ibidem, 1.1.13, Haud muto factum. Donatus, Haud muto factum, non me pœnitet facti.

Haud commodi ei eſt. Plaut. in Caſina, 4.22, Peculii probam nihil habere addecet clam viro: & quæ habet partum, ei haud commodi eſt. Ce ne luy profite de rien.

Haud conſimili ingenio eſt, atque. Plaut in Bacchid. 8.50, Haud conſimili ingenio atque ille eſt, qui in lupanari accubat.

Haud conſuetudine. Plaut. in Trinũmo, 6.81, Mentire ædepol gnate, atque id nunc facis haud conſuetudine. Ce neſt point par couſtume que tu mens.

Haud diu eſt. Terent. in Eunucho, 2.3.67, Sed iſtam Thaidem non ſciui nobis vicinam. P. haud diu eſt. Il ny a pas long temps.

Haud dudum. Plaut. in Perſa, 15.31, Ad me allatæ modo ſunt iſtæ à domino meo. D. quando? T. haud dudum. Il ny a pas fort long temps. Idem in Sticho, 9.69, Quid agit paraſitus noſter Gelaſimus? etiam valet? E. Vidi ædepol hominem haud dudum.

Haud faciam. Terent. in Heaut. 3.1.7, Haud faciam. nam quàm potero, adiutabo ſenem. Ie nen feray rien.

Haud facile. Plaut. in Pœnulo, 14.49, Sine pennis volare, haud facile eſt. Il neſt pas facile.

Haud ferme. Terent. in And. 3.1.2, Fidelem haud fermè mulieri inuenias virum. Il neſt pas facile &c.

Haud grauaté. Plaut. in Rud. 10.75, Vt lepidè, vt liberaliter, vt honeſtè, atque haud grauatè, timidas, egentes, vuidas, eiectas, exanimatas accepit ad ſeſe. Sans regret, Voulentiers, De bon courage.

Haud inuito. Terẽt. in Hecyra, 3.5.32, Pamphile, ad aures haud inuito, ſermo mihi acceſſit tuus. Ie tay voulentiers ouy parler.

Haud ita decet, Id eſt, inquit Donatus, non vſque adeò decet. & eſt confirmatio. Terent. in Hecyra, 2.2.10, Haud ita decet, ſi perpetuam vis eſſe affinitatem hanc, celare te iras.

Haud malus. Plaut. in Rud. 2.35, Senex qui Athenis huc exul venit, haud malus. Il neſt point des pires que on face, Il eſt aſſes bon homme. Idem in Aulul. 6.45, Nouiſtíne hũc ſenem Euclionem ex proximo pauperculũ? E. noui, hominem haud malum mecaſtor. Terent. in Eunucho, 2.2.4, Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atque ordinis, hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona. Donatus, Non dixit prodigum: quia hoc ipſum probat: ſed non auarum, non improbum. & ſic laudamus eos in quibus nihil eſt quod magnopere efferamus.

Haud nihil. Terent. in Eunucho, 4.2.13, Certe extrema linea amare, haud nihil eſt. Ceſt quelque choſe.

Haud potuit melius fieri. Terent. in Adelphis, 3.1.8, È re nata melius fieri haud potuit, quàm factum eſt, hera. Il ne pouuoit mieulx eſchoir, ne mieulx aduenir. Idem in And. 4.5.53, Alio pacto haud poterat fieri vt ſciret hæc quæ volumus.

Haud promeruit quãobrem. Plaut in Amphit. 18.12, Haud promeruit quãobrem vitio verteres. Elle nauoit pas merite que tu la blamaſſe.

Haud magni pretii. Plaut. in Sticho, 4.81, Auctionem facit ædepol haud magni pretii. Qui neſt pas de fort grand pris.

Haud quæret. Plaut. in Amphit. 3.130, Nunc cum eſſe credent ſeruum & cõſeruum ſuum, haud quiſquam quæret qui ſiem, aut quid venerim.

Haud ſanè. Terent. in Adelphis, 5.2.8, AEdepol comeſſatorem haud ſanè cõmodum, præſertim Cteſiphoni. Qui ne vient pas trop bien a point &c. Cic. de Senect. 4, Rem haud ſanè Scipio & Læli difficilem admirari videmini. Qui neſt pas ſi difficile quil vous ſemble. qui neſt point fort difficile.

Haud ſcio. Terẽt. in Heaut. 4.4.25, Næ ille haud ſcit hoc paulum lucri quantum ei damni apportet. Il ne ſcet guere combien de dommage ce luy fera. Idem in Adelphis, 4.5.33, Qui infœlix haud ſcio an illam nunc miſerè amat. Idem in And. 3.2.44, Atque haud ſcio an quæ dixit, ſint vera omnia. Cic. de Amicitia, 19, Eſt autem amicitia, nihil aliud niſi omnium diuinarum humanarúmque rerum cum beneuolentia & charitate ſumma

conſenſio:qua quidem haud ſcio an excepta ſapientia,quicquam meliùs homini ſit à diis immortalibus datum.

Haud ſic decet. Terent.in Eunucho,5.9.35,Eia,haud ſic decet.Ha,il ne fault pas ainſi faire. Idem in Adelphis,3.4.8,Ni facient quæ illos æquum eſt,haud ſic auferent.

Haud ſimilis. Terent.in Eunucho,2.3.21,Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarũ. Ibidem,3.2.15,Perpulchra credo dona,haud noſtris ſimilia. Ce ſont beaulx dons de trique nique,ou de neige:il ſen fault beaucop quils ne ſoient ſemblables aux noſtres.

Haud ſinit. Terent.in And.3.5.18,Nanque hocce tempus præcauere mihi me, haud te vlciſci ſinit.

Haud ſtultè ſapis.Terent.in Heaut.2.3.82,Vis amare:vis potiri:vis,quod des illi,effici:tuũ eſſe in potiundo periculũ non vis:haud ſtulte ſapis. Tu nes pas trop fol. Tu nes pas par tout ſi fol que par la teſte.

Haud vereor.Terent.in And.1.5.41,Haud vereor,ſi in te ſolo ſit ſitum.

HAVRIO,hauris,hauſi,hauſtum,haurire,Proprie eſt accipere,& excipere,& extrahere humorem.Tirer hors,puiſer comme de leaue,ou autre liqueur.

Hauſum abſque t, apud Virgilium legitur lib.4.AEneid.Spero equidem mediis,ſi quid pia numina poſſunt,Supplicia hauſurum ſcopulis.

Hauriui & hauritũ lectũ eſt. Varro ad Ciceronem,Cum idem quoque haurierit.pro hauriuerit. Apul.lib.2.de Aſin.Lagena facilis hauritu. Idem in 4,Haurito pluſculo vncto corporis mei membris perfricui. Idem in 3,Rorem rigentem hauritũ iſta confeſtim deſerta vrnula.

Haurire,Exhaurire,Eſpuiſer. vel implere.Lucretius lib.4,Iuuat integros & cædere fontes, atque haurire.Nonius.

Haurire,Vacuare,Dire,mettre hors,racompter.Lucilius,lib.xxx, Quantum haurire animus muſarum & fortia geſtit.Nonius.

Haurire animo,Accipere,vel audire. Virg.lib.xii,Haud hæc mollia fatu, Sublatis aperire dolis,ſimul hæc animo hauri.Nonius.

Haurire auribus vocem alterius.Virg.lib.4,Vocémque his auribus hauſi.Nonius.

Hauſit cælum,Vidit.Virg.Hauſit cælum,mentémque retexit.

Haurit corda pauor,Defatigat. Virg.lib.georg.3, Exultantiáque haurit Corda pauor pulſans.Nonius.

Haurire cupiditates,Auide ſumere.Cic.lib.4.Tuſcul.Cum inexplebili cupiditate,quò fluẽtius cupiditates vndique hauriret,eò grauius ardentiúſque ſitientem.Nonius.

Haurire dolorem. Cic.pro M.Cælio,Vidi enim vidi & acerbiſſimũ hauſi dolorem,in vita, cũ Qu.Metellus abſtraheretur è ſinu gremióque patriæ.Iay endure grãde doleur,& hume.

Haurire latus alicuius,Confodere & vulnerare. Virg.lib.x,Per tunicam ſqualentem auro, latus haurit apertum.Nonius.

Haurire pateram:Auare ſumere.Virg.lib.1,Ille impiger hauſit Spumantem pateram,& pleno ſe proluit auro.Il aualla tout dung traict vne taſſe pleine de vin.Nonius.

Haurire ſupplicia,Luere.Virg.Spero equidem mediis,ſi quid pia numina poſſunt,Supplicia hauſurum ſcopulis,& nomine Dido Sæpe vocaturum.

Haurire,Tenere.Virg.lib.4.georg.Et medium ſol igneus orbem Hauſerat.Nonius.

Haurire,Conſumere.Liuius,lib.v,Tam longi temporis opus incendium hauſit.

Hauſtus,hauſtus,hauſtui,m.g.Sorbitio,vel hauſio. Columella,lib.1,Si deerit fluẽs vnda,putealis quæratur in vicino aqua:quæ non ſit hauſtus profundi. Ouid.Bacche tibi ſumimus hauſtus. Idem,Hauſtus aquæ mihi nectar erit,vitámque fatebor Accepiſſe ſimul,vitam dederîtis in vndis.Vng traict deaue.

Hauſto hauſtas,hauſtare,Frequentatiuum ab haurio.

H E

HEBDOMAS hebdomadis,& hebdomada hebdomadæ,f.g. Septmaine.Spatium ſeptem dierum.Cic.Tironi,Symphoniã Lyſonis velim vitaſſes:ne in quartã hebdomadã incideres.

Hebdomas,non ſolum de diebus dicitur,ſed etiam de annis,& quibuſcunque rebus quæ ſeptenario numero comprehenduntur.Gellius,Tum ibi addit ſe quoque iam duodecimã annorum hebdomadam ingreſſum eſſe, & ad eum diem ſeptuaginta librorum hebdomadas conſcripſiſſe.

HEBENVS,f.g.vel hoc hebenum,Arbor eſt in India atque AEthiopia naſcens:quamuis

ſcribat Virgilius, Sola India nigrum Fert hebenum. De quo vide Plinium lib. xii. cap. 4.

HEBES hebetis, o. g. Quod eſt retuſi acuminis, authore Feſto. Quelque choſe qui ha la pointe rebouchee, & refoullee. Cic. Acad. lib. 2, Quid lunæ? quæ lineamenta ſunt? poteſtne dicere, cuius & naſcentis, aliâs hebetiora, aliâs acutiora videantur cornua?

Hebes guſtu. Columella lib. 3. cap. 2, Inerticula tamen nigra, quam quidam Græci Amethyſtum appellant, poteſt in ſecunda quaſi tribu eſſe, quòd & boni vini eſt, & innoxia, vnde etiam nomen traxit, quòd iners habetur in tentandis neruis, quamuis guſtu non ſit hebes.

Hebeto hebetas, hebetare, Obtundere vel obſcurare. Reboucher & refouller la pointe de quelque choſe ague. Plin. in Paneg. 31, Eodem ergo tempore nec animos modo, ſed & corpora ipſa langueſcere, gladios etiã incuria hebetari, retundique gaudebant. Idem, de viris illuſt. 53, Quum arcus hoſtium pluuia hebetati fuiſſent, vicit. Que leurs arcs eſtoient deuenus laches. Plin. lib. xi, Nanque & ſpeculi nitorem, ex aduerſo nudati hebetant.

HEDERA hederæ, Du liarre. Inimica arbor ſatis omnibus (inquit Plinius lib. xvi, cap. 33) ſepulchráque ac muros rumpens, vt mirum ſit illam in honore vllo habitam. Duo genera eius. Prima, vt reliquarum, mas & fœmina. Maior traditur mas corpore, & folio duriore ac pinguiore, & flore ad purpuram accedente, &c.

Hedera, quòd hæreat, dicta eſt, nõnullorũ iudicio, quódque ſequatur quicquid proximũ eſt. Quãuis per diphthongum non ſcribatur. Virg. Atque hanc ſine tempora circum Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros. Alii ab edo deducunt, quòd parietes edat atque conſumat.

HEHEV, Dolentis interiectio. Plaut. in Capt. 18. 18, Heheu quom ego plus minúſque feci illi, quàm æquom fuit. Idem in Pœnulo, 11. 46, Heheu quàm ego nũc habui hariolos, haruſpices! Scribitur à nonnullis Eheu. Vide EHEV.

HEHEM, Vide EHEM. Plaut. in Pœnulo, 2. 118, Hehem penè oblitus ſum reliquũ dicere.

HEI, Interiectio dolentis & ingemiſcẽtis. Vng mot que diſent ceulx qui pleurent, ou ſont dolens de quelque choſe. Plaut. in Aulul. 7. 43, Hei Megadore, haud decorũ facinus tuis factis facis. Idem in Amphit. 4. 167, Olet homo quidẽ malo ſuo. s. hei nũquã obolui. Ibidem, 8. 34, Hei, perii miſer. Terent. in And. 1. 1. 46, Hei vereor ne quid Andria apportet mali. Idem in Phor. 1. 3. 26, Is eſt ipſus: hei timeo miſer, quã hic mihi nunc rem nuntiet. Plaut. in Epid. 14. 50, Hei, non illud temere eſt.

Hei, Datiuo iũgitur, Hei mihi. Plaut. in Amphit. 17. 57, Hei mihi. b. ne paue. Idem in Aulul. 7. 23, Hei miſero mihi, aurum mihi intus arpagatũ eſt. Terent. in Heaut. 2. 2. 5, Hei miſero mihi. Idem in And. 3. 5. 16, Hei mihi, cur non habeo ſpatium vt de te ſumam ſupplicium vt volo! Ibidem, 1. 5. 28, Hei mihi, incertũ eſt quid agam. Cic. Hei mihi, nõ poſſum hoc ſine lachrymis commemorare.

Hei hei. Plaut. in Caſina, 16. 7, Hei hei, fœtet tuus mihi ſermo.

Hei mihi, hei mihi. Plaut. in Bacchid. 8. 7, Hei mihi, hei mihi, iſtæc illum perdidit aſſentatio.

HELCIVM helcii, n. g. Inſtrumentum quo molæ illi per machinulam innexæ verſantur, & curricula per temonem trahũtur. Apul. lib. ix, de Aſino, Defectum alioqui me, helcio ſparteo dimoto nexu machinæ libertum applicant præſepio.

Helciarius helciarii, m. g. Qui fune nauem trahit aduerſus vndas, vt eſt apud Martialem.

HELCYSMA helcyſmatis, n. g. Scoria eſt argenti. Plin. lib. 33. cap. 6, Scoriam in argento Græci vocant helcyſma.

HELENIVM helenii, n. g. Fruticis, ſiue herbæ genus. Plin. lib. 21. cap. x, Helenium è lachrymis Helenæ dicitur natum, & ideò in Helena inſula laudatiſſimũ. Eſt autem frutex humi ſe ſpargens, dodrantalibus ramulis, folio ſimili ſerpillo.

HELIOCAMINVS heliocamini, m. g. Vaporariũ quoddã ſolare, nõ ad ignis vſum, ſed ad ſolis. Vlpianus in ſeruitutibus vrbanis, Si arbor in heliocamino vel ſolario ſolẽ adimat, dicendum erit quia vmbram facit in loco cui ſol fuit neceſſarius, contra ſeruitutem impoſitam fieri. Plin. epiſt. 41. h, In capite xyſti deinceps cryptoporticus, horti diæta eſt, amores meri, re vera amores, ipſe poſui. In hac heliocaminus quidem, alia xyſtũ, alia mare, vtraque ſolem, cubiculum autem valuis, cryptoporticum feneſtra proſpicit, qua mare contra parietẽ medium diæta perquàm eleganter recedit.

Heliocaminus, ad verbum ſolaris fornax dici poteſt. Eſt autem ſolare vaporariũ in aprico loco ſitum, ad calorem ſolis excipiendum, quo antiqui vtebãtur. Cõcameratus eſt locus totus ſoli expoſitus, ac hiberno tempore calorem ex illo recipiens, & continens.

HELIOTROPIVM heliotropii, n.g. Herba, Chicoree ſauuaige. Plin. lib. 2. cap. 41, Miretur hoc, qui nõ obſeruet quotidiano experimẽto herbã vnã, quæ vocatur heliotropiũ, abeũtem ſolem intueri ſemper, omnibúſque horis cum eo verti, vel nubilo obumbrãte. Varro, Nec minus admirandũ, quod ſit in floribus, quos vocãt heliotropia, ab eo quòd ſolis ortum mane ſpectant, & eius iter ita ſequuntur ad occaſum, vt ad eum ſemper ſpectent.

HELLEBORVM hellebori, Herba purgatoria. Plaut. in Pſeud. 20. 80, Helleborum hiſce hominibus opus eſt. Plinius lib. naturalis hiſtoriæ XXV, cap. V, hellebori duo facit genera, ſicut & Dioſcorides lib. 4, candidũ, quod Italia Veratrum albũ appellat, & nigrum quod alii vocãt Entomon, etiam ſi in Dioſcoride Atomon legimus. alii polyrhizon, plerique melãpodion vocãt, ab inuẽtore Melãpode vate, vel eiuſdẽ nominis paſtore, quòd is animaduertiſſet eo purgari capras. deinde dato earũ lacte, ſanauit Prætidas furentes. Sed Aulus Gellius, Plinium ſequutus, ait coloris diſcerniculũ, nõ in ſemine, neque in virgultis, ſed in radice apparêre. Cãdido vomitiones cientur, eóque ſtomachũ & ventrem ſuperiorem purgat. Nigro aluus inferior diluitur. vtriuſq; periculoſa ſumptio. Sed alibi, vt præſtãtior, ita periculoſior. quod ipſum tamen adeò vulgatũ eſſe cœpit, vt plerique ſtudiorũ gratia, ad peruidenda acrius, quæ cõmentabãtur, ſæpius ſumptitauerint. Nominatim autẽ Carneades Academicus, ſcripturus aduerſus Stoici Zenonis libros, cãdido helleboro ſuperiora corporis purgare ſolitus legitur, ne quid ex corruptis in ſtomacho humoribus, ad domicilia vſque animi redundaret, & inſtãtiã, vigorémque mẽtis labefaceret. Nigri verò religioſum etiã vſum fuiſſe teſtatur Plinius. ſiquidẽ hõc & domos ſuffiebant, purgabántque, aſpergẽtes & ſeſe & pecora. Tum ſolenni cõprecatione colligebatur & ſuperſtitioſius, vt meminit etiã Theophraſtus. Primũ enim gladio circũſcribebatur. deinde qui ſucciſurus erat, exortũ ſolis ſpectabat, precabatúrque, vt id ſibi liceret, diis cõcedẽtibus, facere. Obſeruabat & aquilæ volatũ: quæ ſi propius aduolaſſet, moriturum eo anno, qui ſucciderat, auguriũ erat. Ex Plinio igitur colligere licet vtrũque genus tum candidũ, tum nigrũ, cum ad alia cõplura mala, tum aduerſus melancholiã, remediũ efficax habere. Vnde & prouerbiũ natum: quod tamen variè effertur. Plaut. in Menæh. 29. 15, Nõ poteſt hæc res triũ iugerũ helleboro obtinerier. Demoſthenes AEſchinem in actione monet, vt ſeſe purget helleboro. Lucianus in dialogo Menippi ac Tãtali, Λήρεις ὦ τάνταλε, καὶ ὡς ἀληθῶς πότου δεῖσθαι δοκεῖς ἀκράτου γε ἐλλεβόρου νὴ Δία, id eſt, Deſipis Tantale, & vt verè dicã, helleboro poto tibi eſt opus, eóque ſanè meraco. Et apud eundem Radamãthus in ſecũdo Verarũ narrationũ libro, ita pronũtiat, vt Aiax traditum ab Hippocrate, helleborũ bibat, priuſquã in heroũ cõſortiũ recipiatur. alludẽs ad eius inſaniã. Horatius, Expulit helleboro morbũ, bilémque meraco. Ouid. in epiſt. Põticis, lib. 4, I, bibe dixiſſem, purgantes pectora ſuccos, Quicquid & in tota naſcitur Anticyra.

Helleborum, ſecundum Apuleium ſcribitur per h. Apud Græcos non aſpiratur.

Helleboro opus habere dicuntur, qui animo parum conſtant, atque iidem apud Latinos etiã authores helleborum edere, & helleboro ſeſe purgare prouerbio iubentur: propterea quòd antiquitus plurimus vſus fuerit huius herbæ ad leuanda mentis & capitis vitia.

Helleboroſus helleboroſa helleboroſum, Qui plus hellebori ſumpſit, quàm par fuit. Plaut. in Rud. 23. 66, Quæſo ſanus es? T. helleboroſus ſum. G. at ego ceritus. Helleborum ſi minus ſumatur, magnam ægritudinem leuare non poteſt. ſi plus ſumatur, portendit periculũ. Ideo Perſius inquit, Diluis helleborum certo compeſcere puncto.

HELVELLA, holera minuta dicuntur à Feſto Pompeio.

HELVO, heluonis, m.g. Vorax dicitur. Qui deuore & conſume tout. Feſtus Põpeius, Heluo dictus immoderatè bona cõſumens: ab eluẽdo. qui aſpiratur, vt auiditas magis exprobretur: fit enim vox incitatior. Terẽt. in Heaut. 5. 4. 10, At ego (ſi me metuis) mores caue in te eſſe iſtos ſentiam. CL. quos? C. ſi ſcire vis, ego dicã: Gerro, iners, fraus, heluo, ganeo, damnoſus.

Heluo patriæ. Cic. pro P. Sextio, Nam alter ille horridus & ſeuerus conſultò ſe domi continebat: quã tum ſuperbiã cœnum illud ac labes, ampliſſimi ordinis preces, ampliſſimorũ ciuium lachrymas repudiauit, meipſum vt contempſit heluo patriæ! nam quid ego patrimonii dicam? quod ille, cum quaſi quæſtum faceret, amiſit.

Heluo natus abdomini. Cic. in L. Piſonem, Tu verò qui ad ſenatũ nihil ſcripſeris, vt in vrbe nequior inuẽtus es, quàm Gabinius: ſic in prouincia paulò tamen quàm ille demiſſior. nam ille gurges, atque heluo, natus abdomini ſuo, non laudi atque gloriæ, cum equites Romanos in prouincia, cum publicanos nobiſcũ & voluntate & dignitate cõiunctos, omnes fortunis, multos fama, vitáque priuaſſet.

Heluo librorũ, à Cicerone per tranſlationẽ dictũ, lib. 3. de finib. bon. & mal. Quò cum veniſſem, M. Catonẽ, quẽ ibi eſſe neſcieram, vidi in bibliothéca ſedentẽ, multis circũfuſum Stoicorũ libris. erat enim vt ſcis, in eo inexhauſta auiditas legẽdi: nec ſatiari poterat: quippe qui nec reprehẽſionem quidem vulgi inanem reformidãs, in ipſa curia ſoleret legere ſæpe, dum ſenatus cogeretur, nihil operæ reip. detrahẽs, quo magis tũ in ſummo otio, maximáque copia, quaſi heluo librorum, ſi hoc verbo tam in clara re vtendum eſt, videbatur.

Heluor heluaris, heluari, Vorare, cõſumere, Deuorer, deſpendre, & cõſumer, mettre a fin. Cic. pro domo ſua ad pontif. Nũquid igitur is bona Lẽtuli religionibus religauit? ſed quid ego cæteros? tu, tu inquam, capite velato, concione aduocata, foculo poſito, bona tui Gabinii, cui regna omnia Syrorũ, Arabũ, Perſarúmque donaras, cõſecraſti. Cur ille gurges, heluatus tecũ ſimul reip. ſanguinem, ad cælum tamen extruxit villam in Tuſculano viſceribus ærarii?

HELVOLVM heluoli, Color inter rufum & album. Cato de re ruſtica, cap. 6, Qui vino locus optimus dicetur eſſe, & oſtentus ſoli, ibi aminæum minuſculum & geminum eugeneum, & heluolum minuſculum conſerito.

Heluola heluolæ, Idem. Columella lib. 3. cap. 2, Sunt & heluolæ, quas nõnulli varias appellãt, neque purpureæ, neque nigræ, ab heluo (ni fallor) colore vocitatæ. Melior eſt nigrior abundãtia vini: ſed hæc ſapore precioſior.

HEM, Interiectio eſt iraſcentis, inquit Donatus. Terent. in And. 1. 2. 23, Tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum, ipſum animũ ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat. D. non hercle intellego. S. non? hem. D. non: Dauus ſum, non OEdipus. Ibidem, 2. 6. 4, Quid Dauus narrat? D. æquè quicquam nunc quidem. S. nihílne? hem. Donatus, Interiectio eſt aduerſus eum qui ſe neget aliquid locutum eſſe.

Hem, Exclamãtis interiectio. Terent. in And. 2. 5. 5, Vtrunque adeſſe video. D. hem ſerua. S. Pamphile. D. quaſi de improuiſo reſpice ad eum. P. hem pater. D. probe. Interiectione magis, quàm verbo exclamauit, inquit Donatus. Ibidem. 4. 5. 4, Non mihi reſpondes? M. hem nuſquam eſt, væ miſeræ mihi, reliquit me homo, atque abiit.

Hem, Interiectio nouas res, & optime audientis. Terẽt. in Heaut. 2. 3. 70, Adducimus tuam Bacchidem. CLI. hem, quid Bacchidem? eho ſceleſte, quò illam adducis? Idem in Hecyra, 3. 2. 4, Heus Soſtrata. S. hem. PAR. iterum iſtinc excludère. Idem in Adelphis, 4. 4. 13, Hem, quid iſtuc obſecro inquam eſt? valeas: habeas illam quæ placet.

Hem, Ecce, demõſtratio facti. Terẽt. in And. 2. 2. 14, Obſecro te quamprimũ hoc me libera miſerũ metu. D. hem, libero. Plau. in Curcul. 3. 25, Salue anus. LE. egóne ſalua ſum quæ ſicca ſum ſiti? PH. at iã bibes. LE. diu fit. PH. hem tibi, anus lepida. Terẽt. in And. 5. 2. 1, Hem Dauom tibi. Plau. in Aſin. 15. 13, An tu me eſſe triſtẽ putas? D. putem ego, quẽ videam æquè eſſe mœſtum, vt quaſi dies ſi dicta ſit? AR. ne dixis iſtuc. D. ne ſic fueris, ilico ego nõ dixero. AR. hem, aſpecta, rideo. Idem in Capt. 11. 8, Hem tibi hominẽ, adi, atq; alloquere. Idem in Caſina, 8. 52, Cõpreſſa palma, an porrecta ferio? S. age, vt vis. O. hem tibi. CL. quid tibi iſtunc tactio eſt? Tien voyla. Idem in Amphit. 8. 144, Hem tibi paterã eccã. AM. cedo mihi. Terẽt. in And. 2. 2. 22, Redeũti interea ex ipſa re mihi incidit ſuſpicio, Hem, paululum obſoni. &c.

Hem, Cõmiſereſcentis. Terẽt. in And. 4. 5. 8, Éſtne hic Crito ſobrinus Chryſidis? is eſt. C. ô Myſis ſalue. M. ſaluus ſis Crito. C. Itáne Chryſis? hem. M. nos quidẽ pol miſeras perdidit. Donatus, Nõ nunc interrogat, ſed cõmiſeratur: & ita ſequebatur vt diceret, periit. ſed magis gemitus ſignificat quod minus dixerat. Ibidem, 4. 5. 46, Hem ſcelera, hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.

Hem. Terẽt. in And. 1. 2. 13, Herus eſt, neque præuiderã. S. Daue? D. hem, quid eſt? S. ehodũ ad me. Donatus, Quaſi correptio totius corporis. Idem in Adelphis, 1. 2. 1, Hem opportune, teipſum quærito.

Hem, Interiectio perturbati. Terẽt. in And. 5. 2. 5, Herus eſt: quid agam? S. ô ſalue bone vir. D. hem Simo. ô noſter Chreme. Idem in Eunuch. 5. 1. 11. Hem miſera occidi, ſi quidẽ tu iſtæc vera prædicas. Plaut. in Trinũ. 4. 108, Hæc ſunt, ſeu recte ſeu peruorſe facta ſunt, egomet feciſſe confiteor, Megaronides. hem mea malefacta, hem meã auaritiã tibi: haſcine me propter res maledictas famas ferunt? Terent. in And. 4. 4. 8, Hem, quæ hæc eſt fabula? eho Miſis, puer is vnde eſt? quiſve huc attulit? Ibidem, 1. 1. 89, Hem quid eſt? S. ſcies.

Hem, interiectio fœminina ac matronalis. Terẽt. in Hecy. 3. 2. 12, Quid ais? an venit Pãphilus? PAR. venit. S. dis habeo gratias: hem iſtoc verbo animus mihi rediit, & cura ex corde exceſſit.

Hem, Interiectio lætitiæ. Terẽ. in Heau. 4. 5. 9, Ceſſo hũc adoriri? c. Syre? s. hem. c. quid eſt? s. te mihi ipſum iãdudũ exoptabã dari. Ibidem, 4. 8. 26, Dic cõueniſſe, egiſſe de nuptiis. M. dicã. quid deinde? c. me facturũ eſſe omnia: generũ placere. poſtremo etiã ſi voles, deſpõſam quoq; eſſe dicito. M. hem, iſtuc voluerã. Idẽ in Adelph. 2. 3. 7, O Syre, AEſchinꝰ vbi eſt? s. ellum, te expectat domi. c. hem. s. quid eſt? c. quid ſit? illius opera, Syre, nũc viuo. Plau. in Rud. 24. 10, Tuus hic ſeruus eſt? D. meus eſt. T. hem, iſtuc optime, quãdo tuus eſt

Hem, Laborãtis animi interiectio. Terẽt. in Eunuch. 4. 2 8, Occœpi mecum cogitare, Hem biduum hic manendum eſt ſoli ſine illa? quid tum poſtea? Idem in And. 3. 3. 24, Hem, id te oro, vt antè eamus dum tempus datur.

Hem, Principiũ iracũdiæ. Terẽt. in And. 5. 4. 16, Ni metuã patrẽ, habeo pro illa re illũ quod moneam probe. S. ſycophanta. CR. hem. CH. ſic Crito, eſt hic: mitte. CR. videat qui ſiet.

Hem aſtutias: per ironiam dictũ. Terẽt. in And. 3. 4. 25, In nuptias cõieci herilem filiũ: feci hodie vt fierent, inſperante hoc, atque inuito Pamphilo: hem aſtutias: quod ſi quieſcem, nihil eueniſſet mali. Plau. in Pœnulo, 4. 160, Non ego homo trioboli ſum? niſi ego illi mã ſtigiæ exturbo oculos atque dentes. hem voluptatẽ tibi: hem tibi mel. &c. Voies la ie vous prie quel plaiſanteur, quel doulcet. Terent. in Phor. 4. 4. 7, Hem, ſi quid velis, huic mandes: quod quidem recte curatum velis.

Hem, Singultientis fletu & gaudio dictum. Terẽt. in Adelphis, 4. 5. 62, Bono animo es, duces vxorem hanc. AE. hem. M. bono animo es, inquam.

Hem, Quaſi incipientis, demonſtrantiſque aliquid noui ſe inueniſſe. Terẽt. in And. 4. 1. 59, Reſtitue, in quem me accepiſti, locũ. D. faciam. P. at iam hoc opus eſt. D. hem. ſed mane, concrepuit à Glycerio oſtium.

Hem, Reſpondentis. Terẽt. in Adelphis, 2. 4. 17, Heus heus Syre. S. hem quid eſt? c. obſecro hercle, hominem iſtum impuriſſimum quamprimum abſoluitote.

HEMICYCLVS hemicycli, m. g. Sedes, ſeu cathedra ſemirotunda. Cic. de Amicitia, 2, Quũ ſæpe multa narraret, tum memini domi in hemicyclo ſedentẽ (vt ſolebat) quum & ego eſſem vnà, & pauci admodũ familiares, in eũ ſermonẽ incidere, qui tũ ferè multis erat in ore.

HEMINA heminæ, Italica vox eſt, nõnullorum iudicio, qua & Græci vſi ſunt: quæ dimidia pars eſt ſextarii. Vne mine, qui eſt la moitie dung ſeptier. Cato, cap. 57, Vinum familiæ: Vbi vindemia facta erit, loram bibat menſes tres, menſe quarto heminas ſingulas. Plaut. in Milite, 11. 18, Nego hercle verò: nam ille me vetuit dicere. neque equidem heminas octo exprompſi in vrceum.

Hemina (inquit Feſtus) ex Græco ἥμισυ, quod eſt dimidia pars ſextarii.

HEMIOLVS hemioli, Eſt (inquit Gellius lib. 18. cap. 14.) qui numerũ aliquẽ totũ in ſe habet, dimidiúmque habet eius, vt tres ad duo, quindecim ad decem, triginta ad viginti.

HEPAR hepatos, n. g. Id eſt iecur, Le foie. ἧπαρ ἥπατος.

Hepatarius hepataria hepatariũ, Appartenãt au foie. Vt hepatarius morbus, Maladie du foie. Plaut. in Curcul. 5. 24, Quid tibi eſt? lien necat, renes dolent, radices cordis pereunt, choriæ omnes dolent. P. tum te igitur morbus agitat hepatarius.

Hepaticꝰ hepatica hepaticũ, Qui ha mal au foie. Plin. li. 26. c. 7, Datur hepaticis in farre cocta.

HERBA herbæ, f. g. Herbe. Ab hærẽdo. Virg. li. 1. georg. Et ſulcis frumẽti quæreret herbã.

Herbam dare. pro eo quod eſt victorẽ agnoſcere, ac ſe victũ fateri, paſſim obuiũ eſt apud doctos. Inde ſumptũ, quòd (vt author eſt Feſtus Põpeius) id erat paſtoralis vitæ indiciũ, propterea quòd antiquitus, curſu, aut alio quopiã certamine ſuperati, herbã ex eodẽ ſtatim loco decerptã, aduerſario porrigebãt, victoriæ agnitæ ſymbolũ. Plinius lib. XXII, cap. 4, loquẽs de corona obſidionali graminea, Dabatur (inquit) viridi è gramine, decerpto inde vbi obſeſſos ſeruaſſet aliquis. Nãque ſummũ apud antiquos ſignũ victoriæ erat herbã porrigere victos, hoc eſt, terra & altrice humo, & humatione etiã cedere. Quẽ morẽ (inquit) etiã nũc durare apud Germanos ſcio. Idem lib. VIII. cap. V, de elephãte, Mirus nanque pudor eſt, victus vocẽ fugit victoris, terrã ac verbenas porrigit. Nonius, Herbã veteres palmã vel victoriã dici voluerũt. Virg. li. 3. georg. Atq; immemor herbæ Victor equus. Accius Meleagro, Gaudent, currunt, celebrant, herbã conferunt, donant, tenent pro ſe quiſque.

Herbeus herbea herbeũ, Reſemblant a herbe. vt herbei oculi, Yeulx vers cõme herbe. Plaut. in Curcul. 5. 16, Qui hic eſt homo cum collatiuo ventre, atque oculis herbeis?

Herbidus herbida herbidũ, Quod plenũ eſt herbis. Qui ha abondãce dherbe. Plin. epiſt. 173. b, Nulla in hoc nauis (ſacer enim eſt) ſed innatãt inſulæ herbidæ, omnes harũdine & iũco tectæ.

Herbarius herbarii, m.g. herbier Plin. lib. 26. cap. v, Sideritis lata folia, clauo ſiniſtra manu circũfoſſa adalligãtur, cuſtodienda ſanatis, ne rurſus ſata diro herbariorum ſcelere (vt in qui buſdam) rebellet.

HERCLE, aduerbium. Ornatiuã aliquando particulam eſſe dicit Donatus. Terẽt. in Adn. 5.4.3, Sed quid hoc? puer hercle eſt. mulier tũne appoſuiſti hunc?

Hercle, Iurandi aduerbium. Plaut. in Milite, 13.30, Hercle occaſionem lepidã, vt mulierem excludam foras. Idem in Sticho, 6.55, Hercle rem geſtam benè. Terent. in Eunucho, 2.3.19, Hercle hoc factum eſt.

Hercle certe. Terent. in And. 2.2.10, Mea quidem hercle certe in dubio eſt vita. Donatus, Ideo & iurauit, HERCLE. & affirmans iuſiurandum, CERTE addidit.

Quæſo hercle. Terent. in Eunucho, 2.3.64, Imò ſi ſcias quod donum huic dono contrà cõparet, tum magis id dicas. P. quodnam quæſo hercle?

Obſecro hercle. Terent. in Eunucho, 3.5.14, Ego te obſecro hercle vt audias.

Hercle ſedulo. Terent. in And. 3.4.18, Corrigere mihi gnatũ porrò enitere. D. faciã hercle ſedulo. Donatus, Hercle ſedulo, productiones ſunt Comici ſtyli ad fucũ orationis poſitæ.

Hercle verò. Terẽt. in Adelphis, 2.4.4, Omitte verò triſtitiã tuam. C. ego illam hercle verò omitto, qui quidem te habeam fratrem. Donatus, Apparet nõ nunc primũ dici Cteſiphoni ab AEſchino, Omitte triſtitiã tuam. nec nunc primũ reſponſum, omitto. Et ideo additũ eſt, hercle verò: quia nunc demum data eſt plena ſecuritas.

Hercle verò. Terent. in Adelphis, 5.9.18, Et quidem tuo nepoti huius filio hodie primam mammam dedit hæc. D. hercle verò ſerio ſi quidem prima dedit, haud dubiũ quin emitti æquũ ſiet. Donatus, Hercle verò, aduerbia ſunt confirmatiua. Idem in Heaut. 4.5.18, Gloriare eueniſſe ex ſententia. S. non hercle verò verum dico. Plaut. in Milite, 6.53, Illam quidem vidi domi. SC. quid, domi? P A. domi hercle verò.

HERE pro heri, dicebatur à veteribus. Aduerbiũ temporis. Hier. Donatus, Propter cognationẽ E & I literarũ, non dubitauerunt antiqui & here & heri dicere, & mane & mani, & veſpere & veſperi. Terent. in Heaut. 3.2.8, Rectè equidem te demiror Chreme, tam mane, qui here tantum biberis. Idem in Eunucho, 2.3.65, Inhoneſtum hominem quem mercatus eſt here, ſenem, mulierem.

HERI, aduerbium temporis, Hier. Plau. in Curcul. 2.17, Caruĩtne febris te heri, vel nudiuſtertius? & heri cœnauiſtine. Terẽt. in Eunucho, 1.2.89, Heri minas viginti pro ambobus dedi. Idem in Andria, 4.5.29, Quémne ego heri vidi ad vos afferri veſperi?

HERINACIVS herinacii, m g. Vng heriſſon. de quo Plinius lib. 8. cap. 37, Præparant hyeme & herinacii cibos, ac volutati ſupra iacentia poma, affixa ſpinis, vnũ non amplius tenentes ore, portant in cauas arbores. Iidem mutationẽ aquilonis in auſtrũ, cõdentes ſe in cubile, præſagiũt. Vbi verò ſenſere venãtem, cõtracto ore, pedibúſque, ac parte omni inferiore, qua raram & innocuã habent lanuginem, cõuoluuntur in formam pilæ, ne quid comprehẽdi poſſit præter aculeos. In deſperatione verò vrinã ex ſe reddũt tabificã tergori ſuo ſpiniſque noxiã, propter hoc ſe capi gnari. Quãobrem exinanita prius vrina venari, ars eſt: & tum præcipua dos tergoris, aliâs corrupta, fragilis, putribus ſpinis atque deciduis, etiam ſi viuat ſubſtractus fuga: ob id non niſi in nouiſſima ſpe maleficio illo perfunditur.

HERMA, Statua & ſigillũ erat, præcipue truncus. Suidas dicit hermas ſtatuas dictas, quòd plurimũ Mercurii ſtatuæ deliniarẽtur. Hæ enim hermæ, viriles ſtatuæ, ad propagandã defuncti memoriã ſepulchris erigebãtur. Cic. Attico, lib. primo, Hermæ tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me ſcripſiſti, iam nunc admodũ delectant. Quare velim & eos & ea ſigna, & cætera quæ tibi eius loci, & noſtri ſtudii, & tuæ elegantiæ eſſe videbuntur, quamplurima, quamprimúmque mittas, & maxime quæ tibi gymnaſii, xyſtique videbuntur eſſe. Idem paulò poſt, Itaque propter hanc dubitationẽ meã breuior hæc ipſa epiſtola eſt, quòd cum incertus eſſem vbi eſſes, nolebã illum noſtrũ familiarem ſermonem in alias manus deuenire. Et ſigna Megarica, & hermas, de quibus ad me ſcripſiſti, vehementer expecto.

Hermathena hermathenæ, Mercurii ac Mineruæ ſtatuæ cõiunctæ, quas gymnaſiis Romani dicare conſueuerant. Cic. Attico, lib. 1. Quòd ad me de Hermathena ſcribis, per mihi gratum eſt, ornamentum academiæ proprium meæ, quòd & Hermes commune omnium, & Minerua ſingulare eſt inſigne eius gymnaſii.

Herma pro firmamẽto à Græcis ponitur, authore Feſto. Vnde etiã (inquit) Mercurii nomen, inuẽtoris, vt putabãt, firmæ orationis, dictũ. Interdũ etiã ſaburrã ſignificat. Hæc Feſtus.

HERNIA herniæ, f.g. dicitur cum pondere aut ictu aliquo rupta tunica, quæ ab inferioribus partibus inteſtina deducit, omentum, aut inteſtinum in ſcortum deſcēdit. ſcortum enim vocamus cutem teſticulos ambientem: quod ὀσχεὸν Græci appellant. Id vitium à Græcis enterocelæ, ſiue epiplocelæ, hoc eſt, interaneorum, ſiue omenti deſcēſus, dicitur. noſtri cōmuni nomine herniā vocant. Martialis, Enterocelarum fertur podalirius Hermes. Idem, Ingens iratis apparuit hernia ſacris.

Hernia dicta eſt à duritie pellis, quæ fit poſt inteſtinorum deſcenſum. hernion enim durum dicimus, & aſperū. Virgilius, Hernia ſaxa. Tractū autē eſt à Sabinorū lingua, qui herniā ſaxum vocant. Hinc Hernici dicti ſunt populi in Campania ſaxa incolentes.

Herniоſus herniоſa herniоſum, Qui herniam patitur. Qui eſt derompu, par porter quelque fardeau, ou autrement.

HEROS herois, m.g. ἥρως, diuinus, ſemideus, generoſus dicitur, ab amore virtutis, cuius cauſſa pericula & labores eligit. Virg. lib. 7, Quin & auis Mauors heroa potentibus addet. Horat. de arte poetica, Intererit multum, diuúſne loquatur, an heros. Cic. Attico, lib. 14, Vt noſtri illi heroes, ſed dii futuri quidem in gloria ſempiterna ſint. Idem Attico, lib. primo, Heros ille noſter Cato.

Heroïs heroïdis, f.g. Martialis, Mutatas formas heroïdas, inſuper iiſdem Addidit.

Heroïna heroïnæ, apud Propertium.

HERVS heri, m.g. Maiſtre, ſeigneur. Terent. in And. 5.2.5, Herus eſt: quid agam? Ibidem, 1.2.4, Mirabar hoc ſi ſic abiret, & heri ſemper lenitas verebar quorſum euaderet.

Herus, pro herili filio, Le fils du maiſtre. Terent. in And. 1.3.3, Quantum intellexi modo ſenis ſententiā de nuptiis, quæ ſi non aſtu prouidentur, me, aut herum peſſundabunt.

Hera heræ, Maiſtreſſe. Terent. in Adelphis, 3.2.3, Nunc illud eſt, quod ſi omnes omnia conſilia ſua conferant, atque huic malo ſalutem quærant, auxilii nihil afferant, quod mihique, heræque, filiæque herili eſt. Idem in And. 4.3.2, Nihilne eſſe proprium cuiquam? dii veſtram fidem, ſummum bonum eſſe heræ putabam hunc Pamphilum.

Herilis & hoc herile, Appartenant au maiſtre, ou du maiſtre. Vt herilia imperia, Cōmēdemēts que le maiſtre faict. Plaut. in Amphit. 7.64, Non ſoleo ego ſomniculoſe herilia imperia perſequi.

Herilis filius, Le fils de mon maiſtre. Terēt. in Eunucho, 2.2.58, Sed video herilem filiū minorē huc aduenire. Idem in And. 3.4.23, Herum fefelli, in nuptias cōieci herilem filiū.

HESTERNVS, heſterna, heſternū, Qui eſt dhier. Plau. in Perſa, 3.22, Nūc huc introibo, viſam heſternas reliquias. Terent. in Eunuch. 5.4.17, Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent. Plin. in Paneg. 107, Quotuſquiſque principum antecedentiū, honorem iſtū aut conſulatui habuit, aut populo? non alii marcidi ſomno, heſternáque cœna redundantes, comitiorum ſuorum nuntios opperiebantur?

HEV, Interiectio dolentis, Nominatiuo, datiuo, accuſatiuo, & vocatiuo iungitur.

Heu, nominatiuo. Virg. Heu pietas, heu priſca fides. Sunt qui vocatiui caſus eſſe dicant PIETAS, hoc loco.

Heu, datiuo. Plau. in Milite, 20.32. Heu mihi, nequeo quin fleam. Idem in Merc. 12.76, Heu miſero mihi, ſi ille abierit, mea omnes dicant eſſe ignauia. Ibidem, 15.2, Heu miſeræ mihi: hem cui te, & quæ tu habeas, commendas viro?

Heu, accuſatiuo. Plaut. in Bacch. 20.66, Heu literas minutas. Mon dieu, que ces lettres ſont petites. Idem in Milite, 14.73, Heu ecaſtor hominē periurū. Idem in Trucul. 14.18, Heu ædepol hominē nihili. Terēt. in And. 4.1.22, Heu me miſerū, qui tuū animū ex animo ſpectaui meo. Plau. in Menæh. 17.111, Heu hercle morbū acrē & durū. di voſtrā fidē.

Heu, vocatiuo. Terent. in Eunucho, 1.2.74, Heu noſter, laudo, tandem perdoluit: vir es.

Statius, Heu ſocii, nullæne manus, nulla arma valebunt?

Heu heu. Plaut. in Pſeud. 5.27, Heu heu quàm ego malis perdidi modis quod tibi detuli.

HEVS, Aduerbiū vocantis, Comme qui diroit, Eſcoute, viens ca viens, ou, hola, hau. Plau. in Amphit. 13.11, Heus vos, aperite hoc. heus ecquis hic eſt? Idē in Bacchid. 5.92, Atqui heus tu. N. quid vis? C. annulū gnati tui facito vt memineris ferre. Idem in Milite, 11.4, Heus Sceledre, niſi negotium, progredere ante fores: te vocat Palæſtrio. Terēt. in And. 3.3.48, Heus euocate huc Dauum. Idem in Eunucho, 4.1.10, Heus, inquit, puer, Pamphilā accerſe. Ibidem, 3.2.16, Heus iubete iſtos foras exire. Ibidem, 3.5.46, Venit vna, Heus tu, inquit, Dore, cape hoc flabellum.

Sed heus. Terent.in Eunucho,3.1.44,Sed heus tu,purgón' ego me de iſtac Thaidi,quòd eam me amare ſuſpicatur? Ibidem,2.1.11,Sed heus tu.P.quid vis?PH.cenſén' poſſe me obſirmare,perpeti ne redeam interea?

Heus, Significationem habet nominis ad intentionem, conſyderationémque reuocandi,vt inquit Donatus. Terẽt.in And.4.1.11,Heus proximus ſum egomet mihi. Idem in Eunucho,2.2.45,Hoc nunc dices,eiectos hinc nos.omnium rerum heus viciſſitudo eſt. Gallice dicitur,Eſcoute,tu ſces bien que on ne peult pas touſiours eſtre en vng lieu.

Heus,dolentis eſt aliquando.Virg.Heus etiam menſas conſumimus,inquit Iulus.

Heus heus. Terent.in Heaut.2.3.107,Verum hercle iſtuc eſt,Syre,Syre inquam, heus heus Syre. Idem in Adelph.2.4.17,Heus heus Syre.s.hem,quid eſt? Ibidem,4.4.25,Heus heus AEſchinus ego ſum,aperîte aliquis actutum oſtium. Idem in Eunucho,3.3.24, Nõ hercle veniam tertio.heus heus.P.hic quis eſt?c.ego ſum Chremes.P.ô capitulum lepidiſſimum. Ibidem,2.3.45,Heus heus tibi dico,Chærea,inquit.

Heus,à græco ἅι venit,authore Feſto Pompeio.

H I

HIBISCVS hibiſci,m.g.vel hibiſcũ,n.g. Herba nõ diſſimilis maluæ,vt inquit Theophraſtus,folio maiori quàm maluæ,piloſioríque caule.Vſus eius eſt ad rupta & tuſſes. Plin.lib. 19.cap.v,Hibiſcum à paſtinaca gracilitate diſtat:damnatum cibis, ſed medicinæ vtile. Virgilius pro iunci ſiue viminis genere accipit,cum dicit,Viridi compellere hibiſco.

HIC,huius,Pronomen demonſtratiuum:Ceſtuy cy qui eſt aupres de moy,ou de qui ie parle. Terent.in Eunucho,3.1.33,Vnà in conuiuio erat hic quem dico,Rhodius adoleſcentulus. Plaut.in Amphit.4.248,Hic homo ſanus nõ eſt. Idem in Trinũmo,15.17,Hic homo eſt omnium hominum præcipuus,voluptatibus,gaudiiſque anteponendus. Terent in Eunucho,5.6.15,Tum quam fidicinam amat hic Chærea? Idem in And.1.1.85,Quid ſi ipſe amaſſet?quid mihi hic faciet patri? Idem in Eunucho,3.3.2,Nimirũ dabit hæc Thais mihi magnum malum.

Hic,Moymeſme.Terent.in And.1.2.12,Tu ſi hic ſis,aliter ſentias.Donatus,Hic,ſeipſum oſtendens dicit.& eſt HIC pronomen.

Hic dies,Ce iourdhuy.Terẽt.in And.1.1.75,Hac fama impulſus Chremes,vltrò ad me venit,vnicam gnatã ſuam cum dote ſumma,filio vxorem vt daret.placuit:deſpondi.hic nuptiis dictus eſt dies. Ibidem,1.2.18,Hæc dies aliam vitam affert,alios mores poſtulat. Menſis hic. Terent.in Adelphis,3.4.29,Virgo ex eo compreſſu grauida facta eſt menſis hic decimus eſt.

Puer hic vnde eſt?Terent.in And.4.5.9. Quid hic vult?Terẽt.in And.1.2.13. Hic quis eſt?c.ego ſum Chremes.Terent.in Eunucho,3.3.24.

Hic,ille.Terent.in Eunucho,3.1.53,Si laudabit hæc illius formã,tu huius cõtrá. Ibidem, 4.4.14,Ne comparandus hic quidem ad illum eſt.ille erat honeſta facie & liberali.

Hæc ea eſt. Terent.in Eunucho,4.6.14,Nam hæc ea eſt quam miles à me vi nunc ereptum venit.

Hic ipſus eſt de quo agebam. Terent.in Adelphis,1.1.53,Sed éſtne hic ipſus de quo agebã?

Hic meus carnifex. Terent.in And.4.1.26,Neſcis quantis in malis verſer miſer,quãtáſque hic ſuis conſiliis mihi confecit ſolicitudines meus carnifex. Idem in Adelphis,4.5.17, Hic meus amicus,illi genere eſt proximus. Idem in Eunucho,2.3.52,In hãc noſtram plateam commodum huc ſe aduorterat.

Hanc tuam,pro iſtam. Terent.in And.3.2.30,Prorſus à me opinionem hanc tuam ego eſſe amotam volo.

Hic ſomnus eſt mihi:Ceſt ma maniere de dormir ainſi. Plau.in Curcul.4.29,Quin tu is dormitũ?PH.dormio,ne occlamites.PA.tu quidẽ vigilas.P.at meo more dormio,hic ſomnus eſt mihi.

Hæc illa. Terent.in And.1.1.99,Hinc illæ lachrymæ,hæc illa eſt miſericordia.

Hæc pictura. Terẽt.in Eunucho,3.5.36,Suſpectans tabulam quandam pictam,vbi inerat pictura hæc,Iouem quo pacto &c.

Hæc vna ſpes. Terẽt.in Eunucho, 2.3.4,Vna hæc ſpes eſt,vbi vbi eſt,diu celari non poteſt. Ibidem.5.2.13,Vnam hanc noxiam mitte:ſi aliam vnquam admiſero,occidito.

Ad hanc manum. Terent.in Adelphis,4.2.38,Eſt ad hanc manum ſacellum:ibi angiportum propter eſt.

Hac re, Par ainſi, En ce point, Par ce moyen. Terent. in Eunucho, 1.2.92, Quanquã illam cupio abducere, atque hac re arbitror id fieri poſſe maxime. Ibidem, 4.4.56, Hac re & omni te turba euolues, & illi gratum feceris.

Hoc, Cecy de quoy ie parle, ou que ie veulx dire, ou cecy que ie tiens, ou qui eſt aupres de moy. Terẽt. in Eunucho, 4.4.27, Agedum hoc mihi expedi: primũ, iſtam quã habes, vnde habes, veſtem? Ibidem, 1.2.50, Hoc agite amabo, Mater mea &c.

Hoc alterum. Terẽt. in Eunucho, 5.4.7, Eam confeci ſine moleſtia, ſine ſumptu, ſine diſpendio. tum hoc alterum, id verò eſt quod mihi puto palmarium.

Hoc aliud. Terẽt. in Eunuch. 5.9.11, Iã hoc aliud eſt quod gaudeamus, Miles pellitur foras.

Hoc amplius. Terent. in And. 1.1.4, Quid tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius? Que te pourroye ie faire dauantage?

Hoc ætatis. Plaut. in Bacchid. 5.108, Cenſebam me effugiſſe à vita maritima, ne nauigarem tandem hoc ætatis ſenex.

Hoc biduum. Terent. in Eunucho, 1.2.107, Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum.

Hoc confiteor. Terent. in And. 3.5.1, Perii. P. atque hoc cõfiteor, iure obtigiſſe. Ibidem, 5.2.59, Crede hoc meæ fidei, dabit hic aliquam pugnam denuo.

Hoc dic. Terent. in Eunucho, 4.6.28, Hoc dic modo, ſororem illam tuam eſſe, & te paruam virginem amiſiſſe, nunc cognoſſe. Ibidem, 2.2.44, Hoc nunc dices, eiectos hinc nos.

Hoc ſcio. Terent. in And. 3.2.26, Hoc ego ſcio vnum, neminem peperiſſe hic.

Hoc eſt patrem eſſe? Terent. in Adelphis, 4.5.74, Quid hoc negotii? hoc eſt patrem eſſe, aut hoc eſt filium eſſe?

Hoc eſt ſigni, vbi primum poterit, ſe illinc ſubducet ſcio. Terent. in Eunucho, 4.1.14. Ce ſignifie que incontinent quelle pourra &c.

Hoc facito. S. rectè ſanè. D. hoc fugito. S. callidè. D. hoc laudi eſt. S. iſtæc res eſt. D. hoc vitio datur. S. probiſſimè. Terẽt. in Adelphis, 3.3.63. Ibidem, 3.3.71, Cõſeruis ad eundem illis præcipio modum: hoc falſum eſt, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt parum, iſtud rectè.

Hoc hominis. Terent. in Eunucho, 3.4.8, Quid hoc hominis? quid hic ornatus eſt? quid illud mali eſt? Quelle ſorte dhomme eſt ce la?

Cum tanto munere hoc. Terent. in Eunucho, 2.3.61, Quis is eſt tam potens, cum tanto munere hoc? Du quel tu me parles.

Idem hoc tu ais? Terent. in Eunucho, 4.7.40.

Hoc modo. Plau. in Trucul. 19.25, Quis illic homo eſt? P. quem ecaſtor mage amo quàm te. M. quàm me! quomodo? P. hoc modo, vt moleſtus ne ſis. Ainſi. Terent. in And. 5.3.28, Hoc modo te obſecro, vt ne credas à me allegatum hunc ſenem.

Hoc morbi. Terent. in Eunucho, 2.1.19, Di boni, quid hoc morbi eſt! adeóne homines immutarier ex amore, vt non cognoſcas eundem eſſe?

Hoc noctis, & hoc lucis. Plaut. in Amphit. 4.13, Qui hoc noctis à portu ingratis excitauit, nónne idem hoc lucis me mittere potuit?

Hoc niſi fit, vt. Terẽ. in And. 3.2.36, Hoc niſi fit, puerũ vt tu videas, nihil mouẽtur nuptiæ.

Hoc nouum eſt aucupium. Terent. in Eunucho, 2.2.16.

Hoc opus eſt. Terẽt. in And. 4.2.21, Hoc ego tibi profecto effectũ reddã. P. iã hoc opus eſt.

Hoc patrium eſt. Terent. in Adelphis, 1.1.49, Hoc patrium eſt, potius conſueſcere filiũ ſua ſponte rectè facere. Idem in Adelphis, 4.7.7, Hoc peccatum eſt in virginem ciuem.

Hoc plus facies. Terent. in Eunucho, 2.1.15, Vigilabis laſſus, hoc plus facies. Tu feras cela dauantage.

Hoc primùm. Terent. in And. 1.1.19, Hoc primum in hac re prædico tibi, quas credis eſſe has, non ſunt veræ nuptiæ.

Hoc primum eſt. Terent. in Adelphis, 4.4.23, Nunc hoc primum eſt, ad illas ibo vt purgem me, accedam ad fores.

Primum hoc. Terent. in Eunucho, 4.7.22, Thais, primùm hoc mihi reſponde, cum tibi do iſtam virginem, dixtin' mihi hos dies ſoli dare te?

Hoc eſt quòd. Plau. in Aſin. 16.14, Hoc ecaſtor eſt, quòd ille it ad cœnam quotidie. Ceſt cela qui le faict aller la ſoupper tous les iours. Idem in Merc. 15.12, Pol hoc eſt ire quòd rus vir meus noluit. Idem in Menæch. 24.77, Hoc erat quòd hæc meretrix huius te vocabat nomine. Ceſtoit cela pour quoy. &c. Idem in Pſeud. 22.8, Quid opus, me multas agere ambages? hoc homini eſt quamobrem vitam amet.

Hoc quid ſit. Terẽt. in And. 1.2.20, Dehinc poſtulo, ſiue æquum eſt te oro Daue, vt redeat iam in viam. D. hoc quid ſit. S. omnes qui amãt, grauiter ſibi dari vxorem ferũt. Ie ne ſcay que tu veulx dire par cela. Idem in Eunucho, 4.3.2, Perii, hoc quid ſit vereor.

Vel hoc quis. Terent. in And. 3.2.9, Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te eſſe ortũ?

Hoc ſceleris. Terent. in Eunucho, 2.3.34, Quid hoc ſceleris? Hoc villi. Terent. in Adelphis, 5.2.11, Quid ego nunc agam? aliquò abeam, atque edormiſcam hoc villi.

Hoc vnum. Terent. in Eunucho, 5.2.38, Imò ita quæſo vnum hoc ſcito, contumeliæ nõ me feciſſe cauſſa, ſed amoris. Ibidem, 5.9.54, Vnum etiam hoc vos oro, vt me in veſtrũ gregem recipiatis.

Hoc tu facito. Terent. in Adelphis, 3.4.55, Sed Demea hoc tu facito tecum animo cogites, quàm vos facillime agitis. &c.

Hoc tibi debeo, conari. Terent. in And. 4.1.51, Ego Pamphile hoc tibi pro ſeruitio debeo, conari manibus, pedibus, noctéſque & dies, capitis periculum adire, dum proſim tibi.

Hoc verè dicunt. Terent. in Adelphis, 1.1.3, Profecto hoc verè dicunt, ſi abſis vſpiam, aut vbi ſi &c.

Hoc vtrunque. Terent. in Eunucho, 1.2.41, Vtrunque hoc falſum eſt, effluet.

Hoc pro hic. Terent. in Phor. 1.4.32, Hoc nihil eſt Phædria: ilicet, quid cõterimus operam fruſtrà? Donatus, Vtrum HOC relatiuum? an HOC cum contemptu, pro hic Antipho nihil eſt. Sic Cicero, in Verrinis, Etſi hoc neſcio quid nugatorem ſciebam. pro, hunc.

Huius non faciam. Terent. in Adelphis, 2.1.9, Hanc iniuriam mihi nolle factam eſſe, huius non faciam. crede hoc, ego meum ius perſequar. Il ne men chault pas dung feſtu, de cela.

His legibus: Par telles conditions. Plaut. in Aulul. 6.30, His legibus cum tu dare vis, cedo, nuptias adorna. His moribus: Qui ſoit ainſi morigine, Qui ait telles conditions. Terẽt. in And. 2.3.21, Patri dic velle, vt cum velit, tibi iure iraſci non queat. nam quod tu ſperes propulſabo facile: vxorem his moribus dabit nemo.

Hicce hæcce hocce, Idem eſt quod hic hæc hoc. Terent. in Eunucho, 2.2.38, Hice hoc munere arbitrantur ſuam Thaidem eſſe. Idem in Adelphis, 3.2.31, Satin' hoc certo? G. certe: hiſce oculis egomet vidi, Soſtrata. De mes propres yeulx cy. Idem in And. 3.5.18, Nãque hocce tempus præcauere mihi me, haud te vlciſci ſinit. Plaut. in Capt. Hice talem inter ſe cõfinxerunt dolum.

Hiccine, hæccine, hoccine, Id eſt, talis. Semper cum interrogatione. Terẽt. in Hecyra, 1.1.13, Vtine eximium neminem habeam? S. neminem. nam nemo illorum quiſquam, ſcito, ad te venit, quin ita paret ſeſe, abs te vt blanditiis ſuis quàm minimo pretio ſuã voluptatẽ expleat. hiſcine tu amabo, non contrà inſidiabere? Donatus, ἐρώτησις, interrogatio. Id eſt, talibus. Idem in Adelphis, 4.5.76, Hic non amandus? hiccine non geſtandus in ſinu eſt? Idem in Eunuch. 4.7.1, Hanccine ego vt contumeliam tam inſignem in me accipiam gnato? Idem in Adelphis, 4.7.40, Hanccine vitam? hoſcine mores? hanc dementiam? Plaut. in Curcul. 4.45, Hoccine fieri vt immodeſtis hic te moderere moribus? Eſt ce ainſi que &c.

Hiccine eſt Simo? Terent. in And. 5.4.4, Sed hiccine eſt Simo? CH. hic eſt. Mais neſt ce point la Simo?

Hoccine credibile eſt, aut memorabile, tanta vecordia innata cuiquam vt ſiet, vt malis gaudeant, atque ex incommodis alterius ſua comparent vt commoda? Donatus, Totum hoc in pronuntiatione. hoc enim genus interrogationis, vim negandi exprimit.

Hîc, aduerbium in loco, Icy ou ie ſuis. Terent. in Eunucho, 5.2.52, Iam frater ipſe hîc aderit virginis. Ibidem, 4.6.5, Thais, ego iandudum hîc adſum. Ibidem, 5.6.5, Quem præſtolare Parmeno hîc ante oſtium? Idem in And. 4.2.31, Tu Myſis dum exeo, paruper opperire me hîc. Idem in Adelphis, 2.1.2, Nunc iam ilico hîc cõſiſte. Idem in Eunucho, 5.2.56, Viſne interea, dum is venit, domi opperiamur, potius quàm hîc ante oſtium? Ibidem, 2.1.24, Mirum ni ego me turpiter hodie hîc dabo. Idem in Adelphis, 2.1.15, Hîc propter hunc aſſiſte. Ibidem, 3.4.7, Vtinam hîc propè adeſſet alicubi.

Hîc, Vbi promiſerãt. Terẽt. in And. 4.1.13, Vbi fides eſt ſi roges, nihil pudet. hîc, vbi opus eſt, non verentur: illic, vbi nihil opus eſt, ibi verentur.

Hîc pro tum. Alors. aduerbiũ temporis. Terent. in Hecyra, 1.2.92, Hîc animus partim vxoris miſericordia deuictus, partim victus huiuſce iniuriis, paulatim elapſus Bacchidi, atque huic trãſtulit amorem. Donatus, Hîc, pro tum. Virgilius, Hîc annis grauis, atque animi maturus Alethes. Idem in Eunucho, 2.2.8, Hîc ego illum contempſi præ me. &c.

Idem in And. 2.3.15, Cedo quid iurgabit tecum? hîc reddes omnia, quæ nunc ſunt certa ei conſilia, incerta vt ſient, ſine omni conſilio. Donatus, Hîc, aduerbium loci non eſt, ſed aduerbium temporis.

Hîc, En telle affaire, ou par telles choſes. Plaut in Bacchid. 2.4, Iandudum Piſtoclere tacitus te ſequor, ſpectans quas tu res hoc ornatu geras. nanque ita me di amẽt, Lycurgus, vt mihi quidem videtur, poſſet hîc ad nequitiam adducier.

HILARIS, & hoc hilare, Ioyeulx, & gay. Plaut. in Epid. 9.33, Illam ridibundam atque hilarem huc adduxi ſimul. Horatius, Oderunt hilarem triſtes, triſtémque iocoſi. Terent. in Eunucho, 4.5.5, Certe tu quidem pol multò hilarior.

Hilarem diem ſumere. Terẽt. in Adelphis, 2.4.23, Quãdò hoc bene ſucceſſit, hilarem hunc ſumamus diem.

Hilare ingenium, Ioyeuſe chiere. Plaut. in Moſtell. 5.4, Nunc comeſſatum ibo ad Philolacheten, vbi nos hilari ingenio & lepido accipiet.

Hilarus, hilara, hilarum, antiquè à Plauto, Terentio, & Cicerone dictũ, inquit Donatus. Plau. in Milite, 16.62, Hilarus exit, impetrauit: inhiat quod nuſquam eſt miſer. Terẽt. in Adelphis, 4.7.38, Ita vti decet, hilarum ac lubentẽ, fac te in nati nuptiis. Ibidem, 5.3.56, Hodie modo hilarũ fac te. Hilara vita. Cic. de fin. bon. & mal. lib. v. Semper enim ex eo quod maximas partes continet, latiſſimèque funditur, tota res appellatur. Dicimus aliquem hilare viuere: igitur ſi ſemel triſtior effectus eſt, hilara vita amiſſa eſt? Idem Attico, lib. 16, Hunc tu tralatum & in Macrocollũ lege in arcano conuiuis tuis: ſed ſi me amas, hilaris, & bene acceptis.

Hilaritas, hilaritatis, Ioyeuſete, gaillardete. Cic. Dolabellæ, Sed tamen hilaritas illa noſtra & ſuauitas, quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnis eſt.

Hilare, aduerbium. Ioyeuſement. Cic. de finibus bon. & mal. lib. v, Dicimus aliquem hilare viuere: igitur ſi ſemel triſtior effectus eſt, hilara vita amiſſa eſt? Idem de Orat. Quis vnquam res, præter hunc, tragicas penè comice, triſtes remiſſe, ſerias hilare. Afranius Priuigno, Et propter patruelem tuam conſtituit, hilare anhelans deiecta coma.

Hilariſſime. Plaut. in Menæh. 4.38, Ecquid audes de tuo iſtuc addere? p. atque hilariſſime.

Hilaritus, pro hilariter dixit Plautus in Milite, 10.82, Es, bibe, animo obſequere mecum, atque onerato hilaritus me.

Hilaro hilaras, hilarare, Lætitiam, iucunditatémque dare, lætificare, Reſiouyr. Cic. lib. 2. de finib. Omnem iucundum motum quoquo ſenſus hilaretur, ἡδονὴν, latinè voluptatem vocãt.

Hilareſco hilareſcis, hilareſcere, Hilarem fieri. Varro epiſtol. latin. lib. 1, In votum amicorum domus fumat, hilareſco.

Hilaria hilariorum, pluraliter tantum, n. g. antiqui diem æquinoctii verni colentes appellarũt, vt inquit Macrobius. Octauo Calend. Aprilis. quo fit æquinoctium vernum, quo primũ tempore ſol diem longiorem nocte protendit.

HILLA hillæ, Inteſtinũ tenue fartũ eſt, ab hilum, quod eſt minimũ, inquit Varro de lingua latina, lib. 4. Plaut. Atque hillas infumatas, & ſumen.

Hillæ, pro falſis inteſtinis, vel fartis falſitiis, aut lucanicis accipi ſolent. Horatius, Perna magis an magis hillis flagitat immorſus refici.

HILVM hili, n. g. Nigrum illud putatur quod in ſummitate fabæ adhæret, inquit Feſtus.

Hilum, pro breui, exiguóque ponitur, authore Nonio. Lucil. lib. 30, Quod tuas laudes culpes, non proficis hilũ. Cic. lib. 1. Tuſcul. Tum illud quod Syſiphus verſat ſaxum, ſudans nitendo, neque proficit hilum.

HINC, aduerbium de loco. Dicy ou ie ſuis. Plaut. in Amphit. 8.8, Atque is repente abiit à me hinc ante lucem: ſola hic mihi nunc videor. Terent. in Adelphis, 4.4.9, Nam vt hinc forte ea ad obſtetricem erat miſſa vbi eam vidi, ilico accedo.

Hinc ab leua. Plaut. in Milite, 10.13, Sed ſpeculabor, ne quis aut hinc ab leua, aut ab dextera, noſtro concilio venator aſſit Auritis plagis. Terẽt. in And. 4.4.13, Ego quoque hinc ab dextera venire me aſſimulabo.

Hinc ab ianua. Terent. in And. 4.5.20, Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua. De ceſte porte cy.

Hinc ciuis eſt. Terẽt. in And. 5.1.14, Illam hinc ciuem eſſe aiunt. Idem in Eunucho, 5.5.10, Scis eam hinc ciuem eſſe, & fratrem eius apprime nobilem. Citoyenne de ceſte ville.

Hinc empta. Terẽt.in Adelphis,2.2.22,Emptæ mulieres complures,& item hinc alia,quæ porto Cyprum.

Hinc eo.Terent.in Eunucho,3.2.12,Cur non imus hinc? Ibidem,3.5.32,Ad cœnã hinc eo. Idem in Heaut.2.3.99,Ibo obuiam hinc,dicam vt reuortantur domum.

Hinc euoca aliquem foras. Terent.in Eunucho,2.2.52,Num quem euocari hinc vis foras?

Hinc ex Attica abrepta. Terent.in Eunucho,1.2.30,Ibi tum matri paruulam puellam dono quidam mercator dedit ex Attica hinc abreptam.

Hinc ex proximo:Dicy aupres. Plaut.in Aulul.14.6, Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo?

Hinc ex ara,De ceſt autel. Terent.in And.4.4.5,Ex ara hinc ſume verbenas tibi.

Hinc intrò concedam. Terent.in Eunucho,1.1.126,Concedam hinc intrò,atque expectabo dum venit.

Hinc illuc. Terent.in Adelphis,2.2.17,Coemiſſe hinc quæ illuc veheres multa.

Hinc illinc venit:De ca & dela,de coſte & dautre il vient,Ceſt vng coureur. Terẽt.in Adelphis,4.5.39,An ſedere oportuit domi virginem tam grandem,dum cognatus hinc illinc veniret,expectantem?Iuſques a tant quil vint de ie ne ſcay ou?

Hinc & illinc exhibent mihi negotium,Ils me baillent fort a faire de toutes pars.Plaut.in Moſtell.8.36,Næ ego ſum miſer,ſceleſtus,natus diis inimicis omnibus, iam illo præſente adibit me.næ ego ſum miſer,ita & hinc & illinc mihi exhibent negotium.

Hinc inde.Plin.epiſt.210.a,Incidi in materiam veram, ſed ſimillimam fictæ, dignámque iſto lætiſſimo,altiſſimo,planéque poetico ingenio:incidi autem,dum ſuper cœnam varia miracula hinc inde referuntur. De cy,de la.De coſte & dautre. Idem epiſt.190.d,Longum eſt omnia quæ tunc hinc inde iacta ſunt,recenſere.

Hinc loci mei. Terent.in Eunucho,2.2.4,Conueni hodie adueniens quendã mei loci hinc, atque ordinis hominem haud impurum.Qui eſtoit dicy de mon quartier,ou ville.

Hinc,Ex hac cauſſa. Terent.in And.1.1.99,Percuſſit ilico animum.atat,hoc illud eſt,hinc illæ lachrymæ,hæc illa miſericordia.De cela,ou pour cela plouroitil. Plau.in Milite,6.23,Nunc cruribus,capitíque fraudem capitalem hinc creas.

Hinc,Ex hoc,vel illo. Terent.in Adelphis,3.3.7,Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum aliquò, perſuaſit ille impurus,ſat ſcio. Sed eccum Syrum ire video. hinc ſcibo iam vbi ſiet.Ie ſcauray de luy ou il eſt.

HINNIO hinnis,hinniui,hinnitum,hinnire,Hennir.Proprium eſt equorum.

Hinnitus,hinnitus,hinnitui,m.g.Henniſſement.Hinnitus,equorum eſt,inquit Feſtus.

Hinnulus hinnuli,m.g. diminutiuum ab hinnus. Eſt fœtura ceruorum,capreolorũ,caprarũ, dammarum,leporum,ſimiliúmque.

Hinnulus dicitur etiã qui patre equo,matre aſina natus eſt,quem quidã burdonẽ nominãt.

Hinnus hinni,m.g. Varro de re ruſtica lib.2.cap.8, Muli & hinni bigeneri atque inſitii:non ſuopte genere ab radicibus.ex equa enim & aſino fit mulus.contrà,ex equo & aſina hinnus. vterque eorum ad vſum vtilis,partu,fructu,ventre. Ibidem paulò pòſt,Hinnus qui appellatur ex equo & aſina,minor eſt quàm mulus corpore, plerũque rubicũdior,auribus vt equi, iubam & caudam ſimilem aſini.Item in ventre eſt(vt equus)menſes duodecim.hoſce item vt equulos & educant & alunt, & ætatem eorum ex dentibus cognoſcunt. Columella lib.7. cap.37,Qui ex equo & aſina concepti generantur,quamuis à patre nomen traxerint,quòd hinni vocantur,matri per omnia magis ſimiles ſunt.

HIO hias,hiare,Ouurir la bouche,baailer.

Hiare,Sponte,vel aliqua vi externa aperiri ſiue ſcindi,vt ligna hiant ariditate,& tellus æſtu. Salluſt.lib.4,Atque hiauit humus multa,vaſta,& profunda.

Hiare flores dicuntur,cum aperiuntur. Propertius lib.4,Nec flos vllus hiat pratis quin ille decenter Impoſitus fronti langueat ante meæ.

Hiare,Mirari,ſtupere,dubitare.Virg.lib.6,Incertus clamor fruſtratur hiantis. Idem,Hinc plauſus hiantem Per cuneos geminatus enim plæbiſque patrúmque.

Hiatus hiatus hiatui,m.g.Vne grande ouuerture qui ſe faict en la terre,ou autre choſe. Virg. Immanis hiatibus hydra. Plin.lib.2.cap.80,Varie itaque quatitur & mira eduntur opera, alibi proſtratis mœnibus,alibi hiatu profundo hauſtis.

Hiſco hiſcis,Vide loco ſuo.

HIPPACO hippacas, hippacare, Eſt celeriter animam ducere: ab equi halitu, qui eſt ſupra modum acutus. Feſtus.

HIPPICE hippices, f.g. de qua Plinius lib. 25. cap. 8, Scythia, eam quæ Scythice vocatur, circa Bœotiam naſcens, prædulcis. Aliam quoque ampliſſimã quam Spartaniam vocant. magna & ea cõmendatio, quòd in ore eam habentes, famem, ſitimque non ſentiunt. Idem præſtat apud eos hippice dicta, quòd in equis quoque eundem effectum habeat.

HIPPODROMVS hippodromi, m.g. Locus ad curſus equorũ diſpoſitus, qui ſtatim intrãtiũ oculis totus ſimul offertur, hinc atq; hinc platanos, aut buxos, aut cupreſſos, aut alias arbores perpetuo virẽtes habens. In quo de pernicitate equorũ certatur, citra ſimulachrũ pugnæ. & à curſu equorũ appellatur. Græci enim ἵππον equum vocant, δρόμον curſum. Plaut. in Bacchid. 8. 27, Saliendo ſe exercebãt magis quàm ſcorto, aut ſauiis. ibi ſuam ætatem extendebant, nõ in latebroſis locis. Inde de hippodromo & palæſtra, vbi reueniſſes domũ, cincticulo præcinctus, in ſella apud magiſtrum aſſideres. Idem in Ciſtell. 7. 7, Dico ei quo pacto eam ab hippodromo viderim herilem filiam noſtram ſuſtollere.

HIPPOCAMPVS hippocampi, equus marinus, inquit Nonius, à flexu caudarum quæ piſcoſæ ſunt.

HIPPOMANES, n.g. indeclinabile. compoſitũ ab ἵππος, equus, & μανία furia, vel inſania. Seruius ſcribit eſſe virus ex equarum inguinibus defluens, quo tẽpore feruntur in amoris furorem: quod in humana viſcera deſcendens, furorem facit. Virg. lib. 3. georg. Hinc demum hippomanes vero quod nomine dicunt Paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus. Plin. lib. 8. cap. 42, Et ſanè equis amoris innaſci veneficium, hippomanes appellatũ, in fronte, carice magnitudine, colore nigro, quod ſtatim edito partu deuorat fœta, aut partum ad hubera non admittit, ſi quis præreptum habeat. olfactu in rabiem id genus agitur. Virg. Quæritur & naſcẽtis equi de fronte reuulſus, Et matri præreptus amor. Columella, lib. 6. cap. 27, Maxime itaque curandum eſt prædicto tempore anni, vt tam fœminis atque admiſſariis deſyderãtibus coeundi fiat poteſtas. Quoniam id præcipue armentum ſi prohibeas, libidinis extimulatur furiis. Vnde etiam veneno inditum eſt nomen ἱππόμανες, quòd equinæ cupidini ſimilem mortalibus amorem accendat.

HIRA hiræ, quæ diminutiue (inquit Feſtus) dicitur hilla, quam Græci dicunt ἐγκοίλιον, inteſtinum eſt quod ieiunum vocant.

HIRCQVVS hircqui, per c & q, m.g. angulus oculi. Virg. Tranſuerſa tuẽtibus hircquis. Id eſt, oculis in hircquos, hoc eſt in angulos oculorum retortis. Tractum eſt autem ab oculis hircorum, qui ob libidinis ardorem, tranſuerſum ſemper aſpiciunt.

HIRCVS hirci, m.g. per c, vel per q, ſcribitur. Caper caprarum admiſſarius. Vng bouc. Plaut. in Moſtell. 2. 39, Te Iuppiter diique omnes perdãt, oboluiſti alliũ, germana illuuies, ruſticus, hircus, hara ſuis. Ad hominem tranſtulit immundũ & libidinoſum. Idem in Caſina, 12. 21, Quid ego nunc faciam? flagitium maximũ feci miſer propter operam illius improbi hirci edentuli.

Hircinus, hircina, hircinum, vel hirquinus, Appartenãt a vng bouc. Vt hirquina barba. Plaut. in Pſeud. 15. 12, Heus tu qui cum hirquina aſtas barba, reſpõde quod rogo. Apuleius. Homo ſordidus & hircina libidine fœtens.

Hircoſus hircoſa hircoſum, Quod hircinũ odorem fœtet. Plaut. in Merc. 11. 14, Cum ſis iam ætatis plenus, anima fœtida, ſenex hircoſus, tu oſculêre mulierem &c. Perſius, Hic aliquis de gente hircoſa centurionum.

HIRSVTVS hirſuta hirſutum: Ab horreo & ſeta dicitur, quaſi horrens ſetis. Velu, ou pelu. Vne beſte qui ha force ſoie ſur ſon corps.

HIRTVS hirta hirtum, Idem quod hirſutus. Virg. lib. 3. georg. Hirtáſque capellas.

HIRVDO hirudinis, f.g. Vne ſanſue. Plin. Hirudinũ quas ſanguiſugas vocant, ad extrahẽdum ſanguinem vſus eſt. Plautus in Epid. 5. 5, Iam ego me vortam in hirudinem, atque horum exugebo ſanguinem. Horatius de arte poetica, Nõ miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo.

HIRVNDO hirundinis, f.g. Auis nota, Vne harundelle. Plin. lib. 10. cap. 24, Abeunt & hirundines hybernis menſibus, ſolã carne veſcens auis ex iis quæ aduncos vngues nõ habẽt: ſed in vicina abeunt, apricos ſequutæ montiũ receſſus, inuentæque iam ſunt ibi nudæ atque deplumes. Plaut. in Aſin. 12. 104, Dic igitur me te anaticulam, columbam, vel catellum, hirundinem. &c.

Hirundininus hirundinina hirundininum: Quod ad hirundinem pertinet. Plaut. in Rud. 15. 6, Mirum atque insitum somniaui somnium: ad hirundininum nidum visa est simia ascensionem vt faceret, admolirier. &c.

HISCO hiscis, hiscere, Inchoatiuum verbum, ab hio hias. Proprie est oris humani, cum videlicet præ somno aut tædio os aperiũt homines. Baailer, de sommeil que on ha, ou dennuy. Hiscere, submisse loqui, siue os ad loquendũ aperire. Plaut. Ne hiscere quidem audet. Virg. Vix pauca furenti Subiicio, & raris turbatus vocibus hisco. Plin. in Paneg. 127, At quis antea loqui, quis hiscere audebat, præter miseros illos qui primi interrogabantur? Actius, Item vereor plus, quàm fas est captiuum, hiscere.

Hiscere, Stupere, mirari, dubitare. Næuius, Hiscit, dubius est quid agat.

Hiscere, pro aperiri aliquando reperitur. Plaut. in Pseud. 14.47, Tace, ædes hiscunt. P. credo animo male est ædibus. S. quid iam? P. quia ædepol ipsum lenonem euomunt. Ouid. Hiscere nempe tibi terra neganda foret.

Hiasco hiascis, hiascere apud Catonẽ de re rustica legitur, cap. 17, de nucibus loquẽtẽ, Vbi primum incipiunt hiascere, tum legi oportet. Quant elles cõmencẽt a sentrebaailer, a souurir.

Hisciacus hisciaca hisciacum, Qui nimium oscitat, Qui baaile trop souuent. Cato de re rust. cap. 123, Vinum ad hisciacos sic facito, De iunipero materiã crassam cõcidito minutim. &c.

HISPIDVS hispida hispidũ, Setosus, horridus. Virg. Cui laterũ tenus hispida nantis Frons hominem præfert.

HISTER histri, m. g. Hetrusco vocabulo, ludio vocabatur. Vnde histrio artifex ludionum, qui personatus in scena comœdias, tragœdiásque voce & corporis gestu agit. Ioueur de farce, & de ieulx semblables.

HISTORIA historiæ, Latinè narratio dicitur, & rerum gestarum expositio. Propriè est earum rerum narratio, quibus gerẽdis interfuerit is qui eas narrat. Vnde nomen habet ἀπὸ τοῦ ἱστορῆμ, quod est videre. Vne histoire, ou recit de ce que on a veu. Plau. in Menæh. 7. 23, In scirpo nodum quæris: quin nos hinc domum redimus? nisi si historiam scripturi sumus. Satis historiarum est? Auras tu tantost asses racõtes? auras tu tantos asses diuise & quaquette? Tu nous en conte de belles. Plau. in Bacchid. 2. 50, Pol metuo magis ne phœnix factis fiã tuis: tẽque ad patrem esse mortuum renuntiem. P. satis historiarum est? L. hic veri perdidit compendium.

HISTRIO histrionis, cõm. g. Vng bateleur, ioueur de farces, & dautres ieulx. Festus, Histriones dicti, quòd primũ ex Histria venerint. Liuius & Valerius, nomen histrionibus fuisse inditum scribunt, quia hister Thusco verbo ludio vocabatur. Plaut. in Amphit. 3. 91, Etiam histriones nannio in proscenio hic Iouem inuocarunt.

Histricus histrica histricum, Quod pertinet ad histrum vel histrionem. Vt imperator histricus, qui imperat histrionibus, præfectus histrionici chori. Plaut. in Pœnulo, 2. 4, Audire iubet vos imperator histricus: bonóque vt animo sedeant in subselliis, & qui furientes, & qui saturi venerint.

Histrionia histrioniæ, Ieu de batelerie, de farces, & dautres ieux semblables. Plaut. in Amphit. 3. 90, Quasi verò nouum nunc proferatur, Iouem facere histrioniam.

HISTRIX histricis, f. g. Animal, Gal. porc espis. Plin. lib. 8. cap. 35, Histrices generat India & Africa spina contectas, ac herinaceorũ genere, sed histrici longiores aculei, & cum intendit cutem missiles. Ora vrgentium figit canum, & paulò longius iaculatur. Hybernis autẽ se mensibus condit: quæ natura multis, & ante omnia vrsis.

HIVLCVS, hiulca, hiulcum, Fissus, & fathiscens. Qui est fendu & entrebaaile. Virg. Hoc, vbi hiulca siti findit canis æstifer arua.

Hiulca gens, Auida vel bilinguis & fallax. Plaut. in Trinummo, 6. 9, Noui ego hoc seculum moribus quibus sit: malus bonum malum esse volt: vt sit sui similis, turbant, miscent mores mali, rapax, auarus, inuidus, sacrum prophanum, publicũ priuatum habẽt: hiulca gens. hæc ego doleo, hæc sunt quæ excruciant.

H O

HOC, huius, pronomen. Vide HIC.

HODODOCOS, Latro, atque obsessor viarum, inquit Festus.

HODIE, Aduerbium temporis, Auiourdhuy. Plaut. in Asin. 16. 37, Censen' tu illum hodie primum ire assuetũ in ganeũ? Penses tu que ce soit dauiourdhuy seulemẽt? Idem in Capt. 6. 98, Nec quenquã fideliorẽ, neque cui plus credat, potes mittere ad eum, neque qui magis

ſit ſeruus ex ſentẽtia, neque adeò cui tuũ cõcredat filiũ hodie audacius, Pour le iour dauiourdhuy. Veu le temps de maintenant. Pour lheure preſente. Terẽt. in Eunucho, 5.9.1, O populares, ecquis me viuit hodie fortunatior? nemo hercle quiſquam.

Hodie, per comminationem dictum, authore Donato. Terẽt. in And. 1.2.25, Si ſenſero hodie quicquam in his te nuptiis fallaciæ conari.

Hodie nunquam. Terent. in Adelphis, 4.2.32, Scio vbi ſit, verum hodie nunquam monſtrabo. Donatus, Hodie, aut abundat: vt Virg. Nunquam omnes hodie moriemur inulti. Aut, nunquam hodie, pro, nullo tempore huius diei: quia nũquam, per ſe generale eſt. Terẽt. in Adelphis, 2.1.5, Quanquam eſt ſceleſtus, non committet hodie vnquam iterum vt vapulet. Ibidem, 4.2.13, Nunquam hercle hodie ego iſtuc committam tibi.

Hodiernus hodierna hodiernum, Dauiourdhuy.

HOI, Interiectio deplorantis. Terent. in Eunucho, 4.4.48, Obſecro te verò Phædria. PH. i intro. DO. hoi hei. PH. alio pacto quomodo hinc abeam, neſcio, actũ eſt ſiquidem. tu me hic etiam nebulo ludificabere? Idem in Phor. 4.3.58, Ager oppoſitus eſt pignori, ob decem minas, inquit. D. age, age, iam ducat, dabo. G. ædiculæ item ſunt ob decem alias. D. hoi hui, nimium eſt. C. ne clama, petito à me haſce decem.

HOLOCAVSTVM holocauſti, Hoſtia, quæ detractis extis integra aræ imponebatur, quaſi ὅλον καυστὸν, id eſt, totum combuſtum, aut totum igne abſumptum.

HOLOR holoris, Vide Olor.

HOLVS holeris, Vide Olus.

HOMELIVM homelii, Pilei genus, inquit Feſtus Pompeius.

HOMO hominis, cõm. g. Hõme. auſſi vne femme eſt appellee hõme. Terent. in Eunucho, 2.3.65, Imò ſi ſcias quod donum huic dono contrà comparet, tum magis id dicas. CH. quodnã quæſo hercle? P. eunuchum. CH. illúmne obſecro inhoneſtum hominem, quem mercatus eſt here, ſenem, mulierem? Donatus, Opportune hominem dixit, tãquã incerti ſexus. Plaut. in Ciſtell. 10.22, Intus paueo & formido foris, ita metus nunc vtrobique me agitat, illos hominis miſeræ miſereri. Cic. epiſt. lib. 4, Hoc idem, ſi tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas, paucis poſt annis ei moriendum, quoniam homo nata fuerat.

Homo, Mire additum, aut ſuperuacue. Terent. in Eunucho, 2.2.30, Ille vbi miſer videt me eſſe in tãtum honorem, & tam facile victum quærere, ibi homo cœpit me obſecrare, vt ſibi liceret diſcere id de me.

Homo additum, quum negatur familiaritas. Terent. in Adelphis, 1.2.31, Prò Iuppiter tu homo adiges me ad inſaniam.

Homo, comice additum. Terent. in Phor. 1.2.73, Eſt quidam paraſitus Phormio, homo cõfidens, qui (illum di omnes perdiunt). Donatus. Homo comice dictũ: nam quis ignoret paraſitum hominem eſſe? Ibidem, 2.1.2, Sed quid ceſſas hominem adire, & blande in principio alloqui?

Ita eſt homo. Terẽt. in Adelphis, 1.2.63, Nam ita eſt homo, cum placo, aduerſor ſedulo & deterreo. Il eſt de telle ſorte. Donatus, Homo dixit moraliter: ſic enim dicimus de iis, quos parce reprehendimus. vt alibi, Vt homo eſt, ita morem geras.

Habemus hominem. Terent. in Eunucho, 5.1.19, Hera mea, tace obſecro, ſaluæ ſumus, habemus hominem ipſum. Donatus, Mire hominem dixit, ut reum.

Nemo homo. Terent. in Eunucho. 3.5.1, Nunquis hic eſt? nemo eſt. nunquis hinc me ſequitur? nemo homo eſt. Idem in Adelphis, 2.3.6, Nũquam ita magnifice quicquam dicam, quin virtus id ſuperet tua. itaque hanc vnam rem me habere præter alios præcipuam arbitror, fratrem homini neminem eſſe primarum artium magis principem. Donatus, Quãuis per nemo, homo intelligatur, tamen addidit homo, vt veteres ſolent τῷ ἀρχαϊσμῷ. Cic. pro P. Sylla, Quare neque me peregrinũ poſthac dixeris: niſi forte regium tibi videtur ita viuere, vt non modo homini nemini, ſed ne cupiditati quidem vlli ſeruias.

Homo ſum. Ie ſuis fragille, Ie puis faillir. Terẽt. in Adelphis, 4.2.41, Vah, cenſen' hominẽ me eſſe? erraui. Idem in Heaut. 1.1.25, Homo ſum, humani à me nihil alienum puto. Plin. epiſt. 98.a, Aliquãdo præterea rideo, iocor, ludo: vtque omnia innoxiæ remiſſionis genera cõplectar, homo ſum. Idem epiſt. 189, Non interdũ facis quod filius tuus: ſi repente pater ille, tu filius, pari grauitate reprehẽdat? non omnes homines aliquo errore ducuntur? Idem epiſt. 84.

Homo es: Tu es vaillant. Plaut. in Epid. 10.57, Euge frugi Epidice, frugi es, bene pugnaſti,

homo es. Ibidem, 9.44, Ego ſi allegaſſem aliquem ad hoc negotiũ minus hominẽ quàm doctum, minúſque ad hanc rem callidum, os ſúblitum eſſet.

Homuncio homuncionis, diminutiuum, Vng petit homme. Terent. in Eunucho, 3.5.43, Ego homuncio non facerem?

Homunculus homũculi, diminutiuũ. Plaut. in Capt. 2.51, Homunculi quãti ſunt, cũ recogito?

Homulus, homuli, diminutiuũ. Plin. epiſt. 105, Homulus deinde noſter vſus vigilanter hoc cõſenſu ſenatus, ſententiæ loco poſtulauit, vt conſules deſyderium vniuerſorum notum principi facerent. Cic. in L. Piſonem, Sed quoniam præterita mutare non poſſumus, quid ceſſat hic homulus ex argilla & luto factus, Epicureus, dare hæc præclara præcepta ſapientiæ, clariſſimo & ſummo imperatori genero ſuo?

HONOR, vel honos, honoris, m.g. Aſpiratur ſecundũ Apuleiũ, vt differat ab Onos quod eſt aſinus. Reuerentia eſt quam alicui exhibemus in virtutis teſtimoniũ. Plaut. in Aulul. 14.4, Megadórus tentat me omnibus miſerũ modis, qui ſimulauit mei honoris mittere huc cauſſa coquos. Idem in Pœnulo, 9.25, Nos honoris tui cauſſa huc ad te venimus.

Honori eſſe. Cic. de Amicitia, 61, Vt ſi parentibus nati ſint humilibus, ſi propinquos habeãt imbecilliores vel animo vel fortuna, eorum augeant opes, eíſque honori ſint & dignitati.

Honor, Dignitas. Plaut. in Capt. 6.29, Quid, ipſus quo honore eſt illic? P. ſummo, atque ab ſummis viris. Cic. lib. 1, ad Cæſarem iuniorem, Tu cum ea quæ es è ſenatu ſummo cum honore tuo conſecutus.

Honore florere. Cic. pro P. Sextio, Sed vt extremũ aliquid habeat oratio mea, & vt ego antè dicendi finem faciam, quàm vos me attentè audiendi, concludam illud de optimatibus, eorúmque principibus, ac reip. defenſoribus, vóſque adoleſcentes, & qui nobiles eſtis, ad maiorum veſtrorũ imitationem excitabo: & qui ingenio & virtute nobilitatem poteſtis cõſequi, ad eã rationẽ in qua multi homines noui & honore & gloria floruerũt, cohortabor.

Honori habere. Salluſt. in Iugurtha, Neque eos qui ea fecêre, pudet aut pœnitet, ſed incedũt per ora veſtra magnifice, ſacerdotia & conſulatus, pars triumphos ſuos oſtentantes, périnde quaſi ea honori, non prædæ habeant.

Honoris cauſſa. Salluſt. in Iugurtha, Deinde vbi dies aduenit, & ei nuntiatum eſt Iugurtham haud procul abeſſe cum paucis amicis & quæſtore noſtro, quaſi obuius, honoris cauſſa procedit.

Honoribus vti. Salluſt. in Catil. Catullus ex petitione pontificatus odio incẽſus, quòd extrema ætate maximis honoribus vſus, ab adoleſcente Cæſare victus diſceſſerat.

Honor, Pulchritudo. Plaut. in Epid. 9.1, Honoris cauſſa modo homines æquum fuit ſibi habere ſpeculum, vbi os contemplarent ſuum. Virg. lib. 1, Et lætos oculis afflarat honores. Idem alibi, Frigidus & ſyluis aquilo decuſſit honorem.

Honor, Cultus, obſeruantiáque. Virg. lib. 6, Semper honore meo, ſemper celebrabere donis.

Honor, Pudicitia. Virg. Et rapti Ganymedis honores.

Honor, Hoſtia. Virg. Meritos aris imponet honores.

Honor, Præmium. Virg. Ipſis præcipue cultoribus addit honores.

Honor, Sepultura. Virg. Cernit ibi mœſtos, & mortis honore carentes.

Honor, Amor. Virg. Si quis amatæ Tangit honos animum.

Honorarius honoraria honorarium, Quod ad honorem pertinet.

Honorarius arbiter, Quem, honoris cauſſa, vtraque pars ſummum facit ſuæ cauſſæ & cõtrouerſiæ iudicem. Cic. lib. v. Tuſcul. Quorum controuerſiam ſolebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades.

Honorarius tumulus. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 1, Cæterum exercitus honorarium ei tumulũ excitauit: circa quem deinceps ſtatuto die quotannis miles decurreret, Galliarúmque ciuitates publice ſupplicarent. Quibus verbis ſignificat cenotaphium Druſo in Germania extructũ, cum corpus eius Romam deuectum eſſet. Sic vocari poſſunt hodie quas repræſentationes in anniuerſariis exequiis vocamus. Vng poale.

Honorarii ludi: antiqui liberalia dicebant, vt inquit Feſtus. Dicti honorarii, ab honore videlicet eorum qui munera ea populo edebant.

Honorarium, Donum erat quod conſulibus olim in prouincias aduenientibus honoris loco dabatur: qualia hodie principibus ſuas primũ vrbes ingreſſis porrigi, veluti bene ominãdi gratia, ſolent. Honorarium ob id dictum, quòd honoris cauſſa dabatur, non tanquam debitum exigebatur. Cic. in Piſonem, Qui modus tibi fuit frumẽti æſtimãdi, qui honorarii:

ſi quidem poteſt vi & metu extortum honorarium nominari. Quod cum peræque omnes, tum Bœotii, tum Byzantii, Theſſalonica ſenſit.

Honorarium, Id quod à decurionibus pro curiæ introitu dari ſolitum eſt. Plin. ad Traianum, Supereſt ergo vt ipſe diſpicias an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes qui deinde buleutæ leguntur, debeãt pro introitu dare. Ad quã epiſtolam reſcribẽs Traianus, Honorarium (inquit) decurionatus omnes qui in quaque ciuitate decuriones fiunt, inferre debeant, nécne, à me non poteſt ſtatui.

Honoraria opera. Cic. pro A. Cecinna, Quod quoniã iam in cõſuetudinẽ venit, & id viri boni veſtri ſimiles in iudicando faciunt, reprehẽdendũ fortaſſe minus, quærendum verò magis etiam videtur, ideò quòd omnia iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſſa reperta ſunt: quorum alterum leuius eſt, alterum eſt vehementiſſimum, quòd & ad grauiores res pertinet, & non honorariam operam amici, ſed ſeueritatem iudicis, ac vim requirit.

Honoro honoras, honorare, Honnorer, Auoir reuerence a aucun, & tenir conte de luy.

Honoratus honorata honoratũ, Qui eſt honnore, Qui eſt en hõneur. Cic. lib. 1. off. Dicendũ eſt etiam, qualem hominis honorati & principis domum placeat eſſe. Idem de Senect. 19, Manent ingenia ſenibus, modo permaneat ſtudiũ & induſtria: nec ea ſolum in claris & honoratis viris, ſed in vita etiam priuata & quieta.

Honoratus, Honeſtus. Suet. in Othone, cap. 1, Maiores Othonis ſunt orti oppido Ferentino, familia vetere & honorata, atque ex principibus Hetruriæ.

Honorificus honorifica honorificum, Quod honorem confert. Cic. Cælio, Honorificus in me conſul fuit, & ſuauis amicus.

Honorificentia honorificentiæ, Vnde honorificentiſſimus.

Honorificentiſſime, Aduerbium. Honorifiquement. Cic. Aulo Cæcilio, In quo admirari ſoleo grauitatem & iuſtitiam, & ſapientiam Cæſaris, nunquam, niſi honorificentiſſime, Pompeiũ appellat. Iamais ne parle de Pompee, ſinon en tout honneur & reuerence.

Honeſtus honeſta honeſtũ, Quod virtutem probitatémque ſignificat, quo cauetur ne quid indecorè, effœminatè, libidinoſè, turpiter fiat, cogitetúrve. Iuuena. Participẽ qui te ſecreti fecit honeſti. Salluſt. Calũnia paucorũ, quibus omnia honeſta atque inhoneſta vẽdere mos erat.

Honeſtus, vt inquit Varro, quòd honus reip. ſuſtineat. Ex cuius verbis cõſtat, honus, antiquè per h ſcribi ſolere.

Honeſtum honore facere: Faire de lhonneur a aucun. Plaut. in Capt. 7. 32, Omnium primũ ſalutem dicito matri & patri, & cognatis, & quem alium beneuolentem videris: me hic valere, & ſeruitutem ſeruire huic homini optimo, qui me honeſtiorem honore ſemper fecit & facit. Salluſt. in Catil. Sed quòd non dignos homines honore honeſtos (vel, vt alii legũt, honeſtatos) videbam.

Honeſta dicta factis. Plaut. in Sticho, 5. 7, Propterea Dinacium hortare pedes, honeſta dicta factis.

Honeſtiſſimus dies. Cic. Lentulo, Poſt tuum deceſſum is dies nobis honeſtiſſimus fuit in ſenatu. Id eſt, habebatur in magno honore.

Honeſtus, Pulcher. Terẽt. in Eunucho, 3. 2. 21, Hem eunuchũ tibi quàm liberali facie, quàm ætate integra. THA. ita me di ament, honeſtus eſt.

Honeſta facie virgo. Terent. in Eunucho, 2. 1. 24, Atat, hic quidem eſt paraſitus gnato mi litis: ducit ſecũ vnà virginem huic dono. papæ facie honeſta. Ibidem, 4. 4. 15, Ille erat honeſta facie & liberali.

Honeſta forma. Terẽt. in And. 1. 1. 95, Et quia erat forma præter cæteras honeſta & liberali, accedo ad pediſequas. Idem in Eunucho, 1. 2. 52, Is vbi hanc forma videt honeſta virginem, & fidibus ſcire, præmium ſperans, ilico producit, vendit.

Honeſto loco natus. Plin. epiſt. 159. g, Inueniebantur honeſto loco nati, qui peterent, cuperéntque, quod dari liberto, promitti ſeruis videbant.

Honeſta oratio. Terent. in And. 1. 1. 114, Diceret, Quid feci, quid cõmerui, aut peccaui pater? quæ ſeſe voluit in ignem coniicere, prohibui, ſeruaui. honeſta oratio eſt.

Honeſtiſſimo teſtamento. Plin. epiſt. 144, Numidia Quadratilla paulò minus octogeſimo ætatis anno deceſſit: vſque ad nouiſſimam valetudinem viridis, atque etiam vltra matronalem modum compacto corpore, & robuſto, deceſſit honeſtiſſimo teſtamento.

Honeſtas, honeſtatis, f. g. Honneſtete.

Honeſtè, aduerbium, Honneſtement, auec honneur. Terent. in Eunucho, 4.4.49, Alio pacto honeſtè quomodo hinc abeam, neſcio. Idem in And. 4.5.3, In hac habitaſſe platea dictum eſt Chryſidem, quæ ſe inhoneſtè optauit parare hîc diuitias, potius quàm in patria honeſtè pauper viuere. Cic. de Amicitia, Quod qui recuſarēt, quāuis honeſtè id facerent, ius tamen amicitiæ deſerere arguerentur. Idem, de off. 3, Honeſtius hic quàm Q. Pompeius, quo, cū in eadem cauſſa eſſet, deprecante, accepta lex non eſt.

Honeſto honeſtas, honeſtare, Faire honneur a aucun, lhonnorer. Plaut. in Capt. 5.53, Ne me ſecus honore honeſtes, quàm ego te cum ſeruiebas mihi. Salluſt. Sed quòd indignos homines honore honeſtatos videbam. Cic. de off. 1, Nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt.

HORA horæ, Tempus ſignificat, hoc eſt, quācunque æternitatis partem, ſiue annuum, ſiue diurnùm, ſiue nocturnum ſpatium ſignificet. Hinc quatuor anni tempora, hoc eſt, Hyems, Ver, AEſtas, Autumnus, horæ dicuntur. Item partes ipſæ, in quas diſtinctus eſt dies, ſimiliter horæ vocātur. Hæ principio duodecim inſtitutæ ſunt. cuius ordinationis hæc fuiſſe origo memoratur. Quodam tempore Hermes Trimegiſtus, cum eſſet in AEgypto ſacrū quoddā animal Serâpi dicatum, quod in toto die duodecies vrinam feciſſet, pari ſemper interpoſito tempore, per XII horas diem diuidi debere cōiecit. Exinde hic horarū numerus longo tempore cuſtoditus eſt. Poſtea in XXIIII horas diuiſus eſt dies.

Hora, pro die poſitum. Cic. in Verrem, act. 2, Menſes mihi tres cum eripuiſſetis, ad agendū maximè appoſitos, reliquū omne tēpus huius anni me vobis remiſſurū putaſtis: vt cū horis noſtris nos eſſemus vſi, tu binis ludis interpoſitis, quadrageſimo poſt die reſpōderes. Horas ſuas vocat (inquit Aſconius) viginti dies, qui accuſatori dabantur ad accuſandum legitimi: totidémque defenſori. Idem, Hic tu fortaſſe eris diligens, ne quā ego horam de meis legitimis horis remittā. Horis (inquit idem Aſconius) mirè dixit, cum ſint dies: vt oſtenderet nimiā diligētiā. Virg. Nūquā te craſtina fallet Hora, neque inſidiis noctis capiêre ſerenæ.

Hora abiit. Terent. in Eunucho, 2.3.49, Dum hæc dicit, abiit hora. rogo nunquid velit. recte, inquit, abeo.

Horā veteres iuuētutis deā vocābāt. Ennius, Te Quirine pater veneror, Horámque Quirini.

Horarium, horarii, Horæ ſpatiū. Suet. in Domitiano, Inter initia principatus quotidie ſecretū ſibi horarium ſumere ſolebat, nec quicquam amplius, quàm muſcas captare, ac ſtylo præacuto configere.

Horologium horologii. n.g. Vng horologe. Quaſi horarum ratio. Quicquid enim quodāmodo horas indicat, horologium dicitur. De horologiis, vide Plinium, lib. 7. cap. 60.

Horóſcopus horóſcopa horóſcopum, Significat omne id in quo horæ notantur. Plin. Vaſa horóſcopa non vbique eidem ſunt vſui, trecentis ſtadiis, aut longiſſimè etiam quingentis, mutantibus ſemet vmbris.

HORDEVM hordei, n.g. Horge. Plin. lib. 18. cap. 7, Hordeum, frugum omnium molliſſimum eſt. ferí non valet, niſi in ſicca & ſoluta terra, ac niſi læta. Palea ex optimis. Stramentis verò eius nullum comparatur. Hordeum ex omni frumento minimè calamitoſum: quia tollitur ante quàm triticum occupet rubigo. &c.

Hordeum, ab horrore quidam dici volunt. quoniā licet calamus altior frumento, quàm hordeo ſit, ariſta tamen eſt mordacior hordeo. Vel dicitur hordeum, ab oriendi celeritate, quòd ante omnia frumēta ſit aridum. Vel dicitur à fordus forda fordum, vt loco F, fuerit H aſpiratio poſita.

Hordeaceus hordeacea hordeaceum: Qui eſt faict dhorge. Vt, panis hordeaceus.

Hordearius hordearia hordearium. Quod hordeo viuit. Plin. lib. 18. cap. 7, Antiquiſſimum in cibis hordeum, ſicut Athenienſium ritu Menandro authore apparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur.

Hordearium æs, veteres dicebant, quod pro hordeo equiti dabatur.

HORNVS horna hornū, Veteres quod ipſius anni eſſet, dicebant. Lucil. An horno te abſtuleris auro.

Hornus, Quod eſt huius anni, inquit Porphyrio. Horat. in Epodo, Et horna dulci vina promens dolio.

Hornus, Quod eſt vnius anni, vt vult Acron. Horatius hornam frugem appellat. Properſtius, lib. 4, Illa dies agnis cædem denunciat hornis. Id eſt, anniculis.

Hornā meſſem prouerbiali figura dixit Plautꝰ in Moſtellaria, 4.3, pro maximo emolumēto,

quasi dicas, tantum lucri, quantum eo anno sit prouenturum in agris. Comici verba sunt hæc, Iam pridem mecastor frigida non laui magis libenter. nec vnde me melius mea Scapha rerer ædificatam. Hæc dicuntur à persona puellæ. Tum læna, optans vt ex eius forma quàm plurimum commodi capiatur, Euentus (inquit) omnibus velut horna messis fuat. Id puella quippe simplex, quid sibi vellet, non satis intelligens, Quid (inquit) ea messis attinet ad meam lauationem?

Hornotinus hornotina hornotinum, Id est, Huius, vel, Vnius anni. Cic. in Verrem, act. v, Hæ literæ Iudices L. Metelli, quas audistis: hoc quantū est, ex Sicilia frumenti hornotini exarauerunt. Glebam commosset in agro Decumano Siciliæ nemo, si Metellus hāc epistolam non misisset.

Hornotinæ nuces. Cato de re rustica, cap. 17, de nucibus loquens, Vbi primum incipiūt hiascere, tum legi oportet, tum primū per semen incipiūt maturæ esse. Postea vsque adeò sunt plus menses octo. hornotinæ nuces virides sunt.

Hornotinæ virgæ. Columella, lib. v, cap. 6, Præcipites palmites dicuntur, qui de hornotinis virgis enati, in duro alligātur. hi plurimum fructus afferunt, sed plurimum matri nocent.

HORROR, horroris, m. g. Trembr propriè, cum totum corpus vel frigore vel pauore intremiscit. Frayeur, Tremblemēt que on ha de quelque paour soudaine, ou dautre chose. Columella lib. 3, Febres aliæ protinus incipiunt à calore, aliæ à frigore. Frigus voco, vbi extremæ partes membrorum inalgescunt: horrorem, vbi totum corpus intremit. Virg. Mihi frigidus horror Membra quatit. Plaut. Quis hic horror est? quid pauitas?

Horror quandoque ad toruitatem aspectus refertur. Apul. Quem cum aspexisset, horrore hominis deterritus, statim retrocessit.

Quandoque ad abominationem. Varro, Ira, odium, horror, eos ab incepto retrahit.

Quandoque ad venerationem. Virg. Arboribus suus horror inest.

Horror perfundit. Cic. Attico, lib. 8, Deinde suppositit exemplum epistolæ Domitii, quod ego ad te pridie miseram. Dii immortales qui me horror perfundit! quàm sum solicitus, quidnam futurum sit.

Horriditas, horriditatis, f. g. Ipse horror. Næuius, Omnia mihi horriditati erant maximæ.

Horridus horrida horridū, Hispidus, asper. Affreux, Espouentable, Aspre, & rude. Virg. lib. 3, Et glacie riget horrida barba. Terent. Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem: capillus passus, nudus pes, ipsa horrida, lachrymæ, vestitus turpis: vt ni vis boni in ipsa inesset forma, hæc formam extinguerent. Plaut. in Trucul. 19. 39, Hunccine hominem te amplexarier tam horridum atque squalidum?

Horridus, timendus. Virg. Horridus in iaculis.

Horridulus, horridula, horridulum, Tremens. Persius, Scis comitem horridulum, trita donare lacerna.

Horrisonus, horrisona, horrisonum: Quod cum horrore sonat, siue quod horridum sonum habet.

Horribilis & hoc horribile, Espouentable. Cic. Et quod dictu quoque horribile videtur, viuentis sanguine hausto.

Horribilis, Teter, deformis. Varro, Fœda, atque horribili.

Horrificus horrifica horrificum, Quod horrorem facit.

Horrifico horrificas, horrificare, Horrorem incutere, Effrayer, Estōner, espouanter. Virg. Multáque præterea vatum prædicta priorum, Terribili monitu horrificant.

Horreo horres, horrui, Horrêre, Horrorem habere. Propriè cum pili setæque in animante eriguntur. Se herisonner.

Horrêre, Frigere. Iuuenalis, Et horrenti tunicam non reddere seruo.

Horrêre, Timere. Virg. lib. 3. georg. Nec varios horret strepitus. Ibidem, Nunquam custodibus illis Nocturnum stabulis furem, incursúsque luporum, Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

Horrêre, Trembler, & cōme frissonner, de chaleur que on sent, ou de froit, ou de crainte que on ha, ou damour. Plaut. in Cistell. 7. 9, Iam horret corpus, cor salit. Terent. in Eunuch. 1. 2. 4, Totus Parmeno tremo horreóque, postquam aspexi hanc.

Horrêre, Asperum esse. Horrent agri, vel loca, Lieux rudes, & aspres. Virg. Tum latè ferreus

haſtis Horret ager. Columella, lib. 1, Sunt quædam loca, quæ ſolſtitiis minus cõcaleſcunt, ſub hyeme intolerabiliter horrent, ſicut Thebas ferunt, Bœotias.

Horrere, Stupere, mirari. Seſmerueiller, & eſtre eſtonné. Virg. lib. 3, Horrẽdum, ac dictu video mirabile monſtrum.

Horreſco horreſcis, horreſcere, Horridum fieri: vt cum quis intrinſecus algorem ſeu tremorem in ſe citari & creſcere ſentit pauore, ſtupore, aut febri inualeſcente, & huiuſmodi. Auoir frayeur, Trembler de paour. Virg. Horreſcit viſu ſubito, cauſſaſq; requirit. Plautus, Horreſcet faxo leæna, leges cum audiet. Idem in Trucul. 4.87, Horreſco miſera, mentio quoties fit partionis: ita pœnæ tibi fuit Phroneſium. Terent. in Adelphis, 4.4.24, Perii, horreſco ſemper, vbi pultare haſce occipio fores.

Horreſcere morſus futuros. Virg. lib. 3. AEneid. Nec tu menſarũ morſus horreſce futuros. Id eſt, expaueſce.

Horreſcunt ſegetes. Virg. lib. 3. georg. Tum ſegetes altæ, campíque natantes Lenibus horreſcunt flabris. Id eſt, contremiſcunt.

Horripilo horripilas, horripilare, Horridiore, aſperioréque pilo frutificare. Apul. lib. 3. Aures immodicis horripilant auctibus.

HORREVM horrei, n.g. Ab horrore, quaſi horridum, propter aſperitatem ariſtarũ: quoniam priſci fruges in ſuis ſpicis, in granariis condiderunt. Vng grenier. Feſtus, Horreũ antiqui dicebant farreum, à farre. Horreum ab hordeo quidam deducunt.

Horreum, Locus ad cuſtodiam rerum pretioſarũ ſepoſitarum à quotidiano vſu. Vt eſt apud Apuleium in libro de Aſino, Demonſtrat horreum vbi veſpera ſagaciter argentum copioſum recondi viderat.

Horrea, Iuriſconſulti frequenter vſurpant pro repoſitoriis mercium & rerum pretioſarum.

HORSVM, aduerbium loci, Vers ca, ou ie ſuis. Plaut. in Rud. 4.83, Vidéſne alteram illam vt fluctus eiecit foras? ſurrexit, horſum ſe capeſſit, ſalua res. Terent. in Hecyra, 3.4.36, Atat eccum Phidippum, & patrem video, horſum pergunt. quid dicam hiſce, incertus ſum. Idem in Eunuch. 2.1.13, Cenſén' poſſe me obfirmare, perpeti ne redeam interea? P. tenés non hercle arbitror. nam aut iam reuertêre, aut mox noctu te adigẽt horſum inſomnia. Donatus, Hoc eſt, ad vrbem agent.

HORTOR hortaris, hortari, Ad ore deduci quidam volunt, & ideò aſpirari, ne frequentatiuũ ab orior putetur. Ore ſuadere. Enhorter aucun, & pouſſer a quelque choſe faire ou laiſſer. Donatus, Hortamur impulſu. Terent. in Hecyra, 1.1.7, Ergo propterea te ſedulò & moneo & hortor, ne cuiuſquã miſereat quin ſpolies. Plaut. in Perſa, 13.62, Pol benefacta tua me hortantur, tuo imperio paream.

Hortator hortatoris, m.g. Qui hortatur, Qui enhorte, & induit aucun a quelque choſe. Plaut. in Merc. 14.15, Solicitus eſt hortator remiges hortarier, ita hortabatur. Qui hic hortator à Plauto dicitur, græce celeuſtes dicitur, qui remiges hortatur, quaſi nauigationis moderator. quòd ea hortamenta faciat quæ verbo græco celeuſmata dicuntur etiam à Latinis.

HORTVS horti, m.g. Vng iardin. Hortus eſt ſiue in vrbibus atque oppidis, ſiue in villis, ruríque locus, in quo arbores & holera oriuntur. Apud veteres, omnis villa, hortus diceba-tur, authore Feſto: quòd ibi, qui arma capere poſſent orirentur. Ea autem ratione ab aliquibus aſpiratur, vt differat ab ortus, quando natum ſiue natiuitatem ſignificat.

Horti penſiles, qui ſupra ædificia facti, vel ſupra columnas erecti pendent. Plin. lib. 36. cap. 14, Leguntur & penſiles hortos, imò verò totum oppidum feciſſe AEgyptiæ Thebæ.

Hortenſis & hoc hortenſe, Qui eſt, & croiſt en iardin. Plin. lib. 19. cap. 10, Morbos hortenſia quoque ſentiunt, ſicut & reliqua terræ ſemina.

HOSPES hoſpitis, cõ. g. Celuy ou celle qui recoit ſon ami en ſon logis, Ou celuy & celle que ſon ami a receu en ſon logis. Plaut. in Epid. 13.55, Remeabo intrò: vt accurẽtur adueniẽtes hoſpites. Terent. in Adelphis, 4.1.13, Cliens, amícus, hoſpes nemo eſt vobis? c. ſunt. quid poſtea? s. hiſce opera vt data ſit. Cic. Per dextram iſtam quam hoſpes hoſpiti porrexiſti. Idem in Verrem, Pater aderat Dexio Tindaritanus, homo nobiliſſimus, hoſpes tuus: cuius tu domi fueras, quem hoſpitẽ appellaueras. Plaut. in Pœnulo, 16.88, Pater tuus ergo mihi hoſpes Antidamas fuit.

Hoſpes, pro peregrino: Eſtrangier, qui neſt point de la ville. Terent. in And. 4.6.15, Nunc me hoſpitem lites ſequi, quàm hic mihi ſit facile, aliorum exempla commonent.

Hoſpes, Vng ſuruenant, qui ne ſcet rien de laffaire que on traicte. Terent. in Phor. 4.2.15, Petam hinc, vnde à primo inſtitui. is ſi dat, ſat eſt. ſi ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hoſpitem. Donatus, Aſtute hoſpitem, de eo qui ſuperuenit: nomen aptum imprudenti rerum, atque aliéno ab earum ſcientia.

Hoſpes vrbis. Cic. pro Rabirio, circa finem, Quæ fides Labiene, qui potuit ſine ſenatuſconſulto dari? adeóne hoſpes huiuſce vrbis? adeóne ignarus es diſciplinæ conſuetudiníſque noſtræ, vt hæc neſcias? vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magiſtratũ gerere videare?

Hoſpes voluntate. Cic. Philipp. 12, Quem Scato cum ſalutaſſet, quem te appellem inquit? at ille, voluntate hoſpitem, neceſſitate hoſtem.

Hoſpita hoſpitæ. Cic. in Verrem, act. 4, Contemnere etiam ſignum illud Himeræ iam videbatur, quòd eum multò magis figura & lineamẽta hoſpitæ delectabant. Terẽt. in And. Num illi moleſtæ quippiam hæ ſunt nuptiæ, propter huiuſce hoſpitæ conſuetudinem?

Hoſpitium hoſpitii, Domus quæ gratis liberalitérque venienti hoſpiti patet. Vng hoſpital, ou maiſon, en laquelle on loge amis & autres pour neãt, & ſans argẽt. Liuius lib. 2, Ibi benignè excepti, diuiſíque in hoſpitia, curatis vulneribus. Sciendum antiqui inſtituti fuiſſe, vt hoſpitii neceſſitudo, non modo inter priuatos, ſed etiam inter populos contraheretur: neque id quidem modo, ſed etiam inter ſingulos priuatóſque homines & ciuitates. quod genus amicitiæ Græci ξενίαν, Latini hoſpitiũ publicũ vocauerunt. Nã quod hoſpitiũ inter priuatos contrahebatur, græcè ἰδιοξενία, latinè priuatũ hoſpitiũ dicebatur. cuius erat nota pignúſque teſſera hoſpitalis, Vt ille apud Plautum ait in Pœnulo, Deum hoſpitalem & teſſeram mecum fero. Liuius lib. v, ab vrbe condita, de Timaſitheo Liparenſi loquens: qui legatos Romanos hoſpitio exceptos, ac Delphos vſque deductos, retrò in vrbem hoſpites reduxerat. Hoſpitium (inquit) cum eo ſenatuſconſulto factum eſt, donáque publicè data. Idem lib. v ii, de bello Macedonico, Princeps legationis expoſitis initiis amicitiæ cum Pop. Roma. meritíſque Rhodiorũ: Nihil (inquit) nobis tota noſtra actione patres conſcripti, neque difficílius neque moleſtius eſt, quàm quòd cum Eumene nobis diſceptatio eſt: cum quo vno maximè regum & priuatum ſingulis, & (quod magis nos mouet) publicum ciuitati noſtræ hoſpitiũ eſt. Cic. in Verrẽ, act. vlti. de ſenatu Syracuſano loquens, Decernũt ſtatim vt fratri meo hoſpitiũ publicè fieret: quòd is eandem voluntatem erga Syracuſanos habuiſſet, quam ego ſemper habuiſſem. id non modo tum ſcripſerunt: verũetiam in ære inciſum nobis tradiderũt. Cæſar de Heduis loquẽs, Quibus præliis calamitatibúſque fractos, qui & ſua virtute & Pop. Rom. hoſpitio atq; amicitia plurimũ antè in Gallia potuiſſent: coactos eſſe Sequanis obſides dare.

Hoſpitium calamitatis. Plaut. in Trinũmo, 8.116, Contrà iſtoc detrudi maleficos æquũ videtur, qui quidem iſtius ſunt modi, hoſpitium eſt calamitatis.

Hoſpitium confidentiæ nullum vſquam mihi eſt. Plaut. in Capt. 10.8, Nec cõfidentiæ vſquã hoſpitium eſt, nec diuerticulum dolis.

Hoſpitium, Hoſpitalitatis amicitia. Cic. Fuit mihi cum illo vetus hoſpitium.

Hoſpita æquora, Vicina interpretatur Seruius. Virg. lib. 3, Pauca tibi è multis, quo tutior hoſpita luſtres AEquora.

Hoſpita flumina, Per quæ trãſiri aut nauigari poteſt. Statius lib. 3. Theb. Accipies, feſſúſque lubens iterum hoſpita pandas Flumina.

Hoſpitalis & hoc hoſpitale, Quod eſt hoſpitis, ſiue quod ad hoſpitem pertinet. Liuius lib. 1, Exceptus benignè ab ignaris cõſilii, cum poſt cœnam in hoſpitale cubiculum deductus eſſet. Idem lib. 2, Alii profecti, domos nuntii hoſpitalium beneficiorum multos Romæ hoſpitium vrbíſque charitas tenuit.

Hoſpitalis teſſera. Plaut. in Pœnulo, 16.86, Si ita eſt, iam teſſeram confer ſi vis hoſpitalem. Et paulò poſt, Hæc mihi hoſpitalis olim teſſera cum illo fuit.

Hoſpitalis, Liberalis, Facilis ad ſuſcipiẽdũ hoſpites hoſpitio, aptúſque ad ſeruiendũ hoſpiti, Hoſpitalier. Cic. act. 3. in Verrem, Homo qui ſemper hoſpitaliſſimus, amiciſſimúſque noſtrorum hominum exiſtimatus eſſet, noluit videri ipſum illum Rubrium inuitus in domũ ſuam recepiſſe.

Hoſpitalis deus, Iuppiter. Plaut. in Pœnulo. 15.22, Deũ hoſpitalem ac teſſerã mecum fero.

HOSTIA hoſtiæ, Ab hoſtis fit: ſignificátque ſacrificium quod ab iis fit qui in hoſtem pergũt ob victoriam, id eſt pro victis hoſtibus.

Feſtus, Hoſtia, ſacrificium quod laribus immolabant, quòd ab illis hoſtes arceri putabant. Ouid. Hoſtibus à domitis hoſtia nomen habet.

Hoſtiam ab hoſtio, id eſt ferio, Feſtus alio loco deriuat. Plaut. in Epid. 4. 10, Cuius quoties vides ſepulchrum, ſacrificas horco ilico hoſtias.

Hoſtiatus hoſtiata hoſtiatũ, Charge de hoſties & ſacrifices. Plau. in Rud. 7. 8, Ergo vos æquius erat candidatas venire, hoſtiatáſque: ad hoc fanum ad iſthunc modum non veniri ſolet.

HOSTIO hoſtis, hoſtiui, hoſtire, AEquare, æqua reddere: Rẽdre la pareille. Plaut. in Aſin. 7. 121, Pugno malam ſi tibi percuſſero, mox cum Sauriam imitabor, caueto ne ſuccenſeas. Et paulò pòſt, Quin promitto, inquam hoſtire contra, vt mereris.

Hoſtire, Comprimere, cohercere. ab hoſtia dictũ. Pacuuius, Niſi cohercuero proteruitatem, atque hoſtiero ferociam.

Hoſtire, Offendere, Cædere. Pacuuius, Nunc id mihi moleſtum eſt, quòd hoſtit voluntatem tuam.

Hoſtimentum hoſtimenti, n. g. AEquamẽtum, vt cum quis pro beneficio compenſationem accipit. Recompence, Le pareil. Plaut. in Aſin. 5. 20, Dedi equidem quod mecum egiſti. c. & tibi ego miſi mulierem: par pari datum hoſtimentum eſt, opera pro pecunia.

HOSTIS, huius hoſtis, cõm. g. Ennemy, ou ennemye. ab hoſtio hoſtis, quod eſt æquo, cũ in hoſtium cõflictu ſoleat fieri quædam æquatio ordinum, ſeu quòd ex æqua cauſſa pugnam adeant. Cic. Philipp. 13, Memini colloquia, & cum acerrimis hoſtibus, & cũ grauiſſimè diſſentientibus hoſtibus. Terẽt. in Hecyra, 5. 2. 23, Nam nupta meretrici, hoſtis eſt, à viro vbi ſegregata eſt.

Hoſtilis, & hoc hoſtile, Quod eſt hoſtis. Dennemy. Virg. Indutóſque iubet truncos hoſtilibus armis. Plaut. in Pſeud. 17. 10, Occaſionem reperiſti verbero, vbi perconteris me inſidiis hoſtilibus.

Hoſticus hoſtica hoſticum: Dung ennemy. Plaut. in Capt. 5. 52, Quod antehac pro iure imperitabam meo, te oro nunc per precem, per fortunã incertã, & per mei te erga bonitatem patris, pérque conſeruitiũ commune, quod hoſtica euẽnit manu, ne me ſecus honôre honeſtes, quàm ego te. Idem in Trucul. 17. 42, Lapideus ſum, cõmouere me miſer nõ audeo, res palàm omnis eſt, meo illic nunc ſunt capiti hoſtica, meũ illuc facinus, mea ſtultitia eſt. Horatius in Serm. Hunc neque dira venena, nec hoſticus auferet enſis. Columella in præf. Quãquã inter ferrum & ignes hoſticis incurſionibus vaſtatas fruges, largius tamen cõdidêre quàm nos, quibus diuturna permittente pace prolatâre licuit rem ruſticam.

Hoſtorium hoſtorii, Lignum æquatorium, Baculus quo modius & cæteræ menſuræ æquantur, & alio nomine radius dicitur.

H V

HVBER huberis, om. g. Abundans & fœcundus. Fertille. Secundũ Apuleium, ab ὕω pluo. Alii magis ab humeo. loca enim arida, infœcunda ſunt. contrà, quæ humecta ſunt, feracia. & mulierum hubera, ſi humore careant, carebũt & lacte. Cato orig. lib. 2, Ita res huber fuit. Palladius, Pratis recentia ſtercora proficient ad huber herbarum.

Huber, n. g. mammã, quæ & papilla dicitur, ſignificat. Virg. in Buc, Binos alit hubere fœtus.

Hubero huberas, huberare, Huberem & fœcundum facere. Palladius lib. 4, Hoc velut coitu ſteriles arbores huberantur.

Hubertus huberta hubertũ, Abundans. Gellius, Sed ea ipſa génera dicendi iam antiquitus tradita, ab Homero ſunt tria in tribus: magnificum in Vlyſſe, & hubertum. ſubtile in Menelao, & cohibitum. miſtum, moderatúmque in Neſtore.

HVC, aduerbium ad locum. Cy ou ie ſuis. Plaut. in Perſa, 4. 56, Eſt leno iſtic: nondũ ſex menſes Megaribus huc eſt cum commigrauit.

Huc abii cum illo. Terent. In Eunucho, 1. 2. 40, Ego cum illo, quo cum vno rem habebã tum hoſpite, abii huc.

Huc in medium agmen. Terẽt. in Eunucho, 4. 7. 4, In mediũ húc agmen cum vecti Donax.

Huc in vrbem. Terent. in Hecyra, 1. 2. 100, Nam ſenex rus ábdidit ſe, húc raro in vrbem commeat.

Huc te accerſi iuſſi. Terent. in Eunucho, 1. 2. 19, Age, ſed huc qua gratia te accerſi iuſſi, auſculta.

Huc corám. Terent. in And. 5. 3. 29, Sine me expurgem, atque illum huc coràm adducam.

Huc deducta ad. Terent. in Eunucho, 2. 3. 60, Huc deducta eſt ad Thaidem meretrîcem: ei dono data eſt.

Huc euocate. Terent. in And. 3. 3. 48, Heus euocate huc Dauum.

Huc foras. Plaut. in Aulul. 6.14, Eò nunc te ſecretò huc foras ſeduxi, vt tuã rem ego tecum hîc loquerer familiariter.

Huc intrò. Terent. in Eunucho, 5.6.26, Ceſſo huc intrò irrumpere?

Huc pergit. Terent. in Eunucho, 2.1.22, Sed quis hic eſt qui huc pergit?

Huc deambulare. Terent. in Adelphis, 6.1.4, Sed poſtquam intus ſum omniũ rerum ſatur, prodeambulare huc libitum eſt.

Huc prouîſo. Terent. in Eunucho, 3.1.4, Huc prouîſo, vt vbi tempus ſiet, deducam.

Huc ſecede procul. Plaut. in Capt. 5.26, Secede huc nunc iam ſi videtur, procul, ne arbitri dicta noſtra arbitrari queant.

Huc renumeret. Terent. in Hecyra, 3.5.52, Sin alio eſt animo, renumeret dotem huc, eat. Quil me rebaille icy le douaire, & quil ſen aille. Idem in Eunucho, 5.1.26, Pamphilam huc redde, niſi mauis eripi. Rend la moy icy.

Huc euâſit. Terent. in Eunucho, 3.3.11, Vbi friget, huc euâſit, quàm pridem pater mihi & mater mortui eſſent. Elle vint iuſques la, a me demander combien &c.

Huc redeunt hæc verba. Terent. in Eunucho, 1.2.78, Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt. denique ego excludor. Ces parolles cy ne tendent ſinon a ce que ie ſoie iette hors.

HVDVM, Vide SVDVM.

HVI, Interiectio admirantis, inquit Donatus. Terent. in Adelphis, 3.3.57, Saluos ſit, ſpero eſt ſimilis maiorum ſuũm. S. hui. Idem in Heaut. 1.1.40, Hui tam grauis hos quæſo. M. ſic meritum eſt meum.

Hui, hem, & cætera huiuſmodi, ſannæ ſunt aduerſus eos quibus iraſcimur, interprete Donato. Terẽt. in Eunuch. 4.7.35, Scibis. principio eam eſſe dico liberã. THR. hem. CH. Ciuem Atticam. THR. hui. CH. meam ſororem. Ibidem, 2.1.17, Tandem ego non illa caream, ſi ſit opus, vel totũ triduũ? P. hui, vniuerſum triduũ! vide quid agas. Ibidem. 3.1.17, Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi. C. hui, regem elegantem narras! Idem in Adelphis, 4.2.19, Næ ille continebit poſthac ſi ſapiet, manus. D. fortiter. S. perquã: quia miſeram mulierem, & me ſeruolũ, qui referire non audebam vicit, hui perfortiter. Idem in Phor. 2.1.72, Hui dixiſti pulchre, ſi quidem quiſquam crederet. Idem in And. 3.1.16, Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro. S. hui, tam cito! ridiculum. Plaut. in Rud. 4.66, Hui homunculi, quanti eſtis electi! vt natant! Idem in Trucul. 5.33, Hui vt hic agreſtis eſt adoleſcens, qui hic habet! nimis pol mortalis lepidus, minúſque probus dator.

HVIVSMODI, Nomen cõpoſitum ex duobus obliquis, huius & modi, o.g. Tel, De telle ſorte, De ceſte ſorte. Plaut. in Bacchid. Quid ab hac metuis? P. quid ego metuam rogitas? homo adoleſcens penetrem huiuſmodi in palæſtram, vbi damnis deſudaſcitur? Terent. in Heaut. 2.3.98, Mane, habeo aliud, ſi iſtuc metuis, quod ambo confiteámini, ſine periculo eſſe. CLIT. huiuſmodi obſecro aliquid repperi. S. maximé. Ie te prie trouue quelque telle choſe. Ibidem, 4.6.8, Huiuſmodi mihi res ſemper cõminiſcere, vbi me excarnufices. Idem in Eunuch. 4.6.8, Quia dum tibi ſororem ſtudeo reddere & reſtituere, hæc, atque huiuſmodi ſum multa paſſa. Et dautres telles choſes, ou ſemblables. Ibidem, 5.2.34, Sæpe ex huiuſmodi re quapiam. &c.

HVMANVS humana humanum, Ab homo deriuatur. Quod eſt hominis, & ad hominem ſpectat. Terent. in Adelphis, 3.4.25, Nã hoc quidẽ ferundũ aliquo modo eſt: perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia: humanum eſt. Donatus, Nihil tandem ex ea ſumptum conſuetudine eſt, quod non humanũ. Et hoc dicere ſolemus vbi peccatũ quidem non negamus, ſed tolerabile eſſe dicimus. Ibidem, 1.5.1, Hoccine eſt humanum factum aut inceptum? hoccine eſt officium patris? Appartient il a homme de faire vng tel cas? Idem in And. 1.1.86, Hæc ego putabã eſſe omnia humani ingenii, manſuetique animi officia. Cic. Attico, lib. 15, Brutus quidem ſubito, ſed ſapienter πάσχω τί (id eſt patior aliquid). Quando enim illum, ſed humana ferenda: tu ipſe eum videre non potes.

Humana gens. Salluſt. ad Cæſarem, Sed multò maximum bonum patriæ, ciuibus, tibi, liberis, poſtremo humanæ genti pepereris, ſi ſtudium pecuniæ aut ſuſtuleris, aut quoad res feret, minueris.

Humanus, Eruditus, Qui ſynceriter bonas artes cupit, & eas aſſequitur. Varro, Praxiteles propter artificium egregium, nemini eſt, paulò humaniori, ignotus.

Humanitas humanitatis, Propriè humanam naturam ſignificat.

Humanitas, teſte Gellio, dicta eſt eruditio, atque inſtitutio in bonas artes. Huius ſciẽtiæ cura & diſciplina ex vniuerſis animalibus vni homini data eſt: idcirco humanitas appellata. Cic. de Amicitia, 7, Quærũt quidem C. Læli, multi, vt eſt à Fannio dictum: ſed ego id reſpondeo, quod animaduerti, te dolorem, quem acceperis, tum ſummi viri, tum amantiſſimi morte, ferre moderatè: nec potuiſſe non commoueri, nec fuiſſe id humanitatis tuæ.

Humanitatis ſtudia: artes ipſæ liberales dicuntur. Huius enim ſcientiæ cura & diſciplina ex vniuerſis animalibus ſoli homini data eſt. Cic. pro Muræna, Et quoniam non eſt nobis hæc oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut cum aliquo conuentu agreſtiũ, audacius paulò de ſtudiis humanitatis, quæ & mihi & vobis nota & iudicanda ſunt, diſputabo.

Humanitas, Facilitas, tractabilitas, manſuetudo, clementia, beneuolentiáque, quam Græci, φιλανθρωπίαν vocant: quaſi amorem in homines. Cic. de off. lib. 1, Non modo id virtutis non eſt, ſed eſt potius immanitatis, omnem humanitatem repellentis.

Humanè, aduerbium, Humainement. Terent. in Adelphis, 1. 2. 65, Cum placo, aduerſor ſedulo, & deterreo, tamen vix humanè patitur. Cic. Attico, lib. 15, Ille quòd Puteolos proſequitur, humanè: quòd queritur, iniuſtè.

Humaniter: Idem. Cic. lib. 7. epiſt. Mario, Propter moleſtiſſimas occupationes meas: quibus ſi me relaxaro, docebo profectò quid ſit humaniter viuere.

Humanitus: Selon la maniere de lhomme, Cõme lhomme. Plin. lib. 10. cap. 63, Vrſi autem (vt dictum eſt) humanitus ſtrati, herinacei ſtantes ambo inter ſe complexi.

Humanitus illi accidit. Cic. Philipp. 1, Hunc igitur vt ſequerer properaui, quem præſentes nõ ſunt ſecuti: nõ vt proficerem aliquid (neque enim ſperabam id, neque perficere poterã) ſed vt, ſi quid mihi humanitus accidiſſet (multa autem impendêre videbantur præter naturam etiam prætérque fatum) huius diei vocem teſtem reip. relinquerem meæ perpetuæ erga ſe voluntatis.

HVMEO humes, humui, Humere, Madidum eſſe, Eſtre moite & humide. Columella lib. 4, Verum eſt in opere difficilior, quòd neque humentem fodere poſſis, quòd ſit glutinoſa, nec nimium ſiccam, quia vltra modum præduratur.

Humeſco humeſcis, humeſcere, Humidum fieri, Deuenir moite. Virg. lib. 2. georg. Humeſcunt ſpumis, flatúque ſequentum.

Humeſcentes oculi. Plin. in Paneg. 124, Vidimus humeſcẽtes oculos tuos, demiſſúmque gaudio vultum: tantúmque ſanguinis in ore, quantum in alieno pudoris.

Humecto humectas, humectare, Ramoitir ou mouiller quelque choſe, & tremper. Virg. lib. 4. georg. Qui niger humectat flauẽtia culta galeſus. Columell. lib. 8, Agnus cũ eſt editus, erigi debet, atque huberibus admoueri: tum eius diductum os preſſis humectare papillis, vt cõdiſcat maternum trahere alimentum.

Humidus, humida humidum, Humide, Moite.

HVMERVS humeri, m. g. Leſpaule. Ab humeris dependent brachia. Terẽt. in Eunuch. 2. 3. 22, Quas matres ſtudẽt demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles ſient. Humeris geſtum agere apud Ciceronem, pro Rabirio, Faire geſtes des eſpaules. Virg. lib. 2, Hæc fatus, latos humeros, ſubiectáque colla, Veſte ſuper, fuluique inſternor pelle leonis.

Humeroſus humeroſa humeroſum, Qui ha groſſes ou grandes eſpaules.

Humeroſus locus. Columella lib. 4, Itaque cuſtodiemus, vt à prædictis locis, quos humeroſos ruſtici vocant, ſemina legamus.

HVMILIS & hoc humile, Quod eſt humi decliue, Bas en terre.

Humilis, Paruus, Summiſſus. Virg. Atque humiles habitare caſas. Apud Columellã lib. 4, Bos humilis.

Humilis, Abiectus, & contemptus. Cic. de Amicitia, 31, Nihil enim altum, nihil magnificũ ac diuinum ſuſpicere poſſunt, qui ſuas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilẽ, támque contemptam. Ibidem, 9, Humilem ſanè relinquunt, & minimè generoſum, vt ita dicam, ortum amicitiæ, quam ex inopia, atque indigentia naſci volunt.

Humili loco natus, Ne de poure lieu. Plin. de viris illuſt. 67, Caius Marius ſepties conſul, Arpinas, humili loco natus, primis honoribus per ordinem functus.

Humilitas humilitatis, Breuitas, Petiteſſe, Baiſſement en terre.

Humilitas, Abiectio, ignobilitas. Cic. de off. lib. 1, Quorum autẽ prima ætas propter humilitatem & obſcuritatem in hominum ignoratione verſatur.

Humilio humilias, humiliare, Abaiſſer en terre.

Humiliter humilius humillimè. En bas. Plin. epiſt. 110, lib. VI, Eadem enim facta claritate, vel obſcuritate facientium aut tolluntur altiſſimè, aut humillimè deprimuntur.

HVMOR humoris, m.g. Humeur.

HVMVS, humi, f.g. Terre.

Humo humas, humare, Humo cõtegere, Sepelire, Mettre aucun en terre, le couurir de terre, cõme mort. Cic. 1. Tuſcul. Magorum eſt mos, non humare corpora ſuorum, niſi à feris ſint antè laniata. Idem in eodem, In terram enim cadentibus corporibus, hiſque humo tectis: à quo dictum eſt humari. Gellius, In ſui pueri ſepulchro humatus eſt. Plin. de viris illuſt. 77, Truncus Nilo iactus, à Seruio Codro rogo inuſtus, humatúſque eſt.

HY

HYACINTHVS hyacinthi, m.g. Genus floris, Vng oeillet. Plin. lib. XXI. cap. XI, Poſt hanc gladiolus comitatus hyacinthis. Nouiſſima roſa: eadem prima deficit, excepta ſatiua. Cæterum hyacinthus maximè durat, & viola alba & œnanthe. &c. Virg. Et ſuaue rubens hyacinthus.

Hyacinthus, lapis pretioſus, Vne Iacinthe. Plin. lib. 37. cap. 9, Hyacinthos AEthiopia mittit, & Chryſolithos, aureo colore tranſlucentes. &c.

Hyacinthinus hyacinthina hyacinthinum: Qui eſt de la couleur dune iacinthe. Apud Perſium, Hyacinthina lena.

HYALVM hyali, Vitrũ latinè dicitur. ὕαλος. Virg. Mileſia vellera nymphæ Carpebãt hyali ſaturo fucata colore. Hoc eſt, colore vitri, qui naturaliter viridis eſt.

Hybernus hyberna hybernum, Ab hyeme deductũ. Quod eſt hyemis: vt glacies hyberna. Plaut. in Milite, 10.93, Eme mihi vir lanam, vnde tibi pallium malacum & calidum, conficiantur tunicæ mihi hybernæ. Des robbes pour lyuer. Plin. Ergo tẽpeſtiuæ aquis hybernis primũ.

Hyberna, numero plurali, dicuntur loca, in quibus milites hyeme ſtationem faciunt. Varro appellat hybernacula. Cæſar, Poſthæc legionibus in hyberna deductis, in Italiã profectus eſt.

Hybernaculum hybernaculi, Locus ad hybernandum paratus. Liuius, In eo loco milites hybernacula ſibi conſtituerunt. Plinius epiſt. 41. c, Hoc hybernaculum, hoc gymnaſium meorum eſt.

Hyberno hybernas, hybernare, Hyemare, ſeu in hyeme ſtationem facere. Liuius, Regionéſque Placentiæ hybernabant.

HYBRIS hybridis, f.g. Canis qui imparibus parẽtibus natus eſt, inquit Porphyrio, hoc eſt, ex venatico & gregario.

Hybridæ, ſues ex fero & domeſtico ſue progeniti. Plin. lib. 8. cap. 53, AEquè facilis eſt miſtura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas ſues vocabãt ſemiferos, ad homines quoq;, vt in C. Antoniũ Ciceronis in conſulatu collegã, appellatione tranſlata. Suet. in Auguſto, Themaſini epicadi ex gente Parthica hybridæ. Horat. lib. 1. Serm. Hybrida quo pacto ſit Perſius, vltus opînor.

ὕβρις, contumelia. ὑβρίζω conuitior, contumelia afficio. Vt ſint hybridæ, quaſi per contumeliam nati.

HYDRIA hydriæ, Vrna ad capiendam aquam. Cic. in Verrem, act. 4, Dicebant ſcyphorũ paria complura, hydrias argenteas, pretioſam veſtem ſtragulam, multa mãcipia pretioſa Verri data eſſe. Idem in eundem, act. 7, In hoc fano loricas, galeáſque æneas, cælatas opere Corinthio, hydriáſque grandes, ſimili in genere, atque eadem arte factas.

HYDRAVLICVS hydraulica hydraulicum, Faict auec de leaue, ou par eaue. Plin. lib. 7. cap. 37, Pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis.

HYDROPS hydrôpis, m.g. Morbus, qui latinè aqua intercus dicitur: quoniam ſub cute aqua ſit, qua venter turgeſcit. Horatius, Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops: Nec ſitim pellit, niſi cauſſa morbi Fugerit, veniſſet aquoſus albo Corpore languor.

Hydrops, cõm. g. Qui vel quæ eo morbo labôrat.

Hydropicus hydropici, Idem. Horat. Si nolles ſanus cures hydropicus, & ni.

HYEMS hyemis, f.g. Liuer. ἀπὸ τοῦ ὕω pluo, quòd id tempus anni pluuioſum ſit. Varro ab hiando deducit: quòd anima quæ à nobis flatur, tum appareat. Virg. Atque hyemes optate ſerenas Agricolæ.

Hyems, Vis venti. Virg. Sæpe illos aſpera Ponti Intercluſit hyems.

Hyemo, hyemas, hyemare, Hyeme ſtationem facere.

HYMBER, Vide IMBER.

HYMENAEVS hymenæi, Hymnus, qui canitur in nuptiis virginalibus, inquit Donatus. Terent. in Adelphis, 5.7.7, Hoc mihi mora eſt, Tibicina, & hymenæũ qui cantent. Plaut. in Caſina, 19.2, Age tibícen, dum illam educunt huc nouam nuptam foras, ſuaui cantu cõ celebra omnem hanc plateolam hymenæo.

HYPOCAVSTVM hypocauſti, n.g. Locus ad ſudandum, qui & vaporariũ. Vnes eſtuues a ſuer, cõme celles dalemagne. Cic. In balneariis hypocauſta, in alterum hypoditerii angulum promoui. Plin. ad Gallum, Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum: quod anguſta feneſtra, ſuppoſitũ calorem, vt ratio exigit, aut effundit, aut retinet. Cicero ad Qu. fratrem, vaporarium vocat.

HYPOCRISIS, huius hypocriſis, f.g. Simulatio.

Hypocrita, hypocritæ, vel hypocrite hypocrites, Simulator. Quintil. lib. 2. ſcribit AEſchinem hypocriten fuiſſe oratorem.

HYPOMNEMA hypomnematis, n.g. & hypomnematum hypomnemati, Interpretatio ſiue cõmentarius. Cic. Tyroni, Multum mihi eripitur operæ in excribendis hypomnematis.

HYSSOPVS hyſſópi, f.g. Herba, De lhyſope.

Hyſſôpum hyſſópi, n.g. Idem. Plin. lib. 25. cap xi, Hyſſôpum in oleo contritum phthiriaſi reſiſtit, & prurigini in capite.

I A

IACEO iaces, iacui, iacêre, Eſtre contre terre, poſe ou couche, ou autrement en terre. Virg. in Bucol. Silenum pueri ſomno vidêre iacẽtem. Idem, Strata iacent paſſim ſua quæque ſub arbore poma. Cic. de ſuppliciis in Verrẽ, Patres hi quos videtis, iacebant in limine. Plau. in Amphit. 4.87, Quiſque vt ſteterat, iacet, obtinétque ordinem. Ibidem, Quis eſt hic ſenex, qui ante ædes noſtras ſic iacet?

Iacêre alteri ad pedes, Prouolui ad pedes, procũbere ad pedes & genua: Se mettre a genouil deuant aucun. Cic. in Verrem, Mihi ad pedes miſera iacuit.

Iaceant in aqua carnes, Mets tremper ceſte chair. Plaut. in Pſeud. 4.33, Pernam, callũ, glandium, ſumen facito in aqua iaceant.

Iacet in luſtra. Plaut. in Caſina, 5.28, Vbi in luſtra iacuiſti? s. egóne in luſtra? c. ſcio plus quàm tu me arbitrare. Ou as tu couche au caignart? ou, au bordeau? Iacêre in luto. Plau. in Aulul. 7.52.

Iacêre in occulto, Neſtre point cõgneu ne renomme. Plaut. in Trinũmo, 10.38, Niſi me auſcultas, atque hoc, vt dico, facis, tute pone te latebis facile, ne inueniat te honor: in occulto iacebis, cum te maximè clarum voles.

Iacêre in pace. Cic. Philipp. x, Ad hoc igitur quiſquam bellum timet? qui antequam nos id coacti ſuſcepimus, in pace iacêre, quàm in bello vigêre maluit. quãquam ille quidem nunquam iacuit, nec hoc cadere verbum in tantam virtutis præſtantiam poteſt. Demourer en paix, ſans auoir aucun bruyt, ne renom.

Iacêre humi. Liuius lib. 2. de bello Punico, Humi iacentem inter cuſtodias ſtationéſque militum circũſpexerunt. Eſtendu contre terre.

Iacet grauiter, Il eſt demoure au lict malade. Plin. epiſt. 44. a, Verania Piſonis grauiter iacebat: huius dico Piſonis quẽ Galba adoptauit. Idem epiſt. 104. a, lib. v, Triſte illud, quòd Iulius Valens grauiter iacet: quãquam ne hoc quidem triſte, ſi illius vtilitatibus æſtimetur, cuius intereſt quàm maturiſſimè inexplicabili morbo liberari.

Iacet animus, Ie ſuis ſans eſpoir. Cic. de Amicitia, 52, Non eſt igitur amici talem eſſe in eum qualis ille in ſe eſt: ſed potius debet eniti & efficere vt amici iacentem animum excitet, inducátque in ſpem, cogitationémque meliorem.

Iacet oratio, Quæ languet, & quaſi exanimis eſt. Quintil. lib. 9, de figuris ſententiarum loquens, Motus eſt in his orationis, atque actus: quibus detractis, iacet, & velut agitante corpus ſpiritu caret.

Iacent pretia prædiorum: Id eſt, pretio vili venduntur. Cic. pro Roſcio Comœdo, Accepit enim agrum temporibus iis, cum iacerent pretia prædiorum.

Rationes iacent. Plaut. in Amphit. 16.65, Supreme Iuppiter quid intueor, vtrique in muſculo dextro, eodem in loco, ſigno eodem apparet probe, vt primũ coiuit cicatrix rufula ſublurida. rationes iacent, iudiciũ ſilet: quid agam neſcio. Ie ne ſcay dont vient cela, ne les raiſons cõment cela peult eſtre venu: ie nen ſcay que dire.

Iacent ſtudia, Id eſt, frigent, & ſine vigore ſunt. Cic. lib. 1, Tuſcul. quæſt. Honos alit artes: omneſque incenduntur ad ſtudia gloriæ: iacentque ea ſemper quæ apud pleroſque improbantur.

Iacent virtutes. Cic. in finibus bon. & mal. Maximas verò virtutes iacêre neceſſe eſt voluptate dominante.

Iacent his teſtibus illi. Cic. pro Milone, Iacent his teſtibus ii qui Clodium negant eo die Romam, niſi de Cyro auditũ eſſet, rediturũ. Id eſt, Vim teſtimonii habere non poſſunt. Ils ne ſeront point creus par tels teſmoings. Leurs teſmoings ne ſeront point receus.

Iacet campus in medio, Il y a vng champ au milieu. Salluſt. In medio campus iacet, aquis vndique ſcatens.

Iacêre, Plenum eſſe, & oneratũ, inquit Nonius. Virg. lib. 3. georg. Sed iacet aggeribus niueis informis & alto Terra gelu.

Iacêre, Per plurimũ porrigi, vt vult Nonius. Virg. li. 3. Itque pecus longa in deſerta ſine vllis Hoſpitiis, tantum campi iacet. Tant y a ſi grande pleine, & ſi long champ.

Iacêre, Sordere, nec lætum eſſe. Lucilius lib. 30, Et ſua præcipue retrò relicta iacêre. Lucretius, Humana ante oculos fœde cum vita iacêret In terris. Nonius.

Iacêre, Mortuum eſſe. quòd iaceant, nec amplius cadauera moueantur. Lucanus, Ille iacet, lætæ paci quem prætulit orbis.

Iacêre, Sepultum eſſe. Martialis, Non aliter cineres mando iacêre meos.

IACIO iacis, ieci, iactum, iácĕre, Emittere, Ietter. Apûleius, Multis in eum lapidibus iactis. Virg. lib. v, Sublatáque procul dextrã cõnixa coruſcat, Et iacit. Cic. in Verrem, de ſignis, In quem ſcyphum de manu iácere conatus eſt.

Iácere aggerem, Id eſt facere, inquit Nonius. Lucilius lib. xxvi, Aggere in iaciẽdo, ſi quo eſt vineis actis opus.

Iácere fundamenta: Mettre, ou faire les fondemens, Bailler commencement. Cic. in Philip. In quo templo quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis.

Iácere fundamenta ſalutis alterius. Cic. epiſt. 175, Quod quidem nec deſtiti facere, nec deſiſtam, & iam in maxima re feci, & fundamenta ieci ſalutis tuæ.

Iácere ſignificationes. Suet. in Nerone, cap. 37, Multáſque nec dubias ſignificationes ſæpe iecit, ne reliquis quidem ſe parſurum ſenatoribus, eúmque ordinem ſublaturum. Il monſtroit par beaucop de ſignes, que &c.

Iácere talos: Iouer aux dets. Plaut. in Aſin. 13.35, Talos ne cuiquam homini admoueat, niſi tibi: Quum iaciat, te ne dicat, nomen nominet. Ibidem, 16.54, Iace pater talos, vt porrò nos iaciamus. Cic. de diuinatione, lib. 2, Quïd eſt tam incertum, quàm talorũ iactus? tamen nemo eſt quin ſæpe iactans, Venerium iaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum ac tertium.

Iácere ſalutem in re aliqua, Mettre ſon ſalut en quelque choſe, & leſperer dicelle. Virg. lib. 4. georg. Omnis in hac certam regio iacit arte ſalutem.

Iacto, iactas, iactare, Frequenter iácere. Virg. lib. 1, georg. Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem.

Iactare curas. Virg. Atque illum tales iactantẽ pectore curas. Id eſt, ſæpe voluẽtẽ. Nonius.

Iactare, Fatigare, vexare, concutere. Virg. Iactatos æquore toto Troas relliquias Danaûm. Plaut. in Rud. 14.4, Nocte hac proxima ſe iactatas atque eiectas hodie eſſe aiunt è mari. Virg. Iactetúrque odiis Iunonis iniquæ.

Iactare, Plagis ſternere, Ruer aucun par terre, deforce de coups. Cic. in Verrẽ, act. 2, Iactatus domi ſuæ vir primarius, & homo honeſtiſſimus, pro ſe quiſque manus affert. Nonius.

Iactare, Temere laudare, vel ambitioſius gloriari. Plin. epiſt. 53. d, Miſerat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quãdam iactantes & glorioſas. Virg. lib. x, Ecce paro, voces dum iactat inertes.

Iactare, Inaniter loqui: Parler choſes vaines, & de nulle valeur. Virg. Talia iactanti, ſtridẽs aquilone procella Velum aduerſa ferit.

Iactare, Frequẽter emittere. Virg. lib. 2. georg. Et ſi non alium latè iactaret odorem, Laurus

erat. Idem, Ipſi lætitia voces ad ſydera iactant.

Iactus iactus iactui, m.g. Vng iect, Comme vng coup de dets. Terent. in Adelphis, 4.7.22, Si illud quod eſt maximè opus, iactu nõ cadit: illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas. Cic. de diuinatione, lib. 2, Quid eſt tam incertum, quàm talorum iactus?

Iactus etiam retis dicitur abſolutè. Valerius lib. 4. cap. 1, circa finem, à piſcatoribus in Mileſia regione verriculum trahentibus, quidam iactum emerat.

Iactantia iactantiæ, f.g. À Cicerone definitur, lib. 4. Tuſcul. quòd ſit voluptas geſtiens, & ſe efferens inſolentius. Vanterie.

Iactanter, aduerbium: Cum iactantia. Auec vantance.

Iactuoſè, aduerbium. Idem. Cic. Cum ſint multa iactuoſè dicta.

Iactuoſus iactuoſa iactuoſum, Iactantiæ plenum. Cicero de Oratore, Cum ſint luminoſæ & quaſi iactuoſæ partes duæ.

Iactura iacturæ, Proprie damnũ dicitur, quod fit in mari: cum quis magnas in mari merces habet, & tempeſtate cogitur eas in mare iacere, ne nauis obruatur. Salluſt. ad Cæſarem, Si quid aduerſi coortum eſt, de illis potiſſimum iactura fit, quia pretii minimi ſunt.

Iaculum iaculi, dicitur quicquid in longum iaci poteſt. Vng dard, ou autre choſe pour ietter. Plaut. in Trucul. 3.11. Tentant mulieres benignúſne, an bonæ frugi ſies: quaſi in piſcinam rete qui iaculum parat, quando abiit rete peſſum, abducit. Iaculum (inquit Varro) dicitur, quòd vt iaciatur fit.

Iaculor iacularis, iaculari, Longè iácere, Ietter au loing. Iuuenalis, Quantas iaculetur Monychus ornos. Columella lib. 2, Fabà quæ longius emittetur, pura eò perueniet, quò ventilator eam iaculabitur. Claudianus, Latis iaculatus in armis.

Iaculus, iaculi, m.g. Serpẽtis genus, qui ſubit arbores, è quibus vi maxima vibrat, penetrátque quodcunque animal obuium fecerit fortuna. Plin. lib. 8. cap. 23, Iaculum ex arborum ramis vibrari: nec pedibus pauendas tantum ſerpentes, ſed & miſſili volare tormento. Lucanus, Et natrix violator aquæ, iaculíque volucres.

IAM, aduerbium temporis. Deſia.

Iam, Statim, Incontinent. Terẽt. in Eunucho, 2.1.13, Nam aut iam reuertêre: aut mox noctu te adigent horſum inſomnia. Ibidem, 1.2.5, Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Idem in Adelphis, 4.1.10, Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret, ſat ſcio. Plaut. in Aulul. 5.26, Occlude ſis fores ambobus peſſulis: iam ego hic ero. Ie retourneray icy incontinẽt. Idem in Trucul. 4.98, Sed iam nunc Dinarche, quàm mox te recepiſti, iam hic ero, propè eſt profecta quò ſum. Terent. in And. 2.2.25, Quum illò aduenio, ſolitudo ante oſtium: iam id gaudeo. Incontinent fus fort ioyeulx de ce.

Iam, properationis ſignificatio eſt: Tout a ceſte heure, tout maintenãt. Terent. in Adelphis, 2.2.1, Tace, egomet conueniã iam ipſum. Idem in And. 5.4.51, Rectè admones: Dauo iſtuc dedam iam negotii. Idem in Eunucho, 5.7.20, Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulũ nobilitas flagitiis, & eundem indicas. Idem in Phor. 2.3.4, Quin tu hoc age, iam ego hunc agitabo. Plaut. in Trucul. 4.95. Imò ab eo vt nũtiatum eſt, iam hic adfuturũ aiunt: eúm nondũ aduenìſſe miror. Terent. in Adelphis, 4.2.52, AEſchinus odioſè ceſſat, prandium corrumpitur: Cteſipho autem in amore eſt totus: ego iam proſpiciam mihi: nam iam ádibo: atque vnũ quicquid, quod quidem erit belliſſimum, carpam. Deſmaintenant. Plaut. in Aſin. 12.15, Sermoni iam finem face tuo, huius ſermonem accipiam. Idem in Moſtell. 6.37, Iam hercle ego vos pro matula habeo, niſi matulam datis.

Iam, increpatio moræ eſt. Terent. in Eunucho, 3.2.39, Iámne imus? THA. hos prius introducam: & quæ volo, ſimul imperabo: poſtea continuo exeo. Nallons nous point encore? Ne yrons nous point a ceſte heure? Neſt il pas temps daller? Or ca, irons nous maintenant?

Iam, renũtiatio perpetuitatis. Terent. in And. 2.2.15, Vxorem tibi iam non dat Chremes. P. quî ſcis? D. ſcio. Tiens toy maintenant tout aſſeuré, quil ne te baillera pas ſa fille en mariage. Plaut. in Bacchid. 2.30, Illuc ſis vide: non pædagôgũ iam me, ſed Lydum vocat. Il ne me appelle plus ſon pædagogue.

Iam, Tarditatis ſignum. Terent. 1.2.19, Dehinc poſtulo: ſiue æquũ eſt, te oro Daue, vt redeat iam in viam. Que finalement, en fin il ſe remette a bien faire, ou, au moins que maintenant &c. Idem in Adelphis, 2.1.21, Non innueram: verũ in iſtam partem potius peccato tamen. I nũc iam. Va ten maintenãt: tu attẽdois cela. Donatus, Nũc iam, duæ partes ſunt. Et bene iam: quia ſerò, & poſt plagas.

Iam, Maintenant. Terent. in Eunucho, 5.2.43, Te quoque iam Thais, ita me di bene amẽt, amo. Idem in Adelph. 2.4.12, Quid ait tandẽ nobis Sannio? s. iam mitis eſt. Idem in Adelph. 3.3.87, Næ illiuſmodi iam nobis magna ciuiũ penuria eſt. Idem in And. 5.2.4, Omnis res eſt iam in vado. Plau. in Trucul. 17.32, Puer quidẽ beatus, matres duas habet, & auias duas: iam metuo patres quot fuêre. Vide ſis facinus muliebre. Cic. de Amicitia, 9, De me autem (vt iam cum vtroque loquar) ſic habetôte.

Iam, Desia. Terent. in And. 3.4.2, Cur vxor non accerſitur? iam adueſperaſcit. Idem in Eunucho, 4.2.5, Dum hæc puto, præterii imprudens villam: longè iam abierã. Ibidem, 5.7.7, Defeſſa iam ſum miſera de te ridendo. Plaut. in Merc. 12.73, Iam dixti? E. dixi. C. fruſtra dixti.

Iam, Il y a desia. Plaut. in Merc. 9.35, Ecaſtor iam biennium eſt, quum mecum rem ille cœpit. Idem in Rud. 4.43, Nõ hercle adoleſcens, iam hos dies compluſculos quẽquam iſtic vidi ſacrificare. Il y a desia pluſieurs iours &c. Idem in Aulul. 3.4, Hãc domum iam multos annos eſt quum poſſideo & colo. Idem in Moſtell. 13.16, Quin ſex menſes iam hîc nemo habitat. Plau. in Trucul. 8.35, Mater ancillas iubet, quoniã iam decimus mẽſis aduẽtat prope. Idem in Curcul. 2.14, Hoc AEſculapii fanũ eſt. PA. plus iam anno ſcio. Cic. de Amicitia, 39, Videtis in tabella, iam antè quanta ſit facta labes.

Iam, pro tunc. Alors. Quintil. Quòd ſi ſatis prudenter ea viderint, iam propè conſummata fuerit præcipientis opera.

Iam à pueris: Incontinent des lenfance. Terent. in Heaut. Qui nos putant iam à pueris ilico naſci ſenes.

Iam à principio: Incontinent des le cõmencement. Salluſt. in Iugurtha, Ad hoc Pop. Rom. iam à principio inopi melius viſum eſt, amicos, quàm ſeruos quærere.

Iam diu, Il y a ia long temps. Plaut. in Menæh. 7.16, Hominẽ inter viuos quæritamus mortuum. nam inueniſſemus iam diu, ſi viueret. Idem in Milite, 4.17, Ego iam diu apud hũc ſeruitûtem ſeruio. Idem in Pœnulo, 18.27, Ingenium patris habet, quòd tibi ſapit. AG. quæres iam diu ædepol ſapientiã tuam. P. ecquid abuſa eſt? AG. nunc hinc ſapit, hinc ſentit: quicquid ſapit, meo amore ſapit. Idem in Epid. 2.9, Quã quidem te iam diu perdidiſſe oportuit. Terent. in Eunucho, 3.3.12, Huc euaſit, quàm pridem pater mihi & mater mortui eſſent: dico, iam diu. Donatus, Iam olim interpretatur. Ibidem, 5.6.30, Nam iam diu aliquam cauſſam quærebat ſenex, quamobrem inſigne aliquid faceret: is nũc reperit. Cic. de Senect. 17, Carthagini malè iam diu cogitanti.

Iam diu eſt quòd. Plaut. in Amphit. 4.148, Agite pugni, iam diu eſt quòd ventri victum non datis. Idem in Merc. 19.1, Syra non redit, quam accerſitum patrem iam diu eſt quòd miſeram.

Iam diu factum eſt quom. Plaut. in Aſin. 6.3, Iam diu factum eſt quom diſceſti ab hero, atque abiſti ad forum.

Iam diu factum eſt poſtquam. Plaut. in Perſa, 13.42, Iam diu factum eſt poſtquam bibimus: nimis ſicci ſumus.

Iam dudũ, Il y a ia long tẽps, cõme dune heure, de deux, de trois. Terẽt. in Adelphis, 4.1.1, Aín' patrem hinc abiſſe ruſ? s. iam dudum. Idem in Eunucho, 4.6.5, Thais ego iam dudum hic adſum. Ibidem, 4.7.46, Iam dudum animus eſt in pãtinis. Idem in Andria, 5.4.46, Iam dudum reduxit me ipſa in gratiã. Plaut. in Menæh. 9.59, Iam dudum mulier tibi nõ imprudens aduerſabar, hunc metuebam. Idem in Epid. 9.28, Quia dixit mihi iam dudũ alius, ſe tuũ vidiſſe hic filiũ. Idem in Amphit. 5.29, Quãquam (vt iam dudum dixi) reſciſcet tamen Amphitruo rem omnem. Idem in Sticho, 15.2, Nã ita me Venus amœna amet, vt ego hic iam dudum exiſſem vobiſcũ foras, niſi me vobis exornarem. Iam dudum eſt intus. Plaut. in Aſin. 12.151.

Iam dudum factum eſt quum abiſti domo. Plaut. in Trinũmo, 14.3.

Iam dudum, pro nimium & valde, vel iam pridem. Terent. in Eunucho, 3.1.58, Quando illud quod tu das, expectat atque amat, iam dudum amat te, iam dudum illi facile fit quod doleat.

Iam dudum, Iam primum. Terẽt. in And. 1.4.1, Audiui Archillis: iam dudum Leſbiam adduci iubes.

Iam dudum ætatem. Terent. in Eunucho, 4.5.8, Iamdudum ætatem lites ſunt inter eos. Donatus, Quia iam dudum finitæ moræ eſt: addit AEtatem, vt oſtendat multum abiiſſe temporis vt factum eſt.

Iam fermè. Terent. in And. 1.5.49, Iam fermè moriens, me vocat. acceſſi.

Iam iam, Repête, Deſmaintenãt, Tout a ceſte heure. Plaut. in Curcul. 15.29, Iam iam faciã vt iuſſeris. Ibidem, 5.18, Iamiã noui, leno eſt cappadox. Idem in Milite. 16.60, Et vos intrò abite actûtum: nam illum huc ſat ſcio iamiam exiturum eſſe intus.

Iam iam deſino. Terẽ. in Adelph. Derides? fortunatus qui iſtoc animo ſies: ego ſentio. M. ah pergíſne? D. iam iam deſino. M. i ergo intró.

Iam iam ſat eſt. Plaut. in Milite, 13.91, Iam iam ſat amabo eſt: ſine vt abeam, ſi poſſum, viua à vobis. Ceſt aſſes pour ceſte heure, pour le preſent.

Iam iámque. Plaut. in Pſeud. 4.88, Tu autem quæ pro capite argẽtum mihi iam iámque ſæpe numeras, eáque paciſci modo ſcis, ſed quæ pacta es, non ſcis ſoluere, Phœnicium, nunc tibi hæc ego loquor, deliciæ ſummatum virum.

Iam inde à principio. Plaut. in Pſeud. 15.14, Iam inde à principio probus. Tout des le commencement. Idem in Caſina, 2.4, Vt vos mihi æquos iam inde à principio ſciam. Cic. pro Cornelio Balbo, O iura præclara, atque diuinitus iam inde à principio Romani nominis à maioribus noſtris comparata. Liuius de bello Punico, Iam inde à principiis gentis maiores ſuos bella geſſiſſe. Salluſt. in Iugurtha, Iam inde à principio belli Iugurthini.

Iam inde à cunabulis, Des le berceau. Varro de re ruſtica, Iam inde à cunabulis.

Iam inde à certaminibus. Liuius, ab vrbe cõdita, Iam inde à paternis certaminibus inuiſus.

Iam inde à puero: Des ſon enfance. Plaut. in Sticho, 4.22, Quia iam inde à puſillo puero ridiculus fui, eò quia paupertas fecit ridiculus forem. Terent. in Adelphis, 3.3.86, Vah, homo amîcus nobis iam inde à puero.

Iam inde à teneris impende laborem. Virgilius in georgicis. Des quil eſt encore tendre.

Iam inde ab initio, Des le commencement. Liuius ab vrbe condita, Iam inde ab initio præparans animos. Ibidẽ, Iam inde ab initio. Ibidem, Iam inde ab initio Fauſtulo ſpes fuerat, regiam ſtirpem apud ſe educari. Ibidem, Vt inſtitutum iam inde ab initio erat.

Iam inde ab adoleſcentia, Tout du commencement de ieuneſſe. Plaut. in Bacchid. 24.1, Hi ſenes niſi fuiſſent mihi, iam inde ab adoleſcentia, non hoc tantũ flagitium facerent. Terent. in Adelphis, 1.1.16, Is adeò diſſimili ſtudio eſt iam inde ab adoleſcentia.

Iam inde ab Ariſtotele: Incontinent apres le temps de Ariſtote. Cic. de Orat. Eſt enim illorũ exercitatio elegãs, iam inde ab Ariſtotele cõſtituta. Liuius de bello Macedonico, Tẽtare gẽtem aduerſam Romanis iã inde ab Racilli morte. Incõtinẽt apres la mort de Racillus.

Iam inde antiquitus. Plin. in Paneg. 136, Video enim iam inde antiquitus maritos dearum, ac deorum liberos, nec dignitate nuptiarum magis, quàm his artibus inclaruiſſe. Des le cõmencement du vieulx temps.

Iam inde ætate. Plaut. in Mer. 9.23, Bonã hercle te & frugi arbitror natura, iam inde ætate cum ſcis facere officium tuum. Des que tu es venue en aage.

Iam inde vſque ab adoleſcentia. Terent. in Heaut. 1.2.9, Nam mihi magna cum eo iam inde vſque à pueritia ſemper fuit familiaritas.

Iam nunc, Deſmaintenant. Cic. de diuinatione, Iam nunc mente & cogitatione perſpicio, quæ tum ſtudia hominum, qui cõcurſus futuri ſint. Ibidem, Quæ cum cógito, iam nunc timeo. Virg. in georg. Et votis iam nunc aſſueſce vocari. Propertius, Iam nunc me ſacra Dianæ Suſcipere, & Veneri ponere vota iuuat.

Iam olim, Il y a long temps. Cic. Iam olim à principio illud ſtatueram. De puis lõg temps en ca, des que ie commencoie.

Iam olim, Aliquando. Autre fois. Terent. in Eunucho, 3.5.39, Et quia conſimilem luſerat iam olim ille ludum impẽdio magis animus gaudebat mihi. Virg. At iam olim ſeras poſuit cum vinea frondes.

Iam pridem, Il y a ia long temps. Plaut. in Rud. 23.23, Vidulum iſtum quoius eſt, noui ego hominem iam pridem. Idem in Bacchid. 23.35, Iſtuc iam pridem ſcio. Idem in Amphit. 4.149, Iam pridem videtur factum, heri quòd homines quatuor in ſopôrem collocaſtis nudos. Terent. in Hecyra, 2.1.22, Iam pridem equidem audiui cepiſſe ódium tui Philumenam.

Iam pridem, De longiori tempore: Il y a fort long temps, du temps iadis. Plin. Quod maiores noſtros iam pridem feciſſe manifeſtum eſt: quod genus nuper & patrum ferè noſtrorum memoria inuentum eſt.

Iam pridem, Continuò. Lucanus, Tollite iam pridem victricia tollite ſigna.

Iam primum, Or primes. Terent. in Adelphis, 3.2.40, Iam primum illum alieno animo à nobis esse, res ipsa indicat.

Iam primũ: Tout premieremẽt. Sallust. in Catil. Iam primum adolescens Catilina, multa nefanda stupra fecerat cũ virgine nobili. Terẽt. in And. 3.2.32, Iam primũ hæc se è Pamphilo grauidam dixit esse: inuentum est falsum.

Iam tum: Des lors. Barbarè dicitur, ex tunc. Cic. pro A. Licinio, Ita se iam tum gessisse pro ciue iis temporibus quæ tu criminaris. Idem in Verrem, Iam tum cum bello fugitiuôrũ tota Italia ardêret. Idem pro Cluentio, Qui omnes in iudiciis publicis iam tum florente Romano populo, floruerunt. Virg. Iam tum religio pauidos terrebat agrestes.

Iam puer: Des son ieune eage. Plaut. in Bacchid. 8.57, Hic sodalis Pistoclero iam puer puero fuit.

IANVA ianuæ, f.g. La porte dune maison. Plaut. in Asin. 8.10, Ita hæc morata ianua est, ex templo ianitorem clamat, procul si quem videt ire ad se.

Ianitor ianitoris, m.g. Vng portier. Cic. in Verrem, act. v, Hunc vestri ianitores, hunc cubicularii diligunt. Idem de lege agraria, Ianitores ex equestri loco ducentos in annos singulos, stipatores corporis constituit.

Ianitrix ianitricis, f.g. Vne portiere. Plaut. in Curcul. 2.76, Anus hîc recubare solet custos iánitrix.

IANTHINVS iánthina iánthinũ, Res coloris purpurei. ἴον enim viola. καὶ τὸ ἄνθος τοῦ ἄνθεος, quasi violaceus flos. Martialis, Coccina formosæ donas & iánthina mœchæ. Subaudi indumẽta. Plin. lib. 21. cap. 6, Violis honos proximus: earũ plurima genera: Purpureæ, luteæ, albæ: plantis omnes vt olus satæ. Ex his verò quæ sponte apricis & macris locis proueniunt, purpureæ, latiore folio statim ab radice carnoso exeunt, solæque græco nomine à cæteris discernũtur: appellata Ia. ab his iánthina vestis.

IASPIS iaspidis, m.g. Lapidis pretiosi genus, Vne Iaspe. Plin. lib. 37. cap. 8, Viret, & sæpe transłucet iaspis, etiam si victus à multis, antiquitatis tamen gloriã retinens. Plurimæ ferunt eam gentes, smaragdo similem Indicæ: Cyprii dicunt glaucum pinguémque. Persæ aeri similem, ob id vocatur aerizusa talis. Et iaspis est cerulea circa Thermodoontem amnem, in Phrygia purpurea, in Cappadocia ex purpurea, cerulea, atque non refulgens.

I B

IBI, aduerbium in loco, En ce lieu la. Terent. in And. 2.2.19, Vbi te non inuenio, ibi ascendo in quendam excelsum locum. circũspicio. Idem in Eunucho, 4.1.8, Inuitat tristis: mansit ibi: illa cum illo sermonem occipit. Idem in And. 3.2.42, Abi intrò, ibi me opperire. Plin. in Paneg. 90. Incipimus inde, desinimus ibi à quo incipi, in quo desini sub alio principe non posset.

Ibi. Terent. in Adelphis, 5.4.13, Duxi vxorem: quam ibi miseriã vidi. Donatus: Ibi, inquit, quasi vxor locus sit. En mariage.

Ibi. Terent. in And, 1.1.104, Interea hæc soror, quam dixi, ad flammam accessit imprudentius satis cum periculo. ibi tum exanimatus Pãphilus: bene dissimulatũ amorem, & cælatũ indicat. Adoncques, Ainsi quelle se iettoit au feu.

Ibi, Tum, vel tunc, Alors. Terent. in Hecyra, 1.2.53, Postquam videt paratas, nec morã vllã quin ducat dari, ibi demum ita ægre tulit, vt ipsam Bacchidem si adesset, credo ibi eius cõmisereſceret. Idem in Eunuch. 2.2.29, Ille vbi miser famelicus videt me esse in tantũ horem, & tam facilé victum quærere, ibi homo cœpit me obsecrare. Idem in And. 2.3.5, Sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet. Plaut. in Amphit. 17.16, Vt iacui, exurgo: ardêre censui ædes, ita tũ fulgebant: ibi me inclamat Alcumena, iam ea res me horrôre afficit.

Ibi sum: Ie pense a cela. Terent. in Heaut. 5.2.30, Irrides in re tanta, neque me quicquã consilio adiuuas? s. imò & ibi nunc sum, & vsq; dudũ id egi, dũ loquitur pater. Ie suis en cela.

Ibidem, En ce lieu la mesme. Plaut. in Cistell. 11.8, Propera ire intrò ad affinem tuũ: filiã tuã iam cognosces: intus ibidem vxor tua est. Idem in Bacchid. 2.26, Ibidem meã operã perdidi, vbi tu tuam. Idem in Trinũmo, 8.8, Ibidem vnà traho. La mesme, ensemble ie demeure. Terent. in And. 4.5.38, Ni puerum tollis, iam ego hunc in mediam viam prouoluam: teque ibidem peruoluam in luto.

Ibidem mihi adnutat: Il me faict signe du lieu la ou il est, que. &c. Plaut. in Merc. 7.94, Ecce illum video, iubet quinque me addere etiam nunc minas. c. hercle illunc dii infœlicitent,

quiſquis eſt. D. ibidem mihi etiam nunc adnutat, addam ſex minas.

Ibidem, vbi. Plaut. in Perſa, 16.144, Do ego tibi operam. s. tibi ibidem das, vbi tu tuũ amî cum adiuuas. La meſme, ou alors tu te aides, quant tu. &c.

Ibidem loci res erit: Ce ſera touſiours tout vng. Plautus in Ciſtell. 5.53, Abi intrò iratus. quid egò nunc agam? ſi redierit illa ad hunc, ibidem loci res erit: vbi odium occœperit, illã extrudet, cum hanc vxorem Lemniam ducet domum.

IBIS, huius ibis, vel ibidis, f.g. Auis AEgypti. Plinius lib. 10. cap. 48, Viſam in alpibus ab ſe peculiarem AEgypti ibin, M. Egnatius Caluinus præfectus earum prodidit. Idem, lib. 8. cap. 27, Simile quiddam & volucris in eadem AEgypto monſtrauit, quæ vocatur ibis: roſtri aduncitate per eam partem ſe proluens, quã reddi ciborum onera maximè ſalubre eſt. Cic. lib. 2, de diuinatione, Velut ibes maximam vim ſerpentiũ conficiunt, cum ſint aues excelſæ rigidis cruribus, corneo proceróque roſtro. auertunt peſtem ab AEgypto, cum volucres angues ex vaſtitate Libyæ vento Aphrico inuectas interficiunt atque conſumunt. ex quo fit vt illæ viuæ, nec morſu noceant, nec odore mortuæ. Ouid. Ibidis interea tu tibi nomen habe.

I C

ICO icis, ici, ictum, icere, Percutere, inquit Feſtus. Plaut. in Trucul. 11.14, Hoc vide, dentibus frendit, icit femur. Idem in Aulul. Ibi vt piſcabar, fuſcina ici vidulum. Cæcilius, Si vnquam quiſquam vidit quem catapulta aut baliſta icerit. Plin. Arborum manu ſatarum, receptarúmque in domos, laurus ſola nõ icitur. Liuius lib. 1, Ibi in turba ictus Remus cecidit. Plaut. in Curcul. 8.25, Catapulta hoc ictum eſt mihi apud Sicyonem.

Ictus ictus ictui, m.g. Vng coup. Plaut. in Moſtell. 8.104, Perfacile ego ictus perpétior argẽteos. Cic. de off. lib. 3, Ictu fulminis deflagrauit.

ICON iconos, f.g. εἰκὼρ εἰκόνος, Latinè effigies, imago, & ſtatuâ ex membris ipſis, à pictoribus ſeu ſtatuariis expreſſa. Plin. lib. 34. cap. 4, Effigies hominum non ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri cauſſa perpetuitatem merentium. Et primò ſacrorũ certaminum victoria, maximèque Olympiæ: vbi omnium qui viciſſent, ſtatuas dicari mos erat. Eorum verò qui ter ibi ſuperauiſſent, ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconas vocant.

Iconicus iconica iconicum, Ita pictum, vt ex eius membris ſimilitudo expreſſa ſit. Plin. Adeò iam colorũ vſus increuerat, adeóque ars perfecta erat, vt in eo prælio iconicos duces pinxiſſe tradatur, Athenienſium Milciadem Callimachum, Cinegyrum Barbarorum Darium, Tyſſaphernem. Suet. in Caligula, Simulachrum ſtabat in templo aureum iconicum, amicieba turque quotidie veſte, quali ipſe vteretur.

ICH THYOPHAGVS, ichthyophagi, Qui piſcibus viuit.

Ichthyotrophium ichthyotrophii, n.g. Locus in quo aluntur piſces, qui & piſcina & viuariũ latinè dicitur. Vng viuier, eſtang, ou boutiele a nourrir poiſſon. Columell. lib. 8. cap. 1, Eſt autem id ferè vel in villa, vel circa villam: in villa eſt quod appellant Græci ὀρνιθῶνας καὶ περιστερεῶνας, atque etiam cum datur liquoris facultas ἰχθυοτροφεῖα ſedula cura exercentur.

ICHNEVMON, ichneumonis, n.g. Animal eſt magnitudine felis, ſpecie muris, vulgo nunc murem Indicum vocant. Plin. lib. 8. cap. 24, Habet deinde internecinum bellum cum ichneumone. Notum eſt animal, hac gloria maximè, in eadem natum AEgypto. Mergit ſe limo ſæpius, ſiccátque ſole. mox vbi pluribus eodem loco ſe coriis loricauit, in dimicationem pergit. In ea caudam attollẽs, ictus irritos auerſus excipit, donec obliquo capite ſpeculatus inuadat in fauces. nec hôc contentus, aliud haud mitius debellat animal.

ICHNOGRAPHIA, Eſt quæ vulgo plana forma vocatur. Hæc, circini regulæque modicæ continet vſus, ex qua capiuntur formarum deſcriptiones in ſolis arearum. Author eſt Victruuius lib. 1. Ichnographia dicitur quaſi veſtigii deſcriptio, in quo quaſi veſtigio totum opus inſiſtit. Vne plate forme.

ICTEROS, ἴκτερος ἰκτεροῦ, m.g. Morbus, cum per totum corpus bilis ſuffunditur, quæ interdum nigra, interdum flaua eſt. La Iauniſſe.

Ictericus, Qui eo morbo laborat. ἀπὸ τοῦ ἰκτεροῦ, hoc eſt à miluo, quòd oculi bile ſuffuſi, miluinis oculis ſimiles videantur.

Icterus icteri, m.g. Auis, de qua Plinius lib. 30. cap. x 1, Auis icterus vocatur à colore: quæ ſi ſpectetur, ſanari id malum tradunt, & auem mori. Hanc puto latinè vocari galgulũ. De morbo regio loquitur, De la iauniſſe.

Iconiſmos, Seneca lib. 15. epiſt. appellat deſcriptiones, aitque verbum eſſe publicanorum.

ID, huius, Pronomen. Cela, ou ceſte choſe la. Terent. in Adelphis, 1.2.24, In eo me oblecto, ſolum id eſt charum mihi.

Id, Ob id. Terent. in And. 2.4.2, Si id ſuccenſeat, quia non det tibi vxorem Chremes, ipſus ſibi eſſe iniurius videatur. Idem in Eunucho, 3.1.3, Non tam ipſo quidem dono, quàm abs te datum eſſe: id verò ſeriò triumphat. Ibidem, 5.7.4, Nunc id prodeo, vt cõueniam Parmenonem. Cic. Philipp. x, Qui id pugnant, id agunt, vt contra remp. reſtituti eſſe videantur.

Id, pro hoc. Terent. in Eunucho, 4.4.57, Id modo dic, abiſſe Dorum.

Id, pro Per id. Terent. in Adelphis, 5.9.29, Quæ iſthæc ſubita eſt largitas? D. dicam tibi: vt id oſtenderem, quòd te iſti facilem & feſtiuum putãt, id non fieri ex vera vita, neque adeò ex æquo & bono.

Id actûtum, nihil eſt. Plaut. in Amphit. 6.32, Tace, ne corrũpe oculos, redibo actûtũ. A. Id actûtum diu eſt. Ce ſoudainement que tu dis, me dure long temps. Terent. in And. 2.1.16, Interea fiet aliquid ſpero. B. id aliquid nihil eſt.

Id ætatis. Plaut. in Aſin. Neque puduit eum id ætatis ſycophantias ſtruere. En ceſte eage la, ſi vieulx. Cic. Torãnio, Ita viximus, & id ætatis iam ſumus, vt omnia quæ noſtrã culpã nobis accidunt, fortiter ferre debeamus. Idem de Oratore, Quoniam id nobis Antoni hominibus id ætatis oneris imponitur. Idem pro A. Cluentio, Se in balneis cum id ætatis filio fuiſſe. Idem in arte Rhetorica, Cũ id ætatis & priuatus eſſem. Idem Attico, Credo Platonem, vix putaſſe ſatis conſonum, ſi hominem id ætatis in tam longo ſermone diutius retinuiſſet. Idem pro L. Flacco, Qui quoniã eſt id ætatis. Liui. ab vrbe cõd. Quis, & cuias, & cur id ætatis in caſtris fuiſſet. Ibidem, Qui ſe id ætatis ſolicitaſſent.

Id curat ſcilicet. Terent. in And. 1.2.14, Rogas? meum gnatum rumor eſt amare. D. id populus curat ſcilicet. Le peuple ſen ſoucie bien de cela, ſi tu le ſcauois bien.

Id eſt profecto. Plau. in Merc. 7.32, Per mare vt vectus, nunc oculi terrã mirãtur tui. c. magis opĩnor. D. id eſt profecto: verum actûtum abſceſſerit. Ceſt cela que tu dis, Il eſt ainſi. Terent. in Heaut. 4.8.16, Id eſt profecto, id amicæ dabitur.

Id genus hominum. Plaut. in Trinũmo, 14.37, Nam id genus hominum hominibus vniuerſis eſt aduorſum, atque omni populo malefacit. Ceſte maniere de gens, Ou, telle maniere de gens. Terent. in And. 4.1.4, Imò id genus hominum eſt peſſumum.

Id locorum, pro, Id. Id locorum ea ratione dicitur, qua interea loci. Plaut. in Caſina, 3.31, Poſt id locorum, quando ad villam veneris, dabitur tibi amphora vna. Idem in Pœnulo, 3.16, Poſt id locorum tu mihi amanti ignoſcito. Apres ce.

Id quod res eſt. Terent. in Adelphis, 2.1.52, Verum cogito id quod res eſt, quãdo eum quæſtum occœperis, accipiunda, & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt. Donatus, Id quod res eſt, Id quod verum eſt: bona locutio. Ie penſe ce qui eſt vray.

Id temporis, Per id tempus, Par, ou en ce temps la. Varro de re ruſtica, Itaque eorum fructus id temporis maximè conſiſtit. Ibidem, Quòd ſæpe id temporis oriuntur nymbi. Cic. de Oratore, Et noſipſi, quoniã id temporis eſt, valetudini demus operam. Ibidem, Sed nunc quidem, quoniam id temporis eſt, ſurgendum cenſeo. Idem de finibus bonorum & mal. Quòd is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet. Idẽ Attico, Venit enim ad me, & quidem id temporis, vt retinendus eſſet. Idem pro Milone, Deinde profectus id temporis, cum iam Clodius (ſiquidem eo die Romã venturus erat) redire potuiſſet. Idem in Catilinã, Quos ego iam multis ac ſummis viris ad me id temporis venturos eſſe prædixeram. Liuius ab vrbe condita, Vt purgaret ſe, quòd id temporis veniſſet.

Id verò. Terent. in Eunucho, 5.4.8, Tum hoc alterum id verò eſt quod mihi puto palmarium, me reperiſſe, quomodo. &c.

IDCIRCO, aduerbium, Pour ce, A cauſe de ce. Terẽt. in And. 4.2.7, Nam idcirco accerſor, nuptias quòd mihi apparari ſenſit. Plin. epiſt. 247, Meminerimus idcirco te in iſtam prouinciam miſſum, quoniam multa in ea emendanda apparuerint.

IDEM, eadem, ĭdem. îdem maſc. producit primam: ĭdem, neutrum, corripit. Genit. eiuſdem. eidem. eundem, eãdem, ĭdem. eodem, eadem, eodem. Eidem vel iidem, eædem, eadem. eorũdem, earundem, eorundem. eiſdem, vel iiſdem. eoſdem, eaſdem, eadem. eiſdem vel iiſdem. Idem, Celuy meſme, ou le meſme. Plaut. in Pſeud. 3.16, Licet me id ſcire quid ſit? nã tu me antidhac ſupremum habuiſti comitem conſiliis tuis. c. Idem animus nunc eſt. Iay la meſme

affection enuers toy que ie auoye. Ie nay point change de vouloir. Idem in Sticho, 3.77, Idem animus in paupertate eſt, qui olim in diuitiis fuit. Tout vng ſuis ie en pourete, que ieſtoie quant ieſtoie riche. Idem in Moſtell. 4.63, Eundem animum oportet nunc mihi eſſe gratum vt impetraui, atque olim priuſquam id extudi, cum illi ſublandiebar. Terent. in Heaut. 2.3.24, Nam & vita eſt eadem, & animus te erga idem ac fuit.

Idem es qui ſolebas. Plaut. in Trucul. 8.13, Idem es ecaſtor, qui ſoles. Tu es tel que tu as accouſtume.

Idem præſens abſens. Terẽt. in Adelph. 1.1.48, Studet par referre, præſens, abſenſque idem erit. Il ſera touſiours tout vng deuant les gens & en derriere.

Idem Iupiter & ſalus. Plaut. in Capt. 13.96, Nam ego nunc tibi ſum ſummus Iupiter, idem ego ſum ſalus, fortuna, lux, lætitia, gaudium.

Idem, Semblable. Plaut. in Mil. 9.49, Prò di immortales, ſimiliorem mulierem, magiſque eandem, quàm noſtræ eſt ea, non reor deos facere poſſe. Plus ſemblable. Idem in Epid. 2.30, AEdepol facinus improbum. T. at iam antè alii fecerunt idem. Le ſemblable. Terent. in And. 3.4.3, Ego dudum nonnihil veritus ſum Daue abs te, ne faceres idem quod vulgus ſeruorum ſolet, dolis vt me deluderes.

Idem hoc hominibus ſat erat decem: Ceſtoit aſſes de cecy pour dix hommes. Plaut. in Milite, 10.159, Quid tibi opus fuit hoc ſumptu tanto noſtrã gratiã? inſaniſti hercle: nam idem hoc hominibus ſat erat decem.

Idem iſtud. Plautus in Milite, 10.180, Credo ego iſtuc idem. Ie crois bien ce que tu dis.

Eodem pacto. Plaut. in Trinũmo, 10.83, Quid tibi interpellatio, aut in concilium huc acceſſio eſt? s. eodem pacto quo huc acceſſi, abſceſſero. Ie men retourneray ainſi que ie ſuis venu.

Eidem tibi metis. Plaut. in Merc. 3.71, Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis. Tu fais prouffit a toymeſme.

Idem poteſtatis, idémque regni. Plin. epiſt. 7.2, Vide in quo me faſtigio collocaris, quũ mihi idem poteſtatis, idémque regni dederis quod Homerus Ioui opt. Max.

Idem dicere ſemper: Eſtre touſiours dune opinion. Ne dire point maintenãt dũg, maintenãt dautre, Perſeuerer en ſon opinion. Cic. de Amicitia, 12, Vel eius qui Apollinis oraculo ſapientiſſimus eſt iudicatus: qui nõ tum hoc tum illud, vt in pleriſque, ſed idem dicebat ſemper, animos hominum eſſe diuinos.

Idem victus, iſque cõmunis. Cic. de Amicitia, 85, Vna domus erat, idem victus, iſque cõmunis. Nous demourions enſemble, nous mangions dune meſme viande.

Idem ac. Varro de lingua latina, Idem ac diceretur, aut hic lepus, & hic nemus. Liuius de bello Punico, Ipſa re intellecturos nequaquam idem eſſe Siracuſas ac Leontinos oppugnare. Terent. in Heaut. Et animus te erga idem ac fuit.

Idem atque. Plaut. in Moſtell. 4.63, Eundem animum oportet nũc mihi eſſe gratum, vt impetraui, atque olim. Cato de re ruſtica, Pomarium ſeminariũ ad eundem modum, atque oleaginum facito. Ibidem, Denſas eodem modo componito, atque ſpiram. Vlpianus, Non eandem cauſſam eſſe decem aureorum, quos annuos tibi teſtes Pompeiæ Criſpinæ patronæ tuæ relictos proponis, atque fuit alimentorum.

Idem qui. Plaut. in Sticho, 3.77, Idem animus in paupertate eſt, qui olim in diuitiis.

Identidem, Souuenteſſois, Coup ſur coup, Ou, par fois, & de fois a autre. Plaut. in Milite, 20.54, Cogitato identitem, tibi quàm fidelis fuerim. Penſe & repenſe. Idem in Bacchid. 8.75, Nullo pacto res mandata poteſt agi, niſi identidem manus ferat ad papillas. Idem in Caſina, 22.10, Quoniam reſpecto identidem, ne ſenex illecebram ſtupri. Idem in Menæh. 4, 49, Ne te vxor ſequatur, reſpectas identidem. Liuius lib. 1, Vnam longè ante alias inſignẽ ſpecie & pulchritudine à globo Thalaſſi cuiuſdam raptam ferunt: multiſque ſciſcitantibus cuinam ferrent, identidem ne quis violaret, Thalaſſo ferri clamitatum. Plin. Centũ millia nummorum pro domo eius identidem promittetur. Suet. in Cæſare, Cum M. Cato identidem nec ſine iureiurando denuntiaret, delaturum ſe nomen eius ſimul ac primum exercitum dimiſiſſet. Plin. epiſt. 208, Legi enim locum, identidem repetens ea maximè quæ de me ſcripſiſti.

IDEO, Coniunctio. Pour ceſte cauſe, Pour ce. Plaut. in Merc. 3.31, Hoc ideò fit, quia quæ nihil attingunt ad rem, nec ſumptus videt, tum amator profert ſæpe aduerſo tempore.

IDIOMA, idiómatis, n. g. Proprietas linguæ. ἰδίωμα ἰδιώματος, τὸ.

IDIOTA, idiótæ, com.g. ἰδιώτης, ἰδιώτου, Indoctus, & illiterat⁹. Lucil.li.xxvi, Quid ni & tu idem illiteratũ me, atque idiotã diceres? Cic.in Verrem, act.v, Quæ nõ modo iſtum hominẽ ingenioſum atque intelligẽtem, verũetiã quẽuis noſtrũ, quos iſte idiotas appellat, delectare poſſent. Idem in Piſonem, Tu eruditior quàm Piſo, prudẽtior quàm Cotta, abundãtior cõſilio, ingenio, ſapientia quàm Craſſus: ea contemnis, quæ illi idiotæ, vt tu appellas, præclara duxerũt. Et paulò pòſt, Sed planè animi ſui cauſſa, ludos nobis idiotis relinquit. Idiôta, Dicitur etiam priuatus, plebeius, Qui na nulla charge, ne office en vne ville.

IDIPSVM, Ce meſme, Ou, vne meſme choſe. Suet.in Nerone, cap.24, Aurigauit quoque plurifariam, Olympiis verò etiam decemiugem, quãuis idipſum in rege Mithridate carmine quodam ſuo reprehendiſſet.

IDOLVM idóli, n.g. Simulachrum latinè: εἴδωλον. Vne image, ſtatue & repreſentation. Plin.epiſt.147.b, Mox apparebat ſenex idôlon macie & ſqualore cõfectus, promiſſa barba.

Idololatra, idololatræ, com.g. Idolorum cultor. εἰδωλόλατρα, εἰδωλολάτρου.

Idolothytum, idolothyti, n.g. Quod immolatũ eſt idólo. εἰδωλόθυτον, εἰδωλοθύτου.

IDONEVS, idonea, doneũ, Aptus ad omnia, & bona & mala, inquit Donatus, Cõueniens, & alicui rei natus. Cõuenãt & propre a quelque choſe. Terẽt.in Hecy.3.3.1, Nequeo mearũ rerũ initiũ vllum inuenire idoneũ, vnde exordiar narrare. Plau.in Moſtell.8.108, Videtur obſecro hercle idoneus Daniſta qui ſit, genus quod improbiſſimũ eſt. Plin.epiſt.150, Adeò rarum eſt inuenire idoneos conductores.

Idoneus qui. Plau.in Aulul.7.74, Video hercle ego te me arbitrari Euclio hominem idoneũ, quem ſenecta ætate ludos facias haud merito meo. Terẽt.in And.3.2.12, Itáne tandem idoneus tibi videor, quem tam aperte fallere incipias dolis?

Idoneus ad. Plaut.in Pœnul.8.6, Nõ potuiſti adducere homines magis ad hãc rem idoneos. Terẽt.in Heaut.1.1.81, Sed gnatũ vnicũ, quẽ pariter vti his decuit, aut etiã amplius, quòd illa ætas magis ad hæc vtẽda idonea eſt, eum ego eieci hinc. Cic.de Amicitia, 55, Me habere quaſi ſigna quædam & notas, quibus eos, qui ad amicitiam eſſent idonei, iudicarent.

Idone⁹ in quo. Terẽ.in And.4.4.18, Adeóne videmur vobis eſſe idonei in quib⁹ſic illudatis?

IDVS, harum iduum, f.g. Pluraliter tantum, Diuiſiones. Vnde propriè exiſtimãtur dies qui diuidunt menſem. Diuidũt enim menſes, præcipuè Nonas à Calendis. Iduare ſiquidem, Hetruſcã lingua diuidere eſt.

I E

IECVR iecoris, vel iecinoris, n.g. qui genitiuus, vt ait Priſcia. à nominatiuo iecinus, videtur eſſe. Le foye. Plau.in Curcul.5.22, Lien necat, renes dolẽt, pulmones diſtrahũtur, cruciatur iecur, radices cordis pereũt. Plin. Sex victimarũ iecinora intrinſecus reperta ſunt. Idem lib.xi.cap.37, Iecur in dextra parte eſt, in eo quod caput extorũ vocãt, magnæ varietatis.

Iecuſculus, m.g. diminut. Vng petit foye. Plin.lib.xi.cap.37, Murium iecuſculis fibræ ad numerum lunæ dierũ in menſe congruere dicuntur, totidemq; & inueniri quotũ lumen eius ſit.

IEIVNVM ieiuni, n.g. Inteſtinum ſic dictũ, quia nunquã quod accipit continet, ſed protinus ad inferiora tranſmittit. Hoc maiores noſtri hiram, & per diminutionem hillã dixerunt, vt inquit Feſtus: & hilum neutro genere.

Ieiunium ieiunii, n.g. Ieune. Tempus quo à cibis abſtinemus.

Ieiuno ieiunas, ieiunare, à cibis abſtinere. Ieuner.

Ieiunus ieiuna ieiunũ, Qui à cibis abſtinet. Plaut.in Pſeud.2.12, In ſcenã qui ieiunus venerit, aut ſitiens, is riſu & vẽtre raſo vigilabit ſedulo. Qui viendra au ieu ſans auoir mãge. Idem in Caſina, 3.40, Quicquã nuſquam ædepol gentium ieiunum æquè eſt, atque ego te ruri reddibo. Id eſt, nihil vſquã tam inane & inexhauſtum &c. Idem in Capt.8.6, Neque ieiuniorem, neque magis effractum fame vidi.

Ieiunus animus. Cic. Philipp.14, Hæc interpoſui, p.c. non tã vt pro me dixerim (male enim mecum ageretur, ſi parũ vobis eſſem ſine defenſione purgatus) quàm vt quoſdã nimis ieiuno animo & anguſto monerem, id quod ego ſemper feciſſem, vti excellẽtiũ ciuiũ virtutem imitatione dignam non inuidia putarent.

IENTACVLVM ientaculi, n.g. Cibus qui ante prãdiũ ſumitur. Le deſieuner. Prandiolũ aliâs dicitur. Plaut.in Curcul.2.72, Nũc ara Veneris hæc eſt ante horũ foras, me inferre Veneri noui iam ientaculum. Idem in Trucul.11.37, Non nouiſti obſecro qui illic apud me erat, huius pater? vſque ad ientaculum iuſſit ali. manſi. Suet. in Vitell. Epulas trifariam ſemper, interdũ quadrifariam diſpartiebat, in ientacula, & prãdia, & cœnas, comeſſationeſque. Martialis, Surgite, iam vẽdit pueri iẽtacula piſtor: Criſtatæque ſonãt vndiq; lucis aues.

Iento ientas, ientare, Deſieuner. Aliquid āte prandium guſtare. Varro Marcipore, Vt eat, ac remp. adminiſtret, & quòd pulli ientent. Afranius, Hæc ieiunia ientauit.

I G

IGITVR, Collectiua vel rationalis coniunctio eſt. colligit enim ſupradicta, illatione: hoc eſt, ratione cōfirmat. Donques. Terent. in Eunucho, 5.5.24, Quid igitur faciā miſer? quidve incipiam? Idem in And. 2.3.1, Quid igitur ſibi vult pater? cur ſimulat? Cic. pro Ligario, Habes igitur Tubero, quod accuſatori maximè optandum, confitentem reum.

Igitur pro deinde, inquit Donatus. Terēt. in Eunucho, 1.1.1, Quid igitur faciam? nō eam? ne nūc quidē cum accerſor vltrò? Plaut. in Amphit. 4.56, Sin aliter ſient animati, neque dent quæ petat, ſeſe igitur ſumma vi, viriſque, eorū oppidū expugnaſſere. Ibidē, 4.147, Clara verſum fabulabor: hic auſcultet, quæ loquar: igitur magis maiorem in modū in ſeſe concipiet metū. Ibidem, 5.11, Erroris ambo ego illos & demētiæ cōplebo, atque omnem Amphitruonis familiam, adeò vſque ſatietatem dum capiet pater illius, quam amat. igitur demum omnes ſcient quæ facta. denique Alcumenam Iupiter rediget antiquam in cōcordiā cōiugis. Idem in Aſin. 6.3, Iam diu factum eſt quum diſceſſiſti ab hero, atque abiſti ad forum igitur, inueniundo argento vt fingeres fallaciam.

IGNARVS, Vide IGNORO.

IGNAVVS ignaua ignauū, Eſt, vt inquit Donatus, qui vim nō poteſt ferre, qui nō eſt perſeuerās. Couart a quelque choſe faire: qui neſt point hardi, & noſe entreprēdre quelque choſe a faire, pour la peine quil y voit, ou la laiſſe apres lauoir cōmencee. Vng laſche courage, Qui na point de cueur ne de courage. Plaut. in Caſina, 5.29, Quid id eſt quod tu ſcis? c. te ſene omniū neminem eſſe ignauiorem. vnde is nihili? Terēt. in And. 1.5.42, Adeón' me ignauum putas? adeón' porrò ingratū, aut inhumanū, aut ferum? vt neque me cōſuetudo, neque amor, neque pudor cōmoueat, neque cōmoneat, vt ſeruem fidem? Idem in Eunuch. 4.7.7, Quid ignaue? periculóne pugnare, qui iſtuc portes, cogitas? Ibidem, 4.3.20, Nequeo mirari ſatis quò ille abire ignauus poſſit longius. Ibidē, 2.2.8, Hem quò redactus ſum, omnes noti me atque amici deſerūt. hic ego illum cōtempſi præ me: quid homo, inquam, ignauiſſime? itáne paraſti te, vt ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi? ſimul cōſiliū cū re amiſiſti? Plau. in Capt. 6.12, Nō igitur nos ſoli ignaui ſumus. Idem in Rud. 19.48, Ignaui homines ſatis rectè monēt.

Ignauia ignauiæ, Couardiſe, Laſchete, Faulte de cueur & de courage: Quāt aucun na nulle hardieſſe dentreprēdre quelque choſe, & noſe. Plau. in Merc. 12.77, Vt corripuit ſe repēte, atq; abiit! heu miſero mihi: ſi ille abierit, mea omnes dicent eſſe ignauiā. Idem in Trinūmo, 4.70, Quid ſecus eſt, aut quid inter eſt, dare te in manus argentū amāti homini adoleſcēti, animi impoti qui exædificaret ſuam inchoatā ignauiā? Cic. de Amicitia, 43, Quòd ſi curā fugimus, virtus fugienda eſt, quæ neceſſe eſt, vt cum aliqua cura res ſibi contrarias aſpernetur atque oderit, vt bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignauiā fortitudo. Idem Cælio, Etenim etiā hoc genere gloriari ſolitū eſſe familiarem noſtrū Hortenſiū, quòd nunquā bello ciuili interfuiſſet: hæc noſtra laus erit illuſtrior, quòd illi tribuebatur ignauiæ, de nobis id exiſtimari non poſſe arbitror. nec me iſta terrent, quæ mihi ad timorem fidiſſimè atque amantiſſimè proponuntur.

Ignauiter aduerbiū, Laſchement, Par faulte de courage. Lucilius ſatyr. lib. xvi, Cur tā ignauiter, hoc præſertim tēpore quæris? Quadrigarius Annal. lib. 2, Et qui ibi erāt, nō ignauiter putando eum diem pro meliore habuerunt.

IGNIS, huius ignis, m. g. Du feu. À gignēdo dictus: quòd in eo nihil naſcatur, & omne quod naſcitur, eū amittit & frigeſcit. Vel quòd ſeipſū pariat, & paruis ſcintillis creſcat in immēſū.

Ignis, pro meretrice aliquando accipitur. Terēt. in Eunucho, 1.2.5, Accede ad ignem hunc, iā caleſces plus ſatis. Virg. At mihi ſeſe offert vltrò meus ignis Amyntas. Sic dicta meretrix, quòd amator vratur, vel quòd meretrix auida eſt, vt ignis alimentorum.

Ignis ſacer, Morbi genus: cuius duæ ſpecies ſunt. alter eſt ſubrubicundus aut miſtus cū rubore, atque pallore, exaſperatúſq; per puſtulas cōtinuas, quarū nulla altera maior eſt. plurimæ perexiguæ, in quibus ſemper ferè pus eſt, & ſæpe rubor cū calore: ſerpítque id nōnūquā ſeneſcēte eo quod plurimū vitiatū eſt. fit maximè in pectore, aut lateribus, aut eminētibus partib⁹, præcipuéque in planīs. Altera ſpecies eſt in ſummæ cutis exulceratione, ſed ſine altitudine hoc latū eſt. ſubliuidū, inæqualiter tamē, mediúmque ſeneſcit, extremis procedētibus, ac ſæpe id quod iam ſanū videbatur, iterū exulceratur. cutis colorem habet ex rubro, ſubnigrum. hoc morbo corpora ferè ſeniora tentantur, aut quæ mali habitus ſunt, ſed in cruribus maximé. Plin. lib. 26. cap. xi, Ignis ſacri plura ſunt genera: inter quæ mediū hominē ambiēs, qui Zoſter appellatur, & enecat ſi cinxerit.

Igniculus igniculi, m.g. Vng petit feu.

Igniculus metaphoricè accipitur pro inuitamento à natura dato, & ingenito ad virtutem, Incitement. Cic. lib. 3. Tuscul. Nunc paruulos nobis natura dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibúsque deprauatis sic extinguimus, vt nusquã naturæ lumen appareat. Idem in finib. Quorũ similia sunt prima in animis quasi virtutũ igniculi & semina.

Igneo ignes. À quo igneſco igneſcis, igneſcere, Ignem fieri, quo Plinius vtitur.

Ignarius lapis, Ex quo ignis excutitur.

IGNOBILIS, & hoc ignobile, Incognitus, ignotus. Incongnu. Plaut. in Amphit. 4. 286, Nunc quando ego sum, vapulabis, nisi hinc abis, ignobilis. Idem in Pseud. 15. 8, Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis. Virg. lib. 7, Solus ibi & syluis Italis ignobilis æuũ Exiget.

Ignobilis, Stultus. Virg. Sæuítque animis ignobile vulgus.

Ignobilitas ignobilitatis, f.g. Cic. li. v. Tuscul. Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiã popularis offensio sapientem beatum esse prohibebit?

IGNOMINIS & hoc ignomine, Qui est sans renom, sans auoir aucun bruit ou renõmee, De qui on ne parle point. Laude & gloriã carens.

Ignominia, ignominiæ, Nominis nota: Parolle que on dict contre le bruit & renõmee daucun. Cic. li. 4. de rep. Itaque cum omnis ea iudicatio versetur tantummodo in nomine, animaduersio illa, ignominia dicta est. Idem Thermo, Ostendi graues te susceptur um inimicitias, si adolescens potens & nobilis, ignominiã affectus esset. Et hercle sine dubio erit ignominia. habes enim neminem gradu superiorem.

IGNORO ignoras, ignorare, Nescire, Ne scauoir rien de quelque chose, Nen auoir point la cognoissance. Plaut. in Amph. 3. 37, Quippe illi iniqui ius ignorãt, neque tenẽt. Terẽt. in Heaut. 2. 3. 28, Hoc primum, vt nequid huius rerum ignores: anus quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit.

Ignoras me. Terent. in Heaut. 1. 1. 53, Erras si id credis, & me ignoras Clinia. Tu ne sces point encore quel hõme ie suis, ne ma nature.

Ignorãt me omnes: On ne me cõgnoit, on ne scet qui ie suis. Plaut. in Amphit. 16. 78, Quid nunc agam, quem omnes mortales ignorant, & ludificant, vt lubet? Terent. in Eunucho, 5. 9. 59, Isti te ignorabant: postquam eis mores ostendi tuos, & collaudaui secundũ facta & virtutes tuas: impetraui.

Ignorat nomen suũ. Plaut. in Capt. 11. 30, Quia suum ipse interdum ignorat nomen, neque scit qui fiet. Il na point memoire de son nom.

Ignorat patrem suum: Il ne scet qui est son pere. Terent. in Phor. 5. 6. 34, Somnium: vtine hæc ignoraret suum patrem? G. aliquid credito Phormio esse causſæ. Ibidem, 2. 3. 10, Ignoratur parens, negligitur ipsa.

Ignorat vter sit, Il ne scet lequel cest deulx deux. Cic. de Amicitia, 24, Qui clamores totã caueã nuper in hospitis & amici mei M. Pacuuii fuerunt, noua fabula, cum ignorante rege vter eorum esset Orestes. &c.

Ignorabitur palla. Plaut. in Menæh. 9. 69, Pallam illam quã dudũ dederã, ad Phrygionem, vt deferã, vt recõcinnetur, atque vt opera addãtur, quæ volo. ER. hercle quin tu rectè dicis. MEN. eadem ignorabitur, ne vxor cognoscat te habere, si in via conspexerit. On ne la reconnoistra plus. Ibidem. 11. 3, Non faxo eam esse dices, ita ignorabitur.

Ignoratus vterus, Grosseſſe que vne nouuelle mariee na point apris, ou accoustume dauoir. Plin. epist. 164, Fuit alioqui in summo discrimine (impune dixisse liceat) fuit nulla sua culpa, ætatis aliqua: inde abortus, & ignorati vteri triste experimentũ. Vne triste experience.

Ignoratio ignorationis, Non scauoir. Ad actum & rem pertinet, quæ penitus nescitur, nec sciri potest, nisi prodatur. Cic. lib. 3. de off. Quotus enim quisque reperitur, qui impunitate, & ignoratione omnium propositã, abstinere possit iniuriã?

Ignoratio sui, Mescognoissance de soymesme. Cic. pro A. Cluentio, Quod erat odiũ dii immortales! quæ superbia! quanta ignoratio sui! quàm grauis atque intolerabilis arrogantia! Idem de Amicitia, 61, Vt in fabulis, qui aliquãdiu propter ignorationẽ stirpis & generis, in famulatu fuerint. &c. Corruptè legitur in quibusdam exemplaribus, Ignorantiam.

Ignorantia ignorantiæ, Ignorance. Ad humani ingenii vitium pertinere potest, quando quis per ignorantiam non satis intelligit quid faciat vel dicat. aut contrà, vt si quis nesciat ea quæ ad se non attinent.

Ignorabilis, & hoc ignorabile, Qui non cognoſcitur. Plaut. in Pſeud. 8.22, Quis hic eſt, qui oculis obuiam ignorabilis obiicitur?

Ignârus ignara ignarum, Non ſcauant. Plaut. in Pœnulo, 9.43, Ait ſe peregrinum eſſe, huius ignarum oppidi. Qui ne cognoit point ceſte ville.

Ignara artis meretriciæ. Terent. in Heaut. 2.1.14, Habet bene ac pudicè educatã, eductam, ignaram artis meretriciæ. Qui iamais ne ſe meſla de paillardie, elle ne ſcet que ceſt.

Ignarus animi mei. Terent. in Hecyra, 4.4.60, Erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas: alias quando tandem huc animum vt adiungas tuum. Tu tabuſes ſi tu penſes que ie ne ſache a quoy tu pretens.

Ignarus lachrymarum tuarum. Terent. in Hecyra, 4.4.53, Ignarum cenſes tuarum lachrumarum eſſe me? aut quid ſit, quòd ſollicitêre ad hunc modum? Penſes tu que ie ne ſache pas bien a quoy tendent tes pleurs?

Ignarus morum meorum. Terent. in Adelphis, 2.1.6, AEſchine, ne te ignarum fuiſſe dicas meorum morum, leno ego ſum.

Ignara patris, Qui nauoit iamais cogneu ſõ pere, pour tãt quil eſtoit mort, quelle nauoit aucune cognoiſſance. Plin. epiſt. 176.b, Modo deſignatus ædilis, recens maritus, recens pater, intactũ honorem, orbam matrem, viduam vxorem, filiam pupillam, ignarã aui, ignarámque patris reliquit.

IGNOSCO ignoſcis, ignoui, ignotum, ignoſcere, Valde noſcere, & diſcere. Varro, Vóſque in theatro qui voluntatem auribus huc aucupatum cõcurriſtis domo, adeſte: & à me, quæ feram, ignoſcite, domum vt feratis è theatro literas.

Ignoſcere: Non ſcire. Gellius, lib. 1, Contra patriam, inquit Cicero, arma pro amico ſumẽda non ſunt. hoc profectò nemo ignouit.

Ignoſcere, Pardonner. Plaut. in Aulul. 26.9, Id adeò te oratũ aduenio, vt animo æquo ignoſcas mihi. Idem in Merc. 24.37, Orat ignoſcat delictis tuis, atque adoleſcentiæ. Idem in Amphit. 10.43, Da mihi hanc veniam, ignõſce, irata ne ſies. Cic. ad Cæſarem Iuniorem, Nam & præteritis ignoſcis, & cõcedis futura. Idem pro L. Muræna, Fatetur aliquis ſe peccaſſe: & eius delicti veniam petit: nefarium eſt facinus ignoſcere. Idem in Verrem, act. VI, Petiſſe vt ſibi, quòd hæ res abeſſent, ignoſceretur. itaque omnes liberatos diſceſſiſſe, & eſſe ignotũ omnibus. Que on auoit pardõne a tous. Virg. lib. 4. georg. Ignoſcẽda quidem, ſcirent ſi ignoſcere mãnes. Terent. in Adelphis, 3.4.28, Venit ipſus vltrò lachrymans, orans, obſecrans, fidem dans, iurans ſe illam ducturum domum. ignotũ eſt. tacitum eſt. Idem in Eunucho, 5.2.40, Propterea magis ignoſco tibi.

Ignoturus participium. Cic. in Catone, Ignoturum alteri, quòd patrem, alteri quòd tutorem ſecutus eſſet. Cato, lib. v. orig. Quòd eorum nemo mihi ignoturus eſſet.

Ignoſcens, ignoſcentior. Terent. in Heaut. 4.1.32, Mi Chreme peccaui, fateor, vincor: nunc te obſecro, quanto tuus eſt animus natu grauior, ignoſcentior, vt meæ ſtultitiæ iuſtitia tua ſit aliquid præſidi. Dautant que tu es plus prompt & facile a pardonner.

Ignotus ignota ignotũ, Qui eſt incognu, Que on na point accouſtume de veoir. Plaut. in Menæch. 8.19, Nam ego quidem inſanum eſſe te certò ſcio, qui mihi moleſtus homini ignoto, quiſquis es? Idem in Trinũmo, 11.28, Is homo exornetur graphicè in peregrinum modũ: ignota facies, quæ non viſa ſit, falſidicus, confidens.

Ignotus, Qui ignorat. Quintil. Ne quis tamen erret ignotus, non eſt filii mei nouerca, ſed mater.

IL

ILE, ilis, n.g. Pluraliter ilia iliũ ilib⁹. Les petis boyaux. Plin. lib. XI, cap. 37, Ile infimã parte ſimile ſuillo, à Græcis appellatur colon, vbi dolorũ magna cauſſa eſt. Idem, lib. XI. cap. 37, Inter veſicam & aluũ arteriæ, ad pubem tendentes, quæ ilia appellantur. Celſus lib. 4, Ipſa ilia inter coxas & pubem in imo ventre poſita ſunt.

ILEOS, εἶλεος, Morbus gracilioris inteſtini. Plin. lib. XXX. cap. 7, de ventris malis loquẽs, Grauiſſimum vitium ileos appellatur.

Iliosus, Qui eo morbo laborat. Plin. lib. 20. cap. 4. Praxagoras & iliosis dandos cenſet.

ILEX ilicis, f.g. Genus arboris. Virg. Talis erat ſpecies auri, frondẽtis opacã Ilice, ſic leni crepitabat bractea vento.

Iliceus ilicea ilicium, Quod eſt materiatũ ex ilice. Statius lib. 6. Theb. Ornique iliceæque trabes, metuendáque ſucco.

ILICET, per ſyncopã dictũ, quaſi ire licet. Donatus, Sic iudices de cõcilio dimittebãtur, ſuprema dicta cum præco pronuntiaſſet, Ilicet, quod ſignificat, ire licet. Qui ſen aille qui vouldra. Terẽt. in Eunucho, 1.1.9, Actum eſt, ilicet, periſti: eludet vbi te victum ſenſerit. Va ten quant tu vouldras, tu es perdu. Idem in Heaut. 5.2.21, Quæ iſta eſt prauitas? quæve amẽtia, quod peccaui ego, id obeſſe huic? CH. ilicet: ne te admiſce, nemo accuſat Syre te. Va ten hardiment, ceſt faict. Idem in Phor. 1.4.33, Hoc nihil eſt: ilicet, quid conterimus operam fruſtra? quin abeam? Donatus, Ilicet, ſemper finem rei ſignificat. Ceſt faict, allons. Nõnulli ſcribunt illicet, duplici LL. Plaut. in Ciſtell. 10.17, Illicet, actum eſt.

Ilicet, Incõtinent, ſoudain. Plau. in Rud. 26.12, Sed propera. T. licet. D. iam hic fac ſis, cœna vt curetur. T. licet. D. omnia ilicet. T. licet.

Ilicet, Affirmantis aduerbium. Plaut. in Epid. 14.19, Ilicet vt vadimoniũ mihi hic vltrò facit. Idem in Curcul. 4.31, Ilicet pariter hos perire amando video.

ILICO, aduerbium, Incõtinent, Subit, Subdainement, Tout a coup. Breuitatem temporis notat, inquit Donatus. Terent. in Adelphis, 4.4.9, Nam vt hinc fortè ea ad obſtetricẽ erat miſſa, vbi eam vidi, ilicò accedo: rogito Pamphila quid agat. Idem in And. 3.2.34, Nunc poſtquam videt nuptias domi apparari, miſſa eſt ancilla ilicó. Sunt qui ſcribant Illico, duplici LL. Plaut. in Amphit. 8.80, Ecaſtor equidem te certò heri aduenientem ilico & ſalutaui. &c.

Ilico, Propriè in loco, Feſtus, Ilico, in loco. Terẽt. in Adelphis, 2.1.2, Otioſe, nunc iam ilico hic conſiſte. Donatus, Ilico, modo locum, non tempus ſignificat. Arreſte toy icy. Ennius, Et quia quò irent neſciebant, ilico manſerunt. Id eſt, in eo loco.

ILIGNEVS, ilignea, iligneum, Quod ex ilice factum eſt. Terent. in Adelphis, 4.2.47, Lectulos in ſole iligneis pedibus faciundos dedit.

ILLABOR illaberis, illapſus ſum, illabi, Se ietter, ſe ruer. Virg. Mediæque minãs illabitur vrbi. Idem, Senſit, medios illapſus in hoſtes.

ILLABORATVS illaborata illaboratum, Quod ſine labore factũ eſt, Qui eſt faict ſans peine ou trauẽil. Quintil. de Cicerone, Cum interim hæc omnia quæ vix ſingula quiſquã intentiſſima cura cõſequi poſſet, fluunt illaborata: & illa qua nihil pulchrius auditu oratio eſt, præſefert tam fœliciſſimam facilitatem.

ILLAC, aduerbium per locum, Par ce coſté la.

Hac atque illac perfluo. Terent. in Eunucho, 1.2.25, Plenus rimarũ ſum, hac atque illac perfluo. Deca & dela, de toutes pars.

ILLACHRYMO, illachrymas, illachrymare, Valde lachrymare. Virg. lib. 1, georg. Et mœſtùm illachrymat templis ebur, æráque ſudant.

ILLAEDERE, Vide ILLIDERE.

ILLATEBRO illatebras, illatebrare, Quaſi intus abſcondere. Cacher. Cæcil. Arma plerique abiiciunt, atque inermes illatebrant ſeſe.

ILLAETOR, illætaris, illætari, Non lætari.

Illætabilis & hoc illætabile, Quod nõ eſt lætum: En quoy il ny a point de ioye. Virg. lib. 3. AEneid. Et illætabilis ora.

ILLAVDATVS illaudata illaudatum, Qui ne nominari quidem dignus eſt, hoc eſt illaudabilis, nec vnquam nominãdus. Sicuti quondam à cõmuni conſilio Aſiæ decretum fuit, vti nomen eius, qui templum Dianæ Epheſi incẽderat, ne quis vllo tempore nominaret. Ita hoc verbum illaudati, idoneum eſt ad exprimendã ſceleratiſſimi hominis deteſtationem. Virg. Quis aut Euriſthea durũ, Aut illaudati neſcit Buſyridis aras? Gellius lib. 2, de iſto loco Virgilii loquẽs, Sed enim (inquit) qui in omni re, atque omni tempore laude omni vacat, is illaudatus eſt, iſque omnium peſſimus, deterrimuſque habetur.

ILLE illa illud, illius, illi. Ceſtuy la de quoy il eſtoit mẽtion. De certa perſona dicitur, inquit Donatus. Terẽt. in And. 2.1.1, Quid ais Birria? datúrne illa hodie Pamphilo nuptum? Donatus, Bene ILLA, velut amatorie, de certa loqueretur perſona. Sic Virgilius, Solam nã perfidus ille, Te colere, arcanos etiam tibi credere ſenſus. Ergo non AEneas, ſed ille. Idem in Phor. 1.2.70, Illéne indotatã virginem atque ignobilem daret illi? Idem in Heaut. 3.3.22, Nónne accedam ad illos?

Ego ille. Terent. in Adelphis, 5.4.12, Ego ille agreſtis, ſæuus, triſtis. Donatus, Bene addidit ILLE, quaſi iam notus hoc ipſo quòd parcus.

Illi, pro Ab illo. Plau. in Perſ. 7. 18, Ne illi mihi iã nihil noui offerri poteſt, quin ſim perit⁹.

Ille talis. Terent. in Eunucho, 1. 2. 81, Quæ aduecta eſt, ne illum talem præripiat tibi.

Ille alter. Cic. Attiço, De illo altero quem ſcribis tibi viſum eſſe non alienũ. Idem, De illo altero ſcio equidem venire nunc nihil poſſe. Idem de Oratore, Quid ille alter? quid petã præſidii? Idem, Nam illud alterum genus, quod eſt, temporibus, locis, reis definiũt. Salluſt. in Catil. Adherbalem omnéſque qui ſub imperio Micipſæ fuerant, metus inuadit, in duas partes diſcedũt: Numidiæ plures Adherbalem ſequũtur: ſed illum alterum bello meliores. Ibidem, In diuiſione, quæ pars Numidiæ Mauritaniã attingit, agro viriſque opulentior, Iugurthæ traditur: illam alterã ſpecie, quàm vſu potiorem, quæ portuoſior, & ædificiis magis exornata erat, Adherbal poſſedit. Terẽt. in Eunucho, 4. 4. 26, Veniſtíne ad nos? negat. at ille alter venit, annos natus ſedecim.

Illiuſmodi, De ceſte ſorte la. Terent. in Adelph. 3. 3. 87, Næ illiuſmodi iam nobis magna ciuium penuria eſt.

Illæc, pro, illa hæc. Terent. in Adelph. 3. 4. 63, Verùm nimia illæc licentia profecto euadet in aliquod magnum malum.

ILLECEBRA illecebræ, Blanditiæ quibus allicimur. Choſes attrayantes, cõme ſont voluptes & richeſſes. Cic. de Senect. 36, Stupra verò & adulteria, & omne tale flagitium nullis aliis illecebris excitari, niſi voluptate. Plaut. in Aſin. 4. 25, Atque eccam illecebra exit tandem. Idem in Menæh. 9. 3, Munditia illecebra animo eſt amantium. Idem in Caſina, 22. 11, Illecebram ſtupri.

Illecebroſè, illecebroſius, illecebroſiſſimé, aduerbiũ. Plaut. in Bacchid. 1. 55, Manum da, & cõſequere. P. âha, minimé. B. quid ita obſecro? P. quia iſtoc illecebroſius fieri nihil poteſt. Pour tant quil ny a choſe qui attraye tant que cela.

ILLEPIDVS illepida illepidum, In quo nihil lepôris eſt. & tam de homine, quàm de oratione dicitur. Qui eſt ſans grace. Plaut. in Bacch. 14. 3, Sine modo & modeſtia ſum, ſine bono iure, atque honore: incredibilis, impos animi, inamabilis, illepidus viuo.

ILLEX, illegis, om. g. Qui ſine lege, vel extra legem viuit: à quo lex non ſeruatur. Plaut. in Perſa, Impurè, inhoneſtè viuit illex.

ILLI, aduerbiũ, pro Ibi. Terẽt. in Adelph. 1. 2. 36, Si quid peccat Demea, mihi peccat, ego illî maximam partem feram. Donatus, Errant, qui putant ILLI eſſe pronomen, cum ſit aduerbium loci, vt, Illî mea triſtia facta, Degeneremque Neoptolemũ narrare memẽto. Illî ergo, ibi vbi ille peccat. Idem in Hecyra, 1. 2. 19, Nã illic haud licebat, niſi præfinito, loqui. Donatus, Legitur & illî circũflexo accentu, & ſignificat illic. vt, Illì mea triſtia facta. & abſolutũ eſt. Idem in Phor. 1. 2. 41, Interea, dum ſedebamus illî, interuenit adoleſcens quidã.

ILLIBERALIS & hoc illiberale, Qui faict enuy plaiſir & ſeruice. Qui ne communique point volentiers. Vng meſchant homme.

Illiberale facinus, Vng cas qui neſt poit faict dung homme de bien. Terẽt. in Adelphis, 3. 4. 3, Ex illáne familia tam illiberale facinus eſſe ortum?

Illiberaliter aduerbium, Id eſt, iniuſtè, inclementer, non bene. Terent. in Adelphis, 4. 5. 39, Factum à vobis duriter, immiſericorditérque: atque etiam, ſi eſt pater dicendum magis apertè, illiberaliter. Idem in Phor. 2. 3. 24, Nam ni ità eum exiſtimaſſem, nũquam tam grauas ob hanc inimicias caperem in noſtram familiam, quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter. Si meſchammẽt. Donatus, Apud veteres illiberaliter dicebant factũ, ſi quis exceſſiſſet omne genus maleficii.

ILLIC, aduerbium in loco, La ou il eſt, En ce lieu la. Terent. in Adelphis, 4. 2. 39, Illic vbi etiam caprificus magna eſt. Ibidem, Quòd ſi abeſſet longius, prius nox oppreſſiſſet illic, quàm huc reuerti poſſet iterum. Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret, ſat ſcio. Plaut. in Trinũmo, 15. 12, Illic ſum, atque hîc ſum. Ibidem, 8. 111, Quis igitur illic narrauit mihi?

Illic, pro ille. Terent. in And. 4. 5. 4, Mulier, túne appoſuiſti hunc? M. vbi illic eſt? Ibidem, 3. 5. 1, Vbi illic ſcelus eſt qui me perdidit? Plaut. in Amphit. 4. 109, Atat illic huc iturus eſt, ibo ego illi obuiam illic vbi fuerat præliũ. Terent. in Eunucho, 5. 9. 53, Mirũ ni illoc homine quoquo pacto eſt opus.

ILLICIO illicis, illexi, illectum, illicere, Attrahere, & quaſi ineſcare. Allicher, Attirer par belles parolles, ou autrement. Terent. in And. 5. 4. 8, Túne hic homines adoleſcentulos, imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis? Ab in, & licio, quaſi ligio dicitur, inquit

Donatus. Plaut.in Milite,22.42,Is me hac illexit fraude. Idem in Bacchid.23.29.Poſſumus nos hos intrò illicere huc.

Illexit me ad. Plaut.in Aſin.5.54, Aliam atque olim quum illiciebas blandè ad te, benedice. Idem in Aulul.26.7,Deus impulſor fuit,is me ad illam illexit.

Illicere in fraudem aliquem, apud Terentium in And.5.4.8,Et apud Plautum in Merc.3.53,Amorem multos illexiſſe in diſpendium.

Illectus illecta illectum, Attiré. Cic.lib.4. Tuſcul. Libido ad id quod videtur bonum,illecta & inflammata videatur.

Illectum,non lectum ſignificat:à lego legis. Ouid.Illectúmque remittat.

Illectus illectus illectui,m.g.Attrayement.Plaut.in Bacchid.1.21,Magis illectum tuũ,quàm lectum timeo.

Illicium illicii,n.g.ab illiciendo dictum, Incitamentum. Choſe incitant & attrayant. Varro lib.3,Sed ſi tranſituræ ſunt apes,apiaſtro perfricandum,quòd illicium hoc illis.

Illex illicis,o.g.ab illicio,Idem quod illicium.Vt illex animi Venus.Plau.in Pœnulo,10.34, Quando illi malæ rei antea fuimus illices. Idem in Perſa,12.4, Impurè, inhoneſtè,iniure,illex,labes populi. Et illices oculi,Yeulx attrayans, apud Apuleium,quòd incitent & attrahant.

ILLIDO illîdis,illîſi,illîſum,illídere,Infringere. Rompre,caſſer,briſer.Valerius Max.lib.1,Coactis Locrenſibus ex theſauro eius magnam illi pecuniam dare, quum onuſtus nefaria præda nauigaret,vi ſubitæ tẽpeſtatis,tota cum claſſe vicinus Idæ litoribus illiſus eſt. Plau. in Amphit.15.9,Conciſus pugnis, & illiſis dentibus. Plin.in Paneg.86,Iuuabat illidere ſolo ſuperbiſſimos vultus,inſtare ferro,ſæuire ſecuribus.

Illædo illædis,illædere,apud Ciceronem legitur, in oratione in Vatinium,circa principium, Num legẽ aliquã Cornelius cõtrà auſpicia tulerit?num Heliam?num Fuſiam legẽ illæſerit?

ILLINC,aduerbium de loco,De la ou il eſt. Terẽt.in Adelphis,4.7.13,Illinc huc tranſferetur virgo. Idem in Eunucho,4.1.14,Vbi primũ poterit,ſe illinc ſubducet,ſcio. Idem in And.4.6.18,Nam ferè grandiuſcula iam profecta eſt illinc. Idem in Adelph.2.2.23,Niſi eò ad mercatum veniam,damnum maximum eſt.nũc ſi hoc omittam,actum agam.vbi illinc rediero,nihil eſt.

Hinc,illínc,Prouerbiale. Terẽt.in Adelphis,4.5.40,An ſedere oportuit domi virginẽ tam grandem,dum cognatus hinc illinc veniret,expectantem?De ie ne ſcay dou.

ILLINIO illínis,illiníui,illinîtũ,illinîre,Inũgere,Oindre,Frotter & adoucir doingnemẽts Columell.lib.7,Prædictóque medicamẽto defricatur & illinitur. Sed ſi ex toto,propter ceruicis tumorem,iugum recuſet,paucis diebus requies ab opere danda eſt,tum ceruix aqua frigida defricanda,& ſpuma argentea illinienda eſt.

ILLINO illínis,illíni,vel illéui, vel illéni, illítum, illínere,Inſpergere,maculare,Oindre, & frotter,enduyre,& mettre quelque choſe par deſſus.Virg.Illita tela dolis,nec Martem cominus vſquam Auſa pati virtus. Liuius,lib.2,Ita in vadis hæſitantes,frumẽti aceruos ſediſſe,illitos limo ferunt.

ILLITERATVS,illíterata illíteratũ,Sine literis,indoctus.Plin.epiſt.147.e, Eſt libertus mihi non illíteratus. Cic.Quem cognouimus virum bonum & non illíteratum.

ILLÒ,aduerbium ad locum.Plaut.in Capt.19.5,Vbi illò adueni.&c.Quant ie fus venu la. Terẽt in And.2.2.25,Quum illò aduenio,ſolitudo antè hoſtium.

ILLOCABILIS & hoc illocabile.Illocabilis virgo,quæ non poteſt viro tradi. Plaut.in Aulul.7.14,Virginem habeo grandem,dote caſſam,atque illocabilem:neque eam queo locare cuiquam.Ie ne ſcay a qui la marier,tant eſt poure.

ILLOTVS illota illotũ,Qui neſt point laue.Plaut.in Pœnulo,4.94,Vt tu quidem huius oculos illotis manibus tractes aut teras! Vnde illotis manibus vel pedibus rem aliquã aggredi,Quod eſt cõfidẽter atque imperitè rem egregiam aggredi,tanquã profanè,irreuerẽter,& imparatè.Tranſlatũ à ſacrorũ ceremoniis:in quibus omnia pura,lotaque iubebãtur exhiberi.Aulus Gellius in Noctibus, Illotis(quod aiunt) pedibus & verbis, reprehendit doctiſſimi hominis orationem. Macrobius Saturnaliũ lib.1,Illotis pedibus prætereunt. De literatoribus loquitur,qui reconditam illam in Vergiliano poemate doctrinam negligunt. In genere ſermonem parum verecundum nimíſque procacem ac petulantem,illotũ prouerbio vocant.

ILLVC,aduerbium ad locum.La,en ce lieu la.

Illuc pro illud.Plau.in Mili.10.64,Illuc ætatis. Idem in Amphi.4.116,Sed quid illuc eſt?

ILLVCEO, illuces, illuxi, illucêre, Lucidum eſſe, Eſtre cler. Ad diem pertinet. Liuius, Vbi illuxit, recepêre claſſem. Plaut. in Capt. At pol te, ſi hic ſapiat ſenex, atra pix agitet apud carnuficem, tuo quæ capiti illuceat. Suet. in Cæſare, Eâ nocte cui illuxit dies cædis. Id eſt, cui ſucceſſit. Liuius, lib. 35, Hic ſpecioſus vltimus dies P. Scipioni illuxit. Plaut. in Bacchid. Vulcanus, ſol, luna, dies dei quatuor, ſceleſtiorem nullũ illuxiſſe alterum. Cic. pro C. Rabirio, Precórque ab iis vt hodiernum diem, & ad huius ſalutem conſeruandam, & ad rem publicam conſtituendam illuxiſſe patiantur. Plaut. in Perſa, 13.4, Peſſimus hic mihi dies hodie illuxit, corruptor.

Illuxêre illũ ſol, dies, &c. Plaut. in Bacchid. 5.22, AEdepol certò ſcio, Vulcanus, Sol, Dies, Luna, dei quatuor, ſceleſtiorem nullum illuxêre alterum.

Illuceſco illuceſcis, illuceſcere, Idem. Plaut. in Amphit. Nunc te, inquit, quæ manſiſti, mitto, vt cædas diei, vt mortalibus illuceſcas clara & candida.

ILLVDO illudis, illuſi, illuſum, illudere, Deridêre, Se mocquer. Auoir en deriſion.

Illudo tibi. Virg. Certántque illudere capto. Cic. pro Sexto Roſcio, Quid ergo affers, quare id factũ putemus? verè nihil potes dicere. Finge aliquid ſaltem commodè, vt ne planè videaris id facere, quod apertè facis, huius miſeri fortunis, & horũ virorum talium dignitati illudere. Idem pro Roſcio Comœdo, Quid ſi tandem planũ facio poſt deciſionem veterē Roſcii, poſt repromiſſionē recentē hãc Fannii, HS. CCCLIII, Fanniũ à Qu. Flauio Panurgi nomine abſtuliſſe, tamen diutius illudere viri optimi exiſtimationi Qu. Roſcii audebit?

Illudo te. Terẽt. in Phor. 5.8.22, Satín' ſuperbè illuditis me? Donatus, Et datiuum & accuſatiuum caſum regit illudo. Idem in Heaut. 4.4.19, Dignam me putas, quam illudas? Virg. Verbis virtutem illûde ſuperbis. Terent. in And. 5.1.3, Dum ſtudeo obſequi tibi, penè illuſi vitam filiæ. Iay preſque mis ma fille en danger deſtre mocquee & ſcandalizee.

Illudo in te. Terẽt. in And. 4.4.19, Adeóne videmur vobis eſſe idonei in quib⁹ ſic illudatis?

ILLVMINVS illumina illuminum: Quod eſt ſine lumine. Apul. lib. 6, Et illuminarũ Proſerpinæ nuptiarum. Et lib. 3. Seruato noctis illumino tempore.

ILLVNIS nox dicta eſt à Plinio in epiſt. 106.d, lib. VI, pro obſcura, quaſi ſine luna, & lunari ſplendore viduata. Vix (inquit) viam deſerueramus, & nox non quaſi illunis & nubila, ſed qualis in locis clauſis lumine extincto. Apuleius lib. 9, Illunæ caliginis impeditus dixit.

ILLVSTRIS & hoc illuſtre, Clarus. Cler. Columella lib. 1, Balnearia occidenti æſtiuo aduertantur, vt ſint poſtea & vſque in veſperum illuſtria. Plaut. in Rud. 3.6, Illuſtriores fecit, feneſtráſque indidit.

Illuſtris vir, Vng hõme renomme, qui ha grand bruit. Cic. de Amicitia, 4, Genus autem hoc ſermonum poſitum in hominum veterum authoritate, & eorum illuſtrium, plus neſcio quo pacto videtur habere grauitatis.

Illuſtrius nihil poſſum dicere. Plin. epiſt. 139.c, Me quidem illud etiam affligit, & torquet, quod matrem eius illam (nihil enim illuſtrius dicere poſſum) tãtæ fœminæ matrẽ rurſus videor amittere.

Illuſtro illuſtras, illuſtrare, Faire cler, Donner du iour. Columella, lib. 1, Vinctis quàm ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum, plurimis, & iis anguſtis illuſtratum feneſtris.

Illuſtrare, Cognitũ reddere, Mettre en lumiere, mettre au iour, faire a cõgnoiſtre, mettre en bruit. Cic. in prologo libri Tuſcul. Hoc mihi latinis literis illuſtrandũ putaui. Idem Lentulo, Illuſtrabit, mihi crede, tuã amplitudinẽ, hominũ iniuria. Columella, lib. 1, Vinctis quàm ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum, plurimis & iis anguſtis illuſtratũ feneſtris.

ILLVTIBILIS & hoc illutibile, Quod eluí non poteſt. Que on ne peult lauer, ou faire net par lauer. Plaut. in Menæh. 4.55, Næ ex iſtoc loco ſpurcatur naſum odore illutibili.

ILLVVIES, illuuiei, f.g. Sordes, immunditia, Ordure. Terent. in Heaut 2.3.54. Ea texebat vnà pannis obſita, neglecta, immũda illuuie. Virg. Fœdiſſima ventris Illuuies. Varro, Ac periret ſquale, ſcabiéque, illuuie, & vaſtitudine. Plaut. in Moſtell. 2.39, Oboluiſti alliũ germana illuuies.

I M

IMAGO imaginis, f.g. Image faicte a la ſemblance daucun. Plaut. in Amphit. 3.121, Nam meus pater intus nũc eſt, eccum Iuppiter, in Amphitruonis vortit ſeſe imaginem, omneſque eum eſſe cenſent ſerui qui vident. Ibidem, 4.111, Quando imago eſt huius in me, certum eſt hominem eludere. Idem in Caſina, 11.1, Nunc amici, ánne inimici ſis imago, Alceſime mihi, ſciam. Ie ſcauray maintenant ſi tu porte la mine d'ung ami, ou dung ennemi. Idem

in Menæh. 24.4, Quid vides? MES. ſpeculum tuũ. MEN. quid negotii eſt? MES. tua eſt imago, tam conſimilis eſt quàm poteſt. Il te reſemble. Cic. de Amicitia, 85, Nemo vnquã animo, aut ſpe maiora ſuſcipiet, qui ſibi non illius memoriã, atque imaginem præponendã putet. Virg. lib. 2, AEneid. atque ipſius vmbra Creuſæ Viſa mihi ante oculos, & notã maior imago.

Imago, vt inquit Feſtus, ab imitatione dicitur. Vne repreſentation.

Imagines ſiue ſtatuæ hominum ſolebant exprimi, quando ob aliquam illuſtrem cauſſam, perpetuitatem mereri videbãtur. & primò ſacrorũ certaminũ victoriâ, maximéque Olympiæ, vbi omnium qui viciſſent, ſtatuas dicari mos erat.

Imagines, pro nobilitate generis accipi ſæpe ſolẽt. Cic. de lege agraria, ſignificare volens ſe nouum hominem, id eſt nulla generis nobilitate cõmendabilem, conſulem tamen factum, ita ad populum inquit, Quemadmodũ cum petebam, nulli me vobis authores generis mei commendarunt: ſic ſi quid deliquero, nullæ ſunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. Idem in Piſonem, Obrepſiſti ad honores errore hominum, cõmendatione fumoſarũ imaginum: quarum ſimile nihil habes præter colorem. Fumoſas imagines appellauit Cicero, antiquiſſimi generis ſtemmata. Mos autem fuit olim Romæ, vt imagines maiorum, in funeribus ducerentur, ad gentilitatem oſtendendam. Plin. lib. 39, Apud maiores, in atriis imagines erant, quæ ſpectarentur: expreſſi vultus ſingulis diſponebãtur armariis, vt eſſent imagines quæ comitarẽtur gentilia funera, ſemperque defuncto aliquo, totus aderat familiæ eius qui vnquã fuerat populus. Stemmata verò lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Tablina verò codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum. Aliæ in foribus & circa limina, animorum ingentium imagines erant, affixis hoſtiũ ſpoliis, quæ nec emptori refringere liceret, quæ etiam dominis mutatis, domus ornamenta erant. Hactenus Plinius. Pro iis, vt opînor, poſteriora tẽpora inſignia gentilitia habuerũt, quæ arma vulgò vocantur.

Imagines ſubitæ. Plin. epiſt. lib. 9. ad proſocerũ, Neque enim ardentius tu pronepótes, quàm ego liberos cupio. quibus videor à meo, tuóque latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non ſubitas imagines relicturus: naſcantur modo, & hunc noſtrum dolorem gaudio mutent. Subitas imagines appellat Plinius nobilitatem parum antiquam: ſed repentè, fortunæque beneficio quæſitam. Quo modo noſtris temporibus multi extiterunt, ignotis natalibus orti, qui nec auum quidem, aut etiam patrem ciere, aut poſſent, aut auderent, qui ſubitariis principũ beneficiis, & aulicorum ſuffragationibus, ſupra ciuile faſtigium euecti, ingentium ſplendidarúmque gentilitatum fundamenta iecerunt.

Imago priſcæ frugalitatis. Plin. epiſt. 22. b, Soleo ipſum cubiculum illius, ipſúmque lectum, vt imaginem quandam priſcæ frugalitatis aſpicere.

Imago, pro vagina, quòd veluti ſit imago eius rei quam claudit. Virg. lib. 8, Curuam ſeruans ſub imagine falcem.

Imagũcula imagunculæ, Parua imago.

Imaginarius, imaginaria, imaginarium, Qui ne ſe faict pas au vray, mais a la ſemblance. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 25, Equeſtres militias ita ordinauit, vt poſt cohortẽ, alam: poſt alam, tribunatum legionis daret: ſtipendiáque inſtituit, & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur ſuper numerum, quo abſentes, & titulo tenus fungerentur.

Imaginoſus imaginoſa imaginoſum, In quo ſunt plures imagines. Vnde ſpeculũ imaginoſum à Catullo dicitur, ab imaginibus, quæ in ſpeculo numeroſæ videntur.

Imagino imaginas, imaginâre, Imagines facere, ſeu repræſentare. Gellius lib. 15, Vt ſpeculũ in loco certo poſitum nihil imaginat, aliorſum tranſlatum facit imagines.

Imaginor imaginaris, imaginari, Significat rei alicuius quæ facta ſit, vel fieri poſſit, etiam quæ fieri non poſſit, ſimilitudinem mente concipere. Imaginer en ſoymeſme. Plin. epiſt. 100. b, lib. v, Caius quidem Fannius, quod accidit, multo antè præſenſit. viſus eſt ſibi per nocturnã quietem iacêre in lectulo ſuo compoſitus in habitu ſtudentis, habere ante ſe ſcrinium: ita ſolebat. Mox imaginatus eſt veniſſe Neronem, in toro ſediſſe.

IMBELLIS & hoc imbelle, o. g. Quod nihil bellicum ſonat. Horat. lib. car. Imbelli carmine diuides.

Imbellis, Timidus, ignauus, infirmus, quaſi bello minimè aptus. Ouid. lib. heroidum, Tres ſumus imbelles numero, ſine viribus, vxor, Laertéſque ſenex, Telemachúſque puer.

Imbellia imbelliæ, quaſi inertia, nõ habẽs belli ſcientiam. Macrob. lib. 3. Satur. Tunc Pœnus

eludens ignauiam imbelliámque militum eius pretioſè armatorum, Planè(inquit) ſatis eſſe credo, Romanis hæc, etſi auariſſimi ſint.

IMBECILLIS & hoc imbecille, vel imbecillus imbecilla imbecillum, Sine baculo, quaſi baculo indigens. Debille, imbecille, foible, ſans force deſperit, de corps, ou de biens temporels. Cic. De Amicitia, 61, Vt ſi parentibus nati ſint humilibus, ſi propinquos habeant imbecilliores vel animo vel fortuna, eorum augeant opes, eiſque honori ſint & dignitati. Plin. in Paneg. 132, Quis enim eſt tam imbecilli ingenio, qui non tanto meliorem conſulem ſperet, quanto ſæpius fuerit?

Imbecillis medicina. Cic. Attico, lib. x, Quamobrem quicquid habes ad conſulendum, collige, & illa ſcribe, non ex doctrina, neque ex libris(nam id quidem domi eſt)ſed neſcio quomodo imbecillior eſt medicina, quàm morbus.

Imbecillus imbecilla imbecillum, Idem. Cic. de Amicitia, 56, Imbecilla enim humana natura eſt ad contemnendam potentiam, quam etiam ſi neglecta amicitia conſecuti ſint, excuſatum iri arbitrãtur, quia non ſine magna cauſſa ſit neglecta amicitia. Plin. epiſt. 63. b, Sed hæc fœlicitas terræ, imbecillis cultoribus fatigatur.

Imbecillitas imbecillitatis, f. g. Debilite, Foibleſſe tant deſperit que de biens temporels, ou de force de corps. Cic. de Amicitia, 25, Sæpiſſime igitur mihi de amicitia cogitanti, maximè illud cõſyderãdũ videri ſolet, num propter imbecillitatẽ atque inopiã deſyderãda ſit amicitia.

IMBER, imbris, m. g. ablatiuo, imbre vel imbri. Pluye. Virg. Et ventis pulſatus & imbri. Plaut. in Moſtell. 3. 20, Venit imber, lauat parietes: perpluunt tigna. Idem in Capt. 6. 86, Iam hoc quidem tibi in procliui, quàm imber eſt quando pluit. Terent. in Eunucho, 4. 5. 37. Quo pacto Danae miſiſſe aiunt quondam in gremium imbrem aureum.

Imbrem (inquit Nonius) cõſuetudo agmen cæleſtium aquarum & pluuiarum induxit ſolum dici: cum authoritas variet, ſignificétque omnem humorem aqueũ. Virg. lib. 4. georg. Ipſe feraces Figat humo plantas, & amicos irriget imbres. Idem, Accipiunt inimîcũ imbrem. Lucretius, Ex igni terráque animæ naſcuntur & imbri. Plaut. in Pſeud. 3. 100, Non pluris refert, quàm ſi imbrem in cribrum geras.

Imber, græcè ὄμβρος dicitur.

Imbricus imbrica imbricum, Pluuieux, Plein de pluye. Plaut. in Merc. 22. 35, Hic Fauonius ſerenus eſt, hic auſter imbricus: hic facit tranquillitatem, iſte omnes fluctus conciet.

IMBREX imbricis, m. vel f. g. Tegulæ curuæ atque obtortæ, quæ in tecto ponuntur, vt per eas defluat aqua. Tuylle creuſe en demy rond, cõme on voit a Lion, & ailleurs, Gambage: laquelle ſe met lune dedans lautre. Plaut. in Milite, 9. 24, Quòd meas confregiſti imbrices, & tegulas ibi, dum condignam te ſectaris ſimiam. Idem in Moſtell. 3. 18, Tempeſtas venit, confringit tegulas, imbricéſque.

Imbricium imbricii, n. g Idem quod imbrex. Martialis, Quum ſint crura tibi, ſimilẽt quæ cornua lunæ, Imbricio poteras Sexte lauare pedes.

Imbrico imbricas, imbricare, In modum imbricis facere, & quaſi imbricibus tẽgere. Plin. Supernè tantum imbricatis flexibilium vertebris. Sidonius, Tegulis imbricarẽtur. Victruuius lib. 2, Incerta verò cæmenta alia ſuper alia ſedentia inter ſe imbricata, non ſpecioſam, ſed firmiorem, quàm reticulata, præſtant ſtructuram. Imbricata appellat inter ſe hærentia, imbricum modo.

IMBERBIS, & hoc imberbe, quod non eſt barbatum. Cic. pro domo ſua, Quæ maior calumnia eſt, quàm inuenire imberbem iuuenem. &c.

IMBIBO imbibis, imbibi, imbibitum, imbibere. Boire.

Imbibere malam opinionem de aliquo: Prendre en ſoymeſme & cõceuoir vne mauuaiſe opinion daucun. Cic. in Verrem, act. 2, An iſte vnquam de ſe bonam ſpem habuiſſet, niſi devobis malam opinionem animo imbibiſſet?

IMBVO imbuis, imbui, imbutum, imbuere, Inficere ſeu immergere, Abreuer quelque choſe de quelque liqueur pour la premiere fois. Teindre, ou mouiller. Columella lib. x, Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, vt inſiſtentes apes, quaſi per ſyphonem ſuccũ euocent. Horat. Quo ſemel eſt imbuta recẽs, ſeruabit odorẽ Teſta diu. Cic. Philipp. 14, Imbuti ſanguine gladii, p. c. legionũ, exercituúmque noſtrorum, vel madefacti potius, duorum conſulum. Cato de re ruſtica, Dolia olearia noua ſic imbuito, amurcă impleto.

Imbuere aram. Virg. Illius arã Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus. Il le mouillera, & comme arouſera.

Farina fermento imbuta, apud Gellium.

Imbuere ingenium artibus, Id eſt, inſtituere: Enſeigner. Plaut. in Trinũmo, 5.16, Hiſce ego te artibus gratiam facio, neu colas, neu imbuas ingenium, meo modo, & moribus viuito antiquis. Plin. in Paneg. 134, His artibus futuri principes imbuebantur, certare cum fugacibus feris curſu, cum audacibus robore, &c. Ibidem, 137, Eadem quàm modica cultus quàm parca comitatus quàm ciuilis inceſſus mariti hoc opus, qui ita imbuit, ita inſtituit. Cic. lib. 1. de off. Parentũ præceptis imbuti, ad eorũ cõſuetudinem moréſque deducimur.

Imbuere ſe ſtudiis. Cic. pro Deiotaro, Quibus ille ſtudiis ab ineunte ætate ſe imbuerat.

Imbui opinionibus. Cic. Attico, lib. XIIII, Nam de puero Clodio tuas partes eſſe arbitror, vt eius animum tenerum, quemadmodũ ſcribis, his opinionibus imbuas, vt ne quas inimicitias reſidére in familiis noſtris arbitretur.

Imbui caſtrenſibus ſtipendiis. Plin. epiſt. 167, Inde adoleſcentuli ſtatim caſtrenſibus ſtipendiis imbuebantur, vt imperare parendo, duces agere dum ſequuntur, aſſueſcérent.

IMITOR imitaris, imitari, Suyure aucun en ſes faicts & dicts, Tacher a faire comme vng autre. Plin. epiſt. 150, Quam ſanè, cum componerem illos, habui in manibus, non vt æmularer (improbum enim, ac penè furioſum) ſed tamen imitarer, & ſequerer, quantum aut diuerſitas ingeniorum maximi & minimi, aut cauſſæ diſſimilitudo pateretur. Plaut. in Ciſtell. 2.22, Si idem iſtuc nos facimus, ſi idem iſtuc imitamur, ita tamen vix viuimus.

Imitari chirographũ alterius, Cõtrefaire le ſignet daucũ. Suet. in Tito, È pluribus cõperi notis quoque excípere velociſſimè ſolitum: & cum amanuenſibus ſuis per ludũ iocúmque certamen imitari chirographa quæcunque vidiſſet, & profiteri ſe maximum falſarium eſſe potuiſſe. Cic. de natura deorũ, Chirographũ ſex primorũ imitatus eſt. Hoc eſt, adulteraũit.

Imitatio, imitationis, f.g. Plin. epiſt. 93. lib. 4, Nam cum eſt arduum ſimilitudinẽ effingere ex vero, tum longè difficillima eſt imitationis imitatio.

Imitabilis & hoc imitabile, Que on peult facilemẽt enſuyure. Plin. epiſt. 140. b, Et erant multa clariſſima ingenia, ſed tu mihi (ita ſimilitudo naturæ ferebat) maximè imitabilis, maximè imitandus videbaris.

IMMANIS & hoc immane, Minimè bonum, nocens, & ferum, Cruel, Nuyſable. Accius Medèa, Prima ex immani viẽtum ad mãſuetũ applicans. Virg. lib. 4. georg. Immanem antè pedes hydrũ moritura puella Seruantẽ ripas alta non vidit in herba. Actius Philocteta, Phrygiã minorẽ eſſe immanem Græciã. Cic. de rep. lib. 4, Quid Perieta ſenſit, vt loquitur, eſt homo impurus: ſin aliter, quod malo, oratio eſt tamen immanis. Virg. lib. 1. AEneid. Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes. Plaut. in Trinũmo, 3.2, Næ amícum caſtigare ob meritam malam noxiam, immane eſt facinus, verum in ætate vtile & cõducibile. Cic. ad Qu. fratrem lib. 1, Quòd ſi te ſors Afris, aut Hiſpanis, aut Gallis præfeciſſet, immanibus ac barbaris nationibus, &c.

Immania ſaxa, à Virgilio dicuntur, aſpera & horrenda.

Immane, Ingens, magnum, inquit Feſtus. Virg. lib. 6, Poſuítque immania templa.

Immane, Fœdum. Accius Andromeda, Immane te habet templum obuallatum oſſibus.

Immane dictu. Salluſt. de rep. ord. ad Cæſarẽ, Sed ob eaſdem cauſſas (immane dictu) quanti, & quàm multi mortales poſtea ad Pompeiũ diſceſſerint, eóque per omne tempus belli quaſi ſacro atque inſpoliato fano debitores vſi. Vne choſe orde & ſalle a dire.

Immane, pro immaniter. Salluſt. lib. 2, Immane quantum animi exarſère.

Immanitas, immanitatis, f.g. Sæuitia, Cruaute, durete, terriblete. Cic. de Amicita, 73, Quinetiam ſi quis aſperitate ea eſt, & immanitate naturæ, vt congreſſus & ſocietatem hominũ fugiat, atque oderit. &c. Idem, de off. lib. 1, Quo deteſtabilior illorum immanitas, qui lacerauerunt omni ſcelere patriam. Plin. in Paneg. 75, Vt ſub te ſpiritum & ſanguinem, & patriam receperunt ſtudia, quæ priorum temporum immanitas exíliis puniebat.

IMMEMOR, immemoris, o.g. A qui il ne ſouuiẽt point de quelque choſe, Qui nen a point de ſouuenance. Terent. in And. 3.1.19, Num immemor es diſcipli?

Immemor beneficium, paſſiue. Terent. in And. 1.1.17, Iſtæc cõmemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii. Cuius nemo meminerit, inquit Donatus.

Immemorabilis & hoc immemorabile: De quoy on ne doibt point auoir de memoire. Plaut. in Capt. 2.56, Neque ſpurcidici inſunt verſus immemorabiles.

IMMENSVS, immenſa, immẽſum, Quod nõ poteſt menſurari præ magnitudine: De quoy, on ne peult ſcauoir la meſure & grandeur. Plin. epiſt. 157, Arduum, immenſum etiam tuo

ingenio. Ton eſperit ne le peult comprendre.

IMMERENS immerẽtis, om.g. Qui na point deſerui. Suet. Multum queſtus eripi ſibi vitam immerenti.

Immeritus, immerita, immeritum, Qui ne la point deſerui, ne gaigne. Plaut in Aſin. 12.18, Cur tu obſecro immerito meo me morti dédere optas?

Immeritò, aduerbium, Sans lauoir deſerui, ne merite. Plaut. in Bacchid. 14.15, Immeritò tibi iratus fui. A tort & ſans cauſe. Terent. in Hecyra, 2.1.11, Méque abs te immeritò eſſe accuſatam poſtmodũ reſciſces. 1. ſcio. te immeritó? Ibidem, 4.2.21, Hic video me eſſe inuiſam immeritó: tempus eſt concedere.

Immeritiſſimò, ſuperlatiuum aduerbium, ab Immeritò. Terent. in Phor. 2.1.60, Iam dudũ te omnes nos accuſare audio immeritó, & me omnium horum immeritiſſimó.

IMMERGO immergis, immerſi, immerſum, immergere, Intus mergere. Noyer, & plonger dedens. Virg. lib. 3, Vaſtóſque immergite ponto.

Immerſiſti te argento. Plaut. in Rud. 10.64, Et aurum & argentũ fuit lenonis ibidem: credo aliquem immerſiſſe ſe, atque eum excepiſſe. Ie penſe que quelcun ſeſt iette dedens, ou fourre: & la prins.

Immerſit ſe aliquò in ganeum. Plaut. in Menæh. 16.3, Immerſit aliquò ſeſe credo in ganeũ. Ie penſe quil ſeſt fourre en quelque caignart.

Immergere ſe in conſuetudinem alicuius: Se mettre fort auant en laccointanſe daucun. Cic. pro Cluẽtio, Qui vt ſe blãditiis & aſſentationibus in Aſinii conſuetudinẽ penitus immerſit, Oppianicus continuò ſperare cœpit hoc ſe Aiulio, tanquam aliquã machinã admotã, capere Aſinii adoleſcentiam, & fortunas eius patrias expugnare poſſe.

IMMIGRO immigras, immigrare, Sen aller demourer en quelque lieu. Cic. lib. Tuſcul. 1, Neque ea planè videt animus, quum tam repnûte in tam inſolitum, támque perturbatũ domiciliũ immigrauit. Plaut. in Moſtell. 3.16. Atque vbi illò immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia, immundus, inſtrenuus, hic iam ædibus vitium additur, bonæ cum curantur malé.

Immigrare in ingenium ſuum. Plaut. in Moſtell. 3.37, Nam ego ad id frugi vſque & probus fui, in fabrorũ poteſtate dum fui. Poſteaquam immigraui in ingenium meũ, perdidi operã fabrorum. Apres quæ ie ſuis venu a me gouuerner a ma fantaſie. &c.

Immigrare in veſtigia nobilium. Plin. in Paneg. 81, Ergo in veſtigia, ſedéſque nobilium immigrant pares domini: nec iam clariſſimorum virorum receptaculo habitatore ſeruo teruntur: aut fœdã vaſtitate procumbunt.

IMMINEO immines, imminui, imminerê, Inſtare, Eſtre pres & prochain. Cic. Mors propter incertos caſus quotidie imminet. Plin. epiſt. 119.b, lib. VI, Ad hoc ſtipatum tribunal, atque etiam ex ſuperiore baſilicæ parte, qua fœminæ, qua viri, & audiendi, quod difficile: & quod facile, viſendi ſtudio imminebant.

Imminent in fortunas noſtras. Cic. Philipp. 7, Qui in Gallia delectus habent, qui in noſtras fortunas imminent. Qui ſont pres a nous piller, ou a ſe ietter dedens nos biens.

Imminêre exitio alterius. Ouid. Imminet exitio vir coniugis, illa mariti. Il eſt pres & appareille de faire mourir ſa femme. &c.

Imminêre ſibi putat periculũ. Plin. in Paneg. 30, Quippe non is princeps, qui ſibi imminêre, ſibi intendi putet, quod in hoſtes paretur: quæ perſuaſio fuit illorũ qui hoſtilia cum facerent, timebãt. Qui penſe que ce que on a appreſte pour les ennemis, tombera ſur luy. &c. Ouid. Imminet his aer.

Imminet annotator conuiuis. Plin. in Paneg. 80, Num enim ante medium diem diſtentus, ſolitariâ cœnã ſpectator, annotatórque conuiuis tuis immines?

Imminens, imminentis, Qui eſt prochain, & preſt.

Imminens ingenium. Cic. in Verrem, act. 4, Nam ipſum Verrem tantũ ſemper auaritiã hiante, atque imminẽti fuiſſe ingenio, & cogitatione nulla, vt quicquid ſua ſpõte faciebat, item vt vos Romæ cognouiſtis, eripere potius, quàm fallere videretur. Qui auoit vne nature preſte & appareillee a tout, Vng eſperit volage.

IMMINVO imminuis, imminui, imminutum, imminúere, Faire menu, Caſſer, briſer.

Imminuere caput alteri. Plaut. in Moſtell. 4.108, Nimis velim lapidem, qui ego illi ſpeculo imminuam caput.

Imminúere pudicitiã virginis: Corrumpere virginem. Plau. in Ciſtell. 2.79, Neque pudicitiã

meam mihi alius imminuit quiſquam.

Imminuere maieſtatē pop. Ro. Cic. lib. 2. de Orat. Si res tota quæritur, definitione vniuerſa vis explicanda eſt: ſic, Si maieſtas eſt amplitudo ac dignitas ciuitatis: is eam minuit, qui exercitū hoſtibus pop. Romani tradidit. Idem alibi, Mihi ipſi cum Sulpitio fuit in Norbani cauſſa cōtentio. Pleraque enim de iis quæ ab ipſo obiiciebātur, cum cōfiterer, tamen ab illo maieſtatē imminutā negabam: ex quo verbo lege Apuleiā tota illa cauſſa pendebat.

IMMISCEO immiſces, immiſcui, immiſcēre, Meſler parmi. Columella lib. 2, Secundū dēinde quod homines faciunt, ſi & aliis vitæ purgamentis immiſceatur, quum per ſe naturæ eſt feruentioris: & idcirco terram perūrit.

IMMISERICORDITER, aduerbium, Immiſericordieuſemēt. ſans auoir miſericorde. Terent. in Adelphis, 4. 5. 29, Factum à vobis duriter, immiſericorditérque.

IMMITIS, & hoc immite, o. g. Aſper, ſæuus, crudelis, Qui eſt ſans pitie & miſericorde. Virg. Immitis Achilli.

Immite cælum. Plin. epiſt. 170. a, Num iſtic quoque immite, & turbidum cælum?

Immite pelagus, Procelloſum. Apul. Erat enim turbidum & immite pelagus.

Immitia poma, Immatura. Plin. Immitia adhuc & cruda poma.

IMMITTO immittis, immiſi, immiſſum, immittere, Mettre dedans. Plin. epiſt. 157. a, Dices immiſſa terris noua flumina.

Immittere aliquid in aures. Plaut. in Epid. 7. 15, Blatis quod nuſquam eſt, neque id immitto in aures meas. Idem in Capt. 11. 17, Ne tu quod fabuletur, in aures immittas tuas. Neſcoute point ce quil dict.

Immittere, Laiſſer croiſtre. Virg. Reſpicio, dira illuuies, immiſſáque barba.

Immittere: Enuoyer au deuant, alencontre. Salluſt. Alii Tarquinium à Cicerone immiſſum dicebant, ne Craſſus ſuſcepto malorum patrocinio, remp. turbaret.

Immittere rudētes. Plin. epiſt. 157. a, Próinde iure vatum inuocatis diis, & inter deos ipſo, cuius res, opera, conſilia dictaturus es, immitte rudentes, pande vela, ac ſiquando aliās, toto ingenio vehere. Laiſſe aller les cordes.

IMMO, Coniunctio: quæ apud veteres ſignificabat prorſus, quaſi ex intimo. Nunc verò ſignificat quin potius, Mais qui plus eſt, Mais au contraire, Mais plus fort. Varro, Non humanitas, immò ſæuitia eſt lædere innocentē. Plaut. in Amphit. 8. 92, In ſomnis fortaſſe. A I. immò vigilans vigilantē. Idem in Moſtell. 8. 18, Etiam fatetur de hoſpite? T E. immò pernegat. Idem in Aſin. 16. 72, Nullus ſum. A R T. immò es, ne negato, omnium pol nequiſſimus. Idem in Bacchid. 4. 29. ecquidnā meminit Mneſilochi? P. rogas? immò vnicè vnū plurimi pendit. C. papæ: immò, vt eum credis, miſera anus deſyderat. Terent. in Heaut. 1. 1. 42, Filium vnicum adoleſcentulum habeo. at quid dixi habere me? immò habui Chreme: nūc habeam, nēcne, incertū eſt. Idem in And. 1. 2. 30, Quid, hoc intellextin? an nōdum etiam ne hoc quidē? D. immò callidé. Idem in Adelphis, 5. 3. 55, Cū prima luce, ibo hinc. M. immò de nocte cenſeo. Ibidem. 4. 3. 13, Sed ſi aliter putas, egomet narrabo quæ mihi dixti. M. immò egò ibo. H. benefacis. Plaut. in Amphit. 4. 196, Quod apud haſce ædes negotiū eſt tibi? S. immò quod tibi eſt? Mais toymeſme qui as tu affaire?

Immò, ſecundo loco poſitum. Plaut. in Milite, 20. 57, Scio, & perſpexi verum, cum antehac, tum hodie maximè. P A. ſcies immò hodie meū factum, faxo poſt dices magis. Plin. epiſt. 44. a, Aſſem para, & accipe aureā fabulam: fabulas immò: nam me priorū noua admonuit.

Immò certe. Terēt. in Eunucho, 4. 7. 42, Iam hæc tibi aderit ſupplicans vltrò. T H R. credin'? G. immò certe. Ouy certainement.

Immò enim. Terēt. in Phor. 2. 2. 24, Non poteſt ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia. P. immò enim nemo ſatis pro merito gratiā regi refert. Idem in And. 5. 1. 4, Dum ſtudeo obſequi tibi, penè illūſi vitam filiæ. S. immò enim quàm maximè abs te poſtulo atque oro Chreme, vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.

Immò enimuero. Terent. in Eunucho, 2. 3. 37, Incommodè hercle. C H. immò enimuero infœliciter.

Immò etiam. Terent. in And. 4. 2. 25, Verum vis dicam? D. immò etiam. Ouy dia. Plaut. in Epid. 10. 83, Quid nunc, qui in tantis poſitus ſum ſententiis? eúmne ego ſinam impune? immò etiam ſi alterum tantum perdundum eſt, perdam potius quàm &c. Quāt ores ie. &c.

Immò verò. Cic. in Part. Orat. Omnibúſne igitur ex his locis argumenta ſumemus? C. P. immò verò ſcrutabimur.

IMMOBILIS & hoc immobile, Que on ne peult mouuoir ne remuer.

IMMODESTVS, immodesta, immodestum, Non temperatus, Immodere, Sans attrempence. Terent. in Heaut. 3.3.7, Vel heri in conuiuio quàm immodestus fuisti? Immodesti mores. Plau. in Curc. 4.45, Hoccine fieri, vt immodestis hic te moderêre moribꝰ?

Immodestia, immodestiæ, Immodestè, inteperencé. Plau. in Amphit. 4.10, Hæc heri immodestia coegit me.

Immodestè, aduerbiũ, Immodestement. Plaut. in Pœnulo, 3.25, Cur ego apud te mentiar? amo immodestè. Ie suis amoureux oultre mesure.

IMMODICVS immodica immodicũ, Maximus. Qui nest point petit, Qui est fort grand. Columella, C. Licinius damnatus est quoniã magistratu rogatione tribunitia, quam promulgauerat, immodicã possidendi libidine transcendisset.

Immodica oratio. Plin. epist. 181, Vererer ne immodicam orationem putares, quam cum hac epistola accepisses, nisi esset generis eius vt sæpe incipere, sæpe desinere videatur.

Immodici, Plures. Martialis, Atriáque immodicis arctat imaginibus. Par y mettre trop dimages.

Immodicé, aduerbium, Nimis, vel intemperaté. Par trop. Columella lib. 2, Magísque conducere agricolæ frequenter id potius quàm immodicé id facere.

IMMOLO immolas, immolare, Sacrificare, & quasi mola inspergere. ex in, & mola. Festus, Immolare, est mola, id est farre mólito, & sale hostiam fusam sacrificare. Virg. lib. 12, Pallas te hoc vulnere Pallas Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit.

IMMOROR immoraris, immorari, Moram trahere, Demourer, Sarrester in quelque lieu. Immorari honestis cogitationibus. Plin. epist. 8.d, Per hoc enim assequebamur, primum, vt honestis cogitationibus immoraremur. Que nous nous arrestissions a cogitations hõnestes.

IMMORTALIS & hoc immortale, Immortel. Plaut. in Trinũmo, 4.13, Eho tua vxor quid agit? M. immortalis est, viuit, victuráque est. Ie croy quelle ne mourra iamais. Terent. in Eunucho, 2.2.1, Dii immortales, homini homo quid præstat?

Immortalia facinora, Cas desquels il sera memoire a iamais. Plaut. in Mostell. 9.81, Quid mihi fiet tertiò, qui solus facio facinora immortalia?

Immortalitas, immortalitatis, f.g. Cic. de Amicitia, 9, Nisi enim (quod ille minimè putabat) immortalitatem optare vellet, quid non est adeptus quod homini fas esset optare? Terẽt. in And. 5.5.4, Nam mihi immortalitas parta est, si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit.

IMMVNDVS immunda immundum, Impurus, impolîtus, Plein dordure. Terent. in Heaut. 2.3.54, Pannis obsita, neglecta, immunda illuuie.

Immundus homo, Qui est ord & salle. Plaut. in Mostell. 3.17, Homo indiligens cum pigra familia, immundus, instrenuus.

Immundæ fortunæ. Plaut. in Cistell. 2.105, Immundas fortunas meas æquum est squalorem sequi.

IMMVNIS, & hoc immune, Dicitur, vt inquit Festus, qui nullo fungitur officio, Liber ab onere publico: Qui vel ætate vel alio priuilegio præstare munia nõ tenetur. Qui na nulle office publique, ou qui est exempt de lexercer. Virg. lib. 4. georg. Immunisque sedẽs aliena ad pabula fucus.

Immunis non est virtus, Elle nest point oysiue & sans rien faire. Cic. de Amicitia, 46, Nõ est inhumana virtus, neque immunis, neque superba, quæ etiam populos vniuersos tueri, eisq; optimè consulere soleat.

Immunis, cum genitiuo. Ouid. lib. 8. Metamorph. Vobis immunibus huius Esse mali dabitur. Vous ne seres point charges de ce mal. on ne vous en demãdera rien, On ne sen prendra point a vous.

Immunis, cum ablatiuo. Liuius lib. 1, Vna militia facta est immunis militiã. Plin. lib. 17. cap. 24, Caprificus omnibus immunis est. Il nest point soubiect a auoir tout cela.

Immunis, improbum aliquando significat, authore Festo Põpeio. Plaut. Immune est facinus.

Immunitas immunitatis, Exemptio, & vacatio munerum & onerum. Cic. Philipp. 1, Num immunitates datæ? Plin. in Paneg. 60, Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, si modo reductus esset in patris potestatem.

IMMVSCVLVS immusculi, m.g. Auis est, inquit Festus, quam alii regulum, alii ossifragam dicunt.

IMMVSTVLVS immustuli, Ales ex genere aquilarum est (inquit Festus) sed minorũ vi-

rium quàm aquila: quæ volucris raro, & non ferè, præter quàm vere apparet: quia æstũ, algorémque metuit. Appellatur autem ita, quòd subitò & inexpectata se immittat.

IMMVTO immutas, immutare, Changer, Muer, Bailler vng pour lautre. Plaut. in Epid. 13.40, Accipe argentum hoc Danista, hic sunt quadraginta mnæ: si quid erit dubiũ, immutabo. Sil y a quelque piece doubteuse, ou souspecõneuse, ie la chãgeray. Idem in Mili. 8.22, Perscrutari hic volo Sceledre, nos nostri, an alieni simus: ne dum quispiam nos vicinorũ imprudentes aliquis immutauerit.

Immutare vultum. Terent. in Hecyra, 3.3.9, Sed continuò vultum earum sensi immutari omnium, quia tam incommodè, illis fors obtulerat aduentum meum. Sallust. Quibus rebus permota ciuitas, atque immutata vrbis facies erat. Plaut. in Trucul. 6.57, Verum ego illum quãquam violentus est, spero, immutari potest blandimẽtis. Terent. in Phor. 1.4.30, Non sum apud me. G. atqui opus est nunc, cum maximè, vt sis Antipho: nam si te senserit timidum pater esse, arbitrabitur cõmeruisse culpam. P. hoc verum est. A. nõ possum immutarier. Ie ne peulx estre autre que ie suis.

Immutatur ingeniũ egestate: Par pourete la nature & cõdition souuent se changẽt. Terẽt. in And. 1.5.40, Bene & pudicè eius doctum atque eductum, sinam coactum egestate ingeniũ immutarier? non faciam. Plaut. in Curcul. 3.54, Neque veto, neque iubeo, quando te video immutatis moribus esse ferè, atque ingenio.

Immutare ingenium moribus. Plaut. in Trinũmo, 4.18, Nam si in te ægrotant artes animi tui, sin immutare vis ingenium moribus, aut si immutant mores ingenium tuum. &c.

Immutare se, Changer de vouloir. Terent. in And. 1.6.7, Quid Chremes, qui denegarat se cõmissurum mihi gnatam suam vxorem? id mutauit, quoniam me immutatum videt.

Immutari ex amore. Terẽt. in Eunucho, 2.1.19, Di boni quid hoc morbi est? adeóne homines immutarier ex amore, vt non cognoscas eundem esse?

Immutari imperio. Cic. de Amicitia, 49, Atque hoc quidem videre licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari, spernique ab iis veteres amicitias, & indulgere nouis.

Immutare vestem. Plaut. in Amphit. 9.6, Ilicò Amphitruo fio, & vestitum immuto meum.

Immutata forma, Passee. Terent. in Heaut. 2.4.10, Quippe forma impulsi nostra nos amatores colunt: hæc vbi immutata est, illi suum animum alio conferunt.

Immutabilis & hoc immutabile, Quod nullo modo mouetur ac flectitur. Plaut. in Epid. 12,8, Scio quid erres, quia vestitum atque ornatum immutabilem habet hæc.

IMPAGES impagis, f.g. Festus, Impages dicuntur quæ à fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohæreant. à pangendo, id est, figendo. Vnde Poetæ pangere versus dicuntur, & agricolæ pangere plantas, id est infigere.

IMPANCRO impancras, impancrare, Est inuadere. Verbum à græco tractum, quasi πᾶν κρέας id est omnem carnem, consumere. Varro, Ecclesia in regiam aream impancrarunt.

IMPAR imparis, o.g. Qui nest point egual, ne pareil, ou souffisant. Plin. de viris illust. 4.a, Vnus Horatius, quanuis integer, quia tribus impar erat, fugam simulauit.

Impar congressus: Vng combat qui nest point sortable: Quãt lung est beaucoup moindre de force que lautre. Virg. Atque impar congressus Achilli.

IMPARENS imparentis, o.g. Id est, non parens siue obediens, inquit Festus. Inobedient.

IMPARATVS imparata imparatum, Qui nest point prest, ny appareille. Plaut. in Capt. 11.6, Qui ex parata imparatam rem omnem facis. Terẽt. in Phor. 2.1.84, Amicos aduocabo ad hanc rem qui adsient: vt ne imparatus sim quum adueniat Phormio.

IMPATIBILIS & hoc impatibile, Que on ne peult soustenir, ne endurer. Plaut. in Amphit. 15.21, Fata istæc me premunt, pertolerarem vim tantam, cladésque exanclarem impatibiles.

IMPAVIDVS impauida impauidum, Qui ne craint rien. Impauidus somni. Sillius, lib. 7, Impauidus somni seruat pecus.

IMPECCABILIS, Qui non peccat. Gellius, Is erit plærunque impeccabilis, vitámque viuet tranquillissimam.

IMPEDIO impedis, impedíui, impedítum, impedire, Implicare, Inuoluere. Empestrer, enuelopper, entouiller. Terent. in And. 1.5.25, Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahũt: amor, misericordia huius, nuptiarũ solicitatio. Idem in Phor. 2.4.2, Quãta me cura & solicitudine afficit gnatus, qui me & se hisce impediuit nuptiis! Idem in And. 3.

5.11, Ehodum bone vir, quid ais? Vidén' me tuis cõsiliis miserum impeditum esse? Plaut. in Rud. 2.37, Sed dum alios seruat, se impediuit.

Impediuit sese in plagas. Il sest prins. Plaut. in Milit. 21.11, Ipsus illic sese iam impediuit in plagas: paratæ insidiæ sunt.

Impedire vxorem alterius impudicitiã. Plaut. in Amphit. 16.13, Qui domi vxorem meam impudicitiã impediuit, per quam teneo thesaurum stupri.

Impedire, Empescher que quelque chose ne se face. Plin. epist. 262, Vereor enim ne in alterutram partem ignorantia lapsus, aut illicita confirmem, aut necessaria impediam. Cic. de Senect. 56, Hac igitur frui licet senibus, nec ætas impedit quamuis & cæterarũ rerum & inprimis agri colendi studia teneamus vsque ad vltimum tempus senectutis.

Impedita studia. Plin. epist. 150, Torqueor quòd discipulum, vt scribis, optimæ spei amisisti: cuius & valetudine & morte impedita studia tua. Tu as este empesche destudier.

Impedimentum impedimenti, n.g. Dicitur quo quis impeditur vt non perficiat quod cupit. Empeschement. Plaut. in Casina, 2.60, Ille autem postquam sensit filium suum eandem illam amare, & esse impedimento sibi, hinc adolescentẽ peregre ablegauit pater. Terẽt. in And. 4.2.24, Proinde hinc vos amolimini. nam mihi impedimento estis.

Impedimenta, in exercitu, dicuntur res quæ conducuntur in expeditione necessariæ. Et non solum sarcinæ, sed etiam iumenta, impedimẽta dicuntur, vt docet Frontinus in libro Stratagematω̃n, scribens fuisse interfecta à Petreio impedimenta in magna aquarum & pabuli inopia. Curtius, Magno consilio iacturam sarcinarũ impedimentorúmque contempsit.

IMPEDO impedas, impedare, Pede vel statumine aliquo firmare. Soustenir quelque chose auec des pieulx, ou fourches de bois, cõme on faict la vigne auec eschallas. Columella lib. v, Cum mensem tricesimum excessit posita vinea, id est, tertio autumno, vehementioribus statuminibus statim impedanda est.

IMPELLO impellis, impuli, impulsum, impellere, Poulser aucun, fort inciter, & esmouuoir a quelque chose. Terent. in And. 3.2.43, Nõ impulit me, hæc nunc omnino vt crederem: atque haud scio, an quæ dixit, sint vera omnia. Il na peu tãt faire que ie laye creu. Cic. de Senect. 58, Nec me solum ratio ac disputatio impulit vt ita crederem. &c.

Impellere ad faciendum, Cic. de Senect. 36, Nullum denique scelus, nullum magnũ facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret.

Impellere, Loco pellere, Poulser aucun hors de sa place. Liuius, Impulsa frons prima: & trepidatio subsidiis illata. Iuuenalis satyra, x, Vnde altior esset Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.

Impellere, Labefactare, Gaster, & corrũpre. Plin. lib. 33, Immenso & Achaicæ victoriæ momento ad impellendos mores.

Impulsus impulsa impulsum, Poulsé, incité, & esmeu a quelque chose. Terent. in And. 1.1.72, Quid verbis opus est? hac fama impulsus Chremes, vltrò ad me venit.

Impulsum bellum, Penè perfectum, aut confectum. Lucanus, lib. v, Nobis victoria turbam Non dabit: impulsi tantum quæ præmia belli Auferat. Cicero, affectũ bellum vocat: Qui est presque mis au bas.

Impulsor impulsoris, m.g. Qui incite & poulsê aucun a quelque chose. Terent. in Eunucho, 5.6.18, Here, ne me spectes: me impulsore hæc nõ fecit. Idem in Adelphis, 3.2.16, Tum autem, Syrum impulsorem vah quibus illum lacerarem modis! Ibidem, 4.2.22, Me impulsore hanc emptam esse ait. Il dict que ie lay induyt a lachepter.

IMPENDEO impendes, impendi, impensum, impendêre, Qui pent sur quelque chose, cõme prest a cheoir sus.

Impendent te mala. Terent. in Phor. 1.4.2, Ita nunc imparatum subitò tanta te impendent mala, Tant de maulx sont pres a cheoir sur toy.

Impendẽt mala, Les maulx sont prochains. Cic. Planco, Agitúrque præclarè, si nosmetipsos regere possumus, vt ea quæ partim iã adsunt, partim impendẽt, moderatè feramus. Plin. epist. 55.a, Tot circa me iactis fulminibus, quasi ambustus, mihi quoque impendêre idem exitium certis quibusdã notis augurarer. Idem epist. 176, b, Accedit lachrymis meis quòd absens & impendentis mali nescius, pariter ægrum, pariter decessisse cognoui. Ne sachant pas que le mal fust si prochain. Cic. de Amicitia, 34, Hæc ita multa, quasi fata, impẽdêre amicitiis: vt omnia subterfugere, non modo sapientiæ, sed etiam fœlicitatis diceret sibi videri.

Impendet cura pectori meo. Plaut. in Epid. 3.32, Illã amabam olim: nunc iam alia cura impendet pectori. Iay bien vng autre ſouci en mon cueur.

IMPENDO impendis, impendi, impenſum, impéndere, In aliquã rem inſumere, Deſpendre, & emploier quoy que ce ſoit a quelque choſe faire. Plin. epiſt. 254, In aquæ ductu Domine, Nicomedenſes impenderunt HS. XXX. CCC. XXIX, qui imperfectus adhuc relictus. Salluſt. Pòſt vbi eorum famam atque pudorem attriuerat, maiora alia impendebat.

Impéndere laborem. Plin. epiſt. 49. f, Rurſus quũ audis quid officiorum ſtudiis, laboris impenderit, nec ſcripſiſſe ſatis, nec legiſſe?

Impéndere tempus ſtudiis. Plin. epiſt. 106. a, lib. VI, Profecto auuncule ipſe reliquum tempus ſtudiis (ideò remanſeram) impendi.

Impenſus impenſa impenſum, Auctus, affluens, quaſi in quem multa impenſa ſunt. Plaut. in Capt. 13.37, Væ miſero illi, cuius cibo iſte factus eſt impenſior.

Impenſus, Grauis, intolerabilis, moleſtus. Plaut. in Bacchid. 7.10, Pol quidem, meo animo, ingrato homine nihil impenſius eſt. Quod impenditur, graue eſt.

Impenſa impenſæ, Deſpenſe.

Impenſas agere. Cic. in oratione antequam iret in exilium, Qui neque tanta valetis authoritate, neque tantorum officiorum impenſam egiſtis in patriam. Vous naues pas tant deſpẽdu a faire voſtre debuoir enuers la choſe publique.

Impenſa, beneficium. Martialis, Impenſis vitam principis annumeres.

Impenſè, aduerbium, Valde, Moult fort. Plaut. in Epid. 11.39, Eſt impenſè improbus. Terent. in Adelphis, 5.9.36, Sed ſi id vultis potius quæ vos propter adoleſcentiam minus videtis, magis impenſè cupitis, conſulitis parum. Gellius, lib. 18. cap. 7, Iulius Paulus poeta vir bonus, & rerum, literarúmque veterum impenſè doctus. Terent. in Eunucho, 3.1.23, Illi inuidêre mihi, verum vnus tamen impenſè, elephãtis quem Indicis præfecerat. Gellius lib. 19. cap. 7, In agro Vaticano Iulius Paulus poeta vir bonus, & rerum literarúmque veterum impenſè doctus, prædiolum tenue poſſidebat.

Impenſius, Dautant plus. Plin. epiſt. 90. lib. VI, Quo impẽſius rogo vt timori meo quotidie ſingulis, vel etiam binis epiſtolis conſulas. Idem epiſt. 159. c, Et quanto ab eiuſmodi cupiditatibus remotior eius animus eſſet, tanto impenſius petere à publico parente, vt eum compelleret ad cedẽdum ſenatui. Columella, Sed cuiuſque diſciplinæ prudẽtem delectãt impenſius ea, quæ propriis generibus diſtinguntur, quàm quæ paſſim velut abiecta, & quodam aceruo confuſa ſunt.

Impendium impẽdii, Deſpenſe & frais que on faict en quelque choſe. Plin. epiſt. 78. c, Ego mihi curam tantum & impendium vendico. Idem in Paneg. 66, An tantas vires habeat frugalitas principis, vt tot impendiis, tot erogationibus ſola ſufficiat. Ibidem, 45, Amor impendio iſto, non venia quæſita eſt. Idem epiſt. 234, Nunc reip. Pruſenſium impendia, reditus, debitores, excutio.

Impendium, Pecunia quæ in fœnore ſorti accedit. Cicero ad Atticum, Fœnus, inquit, & impendium.

Impendioſus impẽdioſa impẽdioſum, Qui deſpend beaucoup, & faict grãde deſpenſe. Plaut. in Bacchid. 7.12, Nimio præſtat inpendioſum te, quàm ingratum dicier.

Impendiò, aduerbium intendẽdi, idem ſignificat quod impenſè, valde, apprimè. Gellius lib. 1, cap. 2, Erat ibidem nobiſcum ſimul adoleſcens, philoſophiæ ſectator diſciplinæ, vt ipſe dicebat, Stoicæ, ſed loquacior impendiò, & promptior.

Impendiò magis. Terent. in Eunucho, 3.5.36, Et quia conſimilem luſerat iam olim ille ludum, impendiò magis animus gaudebat mihi. Dautant plus fort mon cueur eſtoit en ioye. Cic. Attico, At ille impendiò magis odit ſenatum.

Impendiò minus: Beaucoup moins. Plautus in Aulul. 3.18, Atque ille verò minus, minúſque impendiò curare, minúſque impertire honoribus.

IMPENETRALE, inquit Feſtus, cuius vltimum penetrale intrare non licet.

IMPENNATAS agnas in ſaliari carmine veteres pro ſpicis vſurparunt, quæ non habẽt ariſtas. agnas enim nouas voluerunt intelligi Feſtus.

IMPENSIBILIS & hoc impenſibile, Idem quod inconſyderabilis. Gellius, Omniúmque rerum fidem veritatémque, mixtis, confuſiſque ſignis, veri atque falſi ita impenſibilem videri aiunt, vt quiſquis homo eſt.

IMPERCITO, Id eſt, parcito, futurum ab imperatiuo. Feſtus.

IMPERFECTVS imperfecta imperfectum, Imparfaict, Qui neſt point acheue. Plin. epiſt. 254, Qui imperfectus adhuc relictus, ac etiam deſtructus eſt.

IMPERITVS imperita imperitum, Non expertus, inquit Donatus, Qui na rien experimente, Qui na nul ſcauoir, Qui na rien veu. Plaut. in Capt. 17. 10, Eia, credo ego imperito plagas minitaris mihi. Idem in Trinũmo, 10. 39, Pernoui equidem Lelbonice imperitum tuum ingeniũ admodum. Terent. in Eunucho, 5. 2. 42, Non adeò inhumano ingenio ſum Chærea, neque tam imperita, vt quid amor valeat neſciam. Idem in Adelphis, 1. 2. 18, Tu illum corrumpi ſinis. M. homine imperito nunquam quicquam iniuſtius.

Imperitus rerum. Plau. in Sticho, 3. 43, Voſtrum animũ adhiberi volo: nam ego ad vos nunc imperitus rerum, & morum mulierum, diſcipulus venio ad magiſtras. Idem in And. 5. 4. 8, Tũne hic homines adoleſcentulos, imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis?

Imperitus ad eam rem. Plaut. in Milite, 1 2. 45, Adſunt fabri, architectique, eam quidem ad rem haud imperiti.

IMPERO imperas, imperare, Cõmander. Terent. in And. 3. 2. 10, Non imperabat coram quid opus facto eſſet puerperæ. Idem in Eunucho, 3. 2. 40, Hos prius introducam: & quæ volo, ſimul imperabo. Idem in Phor. 1. 4. 47, Quin tu quod faciam impera.

Imperare, plus eſt quàm iubere, Terentio teſte, in Eunucho, 2. 3. 97, Iubeo, cogo, atque impero. Donatus, Euidenter oſtendit, plus eſſe imperare, quàm iubere.

Imperare dolori, Vaincre ſa douleur, & ſurmonter. Plin. epiſt. 172, Imperare enim dolori, vt ſcriberem, potui: vt vacuo animo, lætóque non potui.

Imperare cupiditatibus. Cic. de Amicitia, 69, In talibus ea, quam iam dudum tractabamus, ſtabilitas amicitiæ confirmari poteſt, cum homines beneuolentia coniuncti, primum cupiditatibus iis quibus cæteri ſeruiunt, imperabunt.

Imperare lachrymis. Plaut. in Ciſtell. 2, 49, Noli obſecro imperare lachrymis mihi excruciatum tuis.

Imperare ſibi. Terent. in Eunucho, 2. 2. 21, Imperaui egomet mihi omnia aſſentari.

Imperare liberis, Id eſt regere liberos, inquit Donatus. Terẽt. in Adelphis, 1. 1. 52, Hoc qui nequit, fateatur neſcire imperare liberis.

Imperare tributum. Plaut. in Epid. 5. 44, At tributus cum imperatus eſt, negant pendi poteſſe.

Imperare pro velle. Terent. in And. 5. 2. 1, Animo iam nunc otioſo eſſe impero. Donatus, Impero pro volo. an vt ſtatim fiat, tanquam illud quod imperatur? Et impero dixit ſuperbe: ſummum enim indicium ſecuritatis eſt ſuperbia.

Imperare, quaſi prorſus parare. nam in, aliquãdo auget. Quintil. Hoc mihi imperaret. Curtius, lib. 3, Naues ſociis imperat.

Imperor paſſiuum rarum eſt. Horat. Hæc ego procurare, & idoneus imperor, & non Inuitus.

Imperito imperitas, imperitare, Frequentatiuũ. Plaut. in Capt. 5. 50, Quod antehac pro iure imperitabam meo, te oro nunc per precem, per fortunam incertam.

Imperator imperatoris, Celuy qui commãde a faire quelque choſe. Plaut. in Capt. 6. 57, Equidem, ſi périnde, vt ipſe fui imperator familiæ, habeam dominum, haud verear, ne iniuſtè aut grauiter mihi imperet.

Imperatores, Ductores exercituum & præfecti copiarum militarium dicuntur apud Hiſtoricos. Cic. pro Sex. Roſcio, Solẽt hoc boni imperatores facere, cum præliũ cõmittunt, vt in eo loco, quo fugam hoſtium fore arbitrentur, milites collocent. Idem Philipp. 4, Faciam igitur vt imperatores inſtructa acie ſolent, quanquam paratiſſimos milites ad præliandum videant, vt eos tamen adhortentur. Idem Philipp. 14, Sed hoc primum faciam, vt imperatores appellem eos, quorum virtute, & conſilii fœlicitate, maximis periculis ſeruitutis atque interitus liberati ſumus.

Imperatores item dicebantur qui prouincias adminiſtrabant. Empereurs.

Imperatorius imperatoria imperatorium, Appartenant a empereur, ou capitaine & chief de guerre. Cic. pro lege Manilia, Nõ enim illæ ſunt ſolæ virtutes imperatoriæ quæ vulgo exiſtimantur, labor in negotiis. &c.

Imperium imperii, Commandement. Virg. Imperio læti parent.

Imperium publicum. Plaut. in Trucul. 3.55, Nam ego Lemno aduenio Athenas nudiuſtertius legatus, hinc quò cum publico imperio fui. Auec mandement public, ou general, de tous.

Imperium alicuius demutare. Plaut. in Menæh. 17.110, Sed quis hic eſt, qui capillo me hinc de curru deripit, imperium tuum demutat, atque edictũ Apollinis? Qui faict cõtre le commandement de Apollo?

Imperium tuum eſt apud nos. Plaut. in Milite, 16.60. Apud nos imperium tuũ eſt. P A. agite, abſcedite ergo. Nous ſcauons ce que tu nous a commande.

Imperium exequi, Faire ce qui nous eſt commande. Plaut. in Amphit. 4.108, Nunc pergam heri imperium exequi, & me domum capeſſere.

Imperium facile in bonis. Plaut. in Milite, 10.17, Facile eſt imperium in bonis.

Imperium eſt in te mihi. Plaut. in Menæh. 22.40, Nempe iubes? Iubeo hercle verò, ſi quid imperii eſt in te mihi. Si iay aucune puiſſance ſur toy. Terent. in Eunucho, 3.1.25, Eóne es ferox, quia habes imperium in belluas? Pourtant que tu as le gouuernemẽt des beſtes.

Imperiis alterius ſeruire. Plaut. in Trinũmo, 6.21, Tuis ſeruiui ſeruitutem imperiis, & præceptis pater. Iay faict, & obei a tes commandements.

Sub imperio eſſe. Terent. in Eunucho, 2.24, Mater, ſub cuius imperio eſt.

Imperium, pro dominio & regno. Virgilius, Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris. Cic. de lege Agraria contra Rullum, His inſignibus atque infulis imperii venditis, quibus ornatam vobis maiores veſtri remp. tradiderunt.

Imperium, Poteſtas. Vlpianus, Merum eſt imperiũ, habere gladii poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos, quod etiam poteſtas appellatur.

Imperioſus imperioſa imperioſum, Qui imperium habet.

Imperioſus, Qui nimis ſæuerè imperat, quaſi oſtentator imperii, qualis Torquatus apud Liuium, qui filium, licet victorem, quia contra imperium ſuum pugnauerat, ſecuri percuſſit. Plaut. in Pſeud. 15.39, Nam neceſſe eſt hodie Sycioni me eſſe, aut cras mortem exequi: ita herus meus eſt imperioſus. Idem in Aſin. 9.4, Nimis imperioſus eſt.

IMPERTIO impertis, impertiui, impertitum, impertire, Actiuum: vel impertior deponens, Impendere, Partém dare, Communicare, Participem facere.

Impertire dolorem ſuum alicui. Cic. in Verrem, act. 4, Verũtamen dolorem ſuũ nemini impertiebat, prætoris iniurias tacitè, hoſpitis placidè ferẽdas arbitrabatur. Il ne cõmuniquoit point ſa triſteſſe a aucun, il ne diſoit ſa triſteſſe a perſonne, il ne ſe deſcouuroit a nulli.

Impertiri tempus alicui rei. Cic. Huic rei aliquid temporis impertias. Emploie quelque peu de temps a cela.

Impertiri fortunas aliis. Cic. de Amicitia, 61, Quod faciendum, imitãdúmque eſt omnibus, vt ſi qũam præſtantiam virtutis, ingenii, fortunæ conſecuti ſunt, impertiãt eam ſuis, communicéntque cum proximis.

Impertire ſalutem. Lucilius lib. 38, Soſpitat, impertit ſalutem plurimam, & pleniſſimam.

Impertire aliquem honoribus: Hõnorer aucun. Plaut in Aulul. 3.19, Atque ille verò minus, minúſque impendio curare, minúſque me impertire honoribus.

Impertire aliquem malis. Terent. in Adelphis, 3.3.22, Sed ceſſo heram hoc malo impertire propere? Que ne luy fais ie incontinent aſcauoir ce mal icy?

Impertire aliquem oſculo, Baiſer aucun. Suet. in Nerone, cap. 37, Certè neque adueniens, neque proficiſcens quenquam oſculo impertiuit, ac ne reſalutatione quidem.

Impertire aliquem ſalute, Saluer aucun. Terent. in Eunucho, 2.2.40, Plurima ſalute Parmenónem ſummum ſuum impertit gnato. quid agitur? Plaut. in Epid. 3.24, Aduenientem herum ſuum Stratiphoclem ſalua impertit ſalute Epidicus ſeruus.

Impertire aliquem eo quod. Plaut. in Milite, 5.77, At te Iuppiter bene amet. P E. at me imperti quod commẽtus. Dis moy queſt ce que tu as controuue.

Impertio tibi de hac re. Cice. ſecundo de off. Sæpe idoneis hominibus & indigentibus de re familiari impertiendum eſt.

Impertire patriæ aliquid. Cic. ad Hircium, lib. v, Et quoniam, vt hoc tempus eſt, nihil habeo quod impertiam.

Impertitur paſſiue. Cic. Atque etiã viro forti collegæ meo laus impertitur. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 4, Nec dubiũ eſt quid poſt hæc Auguſtus conſtituerit, & reliquerit eũ nullo, præter auguralis ſacerdotii, honore impertitum.

IMPESCO impeſcis, impeſcere, Eſt (authore Feſto) in lætam ſegetem, paſcendi gratia, immittere.

IMPETIGO impetiginis, f.g. Fœdatio cutis, ſerpens cum pruritu, quam alii ſcabiem ſiccam, aſperam, & prominentem intelligũt. Gratelle. Alii morbum ſimilem ſcabiei ſquammoſum, corpúſque dehoneſtãtem. Gálle. Ab impetu nomen deductum. Plin. lib. 23. cap. 7, Hyberna caprificus in aceto cocta & trita, impetígines tollit.

IMPETO impetis, impetiui, impetitum, impetere, Inuadere, Aſſaillir. Apuleius, Iurgiis me oppidò impetens.

Impetus impetus impetui, Aſſault. Plaut. in Amphit. 4. 91, Ab dextera maximo cum clamore inuolant, impetu alacri fœdant. Plin. de viris illuſt. 11, Cum Tarquinios in vrbem reſtituere tentaret, & primo impetu Ianiculum cepiſſet.

Impete ablatiuus, & impetibus, ab antiquo nominatiuo impes. Idem. Plaut. in Amphit. 16. 1, Quis tam vaſto impete has foras toto cõuulſit cardine? Lucretius lib. 1, Quãlibet in partẽ tradũt res ante, ruúntque Impetibus crebris. Statius lib. 7. Theb. Tranſiliũt campos, aurigámque impete vaſto.

IMPETRITVS impetrita impetritum, Quod eſt ſtabile, quaſi in petra fixum. Impetratum, inquit Feſtus. Plaut. in Aſin. 6. 11, Impetritum, inauguratum eſt.

IMPETRO impetras, impetrare, Ex in, & patro, Significat obtineo, & quaſi id quod cupio facio. Obtenir & impetrer. Plaut. in Caſina, 5. 53, Quid ſi ego impetro, atque exoro à villico, cauſſa mea vt eam illi permittat? Que dirois tu ſi ie faiſois tãt par mes prieres &c. Idem in Epid. 5. 114, Tace modo: eſt lucrum hic tibi amplum. P. deos quidẽ oro. E. impetra. Que ainſi ſoit. Idem in Capt. 4. 17, Quod quidem ego nimis quàm cupio vt impetret. Idem in Caſina, 7. 3, Vna ædepol opera in furnum calidum condito, atque ibi torreto me pro pane rubido hera, Quàm iſtanc operam à me impetres quod poſtulas. Premier que ie face cela que tu veulx que ie face. Idem in Curcul. 2. 65, Neque quicquam queo æqui bonique ab eo impetrare. Ie ne peulx auoir aucune raiſon de luy. Idem in Caſina, 7. 32, Opinione melius res tibi habeat tua, ſi hoc impetramus, vt ego cum Caſina cubem. Idem in Capt. 9. 13, Nunc ſequere me, vt quod me orauiſti, impetres, eum hominem vt conuenias. Idem in Rud. 2. 18, Mali res falſas qui impetrant apud iudicem. Terent. in Eunucho, 5. 9. 61, Poſtquã eis mores oſtendi tuos, & collaudaui ſecundum facta & virtutes tuas, impetraui. Iay eu ce que ie demandoie. Ibidem, 1. 2. 101, Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum ſaltem vt concedas ſolum? Idem in And. 2. 5. 11, Facis vt te decet, cum iſtuc quod poſtulo, impetro cum gratia. Ibidem, 2. 1. 15, Ipſum hunc orabo: huic ſupplicabo: amorem huic narrabo meum, credo impetrabo, vt aliquot ſaltẽ nuptiis protrahat dies. Idem in Adelphis, 3. 4. 44, Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.

Impetrauit ex pœnitentia veniam. Plin. epiſt. 318, Quanuis ſuſpectus in præteritum fuerit, veniam ex pœnitentia impetret.

Impetraſſere pro impetrare veteres dixerũt. Plaut. in Caſina, 5. 55, Quid ſi ego autem ab armigero impetro, eam illi permittat: atque hoc credo impetraſſere? Idem in Aulul. 23. 6, Et iſtud confído à fratre me impetraſſere.

Impetrabilis & hoc impetrabile.

Impetrabilis dies, In quo quis quid facile impetrat & obtinet. Plaut. in Epídico, 8. 6, Prò dii immortales, mihi hunc diem dediſtis luculentum, vt facilem, atque impetrabilem!

Impetrabilis orator, Qui facillimè quod vult impetrat. Plaut. in Moſtell. 16. 40, Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis. Idem in Merc. 12. 20, Impetrabilior qui viuat, nullus eſt, dico.

IMPIGER impigra impigrum, Non piger, ſed diligẽs, & ſtrenuus. Tibullus, Impiger AEnea volitãtis frater amoris. Cic. Quis eſt tam impiger in ſcribẽdo quàm ego? Qui eſt ce qui eſt plus diligent?

Impiger vrbanæ militiæ dixit Cornelius Tacitus.

Impigrè, aduerbium, Diligemment, ſongneuſement, ſans pareſſe. Plaut. in Rud. 22. 8, Nam vt de nocte multa, impigréque exurrexi, lucrum præpoſui ſopori & quieti.

Impigritas impigritatis, f. g. pro impigritia. Cic. de rep. lib. 3, Nunquam viri fortiſſimi fortitúdinis, impigritatis, patientiæ.

IMPINGO impingis, impegi, impactum, impingere, Ab in, & pango. Impellere, & illidere, in faciem aut oculos iactare. Cic. lib. 3. Tuſcul. Quid? huic calix mulſi impingendus eſt,

vt plorare desinat. Impingẽdus dixit, quasi illidendus, & nolenti ingerẽdus. Il luy fault ruer, flaquer, ou ietter. Idem Attico, Impegit formulam Scaptio.

Impingere parieti: Heurter ou choquer contre vne paroy. Plin. epist. 60. d, Dum hæc dicit, exiliuit cathredram, auersóque parieti caput ingẽti impetu impegit, & corruit. Il poulsa sa teste contre la paroy. Virg. Exanimata sequens impingeret agmina muris.

Impingere pugnum, Bailler vng coup de poing. Plaut. in Bacchid. 18. 2, Impinge pugnum, si mutiuerit. Idem in Rud. 18. 5. Pugnum in os impinge.

Impingere vulnus. Plaut. in Amphit. 16. 61, Cicatricem in dextro musculo ex illoc vulnere, quod mihi impegit Pterela.

Impacti fluctus. Plin. epist. 117. e. lib. VI, Eminet iam & apparet saxeũ dorsum, impactósq; fluctus in immensum elidit & tollit.

IMPINGO impingis, impinxi, impictum, Impingere, Ex in, & pingo, Attribuere, ascribere, & quasi inurere. vt,

Impingere culpam in aliquem, Se prendre a aucun de quelque chose, Dire que cest sa faulte. Plaut. in Milite, 12. 54, Potin' vt hominem mihi des? quiescas cætera: nisi illum ludificata lepidè, culpam omnem pòst in me impingito.

Impingere dicam alicui. Idem quod dicam scribere. Citer ou adiourner aucun, Faire conuenir en iustice. Terent. in Phor. 2. 3. 92, Si tu illam attigeris secus quàm dignum est liberã, dicam impingam tibi grandem.

Impingere compedes alicui. Plaut. in Capt. 12. 76, Abducite istum actûtum ad Hippolytum fabrum: iubete huic crassas compedes impingier. Id est astringi. Cõmandés quil soit fort enferre.

IMPIO impias, impiare, Impurare, Maculare. Plaut. in Rud. 5. 6, Nam hoc mihi haud laboris est, laborem hunc potiri, si erga parentem aut deos me impuraui. Si impius fui erga parentes.

Impiatus impiata impiatum, Sceleratus, inquit Festus.

Impiatus, Maculatus. Apul. Cruore humano aspersum atque impiatum.

Impius impia impium, Crudelis. Terent. in Eunucho, 4. 3. 1, Vbi ego illum sceleroſum misera, atque impium inueniam?

Impietas impietatis, Crudelitas.

Impiè, aduerbium, Crudeliter.

IMPLACABILIS & hoc implacabile, o. g. Que on ne peult appaiser. Plin. epist. 175, Próinde hoc domi, hoc foris, hoc in omni vitæ genere teneamus, vt nobis implacabiles simus, exorabiles istis, etiam qui dare veniam, nisi sibi nesciunt.

IMPLEO imples, impleui, impletum, implere, Emplir.

Implere, cum genitiuo. Plaut. in Aulul. 16. 16, Quid sit me rogas? qui mihi omnes angulos furũ impleuisti in ædib⁹ misero? Virg. Implẽtur veteris Bacchi pinguísq; ferinæ. Liuius lib. 1, Adulescentẽ suæ temeritatis impleuit. Idem lib. 3, Ne ita omnia tribuni potestatis suæ implerẽt. Idem in V, Multitudinẽ (quæ semper fere regẽti est similis) religionis iustæ impleuit. Idem lib. X, Fugæ formidinisque Samnites impleuit. Idem lib. 35, Totam Siciliam impleret nominis sui. Idem lib. XLV, Quem ex templo spei impleuit.

Implere, cum ablatiuo. Virg. Impleuitque mero pateram. Plaut. in Merc. 16. 55, At te vicine di deæque perdiũt, cum tua hac amica, cúmque amationibus, quæ suspitione impleuit me indignissumé. Idem in Casina, 3. 34, Quæ nisi erunt semper plena, ego te implebo flagris.

Implere acta. Suet. de claris Rhet. 6, Suscepit eas partes, actáque ita impleuit, vt Planco silentium imponeret, non audenti in comparationem se dimittere.

Implere amaritudinem inimici. Plin. epist. 153. b, Vix dum cõticueramus, & Massa quæstus Senecionem non aduocati fidem, sed inimici amaritudinem implesse: impietatis reum postulat.

Implere facultates equestris ordinis. Plin. epist. 16, Igitur, vt te non decurione solum, verũ etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implẽdas equestres facultates CCC millia nummûm.

Implere fidem. Plin. epist. 58. a, Ille, siue quia nõ sentiebat, siue quia non sentire simulabat, immobilis & extentus fidem peractæ mortis impleuit: tum demum quasi æstu solutus effertur.

Implere officium ſuum. Plin. epiſt. 264, Vereor enim ne aut exceſſiſſe, aut non impleſſe officii mei partes videar.

Implere promiſſum. Tenir ſa promeſſe. Plin. epiſt. 36.b, Impleui promiſſum, priorique epiſtolæ fidem exolui.

Implere ſpem quam quis de nobis concepit. Plin. epiſt. 10.a, Atque vtinam ſic ſpem ipſe, quã tunc ille de me concepit, impleuerim, vt ille multum virtutibus ſuis addidit.

Implere vicem alterius. Plin. epiſt. 92.b, Dicenti mihi ſolicitè adſiſtit, adſidet recitanti. primus etiam, & cum maximè naſcentibus opuſculis meis intereſt. nunc ſolus, antè cum fratre, cuius nuper amiſſi ego ſuſcipere partes, ego vicem debeo implere.

Implere de. Martialis lib. xv, Hos niſi de flaua loculos implere moneta Non decet: argentũ vilia ligna ferant. Cic. lib. 1. de Orat. De nugis referti libri.

IMPLEXVS implexa implexum, Implicatus, inquit Feſtus.

IMPLICO implicas, implicui & implicaui, implicitum & implicatum: Implicare, Inuoluere, innectere. Plier lung dedans lautre. Entortillier. Virg. Implicuitque comam leua. Cic. in Piſonem, Criminibus infinitis implicata. In eundem, Familiaritate implicatus. Salluſt. lib. 4. hiſtor. Implicatæ naues, miniſteria prohibebãt. Plaut. in Ciſtell. 10.70, Inuoluolum, quæ in pampini folio intorta implicat ſe, itidem hæc intortam orationem exorditur ſibi.

Implicari curis. Cic. de Amicitia, 42, Satis ſuperque eſſe ſibi ſuarum cuique rerum curã. alienis nimis implicari, moleſtum eſſe.

Implicare, Ornare. Plaut. Implicat ad ſpeculum caput. Afranius Brunduſio, In parte inferiore hic implicabatur caput, fateor.

IMPLORO imploras, implorare, Auxiliũ poſcere. Propriè eſt cum fletu rogare, quod eſt vapulantis, inquit Feſtus. Plaut. in Rud. 16. 1, Prò Cyrenenſes populares, voſtrã ego imploro fidem. Terent. in Adelphis, 3.4.43, Certe Hegio. H. hem, illæc fidem nunc voſtrã implorat Demea. Plin. epiſt. 48.b, Legati rurſus inducti, iterum me iam præſentem aduocatum poſtulauerunt, implorantes fidem meam, quam eſſent contra Maſſam Bebium experti.

Implorare auxilium alterius, Apud Plinium in epiſt. Requerir aucun quil ait compaſſion de nous, & quil nous aide.

IMPLVO impluis, impluere, Plouuoir dedans. Columella, lib. 2, Tremellius quidem aſſeuerat prius quàm impluerit, ab auib⁹, aut formicis ſata edi, vbi æſtiuis ſerenitatib⁹ ager aret.

Impluit malum cæteros. Plaut. in Moſtell. 12.12, Atque vt vetem verberari, ſi huic imperabo, propè tectũ habebo: malum, quom impluit cæteros, ne impluat mihi. Quæ le mal ne chee ſur moy, ou degoutte, deſcende. &c.

Impluuium impluuii, n.g. Locus (vt inquit Varro) in medio domus relictus, vt lucem caperent deorſum, quò impluebat. Vne lucarne. Plaut. in Milite, 5.4, Ego veſtra faciam latera lorea, mihi quidem iam arbitri viſunt meæ quid fiat domi: ita per impluuiũ intrò ſpectant. Idem in Amphit. 17.56, Deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo maximi. Terent. in Eunucho, 3.5.41, Deum ſeſe in hominem cõuertiſſe, atque per alienas tegulas venisse clanculum per impluuium, fucum factum mulieri.

Impluuium, Quò aqua impluit, collecta de tecto. Vne goutiere. Feſtus.

Impluuia impluuiæ, veſtis erat, inquit Perottus, qua ſacerdotes per imbrem vtebãtur. pluuiale nunc vulgo appellatur. Varro, Salium quoque ſereno tempore per impluuia amictum fuiſſe criminabantur.

Impluuiatus, Color, quaſi fumato ſtillicidio implutus. Vnde impluuiata, genus veſtimẽti, à colore, de quo Plautus in Epid. 5.41, Quid erat indutaſan regillam induculam, an mendiculã? E. impluuiatam: vt iſtæc faciunt veſtimentis nomina: vt impluuium erat induta.

IMPOLITIAS cenſores facere dicebãtur, inquit Feſtus, cum æquiti æs abnegabant, ob equum male curatum.

IMPOMENTA, quaſi imponimenta, quæ poſt cœnam menſis imponebant. Feſtus.

IMPONO imponis, impoſui, impoſitum, imponere, Supra ponere, Mettre ſur quelque choſe. Virg. Molémque & montes inſuper altos Impoſuit. Idem lib. 4, Vidit thuricremis quũ dona imponeret aris. Plaut. in Aulul. 13.16, Hæc imponẽtur in foco noſtro, lari, vt fortunatas faciat gnatæ nuptias.

Imponere onus alicui. Terẽt. in Phor. 3.3.29, Præſto eſt: audaciſſime oneris quiduis impone, & feret. Baille luy telle charge quil te plaira, Enioins luy ce que tu vouldras quil face. Idem in And. 5.3.26, Tibi pater me dedo: quiduis oneris impone: impera. vis me vxorem

ducere: hanc vis amittere: vt potero feram.

Imponere finem bello, vel curis. Plinius de viris illuſt. 41, Sexcentas eorum naues commeatibus, & aliis onerib⁹ impeditas duce Himilcone, apud Egates inſulas inter Siciliam & Africam depreſſit, finémque bello impoſuit. Virg. lib. 7. Finémque imponere curis.

Imponere legem alicui. Plaut. in Aſin. 5. 86, Vt voles, vt tibi lubebit, nobis legem imponito.

Imponere modũ ſuo dolori. Plin. 190. f. Nũc quoque nõ ſuſtinere, deſerere officii ſui partes, in quo tamen & ſuo dolori modũ imponere, & optimarũ fœminarũ ferre modeſtiſſimum affectum, quas contentas eſſe admonêre ſenatum Publicii Certi cruentæ adulationis.

Imponere alicui neceſſitatem nitoris. Plin. epiſt. 118, Quum tamen ſit nuptura honeſtiſſimo viro Nonio Celeri, cui ratio ciuilium officiorũ, neceſſitatem quandam nitoris imponit.

Imponere manũ alicui rei, Acheuer quelque ouurage. Virg. Imponit regina manũ. Donatus.

Imponere vocabulũ alicui. Surnõmer ou dõner vng ſobriquet a aucun. Tacitus, Cui, vt degeneri, Pſeudophilippi vocabulum impoſitum.

Imponere perſonã alicui. Cic. in Verrem. Dubitare etiam ſic poteſtis quin eum iſte ex omni numero delegerit, cui improbam perſonam deligeret.

Imponere ſarcinam alicui. Plaut. in Moſtell. 6. 82, Hinc ſpeculabor procul, vnde aduenienti ſarcinam imponam ſeni.

Imponere ſilentiũ alteri, Faire taire aucun. Suet. de claris Rhet. 5, Suſcepit eas partes, actáque ita impleuit, vt Planco ſilentium imponeret, nõ audenti in cõparationem ſe dimittere.

Imponere in collum, in manum, in nauim. Plaut. in Perſa, 18. 10, Hãc in collum, niſi piget, noſtrum impone. De cruména loquitur. Idem in Bacchid. 1. 35, Vbique imponat in manum, alius mihi pro cæſtu cantharum, pro galea ſcaphium. Idem in Rud. 10. 26, Non audiuiſti, ámabo, quo pacto leno clanculum nos hinc auferre voluit in Siciliam, & quicquid domi fuit, impoſuit in nauim? Ibidem, 12. 6, Quæ nunquã pedem voluiſti in nauim mecum hercle vnà imponere.

Imponere in aliquem onus. Plau. in Bacchid. 8. 92, Factũ volo. P. in te ergo hoc onus omne impone. Ie te baille la charge de toute ceſte affaire.

Imponere alicui, Deceuoir aucun. Quintil. Spes tibi perpetuæ laudis impoſuit. Tacitus lib. 17, Fallũtur quibus luxuria ſpecie liberalitatis imponit. Plin. in epiſt. Ne tibi optimæ indolis iuueni, quorum immenſa luxuria ſpecie frugalitatis imponat.

Impoſitus pro præfecto apud Salluſtiũ in Iugurtha, Simul conſul, quaſi nullo impoſito, omnia prouidere, apud omnes adeſſe, laudare, increpare mœrentes.

Impoſtor impoſtoris, Verſutus & fallax homo. Vng trompeur & deceueur.

Impoſtura impoſturæ, Fallacia, Verſutia: ab eò dicta quòd adulterinas mercès pro veris ſupponat. Vlpianus, digeſt. de crimine ſtellionatus, Si quis impoſturam fecerit, aut colluſionem in necem alterius, ſtellionatus poteſt appellari.

IMPORCO imporcas, imporcare, Porcas in agro facere. Columella lib. 2, Et ſimiliter quũ ſemen crudo ſolo ingeſſerimus, inarabimus, imporcatúmque occabimus. Eſt autẽ porca, vt inquit Feſtus, quantum ad verbum iſtud attinet, terra eminens inter duos ſulcos.

Imporcitor, imporcitoris, qui porcas in agro facit arando. Feſtus.

IMPORTO importas, importare, Inferre, Porter dedens. Cic. de Oratore, Publicis rebus, quæ adiumenta per homines eloquentiſſimos importata. Idem lib. 2, Modo enim huic iſta ſunt importata.

Importare in coloniam. Plaut. in Epid. 8. 7, Sed ego hinc migrare ceſſo, vt importem in coloniam hunc, hunc auſpicio meo commeatum?

IMPORTVNVS importuna importunum, Quod caret portu, hoc eſt quiete, vbi nullus portus eſt. Sans repos, ne relache. Virg. lib. 11, Bellum importunum ciues cum gente deorũ, Inuictiſque viris gerimus. Feſtus, Importunum in quo nullum eſt auxilium, velut eſſe ſolet portus nauigantibus.

Importunus, Qui aliquid facit præter rationem loci, ſeu temporis, ſeu perſonarũ. Vng hõme qui na point de eſgard quant il parle, ſil ennuye, on non, qui na point de eſgard ne au temps, ne aux perſonnes. Plaut. in Merc. 3. 49, Leno importunus dominus eius mulieris, vi ſumma, quicquid poterat, rapiebat domum. Idem in Aſin. 3. 48, Fateor eam eſſe importunam atque incõmodam. Terent. in Heaut. 1. 2. 23, Imò ille fuit ſenex importunus ſemper: & nunc nihil magis vereor, quàm ne quid in illum iratus plus ſatis faxit pater.

Importunum, ſignificat deteſtandum aut execrandum, nõnullorum iudicio, id his Ciceronis &

aliorũ exemplis cõfirmantiũ. Cic. in Ant. Non poſſum æquo animo videre tam importunos, tam ſceleratos hoſtes Horatius, Importuna tamẽ pauperies abeſt. Cic. pro Cluẽtio, Repẽte eſt exorta mulieris importunæ nefaria libido. Ibidẽ, Furere crudelis atque importuna mulier ſibi nequaquã vt ſperaſſet, ea quæ cogitaſſet. Ibidem, Quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo audire, nemo alloqui, nemo reſpicere vellet. Idem de prouinc. Conſul. Propter illud inſigne ſcelus eorum, & importunam in me crudelitatem. Idem pro P. Sextio, Duo importuna prodigia, quos egeſtas, quos æris alieni magnitudo, quos leuitas, quos improbitas Tribuni plebis conſtructos addixerat. Ibidẽ, Sed putaui tamen cõiuratorum copias veteres, & effuſam illam ac ſuperatam Catilinæ manum importunam, nouo duce renouatã. Idem in Catilinam, Egredere cum importuna ſceleratorũ manu. Idem in Verrem, Iſtius immanis atque importuna natura. Liuius, ab vrbe cõd. Quæ crudeliſſimi & importuniſſimi tyranni ſcelera, in oppreſſos ciues edũt. Ibidem, Importunos decem viros iniunxiſſe vt perennem militiam facerent. Cic. de aruſpicum reſponſis, Videbam illud ſcelus tam importunum.

Importunitas importunitatis, Quæ (vt inquit Donatus) nec lõci, nec temporis habet cõmoditatem. Ne faict, ne dict ny en temps, ny en lieu. Terẽt. in And. 1.4.4, Importunitatem ſpectate aniculæ: quia compotrix eius eſt. Cic. de Amicitia, 49, Quanquam miror, in illa ſuperbia & importunitate, ſi quenquam habere potuit. Idem de Senect. 7, Importunitas autem & inhumanitas, omni ætati moleſta eſt.

Importunitas, Deteſtandum atque execrandum facinus. Cic. pro Cluentio, Huius importunitatem matris à filii capite depellite,

IMPORTVOSVS importuoſa importuoſum, Quod eſt ſine portu. Plin. epiſt. 117. e, li. vi, Nam per longiſſimum ſpatium, litus importuoſum, hoc receptaculo vtetur. Salluſt. in Iugurtha, Quem locum Catabathmon incolæ appellant: mare ſæuũ, & importuoſum, & ager frugum fertilis.

IMPOS, impotis, o. g. Qui animi ſui potens non eſt, Qui animum ſuum in poteſtate nõ habet: inquit Feſtus. Qui neſt point maiſtre de ſoy, ne de ſon entendement, Hors du ſens. Qui non eſt ſani animi, authore Donato. Plaut. in Trucul. 17.51, Per tua obſecro genua, vt tu iſtuc inſipienter factum, ſapienter feras, mihique ignoſcas, quòd animi impos, vini vitio fecerim. Idem in Caſina, 15.7, Eripite quæſo iſti gladium, quæ ſui eſt impos animi. Idem in Trucul. 4.69, Te in manus argentum homini adoleſcenti, animi impoti.

IMPOTENS impotentis, o. g. Nimis potens, inquit Donatus. Fort puiſſant.

Impotentiſſimus tyrannus à Quintiliano dicitur. Decẽuiri, quorũ principatus erat immoderatus, à Liuio impotentes domini nuncupantur.

Impotens, Debilis, & deuictus, authore Donato, Qui na nul courage, lequel on a incontinẽt abbatu & ſurmonté. Terent. in Heaut. 2.3.118, Ego te autem noui quàm eſſe ſoleas impotens. Idem in And. 5.3.8, Adeón' impotenti eſſe animo, vt præter ciuium morem, atque legem, & ſui voluntatem patris, tamen hanc habere ſtudeat cum ſummo probro?

Impotens dominatus, Superbus, qui non poteſt vincere appetitus ſuos. Cice. Lepido, Sin iſta pax perditorum hominum in poſſeſſionem impotentiſſimi dominatus reſtituta eſt.

Impotentia impotẽtiæ, f. g. Infirmitas, inquit Donatus. Terent. in Adelphis, 4.3.16, Omnes quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt neſcio quomodo ſuſpitioſi, ad cõtumeliã omnia accipiunt magis propter ſuam impotentiam: ſe ſemper credunt negligi.

Impotentia, Valida, immoderatáque potentia. Cic. lib. v. Tuſcul. Qui nihil metuant, nihil agant, nihil concupiſcant, nulla impotentiâ efferantur. Siſenna, Lætitia nimia, atque impotentia animi commotus.

Impotẽtia, à Seneca fortunæ aſcribitur. Suet. ſcribit Cæſarẽ edere ſolitũ voces impotẽtiæ.

IMPRANSVS impranſa impranſum, Qui na point diſné. Plaut. in Sticho, 9.28, Quàm mox cocta eſt cœna? impranſus ego ſum. Idem in Rud. 4.56, Nullum eſt periculũ te hinc ire impranſum domum. Idem in Aulul. 15.56, Miles impranſus aſtat. Idem in Amphit. 4.100, Hoc adeò hoc cõmemini magis, quia illo die impranſus fui.

IMPRAESENTIARVM, De tempore quod fuit, quod eſt, quod erit dicitur, Pour le preſent, alors, qui eſt, qui ſera. Cato, de lege oleæ legendæ, Extra quàm ſi quem ſociũ impræſentiarũ duxerit. Vlpianus de tabulis exhibendis, Quid enim ſi occultæ tabulæ poſtea prolatæ ſunt? cur noceat ei qui reſponderit quod impræſentiarum videbatur? Idem tempus enim ei dandum eſt, ſi non poteſt impræſentiarum exhibere.

IMPRECOR imprecaris, imprecari: Prier a dieu que quelque bien ou quelque mal aduiẽne a aucun. Sæpius tamen in malam partem accipitur. Quintil. Non imprecamur debilitatem, naufragia, morbos: pauper ſit, & amet quancunque meretricem.

IMPRIMO imprimis, impreſſi, impreſſum, imprimere: En preſſant ou foullant marquer quelque choſe, & former. Cic. lib. 1. Tuſcul. An imprimi quaſi cæram, putamus animum?

Imprimitur animo oratio. Plin. epiſt. 20. a, Nam pleriſque longiore tractatu vis quædam & pondus accedit: vt quæ corpori ferrum, ſic oratio animo, non ictu magis, quàm mora imprimitur.

Impreſſio impreſſionis, f. g. Impetus: quod quaſi per impreſſum terrorẽ fiat. Aſſault. Varro lib. 2. rerũ ruſticarũ, Hoſtes ſe arbitrati occaſionẽ habere victoriæ, impreſſionem facere cœperũt in caſtra. Idem de ling. latin. Piſo in Annalibus ſcribit, Sabino bello quod fuit Romulo & Tacio, virũ fortiſſimũ Metium Curtium Sabinũ, cum Romulus cum ſuis ex ſuperiore parte impreſſionem feciſſet, Curtiũ in locũ paluſtrem, qui tum fuit in foro antequã cloacæ ſint factæ, ſeceſſiſſe, atque ad ſuos in Capitoliũ recepiſſe, ab eo lacum inueniſſe nomen. Cic. pro Lucio Flacco: Non igitur impreſſio, non occaſio, non vis, non tempus, non imperium, nõ ſecures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt. Hircius in cõment. Vt omnium multitudine in fines Sueſſionũ, qui remis erant attributi, facerent impreſſionem. Ibidem, Cæſar equitum turmas ſuorum iubet in hoſtium equitatum, qui ad oppidum in ſtatione erat, facere impreſſionem. Ibidem, Quo facto, ſui ſublati vniuerſi in hoſtes impreſſione facta, in fugam aduerſarios dederunt. Liuius ab vrbe condita, Poſtquam impreſſionem ſenſêre ex aduerſo factam, & ante oculos micare gladios. Ibidem, Duo extra ordinem milia, quæ in ſiniſtrum cornu Romanorũ in ipſo certamine impreſſionem facerent, tenuêre. Ibidem, Impreſſione vna totum equitatum fudêre. Ibidem, Repetendo ſigno, primã impreſſionem factam. Ibidem, Reintegrato clamore ſecuti dant impreſſionem. Ibidem, Dein, Valida impreſſione pulſi, terga vertunt. Ibidem, Non ferentes impreſſionem Latinorũ, ſed principes retulêre.

IMPROBVS improba improbum, Malignus, Mauuais, Meſchant. Plaut. in Pſeud. 4. 16, Verùm ita vos eſtis perditi, negligentes ingenio improbo. Terent. in And. 1. 2. 21, Tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum, ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat. Plaut. in Trucul. 4. 52, Poſtremo illi ſunt improbi, vos nequam & glorioſæ.

Improbus, Sæuus, Terrible, cruel. Virg. Lauit improba teter Ora cruor. Idem, Tum piſcibus atris Improbus ingluuiem, raniſque loquacibus explet. Cic. de Amicitia, 40, Quare talis improborum conſenſio, non modo excuſatione amicitiæ tegenda non eſt, ſed potius omni ſupplicio vindicanda eſt, vt ne quis conceſſum pũtet, amicum bellum patriæ inferentem ſequi.

Improbus, Turpis. Lucil. Omnes formoſi, fortes, vbi ergo improbus eſt? Plaut. Improbiorem non vidi faciem mulieris. Idem in Sticho, 6. 24, Vt operam omnem aranearum perdam, & texturam improbam.

Improbus, Nequam, laſciuus, petulans, proteruus, aſtutus. Pacuuius, Nemo hoc puero improbior: quæcũque vult, ſuadet. Martialis, Nihil naſutius, improbiúſque eſt. Plaut. in Bacchid. 8. 3, Idque vbi obtegerat, huc etiam ad malum arcerſebatur malum, & diſcipulus & magiſter perhibebantur improbi.

Improbus, Magnus. Virg. Labor omnia vincit Improbus.

Improbus, Inſatiabilis, Damnoſus. Virg. Nihil improbus anſer Strymoniæq; grues. Plau. in Epid. 2. 30, Vbi arma ſunt Stratiphocli? T. pol illa ad hoſtes tranſfugêre. E. armane? T. atque quidem cito. G. ferióne dicis tu? T. ferio inquã hoſtes habent. E. ædepol facinus improbum. Certainement ceſt dõmage. Ceſt vng mauuais cas.

Improbus aliæ rei. Plau. in Milite, 10. 206, Qui niſi adulterio ſtudioſus, nulli aliæ rei eſt improbus. Il ne faict point dautre meſchantete, ſinon quil eſt fort paillard.

Improba merx: Mauuaiſe marchandiſe. Plaut. in Milite, 10. 133, Sicuti merci pretium ſtat, pro virtute vt væneat: quæ improba eſt, pro mercis vitio dominum pretio pauperat.

Improbum os. Suet. de claris grammat. 15, Ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, vt Salluſtium hiſtoricum, quòd eum oris improbi animo inuerecundo ſcripſiſſet, acerbiſſimã ſatyrã lacerauerit.

Improbi poſtes: Poultres corrumpues & gaſtees, ou dõmagees. Plaut. in Moſtell. 10. 39, Her-

cle quin multò improbiores ſunt, quàm à primo credidi.

Improbulus, diminutiuum. Iuuenalis, Finge tamen te improbulum.

Improbitas improbitatis, f.g. Malignitas, Meſchantete, Mauuaiſtie. Cic. ad Cæſarem, lib. 1, Debes odiſſe improbitatem eius, qui impudentiſſimum nomen delegerit.

Robuſta improbitas. Cic. Philip. 2, Sed hæc, quæ robuſtioris improbitatis ſunt, omittamus: loquamur potius de iniquiſſimo genere leuitatis.

Improbè, aduerbiũ, Malignè. Meſchãment, mauuaiſement. Plaut. in Trinũmo, 4.44. Si quid ſcis me feciſſe inſcitè aut improbe: ſi id me non accuſas, tute ipſe obiurgandus es.

Improbo improbas, improbare, Corrumpere, Faire mauuais, meſchant, & corrompre. Plaut. in Merc. 24.9, Qui bono ſunt genere nati, præditi ingenio malo, ſuapte culpa ex genere capiũt genus, ingenium improbant.

Improbare teſtamentum, Faulcer, & corrompre vng teſtament. Plin. epiſt. 171. b. Quinetiã Domitius Afer, qui illos in numen aſſumpſit, reliquit teſtamentum ante octo & decem annos nuncupatum: adeóque poſtea improbum ſibi, vt patris eorum bona proſcribenda curauerit.

IMPROBRO improbras, improbrare, Probro afficere. Plau. in Trucul. 6.25, Rus tu improbras? vt nacta eſt hominem quem pudeat probri! Deſpriſes tu les champs?

IMPROLIS, vel improlus, Qui nondũ aſcriptus eſſet in ciuitate, dicebatur; inquit Feſtus.

IMPROPERO improperas, improperare, Eſt crimen, vel aliquid aliud obiicere, Reprocher. Plaut. in Rud. 18.26, Vi agis mecum. D. etiam vim improperas flagitii flagrantia?

IMPROVIDVS improuida improuidum, Qui ne preuoit point ce qui eſt a aduenir. Iuuenalis, Et ſubiti caſus improuidus.

Improuida tela: Dars deſquels on ne ſe dõne point de garde. Plin. epiſt. 87. b. Sæpius à Domitiano, non ſecus ac tela, quæ ipſa cæca, & improuida feruntur, in optimum quenque contorquebatur.

Improuîſus improuîſa improuîſum, Que on na point preueu, De quoy on ne ſe donnoit point de garde. Plin. in Paneg. 111, Erant ſub oculis naufragia multorũ, quos inuidioſa tranquillitate prouectos improuîſus turbo perculerat.

Improuiſè, aduerbium. Sans ſe donner de garde, En ny penſant pas. Plaut. in Trucul. 11.2, Satis eſt: qui amat, nequit quin nihili ſit, atque improuiſè partibus expoliet.

IMPRVDENS imprudentis, o.g. Non prouidẽs, Qui ne preuoit, et ne penſe point a ce quil faict, ou a ce quil doibt faire. Plaut. in Capt. 2.39, Imprudens itidem, & ſæpe iam in multis locis, plus inſciens quis fecit, quàm prudẽs boni. Sans y penſer a le faire, Ne le penſant pas faire. Terent. in Hecyra, 5.4.39, Sequor: equidem plus hodie boni feci imprudens, quàm ſciens ante hunc diem vnquam. Idem in Eunucho, 3.1.40, Dolet dictũ imprudenti adoleſcenti & libero. Idem in Heaut. 4.1.20, Id equidem ego, etiam ſi tu neges, certo ſcio te inſcientem, atque imprudentem, dicere, ac facere omnia. Idem in Adelphis, 4.5.78, Itaque adeò magnam mihi iniecit ſua cõmoditate curam, ne fortè imprudens faciã quod nolit: ſciens cauebo. Idem in And. 1.3.22, Conueniam Pamphilum: ne de hac re pater imprudentem opprimat. Idem in Eunucho, 4.2.4, Dum hæc puto, præterii imprudẽs villam.

Imprudens, Ignorans. Plaut. in Epid. 14.64, Oro te Epidice mihi vt ignoſcas, ſi quid imprudens culpa peccaui mea. Ne ſachant, ou penſant pas mal faire. Idem in Menæh. 9.60, Iam dudum mulier tibi non imprudens aduerſabar. Ie le faiſoie a mon eſcient. Idem in Aulul. 4.23, Nimiſque ego hanc metuo male, ne mihi ex inſidiis verba imprudenti duit. Idem in And. 4.1.18, Moleſtus certè ei fuero: atque animo morem geſſero. P. Charine, & me & te imprudens, niſi quid di reſpiciunt, perdidi.

Imprudens harum rerum, Non ſachant de ce Terent. in Eunucho, 1.2.56, Emit eam dono mihi, imprudens harum rerum, ignarúſque omnium.

Imprudentia imprudentiæ, Inanimaduertance, Imprudence. Terent. in Prologo Eunuchi, 17, Si id eſt peccatũ, peccatũ imprudentia eſt poetæ. Par non y penſer, ou ne le penſant pas faire.

Imprudenter, imprudentius, imprudentiſſimè, aduerbium. Imprudẽment. Terent. in And. 1.1.103, Interea hæc ſoror, quam dixi, ad flammam acceſſit imprudẽtius, ſatis cum periculo.

IMPVBES impubis, vel impuber impuberis, o.g. Qui nondũ lanuginẽ emiſit, vel qui nõdũ pubertatis ad annos peruenit. Plin. lib. 33, Corticem eius impubeſcentẽ, puer impubis ſi defracto ramo detrahat. Impube corpus dixit Horatius in Epod. Ouid. lib. 3. Metamorph. Impubeſq; genas. Cic. lib. 4. Inuecti. Fíliúmque eius impuberem legatum à patre miſſum.

Liuius lib. 2, Laudatámque virginem parte obſidũ ſe donare dixit, ipſa quos vellet, legeret. productis omnibus elegiſſe impuberes dicitur.

Impubeſcens impubeſcentis, o. g. Plin. lib. 37, Corticem eius impubeſcentem.

IMPVDENS impudentis, o. g. Qui na nulle honte, Eſhonté. Terent. in Eunucho, 3. 5. 49, Tum equidem iſtuc os tuum impudens vidêre nimium vellem. Ibidem, 5. 1. 22, Vide ámabo, ſi non cum aſpicias, os impudens videtur. Idem in Heaut. 2. 3. 72, O hominis impudẽtem audaciam. Idem in And. 4. 1. 10, Ibi tum impudentiſſima eorum oratio eſt, quis tu es?

Impudenter, aduerbium, Eſhontement, ſans auoir honte. Terent. in And. 4. 4. 16, Ha ha he, Mirum verò impudenter mulier ſi facit meretrix! Cic. de Amicitia, 69, Sed plerique peruerſè, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipſi eſſe non poſſunt.

Impudicus impudica impudicum, Impudique, Plein de paillardiſe.

Impudicus, Temerarius, & qui nullo pudore ducitur. Plaut. in Rud. 10. 60, O facinus impudicum, quam liberam eſſe oportet, ſeruire poſtulare.

Impudicatus impudicata impudicatum, Stupratus, inquit Feſtus.

IMPVGNO impugnas, impugnare, Batailler a lencontre. Plaut. in Milite, 5. 111, Ad eum vineas, pluteóſque agam. res parata eſt, impugnandóque capere certa res eſt.

IMPVNE, aduerbium, Sine pœna, ſine damno. Plautus in Merc. 20. 4, Id ſi reſciuit vxor, impune eſt viro. Idem in Moſtell. 16. 58, Age, habe, abi impune. Va, on ne te demãde rien, va hardimẽt. Idem in Epid. 10. 81, Quid nunc? qui in tantis poſitus ſum ſententiis, eúmne ego ſinam impune? Terẽt. in Eunuch. 5. 7. 18, Si quidem iſtuc impunè habueris. Ibidem, 5. 7. 13, Credin' te impune abiturum? Idem in Adelphis, 5. 3. 18, Hoc licet impune facere huic, illi non licet.

Impunius. Terent. in Heaut. 3. 2. 48, Nunquã commodius vnquam herum audiui loqui, nec cum malefacerem, crederem mihi impunius licere. Cic. in Verrem, act. 6, Ille ciuis Ro. quòd erat, impunius id ſe facturum putauit. Sans quil en ſeroit puni. Idem pro Deiotaro, Quid ait medicus? nihil de veneno. at id fieri potuit: primo occultius in potione vel in cibo. deinde etiam impunius fit. En moins de danger deſtre repris & puni.

Impuniſſimé. Plaut. in Pœnulo, 5. 2, Nã impuniſſimè tibi quidem hercle vendere haſce ædes licet. Sans que on ten demande iamais rien.

Impunitas impunitatis, f. g. Quaſi non punitio. Salluſt. Si quis indicaſſet de coniuratione, quæ contra remp. facta erat, præmium decreuêre, ſeruo libertatem, & libero impunitatem eius rei, & ſeſtertiorum ducenta millia.

IMPVRVS impura impurum, Qui neſt point pur, mais ord & ſale.

Impurus, pro improbo poni ſolet. Terent. in Adelphis, 2. 1. 29, O hominem impurum! hicine libertatem aiunt æquam eſſe omnibus? Idem in Eunucho, 2. 2. 4, Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atque ordinis, hominem haud impurũ. Idem in Heaut. 4. 1. 16, Sed hic erat anus Corinthia, haud impura. Idem in Adelphis, 3. 3. 6, Perſuaſit ille impurus.

Impurus, Qui aliquo vitio notatus eſt. Sordidus, & contaminatus. Cic. lib. 4. de rep. Sed iuuentuti noſtræ minimè audiẽdus: quippe ſi ita ſenſit, vt loquitur, eſt homo impurus. Idem de Amicitia, 53, Nec verò ſe adduci poſſe, vt hoc quemadmodum putaretur à Biante eſſe dictum, crederet, qui ſapiens habitus eſſet, vnus è ſeptem, ſed impuri cuiuſdam, aut ambitioſi. &c. Idem, Quàm multis illum ingenuis, quàm multis matribuſfamiliâs, in illa tetra atque impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis?

Impuratus impurata impuratum, Qui eſt ordi & ſalli. Plein de vices & de maulx. Terent. in Phor. 5. 8. 69, Tum hunc impuratum poterimus noſtro modo vlciſci.

IMPVTO imputas, imputare, Ad ſignificationem exprobrantis accedit, ſed citra reprehenſionem. Reprocher. Quintilianus, Neque ego grauiſſimũ patrem ſumma ſua iuueni iactaſſe crediderim, quòd hæredem filium ſcriberet: non eſt res, quæ imputetur. Idem, Imputas nobis propitios ventos, & ſecundum mare, ac ciuitatis opulentæ liberalitatem, quæ tantum frumenti vendidit, quantum duobus populis ſatis eſſet.

Imputare, pro annumerare, & computare ponitur. Compter, & deduyre quelque ſomme a aucun, ou auec quelque autre ſomme. Vlpianus. Præterea ſi matrẽ aluit pupilli tutor, putat Labeo imputare eum poſſe: ſed eſt verius non niſi per quem egẽti dedit, imputare eum oportere. Caius, Qua ratione placuit, legata quũ legatarii non capiunt, quũ apud hæredẽ ſubſederint, hæreditario iure apud eos remanere intelligi, & omni quadrãti imputãda.

Imputare: Se prendre a aucun de quelque choſe, dire que ce a eſte faict par luy, & quil en eſt cauſe. Plin. in Paneg. 99, Geſſiſti alterum cõſulatum, ſcio. illum exercitibus, illum prouinciis, illum etiam cæteris gentibus poteris imputare, non potes nobis.

Imputare ciuitati terna millia, Faire vng emprũt de trois mille ſur vne ville, Aſſoir vne ſomme de deniers ſur vne ville, pour aider au prince. Plin. epiſt. 260, Eidem ciuitati imputata ſunt terna millia, quæ viatici nomine annua dabãtur legato eunti ad eũ qui Mæſiæ præeſt, publicè ſalutandum.

Imputatus imputata imputatum, Quod non eſt amputatum. Qui neſt point taille ou coupe. Quanuis imputo in hac ſignificatione non legatur. Plin. lib. 14, Eadem lege ex imputata vite libari vina diis nefas ſtatuit, ratione excogitata, vt putare cogerentur.

IMVS ima imum, Propriè dicitur quod eſt infimum, Profond, . Virg. lib. VI, Fulmine deiecti fundo voluuntur in imo.

IN

IN præpoſitio, Accuſatiuo & ablatiuo iungitur. variáque ſignificat.

In, interpoſitũ ſuo caſui. Cic. de Amicitia, 14, Quo in genere, ſperare videor Scipionis amicitiam & Lælii, notã poſteritati fore. Ibidem, 67, Quibus in ipſis ineſt cauſſa cur diligãtur.

In ægritudine has ædes emit. Plau. in Moſtell. 10. 23, Ha, caue ne illi obiectes nunc, in ægritudine te has emiſſe. Ne luy dis pas que tu te repens de les auoir acheté.

In ætate. Plaut. in Trinũmo, 8. 49, Nã & ſtultè facere, & ſtultè fabularier, vtrunque Leſbonice, in ætate, haud bonum eſt. Ibidem, 3. 2, Ne amicum caſtigare ob meritã malam noxiam, immane eſt facinus, verum in ætate vtile & conducibile.

In æternum. Plin. in Paneg. Quos quidem, non in præſens tantum, ſed in æternũ repreſſiſti.

In agendo. Terent. in Prolog. Adelph. 24, Senes qui primi venient, hi partem aperient, in agendo partem oſtendent. En iouant. Idem in Adelphis, 5. 7. 2, In apparando conſumunt diem.

In aliquo referam gratiam. Plaut. in Rud. 14. 17, Da mihi veſtimẽti aliquid aridi, dum mea areſcunt, in aliquo referam gratiam tibi. Ie te feray le plaiſir en quelque autre choſe.

In ambiguo eſt. Plaut in Trinũmo, 8. 151, Geſta probe, ſiquidem ager nobis ſaluus eſt, etſi admodũ in ambiguo eſt etiã nũc quid de hac re fiat. Nous ſõmes en fort grãd doubte. &c.

In amicitiam eſſe. Cice. in Verrem, act. 1. Clariſſimi viri noſtræ ciuitatis, temporibus optimis, hoc ſibi ampliſſimum, pulcherrimúmque ducebant, ab hoſpitibus, clientibúſque ſuis, ab exteris nationibus, quæ in amicitiam pop. Ro. ditionémque eſſent, iniurias propulſare.

In animis noſtris es. Plin. in Paneg. 34, Eras enim in animis, in iudiciis noſtris: nec publicæ pietatis erat quid vocarere.

In annum, Pour vng an, ou pour lannee. Cato de re ruſtica, Si quid deſit in annum vt compa retur. Cic. in Verrẽ, Ei locus ille, atque honos in illum annũ ita deberi putabatur. Liuius ab vrbe condita, Deſignati conſules in eum annum fuerant. Ibidem, Vt ludi in ſtatutum diem nouarentur. Ibidem, Vtrum in vnum annum recreati ſint? Ibidem, Exercitus in annum decreti. Ibidem, In vnũ annum vouebant. Ibidem, Qui prætor in eum annum creatus erat. Pour ceſte annee la. Ibidem, Magiſtratibus in annum creatis. Ibidem, Decemuir in annum creatus. Ibidem, Stipẽdium exercitui ab hoſte in eum annum penſum. Ibidem, Induciæ in annos quadraginta petentibus datæ. Ibidem, Inducias in triginta annos impetrarunt. Suet. de claris grãmat. 17, Docuítque in atrio Catilinæ domus, quæ pars palatii tunc erat, & ſeſtertia centena in annum accepit.

In ante diem. Cic. in Catil. oratione prima, Dixi ego idem in ſenatu cædem te optimatum contuliſſe in ante diem quintum calendarũ Nouembris, tam cum multi principes ciuitatis Romanæ, non tam ſui conſeruandi, quàm tuorum conſiliorum reprimendorum cauſſa profugerunt.

In Apulis natus. Plaut in Milite, 10. 53, Poſt Epheſi ſum natus: non enim in Apulis, nõ ſum in Vmbria.

In apertum proferre: Id eſt, in publicum vulgare. Cic. in Parad. Hoc tamen opus, vt in apertum proferas, nihil poſtulo. Horatius, In apertum proferet ætas.

In bonis, Inter bonos. Cic. de Amicitia, Sed hoc primum ſentio, niſi in bonis, amicitiam eſſe non poſſe.

In cœnam, Pour ſouper. Terent. in And. 2. 2. 32, Olera, & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni.

In cõmune loqui, Parler enſemble les vngs auec les autres. Plin. epiſt. 87. b, De huius nequitia, ſanguinariiſque ſententiis, in commune omnes ſuper cœnam loquebantur. Plaut. in Trucul. 16. 27, Dedi equidem hodie ei quinque argenti deferri minas, præterea vnam in obſonatum. Plinius epiſt. 102. e, lib. VI, In cõmune cõſultant an intra tecta ſubſiſtant, an in aperto vagentur.

In commune conſulere: Ex æquali prouidere, inquit Donatus: Prouuoir autant pour lung que pour lautre. Terent. in And. 3. 3. 17, Id oro te, in commune vt conſulas: quaſi illa tua ſit, Pamphilique ego ſim pater.

In commune metuo. Plaut. in Aſin. 7. 20, Vinctos neſcio quos ait: nõ placet. metuo in cõmune ne quam fraudem frauſus ſiet.

In cogitando. Plaut. in Sticho, 2. 29, Atque in cogitando mœrore angor: nam iam propemodum oſtendit ſuam ſententiam. Iay vne grande triſteſſe de y penſer. Idem in Trinũmo, 5. 1, Multum in cogitando dolorem indipiſcor.

In cognoſcendo. Terẽt. in Eunucho, 5. 2. 54, In cognoſcẽdo tute ipſe aderis, Chærea. Quant ce viendra a la recognoiſtre, ſi ceſt elle, ou non.

In cõcubinatum dare ſororem: Pour eſtre concubine. Plaut. in Trinũmo, 10. 64, Ne mihi hanc famam differant, me germanam meam ſororem in concubinatum tibi ſine dote dediſſe magis, quàm in matrimonium.

In conſpectum aſpice. Plaut. in Perſa, 14. 6, Age illuc aſpice de procul in conſpectum. Vis a vis de toy, Deuant toy.

In craſtinum vos vocabo. Plaut. in Pſeud. 23. 44, Verum ſi vultis applaudere, atque approbare hunc gregem, & fabulam, in craſtinum vos vocabo. Ie vous ſemondray a demain. Idem in Sticho, 10. 55, Nunquam ædepol viuum quiſquam in craſtinum proſpiciet diem. Ie ne viueray point dicy a demain.

In crepidis, pro crepidatus. Suet. in Cæſ. Caligula, cap. 52, Ac modo in crepidis, vel cothurnis, modo in ſpeculatoria caliga, nonnunquam ſocco muliebri.

In culpa inuenire aliquem. Terent. in Hecyra, 3. 1. 19, Tum matrem ex ea re, aut me vxorẽ in culpa inuenturum arbitror. Que ce ſera la faulte de ma femme, Que ce aura eſte par elle que cecy a eſte faict.

In culpa eſſe: Eſtre blaſme. Cic. de Amicitia, 67, Et hic honos veteri amicitiæ tribuẽdus eſt, vt is in culpa ſit qui faciat, non qui patiatur iniuriam.

In deliciis. Plaut. in Aſin. 16. 35. Egón vt nõ domo vxori meæ ſurripiam in deliciis pallam quam habet, atque ad te deferam?

In denegando. Terent. in And. 4. 1. 5, Imò id genus hominum eſt peſſumum: in denegando modo quis pudor eſt paululum. Quant ce vient a denier la choſe.

In qua die. Terent. in Eunucho, 3. 3. 15, Poſtremo, & qua in die parua periiſſet ſoror.

In diem viuere, Viure au iour la iournee, ſans auoir ſouci du lendemain. Cic. de Oratore, Si barbarorum eſt in diem viuere, noſtra conſilia ſempiternũ tempus ſpectare debent. Idem in Philipp. Iamiam minimè miror, te otium perturbare, non modo orbem odiſſe, ſed etiam lucem, cum perditiſſimis latronibus, non ſolum de die, ſed etiam in diem viuere. Idem in Tuſcul. Nos in diem viuimus. Quintil. Non vt feræ, volucres, præſentis modo cibi memores, in diem viuũt. Salluſt. Panẽ in diem mercari. Horatius, Ille potens ſui, Lætúſque deget, cui licet, in diem, Dixiſſe, vixi. Liuius de bello Punico, In diem rapto viuit. Ibidem, Nihil ex raptis in diem commeatibus ſuperabat. Il ne leur demouroit rien de reſte de leurs rapines quils faiſoient pour chaſcun iour. Plin. epiſt. 100. a, Nam qui voluptatibus dediti, quaſi in diem viuunt, viuendi cauſſas quotidie finiunt.

In diem: In longam dilationem. Terent. Eunucho, 5. 7. 19, Sed in diem iſtuc Parmeno eſt fortaſſe quod minitare. Tu me menace de bien loing. Il y a long temps dicy la. Idem in Phor. 5. 2. 16, Præſens quod fuerat malum, in diem abiit, plagæ creſcunt, niſi proſpicis. Il durera long temps.

In diem, In ſpatium vnius tantum diei. Ouid. Metamorph. Currus petit ille paternos, Inque diem alipedum ius & moderamen equorum.

In hũc diem: Id eſt, pro hoc die. Plau. in Sticho, 8. 24, I modo, aliũ cõuiuã quærito in hũc diẽ tibi. Pour auiourdhuy. Idem in Pœnulo, 6. 54, Sequor: in hunc diem iam tuus ſum mercenarius. Idem in Sticho, 7. 23, Et ius & æquum poſtulas: ſumas Stiche in hunc diem, te nihil moror, abi quò lubet. Idem in Pſeud. 3. 127, Notiſque edico meis, in hunc diem à

me vt caueant ne credant mihi. Quils ſe donnent garde auiourdhuy, ou deſormais de me croire. Ibidem, 7.135, Da in hũc diem operam Callipho quæſo mihi, ne quo te ad aliud occupes negotiũ. Idem in Sticho, Nã illi heri me vocauerant in hunc diem. Ils mauoient mande que ie veinſe auiourdhuy.

In hunc diem, Iuſques auiourdhuy. Plaut. in Pſeud. 13.110, Neu fidem ei haberem: nam eum circũire in hunc diem vt me, ſi poſſet, muliere interuorteret.

In eum diem. Plaut. in Caſina, 13.3, Stultitia magna eſt, mea quidem ſententia, hominem amatorem vllum ad forum procedere in eum diem, cui quod amat, in mundo ſiet.

In dies, Par chaſcun iour, de iour en iour. Plaut. in Perſa, 15.2, Nam ego hodie cõpendi feci duo panes in dies. Idem in Menæh. 10.10, Ad forum eſt hominum in dies, qui ſingulas eſcas edunt. Idem in Epid. 2.52, Sumpſiſti fœnore T. in dies, minaſque argenti ſingulas numus. Liuius, Qui ſeneſcit in dies. Hircius in comment. Vt omnes in dies, horaſque parati eſſent. Cic. Cum id malũ ſerperet in dies magis. Liuius, Creſcẽte in dies multitudine. Virg. Gallo cuius amor tantum mihi creſcit in horas, Quantum vere nouo, viridis ſe ſubiicit alnus.

In dies ſingulos, Par chaſcun iour. Varro lib. 2. rerum ruſticarum, Decem ſibi in dies ſingulos denarios dare audiuiſſet. Et ſubdit, Se capturum de prædio in dies ſingulos denariũm mille. Cic. Torquato, Illa in dies ſingulos magis, magiſque opinio hominũ confirmatur. Idem Attico, Sed cura, vt excuſet morbi cauſſa in dies ſingulos. Idem in Catil. Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus. Lepidus ad Pontif. max. Iam in dies ſingulos eius copiæ muniuntur. Vlpianus, Quando dies. L. Quanquam: Si cui in menſes, vel in dies, vel in annos ſingulos quid legetur. Liuius, Ludi in ſingulos dies inſtaurati. Varro de lingua latina, Ducere debet dictator & conſul in ſingulos annos. Cic. in Verrem, Syracuſis lex eſt de religione, quæ in annos ſingulos Iouis ſacerdotem ſortito capi iubeat. Liuius, Qui bina millia æris in annos ſingulos pẽderẽt. Idem, Vt in ſingulas horas capite dimices tuo.

In his diebus. Plau. in Capt. 4.65, Nam illũ cõfido domum in his diebus me recõciliaſcere.

In diebus pauculis. Plaut. in Trucul. 12.9, Ego faxo dicat me in diebus pauculis crudum virum eſſe. Dedens peu de iours. Terẽt. in And. 1.1.77, Ferè in diebus paucis quibus hæc acta ſunt, Chryſis vicina hæc moritur. Peu de temps apres.

In domo, pro domi. Quintil. In domo furtum factum ab eo qui domi non fuit.

In diſciplinam traditus, pro docendus. Suet. in Nerone, cap. 7, Anneóque Senecæ iam tunc ſenatori in diſciplinam traditus.

In diuitias adoptauit. Plaut. in Pœnulo, 4.83, Is in diuitias homo adoptauit hunc, cum diem obit ſuum. Idem in Ciſtell. 7.58, Nempe iſtic eſt, qui Alceſimarcho filiam ſuam deſpondit in diuitias maximas. Il a promis ſa fille a vng compaignon fort riche.

In diuitiis eſſe. Plau. in Capt. 10.56, Meam vis ſororem tibi dem? ſuades ſine dote? hoc non conuenit, ne qui abuſus ſum tantam rem patriam, porro in diuitiis eſſe, agrúmque habere, egêre illam autem, & me merito oderit.

In dubio eſt. Terent. in And. 1.5.31, Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc, illuc impellitur. Ie ne ſcay que ie doibs faire. Ibidem 2.2.10. Mea quidem hercle certè in dubio eſt vita. Elle eſt en danger.

In expectatione eſſe. Plau. in Milite, 18.64, Vide ne ſis in expectatione, ne illam animi excrucies. Ne demeure point. que on ne te attende point.

In fabulis eſſe, pro traduci ſermone hominum. Suet. in Cæſ. Auguſt. cap. 70, Cœna quoque eius ſecretior in fabulis fuit.

In futurũ. Plin epiſt. 91. lib. V 1, Addidit etiam, petendum à conſulibus, vt referrent ſub exemplo legis ambitus, de lege repetundarum, an placeret in futurum ad eam legem adiici. Au temps aduenir.

In genua aſtat. Plaut. in Caſina, 23.25, Cõtinuò in genua aſtanti pectus mihi pedibus percutit. Moy eſtant a genoil.

In iſtac. Terent. in Adelphis, 5.9.39, Sed de fratre quid fiet? D. ſino, habeat, in iſtac finem faciat. Auec ceſte la.

In hoc ſumus ſapiẽtes quòd naturã optimã ducem, tanquã deũ ſequimur. Cic. de Senect. 5.

In honore hominum. Plin. in Paneg. 117, Sunt in honore hominum, & in honore famæ magna nomina ex tenebris obliuionis, indulgentia Cæſaris: cuius eſt, vt nobiles & conſeruet & efficiat.

In horam viuere. Cic. in Antoniũ, Philipp. v, Hæc ii qui in horam viuunt, non modo de fortunis & de bonis ciuium, ſed ne quidem de vtilitate ſua cogitauerunt.

In hora vna. Plaut. in Pſeud. 23.16, Credo equidem poteſſe te ſcelus Maſſici montis vberrimos fructus quatuor ebibere in hora vna.

In ingreſſu. Plin. epiſt. 234, Hæc tibi domine, in ipſo ingreſſu meo ſcripſi.

In inſidiis eſſe: Faire le guet, guetter. Plaut. in Pſeud. 15.4, Ingredere in viam dolis, & ego hic in inſidiis ero. Terent. in Phor. 1.4.53, Ego in inſidiis hic ero ſuccenturiatus, ſi quid deficies.

In incerto res. Plaut. in Capt. 11.4, Mihi res omnis in incerto ſita eſt. Ie ne ſcay que ie doibs faire.

In re incipiunda. Terent. in Phor. 1.4.49, Meminiſtin' olim vt fuerit veſtra oratio, in re incipiunda ad defendendam noxiam? Ne ſcaues vos pas que vous me dictes quant ce vint a commencer? &c.

In infinitum. Plin. epiſt. 110.b, lib. v, In infinitum epiſtolam extendam, ſi gaudio meo indulgeam.

In itinere. Terent. in Heaut. 2.3.30, Hoc ipſa in itinere alteræ dum narrat, forte audiui. En chemin.

In iureiurãdo. Plaut. in Curcul. 6.17, Nanque incubare te ſatius fuerat Ioui, qui tibi auxilio in iureiurando fuit. En ton ſerment.

In loco fratris amare. Terent. in And. 1.5.57, Si te in germani fratris dilexi loco, ſiue hæc te ſolum ſemper fecit maximi.

In loco, En lieu ou il fault, Quant il fault. Id eſt, opportune, & captato (vt aiunt) tempore. Terent. in Heaut. 3.2.26, Eho quæſo laudas qui heros fallunt? c. in loco, ego verò laudo. Idem in Adelphis, 2.2.8, Pecuniam in loco negligere, maximum interdũ eſt lucrũ. Ibidem, 5.3.41, Vt volumus, video eos ſapere, intelligere, in loco vereri, inter ſe amare. Ibidem, 5.9.37, Sed ſi id vultis potius, quæ vos propter adoleſcentiam minus videtis, magis impenſè cupitis, conſulitis parum, hæc reprehendere, & corrigere me, & obſecundare in loco: ecce me, qui id faciam vobis. Horat. Dulce eſt deſipere in loco.

In loco poſita. Cic. in Verrem, act. 7, Ex his ego rebus omnibus iudices, ita mihi deos omnes propitios eſſe velim, vt, tametſi mihi iucundiſſimus eſt honos populi, tamen nequaquã tantum capio voluptatis, quantum ſolicitudinis, & laboris, vt hæc ipſa ædilitas, non quia neceſſe fuerit, alicui candidato data, ſed quia ſic oportuerit, rectè collocata, & iudicio populi in loco poſita eſſe videatur. A celuy a qui elle appartenoit, & en eſtoit digne.

In manibus eſt, Hoc eſt paratũ, & in promptu eſt. Facile. Entre mains. On y beſongne. Cice. Attico, Non quo aliquid me iuuene poſſes, quippe res eſt in manibus: tu autem abes longè gentium. Idem, de libris oratoriis, Factum eſt à me diligentiſſimè: diu, multúmque in manibus fuerũt. Ibidem, Ex iis libris, quos in manus habeo. Ibidẽ, Sic enim cõmutatus eſt totus ſcriptis meis, quæ in manibus habemus. Idem Lẽtulo, Clodiũ ſic amplexabãtur, ſic in manibus habebant, ſic me præſente oſculabantur, non illi quidem vt mihi ſtomachũ facerent, quem ego funditus perdidi: ſed certè vt facere ſe arbitrarentur. Idem de Amicitia, Sed ô Scæuola & Fanni abfuiſtis, & in manibus eſt oratio. Idem in Bruto, Sed ecce in manibus vir & præſtantiſſimo ingenio, & flagrante ſtudio, & doctus à puero C. Gracchus. Liuius, Cum tantum belli in manibus eſſet. Ibidem, Id quod in manibus erat, coegerũt bellum. Idem de bello Macedonico, Omiſſa de manibus res eſt. On a laiſſe lentreprinſe que on auoit entre les mains. Horatius, Næuius in manibus non eſt, & mentibus hæret. Plin. epiſt. 193, Non vacat, quia vindemiæ in manibus. Car nous faiſons vendange.

In manu eſt, Hoc eſt, in poteſtate eſt. Plaut. in Amphit. 3.80, Si illis fides eſt, quibus eſt ea res in manu. Qui ont le pouoir de ce faire, Qui le peuuent faire. Idem in Rud. In manu mihi eſt mea. Idem in Merc. Quia illi ſuam rem eſſe æquũ eſt in manu. Ibidem, Qui tibi in manu eſt quod credas: at ego quod dicam, id mihi mea in manu eſt. Il eſt en toy, tu peulx dire ce que tu vouldras. Terent. in Hecyra, Tibi in manu eſt ne fiat. Salluſt. in Iugurthino, Sed quoniam parum tuta per ſe probitas eſt: neque in manu mihi fuit Iugurtha qualis nunc foret. Ibidem, Verum id fruſtra, an ob rem faciam, in manu veſtra eſt, Quirites. Liuius ab vrbe cõdita, Vt ſua cuique reſpub. in manu eſſet. Idem de bello Punico, Cum in eorum manu res Syracuſana eſſet. Idem ab vrbe cond. Sit an

non ſit, in veſtra manu poſuerunt. Ils vous en laiſſent faire, Ils vous en baillent la bride ſur le col. Idem de bello Maced. Et vos in manu & tutela, non in ſcruitio debetis eas habere. Idem ab vrbe condita, Laceratam remp. per magiſtratus, quorum in manu ſit. Cælius Ciceroni, Quàm velis eum obligare, in tua manu eſt. Ceſt a toy de lobliger autant que tu vouldras. Plaut. in Pœnulo, 2.52, Dicam tamen, ſi quidem licebit per illos quibus eſt in manu. Qui gouuernent laffaire. Idem in Amphit. 7.10, Malum quod tibi di dabunt, atque ego hodie dabo. s. iſtuc tibi eſt in manu: nam tuus ſum. Tu le peuls faire. Il eſt en toy. Idem in Bacchid. 2.36, Sperat quidem animus: quò eueniat, diis in manu eſt. Il eſt en dieu de le tourner la ou il vouldra, & denfaire comme il fault. Idem in Moſtell. 8.68, Quid tu nunc hominum te omnium deterrume, veniſti huc oſtentatum? agas quod in manu eſt. non dat, non debet. Fais ce que tu pouras.

In manum dare. Terent. in Phor. 4.3.29, Eho dic quid velis dari tibi in manũ, vt hetus deſiſtat litibus? Que veulx tu que on te baille. &c. Plaut. in Trinũm. Quid intereſt, dare te in manus argenti amanti huiuſmodi adoleſcentuli, animi impoti?

In me. Terent. in Eunuch. 5.9.2, O populares, ecquis me viuit hodie fortunatior? nemo hercle quiſquam. nam in me planè di poteſtatem ſuam omnem oſtendêre.

In medio. Terent. in Adelphis, 3.4.33, Pro certóne tu iſtæc dicis? H. mater virginis in medio eſt ipſa, virgo, res ipſa. Vous la voyes la deuant vous.

In memoriam redire & regredi: Se ſouuenir. Plaut. in Capt. 19.26, Nũc demum in memoriã redeo, cum mecum cogito: nunc ædepol demum in memoriam regredior audiſſe me quaſi per nebulam, AEgionem meum patrem vocarier.

In mente eſt mihi. Plaut. in Bacchid. 2.22, Non omnis ætas Lyde, ludo cõuenit, magis vnũ in mente eſt mihi nunc, ſatis vt commodè pro dignitate obſonii hæc concuret coquus. Iay plus en la fantaſie maintenãt, de &c. Idem in Amphit. 8.76, Qui iſtuc in mente eſt tibi, mi vir, percontarier? Dont te vient en la fantaſie de tenquerir de cecy? Ibidem, 4.26, Sum verò verna verbo, nunc verò mihi in mentem fuit. Or primes men ſouuient il. Ibidem, 4.13.9, Nullus eſt hoc meticuloſus æque. s. quem? in mentem venit, illic homo hoc denuo volt palliũ detexere. Ie voy bien que ceſt que ceſt homme la veult, il veult &c Terent. in Eunucho, 3.2.45, Quid rides? G. iſtuc quod dixti modo: & illud de Rhodio dictũ in mentem venit. Il me ſouuient, ou ie penſe a ce que ce Rhodien a dict.

In mentem venire, Se ſouuenir, on penſer a quelque choſe. Cic. In mentem tibi non venit cauſſam publicam ſuſtinere. Idem, pro Sexto Roſcio, Ego in Chryſogono, quod ad me attinet, nihil eiuſmodi ſuſpicor, neque hoc mihi nunc primum in mentem venit dicere. Ce la ne meſt point de maintenant venu a la fantaſie de le dire.

In metu eſſe. Plaut. in Pſeud. 16.8, Nũc in metu ſum maximo, triplici modo, primũ omniũ iam hunc comparem metuo meum. &c. Ie ſuis en crainte. Terent. in Phor. 1.2.7, Sed quid tu es triſtis? G. neſcis quo in metu, & quãto in periculo ſim? Ibidem, 5.4.6, Ego nullo poſſum remedio me euoluere ex his turbis, quin ſi hoc celetur, in metu: ſin patefit, in probro ſiem. Idem in Heaut. 1.2.25, Illéne. ſed reprimam me: nam in metu eſſe hunc, illi eſt vtile.

In militem, in capita, in naues: Quod dicunt pro quolibet milite, pro ſingulis capitibus, pro ſingulis nauibus, Vel per ſingulos milites, ſingula capita. &c. Cic. in Verrem, Deſcribebat Cẽſores binos in ſingulas ciuitates boum. Varro de re ruſtic. In centũ ſues, decem verres ſatis eſſe putant. Pour chaſcun cent de truyes. Idem, Villatico gregi ſatis eſſe duos canes. Pour chaſcun tropeau dune metairie. Ibidẽ, Illud ferè omnes in Epiro facimus, ne minus habeamus in cẽtenas oues ſingulos homines. En chaſcun cẽt de brebis, vng hõme. Liuius ab vrb. cõd. Mulcta quingenûm æris in ſingulas ciuitates impoſita. Ibidẽ, Frumẽtũ Melianum aſſibus in medios æſtimatum plæbi dimiſit. Chaſcun muy eſtime. Cice. in Verrem, Pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegiſſe. Ibidem, Si oſtendã minus tribus medimnis in iugerum neminem dediſſe decumæ, cõcedes opînor: vt cum decumanus fructus arationis perceptus ſit, neminem minus tribus decumis dediſſe. Cæſar in Cõment. In capita ſingula ſeruorum, ac liberorum tributum imponebatur. Liuius ab vrb. cond. Legatis in ſingulos dona, ne minus quinum milliũ æris redderentur. Ibidem, Cõgii olei in viros ſingulos dati. Ibidem, AEris ſignati quina millia in ſingulos patreſfamilias relinquamus. Ibidem, Singulis in militẽ tunicis imperatis. Idem de bello Macedonico, Quod pretiũ in capita ſtatuiſſet. Idem ab vrbe condita, Prorogatum in annum

imperium eſt. Virg. Bina boum vobis Troia generatus Aceſtes Dat capita in naues.

In more eſt: Ceſt la couſtume. Plin. Ludos ineunti, ſemper aſſurgi etiam ab ſenatu in more eſt.

In modum perpetuum perii. Plaut. in Moſtell. 8.5, Nunc pol ego perii plane in perpetuũ modum: Daniſta adeſt.

In modum peregrinum. Plaut. in Trinũmo, 11.27, Is modo exornetur graphicè in peregrinum modum. De la ſauuaige ſorte.

In modum amici. Suet. de claris grãmat. 21, Cui cum ſe gratum, & acceptum in modũ amici videret, quanquam aſſerente matre, permanſit tamen in ſtatu ſeruitutis.

In monendo. Plaut. in Bacchid. 1.3, Pol magis metuo, in monendo ne mihi defuat oratio.

In morte. Plaut. in Menæh. 9.53, Qui in morte regnum Hieroni tradidit.

In noctes ſingulas. Plaut. in Trucul. 6.45, Quid maceria illa ait, in horto quæ eſt, quæ in noctes ſingulas látere fit minor, qua is ad vos damni permenſus viam eſt?

In noxia eſt. Terent. in Phor. 2.1.36, Haud ita eſt, hic in noxia eſt. Ceſt par ceſtuy que tout le mal vient. Plaut. in Merc. 15.30, Nihil magis manifeſto teneo, in noxia es. 1. qua noxia?

In numerum ludere, Id eſt, ſaltare. Virg. Tum verò in numerũ Faunóſque feraſque videres Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.

In numerato habere, Id eſt, in prõptu. Quintil. in 6, Illa potius vrbana eſſe dixerim, quæ ſunt generis eiuſdẽ quæ ridicula dicũtur, & tamen ridicula nõ ſunt. De actore facile dicente, extempore dictum eſt ingeniũ eum in numerato habere: Id eſt, promptum, & ad manũ, hoc eſt præſentiſſimum, & ad expedienda extempore dicenda ſolertiſſimum.

In occulto. Plaut. in Trinummo, 10.85, Nihil ego in occulto agere ſoleo: meus vt animus eſt, eloquar. Ie ne celleray rien, Ie ne feray rien que tous ne le ſachent.

In odiis reſident mores priſtini. Plaut. in Trucul. 2.5, Quid ſi de veſtro quippiam orem abdu cere? me hercle in odiis reſident mores priſtini.

In ore eſt omni populo. Terẽt. in Adelph. 1.2.13, Clamãt omnes indigniſſime factũ eſſe. hoc adueniẽti quot mihi Mitio dixêre? in ore eſt omni populo. Tout le mõde en bruit, & en parle.

In opere faciũdo. Terẽt. in Heaut. 1.1.21, At enim dices, Me, quantũ hic operis fiat, pœnitet. quod in opere faciundo operæ cõſumis tuæ, ſi ſumas in illis exercendis, plus agas.

In ordine. Plaut. in Caſina, 22.16, Perii hercle ego, manifeſta res eſt. c. omnem in ordine rem fatêre. Dis la choſe tout comme elle va.

In ordinẽ redigi, vel cogi, Inter viles & abiectos numerari. Liuius lib. XII, Tribuni plæbis in ordinem redacti. Id eſt, cõtemptui habiti. Suet. in Claud. In ordinẽ ſe coactũ conſcriberet.

In pariundo. Terent. in And. 4.5.32, Dis pol habeo gratias, cum in pariundo aliquot affuerunt liberæ.

In parte cauſſæ. Plin. epiſt. 5.b, Nitebamur nos in parte cauſſæ ſententia Meti Modeſti optimi viri. En vne partie du proces, nous nous fondions ſur ce, &c.

In parte potiri. Plau. in Aſin. 16.66, Poſt demũ huc cras adducam ad lenam, vt viginti minas ei det in parte hac amanti vt liceat potirier.

In partem. Plau. in Aſin. 12.89, Age ſis, tu in partem nunc iam hunc delude, atque amplexare hanc. Sus, tache de ton coſte, pour ta patt, de tromper ou abuſer ceſtuy. Cæſar in Cõment. In partem iuris, atque ipſi erant, receperunt.

In paucos dies, Quod dicunt pro paucis diebus. Liuius ab vrbe condita, Obſidio in loco nudo, atque inopi, vix in paucos dies tolerabilis erat.

In pedes. Terẽt. in Eunucho, 5.2.5, Interim dum ante oſtium ſto, notus mihi quidam obuiam venit: vbi vidi, ego me in pedes, quantũ queo, in angiportum quoddam deſertum.

In pedem. Pour chaſcun pied. Cic. Is ſe ternis nummis in pedem tecum tranſegiſſe dicebat.

In perendinum. Plaut. in Trinũmo, 17.63, Nunc quid cauſſæ eſt, quin vxorem cras domũ ducat? CH. optumum eſt: licet tu in perendinum paratus ſis, vt ducas. Il fault que tu ſois pres apres demain, pour la prendre a femme.

In perpetuum. Terent. in Heaut. 4.5.33, Non ego in perpetuum dicebam, vt illam illi dares, verũ vt ſimulares. A touſiours & a iamais. Plin. epiſt. 53.h, Hic numeroſiſſimæ cauſſæ terminus fuit, quibus abſolutis, pluribus damnatis, atque etiam relegatis, aliis in tempus, aliis in perpetuum.

In poſterum, Doreſenauãt. Dicy en auãt, Le temps aduenir. Plin. epiſt. 117, lib. VI, In poſterum, niſi adhibueris modum, ego adhibebo. Quintil. lib. 1, Multa linguæ vitia, niſi primis eximãtur annis, inemẽdabili in poſterũ prauitãte durãtur. Plin. in Paneg. 119, Prouinciis

quoque in poſterũ & iniuriarũ metũ, & accuſandi neceſſitatem remiſiſti. Cic. de Amicitia, 22, Cúmque plurimas & maximas cõmoditates amicitia contineat, tamen illa nimirũ præſtat omnibus, quòd bona ſpe prælucet in poſterum.

In poteſtatem eſſe. Cic. pro lege Manilia, Cum veſtros portus, atque eos portus quibus vitam, & ſpiritum ducitis, in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis.

In potiundo. Terẽt. in Heaut. 2.3.82, Vis amare, vis potiri, vis quod des illi effici, tuum eſſe in potiundo periculũ nõ vis. Tu ne veulx point te mettre en dãger pour en auoir la iouyſſance.

In præſentia. Terẽt. in Phor. 5.2.14, Prouiſum eſt ne in præſentia hæc hinc abeat. Pour le preſent, Tout a ceſte heure. Idem in Adelph. 2.2.14, Verùm ego nũquã adeò aſtutus fui, quin quicquid poſſem, mallem auferre potius in præſentia. Tout a lheure, ſur le chãp. Idem in Prolog. Hecyr. 24, Quòd ſi ſcripturã ſpreuiſſem in præſentia, & in deterrẽdo voluiſſem operam ſumere, &c. Idem in Heaut. 5.2.9, Vbi te vidi animo eſſe omiſſo, & ſuauia in præſentia quæ eſſent, prima habere, neque cõſulere in longitudinem. Cic. Attico, lib. 8, Non enim pro tua prudẽtia debes illud ſolũ animaduertere, quot in præſentia cohortes cõtra te habeat Cæſar, ſed quantas breui tempore equitũ & peditum copias contracturus ſit. Eidem, lib. 15, Videas enim vnde nummi ſint, mihi feras expenſum. hoc video in præſentia opus eſſe. Cæſar, Quoniam obſidibus in præſentia cauere inter ſe non poſſent.

In præſens. Plin. in Paneg. 56, Cúmque inſulas omnes, quas modo ſenatorũ, iã delatorũ turba cõpleret: quos quidem nõ in præſens tantũ, ſed in æternũ repreſſiſti, mille pœnarũ indagine incluſos. Liuius, Id modo eſſe ſalutare etiã in præſens credebat, cedere inde quãtũ poſſet.

In præſenti Cicero dixit de tẽpore in quo loquebatur, Hæc ad te in præſenti ſcripſi. Vt Græci, ἐν τῷ παρόντι.

In primis, aduerbium, Ante omnes, vel ante omnia, vel vnũ ex primis. Entre tous autres, Par deſſus tous. Terẽt. in Eunuch. 3.1.39, Audieras ſæpe, & fertur in primis. Salluſt. Quæ quidem res in primis mihi videtur fuiſſe cauſſa facinoris maturandi. Principalemẽt plus que tout autre choſe. Idem, Tamẽ in primis arduũ videtur res geſtas ſcribere. Idem, Id facinus ego in primis memorabile exiſtimo. Cic. in Verr. Homini in primis glorioſiſſimo reſpõdet.

In principio. Plaut. in Pœnulo, 16.142, Lepidè hercle aſſimulas: iam in principio id mihi placet. Pour le commencement, cela me plaiſt bien. Terent. in Phor. 2.1.22, Sed quid ceſſas hominem adire, & blandè in principio alloqui? Du commencement.

In probro eſſe. Terẽt. in Phor. 5.4.6, Quin ſi hoc celetur, in metu: ſin patefit, in probro ſiem. On me le reprochera.

In procliui. Terẽt. in And. 4.2.18, Sed ſi id nõ poterit: id faciam, in procliui quod eſt, per me ſtetiſſe vt credat. Ie feray ce qui eſt ſur le point deſtre ſceu, ceſt quil aura tenu a moy.

In promptu. Plaut. in Pſeud. 7.34, Iam iſtæc inſipiẽtia eſt, iram in prõptu gerere. nam quanto ſatius eſt, adire blandis verbis, atque exquirere, ſint illa, nécne ſint. Ceſt folie de mõſtrer ſon courroux tout a coup. Ouid. Quæritur AEgiſtus quare ſit factus adulter: In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat. La raiſon eſt toute euidente & manifeſte.

In propatulo. Plin. epiſt. 8.f, Etenim hunc ipſum ſermonem, nõ apud populum, ſed apud Decuriones habui. nec in propatulo, ſed in curia. Non point deuant tous.

In proximo. Terent. in Heaut. 1.1.2, Quãquam hæc inter nos nuper notitia admodũ eſt, inde adeò quòd agrũ in proximo hic mercatus eſt. Cy pres, aupres de nous.

In proximum ſenatum differre. Plin. epiſt. 35.d, Dilata res eſt in proximum ſenatum, cuius ipſe conſpectus anguſtiſſimus fuit.

In publico. Plau. in Moſtell. 11.7, Quin ego ipſe, & Philolaches, in publico omnes porticus cõmenſi ſumus.

In pũctũ, pro, in ſingula pũcta. Suet. in Nerone, cap. 30, Quadragenis in pũctũ HS aleã luſit.

In quas ſumus. Cic. Attico, lib. 9, Quid enim dicã de hac iuuentute? ea verò, quæ mihi quidẽ, qui illũ amo, ſunt his ipſis malis, in quas ſumus, me miſeriora, nõ ſunt ab obſequio noſtro, non habent ſuas radices.

In querelis mens eorum. Plaut. in Menæch. 14.11, Qui aut fœnore, aut periuriis paratam rem habent. mens in querelis.

In re præſenti eſſe: Eſtre ſur le lieu. Plin. epiſt. 257, Quid oporteat fieri citra theatrũ, quod inchoatũ apud Nicenſes eſt, in re præſenti optimè deliberabis, & cõſtitues. Quant tu ſeras ſur le lieu de quoy ie parle.

In rem præſentem excurrere: Aller ſur ledict lieu qui eſt en debat pour le veoir, ſil ſe comporte comme diſent les parties qui en ſont en proces. Plin. epiſt. 225, Nunc videor commo-

diſſime poſſe in rem præſentem excurrere: nam & menſtruum meum Cal. ſeptemb. finitur, & ſequens menſis complures dies feriatos habet.

In rem præſentem olim tum veniebãt, cum locũ oculo ac digito deſignare volebãt: vt hoc die cum aut iudex pronũtiat, aut inter litigãtes cõuenit, agrũ quem cõtrouerſum facere volumus, aut reo deſignari, aut teſtibus per inquiſitionẽ demõſtrari certis finibus circũſcriptũ: videlicet vt ille deliberare de re cõtrouerſa poſſit, cedere nécne vindicãti debeat, hi vt certi ſint teſtimonii ſui. Cic. lib. v, de Orat. An verò ſi de re ipſa, ſi de finibus, cum in rem præſentẽ non venimus, ſi de tabulis & præſcriptionibus cõtrouerſia eſt, neceſſario perdiſcimus. Idem lib. 1. off. Vt ſi cõſtitueris te cuipiam aduocatũ, in rem præſentẽ vẽturũ, atque interim grauiter filius ægrotare cœperit, nõ ſit contra officiũ nõ facere quod dixeris. Cic. pro A. Cecinna, Placuit Cecinnæ de amicorum ſententia conſtituere, quo die in rem præſentem veniretur.

In rem præſentem perducere. Plin. epiſt. lib. 3, Nõ potui te magis in rem præſentẽ perducere. Id eſt, nõ potui planius omnia vt acta ſunt, ſcribere, vt perinde omnia teneres, atq; ſi in re præſenti fuiſſet. Quintil. in 4, de narratione loquẽs, Multũ cõfert adiecta veris credibilis rerũ imago, quæ velut in rem præſentẽ perducere audiẽtes videtur. Idem in ſexto, de affectibus, Quarũ rerũ ingens plerunque vis eſt velut in rem præſentẽ animos hominũ ducẽtiũ. Id eſt, rerũ geſtarũ tantam fidem facientiũ, & repræſentationẽ, quantã viſus & oculus faciunt: hoc eſt, vt vulgo loquũtur, rei inſpectionẽ per figurã facientium.

In re præſenti: En eſtant ſur le lieu. Plin. epiſt. 282, Tu quidẽ domine prouidẽtiſſimè vereris, ne cõmiſſus flumini, atq; ita mari lac⁹ effluat: ſed ego in re præſenti inueniſſe videor, quẽadmodũ huic periculo occurrerem. Moy eſtant ſur le lieu. Plaut. in Caſina, 10. 63, In re præſenti, ex copia piſcaria cõſulere licebit quid emã. Quãt ie ſeray ou lieu, Quãt ie ſeray au marche, ſelon que ie voyray quil y aura force poiſſon. &c. Idem in Amphit. 4, 95, Nam ego fui illic in re præſenti, & meus, cum pugnatũ eſt, pater. Ieſtoye au lieu meſme. Ie y eſtoie præſent.

In re mea eſt. Plaut. in Trucul. 18. 20, Nam eo quid opus? P. in re mea triduũ hoc ſaltem, dum aliquò miles circunducitur. Pour mon prouffit.

In eam rem, ſi quid habebo, tibi quoque etiam proderit. Si iay quelque choſe qui te puiſſe aider en ceſte affaire. Plaut. in Trucul. 18. 21.

In re ipſa. Terẽt. in Hecyr. 5. 2. 12, Phidippe noſtras mulieres ſuſpectas fuiſſe falſò nobis, in re ipſa inuenimus. Nous auõs trouue au vray que a tort ſoubſonnons mal de nos femmes.

In rem noſtrã eſt: Ceſt pour noſtre prouffit. Plaut. in Perſa, 16. 140, Age vt rem eſſe in noſtrã putas. Fais ſelon quil te ſemblera eſtre noſtre prouffit. Idem in Pſeud. 5. 9, Quo pacto poſſim animũ vincere? P. in rem quod ſit præuortas, quã rem animo auſcultes. Idem in Menæc. 11. 13, Alii ſunt ita, vt in rem eſſe ducũt ſuã: ego ero ita vt me eſſe oportet. Les autres pẽſent a leur prouffit. Idem in Trinũm. 10. 2, Si in rem tuã Leſbonice eſſe videatur, gloriæ aut famæ, ſinã. Idem in Amphit. 3. 10, Eáque vt nũtiem, quæ maximè in rem voſtrã cõmunẽ ſiẽt. Idem in Aulul. 6. 10, Quod in rẽ eſſe vtriq; arbitremur, & mihi te, & tibi me cõſulere, & monere. Idem in Capt. 7. 38, At quãprimũ: iſtud in rem vtriq; eſt maximè. Terẽt. in And. 3. 3. 15, Si in rem eſt vtriq;, vt fiãt: accerſi iube. Si ceſt le prouffit de tous deux. Idem in Hecy. 2. 2. 7, Quod ſi tu idem faceres, magis in rẽ & noſtrã & voſtrã id eſſet. Idem in Phor. 2. 4. 9, Ego quæ in rẽ tuã ſint, ea velim facias. In rẽ vẽtris. Plaut. in Perſa, 10. 14, Vtrũ tu pro ancilla me habes, an pro filia? s. Vtrum herclè magis in ventris rem videbitur.

In rerum natura. Cic. de Amicitia, 23, Agrigentinũ doctum quẽdam virũ carminibus Græcis vaticinatũ ferunt, quæ in rerum natura, totóque mundo cõſtarent, quæque mouerẽtur, ea contrahere amicitiam, diſſipare diſcordiam.

In ridiculo haberi. Plau. in Pœnulo, 18. 10, Neque ab iuuentute ibi in ridiculo habitæ, quod pol ſoror cæteris omnibus factum eſt.

In ridiculo eſſe. Plaut. in Caſina, 22. 3, Ita nunc pudeo, atque ita nunc paueo, atque ita in ridiculo ſumus ambo.

In ſaginam ſe coniicere. Plaut. in Trinũm. 10. 95, In ſaginam herus ſe coniecit meus: credo ad ſummos bellatores acrem fugitorem fore, & capturum ſpolia. Il ſeſt alle refaire, ou penſer, Il eſt alle faire grand chiere.

In ſaltu vno, Tout dung coup, En vne fois. Plaut. in Caſina, 19. 40, Iam ego vno in ſaltu lepide apros capiam duos.

In ſalute alicuius ſaluere. Plaut.in Trucul.6.5,Salue.s.ſatis eſt mihi tuæ ſalutis,nihil moror,non ſalueo:AEgrotare malim,quàm eſſe tua in ſalute ſanior.

In ſenecta. Plaut.in Milite,10.29,Eam me pudet tibi in ſenecta obiicere ſolicitudinẽ. Toy eſtant ſi vieux.

In ſenioribus eſt. Plaut.in Caſina,2.13,Antiquam eius edimus comœdiam,quam vos probaſtis qui eſtis in ſenioribus.

In ſeruitute habere. Plaut.in Pœnulo,19.54,In ſeruitute hic habuit duas filias tuas,& mihi hic auri fur es.

In ſerum,pro in veſperũ,Sur le tard. Suet.in Cæſ.Aug.cap.16,Nec multò pòſt nauali prælio apud Actium vicit,in ſerum dimicatione protracta,vt in naui victor pernoctauerit.

In ſingulis ſtipẽdiis,Chaſcune fois quil paiera ou receuera les gaiges. Plaut.in Epid.2.36,Id modo vidẽdũ,vt materies ſuppetat ſcutariis,ſi in ſingulis ſtipẽdiis ad hoſtes exuuias dabit. In ſingulos annos,in ſingulos dies. Vide paulò antè,In dies ſingulos.

In ſodalibus illis es:Tu es de leur bande, de leur compaignie. Plaut.in Perſa,16.94, Tu in illis es decem ſodalibus,te in exilium ire hic oportet.

In ſolatio eſſe. Plaut.in Amphit.8.12,Et domum laudis cõpos reuenit, in ſolatio eſt. Cela me conſole.

In ſomnis:En dormant. Plaut.in Amphit.7.63.Ibi fortè iſtum ſi vidiſſes quendam in ſomnis Soſiam.

In ſpeciem. Liuius,Ducentes paucos in ſpeciem captiuos.

In ſpem venire. Cic.ad Varronem,In ſpem venio aduentum tuum appropinquare. Ieſpere.

In ſumma:En ſomme. Plin.epiſt.96.b,In ſumma,non profuturũ ei ſi donaſſem,profuturũ ſi ceſſiſſem. Idem,epiſt.94.b,lib.v1,In ſumma,noſti facetias hominis,quas velim attẽdas,ne in bilẽ & amaritudinẽ vertat iniuria. Idem epiſt.101.o,lib.v,In ſũma (cur enim non aperiam tibi vel iudicium meũ,vel errorem?) primum ego officiũ ſcriptoris exiſtimo, titulum ſuum legat,&c. Idem,epiſt.161.b,In ſumma,nihil erit,ex quo nõ captes voluptatẽ. Brief. Quintil. In ſumma nõ recedo,fas eſt mihi inuitis etiã parẽtibus piè facere.

In ſuſpenſo relinquere. Plin.epiſt.248,Exiſtimabam neceſſario ergo rem totam,dum te conſulerem, in ſuſpenſo relinqui.

In tam breui ſpatio. Terent.in Heaut.5.2.2,Itáne tandem quæſo Menedeme,vt pater tam in breui ſpatio omnem de me eiecerit animum patris?

In tãtũ honorẽ. Terẽt.in Eunuch.2.2.29,Ille vbi miſer famelic⁹ videt me eſſe in tãtũ honorẽ,& tã facile victũ quærere,ibi homo cepit me obſecrare,vt ſibi liceret diſcere id de me.

In talibus viris. Cic.de Amicitia,37,Nã hoc quidem in talibus viris quid attinet dicere?De telles gens.

In te eſt mihi ſalus. Plaut.in Pſeud.3.69,Harum mihi voluptatũ omniũ,atque itidem tibi, diſtractio,diſſidium,vaſtities venit:niſi quæ mihi in te eſt, aut tibi in me eſt ſalus,Si nous naidons lung lautre. Idem in Epid.7.10,Quid tibi?cui diuitiæ domi maximæ ſunt,nũmum his nullum habes,nec ſodali tuo in te copia eſt.

In te:Contre toy. Plaut.in Trinũmo.4.50,Hæc cum audio in te dici, excrucior miſer.

In tempore:Tout a point,A lheure quil failloit. Plau.in Cap.13.67.O mihi quantũ eſt hominum optimorũ,optime mihi in tempore aduenis. Idem in Amphit.9.17,Poſt igitur demum faciam res fiat palàm,atque Alcumenæ in tempore auxilium feram.

In ipſo tẽpore:Tout a lheure meſme quil falloit. Plaut.in Ciſtell.9.18,Nã obſecro vnde hæc gẽtiũ?aut quis deus obiecit hanc ante oſtiũ noſtrũ?quaſi dedita opera,in tẽpore ipſo Spes mihi ſancta ſubuenit. Terẽt.in And.3.2.51,Si nolit, quin eũ meritò poſſim cogere:atq; adeò in ipſo tẽpore eccũ ipſum obuiã Chremetẽ. Ibidẽ,5.6.10,Charine,in tẽpore ipſo mihi aduenis. Idem in Hecyr.4.4.5,Opportunè te mihi Phidippe in ipſo tẽpore oſtẽdis. Idem in And.4.6.24,Sequar hos:nolo me in tẽpore hoc videat ſenex.

In tempus. Plin.epiſt.49.d,Mox quaſi alio die ſtudebat in cœnæ tempus. Iuſques a ce quil falloit ſoupper. Cic.Attico,Nã & eiuſmodi ſunt hi verſus,vt ab initio,Põpeii in tempus ſcripti eſſe videantur. Horatius,Et præſens in tempus omittas.

In tormentis eſſe. Plin.epiſt.176.b,In tantis tormentis eram,cum ſcriberem hæc.

In tranquillo. Terẽt.in Eunucho,5.9.8,Tum autem Phædriæ meo fratri gaudeo amorem eſſe omnem in tranquillo. Ie ſuis bien aiſe que mon frere iouyt en paix de ſes amours.

In triduo hoc. Plautus in Perſa,2.39,Quos continuò reponam tibi in hoc triduo,aut quatriduo. Leſquels ie te rendray dedens trois ou quatre iours.

In tunicis albis venerunt. Plin. epiſt, 147. e, Puer in Pædagogio miſtus pluribus dormiebat. Venerunt per feneſtras (ita narrat) in tunicis albis duo. Ayans robes blanches.

In tuſſiendo. Plaut. in Aſin. 13.50, Forte ſi tuſſire occepſit, ne ſic tuſſiat, vt cuiquam linguã in tuſſiendo proferat. En touſſant.

In tuto res eſt. Plaut. in Merc. 7.42, Res adhuc quidem hercle in tuto eſt: nam hunc neſcire ſat ſcio de illa amica. La choſe eſt en aſſeurté. Terent. in Heaut. 4.3.11, Da te mihi viciſſim: nam amici quoque res eſt videnda, in tuto vt collocetur.

In tutum eduxit legiones. Plaut. in Moſtell. 15.7, Poſtquam ex obſidione in tutum eduxi maniplares meos, capio conſilium.

In veſperum parata. Plaut. in Moſtell. 9.8, Parata res mala eſt in veſperum huic ſeni.

In via. Plaut. in Menæh. 9.69, Ne vxor cognoſcat te habere, ſi in via conſpexerit.

In viros diuidere. Plaut. in Aulul. 5.30, Nam noſter noſtræ qui eſt magiſter curiæ, diuidere argenti dixit nũmos in viros. Que on diſtribueroit argent, a chaſcun ſa piece.

In Componitur cum omnibus literis tam vocalibus, quàm cõſonantibus. ſed quando vocalibus iungitur, vel c.d.f.g.h.n.q.ſ.t, ſemper remanet n. vt inauris, ineo, iniicio, inops, inuoco, incedo, induco, infero, ingero, inhibeo, innuo, inquiro, inſiſto, intueor. Quãdo verò cum b, m, & p, mutatur n, in m. vt imbibo, immunis, impono. Cum l, & r, mutatur n, in l, vel in r, vt illudo, irruo.

Incumbere, Inniti, & inhærere, Sappoyer ſur quelque choſe. Virgilius, Incumbens tereti Damon, ſic cœpit, oliuæ. Plin. lib. 1, Neq; in illo caua in ſe cõuexitas vergit, & cardini ſuo, hoc eſt vndiq; terræ incũbit. Virg. Validis incũbite remis. Plin. epiſt. 147. d, Hic cõtrá, vt pabulum expectaret, manu ſignificat. rurſúſque, ceris & ſtylo incumbit.

Incumbere ad ſtudia, Eſt animo & opera intendere, vel inniti ad ſtudia. Fort & ferme eſtudier ou faire autre choſe, & de grãd courage. Cic. lib. 2. ad Atticũ, Quare incũbamus, ô noſter Tite, ad illa præclara ſtudia: & eò, vnde diſcedere nõ oportuit, aliquando reuertamur.

Incumbere ad bellum. Cic. pro lege Manilia, Quare videte, num dubitandum vobis ſit omni

ſtudio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis veſtri, ſalus ſociorũ, vectigalia maxima, fortunæ plurimorum ciuium, cum rep. defenduntur.

Incumbere ad ſalutem. Cic. in Catil. orat. 4, Quare patres conſcripti incumbite ad ſalutem reip. circũſpicite omnes procellas quæ impendẽt, niſi prouidetis. Tachés, mettés toute diligence & peine a ſauuer la choſe publique.

Incumbere ad laudem. Cic. lib. x. epiſt. Mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem.

Incumbere in curam. Cic. Attico, lib. 15, Te quoque die expectẽ, velim ſcire. de meo itinere, variæ ſententiæ. multi enim ad me: ſed tu incumbe quæſo in eã curam. Soies ſoigneux de ce. Idem, Incumbe per deos immortales in eam curam & cogitationẽ quæ tibi dignitatem & laudem afferat.

Incumbere in remp. Cic. lib. x. epiſt. Planco, Itaque te nõ hortor ſolum, mi Plance, ſed planè etiam oro, quod feci his literis, quibus tu humaniſſimè reſpõdiſti, vt tota mente, omnique animi impetu, in remp. incumbas.

Incumbere in ſtudia. Cic. Pergite adoleſcentes, & in hæc ſtudia, in quibus eſtis, incumbite.

Incumbere in cauſam communem, Eſt pro virili parte tueri cauſſam communem. Cicero in Philipp. 4, Incumbite in cauſſam Quirites, vt facitis. Nunquam inter ſenatum & nos conſenſus maior in vlla cauſſa fuit. Idem ad Atticum, Atque vtinam ipſe Varro incũbat in cauſam. quod profecto, cum ſua ſpõte, tum te inſtante faciet. Idem alibi, Facis tu id quidem, & eo maximè incumbis.

Incumbit illi ſpes. id eſt imminet aut manet illum. Suet. in Tiberio Cæſ. cap. xv, Ac multo magis poſtquã Agrippa abdicato atq; ſepoſito, certũ erat vni ſpem ſucceſſionis incũbere.

Incumbere in perniciẽ alterius. De tout ſon pouoir tacher a nuyre a autre. Cic. M. Catoni, Incumbit in eius perniciem.

Incũbere, Violẽter incidere, & irruere. Quintil. Magna vis venti in mare incubuit. Vne grãde tẽpeſte ſeſt ſubit leuee ſur la mer. Cic. pro Plancio, Potius quàm ab ipſis, qui in te ipſũ incubuerunt, te depulſum putas.

Incumbere, Pancher vers vng coſté. Eſtre enclin plus a quelque choſe. Plaut. in Aulul. 17. 8, Hoc ſerui officium reor, retinere ad ſalutem, non eum quò incumbat, eò impellere.

Incumbere gladium, Se courber ſur vng glaiue, ſe le fourer au corps. Plaut. in Caſina, 6. 29, Si ſors autem decolaſſit, gladium faciam culcitram, eúmque incumbam.

INCVNABVLA, incunabulorũ, Vng berceau, a mettre enfans nouueaulx nés. Plaut. in Truc. 19. 12, Opus nutrici vtrem habeat veteris vini largiter, vt dies, noctéſque potet: opus lignis, nunc opus eſt carbonibus, faſciis opus eſt puluinis, cunis, incunabulis. Liuius, Ab incunabulis imbutum odio Tribunorum. Des le berceau. des la mamelle.

Incunabula, pro initiis poſita. Cic. de optimo genere dicendi, Nõ fuit opus de oratoris quaſi incunabulis dicere.

Incunabula, Nutrimenta. Cic. in Salluſt. An vllum exiſtimas poſſe fieri ciuem egregium, qui non his artibus & diſciplinis ſit eruditus? an vlla alia putas rudimẽta & incunabula virtutis? Plin. in Paneg. 24, Nónne incunabula hæc tibi Cæſar, & rudimẽta, cum puer admodum Parthica lauro gloriam patris augens, nomẽnque germanici iam tum merẽre, quũ ferociam, ſuperbiámque Parthorum, ex proximo auditus, magno terrore cohiberes?

INCVRIA, incuriæ, Negligentia, inquit Feſtus.

Incurioſus incurioſa incurioſum, Qui eſt ſans cure ou ſoing.

Incurioſus proximorum. Plin. epiſt. 173. a, Ea ſub oculis poſita negligimus: ſeu quia ita natura comparatum, vt proximorum incurioſi, longinqua ſectemur: ſeu quod omnium rerũ cupido langueſcit, cum facilis occaſio eſt.

Incurioſè, Sans ſoing ou diligence. Plin. Rebellat ſæpe humor incurioſè datus.

INCVRRO incurris, incurri, incurſum, incurrere, Cõtra aliquem currere. Courir droit a aucũ, lung cõtre lautre. Liuius lib. 1, Eo prælio præcipua equitũ gloria fuit, vtrinq; à cornibus poſitos cum iam pelleretur media peditũ ſuorũ acies, ita incurriſſe à lateribus ferunt.

Incurrere, Intrò currere, Courir dedens, ou ſe ietter dedens. Salluſt. Poſtquã Catilina fuſas copias, ſéque cum paucis relictum videt, memor generis atque priſtinæ dignitatis, inter confetiſſimos hoſtes incurrit: ibíque pugnando confoditur.

Incurrere loca, Faire courſes en aucuns lieux en les pillant, comme font gẽdarmes. D. Brutus Ciceroni, Aut Apennino, Alpibúſque ſe teneat, & decurſionibus per equites quos habet multos, vaſtet ea loca quæ incurret.

Incurrere & offendere in tenebris. Cic. lib IX, epiſt. 2, Varroni, Quis eſt tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat? Qui ne trebuche, & naille ne ca ne la?

Incurrere in aliquē verbis. Trebonius Ciceroni, lib. XII. epiſt. Deinde quòd magis hoc Lucilio licuerit aſſumere libertatis, quàm nobis, cū etiam, ſi odio par fuerit, in eos quos læſit, tamen certè non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret.

Incurrit in voces hominum. Cic. Cælio, lib. 2, Sed incurrit hæc noſtra laurus non ſolum in oculos, ſed etiā in voculas maleuolorū. Ils voyēt enuí ceſte gloire que iay, & en parlēt mal.

Incurrere in oculos, Eſt offendere aliquē ſuo aſpectu, vel ab inuito videri. Cic. Attico, Quid enim mihi cū foro, ſine iudiciis, ſine curia, in oculos incurrētibus iis, quos æquo animo videre nō poſſum? Eſt enim propriè in oculos incurrere, oculis admoueri nō intectis, & cū quadam offenſione. Quintil. in 8, Niſi tam clara fuerint ea quæ dicemus, vt in animū eius oratio, vt ſol in oculos, etiam ſi non in eam intendatur, incurrat?

Incurrere in difficultatem. Cic. Sulpitio, Nihil enim conſtitui poteſt, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem.

Incurrere Circenſibus. Suet. in Tyberio, Natalem ſuum plebeis incurrentem circenſibus, vix vnius bigæ adiectione honorari paſſus eſt. Id eſt, in eum diem incidentem, Qui eſcheoit le iour des ieulx.

Incurſio incurſionis, f. g. Courſe que on faict ſur les ennemis pour piller.

Incurſus incurſus incurſui, m. g. Idem. Columella, Hoſticis incurſionibus vaſtatas fruges.

Incurſo, incurſas, incurſare, Frequētatiuum: Courir alencontre daucun. Plaut. in Aulul. 7.57, Si quid diuortii fuat, aſini me mordicibus ſcindāt, boues incurſant cornibus. Idem in Aſin. 3.20, Vbi viuos homines mortui incurſant boues.

Incurſare aliquē pugnis, Bailler force coups de poing a aucun. Plau. in Pœnulo, 13.3, Is autem porrò verberat me, incurſat pugnis, calcibus. Idem in Rud. 18.15, Pendētem incurſabo pugnis periuriſſime.

Incurſare in aliquem. Plaut. in Bacchid. 23.25, Arietes truces nos erimus, iámque in vos incurſabimus.

INCVRVVS, incurua, incuruum, Qui eſt fort courbe comme vng vieillart, de vieilleſſe. Terent. in Eunucho, 2.3.44, Cōtinuo accurrit ad me quàm longè quidem, incuruus, tremulus, labiis demiſſis, gemens.

Incuruo incuruas incuruare, Curuum facere.

Incurueſco incurueſcis, incurueſcere, Incuruū fieri. Cic. lib. 1. Tuſc. Hic autem vbi habitamus, non intermittit cælū niteſcere, arbores frondeſcere, ramos baccarum vbertate incurueſcere.

INCVS incudis, f. g Inſtrumētū ſuper quod aliquid cudimus. Vne enclume. Horat. Et male tornatos incúdi reddere verſus.

INCVSO incuſas, incuſare, Reprehēdere alterius mores, & plerunque cum querela, quòd ab illo iniuria ſis affectus. Se plaindre daucū pour ſes meurs, ou pour aucunes choſes quil nous a faict. Plaut. in Trucul. 4.42, Vbi non eſt ſcriptura, vnde dent, incuſant publicanos. Ils ſen prennent aux banquiers. Ibidem, 11.55, Si æquum facias, aduentores meos non incuſes, quorum mihi dona accepta & grata habeo, tuáque ingrata quæ abs te accepi. Terentius in Heaut. 5.2.7, Quid me incuſas Clitipho? Idem in Phorm. 5.8.21, Fermè eadem omnia, quæ tute dudum coram me incuſaueras. Ibidem, 3.1.7, Equidem here nos iamdudum hic te abſentem incuſamus qui abieris. Cæſar in primo comment. Omnium ordinum adhibitis ad id conſilium centurionibus vehementer eos incuſauit.

Incuſabo te probri. Plautus in Trucul 4.55, Quia qui alterum incuſat probri, ipſum ſe intueri oportet.

Intemperiem cæli incuſantes. Se excuſans, ou plaignās quil auoit faict mauuais temps. Cornelius Tacitus.

INCVTIO incutis, incuſſi, incuſſum, incutere, Iniicere.

Incutere morbum. Plaut. in Trinummo, 4.30, Omnibus incuties morbum grauem, vt te videre, audiréque ægroti ſient. Tu les feras tomber ou cheoir en maladie.

Incutere vim. Virgilius, Incute vim ventís, ſubmerſaſque obrue puppes. Fais venir vne tempeſte de vens.

Incuſſus lapis, pro mola manuali à Virgilio dicitur.

INDAGO indagas, indagare, Venatorum more inquirere. Chercher a la traſſe, cōme chaſſeurs. Chercher diligemment. Plaut. in Mercat. 12.38, Quin percontatus hominis quæ facies

foret, qui illam emiſſet, eo ſi pacto poſſiet indagarier mulier. Si dauenture on pouoit trouuer la femme, apres auoir chercher. Cic. de optimo gen. dicendi, Aut reprehendet quod inuſitatas vias indagemus, tritas relinquamus.

Indagatio, f. g. Cherchement. Cic. lib. 1. de off. Ineſt indagatio atque inueſtigatio veri.

Indago indaginis, f. g. Inueſtigatio, inquiſitio, proprie venatorum. Chaſſe. Tacitus lib. 13, Romæ teſtamenta & orbos velut eius indagine capi. Id eſt, captatorem eſſe orborum, ita vt nullus captiones eius euadat. de Seneca dictum eſt. Liuius lib. 7. ab vrbe, Cum præmiſſus eques velut indagine diſſipatos Samnites ageret, cædem ingentem fecit.

Indago, Series plagarum ſaltus cingentium, Vne rangee de pieges, ou fillets deſquels on enuironne vng bois pour prẽdre les beſtes ſauuaiges. Virg. lib. 4. AEneid. Saltúſque indagine cingunt. Lucanus in Sexto, Saltus, nemoroſáque teſqua Et ſyluas: vaſtáque feras indagine claudit. Hic Lucanus per metaphorã, indaginem vocauit foſſam, & turrium munitarum ſeriem.

Indagine pœnarum cingi, Id eſt ambitu. Plin. in Paneg. 56, Quos quidẽ non in præſens tãtum, ſed in æternum repreſſiſti mille pœnarum indagine incluſos.

INDE, aduerbium de loco, De la. Plaut. in Pœnulo, 17.33, Ego iam detrudã ad molas: inde porrò ad puteum atque robuſtum codicem. Idem in Sticho, 3.10, Ad meam maiorem filiam inuiſo domũ: ſi quis me quæret, inde vocatote. Venes moy hucher la. Terẽt. in And. 2.2.31, Etiã puerũ inde abiens cõueni Chremis. Ibidem, 1.1.110, Quid ais? 1. redeo inde iratus, atque ægreferens. Liuius lib. 1, Primò in Macedoniam veniſſe, inde in Siciliam quærentem ſedes delatum. Plaut. in Pſeud. 9.30, Quia videre inde eſſe. Il me ſemble que tu es de la, dathenes.

Inde, Ad res refertur, De ceſte choſe la. Plaut. in Amph. 4.275, Cadus erat vini, inde impleui cirneam. De ce tonneau la. Liuius lib. 1, Omnis te exempli documẽta in illuſtri poſita monumento intueri, inde tibi, tuæque reip. quod imiteris capias.

Inde, ad perſonam relatũ. Plaut. in Curcul. 15.44, Quò ſequar ego te? c. ad trapezitã meũ, ad prætorem: nam inde rem reſoluo omnibus quibus debeo. Idem in Pſeud. 19.7, Quid igitur boni eſt? B. minæ viginti ſanæ ac ſaluæ ſunt tibi hodie, quas abs te inde eſt inſtipulatus Pſeudolus. De toy. Terent. in Adel. 1.1.22, Vxorem duxit: nati filii duo: inde ego hunc maiorem adoptaui mihi. De luy.

Inde: Pour ce, ou, de ce. a cauſe, ou, a cauſe de ce. Terent. in Heaut. 1.1.2, Quanquã hæc inter nos nuper notitia admodum eſt, inde adeò, quod agrum in proximo hic mercatus es. Plin. epiſt. 308, Nymphidium lupum domine, primipilarem commilitonẽ habui: cum ipſe tribunus eſſem, ille præfectus, inde familiariter diligere cœpi.

Inde eſt quòd. Plin. epiſt. 125, Incredibile eſt quanto deſyderio tui tenear. In cauſſa, amor primum: deinde, quòd non cõſueuimus abeſſe. inde eſt, quòd magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo: inde, quòd interdiu, quibus te viſere ſolebam, ad diætã tuam, ipſi me, vt veriſſimè dicitur, pedes ducũt. Idem in Paneg. 27, Quotus enim quiſque, cuius tu nõ antè commilito, quàm imperator? inde eſt, quòd prope omnes nomine appellas, quòd ſingulorum fortia facta commemoras.

Inde, pro deinde. Liuius, Crimini maxime dabãt in Numitoris agros ab his impetum fieri, inde eos collecta iuuenum manu hoſtilem in modum prædas agere. Puis apres.

Abs te inde. Plaut. in Pſeud. 19.7, Minæ viginti ſanæ ac ſaluæ ſunt tibi hodie, quas abs te inde eſt inſtipulatus.

Inde ab ineunte ætate. Plaut. in Trinummo, 8.24, Qui homo cum animo inde ab ineunte ætate depugnat ſuo &c. Tout du commencement de ſa ieuneſſe.

INDECENS, indecentis, o. g. Qui neſt point conuenant, ou ſeant.

Indecenter, aduerbium. Plaut. in Merc. 18.17, Nec tolerãt, vt æquum eſt, patres: ſed clamãt, indecenter obſtrepunt.

INDECORIS & hoc indecore, Vel indecor indecoris, pro indecora, apud antiquos, Nonio teſte, reperitur. Accius Athamante, Cuius ſit vita indecoris, mortem fugere turpe haud conuenit. Virgilius lib. x 11, Sunt aliæ innuptæ Latio, & Laurẽtibus agris, Nec genus indecores. Idem lib. 7, Non erimus regno indecores: nec veſtra feretur Fama leuis. Seruius, Aut ſiſtole eſt: aut certe dicimus nominatiuum non inueniri, vt in multis nominibus.

Indecorus indecora indecorum, Turpe.

Indecorè aduerbium. Plaut. in Rud. 5.7, Sed id ſi parte curaui vt cauerem, tum hoc mihi indecorè, inquè, immodeſtè datis dii.

INDEFENSVS indefenſa indefenſum, Sine defenſione. Liuius lib.4, Suos increpans clara voce, Hic præbituri(inquit)vos telis hoſtium eſtis indefenſi multi.

INDEFLEXVS indeflexa indeflexum, Quod nõ flectitur, Qui eſt immuable. Plinius in Paneg.8, Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris, adhoc ætatis indeflexa maturitas.

INDEMNATVS indemnata indẽnatum. Plaut. in Curcul.15.17, Prò deũm atque hominũ fidẽ, hoccine pacto, indẽnatũ atque inteſtatũ me accipi? Sans auoir ſentẽce cõtre moy.

INDEPRECABILIS, & hoc indeprecabile, De qui on ne peult riẽ obtenir ne auoir, quelque priere que on luy face. Gellius, Et pœna indeprecabilis ſubeunda eſſet.

INDICO indicas, indicare, Manifeſter, dire, & faire ſcauoir a aucũ quelque choſe, Luy enſeigner, & monſtrer. Plaut. in Aſin.14.2. Emori me malim, quàm ſi hæc nõ eius vxori indicẽ. Idem in Aulul.3.10, Nũquam indicare id filio voluit ſuo. Terẽt. in Adel.4.4.21, Hæc adeò mea culpa fateor fieri, non me hãc rem patri vt vt erat geſta indicaſſe. Idem in And. 1.1.105, Ibi tum exanimatus Pamphilus bene diſſimulatum amorem & celatum indicat. Ibidem, 5.3.7, Vide num eius color pudoris ſignum vſquam indicat?

Res ipſa indicat, La choſe le monſtre. Terent. in Adel.3.2.40, Iam primum illũ alieno animo à nobis eſſe res ipſa indicat. Le faict le mõſtre. Idem in Eunuch.4.4.38, Credis huic quod dicat? P v. quid iſti credã? res ipſa indicat. La choſe eſt euidente. Ibidem, 3.2.16, Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimilia. P. res indicabit. La veue decouurira le faict.

Indicare, Accuſer aucun, ou rencuſer. Donatus, Indicat is qui de ſe volens aliquid, & de aliis etiã prodit. Plaut. in Menæh.18.5, Vos omnes quæſo, ſi ſenex reuenerit, ne me indicetis, qua platea hinc aufugerim, Ne me encuſes point: ne dictes point par ou ie ſuis alle. Idem in Ciſtell.7.47, Me indicauit, & ſuas, ac meas miſerias alias faciã cõſcias. Idem in Aſin. 16.87, Male cubandũ eſt, indicatũ me vxor adducit domũ. Terent. in Eunuch.5.7.13, An pœnitebat flagitii te authore quod feciſſet adoleſcens, ni miſerum inſuper etiã patri indicares? Et paulò pòſt, Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas flagitiis, & eundem indicas.

Indicaſſe reum, inquit Vlpianus, eſt detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe, conuiciſſe.

Indicare, AEſtimare eſt, & pretiũ rei vænalis ſtatuere, Apprecier ſa marchandiſe, mettre pris a icelle. Dire combien on la veult vendre. Plautus in Perſa, 16.119, Indica, fac pretium. D. tua merx eſt, tua indicatio eſt. Dis cõbien tu veulx vendre cecy. Ibidem, 16.191, Tũ tu pauca in verba confer: quid datur? tanti indica. S faciam ita, vt te velle videã: vt emas: habe tibi centũ mnis. Idem in Aulul.13.3, Venio ad macellũ, rogito piſces, indicant caros, agninam caram &c. Apuleius lib.1, Et percontato pretio: quòd cẽtum nummis indicaret, aſpernatus, centum viginti denarios præſtinaui. Cic. in tertio de off. Quintus quidẽ Scæuola Publii filius, cũ poſtulaſſet, vt ſibi fundus, cuius emptor erat, ſemel indicaretur, ídque ita venditor feciſſet, dixit ſe pluris æſtimare: addidit centũ milia nummorũ.

Indicatus, indicata, indicatum, Enſeigné, encuſé.

Indicatus, Appretié, eſtimé, & mis a pris. Pli. lib.37, Traditur Hiſmeniã coraulẽ multis fulgẽtibúſque gẽmis vti ſolitũ, comitãte fabula vanitatẽ eius, indicato in Cypro ſex aureis denariis Smaragde, in quo fuerat ſculpta Amymone: iuſſiſſe enumerari: & cum duo relati eſſent, imminuto pretio, male me hercules curatum dixiſſe.

Index indicis, cõm.g. Is vel ea, qui vel quæ aliquid indicat & accuſat. Aſconius ſcribit indicẽ eſſe qui facinoris, cuius ipſe eſt cõſcius, latebras indicat, impunitate propoſita. Vng qui rencuſe quelque faict, dont il eſt coulpable. Plaut. in Merc.3.17, Per me percontatus ſum, ſinéque indice aliquo. Salluſt. Plerique Craſſo ex negotiis priuatis obnoxii, cõclamabant indicem falſum eſſe. Martialis, Indice nõ opus eſt, noſtris aut indice libris. Plin. epiſt.117, Alii ab indice nominati, ſe eſſe Chriſtianos dixerunt, & mox negauerunt.

Index, Vne table que on faict es liures pour trouuer ſoudain les mots: ou vng regiſtre, pour trouuer le nom des liures ou dhõmes. Cic. Attic. lib.4, epiſt.4, Et iã velim mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrãnio vtatur glutinatoribus: ad hoc cætera adminiſtres: iiſque imperes, vt ſumãt membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Græci(vt opinor) συλλάβους appellatis.

Indicium indicii, Detectio alicuius criminis, & accuſatio. Salluſt. Itaque conſulente Cicerone frequẽs ſenatus decreuit Tarquinii indiciũ falſum videri. Cic. in diuinatione, Quapropter ſi tibi indicium poſtulas dari, quod tecum vnà fecerit, concedo, ſi id lege permittitur. Terent. in Heaut.3.1.6, Cælem tam inſperatum gaudium, cum illi nihil periculi ex indicio fieret? Ibidem, 2.4.4, Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio tua.

Indicium profiteri, Vltro ſeſe conſortéſque criminis deferre. In pandectis, ad legẽ Corneliã de ſicariis, cap. 1, Quíve cum magiſtratus eſſet, publicóve iudicio præeſſet, operam dediſſet quo quis falſum indicium profiteretur, vt quis innocens conueniretur.

Indicium facere. Plaut. in Rud. 11. 15, Sapientior nata, quid velim, indiciũ facit. Terẽt. in Adelphis, 4.4.7, Neque ea immeritò Soſtrata credit mihi me pſaltriã hanc emiſſe: id anus mihi indiciũ fecit. Me la dict ou enſeigne. Idem in Hecy. 4.1.32, Nũc res indiciũ hæc facit, quo pacto factũ voluerit. Elle mõſtre clerement, elle baille a cognoiſtre & a entendre.

Indicio de ſe eſſe. Terent. in Prologo Adel. 4, Indicio de ſe ipſe erit, vos eritis iudices, laudíne an vitio duci factum oporteat. Donatus, Indicio erit, pro index erit.

Indicatio indicationis, AEſtimatio eſt, atque etiam probatio. Plaut. in Perſa. 16. 119, Indica, fac pretiũ. D. tua merx eſt, tua indicatio eſt. Puis que ceſt a toy la marchandiſe, tu doibs dire le mot, cõbien tu la veulx vendre. Plin. lib. 22, Mellis cauſſas atque differẽtias, nationéſque, & indicationem, in apium ac deinde florum natura diximus.

Indicatura, indicaturæ, Idem. Plin. in præfat. Hæc fiducia operis eſt, hæc indicatura. Id eſt, pretium & æſtimatio operis, & quo maximè probatur opus & cenſetur.

Indicatus indicatus, indicatui, m.g. Idem quod indicatura. Plin. lib. 18, Eadem ex cauſſa emi lienem vituli, quanti indicatus ſit, iubent.

INDICO, indicis, indixi, indictũ, indicere, Denoncer quelque choſe a aucun, cõme denoncer la guerre. Plin. de viris illuſt. 4. a, Tullus Hoſtilius, quia bonã operam aduerſum Sabinos nauauerat, rex creatus, bellũ Albanis indixit, quod trigeminorũ certamine finiuit. Cic. lib. 1. de off. Ac belli quidẽ æquitas feciali populi Rom. iure perſcripta eſt, ex quo intelligi poteſt, nullum bellum eſſe iuſtum, niſi quod aut rebus petitis geratur, aut denũtiatũ antè ſit, & indictũ. Quo pacto indiceretur bellum, Liuius li. 1. declarat, his verbis: Quãdóq; pars maior eorum qui aderãt, in eãdem ſentẽtiam ibat, bellum erat cõſenſu fieri ſolitum, vt fœcialis haſtam ferratam aut ſanguineam præuſtã ad fines eorũ ferret, & nõ minus tribus puberibus præſentibus diceret: Quod populi priſcorũ Latinorũ hominéſve priſci Latini populo Rom. Quiritium fecerunt, deliquerũt. Ob quod populus Ro. Quiritum bellum cum priſcis Latinis iuſſit eſſe, ſenatúſve populi Ro. Quiritiũ cenſuit, cõſenſit, cõſciuit, vt bellũ cum priſcis Latinis fieret. Ob eã rem ego populúſque Rom. populo priſcorum Latinorũ, hominibúſque priſcis Latinis bellum indico, facióque. Id vbi dixiſſet, haſtam in fines eorũ emittebat. Hoc tum modo ab Latinis repetitæ res, ac bellum indictum, morémque eum poſteri acceperũt.

Indicere bellum voluptatibus: Batailler contre les voluptes, renoncer a icelles, & leur mener guerre. Cic. de ſenect. 42, Quòd ſi quem etiam iſta delectant, ne omnino bellum indixiſſe videar voluptati, cuius eſt etiam fortaſſe quidam naturalis motus, non intelligo, ne in iſtis quidem voluptatibus ipſam carere ſenſu ſenectutem.

Indicere concilium, Commander de faire aſſemblee, & congregation. Liuius, lib. 1, Longe à domo patribus excitis, ipſum qui concilium indixerat, non adeſſe.

Indicere funus: Euocare homines per præconem ad funus. Semondre a lenterrement daucun. Suet. in Cæſare, Funere indicto rogus extructus eſt.

Indicere funus reip. Cic in oratione pro domo ſua, Video enim quoſdam clariſſimos viros, principes ciuitatis, aliquot locis indicaſſe, te cum plebe iure agere potuiſſe: quinetiam de me ipſo cum tua rogatione funere elatam remp. eſſe dicerem, tamen id funus etſi miſerũ atque acerbũ fuiſſet, iure indictum eſſe dicebant, quod de me ciue tuliſſes, funeſte funus te indixiſſe reip. Quòd ſaluis auſpiciis tuliſſes, iure egiſſe dicebãt. Quibus verbis figuratè ſignificatur, exiliũ Ciceronis funeſtum, & exitiale fuiſſe reip. iure tamen irrogatum, quia ſaluis auſpiciis omnia facta fuerant.

Indicere iuſtitium, Commander de faire vacations en iuſtice. De ne plaidier point iuſques a vng temps. Liuius lib. x, ab vrbe condita, His nũtiis ſenatus conterritus, iuſtitium indici, delectum omnis generis hominum haberi iuſſit.

Indicere legẽ innocẽtię. Cic. in Verrẽ, act. v, Legẽ ſibi indicũt innocẽtiæ, cõtinẽtiæ, virtutũ omnium, qui ab altero rationẽ vitæ repoſcũt. Ils ſe mettẽt loix, Ils ſe ſoubmettẽt a garder innocence, ou ils ſobligent.

Indicere pecuniã populo, Leuer argent du peuple, Cõmander au peuple de donner quelque ſomme dargẽt. Liui9 li. 4, Vnde enim eã pecuniã cõfici poſſe, niſi tributo populo indicto?

Indicere ſpectacula, Faire aſſauoir que aucuns ieulx ſe ioueront. Liuius lib. 2, Indici deinde finitimis ſpectaculum iubet.

Indicere aliquid verecũdiæ alterius. Plin. in Paneg. 97, Oneroſum neſcio quid verecũdiæ tuæ

consensus noster indixerat, vt princeps toties consul esses, quoties senator tu nimia modestia, istud etiam priuatus recusasses.

Indictus indicta indictum, Quod est solenniter promulgatum. Ordonné & publié.

Indictus, Nõ dictus, A dictus participio. Terẽt. in Phor. 5. 8. 58, Nolo, volo: volo, nolo: rursum, cedò, cape: quod dictũ, indictũ est: quod modo erat ratũ, irritum est. Liuius, lib. v, Itaque quæ tum cecinerit, diuino spiritu instructus, ea se nec vt indicta sint, reuocare posse.

Indicta caussa: Id est, nõ dicta, nõ audita, & indefensa: Sãs auoir ouyr la personne en ses defenses ou raisons. Cic. lib. 1. de legib⁹, Nũ idcirco iusta lex illa, quã inter rex noster tulit, vt dictator qui esset, quem vellet ciuiũ indicta caussa impune posset occidere? Id est, nõ auditum, & indefensum. Curtius lib. 7, de Callisthene loquẽs, Itaque nullius cædes maiorem apũd Græcos Alexãdro excitauit inuidiam, quàm quòd præditum optimis moribus, artibusque, nõ tãtũ occiderit, sed etiã torserit, indicta quidẽ caussa. Ci. in Verrẽ, act. 3, Nũ per deos immortales quid interest, vtrũ Prætor imperet, vicp cogat aliquẽ de suis bonis decedere? an huiusmodi iudicium det, quo iudicio indicta caussa fortunis omnibus euerti necesse sit?

Indictiuus indictiua indictiuum, Quod indictum est. Vt funus indictiuũ, ad quod per præconem euocabantur, inquit Festus.

INDIDEM, aduerbiũ de loco, compositum ab inde & idem, De ce lieu la mesme. Plaut. in Cistell. 2. 53, Indidẽ vnde oritur, facito vt facias stultitiã sepelibilem. Idem in Pseud. 11. 50, Quid si opus sit vt dulce promat indidẽ, ecquid habet? Cic. pro Sext. Roscio Amerino, Si per alios fecisse dicis, quæro seruósne, an liberos? quos homines? Indidémne Ameria? an hosce ex vrbe siccarios?

INDIFFERENS, indifferentis, o. g. Qui non differt.

Indifferẽs, Qui nõ discernit. Sue. in Iulio Cæs. ca. 53, Nã circa victũ Cai⁹ Oppius adeò indifferẽtẽ docet, vt quõdã ab hospite cõditũ oleũ, pro viridi appositũ, aspernãtib⁹ cæteris solũ etiã largi⁹ dicat appetisse. Quil ne faisoit point de differẽce, ne ne prenoit point garde lequel estoit lung, ou lautre. ou, il ne luy en chailloit, & ny prenoit point de garde.

Indifferenter, aduerbium. Sans difference, sans auoir esgard.

Indifferẽter ferre: pro sũsque déque. Suet. in Domitiano, 23, Occisum eũ, populus indifferẽter, miles grauissime tulit. Il nen challoit point au peuple, ce luy estoit tout vng.

INDIGEO indiges, indigui, indigere, Auoir necessite de quelque chose necessaire. Genitiuo aliquando, aliquando ablatiuo iungitur.

Genitiuo. Plaut. in Cistell. 2. 25, Cum inuidia summa opum suarum nos illæ volunt esse indigẽtes, nostra copia nihil potesse, suíque omnium rerũ nos indigere. Idem in Rud. 23. 6, Sermonis tui sum indigẽs. Ibidem, 16. 27, Mulieres duæ innocentes intus hic sunt, tui indigẽtes auxilii. Terẽt. in And. 5. 3. 19, Quid mi pater? quasi tu huius indigeas patris. Cic. de amicitia, 30. Quid enim erat Africanus indigens mei?

Indiget celeritatis. Cic. Philipp. v 1, Nam cum plærisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritatis.

Ablatiuo Plin. in Pancg. 26, Cum ope earum indigeret. Valerius Max. lib. 7, Malo virum pecunia, quàm pecuniam viro indigentem.

Indigetur, impersonale dixit Plin. lib. x, Nũquã cõspectis, nisi cũ præsidio earũ indigetur.

Indigentia indigentiæ, f. g. Indigẽce, necessite de quelque chose. Cic. de Amicitia, 83, Amare enim nihil aliud est, nisi, eũ ipsum diligere quẽ ames, nulla indigẽtia, nulla vtilitate quæsita.

Indigus indigua indiguum, Qui ha indigence & necessite de quelque chose.

Indigus ensis. Sil. lib. 2, Agmina vastabat claua, nihil indigus ensis.

Indigus opis. Virg. Haud opis indiga nostræ.

INDIGENA indigenæ, cõm. g. Qui nõ aliũde in aliquam patriam venit, sed ibi natus est. quasi inde genitus.

INDIGES, indigetis, Deus ex homine factus. Quo nomine dictus est AEneas, cũ pugnãs cum Mezentio, nusquam apparuisset, inquit Festus. Alii indigetes dicunt esse deos tutelares, quorum nomina vulgari non liçet.

INDIGITO indigitas, indigitare, Quasi indicitare, ab indico. Vel à digitis deducitur. Et significat voco, nomino, & quasi per nomẽ ostẽdo. Macrobius, Nãque virgines vestales, ita Apollinem indigitant, Apollo medice, Apollo pæan. Idem, Nã ita ab incolis indigitãtur.

Indigitamẽta indigitamẽtorum, Libri pontificales, qui & nomina deorũ, & rationes ipsorum nominum continent.

INDIGNOR indignaris, indignari, Se courroucer. Cic. de inuẽtione, lib. 1, Duodecimus locus eſt, per quem indignamur quod nobis hoc primis acciderit.

Indignatio indignationis, Courroux. Iuuenal. ſatyr. Si natura negat, facit indignatio verſum.

INDIGNVS indigna indignũ, Nõ dignꝰ. Cic. de amicitia, 59, Exiſtit autẽ hoc loco quędã quæſtio ſubdifficilis, Nunquãdo amici noui, nõ indigni amicitia, veteribꝰ ſint anteponẽdi.

Indigna homine dubitatio: Cic. de amicitia, 60. Ce neſt point a hõme den doubter. Il neſt point honneſte, ne ne appartient pas a vng hõme den doubter. Terẽt. in Adelphis, 3.3. 55, AEſchine, hæccine flagitią facere teſhæc te admittere indigna genere noſtro?

Indignum facinus. Terent. in And. 1.1.118. Venit Chremes poſtridie ad me, clamitans, indignũ facinus, comperiſſe Pamphilũ pro vxore habere hanc peregrinam. Idem in Eunucho, 1.1.25, O indignum facinus: nũc ego & illam ſcæleſtam eſſe, & me miſerum ſentio. O meſchant cas, lequel ne conuenoit point de faire.

Indignũ illi facis. Plau. in Moſtell. 10.15, Operępretiũ nũc eſt iuiſſe. morare hercle, atque illi indignum facis. Ceſt mal faict a toy de le retarger. Il na pas deſerui que tu le retarges.

Indignũ, Crudele, fœdum, impium, inquit Donatus. Terent in Eunucho, 5.5.4, Quæ futura eſſe exẽpla dicũt in eũ indigna! Virg. Atque illi Miſęnũ in littore ſicco, Vt venẽre, vident, indigna morte peremptum. Idem, Quæ cauſa indigna ſerenos Fœdauit vultus.

Indignas turres dixit Ennius, pro magnis.

Indigne, aduerbium. Plaut. in Ciſtell. 7.22, Non enim hic, vbi ex Tuſco modo tute tibi indigne dotem quæras corpore. Meſchammẽt & deſhonneſtemẽt. Idem in Rud. 16. 30, Tũ ſacerdos Veneria indigne afflictatur. Miſerablement, & autrement quelle ne la deſerui. Idem in Milite, 9.80, At non malitioſè tamen feci. PE. imò equidem indigne. nam homini ſeruo ſuos domitos habere oportet oculos. Certes il ne te appartenoit point dainſi faire. Terent. in Adel. 3.2.10, Cui miſeræ indignè per vim vitium obtulerat. Ibidem, 1.2. 11, Eripuit mulierem quam amabat: clamant omnes, indigniſſime factum eſſe.

Indignitas indignitatis, f.g. Plin. epiſt. 190.b, Sed non ita me iura priuata, vt publicum fas, & indignitas facti, & exempli ratio incitabat. La meſchantete du faict.

INDILIGENS indiligentis, o.g. Qui neſt point diligent, ou ſoigneux. Plaut. in Moſtell. 3.16, Atque vbi illò immigrat nequã homo, indiligens, cũ pigra familia. Idem in Bacchid. 4.23, Eho iam inueniſti Bacchidem? P. Samiam quidem. C. vide quæſo ne quis tractet illã indiligens. Terent. in Adelphis, 4.5.50, Sed vereor ne indiligens nimium ſies.

Indiligentia indiligentiæ, Negligence. Nonchaillance. Plaut. in Perſa, 16.91. Octaua, indiligẽtia: nona iniuria.

Indiligenter aduerbiũ, Mal ſoingneuſement. Plaut. in Aſin. 7.7, Væ illi, qui tam indiligenter obſeruauit ianuã. Terẽ. in Phor. 5.3.5, Quia pol mei patris bene parta indiligẽter tutatur.

INDIPISCO indipiſcis, vel indipiſcor indipiſceris, indipiſci, Deponens, Aſſequi, adipiſci, inquit Feſtus. Obtenir, prendre, ou auoir. Plaut. in Aſin. 7.13, Nam ſi huic occaſioni tẽpus ſe ſubterduxerit, nunquam pol indipiſcet quadrigis albis poſtea. Iamais ne la recouurera, ou ne la pourra recouurer apres. Idem in Sticho, 9.57, Senex quidẽ voluit, ſi poſſet indipiſci de cibo. Idẽ in Aulul. 26.45, Si ſcies qui abſtulerit, mihi indicabis? L. faciã. E. Neq; partẽ tibi ab eo, cui eſt, indipiſces, neque furem excipies? L. ita. Nẽ prẽdras tu point ta part?

Indipiſci dolorem. Plaut. in Trinummo, 5.2, Multas res ſimul in meo corde verſo, multum in cogitando dolorem indipiſcor, egomet me concoquo & macero & defatigo.

Indipiſci pugnam, Obtenir, & gaigner la victoire. Gellius lib. 1, Si enim Achæos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum, tibiarúmque concentu conſpiratam.

Indepto indeptas, indeptare, Frequẽtatiuum. Varro, Nec partẽ aliquã indeptauit hæreditatis.

INDISCRIMINATIM, aduerbiũ, Indifferẽter. Varro de lingua Latina, lib. XVIII, Quibus nos in hoc libro, perinde vt nihil interſit, vtemur indiſcriminatim.

INDISERTVS indiſerta indiſertum, non eloquens. Gellius, Non indiſerti viri.

INDIVIDVVS indiuidua indiuiduum, Quod non poteſt ſeparari.

INDO, indis, indidi, inditum, indere, Imponere, Mettre. Plaut. in Caſina, 5.33, Dii me & te infœlicitẽt, ſi ego in os meũ vini guttã indidi. Si iay mis vne ſeulle goutte de vin en ma bouche. Idem in Merc. 4.89, Cor ædepol miſerũ meum quod guttatim contabeſcit, quaſi in aquam tu indideris ſalem. Idem in Milite, 8.1, Inde ignem in aram.

Indere catenas captiuis, Enferre priſonniers. Plau. in Capt. 4.3, His indito catenas ſingulares. Idẽ in Menæh. 3.3. Qui catenis vinciunt, qui fugitiuis ſeruis indunt compedes.

Indere cicatrices in ſcapulas alicuius, Fouetter aucun. Plaut. in Aſin. 11.7, Qui ſæpe antè in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt.

Indere feneſtras domui. Plaut. in Rud. 3.7, Detexit ventus villam. Et paulò pòſt, De tecto deturbauit tegulas: illuſtriores fecit, feneſtráſque indidit.

Indere limina ferrea. Plaut. in Perſa, 16. 104, Proinde tu tibi iubeas concludi ædes foribus ferreis, ferreas ædes commutes, limina indas ferrea.

Indere nomen alicui, Nommer aucun, luy bailler nom. Plaut. in Rud. 22.26, Oppidum magnũ communibo, & ego vrbi Gripo indam nomen. Idem in Capt. 3.1, Iuuentus nomen indidit ſcorto mihi. Ibidem, 12.68, Sexcẽtoplago nomen indetur tibi. Idem in Merc. 9.19, Quod nomen tibi dicam eſſe? P. Paſicompſæ. L. ex forma nomen inditum eſt.

INDOCTVS indocta indoctum, Qui eſt ſans ſcauoir, Qui na rien apprins. Plaut. in Trinummo, 10.5, Neque meum eſt, neque facere didici. LE. indoctus quàm doctè facis.

Indocti mores. Plaut. in Bacchid. 22.3, Ego longe anteeo ſtultitia, & moribus indoctis.

INDOLEO indoles, indolui, indolere, Eſtre dolent, mal content, & marri. Cic. Philipp. 2, Quis qui non indoluerit, tam ſerò ſe, quem hominem ſecutus eſſet, cognoſcere?

Indolentia indolentiæ, Quod ſine dolore eſt. Cic. de off. lib. 2, Vt qui rem expetendam vel voluptate vel indolentia metiuntur. Idem lib. 3. Tuſcul. Minime aſſentior iis, qui iſtam neſcio quam indolentiam magnopere laudant. Idem de finibus, lib. 2, An non poteſt ille inquit quiſquam eſſe ſuauius, quàm nihil dolere? imò ſit ſanè nihil melius inquam, (nondum enim quæro) num propè idem voluptas eſt, quod, vt ita dicam, indolentia?

INDOLES indolis, ſ. g. ab inoleſco fit, per interpoſitionẽ d. In pueris quidẽ atque adoleſcẽtibus eſt ſignificatio quædam futuræ probitatis. La mine, ſigne, ou ſemblance deſtre dune bonne nature. Cic. Vt enim adoleſcẽtibus bona indole præditis ſapientes ſenes delectantur. Plautus in Rud. 11.10, Tum quæ indoles in ſuauio eſt?

Indoles, in viris, eſt ſignum præſentis virtutis. Cic. Homines in quibus eſt virtutis indoles, commouentur. Idem in Verrem, act. v, Fac enim fuiſſe in iſto C. Lælii, M. Catonis materiem atque indolem: quid ex eo boni ſperari atque effici poteſt, qui in patris luxurie ſic vixerit, vt nullum vnquam pudîcũ neque ſobrium conuiuiũ viderit? Prenes que ceſtuy ſoit tout tel que Lelius, & que ainſi ſemble &c.

Indoles induſtriæ eſt in eo. Plau. in Trinũmo, 6.41, Qui ipſus ſe contemnit, in eo eſt indoles induſtriæ.

Indolẽ ingenii noſtri noui. Plaut. in Milite, 12.47, Si non nos materiarius remoratur, quod quidem opus eſt, noui indolem ingenii noſtri, cito erit parata nauis.

Indoles, pro Præſtantia ſeu generoſitate quadã virtutis atque animi ponitur. Liuius, de Lauinia iam matre inquit, Tãta in ea virtutis indoles fuit. Lucanus, Indole ſi dignũ Latia, ſi ſanguine priſco, Robur ineſt animis.

Indoles, aliquando etiam in malum dicitur: vt apud Liuium de Annibale, Cum hac indole virtutum ac vitiorum ſub Aſdrubale meruit.

Indoles, ad muta atque inanimata trãſfertur. Liuius, Sicut in frugibus, pecudibúſque non tã tũ ſemina ad ſeruandã indolẽ valẽt, quantum terræ proprietas, cœlique ſub quo alũtur.

INDOMITVS indomita, indomitum, Qui domari nõ poteſt, Que on ne peult domter. Plaut. in Trinummo, 11.15, Vt ego nunc adoleſcenti theſaurum indicem indomito, pleno amoris ac laſciuiæ. Idem in Bacchid. 14.1, Petulans, proteruo, iracũdo animo, indomito, incogitato, ſine modo & modeſtia ſum.

Indomiti oculi. Plaut. in Bacchid. 20. 100, Ego animo cupido, atque oculis indomitis fui: perſuaſum eſt facere, cuius nunc me facti pudet.

Indomitus, Magnus. Virg. Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?

Indomabilis & hoc indomabile, Qui domari nõ poteſt. Plaut. in Caſina, 19.13, AEdepol, næ tu ſi eſſes equus, eſſes indomabilis.

INDONATVS indonata indonatum, Cui nihil donatum eſt. Apud Virgilium.

INDORMIO indormis, indormiui, indormitum, indormire: Sendormir de quelque choſe faire, de ſoing que on y ha.

Indormire deſidiæ. Plin. epiſt. 2.a, Erat enim propè tota in contentione dicendi, quod me longæ deſidiæ indormientem excitauit: ſi modo is ſum qui excitari poſſim.

Indormire cauſſæ. Cic. in Philipp. Edormi crapulam inquam, & exhala: an faces admouẽdæ ſunt, quæ te excitent tantæ cauſſæ indormientem?

INDOTATVS indotata indotatũ, Sans douaire. Plaut. in Perſa, 10.61, Ergo iſtuc facito, vt veniat in mentem tibi, me eſſe indotatam. Terent. in Adelphis, 3.2.47, Primũ indotata eſt: tum præterea quę ſecunda ei dos erat, periit. Idem in Phor. 5.8.45. Vos me indotatis modo patrocinari fortaſſe arbitramini.

INDVCIAE induciarum, Pax in paucos dies, Tréues. Cic. lib. offic. Vt ille qui cum centũ xxx dierũ eſſent cum hoſte pactæ induciæ, noctu populabatur agros, quòd dierum eſſent pactæ, non noctium induciæ. Plaut. in Capt. 6.92, Imò alium potius miſero hinc vbi erũt induciæ, illuc tum qui conueniat patrem.

Induciæ, Relache. Plaut. in Amphit. 4.235, Obſecro vt per pacem liceat te alloqui vt ne vapulem. M. imò induciæ parumper fiant, ſi quid vis loqui. S. nõ loquar niſi pace facta. Terẽt. in Eunucho, 1.1.15, In amore hæc omnia inſũt vitia, iniuriæ, ſuſpitiones, inimicitiæ, inducię, bellum, pax rurſum. Inimities: puis ceſſent pour vng temps, & ont relache.

Inire inducias, Faire treues. Plinius in Paneg. 21, Ac ne inducias quidem niſi æquis cõditionibus, inibant.

INDVCO inducis, induxi, inductum, inducere, Introducere, Mener dedens. Plaut. in Trucul. 10. 66, Quis homo eſt, qui inducit pompam tantam? Plin. de viris Illuſtr. 34, Aquam Anienem in vrbẽ induxit. Terent. in Andr. 2.3. 25, Vide quò inducas. Plaut. in Merc. 24.41, Conſuetudine animus rurſus te huc inducet. Te ramenera icy. Idem in Milite, 4. 78, Tace dum in regionem aſtutiarum mearum te induco: vt ſcias iuſta mecum mea conſilia.

Inducere aliquem loquẽtẽ: Introduire vng perſonnage qui parle en la place dung autre. Cic. de amicitia, 3, Quaſi enim ipſos induxi loquentes, ne inquam & inquit ſæpius interponeretur. Idem lib. 3, de off. Hinc ille Gyges inducitur à Platone.

Inducere, perſuadere, illicere, Mettre en telte, induyre & poulſer aucũ a faire quelque choſe. Plaut. in Milite, 5.98, Quantum vis prolationũ, dũmodo nunc prima via inducamus, vera vt eſſe credat, quæ mẽtibimur. Idem in Aſin. 9.88, Nunquam hodie induces vt tibi credam hoc argentũ ignoto. Cic. Philip. 2, Nihil queror de Dolabella, qui tum eſt impulſus, eluſus, inductus. Et paulò pòſt, Ille induxit vt peteret.

Inducere animum. Mettre en ſa teſte, ou en ſa fantaſie. Plaut. in Trinũmo, 10.76, Meáque auaritia autument id me commiſſurum vt patiar fieri, ne animum induxeris. Idem in Cap. 4.46, Nunquam iſtud dixis, neque animum induxis tuum. Idem in Milite, 18.54, Induxi animum ne oderim item, vt aliâs quando oraſti. Idem in Ciſtell. 8.3, Quanquam inuita te carebo, meum animum ego inducam tamen, vt illud, quod tuam in rem bene cõducat, conſulam. Idem in Epid. 11.23, Si ego te noui, animũ inducã vti noueris. Idem in Aſin. 15.5. Quanquam ego iſtam amo, poſſum equidem inducere animum ne ægre patiar, quod tecũ accubat. Terẽt. in And. 5.1.15, Per ego te deos oro, vt ne illis animũ inducas credere, quibus id maxime vtile eſt illum eſſe quàm deterrimũ. Idem in Hecyra, 1.2.24, Quod ego nunquam credidi fore, vt hac illa viua poſſet animum inducere. Idem in Adelphis, 1.1.43, Mea eſt ſic ratio, & ſic animum induco meum, malo coactus qui ſuũ officiũ facit, dum id reſcitũ iri credit, tantiſper cauet. Idem in And. 3.3.41, Si iſtuc animum induxti eſſe vtile: nolo tibi vllum commodum in me claudier. Si tu as ce en la fantaſie, &c. Idem in And. 5.3.12, Modóne id demũ ſenſiſti Pamphile, olim iſtuc, olim cũ ita animũ induxti tuũ, quod cuperes, aliquo pacto efficiũdum tibi. Idem in prologo Heaut, 41, Mea cauſſa cauſſam hanc iuſtam eſſe animum inducite. Idem in Eunucho, 3.2.37. Tace tu, quem ego eſſe puto infra omnes infimos homines. nam qui huic animũ aſſentari induxeris, è flãma te petere cibũ poſſe arbitror. Cic. in Catil. oratione prima, Vtinam tibi iſtam mentem dii immortales donarent, etſi video, ſi mea voce ire in exilium animum induxeris, quanta tempeſtas inuidiæ nobis, ſi minus, in præſens tẽpus recenti memoria ſcelerum tuorum ac in poſteritatem impendeat.

Inducere animum ad meretricem. Terẽt. in Hecyra, 4.4.67, Nunc animum rurſum ad meretricem induxti tuũ. Tu as mis ton amour, & tout ton cueur.

Inducere in animum. Terent. in Adelphis, 4.3.6. Nunquam te aliter, atque es, in animũ induxi meum. Idem in prolog. Heaut. 49, Et eũ eſſe quæſtũ, in animum induxi maximũ, quàm maxime ſeruire veſtris cõmodis. Plaut. in Rud. 2.22, Atque hoc in animum ſceleſti inducunt ſuum, Iouem placare ſe poſſe omnibus hoſtiis.

Inducere in rationem. Cic. in Verrẽ, act. 3, Tutores, pecuniã prætori ſi pupillæ nomine de-

diſſent, grandẽ præſertim, quemadmodum in rationem inducerent, quemadmodum ſine periculo ſuo dare poſſent, non videbant.

Inducere aliquem in ſpem: Mettre en eſpoir. Cic. de amicitia, 52, Sed potius debet eniti, & efficere, vt amici iacentem animũ excitet, inducátque in ſpem, cogitationémque meliorẽ.

Inducere in memoriã. Plaut. in Perſa, 16.173, Non vides nolle eam loqui, ne ſuarũ ſe miſeriarum in memoriã inducas? Que tu ne luy ramentoiues ſes miſeres.

Induci iniuriarũ Plaut. in Pœnulo, 19.57, Quia iniuriarum multo induci ſatius eſt. Il vault mieux oublier les iniures.

Inducere ſibi morã: Attendre a faire quelque choſe, & differer ou prolonger. Plaut. in Moſtel. 3.23, Sed magna pars morã hanc ſibi induxerũt, quod nũmo poteſt ſarciri, vſque mãtant, neque id faciunt donicũ parietes ruunt. Ils attendent tant, & different.

Inducere munus comitate orationis. Plin. epiſt. 8.e, Nã ſi medici ſalubres, ſed voluptate carentes, cibos blandioribus alloquiis proſequũtur: quanto magis decuit publicè conſulentẽ vtiliſſimũ munus, ſed perinde non populare comitate orationis inducere?

Inducere, Obliterare, abrogare: Rõpre & caſſer, annichieler, mettre a riẽ. vt cuũ ſenatuſconſulta inconſultius facta, cõtrariis ſenatuſcõſultis antiquabantur. Cic. Attico. lib. 1, Inducendi ſenatuſcõſulti maturitas nondũ eſt: quòd neque ſunt qui querãtur, & multi partim maleuolentia, partim opinione æquitatis delectantur. Ibidẽ, Aſiani, qui de cenſoribꝰ cõduxerunt, queſti ſunt in ſenatu, ſe cupiditate prolapſos, nimiũ magno cõduxiſſe: vt induceretur locatio, poſtulauerunt. Ibidẽ, lib. 13, Igitur conſyderemus: etſi nomina iam facta ſunt, vel induci, vel mutari poſſunt. Liuius lib. 29, Vectigalia ſũmis preciis vltro tributa Cenſores locauerunt: quas locationes cũ ſenatus precibus & lachrymis victus induci iuſſiſſet, Cenſores edicto ſummotis ab haſta qui ludificati priorem locationem fuerant, omnia eadem paulo imminutis pretiis locauerunt. Suet. in Cæſare, Ampliſſimis verbis collaudatũ integrum reſtituit inducto priori decreto. Et alibi, Multa inquit & deleta & inducta & ſuperſcripta inierant. Eſt igitur inducere proprie, ducto per ceras ſtylo tegere & interlinere, & memoriam ſcriptorum obliterare.

Inducetur vobis ager magno pretio. Cic. pro lege agraria, Syllanus ager à certis hominibus latiſſimè continuatus, tantam habet inuidiam, vt veri ac fortis Trib. pleb. ſtridorem vnũ perferre non poſſit. hic ager omnis, quoquo pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Ibidem, Vt iidem partim inuidioſos agros à Syllanis poſſeſſoribus, partim deſertos ac peſtilentes, à veſtris neceſſariis, à vobiſmetipſis emptos, quãti velletis Pop. Ro. induceretis.

Inducere nouercam. Plin. epiſt. 119.a, Nam fœmina ſplẽdide nata, nupta prætorio viro, exhæredata à prætorio viro, intra vndecim dies, quàm ille nouercã ei, amore captus induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Onze iours deuant que il euſt eſpouſe vne autre femme maratre dicelle fille.

Inductum, & quaſi deuiũ. Plin. epiſt. 101.p. lib. v, Similiter nos, vt parua magnis, quum totam villam oculis tuis ſubiicere conamur, ſi nihil inductum & quaſi deuium loquimur, nõ epiſtola quæ deſcribit, ſed villa quæ deſcribitur, magna eſt.

INDVLGEO indulges, indulſi, indultũ, indulgere, Obſequi, Cõſentire, inſeruire, & facile concedere. Octroier, cõſentir & permettre. Cic. de amicitia, 75, Sed obſequiũ multo moleſtius, quòd peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri ſinit. Plin. epiſt. 37.b, Equidem iuuenis ſtatim iuueni, quantum potui, per ætatem auidiſſimꝰ contuli, & nuper ab optimo principe, trium liberorum ei ius impetraui: quod quãquam parce & cũ delectu daret, mihi tamen tãquam eligeret indulſit. Idem epiſt. 291, Indulſit balineũ fieri. Terent. in Heaut. 4.8.21, Nimiũ illi Menedeme indulges. Tu luy bailles trop dabandon. Ibidem, 5.2.35, Dum iſtis fuiſti ſolus, dum nulla alia delectatio quæ propior eſſet te, indulgebant, tibi dabant. Ils te laſſoient faire ce que tu voulois.

Indulgere amicis nouis: Faire nouueaux amis. Cic. de amicitia, 49, Atque hoc idem videre licet, eos qui antea cõmodis fuerũt moribus, imperio, poteſtate, proſperis rebus immutari, ſpernique ab his veteres amicitias, & indulgere nouis.

Indulgere deſyderio alicuiꝰ. Plin. in epiſt. 240, Videris mihi deſyderio eorũ indulgere poſſe. Il me ſemble que tu le peulx bien faire, & leur octroier leur deſyr.

Indulgere dolori. Plin. epiſt. 104.b. lib. v. Sed quid ego indulgeo dolori? cui ſi frænos remittas, nulla materia non maxima eſt. Mais pour quoy me contriſte ie tant?

Indulgere gaudio. Plin. epiſt. 110. c, In infinitũ epiſtolã extendam, ſi gaudio meo indulgeã. Si ie vouloie croire ma ioye.

Indulgere gymnaſiis. Plin. epiſt. 257, Gymnaſiis indulgent Græculi, ideo forſitan Nicẽſes maiore animo conſtructionem eius aggreſſi ſunt. Ils edifient vng college.

Indulgere hoſpitio. Virg. Indulge hoſpitio, cauſſáſque innecte morandi. Præſente luy logis, Recois le.

Indulgere luxuriæ. Suet. de claris grammat. 23, Gloriabatur etiam latrones quondã ſibi propter nominis celebritatem parciſſe. Luxuriæ ita indulſit, vt ſæpius in die lauaretur. Il ſabandonnoit tant a ſuperfluite.

Indulgere precibus alterius: Faire ce quil demande. Plin. epiſt. 80. c, Proinde indulge precibus meis, obſequere conſilio. Idem epiſt. 201, Vel authoritati meæ pareas, vel precib⁹ indulgeas.

Indulgere ſuffragio. Plin. epiſt. 80. d, Si denique precibus meis tu potiſſimus adiutor acceſſeris, cuius ſenatus & ſuffragio libentiſſime indulgeat, & teſtimonia plurimum credat.

Indulgere veſtitu nimio. Terent. in Adelphis, 1. 1. 38, Cur tu his rebus ſumptus ſuggeris? veſtitu nimio indulges, nimium ineptus es.

Indulgere valetudini: Contregarder ſa ſante. Cic. Tironi, Indulge valetudini tuæ.

Indulgere cum accuſatiuo, antique. Terent. in Heaut. 2. 1. 16, Eiiciũda hercle hæc mollities animi, nimis me indulgeo. Ie obeis trop a mes voulẽtes. Lucilius lib. 3. Tu qui iram indulges nimis, manus abſtinere à muliere melius eſt.

Indulgentia indulgentiæ, Mollis permiſſio. Abandon. Quintil. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit.

Indulgentia, Permiſſion. Plin. epiſt. 240, Id itaque indulgentia tua reſtituere deſyderant. Par ton conge.

Indulgitas pro indulgentia. Siſenna, Baſſus aſſidua indulgitate victus. Antiquum.

INDVO induis, indui, indutum, induere, Veſtir. Cuius origo à græco ἐνδύω, quod ingredior ſignificat, trahitur. Vnde ἐνδύω quod eſt induo.

Induo veſtẽ. Terent. in Eunucho, 4. 4. 35, Is dedit hanc mihi veſtem. PH. ócciði. DO. meã ipſe induit. Ibidem, 5. 7. 15, Vbi veſtem vidit illam eſſe eum indutum pater? Curtius, Loricam tamen quam raro induebat, amicis orantibus ſumpſit.

Indui veſtẽ. Plaut. in Epid. Quid erat indutaſan rigillam induculamſan mendiculã impluuiatam? Virg. lib. 2. Deinde comantẽ Androgei galeam, clypeique inſigne decorum Induitur. Curtius, Iámque nox apparebat, cum thoracẽ indutus, procedit ad milites.

Induere ſibi veſtem. Plaut. in Caſina, 16. 50. Occiſiſſim⁹ ſum omnium qui viuunt, locícam induam mihi optimum eſſe opinor. Cic. lib. 2. de fin. Ex eius ſpoliis ſibi & torquẽ & cognomen induit. Plin. lib. 33, Peſſimũ vitæ ſcelus fecit, qui anulum primus induit digitis. Suet. in Auguſto, Si mane ſibi calceus perperam ac ſiniſter pro dextro indueretur. Plin. de viris illuſtr. 28, Torquem ei detractum ceruici ſuæ induit.

Induere ſe veſte. Terent. in Eunucho, 4. 4. 41, Chæreáne tuam veſtẽ detraxit tibi? DO. factũ. PH. & ea eſt indutus? DO. factũ. Curſius, Depoſita veſte quã habebat, arabica induitur.

Induere poſtes pice. Plaut. in Moſtel. 10. 42, Atque etiam nunc ſatis ſunt boni, ſi ſunt inducti pice. Si elles eſtoient renduytes, ou couuertes de poix.

Induere perſonam alterius: Parler en la perſonne dung autre. Quintil. lib. VI, Orbum agim⁹ & naufragum, & periclitantem: quorum induere perſonas quid attinet, niſi affectus aſſumimus?

Induere perſonam iudicis: Repreſenter vng iuge. Cic. de offic. lib. 3. Deponit enim perſonam amici, cum induit iudicis.

Induit, pro oſtendit. Suet. in Nerone, Nullam bis induit.

Indui ſegetibus. Plin. in Paneg. 48, Siquidem proprio ſemper amne perfuſa, nec alio genere aquarũ ſolita pingueſcere, quàm quas ipſe deuexerat, tantis ſegetibus induebatur, vt cũ feraciſſimis terris, quaſi nunquam ceſſura certaret.

Induere ſibi ingenium. Liuius lib. 3, Adeóque nouum ſibi ingenium indueret, vt plebicola repente, omniſque auræ popularis captator euaderet.

Induere ſe in. Virg. lib. 1. georg. Contemplator item, cũ ſe nux plurima ſyluis Induet in florẽ. Quant elle ſe conuertira en fleur. Cic. de diuinatione, loquens de anhelitibus terræ: Cum autem ſe in nubem induerint.

Induere in, Pro iniicere, immittere. Cic. in Hortenſio. Et vt docuit Antiochus, in idipſum ſe induit quod timebat. Gellius, AEſopus ille è Phrygia fabulator, haud immeritò ſapiens exiſtimatus eſt, cum quæ vtilia monitu, ſuaſúque erāt, nō ſæuerè, non imperioſe præcepit, & cenſuit, vt Philoſophis mos eſt, ſed feſtiuos delectabiléſque apologos cōmentus, res ſalubriter ac proſpicienter animaduerſas, in mentes animóſque hominum cum audiendi quadam illecebra induit.

Induunt ſe vuis vineæ, Id eſt, onerant. Columella, Nā ita ſe induunt vuis, vt nequeant capere maturitatem.

Induere ſe ſtimulis, Id eſt, ferire. Cæſar lib. 7, Quin ordines coniuncti inter ſe, atque implicati, quò qui intrauerant, ſe ipſi acutiſſimis vallis induebāt: hos cippos appellant. Ils les ietoient ſi drus lung contre lautre, quils en eſtoient tous couuers. Idem, Aut ſe ſtimulis inopinantes induebant, aut in ſcrobes delati tranſfodiebantur.

INDVRESCO indureſcis, indurui, indureſcere. Sendurcir. Plin. epiſt. 12. d, Peruenerat in proximū, quum mihi ab eadem Hiſpulla Iulius Atticus nūtiat, nihil iam ne me quidē impetraturum: tam obſtinate magis ac magis induruiſſe.

INDVSIVM induſii, n. g. quaſi intuſium, quod mox ſupra ſubuculā ſumebatur. Varro intuſium dicit cum ait, Vnum quod foris, à palàm palla: alterū quod intus, à quo intuſium.

Induſiarius, induſiarii, Qui induſia conficit. Plaut. in Aulul. 15. 37, Patagiarii, induſiarii, flammearii, violarii.

Induſiata induſiatæ, vel intuſiata, Idem quod induſium. Plaut. in Epid. 5. 47, Quid iſtæ quæ quotannis nomina inueniunt noua, tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, linteolum cæſicium, induſiatam, patagiatam, caltulam &c.

INDVSTRIA induſtriæ, f. g. Eſt ingenium ſiue ars qua aliquid ſtruere ſumus idonei. Sciētiam & prouidentiam interpretatur Donatus. Etiam pro ingenii ſiue artis exercitatione accipitur. Induſtrie, Habilete, inuētion ou ſcauoir quæ aucun ha en ſoy a faire quelque choſe. Plaut. in Moſtell. 6. 1, Iuppiter ſupremus ſummis opibus atq; induſtriis me periſſe & Philolachetē cupit herilem filium. Plin. epiſt. 51. a, Læſerat famam ſuā ſub Nerone: credebatur ſponte accuſaſſe: ſed in Vitellii amicitia ſapiēter ſe, & comiter geſſerat: ex proconſulatu Aſię gloriam reportauerat: maculā veteris induſtriæ laudabili otio abluerat. Terent. in prologo Adelph. 25, Facite æquanimitas poetæ ad ſcribendum augeat induſtriam. Cic. Vt induſtria noſtra tuę morem geramus voluntati. Plaut. in Menæh. 4. 13, Atque adeò ne me nequicquam ſerues, ob eam induſtriam, hodie ducam ſcortum ad cœnam, atque aliò cōducam foras. Pour tant que tu me guettes, & que tu prens garde la ou ie vois. Ibidem, 17. 32, At enim ille hanc amat meretricem ex proximo. SE. ſanè ſapit, ob iſtanc induſtriam etiam faxo amabit amplius.

De induſtria aliquid facere: Faire quelque choſe de propos delibere, de faict a penſee. Terēt. in And. 4. 5. 56. Paulum intereſſe cenſes, ex animo omnia vt fert natura facias, an de induſtria? ou tout de gre.

Induſtria, ablatiu⁹, idem quod de induſtria. Plaut. in Trucul. 13. 26, Aut aliquid ſemper quod pereat, debet amans ſcorto ſuo: atque hæc cælamus nos damna induſtria, quum iam rem fidémque, nóſque noſmet perdimus. Tout de gre.

Induſtrius induſtria induſtrium, Qui multæ induſtriæ eſt, & aliquid ſtruere ſemper nititur. Induſtrieux, ingenieux, qui eſt fort inuentif, touſiours faiſant quelque choſe de nouueau. Cic. ad Herenniū, Nimirum hæc cauſſa eſt huiuſmodi, quam nec induſtrius, nec miſericors, nec officioſus deſerere poteſt.

Induſtrium (inquit Feſtus) antiqui dicebant indoſtruum, quaſi quicquid ageret, intrò ſtrueret, & ſtuderet domi.

Induſtrior, Comparatiuus. Plaut. in Moſtell. 3. 49, Quo neque induſtrior de iuuētute erat arte gymnaſtica, diſco, haſtis, pila, curſu, armis, equo &c.

Induſtriè, aduerbium, Ingenieuſement. Columella, Higinus veterum authorum placita ſecretis diſperſa monumentis induſtriè collegit.

Induſtrius, cōparatiuus aduerbii induſtriè. Cic. pro domo ſua. Quod enim par amicitiæ fuit vnquā in hac ciuitate cōiunctius, quàm fuimus inter nos ego & Cn. Pompeius? quis apud Pop. Ro. de illius dignitate induſtrius: quis ſenatui ſæpius dixit?

INEDIA inediæ, Fain. Plin. epiſt. 51, Modo nuntiatus eſt Sylius Italicus in Neapolitano ſuo vitam finiiſſe.

INEFFIGIATVS ineffigiata ineffigiatum, Informe, quod non eſt factum ad aliquam effigiem. Qui na nulle forme ne facon. Gellius, Nanque vt illa beſtia fœtum ederet ineffigiatum, informémque, lambendóque id poſtea quod ita ædidiſſet, conformaret & fingeret.

INEO inis, iniui, initum, inire, Entrer. Plaut. in Caſina, 16.23, Si tu iubes, inibitur tecum. Si tu veulx, ie entreray auec toy. Idem, Videbo id priuſquã ineam domum. Plin. in Paneg. 23, Nõ tibi moris, tua inire tentoria, niſi commilitonum anté intraſſes.

Iniit te vnquã febris? La fieure ne te tint elle iamais? ne leus tu iamais? Plaut.

Inire bellũ, Commencer la bataille. Plaut in Trucul. 19.40, Quanquam hic ſqualidus eſt, quanquã hic horridus, citus bellũ init. Salluſt. Quapropter vos moneo, vt forti atque parato animo ſitis, & præliũ cum inibitis, memineritis vos diuitias, decus, gloriam, præterea libertatem & patriam in dextris veſtris portare.

Inire beneficiũ. Terẽt. in And. 5.1.5, Imò enim quãmaxime abs te poſtulo, atque oro Chreme, vt beneficiũ verbis initum dudum, nunc re comprobes.

Inire conſilium, Prendre conſeil, cõſulter enſemble. Plaut. in Pſeud. 7.130, Imò ſic Simo, ſi ſum⁹ conſpecti, ſeu conſiliũ vnquã inimus de iſtac re, aut ſic de ea re vnquã inter nos conuenimus. Cic. ad Brutũ, Conſilia inire cœpi Brutina plané. Liuius de bello Punico, Inde conſilia inire cũ genero cœpit. Idem ab vrbe cond. Qui regni recuperãdi conſilia iniſſent. Cæſar in Comment. Vnà cum Ambiorige conſilium inierat.

Inire conſulatum. Liuius ab vrbe cond. Conſulatum ineunt.

Inire cõuiuium. Cic in Verrem, Act. v1, Quo cum inirem conuiuium, nemo vnquam, niſi turpis, impurúſque voluiſſet.

Inire epulas. Cic. lib. 2. de legibus, Sequebãtur epulæ, quas inibãt propinqui coronati.

Inire gratiã alicuius, Se mettre en la grace & en lamitié daucun, ou amour. Terent. in Adelphis, 5.7.16, Ego lepidus ineo gratiam. Ie viens en grace, ie commence a luy plaire. Idem in Heaut. 2.3.62, Perge obſecro te, & caue ne falſam gratiam ſtudeas inire

Inire gratiam ab aliquo. Plaut. in Aſin. 3.45, Bene hercle facitis, & à me initis gratiam. Ie vo⁹ en ſcay bon gre, Vo⁹ eſtes en ma grace. Idem in Ciſtel. 2.6, Ego vos amo, & eò à mè maximam iniſtis gratiam. Idem in Sticho, 9.10, Nunc me gratiam abs te inire verbis nihil deſydero. Terent. in Eunucho, 3.5.9, Adibo: atque ab eo gratiam hãc, quam video velle, inibo. Donatus, Senſus & ordo hic eſt, Adibo: atque ab eo gratiam hanc inibo. Gratiam inire, eſt dare beneficiũ, ac per hoc, alicui⁹ inire gratiam, id eſt amicitiam. Sed hæc eſt locutio, gratiam ab eo inibo, pro, eius gratiam merebor. Ie luyveulx faire quelque ſeruice, dont ſoie en ſa grace. Plaut. in Curcul. 8.34, Sed hunc quẽ quęro, cõmonſtrare ſi potes, inibis à me ſolidam & grandem gratiam. Tu ſeras bien fort mon ami, Tu ſeras en ma grace. Cic. Seruio Sulpitio, Gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitrabatur. Idem de offi. Sin erũt merita, vt non ineunda, ſed referenda ſit gratia, maior quędam cura adhibẽda eſt. Idem in Verrem, Nemo erat voluntarius laudator prętur tuę: defenſor periculorum tuorum, præſertim cum inire à populo Ro. gratiam poſſet nemo. Ibidem, Vt idem Pompeius non ab homine ſolum, ſed etiam à prouincia tota ſe huius abſolutione inire gratiam arbitraretur. Cæſar in Comment. Qui ſe ſummam à Cæſare gratiam inituros putarent. Liuius de bel. Maced. Apud regem gratiam initam volebãt. Idem de bello Punico, Gratiã magnã apud Hannibalẽ inituros. Idem de bello Macedonico. Vt dũ liceret, gratiam inirent.

Inire aliquid cum ratione, Id eſt, æſtimare, intelligere, inquit Donatus. Terent. in Phor. 2.2.30, Hæc cum ratione ineas, quàm ſint ſuauia, & quàm cara ſint. Pénſé & regárde &c.

Inire honorẽ, pro ſuſcipere, imò gerere incipere. Suet. in Iulio Cæſare, Inito honore, primus omniũ inſtituit, vt tam ſenatus, quàm populi, diurna acta conficerentur & publicarẽtur.

Inire inducias: Faire tréues. Plin. in Paneg. 21, Ac ne inducias quidem, niſi æquis conditionibus inibant.

Inire numerum. Plin. epiſt. 193, Summã te voluptatem percepiſſe ex iſto copioſiſſimo genere venãdi non miror, quum hiſtoricorũ more ſcribas numerũ inire non potuiſſe. On nem pouoit ſcauoir le nombre. Liuius de bello Macedonico, Numerus interfectorũ haud facile iniri potuit.

Inire paſtum. Plaut. in Perſa, 9.17, Quid iam? sa. quia boues bini hic ſunt in crumena. T. emitte ſodes, ne enicet fames, inire paſtum. Laiſſe les aller paiſtre.

Inire pugnam & prælium. Plaut. in Amphit. Antequam cum Taphiis à te pugna ſit inita.

Liuius de bel. Punico. Tentata verius pugna, quàm inita eſt. Idem ab vrbe cond. Hoc vltimum vtrinque initum, finitúmque eſt prælium.

Inire rationem: Trouuer quelque moyen, Se aduiſer comment ce peult faire aucune choſe: & y penſer. Terent. in Heaut. 4. 2. 7, Quid agam? aut quid comminiſcar? ratio de integro ineunda eſt mihi. Cic. in Verrem, Mihimet ineunda ratio, & via reperienda eſt, qua ad Apronii, ſiue adeò qua ad iſtius ingentem immanémque prædã poſſim peruenire. Idem Seruio Sulp. adiuues, ineáſq; rationẽ, quẽadmodum illa mulier Romã perducatur. Cæſar. in cõmẽt. Vt quò primũ curreretur, aut cui rei ferretur auxiliũ, vix ratio iniri poſſet. Liuius, abvrb. cõd. Ab. eodem inita ratio eſt. Ibidem, Ne oppugnãdo certa ratio iniretur. Ibidem, Haud facile inibatur ratio iubendi. Ibidem, Inita ratione minuendi eius. Idem de bello Punico, Rationem iniit qua ſenatum ſeruaret.

Inire rationem, Pẽſer & ſcauoir par y penſer. Liuius ab vrbe cond. Vix ſe rationẽ inire poſſe, vtrum à ſe audacius, an fugacius ab hoſtibus geratur bellum.

Inire rationem, Faire compte. Cato de re ruſtica, Vbi ea cognouit, rationem inire oportet operarum, dierũ. Cic. Rufo, À me inita ratio eſt: quam quidẽ omnes non ſolum probãt, ſed etiam laudant. Idem contra Rullum, Inietur ratio quæſtus de veſtra pecunia.

Inire, Concumbere. Plin. Sed aſini qui equas ineant, optimi legendi ſunt. Idem, Arcerique vtrunque genus ab altero narrant, niſi infantia eius generis, quod ineant lacte hauſto.

Inire ſomnũ. Virg. Sæpe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.

Inire vrbẽ. Liuius ab vrbe cond. Vt ouans ſine militibus vrbem iniret. Ibidem, Triũphantes victore cum exercitu vrbem inierunt.

Iniens ineuntis, participiũ, abſolute poſitũ, maioribus rebus adhibetur. vt ineunte ætate, &c.

Ineunte adoleſcentia. Quant ce vient en adoleſcence. Cic. de Senect. 69, Sunt pueritiæ certa ſtudia. num igitur ea deſyderant adoleſcentes? ſunt ineuntis adoleſcentiæ: nũ ea iam conſtans requirit ætas, quæ dicitur media?

Ineunte ætate. Cic. de amicitia, 63, Nec ſi qui ineunte ætate venandi, aut pilæ ſtudioſi fuerint, eos habere neceſſarios oportet. Des le cõmencemẽt de leur aage, Des quils ſont nez.

Ineunte Ianuario, Au commencement de Ianuier. Cic. Attico, lib. 1, Quare Ianuario ineunte, vt conſtituiſti, cura vt Romæ ſis.

Ineunte vere, Au commencement, ou a lentree de liuer. Cic. de Senect. 48. Itaque ineunte vere, in his quæ relicta ſunt exiſtit tanquã ad articulos ſarmentorum ea quæ gẽma dicitur.

Ab ineunte ætate. Cic. pro L. Cornelio Balbo, Et ab ineũte ętate, relictis ſuis rebus omnib⁹ nullius periculi expertẽ fuiſſe. Idem pro Deiotaro, Quibus ille ſtudiis ab ineũte ætate ſe imbuerat. Idem in Antoniũ, Cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet.

Iniens ætas. Cic. in Vatiniũ teſtẽ, Atque illud tenebricoſiſſimum tempus ineũtis ętatis tuæ latẽre patiar.

Inito initas, innitare, Frequentatiuum ab ineo. Diomedes, Ineo inis, Inito dicimus. Pacuuius, Loca arida initas.

INEPTVS inepta ineptum, Non aptus, Qui neſt point propre a rien faire, Qui ne ſcet rien faire ne en faits ne en dicts. Cic. de orat. lib. 2. Quẽ enim nos ineptũ vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductũ, quod nõ ſit aptus, idque in ſermonis noſtri cõſuetudine perlatè patet. Nã qui aut tẽpus quid poſtulet nõ videt, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorũ quibuſcũ eſt, vel dignitatis, vel cõmodi rationem nõ habet, aut denique in aliquo genere aut incõcinius aut multus eſt, is ineptus dicitur. Donat⁹, Ineptũ, quod a quouis reprehendi poteſt. Terent. in Adel. 1. 1. 38. Veſtitu nimio indulges, nimiũ ineptus es. Idẽ in Eunucho, 2. 1. 21. Hoc nemo fuit minus ineptus magis ſeuerus quiſquã, nec magis cõtinẽs. Idem in Adel. 3. 3. 76, Inepta hæc eſſe, nos quæ facimus, ſentio: verum quid facias? Que ce ſont folies & ſottes choſes.

Inepta cauſſa. Terent. in And. 1. 5. 22, Cenſen' vllum me verbũ potuiſſe proloqui: aut vllam cauſſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquam? obmutui.

Ineptus labor. Plin. epi. 9. b, Proinde tu quoque ſtrepitũ iſtũ, inanémque diſcurſum, & multum ineptos labores vt primum fuerit occaſio, relinque: téque ſtudiis, vel otio trade. Labeurs qui ne prouffitent de rien.

Inepta lenitas. Terẽt. in Adelphis, 3. 3. 36, Inepta lenitas patris, & facilitas praua.

Ineptio ineptis, ineptiui, ineptire, Faire ou dire folies, choſes vaines, & de nulle valeur. Terẽt. in Phor. 2. 3. 73, Non agã? imò nõ deſinã, donec perfecero hoc. P. ineptis. D. ſine modo. Tu ne fais que bauer, Tout ce que tu dis ne vault pas vne neffle. Idem in Adel. 5. 8. 11. Hãc te

equũ eſt ducere: & te operã vt fiat dare. N. me ducere autẽ D. te. M. meſ D. te inquã. N. ineptis.

Ineptia Ineptiæ, quod in plurali ſæpius reperitur, Folie, reſuerie, Qui neſt point a propos. baueriee. Plaut. in Capt. 10.16, Quid cõminiſcar miſer ſ maximas nugas, ineptiáſq; haud dubiũ eſt me cœpiſſe. Terent. in Phor. 4.3.43. Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias: hæc denique eius fuit poſtrema oratio &c.

Ineptè, aduerbium. Plaut. in Moſtell. 7.64, Interdum ineptè ſtultus es. T E. taceo. Idem in Merc. 7.41, Quippe haud etiam quicquam ineptè feci amantes vt ſolent.

INERMO inermas, inermare, Armis ſpoliare, inquit feſtus.

Inermis, & hoc inerme, Qui armatus nõ eſt. Et inermis vel inermib⁹ in ablatiuo plurali facit. Salluſt. Iugurthę bello, Neque quenquam decere, qui manus armauerat, ab inermis pedibus auxilium petere. Siſenna hiſt. lib. 4. Plerique inermis in caſtra perfugiunt.

INERRANS inerrantis, o.g, Inerrãtes ſtellæ. Cic. de natura deorũ lib. 2, Nec verò eæ ſtellæ quæ inerrãtes vocãtur, nõ ſignificãt eãdẽ mentẽ atq; prudentiã, quarũ eſt quotidiana, cõueniẽs, cõſtánſq; cõuerſio. Sũt qui fixas ſtellas vocẽt, quas hic Cicero inerrãtes appellat.

INERS, inertis, o.g. Qui ſine arte eſt. Cic. lib. 3. de fin. Sed luſtrem⁹ animo has maximas artes: quib⁹ qui carebãt, inertes à maiorib⁹ nominabãtur. Terẽ. in And. 3. 5. 2, Atq; hoc cõfiteor iure obtigiſſe: quãdoquidẽ tã iners, tã nulli cõſilii ſum. Ie ſuis ſans eſperit, & ſans cõſeil. Ie ne ſuis de rien auiſé. Idem in Adelphis, 3.4.35, Hic Geta præterea, vt captus eſt ſeruulorum, nõ malus, neque iners, alit illas. Qui eſt aſſes auiſé: & ſauãt pour gaigner ſa vie.

Iners, Otioſus, Ignauus, qui nihil artis operatur. Vng baquenaudeur, Oyſeux, Qui ne faict rien, ou ne ſert de rien. Virg. lib. 4. georg. In medium ſeu ſtabit iners, ſeu profluet humor. Idem. Libertas, quæ ſera, tamen reſpexit inertem. Tetent. in Heaut, 5.4.10. At ego (ſi me metuis) mores caue in te eſſe iſtos ſentiam. C E. quos ſ c. ſi ſcire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, heluo &c. Plautus in Barchid. 11.13, Quos cum cenſeas tibi amicos, reperiuntur falſi falſimoniis, lingua factioſi, inertes opera, ſubleſta fide.

Inertia inertiæ, f.g, Artis ignoratio.

Inertia, Nonchallãce, Pareſſe, negligence. Columella in præf. lib. 2, Non igitur fatigatione, quẽadmodũ plurimi crediderũt, nec ſenio, ſed noſtra ſcilicet inertia min⁹ benigne nobis arua reſpõdẽt. Par noſtre negligẽce, ou par faulte de ſcauoir cõment il les fault acouſtrer. Cic. lib. 1. ad Quint. Fratrẽ, Duo illa relinquamus inertiæ noſtræ. Plin. epiſt. 167, Sed quum ſuſpecta virtus, inertia in pretio.

Inerticula vitis. Columella lib. 3 cap. 2, Inerticula tamẽ nigra, quã quidã Græci amethyſton, appellant, poteſt in ſecũda quaſi tribu eſſe, quod & boni vini eſt, & innoxia: vnde etiã nomen traxit, quòd iners habetur in tentandis neruis.

INERVDITVS inerudita ineruditum, Non eruditus. Suet. de claris grammat. 15. Præterea priſcorum Catonis verborum ineruditiſſimum furem.

INESCO ineſcas, ineſcare, decipere. Metaphora ab aucupibus, inquit Donatus, qui auibus capiendis effundunt cibũ. Terent. in Adelphis, 2.2.12, Nunquam rem facies: abi, neſcis ineſcare homines, Sannio. Tu ne ſces attirer les gens.

INEVITABILIS & hoc ineuitabile, Quod vitari nõ poteſt. Plin. in Paneg. 68, Magnum & ineuitabile, ac toties cuique experiendum malum.

INEXERCITATVS inexercitata inexercitatum, Qui neſt point exercité. Cic. de Senect. 59, Quibus qui ſplendidè vſi ſunt, hi mihi videtur fabulã ætatis peregiſſe, nec tãquam inexercitati hiſtriones, in extremo actu corruiſſe.

INEXPERTVS inexperta inexpertum: Id eſt intentatum, Que on na point eſprouué, ou experimẽté. Virg. Nequid inexpertũ fruſtra moritura relinquat. Plin. epiſt. 167. e. Genus quæſtionis quod affero ad te, aut non ſatis tritum, aut etiã inexpertum fuiſſe.

INEXPLORATO, aduerbium, Sine exploratione atque inquiſitione. Liuius, lib. 6. Inexplorato pabulatum cohortes miſẽre. Sans auoir faict le guet.

INEXPVTABILIS & hoc inexputabile, Quod numerari nõ poteſt. Columella lib. x. Nam inexputabilis erat numerus.

INEXTRICABILIS & hoc inextricabile, Inſolubilis, De quoy on ne ſe peult deſpeſtrer, & mettre hors. Virg. Hic labor ille domus, & inextricabilis error.

INFABRE aduerbium, Fœdè, inquit Nonius, vt affabre pulchre, Pacuuius, Barbaricam peſtem nauibus noſtris obtulit noua figura factam, commiſſam infabre.

INFACETVS infaceta, infacetũ, Nõ facetus, Qui eſt mal plaiſant. Plaut. in Trucul. 8.3. Quid tam infacetus Lemno adueniens? quidve non des amicæ Dinarche ſuauium?

INFAMIS & hoc infame, Qui na point bon renom. Terent. in Heaut. 5.4.14, Ea cauſſa magis patiar Clitipho flagitiis tuis me infamẽ fieri. Suet. de claris grãmat. 23, Quãquam infamis omnibus vitiis, palámque & Tiberio & mox Claudio prędicãtibus, nemini minꝰ inſtitutionem puerorum vel iuuenum committendam.

Infamis dictus eſt ab antiquis digitus medius propter ignauiã, quoniã indigere videatur aliorum defenſione. Perſius, Infami digito luſtralibus antè ſaliuis Expiat.

Infamia infamiæ, Mauuais renom. Choſe orde & vilaine dont on pert ſon renom. Terent. in And. 2.6.13, Tũ id clàm cauit ne vnquã infamiæ ea res ſibi eſſet, vt virũ fortẽ decet. Suet. de claris grãmat. 23, Sed maximè flagrabat libidinibꝰ in mulieres vſque ad infamiam oris. Terẽt. in Adel. 3.2.4, Tot res repẽte circũuallant, vnde emergi nõ poteſt, vis egeſtas, iniuſtitia ſolitudo, infamia.

Infamo infamas, infamare, Diffamer aucun, Semer mauuais bruyt daucun. Quintil. Deinde cum ſe iactaret eodem modo dicere, Senecam infamauit.

INFANDVS, infãda, infandũ, Magnũ, quod vix fari quis poſſit. Virg. Infãdũ regina iubes renouare dolorem. Terẽt. in Eunuch. 4.3.22, Perii, obſecro tam infandum facinꝰ mea tu! ne audiui quidem.

Infandũ pro interiectione aliquãdo poſitũ. Virg. lib. 1. georg. Infandum, ſiſtunt amnes, terræque dehiſcunt.

INFANS infantis. m. g. ſubſtantiuum, Puer qui nondum fari cœpit, Vng enfant.

Infans, De brutis & auibꝰ etiã dicitur. Plinꝰ, Quadrupedes infãtes ſuos cognoſcũt. Idem, Veſpertilio volucrũ ſola, lacte nutrit, hubera admouẽs, geminos volitat amplexa infãtes.

Infãs, o g. Capitur pro paruo. Plin. de boleto, Nec tunicæ minor gratia in cibo infãtis boleti. Id eſt parui & nondum adulti.

Infans. Nõ facundus: orationis facultate deſtitutꝰ. Cic. in Bruto, Ipſũ Scipionem accepimus nõ infantẽ fuiſſe. Idẽ pro Cluẽtio, Tũ verò ita ſum perturbatꝰ, vt omnia timerẽ: ſi nihil dixiſſem, ne infantiſſimus: ſi multa in eiuſmodi cauſſa dixiſſem, ne impudẽtiſſimus exiſtimarer. Idem ad Qu. fratrem, Gabinius abſolutꝰ eſt: nihil illo accuſatore Lentulo ſcriptoribúſque eius infantius.

Infantia, infantiæ, AEtas infantilis. Enfance.

Infantia dicitur cũ quis rẽ aliquã nouit, & eã dicẽdo non poteſt explicare. Cic. Attico, lib. 4, Quomodo ergo abſolutꝰ? omnino accuſatorũ incredibilis infãtia, id eſt, L. Lentuli, L. Ter. quẽ fremũt omnes pręuaricatũ. Idem, li. 3. de Oratore, de eloquẽtia loquẽs, Neq; verò hoc fugit ſapiẽtiſſimũ regẽ Philippũ, qui hũc Alexãdro filio doctorẽ accierit (de Ariſtotele loquẽs) à quo eodẽ ille & agẽdi præcepta acciperet, & loquẽdi. Nũc ſiue quis volet eũ philoſophum qui copiã nobis rerũ, orationiſq; tradat, per me appellet oratorẽ licet, ſiue hũc oratorẽ, quẽ ego dicã ſapiẽtiã iunctam habere eloquẽtiæ, philoſophũ appellare malit, nõ impediã: dũmodo hoc cõſtet, neq; infantia eiꝰ, qui rẽ norit, ſed eã explicare dicẽdo nõ queat, neq; inſcitiam eiꝰ cui res nõ ſuppetat, verba nõ deſint, eſſe laudandã. quorũ ſi alterũ ſit optãdũ, malim equidẽ indiſertã prudẽtiã, quàm ſtultitiã loquacẽ. Idem in Orat. perfecto, Res autẽ ſic ſe habet: cõpoſitè & ornatè ſine ſentẽtiis dicere, inſania eſt: ſentẽtioſè autẽ, ſine verborũ & ordine & modo, infantia. Idẽ in Topicis, Poſſitne eloquẽtia cõmutatione aliqua cõuerti in infantiã.

INFARCIO infarcis, infarſi, infartũ, Infarcire, Implere. Plin. lib. 35, cap. 14, Quid? nõ & in Africa, Hiſpaniáq; ex terra parietes, quos appellãt fornaceos (quoniã fornacũ modo circũdati, vtrinque duabus tabulis infarciũtur, verius quàm inſtituũtur) æuis durant incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omníque cæmento firmiores?

INFATVO infatuas, infatuare, Reddere ſtultum, Faire deuenir fol. Cic. pro L. Flacco, Habebat enim rhetor iſte adoleſcentes quoſdã locupletes, quos dimidio redderet ſtultiores, quàm acceperat: vbi nihil poſſent diſcere niſi ignorãtiam literarum. neminem quidem adeò infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet.

INFECTVS, vide paulopoſt, INFICIO.

INFENSVS infenſa infenſũ, Qui ira in aliũ elatꝰ eſt, & odiũ gerit. Terent. in And. 1.3.7, Me infenſus ſeruat, ne quam faciã in nuptiis fallaciã. Plaut. in Merc. 18.15, Verùm ſi nõ amant, oderunt, moleſti itidem atque difficiles, garruli, oſores, infenſi, iracũdi, ſibi ſuíſque inuidi. Suet. in Vitell. Nullis tamẽ infenſior quàm vernaculis.

INFERIAE inferiarum, Sacrificia quæ inferis ſoluuntur. Virg. Viuẽtes rapit inferias quos immolet vmbris. Suet. in Caligula, Inferiáſque his annua religione publicę inſtituit.

INFER pro infra, deſoub. Antique. Cato de re ruſtica, cap. 149, Vbi pyrus florere cœperit

prato irriguo: vbi ſuper, inférque vicinus permittet, tum decædito.

INFERO infers, intuli, illatum, inferre: Porter dedans. Plaut. in Curcul. 2.72, Me inferre Veneri, noui iam ientaculum.

Inferre pedem in ædes. Plaut. in Amphit. 8.99, Neque meum pedem huc intuli etiã in ædes, vt cum exercitu hinc profectus ſum ad Theleboas hoſtes.

Inferre ſe, Se ietter ou ruer dedans. Liuius lib. 2, Adeò concitato impetu ſe intulerant Hetruſci, vt funderẽt ipſo incurſu Aricinos. Idem lib. 1, Lucus erat, quem mediũ ex opaco ſpecu fons perenne rigabat aqua: quò quia ſe perſæpe Numa ſine arbitris, velut ad cõgreſſum deæ inferebat, Camœnis eum lucum ſacrauit.

Inferre ſe, Se braguer, ſorgueillir en ſon marcher. Plaut. in Milite, 14.53, Viden' tu ignauum vt ſeſe inferat? Vois tu cõment il ſe marche? Idem in Perſa, 13.30, Hui babæ, quàm baſilicè te intuliſti, & facetè. Idem in Pſeud. 22.22, Ad hunc modũ me intuli. Ie me ſuis ainſi deſmarche, ou, ie fis ainſi vng ſault.

Inferre arma: Bellum gerere. Cic. Octauio, Quibus cogitas arma inferre?

Inferre crimen alicui, Impoſer, ou mettre a ſur quelque crime a aucun. Cic. de Amicitia, 58, Addẽdum eodem eſt, vt ne criminib⁹ aut inferẽdis delectetur amicus, aut credat oblatis.

Inferre iniuriam alteri: Iniurier vng autre. Plaut in Milite, 9.77, Ratúſne iſtic me hominem eſſe omnium minimi pretii, ſi ego me ſciente, paterer vicino meo inferri apud me tam inſignita iniuriam?

Inferre in paupertatem, Mener a pourete. Plaut. in Trucul. 11.18, Velut meretrix meum herum miſerũ ſuã blanditiã intulit in pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, atque amicis.

Inferre manus alicui, Frapper aucun. Plin. epiſt. 190. a, Porrò inter multa ſcelera multorum nullum atrocius videbatur, quàm quòd in ſenatu ſenator ſenatori, prætorius cõſulari, reo iudex manus intuliſſet.

Inferre ſermonẽ: Entremeſler parolles. Cic. de off. lib. 1, Turpe eſt, & valde vitioſum, in re ſæuera conuiuio dignum aut delicatum aliquem inferre ſermonem.

Inferre ſigna. Cæſar lib. 1, Romani conuerſa ſigna bipertito intulerunt. Id eſt, contra tulerunt.

• Inferre ſtuprum virgini: Violer vne vierge. Plin. de viris illuſt. 8, Et cum in obſidione Ardeæ filius eius Lucretiæ ſtuprum intuliſſet, cum eo in exilium actus, ad Porſenam Hetruriæ regem confugit.

INFERIOR infimus. Vide INFRA.

INFERVS infera inferum, Ab infra dictum eſt. Qui eſt en bas. vt inferum limen: Le ſueil de lhuis dembas. Plaut. in Merc. 21.1, Limen ſuperum inferúmque ſalue, ſimul autem vale. Varro, Nubes aquali frigido, velo leues cæli cauernas aurea ſubduxerant, aquam vomentes inferam mortalibus.

Inferi inferorum, Quibus nihil eſt inferius, Qui ſont tout au plus bas. Cice. pro A. Cluentio, Nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit? niſi fortè ineptiis, ac fabulis ducimur, vt exiſtimemus illum apud inferos impiorũ ſupplicia perferre: ac plures illic offendiſſe inimicos, quàm hic reliquiſſe. Plau. in Aulul. 12.6, Si quid coxerint, ſuperi incœnati ſint, & cœnati inferi.

INFESTIVVS infeſtiua infeſtiuum, Qui neſcit, vel non eſt idoneus ad dicendas vrbanitates. Gellius, Homo ſubagreſti ingenio & infeſtiuo. Qui neſt point recreatif en parolles, mais tout ruſtique.

INFESTVS infeſta infeſtum, Qui alicui malum infert: & eſt plus quàm inimicus, iámque aduerſus eum fertur. Plaut. in Caſina, 15.41, Nunquid mihi quoque minatur? P. tibi ſoli infeſta eſt plus quàm cuiquã. S. quamobrem? P. quia ſi ſe des vxorem Olympioni, neque tuam, neque ſuam, ne viri vitam ſinet in craſtinum protolli. Ennemi mortel.

Infeſtus, Cui aliunde malum impendet. Cice. pro Plancio, Dolebam iudices, & acerbè ferebam, ſi huius ſalus ob eam ipſam cauſſam eſſet infeſtior, quòd is meã ſalutem atque vitam ſua beneuolentia præſidio cuſtodiáque texiſſet.

Infeſtum, à feſtinando dici putat Nigidius. Qui enim inſtat (inquit) alicui, eúmque properans vrget, & opprimere eum ſtudet atque feſtinat, vel contrà de alicuius periculo & exitio feſtinatur, is vterque infeſtus dicitur, ab inſtantia fraudis, quam vel facturus alicui, vel paſſurus eſt.

Infesta signa dicuntur quæ aduersum tendunt: hoc est, vexilla in hostem euntia, vt molestiam inferant.

Infestum mare habere, Significat latrocinãdo mare infestare. Cic. lib. 3, de rep. Nã cũ quæreretur ex eo quo scelere impulsus mare haberet infestũ vno myoparone, Eodem, inquit, quo tu orbem terræ.

Infesto infestas, infestare, Crebris cursibus molestiam inferre.

Infestuminare veteres dixerunt, mare latrocinando infestare. Perottus.

INFICIO inficis, infeci, infectũ, inficere, Intingere. Teindre. Plaut. in Trucul. 6.16. Quia tibi insuaso infecisti propudiosa pallulam.

Inficere, Vitiare, maculare. Liuius, Hoc luxu & peregrinis infecti moribus.

Inficere, Venenare: Enuelimer, infecter, & empuantir. Virg. lib. 2. georg. Quo nõ præsentius vllũ Pocula siquando sæuæ infecêre nouercæ. Plin. lib. 1, Nimio fumo inficiuntur apes.

Infectus infecta infectum, Teinct de quelque couleur.

Infectus, Enuelime. Suet. in Calig. Inuẽta & arca ingẽs variorũ venenorũ plena, quibus mox à Claudio demersis infecta maria traduntur, non sine piscium exitio.

Infectus, Pollutus, Corruptus. Cic. lib. v. Tuscul. Sed nos vmbris, deliciis, otio, langore, desidia animum infecimus.

Infectus infecta infectum, Nõ factus. Ex in, & factus cõpositũ. Plau. in Amphit. 10.3, Ea quæ sunt facta, infecta esse acclamitat. Ibidem, 7.74, Vtinã dii faxint infecta dicta rectè veniãt tua. Que tes parolles deuiennent a rien.

Infecta dona facere: Ne dõner point ce que on auoit promis. Plaut. in Mostell. 4.27, Infecta dona facio, periit quod iam promiseram tibi, dona perdidisti.

Infecta facere. Plaut. in Casina, 20.9, Hanc rem mihi ex parata imparatã id quærũt: volunt hæc vt infecta faciant. Ils tachent que rien ne vienne a effect, Ou de deffaire cecy.

Infectum non potest fieri quod factum est. Plaut. in Aulul. 26.9, Quid vis fieri? factum est, illud fieri infectum non potest. Ce qui est faict, est faict. Terẽt. in Phor. 5.9.45, Verùm quando iam accusando fieri infectum non potest, ignosce.

Infectũ reddere: Deffaire ce qui est faict, Faire que ce ne soit rien. Plin. in Paneg. 133, Intercedere iniquitatibus magistratuũ, infectúmque reddere quicquid fieri non oportuerit.

Infecta pace, Sans paix faicte. Terent. in Eunucho, 1.1.8, Infecta pace, vltrò ad eam venies, indicans te amare & ferre non posse.

Infectus infectus infectui, m.g. Teincture. Plin. lib. 8, De lanarum infectu suo loco dicemus.

Infector infectoris, m.g. Teincturier: qui alienũ colorem in lanam iniicit. Plaut. in Aulul. 15. 39, Cum incedunt infectores crocotularii.

INFICIOR inficiaris, inficiari, Negare. Nier ce que on a dict. Plaut. in Cistell. 9.9, Omnia inficiatur ea quæ dudũ cõfessa est. Idem in Amphit. 8.145. Age, aspice huc sis iã tu, qui quæ facta inficiare, quem ego iam hic cõuincã palám. Cic. pro A. Cluẽtio, Quis tũ posset argue re, ab Oppianico tentatum esse iudiciũ pecunia? quis id hoc tempore inficiari potest? Idem in Catil. orat. 3, Nam cum id posset inficiari, repente præter opinionem omniũ cõfessus est.

Inficias, tantũ accusatiui casus, & pluralis numeri, solũ cum E O, IS iungitur, sine præpositiõe. Ire inficias, Nier que on ait faict ou dict quelque chose. Plau. in Cistell. 9.2, Nullã ego me vi disse credo magis anũ excruciabilem, quàm illæc est, quæ dudũ fassa est mihi, quæve inficias eat. Idem in Curcul. 10.3, Nemo it inficias. Personne ne va alẽcontre, ne ne dict le cõtraire. Idem in Bacchid. 5.25, Primũ dum inficias ire cœpit filio: negare sese debere tibi triobolũ. Idem in Pseud. 19.24, Nam quanti refert ei nec rectè dicere, qui rectè nihil faciat, quique inficias nõ eat? Idem in Trucul. 17.16, Nihil moror præterea, satis est fassa. A. inficias non eo. Terent. in Adelphis, 3.2.49, Si inficias ibit, testis mecum est annulus quem amiserat.

Inficiator inficiatoris, Qui negat se vel debere quod actor petit, vel commisisse quod accusator obiicit. Cic. lib. 1. de Oratore, Nónne intelligebat, vt se inficiator probasset iudici antè petitam esse pecuniam, quàm esset deberi cœpta? Vnde status coniecturalis dicitur inficialis, in quo semper reus inficiatur.

INFIDVS infîda infîdũ, A qui il ne se faict pas bon fier. Liui⁹, Infîda regni societas. Cic. de Amicit. 49, Quod Tarquiniũ dixisse ferũt, tũ cũ exul esset, se intellexisse quos fîdos amicos habuisset, quosq; infidos: cũ iã neutris gratiã referre posset. Plau. in Mil. 14.24, Infido

celas: ego ſum firmè tibi fidelis. Idem in Aſin 11.22, Vbi ſciens fideli infidus fueris.

Infidelis & hoc infidele, Infidele, qui neſt point loyal, qui ne tiẽt point ce quil a promis. Plau. in Aſin. 11.15, Vbi fidentẽ fraudaueris, vbi hero infidelis fueris. Idem in Capt. 7.68, Iouem ſupremum teſtem do Hegio, me infidelem non futurum Philocrati.

INFIGO infigis, infixi, infixũ, infigere, Intus figere, Ficher dedans. Columella lib. 2, Nam pecudes molli ſolo infigũt vngulas. Plin. epiſt. 20.g, Relinquere verò aculeũ in audientiũ animis is demum poteſt, qui non pungit, ſed infigit. Ibidem, Præuaricatio etiam, curſim & breuiter quæ ſint inculcanda, infigenda, repetenda.

INFIMVS, Vide INFRA.

INFINITIVVS modus, ſine alterius verbi adminiculo poni ſolet: vbi ſubintelligitur, Verè non ita eſt? vt, Mene incepto deſiſtere victam?

Infinitiuus, pro indicatiuo. Terẽt. in Eunucho, Inuidere omnes mihi, & mordere clanculũ. Id eſt, inuidebant.

Infinitiuus, cũ verbo LICET, vel EST ponitur, cũ ſermo generalis eſt. Gellius, Multos videre eſt pecuniæ cupidos. Idem, Animaduertere eſt pleraq; verborũ Latinorũ ex ea ſignificatione, in qua nata ſunt, deceſſiſſe. On apperceoit. Cic. Videre etiã licet pleroſque nõ tam natura liberales, quàm quadã gloria inductos, vt benefici videantur, facere multa. On voit pluſieurs. Idem, Licet hoc videre in reliquis ſenſibus, vnguẽtis minus diu nos delectari.

Infinitiuus paſſiuus poſt verba nolo, volo, malo, ſæpius, atq; multo vſitatius in perſona quauis collocatur. Quintil. Nec mihi vnquã tanta fuit cura breuitatis: vt nõ ea quæ credibilem faciunt expoſitionem, inſeri velim. Idem, Ante omnia ne ſit vitioſus ſermo nutricibus, quas (ſi fieri poſſet) ſapientes Chryſippus optauit: certè quantũ res pateretur, optimas eligi voluit. Cic. Pluribus nominibus vnam rem declarari volo.

Infinitiui futurum paſſiuum. Plaut. in Milite, 15.35, Herclè credo te facilè impetratum iri. Ie croy que tu lobtiendras facillement.

Infinitus infinita infinitum, Sans fin. Cic. de Amicitia, 18, Quanta autem vis amicitiæ ſit, ex hoc intelligi maximè poteſt, quòd ex infinita ſocietate generis humani, quam cõciliauit ipſa natura, ita cõtracta res eſt, & aducta in anguſtum, vt omnis charitas aut inter duos, aut inter paucos iungeretur.

INFIRMVS infirma infirmum, Qui neſt point ferme.

Infirmus animus pueri: Le courage ou voulẽte qui neſt point ferme, ne de duree a vng enfãt, mais change dheure en heure. Terẽt. in Hecyra, 3.1.31, Pueri inter ſeſe quàm pro leuibus noxis iras gerunt! quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmũ gerunt. itidem illæ mulieres ſunt fermè, vt pueri, leui ſententia.

Infirmæ nuptiæ. Terent. in Phor. 5.1.6, Quod vt facerem, egeſtas me impulit: cum ſcirem infirmas nuptias haſce eſſe.

Infirmiſſimus. Cic. in L. Piſonẽ, Nunc etiã in hac quotidiana, aſſidua, vrbanáque vita ſplendorem tuum, gratiam, celebritatem domeſticã, operam forenſem, conſilium, auxilium, authoritatem, ſentẽtiam ſenatoriam nobis, aut verius dicam, cuiquam es infirmiſſimo ac deſperatiſſimo ante laturus?

Infirmitas infirmitatis, Debilite, Foibleſſe. Plau. in Moſtell. 3.28, Primũ dum, parentes, fabri liberũm ſunt, & fundamentum liberorũ ſubſtruunt: extollunt, parant ſedulò infirmitatem. Cic. Vt enim infirmitas puerorum, & ferocitas iuuenum.

Infirmitas oculorum. Plin. epiſt. 141. Pareo collega clariſſime, & infirmitati oculorum vt iubes conſulo.

Infirmitas nuptiarum. Terẽt. in Hecyra, 1.2.101, Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ? Pour quoy eſt ce que les nopces ne ſont point fermes, ne ne durent point?

INFIT, defectiuum verbum, pro incipit, inquit Feſtus. Plaut. in Aulul. 9.39, Infit ibi poſtulare plorans, eiulans, &c.

INFLAMMO inflammas, inflammare, Enflãber. Cic. Curioni, Non feci inflãmandi tui cauſſa, ſed teſtificandi amoris mei. Idem de Amicitia, 72, Honores verò, quorũ cupiditate quidã inflãmantur, quàm multi ita contemnũt, vt nihil maius eſſe, nihil leuius exiſtiment.

INFLECTO inflectis, inflexi, inflexum, inflectere, Plier.

Inflexibilis & hoc inflexibile, Que on ne peult plier, ou flechir.

Inflexibilis obſtinatio. Plin. epiſt. 317, Neque enim dubitabam, qualecũque eſſet quod fatererentur, peruicaciam certè, & inflexibilem obſtinationem debere puniri.

INFLO inflas, inflare, Turgefacere, quales ſunt vtres vẽto diſtẽti. Enfler, ou emplir de vẽt. Inflare, Pulſare, ſiue tibia canere. Virg. Tu calamos inflare leues, ego dicere verſus.

INFLVO influis, influxi, influxum, influere, Intus fluere, Couler dedans. Columella lib. 1, Sed ampla ſtabula ſic ordinentur, ne quis humor influere poſſit. Cæſar, à lacu Lemano, qui in flumen Rhodanum influit.

Influere in aures alterius. Cic. de Amicitia, 78, Quibus blanditiis C. Papyrius conſul nuper influebat in aures cõcionis, cum ferret legẽ de tribunis plæbis reficiendis? diſſuaſimus nos.

Influentibus negotiis. Plin. in Paneg. 134, Quod ſi quando cum influentibus negotiis paria feciſti, inſtar refectionis exiſtimas mutationem laboris. Auec labondãce de tes affaires qui te ſuruiennent.

INFORO inforas, inforare, à foro compoſitum, ſignificat dicere, ſeu in forum diuulgare, ſeu in forum vocare. Plaut. in Curcul. 8. 31, Adoleſcens ob rem publicam, hoc intus mihi, quod inſigne habeo, quæſo ne me incomities. LY. Licétne inforare, ſi incomitiare non licet? c. non inforabis me quidem: non mihi placet tuum profectò nec forum nec comitium.

Inforare: Percer. à foro foras. Plin. lib. 7, Timebant priſci truncũ findere, mox inforare auſi medio, ipſique medullæ calamum imprimebant, vnum inſerentes.

INFOECVNDVS infœcunda infœcundũ, Non ferax, Sterile. Plin. lib. x 1, Oua incubari intra decem dies edita vtiliſſimũ eſt: vetera autẽ & recentiora infœcũda. Virg. 2. georg. Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras, Infœcunda quidem.

Infœcunditas infœcunditatis, f. g. Sterilité. Columella, Sæpenumero ciuitatis noſtræ principes audio culpantes, modo agrorũ infœcunditatem, modo cæli per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem.

INFOELIX infœlicis, o. g. Malheureux. Terẽt. in Eunuch. 2. 2. 13, At ego infœlix, neque ridiculus eſſe, neque plagas pati poſſum. Ibidem, 5. 5. 1, Prò fidem deũm facinus fœdum: ô infœlicẽ adoleſcẽtulũ! Idem in Adelph. 4. 2. 1, Næ ego homo ſum infœlix: primũ, fratrẽ nuſquã inuenio gentiũ. Ibidem, 4. 5. 33, Qui infœlix haud ſcio an illam nunc miſerè amat.

Infœlix, Aduerſus. Virg. lib. 7, Quæ potui infœlix. Id eſt, aduerſa Troianis.

Infœlix, Non fœcundus. Virg. Infœlix lolium, ac ſteriles dominantur auenæ. Cic. pro C. Rabirio, Quæ tu homo leuis, ac popularis libentiſſimè commemoras: caput obnubito, arbori infœlici ſuſpendito.

Infœlicitas infœlicitatis, f. g. Malheur, Malencontre. Terent. in Adelph. 4. 2. 6, Quid hoc, malùm, infœlicitatis? nequeo ſatis decernere.

Infœliciter, Aduerbium. Terent. in Eunucho, 2. 3. 37, Dum ſequor hanc, fit mihi obuiam. P. incommodè herclé. GH. immò enimuero infœliciter.

Infœlicito infœlicitas, infœlicitare, Dõner malencõtre, ou malheur. Plaut. in Caſina, 5. 3 2, Dii me & te infœlicitent, ſi ego in os meum vini guttam indidi.

INFORMO informas, informare, Rem aliquam inchoare, nec omnino perficere, ſed principium operi quodam modo informe & impolitũ dare: vt ſi figulus vaſculũ fingere, aut faber ſtatuam dolare cœperit. Tailler ou pourtraire groſſemẽt quelque choſe leſbaucher, & cõme faire vng iet. Varro de ling. latin. Quæ viderentur analogia in oratione, & quas haberet ſpecies, & quæ de iis ſequẽda videretur, vt breuiter potui informaui. Cic. Attico, Quòd ſi iſta nobis cogitatio de triumpho iniecta non eſſet, quam tu quoque approbas, næ tu haud multũ requireres illum virum, qui in ſexto libro informatus eſt. Du quel eſt brieuemẽt dict. Eidem, Hæc eſt informata adhuc cogitatio. Eidem, Tanta erat in illis crudelitas, tanta cum barbaris gentibus coniunctio, vt non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſſet informata. Idem de Oratore, Referamus nos igitur ad eum quem volumus inchoandũ, & eadẽ eloquẽtia informãdũ. Ibidem, Ac primũ informãdus eſt ille nobis, quẽ ſolũ quidã vocãt Atticum. Ibidem, Valentiorũ hæc laterũ ſunt, nec ad hoc quem informamus, aut expectanda, aut poſtulãda. Ibidem, Verum ego nõ ſolum arbitrabar his præſertim audiẽtibus à me informari oportere, qualis eſſe poſſet is qui habitaret in ſubſelliis. Ibidẽ, Vnius verbi imagine totius ſententiæ informatio. Ibidem, Atque ego in ſummo Oratore fingẽdo talẽ informabo, qualis fortaſſe nemo fuit. Idem pro P. Quintio, Neque tamen iam verba multa faciã, propterea quòd & ab illo, qui antè dixit, iã informata cauſſa eſt. Idem pro P. Sylla, Vt dicitis, informat ad hoc adumbratũ iudiciũ filii. Idem de finib. Dicitis, informari nõ poſſe virtutem, ſi quicquam, niſi quod honeſtum ſit, numeretur. Ibidem, Et ſummatim quidem hæc erant de corpore, animóque dicẽda, quibus quaſi formatum eſt, quod hominis natura poſtulat. Idem de natura deorũ, Magnã turbã congreget ignotorũ deorũ: atque ita ignotorum,

vt eos ne coniectura quidem informare poſſimus: cum mens noſtra quiduis videatur cogitatione poſſe depingere. Ibidem, Quæ enim nobis natura informationē deorū ipſorū dedit, eadem inſculpſit in mētibus. Idem pro Aulo Lucinio, Nam vt primū ex pueris exceſſit Archias, atque ab iis articulis, quibus ætas puerilis ad humanitatē informari ſolet, ſe ad ſcribēdi ſtudiū cōtulit. Virg. His informatū manibus iam parte polita, Fulmen erat.

INFORTVNATVS infortunata infortunatum, Malheureux. Terent. in Eunucho, 2.3.7, O infortunatum ſenem!

Infortunium infortunii, n.g. Malencontre. Terēt. in Adelphis, 2.1.24, Si attigiſſes, ferres infortunium. Ie te euſſe baille malencontre.

INFRA, præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruiens. Deſſoub. Plaut. in Trucul. 7.20, Sed aſſentio apperiri fores: quæ abſorbent quicquid venit infra peſſulos.

Infra ad perſonā refertur. Terēt. in Eunuch. 3.2.36, Tace tu, quē ego eſſe puto infra omnes infimos homines. Lequel ie penſe eſtre le plus bas, le plus malheureux, le plus malautru des maulautrux.

Infra me eſt. Cela ne me appartient pas de faire, Ceſt vne choſe plus ville que a mon eſtat nappartient. Plin. in Paneg. 128, Ille verò ita conſul, vt ſi tantū conſul foret: nihil infra ſe putabat, niſi quod infra conſulem eſſet.

Infra, ad numerum referri, ſunt qui dicant, quòd apud Plinium, lib. x 1, legatur, Oua incubari infra decem dies edita vtiliſſimū: vetera autē aut recentiora, infœcūda. Fortaſſe locus mendo non vacat.

Infrà, aduerbiū, eſt quādo ſine caſu ponitur. Plaut. in Trucul. 3.12, Infrà ſin iecit rete, piſcis ne effugiat cauet. Sil a iette la rets en bas.

Inferior, & hoc inferius, Plus bas, ou plus deſſoub.

Inferior virtute caſus. Cic. de Amicitia, 6, Hanc eſſe in te ſapientiā exiſtimant, vt omnia tua in te poſita eſſe ducas, humanóſque caſus virtute inferiores. Que tu eſtimes les aduentures eſtre au deſſoubs de vertu, & de maindre eſtime.

Inferior belli laude. Cic. Timotheus Conoris filius, qui cum belli laude non inferior fuiſſet, quàm pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenii gloriam adiecit. Qui neſtoit point moindre en faict de guerre que ſon pere.

Infimus infima infimum, ſuperlatiuum, Tout le plus bas. Plaut. in Curcul. 9.14, In loco infimo boni homines atque dites ambulant.

Infimi homines: Gens de la plus baſſe, ou ville condition quil ſoit. Terent. in Eunucho, 3.2.36, Tace tu, quem ego eſſe puto infra omnes infimos homines.

INFRACTVS infracta infractum, Qui neſt point rompu.

Infracta res. Cic. lib. 1x, ad Atticum, Tum poterimus deliberare, non ſcilicet in integra re, ſed certè minus infracta: quàm ſi vnà proieceris te. Moins corrumpuee & gaſtee.

Infractus furor. Cic. pro domo ſua, Itaque infractus furor tuus, inanes faciebat impetus.

Infractus animus, Vng grand courage & hardi. Que on ne peult briſer ou vaincre.

Infractus, Valde fractus. Virg. Turnus vt infractos aduerſo Marte Latinos.

Infractio infractionis, f.g.

Infractio animi, Torpor. Vne laſchete de courage. Cic. Tuſcu. 3, Veriſimile eſt igitur, in quē cadit ægritudo, in eūdem cadere timorem, & infractionem quandā animi, & demiſſionē.

INFRENDEO infrendes, infrendui, infrendere, Valde frendere. Virg. lib. 3, Dentibus infrendens gemitu, graditúrque per æquor Iam medium.

INFREQVENS infrequentis, o.g. Parū frequentatū: vt infrequens forum, in quo pauci conueniunt.

Infrequens, Qui non frequētat. Vnde infrequens miles dicitur à Feſto, qui abeſt à ſignis. Qui ne hante point la guerre. Plaut. in Trucul. 5.18, Nunquam amatoris meretricem oportet cauſſam noſcere. Quin vbi nihil det, pro infrequente eum mittas militia domum. Plin. de viris illuſt. 43, Manlium Statiliū tranſfugere ad hoſtes volentem, equo & armis donatis retinuit, & Lucano cuidam fortiſſimo ob amorem mulieris infrequenti, eandem emptam dono dedit.

INFRINGO infringis, infregi, infractum, infringere, Rompre contre quelque choſe.

Infringere colaphum: Illidere, vel infligere. Donatus, Vt illudens hoc feciſſe AEſchinus videatur, cum ſonitu ſe colaphizatū ſignificat. Terēt. in Adelphis, 2.1.46, Homini miſero plus quingentos colaphos infregit mihi.

INFRVNITVS infrunita infrunitum, Inſipiẽs ac ſtolidus, qui nulli vſui eſt. À græco deducta dictio. nam Græci ἄφρονα dementem dicunt.

INFRVCTVOSVS infructuoſa infructuoſum: Qui ne porte point de fruict, qui eſt ſans fruict.

Infructuoſæ preces: Prieres faictes en vain. Plin. epiſt. 176. b, Quod vel maximè dolorẽ meũ vicerat, obuerſantur oculis caſſi labores, & infructuoſæ preces, & honor quem meruit.

INFVCO infucas, infucare, Colorare.

Infucare, Pallier quelque tromperie, que on ne lappercoiue. Plaut. in Milite, 9.46, Nunc pol ego metuo ne quid infucauerit: Si hic non videbit mulierem, aperitur dolus.

INFVLA infulæ, Faſcia in modum diadematũ, vt inquit Seruius, in decimũ AEneid. à qua dependent vittæ ab vtraque parte. Feſtus, Infulas, ſacerdotum flaminum vocabant antiqui. Alii ſcribunt infulas, filamenta alba eſſe, quibus templa ornabantur: & moris fuiſſe, vt nubentes, priuſquam mariti domum ingrederentur, infulis poſtes ornarent.

INFVMO infumas, infumare, Ad fumũ ſiccare. Plautus, Atque hilas infumatas, & ſumen.

INFVNDO infundis, infudi, infuſum, infundere, Intus fundere. Verſer dedans, & comme entonner. Columella. lib. 2, Merúmque faucibus, ſi æſtuauerint boues, infundet. Plaut. in Pœnulo, 6.34, In fundas infundebã grandiculos globos: ego illos volãtes iuſſi funditarier. Infundere, Supra fundere. Virg. lib. 1. georg. Certatim largos humeris infundere rores.

Infundibulum infundibuli, Inſtrumentum quo in vaſa infundimus liquores, Vng entonnoir. Cato, In cella olearia hæc opus ſunt, dolia olearia & opercula, ſeſtarium olearium vnum, labellum vnum, infundibula duo.

INFVSCO infuſcas, infuſcare, Noircir, barbouiller de noir, comme ſont les Mores.

Infuſcare vinum merum: Mettre de leaue au vin. Plaut. in Ciſtell. 2.15, Rarò nimium dabat quod biberem: atque id merum infuſcabat.

INGEMINO ingeminas, ingeminare, Doubler, comme coup ſur coup. Virg. lib. 1. georg. Tum liquidas cerui preſſo ter gutture voces Aut quater ingeminant.

Ingeminant, pro ingeminantur. Virg. Ingeminant auſtri, & denſiſſimus imber.

INGEMISCO ingemiſcis, ingemui, ingemitum, ingemiſcere, Gemir, ou plourer. Plin. in Paneg. 88, Quo cõſtãtius P. c. & dolores noſtros, & gaudia proferamus: ingemiſcamus illis quæ patiebamur.

INGENERO ingeneras, ingenerare, Enſemble, ou auec engendrer. Cic. lib. 1. de off. Eademque natura vi rationis hominem conciliat homini, & ad orationis & vitæ ſocietatẽ: ingenerátque in primis præcipuum quendam amorem in eos qui procreati ſunt. Idem libro 3. Acad. In tanta animaliũ varietate homini vt ſoli cupiditas ingeneraretur cognitionis & ſciẽtiæ. Plin. in Paneg. 32, Affectata aliis caſtitas, tibi ingenita.

INGENIVM ingenii, n.g. à Gignendo, Propriè natura dicitur cuique ingenita. Plaut. in Bacchid. 5.42, Immò ingenium auidi haud pernoram hoſpitis. Ie ne cõgnoiſſoie point ſa nature. Idem in Milite, 10.44, Nam qui ipſe amauit, amãtis ægrè ingeniũ inſpicit. Idem in Stich. 3.59, Vbi facillimè ſpectatur mulier quæ ingenio eſt bono? Idem in Aſin. 17.3, Nec quiſquam eſt tam ingenio duro, nec tam firmo pectore, quin vbi quicquam occaſionis ſit, ſibi faciat bene. Idem in Bacch. 21.11, Scio feciſſe: eo ingenio eſt. Il eſt de telle nature. Idem in Sticho, 10.46, Ita ingeniũ meũ eſt, quicum vis depugno facilius, quàm cum fame. Idem in Adelphis, 1.1.46, Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet: ſi ſperat fore clám, rurſum ad ingenium redit. Idem, Nam qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi. Idem in Heaut. 1.1.99, Ingenio te eſſe in liberos leni puto.

Ingeniũ habes patris quòd ſapis: Tu reſemble a ton pere, de ce que tu es ſage. Plaut. in Pœnulo, 18.26, Ingeniũ patris habet, quòd ſapit.

Ingenium pudicum. Terent. in Hecyra, 1.2.77.

Ingenium, vis quædã naturalis nobis inſita, ſuis viribus præualẽs ad inueniendũ quod ratione indicari poſſit. Cic. lib. 5. de finib. Vna ingenii appellatur docilitas & memoria: eáſque virtutes qui habent, ingenioſi vocantur.

Ingenium inhumanum, hebes, fractum, contuſum, tardum. Terent. in Eunucho, 5.2.41, Non adeò inhumano ingenio ſum Chærea, neque tam imperita, vt quid amor valeat, neſciam. Plin. epiſt. 167. d, Quibus ingenia noſtra in poſterũ quoque hebetata, fracta, contuſa ſunt. Cic. de lege Agraria cõtra Rul. Sed quem veſtrũ tam tardo ingenio putauit, cui poſt eos conſules Syllam Dictatorem fuiſſe in mentem venire non poſſet?

Ingenium meum rectum eſt ad te. Plaut. in Capt. 7. 8, Vtroque vorſum rectum eſt ingenium meum, ad te, atque ad illum: pro rota me vti licet: vel ego huc, vel illuc vortar quò imperabitis. Iay leſperit a faire ce que vous vouldres tous deux.

Ingenia ita mihi ſunt. Plaut. in Ciſtell. 5. 7, Ita mihi ingenia ſunt, quod lubet, non lubet iam id continuò. Iay leſperit ſi legier.

Ingeniũ ſubactum. Cic. de Orat. Subacto mihi ingenio opus eſt: vt agro non ſemel arato, ſed nouato & iterato. Subactio autem, inquit ipſe, eſt vſus, lectio: auditio, literæ.

INGENS ingentis, o. g. Dicitur (vt inquit Feſtus) augẽdi conſuetudine, vt inclamare, inuocare. Quia enim gens, populi eſt magnitudo, ingentem̃ per compoſitionem dicimus valde magnum.

Ingens animus, Vng grand courage. Plin. in Paneg. 103, Si vnius tertium cõſulatum eundem in annum, in quem tuum contuliſſes, ingentis animi ſpecimen haberetur.

Ingens confidentia. Terent. in And. 5. 3. 5, O ingentem confidentiam!

Ingens facinus. Terent. in Adelphis, 4. 7. 3, Fero alia flagitia ad te ingentia boni illius adoleſcentis.

Ingentes gratiæ. Terẽt. in Eunucho, 3. 1. 2, Magnas verò agere gratias Thais mihi ingẽtes.

Ingens ignis. Plaut. in Capt. 13. 74, Quid iubeam? E R. ignem ingentem fieri. A E. ignem ingentem! E R. ita dico: magnus vt ſit.

INGENVVS ingenua ingenuũ, Qui in libertate natus eſt. Frãc. Et ab ingenuorũ antiquitate, vt Boetius in Topicis inquit, gẽtilitas ducitur. Plaut. in Pœnulo, 14. 72, Quia Adelphaſium, quam herus deamat tuus, ingenua eſt. Et paulò pòſt, Qui eas vendebat, dixit ſe furtiuas vendere, ingenuas Carthagine aiebat eſſe. Terẽt. in Phor. 1. 3. 16, Vt ne addam, quòd ſine ſumptu, ingenuam, liberalem nactus eſt.

Ingenuus, relatiuum eſt libertini. Eſt enim libertinus, qui iuſta ſeruitute manumiſſus eſt. Plaut. in Milite, 10. 188, Ingenuam, an libertinam?

Ingenua facies. Plaut. in Pœnulo, 16. 17, Facies quidem pol ingenua eſt.

Ingenua facta, Nobles faicts. Plaut. in Milite, 13. 17, Vah, egóne vt ad te ab libertina eſſe auderem internuntius, qui ingenuis factis reſponſaret.

Ingenuatus ingenuata ingenatum, Ingenuè procreatus, Né en liberte. vel ingenuè vitam ducens, Noblement viuant. Plaut. in Milite, 10. 135, Itidem diuos diſpertiſſe vitam humanam æquum fuit: qui lepidè ingenuatus eſſet, vitam longinquam darent.

Ingenuè, aduerbium, Liberè, ac ſimpliciter. Vt ingenuè loqui, id eſt, vt liberũ hominem decet, nihil timidum, nihil habens ſeruile. Franchement.

INGERO ingeris, ingeſſi, ingeſtum, ingerere, Porter, ou ietter dedant. Plaut. in Pſeud. 4. 24, Tu qui vrnam habes, aquam ingere: face plenum ahænum ſit cito.

Ingerere dicta in dolium pertuſum: Perdre ſes parolles. Plaut. in Pſeud. 5. 134, In pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

Ingerere dicta in aliquem. Plaut. in Aſin. 16. 77, Nunc vxorem me eſſe meminiſti tuam? modo cum dicta in me ingerebas, odium, non vxor eram. Quant tu meſdiſois de moy.

Ingerere mala in aliquem. Plau. in Bacchid. 19. 34, Atque vt tibi mala multa ingerã. Idem in Pſeud. 5. 124, Licet vtar manu? c. ingere mala multa. Frapperay ie? Fais luy force mal. Idem in Menæh. 16. 17, Idem faciebat Hecoba, quod tu nũc facis: omnia mala ingerebat. Il faiſoit du pis quil pouoit. Terent. in And. 4. 1. 16, Ingeram mala multa. atque aliquis dicat, Nihil promoueris. multum: moleſtus certè ei fuero, atque animo morem geſſero.

Ingerere oſculum. Suet. de claris grãmat. 23, Qui cum in turba oſculũ ſibi ingerentẽ, quanquam refugiens deuitare non poſſet, Vis tu (inquit) magiſter quoties feſtinantem aliquem vides abligurire?

Ingerere pugnos in aliquem. Terent. in Phor. 5. 8. 95, Niſi ſequitur, pugnos in ventrem ingere, vel oculum exculpe.

INGITAS ingitatis, Quaſi indigitas, paupertas, inquit Perottus. Plaut. Profectò ad ingitatem lenonem rediget, ſi eas adduxerit.

INGLORIVS ingloria inglorium, Qui nulla laude aut gloria dignus eſt, & veluti ignobilis. Virg. lib. 4. georg. Ille horridus alter Deſidia, latámque trahens inglorius aluum.

Inglorius militiæ. Tacitus, Nec ipſe inglorius militiæ. Syllius, lib. x i i, Inglorius auſi. Id eſt, nequiens efficere quod tentabat.

INGLVVIES ingluuiei, f.g. Vētris capacitas. Gloutõnie, ou gourmãdiſe. Terent. in Eunucho, 5.4.15, Quæ cum amatore ſuo quum cœnãt, liguriunt: harum vidêre ingluuiem, fordes, inopiam.

Ingluuies, pro gurgulione. Apul. Reſtis ad ingluuiem adſtricta.

Ingluuies, pro ſinu gutturis accipitur, in quem aues, recentes cibos demittunt. Columella lib. IX, de gallinis loquẽs, Nam niſi vacua eſt ingluuies, cruditatem ſignificat: abſtinerique debent, dum concoquant. La poche dung oyſeau.

Ingluuioſus ingluuioſa ingluuioſum, ab ingluuie, inquit Feſtus, Gourment, ou goulu.

INGRANDESCO ingrandeſcis, ingrandui, ingrandeſcere, Grandem fieri. Columella, lib. X, At circa calendas Martias, locis apricis, licet porrum (ſi iam ingranduit) tranſferre.

INGRATVS ingrata ingratum: Qui neſt point aggreable. Donatus, Ingrata, quæ ab inimicis fiunt, ac recuſantibus.

Ingratus, Qui na point de ſouuenance du plaiſir que on luy a faict, Ingrat, Qui nen ſcet nul gre. Terẽt. in And. 1.5.4, Adeóne me ignauũ putas, adeóne porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferũ. Cic. de Amicitia, 40, Prætérque inuidiam in exilium miſſus eſſet, ingratæ patriæ inuidiam non tulit, quam ferre debuit.

Ingratus, Inuitus, & coactus, Maugre que on en ait. Terent. in Eunucho, 2.1.14, Opus faciam, vt defatiger vſque: ingratus vt dormiam.

Ingratis, aduerbium, Maugre que ien aye, contre mon vouloir. Non vltrò, inquit Donatus. Plaut. in Amphit. 4.12, Qui hoc noctis à portu ingratis excitauit. Idem in Caſina, 4.18, Quin mihi ancillam ingratis poſtulat, quæ mea eſt, quæ meo educata ſiet ſumptu. Ibidem, 15.57, Atque ingratis quem non volt, ei nubet hodie. Terent. in Heaut. 3.1.37, Ea coacta ingratis poſt illa cœpit victum vulgo quærere.

Ingratiis, ablatiuus aduerbialiter poſitus. Aliquãdo adiungitur TVIS, & dicitur ingratiis tuis, Contre ton gre, contre ta voulente. Plaut. in Amphit. 4.217, Non ædepol volo profectó. M. at pol profectò ingratiis. Maugre que tu en ayes. Idem in Curcul. 2.6, Tamen eſt eundum quò imperauit ingratiis. Idem in Milite, 8.38, Immò vi atque inuitam, atque ingratiis volutatim domũ te rapiam. Idem in Menæh. 23.5, Quin ego accurro, téque eripio oppugnando ingratiis. Idem in Caſina, 7.7, Si tu nolis, filiúſque etiam tuus, vobis inuitis, atque amborum ingratiis vna libella liber poſſum ego fieri. Idem in Merc. 8.11, Nimium multum ſcis. E. tuis ingatiis.

INGRAVESCO ingraueſcis, ingraueſcere, Valde grauem, & moleſtũ fieri, Deuenir peſant. Cic. de Senect. 32, Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingraueſcunt: animi autem ſe exercendo leuantur.

Ingraueſcens ingraueſcentis, o.g. Qui deuient peſant. Vt ingraueſcens ætas, id eſt ſenectus. Cic. de Amicitia, 33, Mutari etiam mores hominum ſæpe dicebat: aliâs aduerſis rebus, aliâs ætate ingraueſcente.

INGREDIOR ingrederis, ingredi, Entrer dedans. Vt ingredi forum, vel in forum.

Ingredi, Gradi, incedere, Cheminer, marcher. Virg. lib. 3. georg. Continuò pecoris generoſi pullus in aruis Altius ingreditur. Cic. Attico, Si dormis, expergiſcere: ſi ſtas, ingredere: ſi ingrederis, curre: ſi curris, aduola.

Ingredi iter pedibus, Marcher, cheminer. Cic. de Senect. 30, Arbitror te audire, Scipio, hoſpes tuus Maſſiniſſa quæ faciat hodie nonaginta annos natus, cum ingreſſus iter pedibus ſit, in equum omnino non aſcendere: cum equo, ex equo non deſcendere.

Ingredi in conſpectum populi: Se monſtrer. Plau. in Amphit. 8.101, Quid eſt? nihil te pudet ſceleſta, populi in conſpectum ingredi?

Ingredi in viam. Plaut. in Pſeud. 15.4, Ingredere in viam dolis, & ego hic in inſidiis ero.

Ingredi in ſycophantiam. Plaut. in Pœnulo, 9.41, Mortales malos, vt ingrediuntur doctè in ſycophantiam!

Ingreſſ⁹ ingreſſ⁹ ingreſſui, m.g. Marcheure, ou pas, & cheminemẽt. Cic. de off. li. 1, Cauẽdũ eſt autẽ ne aut tarditatib⁹ vtamur ingreſſu molliorib⁹, vt põparũ ferculis ſimiles eſſe videamur.

INGRVO ingruis, ingrui, ingruere, Simul, & gruum modo inuadere. Virg. Ingruit AEneas Italis, & prælia miſcet. Plau. in Amphit. 4.81, Crebri hoſtes cadunt, noſtri cõtrà ingruũt. Ils aſſaillent tout dung flot, ou tous enſemble, en ſurprenant leurs ennemis. Ils ſe ruẽt ſur leurs ennemis.

Ingruens ingruentis, participium, Aſſaillant, & ſurprenant aucun.

Ingruente hyeme, Quant lyuer vient, ou ſuruient. Columella, lib. 2, Etiam ingruente hyeme, frumenta iacimus.

INGVRGITO ingurgitas, ingurgitare, Emplire iuſques au goſier.

Ingurgitare merum in ſe. Plaut. in Curcul. 3.32, Hoc vide, vt ingurgitat impura in ſe merũ auariter plenis faucibus.

Ingurgitare ſe cibis. Cic. in Antonium, Idem cum ſe cibis ingurgitauiſſet.

Ingurgitare ſe in copias alicuius. Cic. Philipp. 2, At quàm inſolenter ſtatim helluo inuaſit in eius viri fortunas: cuius virtute terribilior erat Pop. Ro. exteris gẽtibus, iuſtitia charior. In eius igitur copias cum ſe ſubito ingurgitauiſſet, exultabat gaudio, perſona de mimo, modo egens, repente diues. Quant il eut tout pille les biens diceluy, & ſen fut rempli iuſques au creuer.

INHABILIS & hoc inhabile, Nõ aptus. Plin. epiſt. 154, Quàm triſte hoc ipſi, quàm acerbum mihi, ſi his, cui omnis ex ſtudiis gratia, inhabilis ſtudiis fuerit.

INHABITO inhabitas, inhabitare, Demourer, ou habiter en quelque lieu. Plin. epiſt. 147. b, Inde inhabitantibus triſtes, diræque noctes per metum vigilabantur.

INHAERE O inhæres, inhæſi, inhæſũ, inhærere, Adherer, eſtre ioinct, & ſe tenir a quelque choſe. Columella, lib. 3, Cacumina deinde oliuæ, ſicut matri inhærent, vtraque parte adradito, & ita fiſſuræ aptato, cuneumque eximito. Plin. epiſt. 111. a, lib. v, Vt illa patris ceruicibus inhærebat! vt nos amicos paternos & amanter & modeſtè complectebatur!

Inhærebat oculis memoria imaginis. Plin. epiſt. 147. b, Nam interdiu quoque, quãquam abſceſſerat imago, memoria imaginis oculis inhærebat, lõgioríſque cauſſa timoris timor erat.

Inhorreſco inhæreſcis, inhæreſcere, Se tenir contre quelque choſe, & ſe y ioindre. Columella, lib. 2, Perexigua conſpergitur aqua gleba, manúque ſubigitur, ac ſic glutinoſa eſt, quamuis leuiſſimo tactu inhæreſcit, & picis in morem ad digitos lenteſcit habendo. Cic. lib. 3, de natura deorum, Prouiſum eſt vt ſi qua minima beſtiola conaretur irrumpere, in ſordibus aurium tanquam in viſco inhæreſceret.

INHIBEO inhibes, inhibui, inhibitum, inhibere, Cohibere, inquit Feſtus. Faire ceſſer quelque choſe commencee, enpeſcer quelle ne ſe face, ou que on ne pourſuyue oultre en icelle. Virg. Parcite iam Rutuli, & tela inhibete Latini.

Inhibere imperium, Auoir charge, ſeigneurie, & domination. Plaut. in Stich. 14. 17, Vtrum fontali an libero imperiũ te inhibere mauis? Idem in Bacchid. 8.44, Verùm hoccine hic pacto poteſt inhibere imperium magiſter, ſi ipſus primus vapulet?

Inhibere ſupplicia alicui, Affliger ou tuer aucun. Cicero. Philipp. 13, Quid huic facias? qui hæc literis, memoriáque mandarit: ita ſibi conueniſſe cum Dolobella, vt ille Trebonium, & ſi poſſet etiam Brunduſium, Caſſium, diſcruciatos necaret, eadémque inhiberet ſupplicia nobis.

Inhibere retrò nauem: Eſt cum remiges non tantum procurſum nauis ſuſtinent & ſiſtunt, ſed etiam repente retrorſum agũt. Liuius, Vt quæque roſtrata nauis retrò inhibita, onerariam poſt ſe trahebat, ſcindi videres vincula. Hinc nautæ inhibere remis dicuntur, quũ nauem retrò vertere volentes, currentis impetum, remorum impreſſione retardant. Iuſtinus, Ita ceſſum inhibete remis, & à bello diſcedite. Cicero hac dictione vſus eſt, in primo lib. de Oratore, ſcribẽs. Vt enim incitato nauigio, cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipſa nauis motum & curſum ſuum intermiſſo impetu pulſúque remorum: ſic in oratione perpetua cum ſcripta deficiũt, parem tamen obtinet oratio reliqua curſum, ſcriptorum ſimilitudine, & vi concitata. Inhibere nauigium Cicero exiſtimabat eſſe ἐπώχαρ, hoc eſt ſuſtinere & ſiſtere. Alio tamen loco ſe reprehendit, ad Atticum ſcribens, decimotertio epiſt. libro, in prægrandi epiſtola, quæ eſt prima eius libri: Inhibere (inquit) illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet. Eſt enim verbum totum nauticum: quanquam id quidem ſciebã: ſed arbitrabar ſuſtineri remos, cum inhiberi eſſent remiges iuſſi. Id nõ eſſe eiuſmodi didici heri, cum ad villam noſtram nauis appelleretur. Non enim ſuſtinent, ſed alio modo remigant. id ab ἐπωχῆς remotiſſimum eſt. Quare facies vt ita ſit in libro quemadmodũ fuit. Dices hoc idem Varroni, ſi fortè mutauit. Et paulò poſt, Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quendem remigationis nauem conuertentis ad puppim.

INHIO inhias, inhiare, Valde os aperire. Fort baailler.

Inhiare per tranſlationem, Vehementer cupere ſignificat. Fort conuoiter. Plaut. in Aulul. 7. 17, Nunc petit quũ pollicetur, inhiat aurũ vt deuoret. Idem in Milite, 10.120, Bona mea

inhiant, certatim nutricant & munere. Idem in Sticho, 10.25, Nam illic homo tuã hæreditatem inhiat quaſi eſuriens lupus. Idem in Milit. 16.62, Hilarus exit, impetrauit: inhiat quod nuſquam eſt, miſer.

Inhiare aliquem, Deſyrer fort la venue daucun. Plaut. in Trucul. 7.12, Neſcio quem præſtolata eſt. credo militem illum ſtudent, iam quaſi volturii: triduo prius prædiuinant, quo die eſuri ſient: illum inhiant omnes, illi eſt animus omnibus.

INHONESTVS inhoneſta inhoneſtũ, Deſhõneſte. Terent. in Eunucho, 2.3.65, Illúmne obſecro inhoneſtum hominem, quem mercatus eſt here, ſenem, mulierem? Ibidem, 5.4.16, Harum videre ingluuiem, ſordes, inopiam, quàm inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atque auidæ cibi.

Inhoneſtè, aduerbium: Deſhonneſtement. Terent. in And. 4.6.2, In hac habitaſſe platea dictũ eſt Chryſidem: quæ ſe inhoneſtè optauit parare hic diuitias potius, quàm in patria honeſtè pauper viuere.

INHONORATVS inhonorata inhonoratum, Qui eſt ſans hõneur. Suet. in Claud. Cæſare, cap. 11, Ne Marcũ quidem Antonium inhonoratum, ac ſine grata mẽtione trãſmiſit.

Inhonor inhonoris, Idem. Plinius lib. v, Inhonores ciuitates dixit.

INHORREO inhorres, inhorrui, inhorrere, Valde horridum eſſe.

Inhorreſco inhorreſcis, inhorreſcere, Valde horridum fieri. Plin. lib. x, Inhorreſcũt edito ouo, excutiúntque ſeſe, & circumactæ purificant.

Inhorreſcere, Intus horreſcere. Virg. lib. 1. georg. Spicea iam campis cum meſſis inhorruit, & cum Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgẽt. Id eſt horrida facta eſt, & intus formata. Aſpre, & rude.

INHOSPES inhoſpitis, o.g. Qui ne loge point voulentiers.

Inhoſpita tecta: In quibus nõ ſit tutum habitare. Vel, in quibus nemo habitare poteſt. Ouid. lib. 1. Metamorph. Menala tranſieram, latebris horrenda ferarum, Et cum Cyllene gelidi pineta Lycei, Arcados hinc ſedes, & inhoſpita tecta Tyranni Ingredior.

Inhoſpitalis & hoc inhoſpitale, Qui neſt point hoſpitalier.

Inhoſpitale litus, Id eſt, Deſertum, incultũ, aſperum. Plin. in Paneg. 55, Ac ſi quem fluctus ac procelloſæ ſcopulis reſeruaſſent hic nuda ſaxa & inhoſpitale litus incoleret.

INHVMANVS inhumana inhumanum, Choſe qui nappartient a hõme, Ou qui faict choſe qui nappartient point a homme de faire. Inhumain. Terent. in Phor. 3.2.24, Hiccine? quod homo inhumaniſſimus Pamphilam meam vendidit? Idem in Eunucho, 5.2.41, Non adeò inhumano ingenio ſum Chærea, neque tam imperita, vt quid amor valeat, neſciam.

Inhumanus, Nõ humanus, ſed diuinus. Apul. lib. v, Lauacro pulcherrimo, & inhumanæ mẽſæ lautitiis eas opipare reficit.

Inhumanè, inhumanius, inhumaniſſimè, Aduerbium, Inhumainement. Terent. in Heaut. 5.5.2, Enimuero Chremes nimis grauiter cruciata adoleſcentulum, nimiſque inhumanè.

INHVMO inhumas, inhumare, Terræ iniicere, Enterrer. Plin. lib. 17, Nõ inhumare taleas, aut ſiccare prius, quàm ſerantur, vtilius compertum.

INIBI, Aduerbium in loco. En ce lieu la meſme. Plaut. Nos domum properamus: vos inibi adeſte. Apul. Multa inibi dicta ſunt, quæ cõmemorare nõ eſt opus. Cic. Philip. 14, Quod ſperare nos quidem debemus, P.C. aut inibi eſſe, aut iam eſſe confectum: & ſpei fructum rei conuenit, & euentui reſeruari.

Inibi, pro ſic & mox, inquit Nonius. Afranius, Poſtquam ſe vidit inibi eſſe gignatam, paruulam ſororibus commendat. Cæcilius Plotio, Libẽrne es? non ſum: verum inibi eſt. Pacuuius, Profectò aut inibi eſt, aut iam potiuntur frugum.

Inibi. Plaut. in Capt. 1.5, Pater captiuos cõmercatur alios, tantũ ſtudens vt natũ recuperet: & inibi emit olim amiſſum filium. Id eſt, inter illos.

INIICIO iniicis, inieci, iniectum, iniicere, Ietter dedans. Plaut. Antequam hæc in domum iniicias. Terent. in And. 1.1.113, Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater? quæ ſeſe voluit in ignem iniicere, prohibui, ſeruaui.

Iniicere catenas alicui, Enchainner aucun. Liuius lib. 1, Iniectæ Turno catenæ. Plaut. in Capt. 22.1, Iniicite huic actûtum manicas maſtigiæ.

Iniicere curam alicui, Mettre aucun en ſouci. Terent. in Adelphis, 4.5.77, Itaque adeò magnã mihi iniecit ſua cõmoditate curam, ne fortè imprudẽs faciam quod nolit, ſciẽs cauebo.

Iniicere fruſtrationem. Plaut. in Amphit. 9.15, Nunc Amphitruonem memet, vt occœpi ſemel, eſſe aſſimulabo. atque in horum familiam fruſtrationem hodie iniiciã maximam. Ie les tromperay tous.

Iniicere fugam inimicis. Plaut. in Pſeud. 8.19, Tum metum & fugam perduellibus meis iniiciam. Ie les feray fouyr.

Iniicere in fraudem. Plaut. in Trucul. 6.40, Herilis noſter filius apud veſtram perit: vt peraſtutè eum iniiciatis in malam fraudem & præmium.

Iniicere manus in aliquem: Mettre les mains ſur aucun, Le prẽdre. Plaut. in Trucul. 16.48, Iam herclè apud omnes magiſtratus faxo erit nomen tuum: poſt id ego in te manũ iniiciã quadrupus venefica. Cic. pro Roſcio Comœdo, Ipſa mihi veritas manum iniecit, & pauliſper conſiſtere & cõmorari coegit. Horatius, Incontinentes iniiciat manus. Liuius ab vrbe cond. Accurrit, & manum iniecit. Plaut. in Perſa, 3.16, Vbi quadruplator quẽpiã illexit manum, tantidem ille illi rurſus iniiciat manum, vt æqua parti prodeant ad tres viros. Valerius lib. v, L. verò Philippus conſul aduerſus eundem ordinem libertatem exercere nõ dubitauit. nam ſegnitiem pro roſtris exprobrãs, alio ſibi ſenatu opus eſſe dixit. tantúmque à pœnitẽtia dicti abfuit, vt etiam L. Craſſo ſummæ dignitatis & eloquẽtiæ viro id in curia grauiter ferenti manum iniici iubẽret.

Iniicere manum propriè eſt verbo antiquo iuris quoties nulla iudicis expectata authoritate rem nobis debitam, aut etiam noſtram vẽdicamus: quo modo vſus eſt Quintilianus in ſeptimo, his verbis, Aut alteri enim, aut inuicem de iure fit controuerſia, vt in re tali patri in filium, patrono in libertum manus iniectio ſit: liberti hæredem ſequantur. Liberti filium quidem fecit hæredem, inuicem petitur manus iniectio, & patronus negat ius patris illi fuiſſe, quia ipſe in manus patroni fuerit. In eadem ſignificatione vſus eſt Vlpianus in L. Sed ſi hac, De in ius vocãdo. Et Paulus in L. penultima, De ſeruis exportãdis. Iniicere manũ latinè dici debet, quod lingua vernacula ſæſire appellamus. Saiſir aucune choſe. Virg. Iniecêre manum parcæ.

Iniicitur etiam manus in aliquem, vel in eius bona, vel merces aliquas, quando ille inde abire, vel inde moueri, authoritate aliqua vetatur. quod nos arreſtare dicim⁹. Arreſter aucune choſe entre ſes mains, ou es mains dung autre.

Plinius ad Traianum, epiſtola 66, hoc verbo μεταφορικῶς vſus eſt, cum inquit, Itaque & quieti eius inieci manum, & exegi vt me in Bithynia conſilio inſtrueret. quod ille amiciſſimè & ſenectutis & otii ratione poſtpoſita & iam fecit, & facturus eſt. Quæ verba corruptiſſimè vulgo legũtur. Otioſum (inquit Plinius) Nymphidium nactus, continuò nauare mihi operam coegi, quaſique vſui meo vendicaui vt me conſiliis ſuis adiuuaret.

Iniicere metum in pectus alicuius. Plaut. in Caſina, 13.26, Iam pol ego huic aliquem in pectus iniiciam metum. Ie luy feray paour.

Iniicere ſcrupulum homini. Terent. in Phor. 5.8.61, Monſtri, ita me di ament, ſimile. P. inieci ſcrupulum. Ie les ay mis en fantaſie. Idem in Adelphis, 2.2.20, Timet: inieci ſcrupulum homini.

Iniicere ſtudium alicui. Suet. de claris Rhet. 1.c, Nero Cæſar & primo imperii anno, publicè quoque bis antea declamauit. Plerique autem oratorum etiam declamationes ediderunt. Quare magno ſtudio hominibus iniecto, magna etiam profeſſorum ac doctorum profluxit copia. Quant il eut enflambe les hõmes, & baille courage de eſtudier.

Iniicere, Ietter. Plaut. in Pſeud. 6.16, At volui iniicere tragulam in noſtrum ſenem. Idem in Moſtell. 8.45, Abi ſis belua, continuò aduenies pilum inieciſti mihi.

Iniicere ſpem alicui. Terent. in Phor. 4.4.10, Iniecta eſt ſpes patri poſſe illam extrudi. On a faict a croire a mon pere que. &c.

Iniectus iniecta iniectum, Ietté dedans.

Iniectus flumini pons. Plin. epiſt. 157, Dices immiſſa terris noua flumina, nouos pontes fluminibus iniectos.

INIMICVS inimica, inimicum, Ennemi. Plau. in Perſa, 10.23, Nam inimici, famam non ita vt nata eſt, ferunt.

Inimicus inimica inimicum, Dung ennemi. Plaut. in Capt. 11.27, Vidẽ' hunc quàm inimico vultu intuetur?

Inimicitior. Cic. de Amicitia, 53, Negabat vllam vocẽ inimicitiorem amicitiæ potuiſſe reperiri, quàm eius, qui dixiſſet ita amare oportere, vt aliquando eſſet oſurus.

Inimiciſſimus. Cic. de Amicitia, 10, Qui duab⁹ vrbibus euerſis, inimiciſſimis huic imperio, non modo præſentia, verũetiam futura bella deleuit.

Inimicitia inimicitiæ: quod raro reperitur: pluraliter inimicitiæ inimicitiarum. Inimities.

Ennius, Eo ego ingenio natus ſum, amicitiam atque inimicitiã in frontem promptam gero. Cic. lib. 3. Tuſcul. Inimicitia, ira vlciſcendi tempus obſeruãs. Terẽt. in And. 5. 2. 11, Eho, non tu dixtin' eſſe inter eos inimicitias carnufex? Cic. in Verrem, act. 7, Inimicitiæ ſunt, ſubeãtur: labores, ſuſcipiãtur. Etenim tacitæ magis, & occultæ inimicitiæ timẽdæ ſunt, quàm indictæ & apertæ.

Inimico inimicas, inimicare, Inimicum facere. Horat. Et miſeras inimicat vrbes.

Inimicè, aduerbium, Par inimitie.

Inimiciter, aduerbium, Idem. Accius, Placare hoſtem ferocem inimiciter accenſum.

ININDE, aduerbium de loco, Ex eo loco, De ce lieu la. Liuius, Ita exercitus ininde domos abducti.

INIQ_VVS iniqua iniquum, Ab in & æquus compoſitum, Id eſt, nõ planus, Qui neſt point plain, vni, mais eſt raboteux. Vnde loci iniquitatem dicimus.

Iniquus iniqui, Qui faict contre droict & raiſon, Peruers. Terent. in And. 1. 2. 16, Sed nunc ea me exquirere, iniqui patris eſt. Idem in Heaut. 1. 2. 19, Quàm iniqui ſunt patres in omnes adoleſcẽtes iudices. Ibidẽ, 1. 2. 27, Fortaſſe aliquãto iniquior præter eius lubidinẽ pateretur. Plaut. in Merc. 20. 2, Ecaſtor lege dura viuunt mulieres, multóque iniquiore miſeræ quàm viri.

Iniquus, Inimicus. Terent. in prologo Adelph. 2, Poſtquã poeta ſenſit ſcripturã ſuam ab iniquis obſeruari, & aduerſarios rapere in peiorem partem. &c.

Iniquo animo ferre: Eſtre mal content & marri. Terent. in Eunucho, 2. 1. 6, Ego quoque vnà pereo, quod nihil eſt charius: ne iſtuc tam iniquo patiare animo.

Iniquus, Magnus. Virg. Iniquo pondere raſtri.

Iniquus, Anguſtus. Virg. Verùm hæc ipſe quidem ſpatiis excluſus iniquis Prætereo.

Iniquare, à veteribus dictum. Laberius, AEquum animũ indignanti iniquat contumelia.

Iniquè, aduerbiũ, Meſchãment, iniquement. Plaut. in Caſin. 14. 27, Sorte qua ego hunc amorẽ aut eſſe mihi dicam datum? aut quod ego vnquam erga Venerem iniquè fecerim?

Iniquè, A tort & ſans cauſe. Plaut. in Epid. 11. 24, Iniquè iniurius es.

Iniquè comparata cõcertatio. Terent. in Adelphis, 2. 2. 3, Quid iſtud Sannio eſt, quod te audio neſcio quid concertaſſe cum heros? nunquam vidi iniquius certationem comparatam, quàm quæ hodie inter nos fuit. Plus mal ſortable.

INITIVM, initii, n. g. Cõmencemẽt. Terẽt. in Hecyra, 3. 2. 16, Vnde ortum eſt initiũ iræ. Idem in And. 4. 2. 26, Immò etiã narrationis incipit mihi initiũ. Idem in Hecyr. 5. 3. 23, Hic adeò his rebus anulus initiũ fuit inueniũdis. Ibidem, 3. 3. 1, Nequeo mearũ rerũ initiũ vllum inuenire idoneũ. Plau. in Milit. 18. 4, Tuũ eſt initiũ obſecro, tute ipſum cõueniſti. Plin. epiſt. 190. g, Venitur ad me. conſurgo. vtor initio, quod in libro eſt. reſpõdeo ſingulis.

Initia initiorum, Cereris ſacra dicuntur. Varro de re ruſtica, lib. 3. cap. 1, Cui conſentaneũ eſt quòd initia vocãtur potiſſimũ ea quæ Cereri fiũt ſacra. Idem lib. 2. cap. 4, Ab ſuillo enim pecoris genere immolãdi initium primum ſumptum videtur: cuius veſtigia, quòd initiis Cereris porci immolantur, & quòd initiis pacis, fœdus cum feritur, porcus occiditur.

Cicero dicit myſteria appellari initia, quibus ex agreſti vita, exculti ad humanitatem ſumus, tanquam ea ſint vitæ principia.

Initiorum dies dicuntur à Liuio, quibus ſolennia ſacrificia celebrabantur, quibus nefas erat ineſſe non initiatos.

Initio initias, initiare, Sacris imbuere.

Initiare, Inchoare & auſpicari. Firmicus, Ver initiatur, cum primã Arietis partem Sol fuerit ingreſſus.

Initiari dicuntur pueri, cum à lacte & à cunis tranſeunt, vt cibo firmiori alantur. Seurer enfans. Nam apud Varronem legitur initiari pueros eduliæ, & potinæ, & cubæ, deabus edẽdi & potandi & cubandi.

Initiare munditiis, Commencer a eſtre net & prope. Plaut. in Caſina, 5. 11, Poſtquam amo Caſinam, magis initio munditiis, munditianti deo: myropolas ſollicito omnes, vbicunque vnguentum eſt lepidum.

Initiatus literis: Qui a commence a eſtudier, & ſi eſt adonne & deſdié. Plin. epiſt. 110. c, Rationes legebã inuitus, & curſim (aliis enim chartis, aliis ſum literis initiatus) cœperã etiam itineri me præparare.

Initiarius initiaria initiarium, Quod ad initium pertinet. Quintil. lib. 1, Neque enim eſt ſan-

ctius ſacris iiſdem ſtudiis initiariis.

INIVGES, boues dicuntur à Feſto, qui ſub iugo non fuerunt.

INIVNGO iniungis, iniunxi iiunctũ, iniungere, Ioindre auec. Columella lib. 7, Iugúmq; quarto die accipiũt, cui ramus illigatus, temonis vice traiicitur. interdum & pondus aliquod iniungitur, vt maiore niſu, laboris exploretur patientia. Idem lib. v, Itaque pingui terra ſingulis brachiis licebit bina iniungere flagella.

Iniunxit amicitiam cum eo. Plin. de viris illuſt. 50, Iterum cum Claudio Nerone inimico ſuo conſul, ne reſp. diſcordiã malè adminiſtraretur, amicitiam cum eo iniunxit, & de Haſdrubale triumphauit.

Iniungere detrimentum reip. Cic. Bruto, lib. x 1, epiſt. Tamen ſi quo etiam caſu Hiſaram ſe traiecerint, ne quid detrimenti reip. iniungant, ſumma à nobis dabitur opera. Quils ne facent ou portent dõmage a la choſe publique.

Iniungere, Mãdare, Commãder, Enioindre. Plaut. in Bacchid. 20. 38, Cum cenſuit Mneſilochum cum vxore eſſe dudum militis, ibi me iniunxit ſolui. Suet. in Tib. Cæſ. cap. 18, Et ſi quid ſubiti muneris iniungendum eſſet, per libellos daret, addita monitione. Idem in Caligula, 18, Sed interdum aut magiſtratibus aut amicis præſidendi munus iniunxit.

Iniungere laborem. Plin. epiſt. 143, Sed vt perſeueres eſſe tam fortis, rogo ne tibi contra rationem ætatis tantum laboris iniungas.

Iniungere neceſſitatem. Plin. epiſt. 290, Durũ eſt iniungere neceſſitatem prouincialibus põtificum adeundorum. Contraindre.

Iniungere tormentum. Plin. in Paneg. 141, Operæpretium eſt referre, quod tormentum tibi iniunxeris, ne quid amico negares.

INIVRATVS iniurata iniuratum, Qui na point iure. Plaut. in Amphit. 4. 283, At ego per Mercurium iuro, tibi Iouem non credere. nam iniurato ſcio plus crederet mihi, quàm iurato tibi. Il me croiroit plus toſt ſans iurer.

INIVRVS, ſine iure, dixit Plautus in Perſa, 12. 4, Impurè, inhoneſtè, iniure, illex, labes populi.

INIVRIA iniuriæ, Iniure, Tout ce qui eſt faict cõtre droict. Dicta, quòd nõ iure fiat. Omne enim quod non iure fit, iniuria dicitur, ſiue verbis, ſiue re. Pacuuius, Patior facile iniuriã, ſi eſt vacua à contumelia. Plaut. in Aulul. 26. 65, Ego me iniuriam filiæ feciſſe fateor tuæ Cereris vigilis per vinũ, atque impulſu adoleſcentiæ. Terẽt. in Heaut. 5. 2. 39, Nunc aliud ſpecta, matres omnes filiis in peccato, adiutrices auxilio in paterna iniuria ſolẽt eſſe. Ibidẽ, 1. 1. 85, Nam vſque dum ille vitam illam incolit, inopem, carens patria, ob meas iniurias.

Iniuriã prohibere foribus: Garder que on ne face quelque dõmage aux portes. Plaut. in Moſtell. 8. 169, Heus, ecquis hic eſt, maximam qui his iniuriam foribus defendat?

Iniuriæ obuiam ire. Salluſt. in Iugurtha, Nunc neque viuere libet, neque mori licet, ſine dedecore, P. C. oro vos per liberos, atque parentes veſtros, per maieſtatem populi Ro. ſubuenite mihi miſero, ite obuiam iniuriæ. Gardés que dommage ne me ſoit faict.

Iniuriæ concedere. Salluſt. in Iugurtha, Vtinam emori, fortunis meis honeſtus exitus eſſet, ne viuere contemptus vidêrer, ſi defeſſus malis, iniuriæ conceſſiſſem.

Iniuriam ſoluere. Salluſt. in oratione Lepidi ad populum, Eſtne iuris reliqui aliud quàm ſoluere iniuriam, aut mori per virtutem?

Iniuria, ablatiuus, A tort & ſans cauſe. Plaut. in Epid. 14. 52, Maxima hercle iniuria vinctus aſto. Ibidem, 4. 10, Quoties vides ſepulchrum, ſacruficas orco ilicò hoſtias, neque adeò iniuria: quia licitum eſt eam tibi viuendo vincere. Idem in Pœnulo, 2. 37, Ne palma detur cuiquam artifici iniuria. Idem in Milite, 3. 3. 59, Amant te omnes mulieres, neque iniuria, qui ſis tam pulcher. Terent. in Heaut. 3. 3. 20, Syre, pudet me. S. credo: neque id iniuria: quin mihi moleſtum eſt. Tu nas pas tort. Idem in Eunucho, 3. 1. 43, Metuebant enim iam me. G. non iniuria.

Iniuria diſpertire. Plaut. in Aulul. 10. 4, Hercle iniuria diſpertiuiſti: pinguiorem agnum iſti habent. Tu nous as faict tort dauoir ainſi parti.

Iniuria tua factum eſt. Plaut. in Trucul. 4. 63, Voſtra hercle factum iniuria quæ properaueritis olim rapere. Vous en eſtes cauſe, Ceſt voſtre faulte.

Facere iniuriam. Terent. in Adelphis, 2. 1. 8, Tu quod te poſterius purges, hanc iniuriam mihi nolle factam eſſe, huius non faciam. Idem in Hecyra, 3. 1. 27, Non maximas, quæ maximæ ſunt interdum iræ, iniurias faciunt. Idem in Hecyra, 4. 4. 68, Cui tu obſecutus, fa-

cis huic adeò iniuriam. Donatus, Facis iniuriam, pro facis iniuſtè. Idem in Hecy. 5.1.15, Nam qui poſt factam iniuriam ſic expurget, parũ mihi proſit. Apres quil ma nuy & porte dommage.

Offerre iniuriam. Terent. in Hecyra, 5.1.13, Nam ſi id nunc facis, facturáve es, bonas quod par eſt facere, inſcitum offerre iniuriam tibi me immerenti, iniquum eſt. Donatus, Offerimus iniuriam non merenti: Reddimns ei qui meretur.

Iniurius iniuria iniurium, Qui faict cõtre droict & raiſon, Qui faict iniure. Plaut in Rud. 24.108, Ius bonum oras. T. ædepol haud te orat: nam tu iniurius. Terent. in Heaut. 2.3.79, Enimuero reticere nequeo: multis modis iniurius Clitipho eſt: neque ferri potis eſt. Idem in And. 2.3.3, Si id ſuccenſeat nunc quia non det tibi vxorem Chremes, ipſus ſibi eſſe iniurius videatur, neque id iniuria. Quil ſe feroit tort.

Iniurium eſt: Id eſt, iniquum: & vim aduerbii habet, inquit Donatus. Plaut. in Curcul. 2. 65, Neque quicquã queo æqui bonique ab eo impetrare. P A. iniurium eſt. Idem in Ciſtell. 2. 94, Poſtquã eam rem reſciuerim, eum vxorem ducturũ eſſe aliam. L. nihil amare, iniurium eſt. Idem in Aulul. 23.18, Si mihi dat operã, me illi iraſci iniurium eſt. Terẽt. in Adelphis, 1.2.26, Tu nunc tibi id laudi ducis, quod tum feciſti inopia. iniurium eſt. Ibidem, 2.1.51, Id quoque poſum ferre, ſi modo reddat, quãquam iniuriũ eſt. Idem in Hecyra, 1.1.14, Tamen eandẽ pol eſſe omnibus iniuriũ eſt. S. iniuriũ eſt autẽ vlciſci aduerſarios?

INIVSSVS iniuſſus iniuſſui, à iuſſu quod Gal. Cõmandemẽt ſignificat. Terent. in Phor. 2.1.1, Itáne tandẽ vxorẽ duxit Antipho iniuſſu meo? Sans mon cõmãdemẽt. Idem in Hecyra, Quãobrem incẽdor ira, te eſſe auſam facere iniuſſu meo. Cic. de Senect. 66, Vetátque Pythagoras, iniuſſu imperatoris, id eſt, dei, de prædio & ſtatione vitæ decedere.

INIVSTVS iniuſta iniuſtum, Iniuſtè. Terent. in Adelphis, 1.2.18, Homine imperito nũquam quicquam iniuſtius: qui niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat.

Iniuſtus, Qui iuſtam magnitudinem excedit. Virg. Iniuſto ſub faſce viam dum Carpit.

Iniuſtitia iniuſtitiæ, f.g. Iniuſtice. Terẽt. in Adelphis, 3.2.5, Tot res repente circũuallãt, vnde emergi non poteſt, vis, egeſtas, iniuſtitia, ſolitudo, infamia. Idem in Heaut. 1.1.82, Eum ego eieci hinc miſerum iniuſtitia mea.

Iniuſtè, aduerbium, Iniuſtement, Contre droit & iuſtice. Plaut. in Pſeud. 9.19, Non ſoles reſpicere te, cum dicas iniuſtè alteri?

INNASCOR innaſceris, innaſci, Naiſtre auec & enſemble. Plau. in Milit. 14.90, Nõ mihi auaritia vnquam innata eſt, ſatis habeo diuitiarum. Ie ne ſuis point auaritieux de nature. Idem in Pœnul. 4.78, Inuidia in me nunquã innata eſt, neque malitia mala, ſoror. Cic. lib. 1, de off. Sed illud odioſum, quòd in hac elatione & magnitudine animi facillimè pertinacia & nimia cupiditas principatus innaſcitur. Terẽt. in And. 4.1.2, Hoccine credibile eſt, aut memorabile, tanta vecordia innata cuiquam vt ſiet, vt malis gaudeant?

Innatum eſt tibi. Terent. in Hecyra, 4.1.29, Verum id vitiũ nũquam decreui eſſe ego adoleſcentiæ: nam id omnibus innatũ eſt. Car chaſcun la de nature.

Innaſci, Naiſtre. Plaut. in Perſa, 9.13, Vomica eſt, preſſare parce. nam vbi quis mala tetigit manu, dolores cooriuntur. T. quando iſtæc eſt innata tibi? S A. hodie.

INNATO innatas, innatare, Nager. Virg. lib. 2. georg. Necnon & torrentem vndam leuis innatat alnus.

INNITOR inniteris, innixus ſum, vel inniſus, inniti, Inhærere, firmari, Incumbere, Sappoyer & ſe tenir ferme a quelque choſe. Columella lib. 6, Quo plus ſolis mediæ arbores, quibus vitis applicata & religata innititur, accipiant.

INNO innas, innare, Nager. Virg. lib. 3. georg. Fluuióſque innare rapaces.

INNOCENS innocentis, o.g. Qui ab omni iniuria, maleficióve abſtinet. Qui ne nuyt a perſonne, ne ne faict aucun mal. Plaut. in Bacchid. 5.33, Quótque innocenti ei dixit contumelias! adulterare eum aiebat rebus exteris. Terent. in Adelph. 2.1.1, Obſecro ô populares ferte miſero atque innocenti auxilium.

Innocentia innocẽtiæ, Integritas, Entierete. Salluſt. Vbi quæ Metellus agebat ex nuntiis accepit ſimul, & de innocentia ſua certior Romæ factus diffidere, ac tum demum veram deditionem facere conatus eſt.

INNOCVVS innocua innocuum, actiue & paſſiue accipitur.

Innocuus, Innocens, Qui ne nuyt point. Virg. Littúſque rogamus Innocuum. Idem, Sic

grandine tecta Innocuo percuſſa ſonant. Plin.lib.8,Eoſdem peſtiferos ferũt in Græcia, innocuos eſſe in Sicilia.

Innocuus,Cui non nocetur. Virg.Et ſedêre carinæ Omnes innocuæ.Sans que on leur feiſt dommage.

INNOTESCO innoteſcis,innotui,innoteſcere,Notum fieri.

INNOVO innouas,innouare,Renouueller.

INNOXIVS innoxia innoxium,Qui neſt point coulpable,ou entache de quelque cas ou faict,Qui en eſt innocent. Plaut.in Merc.15.27, Scio innoxius,Audacter quiduis dicito. Idem in Aulul.7.44,Hæc Megadôre,haud decorũ facinus tuis factis facis,vt inopem atque innoxium abs te,atque abs tuis me irrideas. Idem in Capt.12.7,Decet innocentem ſeruũ atque innoxium,cõfidentem eſſe,ſuum apud herum potiſſimũ. Salluſt.29.8,Ipſi innoxii, florentes,ſine metu ætatem agere.

Innoxior.M.Cato, Quantóque ſuam vitam ſuperiorem atque ampliorem, atque antiquiorem in animum inducent eſſe,quàm innoxiorem.

INNVBO innubis,innupſi,innuptum,innubere,Propriè ſignificat ad domum viri tranſire. Vnde & pro tranſire ſumitur.Lucilius lib.6.ſaty.Inuadere atque innubere cẽſent.Antiquũ. Innubus,qui vxorem ducit. Innuba,quæ viro traditur.

INNVO innuis,innui,innuere,Signo capitis voluntatem oſtendere. Faire ſigne de la teſte. Plaut.in Amphit.3.75,Virtute dixit vos victores innuere, non ambitione,neque perfidia. Terẽt.in Eunucho,4.5.9,Nihil dixit tum vt ſequerêre ſeſe?c.nihil:niſi abiens mihi innuit. Idem in Adelphis, 2.1.16,Ne mora ſit,ſi innuerim, quin pugnus cõtinuò in mala hæreat. Innuere digito.Plin.epiſt.147.d,Stabat,innuebátque digito,ſimilis vocanti.

INNVMERABILIS & hoc innumerabile,Que on ne peult nombrer tant y en a.Cic. Philipp.2, Quid ego de commentariis infinitis,quid de innumerabilibus chirographis loquar?

INNVTRIO innutris,innutriui,innutritum,innutrire,Nourir.

Innutritus mari, Aſſuetus natare in mari. Plin.epiſt.210.b, Hoc altero die,hoc tertio,hoc pluribus:donec homines innutritos mari ſubiret timendi pauor.

INOBSCVRO inobſcuras,inobſcurare,Faire obſcur,tellement quil nen ſoit plus tant de memoire,& quaſi nulle.Cic.Philipp.9,Cui ſi ſtatuã in roſtris decreto veſtro ſtatueritis,nulla eius legationis poſteritatem inobſcurabit obliuio.

INOCRO inocras,inocrare,Significat cooperire. quod fit,cũ ſemen in agro ſeminatũ eſt, & glebas ſarculis aut cratibus diſſoluimus, vt ſemen humo cõtegatur. Hercer la terre. Columella lib.2,Nam ſemen,quod ſicco ſolo ingeſtum & iam inocratum eſt,périnde ac ſi repoſitum in horreo corrumpitur.

INOCVLO inoculas,inoculare,Significat oculum vnius arboris alteri adhibere,ſeu oculũ in arbore aperire.Enter en eſcuſſon. Columell.lib.xii,His quidem diebus arbores ficorum inoculãtur. Quod genus inſitionis,emplaſtratio vocatur. Plin.lib.xvii,In ficis autem & malis hæc fuit inoculatio antiqua.

INODORVS inodora inodorum,Quod ſine odore eſt.

INOFFENSVS inoffenſa inoffẽſum,Sain,Qui na point heurté,ne neſt point bleſſe.Plin. epiſt.90.lib.vi,Nunc enim præcipuè ſimul eſſe cupiebam.vt oculis meis crederem quid viribus,quid corpuſculo appareres,& qui denique ſeceſſus,voluptates,regioniſque abundantiã inoffenſa tranſmitteres.

INOFFICIOSVS inofficioſa inofficioſum.Inofficioſum teſtamẽtũ,vt inquit Paulus,dicitur quod nõ ex officio pietatis paternæ cõfectũ eſt, filiis ſine legitima cauſſa exhæredatis.

INOPS inopis,o.g.Pauper,Poure.Plau.in Trinũmo,10.62,Nolo ego mihi te tam proſpicere,qui meam egeſtatem leues:ſed vt inops infamiſve ſim.

Inops ab amicis.Deſpourueu damis.Cic.pro domo ſua,Tam inops aut eram ab amicis? aut tam nuda reſp.à magiſtratibus? Deſnué damis. Idem Attico, epiſtola prima,Thermus cum Syllano contendere exiſtimatur, qui ſic inopes & ab amicis & exiſtimatione ſunt,vt mihi videatur nõ eſſe ἀδύνατον Curium obducere,ſed hoc præter me nemini videtur.

Inops amicorum.Cic.de Amicitia,48,Quod ſi fortè,vt fit plerunque,ceciderint,tum intelligitur quàm fuerint inopes amicorum.

Inopia inopiæ, f.g. Indigence, pourete. Cice. De Amicitia, 29, Humilem ſanè relinquũt, & minimè generoſum, vt ita dicam, ortum amicitiæ, quam ex inopia, atque indigentia naſci volunt.

Inopia argenti. Plaut. in Rud. 10.65, Et aurum & argentum fuit lenonis ibidem: credo aliquem immerſiſſe ſe, atque eũ excepiſſe: id miſera mœſta eſt ſibi eorũ veniſſe inopiã. Idem in Aſin. 12.134, Quid ego aliud exoptem amplius, niſi, cuius inopia eſt, viginti argẽti cõmodas minas, huius quidem matri? Idem in Curcul. 7.55, Reſpõdit mihi paucis verbis, atque adeò fideliter, quod tibi eſt, item ſibi eſſe, magnam argenti inopiam.

Inopia mihi eſt amicæ. Plaut. in Merc. 12.65, Quid tu ais, qui cum illuc, quò nunc ire paritas, veneris, ſi ibi amare fortè occipias, atque item eius ſit inopia, iã tu inde porrò aufugies?

Inopioſus inopioſa inopioſum. Sine ope. Plaut. Sæpe ego res multas tibi mandaui, dubias, egenas, inopioſas conſilii.

INOPINATVS inopinata inopinatum, De quoy on neſe penſoit, ou doubtoit on point quil deuſt aduenir.

Inopinanter, aduerbium, pro ſubito & præter expectatum. Subitement, ſoudainement, Sans que on y penſaſt. Suet. in Tib. Cæſare, cap. 60, In paucis diebus, quàm Capreas attigit, piſcatori qui ſibi ſecretum argenti, grandem mulum inopinanter obtulerat, perfricari eodem pice faciem iuſſit.

INQVANTVM, aduerbium, Autant que. Plin. epiſt. 291, Quæ vt domus ipſa, perierũt, à me tamen inquantũ potuerit, requirẽtur. Idem, in Paneg.. 115, Amamus quidem te inquãtum mereris: iſtud tamen non tui facimus amore, ſed noſtri.

Inquantum, En tant que. Plin. in Paneg. 19, Audita ſunt vota tua, ſed inquãtum optimo illi & ſanctiſſimo ſeni vtile fuit.

INQVIES inquietis, f.g. Inquietudo. Traueil, ennuy, chagrin, quant aucun na nul repos en ſoy, mais eſt touſiours pẽſif. Plin. lib. 14, Furiales ſomni, & inquies nocturna. Gelli⁹, Vt interea labor hic vigiliarũ & inquies, ſuauitate pauliſper vocum atque modulorũ quieſceret.

Inquies inquietis, o.g. Inquietus, Qui eſt ſans repos. Salluſt. lib. 1. hiſt. Humanũ genus inquies, & indomitum. Liuius, Iam ſibi ſatis gloriæ quæſitum, & potuiſſe ſe deſinere, ni animus inquies paſceretur opere. Apul. lib. 1, Qua cõtẽtione & inquieti procacitate præditus aſinus.

Inquieto inquietas, inquietare, Moleſtum eſſe, Moleſter aucun. Columella lib. 9, Ne incubantes nutrices ab aliis auibus inquietentur. Suet. in Oct. Auguſto cap. 53, Non temere vrbe, oppidove vllo egreſſus, aut quoquam ingreſſus eſt, niſi veſpere aut noctu, ne quem officii cauſſa inquietaret. Idem in Caligula, cap. 59, Satis conſtat, priuſquam id fieret, hortorum cuſtodes vmbris inquietatos. Ibidem, cap. 26, Inquietatus fremitu gratuita in circo loca de media nocte occupantium, omnes fuſtibus abegit. Idem in Claud. Cæſ. cap. 9, Deinde extraneo, vel etiam domeſticorum aliquo deferente aſſiduè, varieque inquietatus.

INQVILINVS inquilini, m.g. Qui in alieno priuato habitat: propriè tamen in conducto, ſiue in vrbe, ſiue ruri. Vng locatif, ou louagier. Feſtus, Inquilinus, qui eundem colit focum, vel eiuſdem loci cultor. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 44, Partem etiam cenſus omnes ordines conferre iuſſit, & inſuper inquilinos priuatarum ædium, atque inſularum, penſionem annuã repræſentare fiſco. Cic. Philip. 2, At verò te inquilino (non enim domino) perſonabant omnia vocibus ebriorum.

Inquilinus, aliquando accipitur pro cohabitatore. Martialis, Vicinus Nouio, vel inquilinus ſit, ſi quis Nouium videre non vult.

INQVINO inquinas, inquinare, Maculare, Deturpare, Souiller, Ordir, Gater. Plaut in Capt. 6. 17, Næ is quidem inuolucre iniicere voluit, veſtem vt ne inquinet. Cic. lib. 1. Tuſcul. Quibus cæcati velut domeſticis vitiis atque flagitiis, ſeſe inquinaſſent.

INQVIO inquis, inquit, Ie dis.

Inquio. Cice. lib. 2. de Oratore, Aucupari verba oportebit, inquio, vt ea quæ ſunt frigidiora vitemus.

Inquis. Perſius, Hoc iuuat, hîc, inquis, veto quiſquam faxit oletum.

Inquit. Iuuenal. Quando artibus inquit honeſtis.

Inquiunt. Cic. in Verrem, Vbi ſunt Pamphile, inquiunt, ſcyphi?

Inquiſti, præterito perfecto. Cic. lib. 2. de Orat. Tu verò, inquiſti, moleſtus non eris.

Inquies, inquiet, in futuro, apud Boetium frequenter occurrunt.

Inque, inquiat. Imperatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecũdam & tertiam perſonã. Plaut. in Pſeud. 7. 125, Ius bonũ orat Pſeudolus: dabo inque. Cic. lib. 4. ad Heren. Quid enim tibi vis, aliquis inquiat? Aucun me pourroit dire.

Inquito, Futuro Imperatiui. Plaut. in Aulul. 26. 58, Bono animo eſt, benedice. nunc quæ res tibi, & gnatæ tuæ bene, fœlicitérque vortat, ita di faxint, inquito

Hæc in vſu ſunt: reliqua olim lecta, inquimus, inquitis, inquiam, inquite, inquirem &c.

Inquam, Id eſt, dixi. Plaut. in Capt. 8. 19, Saluete, inquam. quò imus vnà, inquam, ad prandium? atque illi tacẽt. quis agit hoc? aut quis profitetur, inquã? quaſi muti ſilent. Terent. in And. 4. 2. 32, Matura. D. iam, inquam, hic adero. Plin. in Paneg. 83, Ita inquam donas, in quæ electus, in quæ adoptatus es.

INQ VIRO inquiris, inquiſiui, inquiſitum, inquirere, Enquerir. Plaut. in Amphit. 8. 216, Mulier iſtam rem inquiſitam certum eſt nõ amittere. Ibidem, 13. 9, Nũc domũ ibo, atque ex vxore hanc rem pergam exquirere quis fuit.

Inquirere, Faire enqueſte. Cic. de diuinatione, Itaque cum ego diem inquirẽdi in Sicilia per exiguam poſtulaſſem, inuenit iſte qui ſibi in Achaiam biduo breuiorẽ poſtularet. Plin. in Paneg. 115, Queri libet, quòd in ſecreta noſtra non inquirant principes, niſi quos odimus.

Inquiſitio inquiſitionis, Enquéſte. Plin. epiſt. 103. d, Tu tamen iam nunc cogita quæ potiſſimũ tempora aggrediar. Vetera & ſcripta aliis: parata inquiſitio, ſed oneroſa collatio: intacta, & noua: graues offenſæ, leuis gratia.

Inquiſitor inquiſitoris, Qui faict enquéſtes. Apud Ciceronem.

INSANVS inſana inſanum, Non ſanus, Qui non eſt ſani cõſilii, & qui non habet mentem integram. Inſencé, Plus que fol. Terent. in Eunucho, 4. 1. 2, Ita me dii bene amẽt: quantum ego illum vidi, nõnihil timeo miſera, ne quam ille hodie inſanus turbam faciat. Ibidem, 2. 2. 23, Scitum hercle hominem, hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit. Ibidem, 5. 2. 22, Abi hinc inſana.

Inſanus, Magnus. Virg. Inſani feriant ſine littora fluctus. Perſius, Inſani dicta Catonis.

Inſanum, aduerbialiter ponitur pro valde. Plaut. in Bacch. 16. 1, Inſanum magnum molior negotiũ, metuóque vt hodie ne poſſim emolirier. Idem in Moſtellaria, 1 1. 5, Cuiuſmodi gynæceum! quam & porticum! TE. inſanum bonam. Propterea quòd inſani omnia vehementer faciant, inquit Varro.

Inſanus, valde ſanus, & doctus. Perſius, Et inſano multum laudanda magiſtro.

Inſanio inſanis, inſaniui, inſanire, Eſtre inſénce, hors de ſon ſens. Terent. in Adelph. 2. 1. 43, Minime miror, qui inſanire occipiunt ex iniuria. Idem in Eunucho, 3. 5. 8, Sanus ſim, ánne inſaniam.

Inſanire, Carmen componere. Virg. Inſanire libet.

Inſaniens, inſanientis. Terent. in Adelph. 4. 2. 23, Factum: verùm venit pòſt inſaniens.

Inſania inſaniæ: dementia. Terent. in Adelph. 1. 2. 31, Prò Iupiter tu homo adiges me ad inſaniam. Plaut. in Aulul. 20. 14, Laruæ hunc, atque intemperiæ inſaniæque agitant ſenem.

Inſanitas, inſanitatis, f. g. Idem. Cic. Inſipientia autem quaſi inſanitas, eadémque dementia.

INSATIABILIS & hoc inſatiabile, Qui non poteſt ſatiari, Que on ne peult aſſouuir. Salluſt. Auaritia inſatiabilis eſt: neque copia, neque inopia minuitur.

Inſatiabiliter, aduerbiũ, Inſatiablemẽt. Plin. epiſt. 183, Quos ego quũ recordor, in re inani, frigida, aſſidua tã inſatiabiliter deſidere, capio aliquã voluptatẽ, quòd hac voluptate nõ capiar.

INSCENDO inſcendis, inſcendi, inſcenſum, inſcendere, Monter en mont.

Inſcendere currum. Plaut. in Menæh. 17. 182, Nunc equos iunctos iubes capere me indomitos, feroces, atque currum inſcẽdere. Idem in Aſin. 12. 115, Inſcẽde actũtum. Idem in Amphit. 4. 197, Quadrigas ſi nunc inſcendas Iouis, atque hinc fugias.

Inſcẽdere in arborẽ. Plau. in Aulul. 22. 12, Atque inſcẽdã aliquam in arborẽ, indéq; obſeruabo, aurum vbi abſtrudat ſenex. Idem in Aſin. 13. 31, Neque in lectũ inſcẽdat proximũ.

INSCIENS inſcientis, o. g. Ignarus: Non ſcauant, Qui neſt point auiſé. Ignorãt. Plaut. in Menæh. 11. 30, Adoleſcẽs quæſo, quid tibi mecum eſt rei, qui & mihi maledicas ignoto inſciens? Sans ſcauoir a qui tu parles. Cic. Philipp. 2, Quid ego de cõmentariis infinitis, quid de innumerabilibus chirographis loquar? ſunt ea quidem innumerabilia, quæ à diuerſis emebantur, non inſciente te. Laquelle choſe tu ſcauois bien. Plaut. in Trinũmo, 4. 4. 96, Me abſente, atque inſciente, inconſultu meo ædes vænales inſcripſit.

Inſciens, Inſcitus, ſtultus. Terent. in Phorm. 1. 2. 9, Quid iſtuc eſt? G. ſcies: modo vt tacere

poſſis. D. abi ſis inſciens. Va fol, ou ſot que tu es. Ita Donatus.

Inſciens: Non penſant a ce quil faict. Terẽt. in Heaut. 4. 1. 19, Si peccaui, mi Chreme, inſciẽs feci. c. id quidem ego, etiam ſi tu neges certò ſcio, te inſcientẽ atque imprudentẽ dicere ac facere omnia. Que tu ne penſes point a ce que tu dis, & a ce que tu fais. Ibidem, 5. 2. 17, Diſperii, ſceleſtus quãtas turbas cõciui inſciens! Par ny prendre point de garde. Idem in And. 4. 5. 43, Iocularium in malum inſciens penè incidi. Par meſgarde. Plaut in Pſeud. 13. 54, Peccaui inſciens.

Inſcientia inſcientiæ, Ignorantia. Cic. pro P. Sylla, Vos denique in tantis tenebris erroris & inſcientiæ clariſſimum lumen prætuliſtis menti meæ. Idem lib. Acad. Sed inter ſcientiam & inſcientiam, comprehenſionem illam collocabat.

Inſcitus, inſcita, inſcitum, Inelegãs, nõ bonum, quod diſplicet. Terent. in Hecyra, 5. 1. 13, Nã ſi id nunc facis, facturáue es, bonas quod par eſt facere, inſcitum offerre iniuriã tibi me immerenti, iniquum eſt. Cela eſt difforme, & mal plaiſant. Plaut. in Menæhmis, 9. 79, Mulier hæc ſtulta atque inſcita eſt, quãtum perſpexi modo. Mal plaiſante. Idem in Rudente, 15. 5, Velut ego hac nocte, quæ præceſſit proxima, mirum atque inſcitum ſomniaui ſomniũ. Vng ſot ſonge. Idem in Moſtell. 4. 51, Inſcita ecaſtor tu quidem es. PHILE. quapropter? S. quæ iſtuc cures, vt te ille amet. Tu es bien ſotte, il pert bien que tu nentens gueres. Idem in Trucul. 4. 84, Verum eſſe inſciti credimus, næ vt in æſtu motuantur iræ. Idem in Ciſtell. 10. 12, Sed nónne ecaſtor ego ſum multo inſcitior, hos quæ rogem, aut quæ fatigem, qui ſemper malo muliebri ſunt lubentes? Idem in Moſtell. 16. 14, Sed tu iſtic quid confugiſti in haram hanc inſcitiſſimus? Nes tu pas vng ſot & vne beſte, qui ne ſcais rien: qui ten es &c.

Inſcitia, inſcitiæ, f. g. Ignorantia. Sottie: Ignorance. Plaut. in Curc. 4. 30, Heus tu mulier, male mereri de immerente, inſcitia eſt. Ceſt faict dung homme mal congnoiſſant, & poure dentẽdemẽt de rendre mal pour bien. Idem in Trucul. 17. 68, Sex talenta magna dotis demam pro iſtac inſcitia. Idem in Pœnulo, 14. 100, Et quæ audiuiſtis modo, nunc ſi eadem hic iterẽ, inſcitia eſt. Ce ſeroit faict follement a moy. Terent. in Heaut. 4. 1. 17, O Iupiter, tantã ineſſe animo inſcitiam! Idem in Eunucho, 5. 9. 41, Verum idem ſi vobis prodeſt, vos non facere, inſcitia eſt. Cic. pro P. Sylla, Vos denique in tantis tenebris erroris, & inſcitiæ clariſſimum lumen prætuliſtis menti meæ.

Inſcitè, aduerbium, Sans ſcauoir, ne congnoiſſance, ſottement. Plaut. in Trinummo, 4. 44, Si quid ſcis me feciſſe inſcitè, aut improbè, ſi id me nõ accuſas, tute ipſe obiurgandus es, ſcio. Columella lib. v, Nam id plurimum refert, inſcite non facere.

INSCRIBO inſcribis, inſcripſi, inſcriptum, inſcribere, Intus vel ſupra ſcribere.

Inſcribere in libro. Cic. lib. 1. Tuſcul. Quid noſtri Philoſophi? nónne in ipſis libris quos ſcribunt de cõtemnenda gloria, ſua nomina inſcribunt? Idem Caſſio, In ſtatua quam poſuit in roſtris, inſcripſit, Parenti optime merito.

Inſcribere in frontem. Cic. Oratione prima in Catilinam, Sit denique inſcriptum in frontẽ vniuſcuiuſque, quid de rep. ſentiat.

Inſcribitur Panathenaicus. Il eſt intitulé. Cic. de ſenect. 12, Qualem Iſocratis, qui eũ librũ, qui Panathenaicus inſcribitur, quarto & nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur.

Inſcribere ædes: Mettre en vente vne maiſon &c. Plaut. in Trinũmo, 4. 96, Quia rure dum ſum, ego vnos ſex dies, me abſente, atque inſciente incõſultu meo, ædes vænales haſce inſcribit literis. Terẽt. in Heaut. 1. 1. 92, Inſcripſi ilico ædes mercede. Plin. in Paneg. 77, Magno quidem animo parens tuus hanc ante hos principes arcem publicarũ ædium nomine inſcripſerat.

Inſcriptus inſcripta inſcriptum, Eſcript, Intitulé, Mis en vente.

Inſcriptus, Non ſcriptus. Varro libr. 2, Itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æſtiuatum, atque ad publicanum profitentur, ne ſi inſcriptum pecus pauerit, lege cenſoria committat mulietos.

INSCVLPO inſculpis, inſculpſi, inſculptum, inſculpere, A ſcalpo ſcalpis deriuatur, non à ſculpo: quod non dicitur. Diomedes, Calco facit inculco, non incalco: ſcalpo inſculpo. quare gemma ſcalpta dicendum eſt, non ſculpta. adiecta in præpoſitione, facit inſculpta. Hæc Diomedes.

Inſculpere, Entailler, engrauer en pierre, bois, ou acier. Plin. epiſt. 159. f, Placuit ære ſignari omnes honores faſtidioſiſſimi mãcipii, quóſque repudiaſſet, quóſque quãtũ ad decernẽtes

pertinet, geſſiſſet, inciſa, & inſculpta ſunt publicis æterniſque monumentis.

INSECO inſecas, inſecui, inſectum, inſecare, Intus ſecare, Trancher en dedens. Columella lib. v, Sequenti deinde anno inſecatur ſuperior pars curuaturæ vſque ad medullas.

Inſectus inſecta inſectum, Couppé & tranché.

Inſecta animalia, terreſtria, vt ſcalopendræ, ſtelliones. alia volucria, vt apes, veſpæ. alia vtroque modo, vt formicæ. alia & pennis & pedibus carentia, vt tineæ quæ in homine naſcuntur, tricenum aliquando pedum, & plurimum longitudine. putant hæc nec neruos habere, nec oſſa, nec ſpinas, nec chartilaginem, nec pinguia, nec carnes, nec cruſtam fragilem, nec quæ iure dicatur cutis, ſed mediæ cuiuſdam inter hæc omnia naturæ. corpus nihil intus, niſi quampauciſſimis inteſtinum implicatum, propter quod diuulſi viuunt, & ſingulis partibus palpitant, quia in his ratio vitalis, non certis mẽbris, ſed toto corpore ineſt, minimèque in capite. hoc enim ſolum non mouetur, niſi cum pectore ſimul auulſum.

Inſecta dicta ſunt ab inciſuris quæ nunc ceruicum loco, nunc pectorum ſunt, nunc alui.

INSEPVLTVS inſepulta inſepultùm, Qui neſt point enſeueli.

Inſepulta ſepultura. Cicero Philipp. 1, Nam cum ſerperet in vrbe infinitum malum, ídque manaret in dies latius: iidémque buſtum in foro facerent, qui illam inſepultam ſepulturam effecerant: & quotídie magis, magíſque perditi homines, cum ſuis ſimilibus ſeruis, tectis ac templis vrbis minarentur: &c.

INSEQVOR inſequeris, inſequutus ſum, inſequi, Suyure. Virgil. Inſequitur clamórque virûm, clangórque tubarum.

Inſequi maledictis. Quintil. Quem cum maledictis inſequeretur.

Inſector inſectaris, inſectari, Pourſuyure aſprement, & viuemẽt pourchaſſer. Cic. pro M. Fõtẽio, Inſector vltro, atque inſto accuſatori Iudices: inſector inquam ac flagito teſtis.

Inſectari aliquem haſta vel lapidibus. Plaut. in Capt. 11.18, Nã iſtic haſtis inſectatus eſt domi matrem & patrem. Ibidem, 11.63, Iam illic nos inſectabit lapidibus, niſi illunc iubes comprehendi. Idem in Rud. 10.5, Quid ego quaſi canem hominem inſectarer lapidibus nequiſſimum? Idem in Caſina, 15.31, Inſectatur omnes domi, per ædes.

INSERO inſeris, inſeui, inſitum, inſerere. Plantare. Virg. Inſere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites.

Inſerere, Enter: Sciſſo trunco, ſurculum fœcundæ arboris in ſterili inſerere. Varro de re ruſt. lib. 1. cap. 40, Si in pyrum ſyluaticam inſeueris pyrum quãuis bonam, nõ fore pyrum tam iucundum, quàm ſi in eam, quæ ſylueſtris nõ ſit. In quãcunque arborem inſeras, ſi eiuſdem generis eſt duntaxat, vt ſit vtraque malus, ita inſerere oportet, referẽtem ad fructum meliore genere, vt ſit ſurculus, quàm eſt quo veniat arbor &c.

Inſitio inſitionis, f. g. Entáge. Columella, lib. 6. cap. x 1, Tria genera porrò inſitionum antiqui tradiderunt: vnum, quo reſecta & fiſſa arbor reſectos ſurculos accipit. &c.

Inſitum inſiti, neut. gen. Ce qui eſt ente, comme la greffe. Columella, lib. 4. cap. 29, Tũ quod ex inſito profundit, ſubligandum, ne vento ſurculus motus labefactetur, explãtetur tener pampinus. Idem lib. 3, Terram circa arborem aggerato, vſque ad ipſum inſitum. Et item paleato luto bene ſubacto oblinito totã plagã, & ſpatiũ quod eſt inter ſurculos, vſque eò, vt duobus digitis inſita extent.

Inſititium inſititii, n. g. Qui eſt enté.

Inſititius ſermo. Plin. epiſt. 68. b, Quid multa? inuideo Græcis quòd illorum lingua ſcribere maluiſti. neque enim coniectura eget quid ſermone patrio exprimere poſſis, quũ hoc inſitítio & inducto tam præclara opera perfeceris.

Inſitiuus inſitiua inſitiuum, Quod inſeritur. Gellius, Corpúſque & animam bene initiatis primordiis inſitiuo. degenerique alimento lactis alieni corrumpere.

INSERO inſeris, inſerui, inſertum, inſerere, Immittere, imponere, Mettre dedens. Terẽt. in Heaut. 3.3.3, Vidén' ego te modo manum in ſinũ huic meretrici inſererè? Columella, Nauſea diſcutitur, ſi integrum gallinaceum crudum ouum ieiuni faucibus inſeras.

Inſerere conſilium, Adioindre. Plaut. in Pœnulo, 14.106, Et illud autem inſerendum eſt cõſilium vernaculum.

Inſertus per. Plin. lib. x, Penna per tranſuerſas inſerta nares.

Inſerto inſertas, inſertare, Frequentatiuum ab inſertum formatum. Virgil. Hic ferro accingor rurſus, clypeóque ſiniſtram. Inſertabam aptans, méque extra templa ferebam.

INSERVIO inſeruis, inſeruiui, inſeruitum, inſeruire: Faire plaiſir & ſeruice a aucũ. Cicero

lib. 1. off. À quo plurimum ſperant, etiam ſi ille his nõ eget, tamen ei potiſſimum inſeruit. Plin. in Paneg. 153, Ego reuerentiæ veſtræ ſic ſemper inſeruiam, nõ vt me conſulem & mox conſularem, ſed vt candidatum conſulatus putem.

Inſeruire aliquem. Plaut. in Moſtell. 4. 33, Non meretricum eſt, vnum inſeruire amantem. Et paulo pòſt, 59, Et hoc vnum facito cogites, ſi illum inſeruibis ſolum.

INSIDEO inſîdes, inſedi, inſeſſum, inſidêre, Super aliquid ſtare. Virgil. Inſideat quantus miſeræ deus.

Inſidet pedibus dolor. Plin. epiſt. 12. b, Iam enim dolor nõ pedibus ſolis, vt prius inſidebat, ſed omnia membra peruagabatur. Idem epiſt. 139. a, Inſidẽt febres, tuſſis increſcit, ſumma macies. Elle eſt enracinee.

Inſidet in animis feruor. Cic. lib. 4, Tuſc. Cum autem hic feruor, concitatióque animi inueterauerit, & tanquam in venis medulliſque inſederit.

Inſidêre equo. Plin. de viris illuſt. 32, Hic primus inſtituit, vti equites Romani Idibus Quintilibus ab æde Honoris equis inſidentes, in Capitolium tranſirent.

Inſêdit in animo, Id eſt, placuit. Cic. pro L. Corn. Sed in animis omniũ penitus inſederit.

INSIDO inſîdis, Mutuatur præteritum à ſedeo, propter ſignificationis affinitatem, inſedi, inſeſſum, inſídere, Se poſer. Virg. Floribus inſidant variis.

Inſedit auribus clamor. Plin. in Paneg. 104, Vtriuſque ſolennis ille lictorum, & prænuntius clamor, auribus inſederat, cum &c.

Inſídere viam dixit Virgilius lib. x.

Inſídere locum vel loco, id eſt, Occupare. Liuius lib. 2. de bello Punico, Mago locum monſtrabit, quem inſideatis. Plinius in Paneg. Videmus delatorum iudicium, quaſi graſſatorum, quaſi latronum: non ſolitudinem illi nouiter, ſed templum, ſed forum inſederant. Plin. epiſt. 157. a, Dices immiſſa terris noua flumina, nouos pontes fluminibus iniectos, inſeſſa caſtris montium abrupta.

Inſídere loco. Virg. lib. x 1, Arripuítq; locũ, & ſyluis inſedit iniquis. Liuius lib. 9, Inſeſſis omnibus viis, per quas commeatus ex Sannio ſubuehebatur.

Inſíditur. Stat. lib. Theb. Summis inſíditur aſtris.

Inſidiæ inſidiarum, Doloſa expectatio ad aliquem aggrediendum. Embúſches, & aguets que on faict pour tromper ou ſurprendre aucun. Cic. de off. Súntne igitur inſidiæ, téndere plagas? Idem pro Cn. Plancio, Vigilandum eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis.

Inſidias facere. Terentius in Eunucho, 3. 3. 26, O capitulum lepidiſſimum! c. dico ego mihi inſidias fieri.

Inſidias alicui parare. Plau. in Pœnulo, 7. 46, Ei paratæ ſint inſidiæ de auro & de ſeruo meo.

Ex inſidiis aucupari. Plaut. in Aſinaria, 16. 31, Ex inſidiis clanculum aucupemus quam rem gerant. Eſpions queſt ce quils font.

Inſidior inſidiaris, inſidiari, Guetter aucun, Eſpier, pour le prẽdre. Salluſt. Adherbalẽ vitæ ſuæ dolis inſidiatum eſſe.

Inſidioſus inſidioſa inſidioſum, Inſidiis plenus, fallax. Qui inceſſammẽt guette & eſpie. Pli. in Paneg. 153, Vos modo fauete huic propoſito, & credite: ſi curſu quondam prouectus ab illo inſidioſiſſimo principè, ante, quàm profiteretur odium bonorum &c.

Inſidioſe, aduerbium, Auec eſpies. Cic. lib. 3. de off. Ratio ergo poſtulat, ne quid inſidioſè, ne quid ſimulate, ne quid fallaciter fiat.

Inſidiator inſidiatoris, maſ. gen. Eſpíe, Guetteur. Cicero pro Milone, Quapropter hoc maneat in cauſſa iudices: non enim dubito, quin probaturus ſim vobis defenſionem meam, ſi id memineritis, quod obliuiſci non poteſtis, inſidiatorem iure interfici poſſe.

INSIGNIS & hoc inſigne, Ex in & ſignũ cõponitur. Proprie dicitur excellẽs, qui in aliquibus cernitur eſſe ſignis, quibus noſcitur vel noſci poteſt, vt in coloris & veſtiũ rerúmque varietate noſcitur, ſiue noſci poteſt, eum eſſe probũ, vel improbũ. Seu quia ſigna, cũ ſint indicia rerum, ſemper eminẽt, manifeſtáque ſunt. Sic viri virtute excellẽtes, omnibus ſunt noti. Omne quod excellit, ſiue illud ſit vitium, ſeu virtus, inſigne dicitur. Cic. lib. 3. ad Herenniũ, Idem fit in imaginibus, vt quæ nobis diligẽter notæ ſunt, hæ parum videantur inſignes aliis. Virg. lib. 3. georg. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo. Ibidem, Humeróque Pelops inſignis eburno, Acer equis. Cic. de Amicitia, 84, Virtutem enim ſemper amaui illius viri, quæ extincta nõ eſt: nec mihi ſoli verſatur ante oculos, qui illã ſemper in manibus habui, ſed etiam poſteris erit clara & inſignis. Liuius lib. 1, Flaminem Ioui aſſiduum ſacerdotẽ crea-

uit, insígníque eum veste & curuli regia sella adornauit.

Insignis pietate vir, apud Virgilium.

Insignis auro, Stratus & ornatus. Virg. lib. 4, Oſtróque insignis & auro Stat sonipes.

Insigne, Magnum & nobile facinus. Terent. in Eunuch. 5.6.31, Nã iam diu aliquã cauſſam quærebat senex, quãobrem insigne aliquid faceret. Quelque grãd cas notable. In malũ. In bonum. Plin. epiſt. 140.a, Erit rarum & insigne duos homines ætate, dignitate propemodum æquales &c.

Insignis contumelia. Terent. in Eunucho, 4 7.1, Hanccine ego, vt contumeliam tam insignẽ in me accipiam gnato! mori me ſatius eſt. Vne ſi grande iniure. Insignia ſcelera à Tacito dicuntur.

Insignis cauda, Id eſt, magna, inquit Perottus. Lucilius, Cocus nõ curat caudam insignẽ eſſe, modo pinguis ſiet: ſic amici animum quærunt, paraſiti diuitias.

Insignes appellãtur boues, inquit Feſt⁹, qui in fœmine & in pede albũ habẽt, quaſi insigniti.

Insignitas, insignitatis, Claritas. Perottus.

Insigne insignis, n. g. pluraliter insignia insigniorũ, Les armes. Insignia dicuntur ea quæ in veſtibus, vexillis, & huiuſmodi, insignita ſunt, aut ipſæ veſtes, vexilla, & alia quæ fiunt aut ferũtur, ita ab aliis diſcreta vt noſci poſſint cuius ſint, & ad quos pertineant, vt veſtes militares, & insignia militaria, regalia, conſularia ve, quibus acies ab acie, eques ab equite, rex & cõſul à viro priuato cognoſci debet. Virgil. lib. 2, Danaúmque insignia nobis Aptemus clypeos. Liuius lib. 1, Ipſe an ille noſtris decoratus insignibus, magnificè incedit. Cic. Appio, Insignia enim virtutis, multi etiã ſine virtute aſſecuti ſunt. Salluſt. Cũ faſcibus atque aliis imperii insignibus ad Manlium in caſtra tendit. Mos fuit antiquorũ, vt bene meritis insignia tribuerent magiſtratuum. Vnde ſcribit Tacitus decreta fuiſſe Narciſſo quæſtoria insignia à Claudio Cæſare. Ab eodem insignia prætura Criſpino decreta fuerunt. Verum enimuero huiuſmodi imaginum iura ac nobilitatis insignia damnatione reorum amittebãtur. Id quod Cicero docet his verbis in oratione pro Sylla, Nam ipſe quidem, ſi erit veſtro iudicio liberatus, quæ habet ornamenta, quæ ſolatia reliquæ vitæ, quibus lætari & perfrui poſſit? Domus erit credo exornata, aperientur maiorum imagines, ipſe ornatum & veſtitum recuperabit. omnia iudices hæc amiſſa ſunt omnis generis, honoris, nominis insignia atque ornamenta, vnius iudicii calamitate occiderũt. Fuerat autẽ Sylla antea ambitus damnatus: qua dãnatione omnia hæc amiſerat. tunc autem altero crimine repetebatur.

Insigne, Vne marque & enſeigne. Plaut. in Curcul. 8.30, Nam illac ad me catapultæ crebro cõmeãt: adoleſcẽs ob remp. hoc intus mihi, quod insigne habeo, quæſo ne me incomities.

Insignio insignis, insigniui, insignitũ, insignire, Signis notare, vel diſtinguere. Cic. lib. 4. ad Herennium, Si quam rem deformabimus turpem aut cruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam iudicemus, quo magis insignita ſit forma.

Insignire aliquem, Ornare, Vel notare, & famoſum reddere. Semer vng bruit daucun. Plin. epiſt. 175, Vereor enim ne id quod improbo, eos ſectari, carpere, referre, huic quod quammaxime præcipimus, repugnet. quis ille, qualiſcũque ſileatur: quẽ insignire, exempli nihil: non insignire, humanitatis plurimum refert.

Insigniter, aduerbium, Clare, aperte, ſumme. Apuleius, Homo insigniter malus. Plautus in Caſina, 25.31, Mihi quidem ædepol insigniter facta eſt magna iniuria: duobus nupſi. Il eſt euident, que on ma faict vne grande iniure, il eſt tout cler, & tout euident. Plin. epiſt. 206, Vt ſatius eſt, vnum aliquid insigniter facere, quàm plurima mediocriter: ita plurima mediocriter, ſi non poſſis vnum aliquid insigniter. Auec excellence, par excellence. Idem, epiſt. 35.g, Dixit pro Mario rurſus frontio Caſſius insigniter, vtque iam locus ille poſcebat, plus in precibus temporis, quàm in defenſione cõſumpſit. Cicero, Nec improbè notari, aut vituperari insigniter poſſet. Euidemment, clerement, auec apparence. Legitur & insignitè hoc loco.

Insignite, aduerbium, Cum notæ indicio, Auec apperceuance, Euidence. Plautus in Milite, 9.77, Ratúſne iſtic me hominem eſſe, omnium minimi pretii, ſi ego me ſciente paterer vicino meo inferri apud me ita insignite iniuriam? Idem in Menæchmis, 22,18, Nunc obſecro te, quiſquis es, operam mihi vt des: neu ſinas in me insignite fieri tantam iniuriam. Idem in Rudente, 24.53, Imò hercle insignitè cuique. Ibidem, 16.29, Quibus aduorſum ius, legéſque insignitè iniuria facta eſt, fitque in Veneris fano. Idem in Pœ-

nulo, 12.14, Et tu vale. iniuriam illic insignite postulat: nostro sibi seruire nos censet cibo.

INSILIO, insilis, insilui, insiliui, vel insilii, insultũ, insilire, Saulter en quelque chose. Plautus in Rud. 10.35, È naui timidæ ambæ in scapham insiluimus, quia videmus ad saxa nauẽ ferrier. Statius lib. 9. Theb. Insiluere vadis, magnóque fragore solutus Agger. Lucanus lib. 3, Insiluítque solo nociturus pondere puppi.

Insilire in cruciatum. Plaut. in Milite, 6.8, Ne hercle hodie quãtum hic familiarium est, maximum in malum cruciatum insiliamus.

Insultura insulturæ, Sault. Plaut. in Milite, 6.9, Ne hercle hodie quantum hic familiarium est, maximum in malũ cruciatum insiliamus. P A. tu sali solus: nam ego istam insulturam, & desulturam nihil moror.

Insulto insultas insultare, Frequentatiuum, Souuent saulter & saillir contre. & modo datiuo, modo accusatiuo iungitur. Virgil. Insultare solo, & gressus glomerare superbos. Terent. in Eunucho, 2.2.54, Sine biduum hoc prætereat, qui mihi nũc vno digitulo fores aperis fortunatus: næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra.

Insulto tibi, pro irrideo, melius dicimus, authore Seruio. Suet. in Cæsare, Ex eo insultaturũ omnium capitibus.

Insultare bonos, Impetum facere in bonos. Sallust. Multos à pueritia bonos insultauerat.

Insultare, absolutum. Virg. Cernis vt insultent Rutuli? Id est, per cauillationem irrideant, vt Seruius interpretatur.

INSIMVLO insimulas, insimulare, Faindre de faire quelque chose que on ne faict pas. Cic. lib. 3. de off. Solus neglexit fidem, furere insimulauit, ne coiret instituit.

Insimulare, Accusare. Festus, Insimulare, crimen in aliquem confingere. Cicero pro P. Sylla, Syllam interea nemo insimulauit, nemo nominauit. Plautus in Amphit. 10.21, Sic est, vera prædico: nisi etiam hoc falsò dici, insimulaturus es. Si tu ne veulx dire, & maccuser de menterie. Idem in Merc. 2.12, Eam domi deprehensam coniunx illius vicini scortũ insimulat, protelat virum. Idem in Milite, 6.26, Si falsum insimulas Philocomasium, hoc perieris. Si tu luy mets a sur chose qui ne soit vraye. Idem in Aulul. 9.9, Atque ego istuc Anthrax aliò vorsum dixeram, non istuc quod tu insimulas. Terent. in Heaut. 1.2.30, Quod illum insimulant durum, id non est.

Insimulare aliquem auaritiæ. Terent. in Phormione, 2.3.12, Si herum insimulabis auaritiæ, male audies. Plaut. in Amphit. 5.15, Nam Amphitruo actûtum vxori turbas conciet, atque insimulabit eam probri.

Insimulare aliquem facinus malũ. Plaut. in Amphit. 8.186, Istuc facinus, quod tu insimulas, nostro generi non decet. Ibidem, 228, Nimis ecastor facinus mirum est, qui illi collibitũ siet meo viro, me insimulare falsum facinus tam malum.

INSINVO insinuas, insinuare, Coniungere, & quasi in sinum ponere. Suet. de claris grammat. 21, Quare cito manumissus, Augusto & insinuatus est, quòd eleganter curam ordinandarum bibliothecarum in Octauiæ porticu suscepit. Sisanna, Agmen perturbatum peditis insinuant. Iustinus, Cui se celeriter officii comitate & obsequendi gratia insinuauit.

Insinuare se, Immittere se, & in penetralia ingredi. Se fourrer en quelque lieu iusques au fouyer, doulcement, sans faire aucun semblant. Plaut. in Cistell. Obsecro quo is homo insinuauit pacto se ad te? Cic. de Amicitia, 82, Callidus ille & occultus ne se insinuet, studiosè cauendum est. De assentatore loquitur.

Insinuare se ad amicam alterius, Petit a petit auoir entree a lamitie daucũ. Plaut. in Milite, 4.26, Interim iuit hinc miles. forte Athenas aduenit, insinuat sese ad illam amicam heri mei. Il print accointance auec lamie de mon maistre.

Insinuare se in amicitiã alicuius, Nõ recta, sed per quosdam sinus & quasi diuerticula intrare in amicitiam latẽter. Plaut. in Cistell. 2.80, Inde in amicitiam insinuauit cum matre & mecũ simul blãditiis, muneribus, donis. Cic. in Verrem, act. v, Videtis vt moueat Aproniũ, quibus rebus ac muneribus insinuet in familiaritatẽ Metelli. Idem, His muneribus tãdem insinuauit in familiaritatem prætoris. Cic. P. Figulo, Nam & complector eius familiarissimos, qui me admodum diligunt, multúmque mecum sunt, & in ipsius cõsuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo.

Insinuare se in causam. Cic. in secũdo de Orat. Deinde vt in iis locis, quos proponã, peruoluatur ánimus, vt penitus insinuet in causam, vt sit cura & cogitatione intentus, diligẽtia,

Id eſt, vt interiora cauſſæ perſpiciat, pernoſcátque.

Inſinuare ſe in philoſophiam. Cic. in Tuſc. Etſi Zeno aduena quidam & ignobilis verborũ opifex, inſinuaſſe ſe in antiquam philoſophiam videtur.

Inſinuare ſe in ſermonem. Cic. de lege agraria, Cum familiariter me in eorum ſermonẽ inſinuarem, ac darem, celabar, excludebar.

Inſinuare aliquem animo alterius. Plin. in Paneg. 105, Hoc eſt igitur, hoc eſt, quod penitus illos animo Cæſaris inſinuauit.

Inſinuatio inſinuationis, f. g. Occulta ingreſſio.

INSIPO, inſipas, inſipare, Iácere & diſiicere. Farinã iacere pulti, inquit Feſtus. Apud eundem, inſipere pro eodem ſignificato legitur.

INSIPIDVS, inſipida, inſipidum, Qui eſt ſans ſaueur.

INSIPIENS, inſipientis, o. g. Qui neſt point ſage. Vng fol.

Inſipientia inſipientiæ, Folie. Plaut. in Amphit. 3. 36, Iuſta ab iniuſtis petere, inſipientia eſt.

Inſipienter, aduerbium, Follement. Plaut. in Trucul. 17. 50, Per tua obſecro genua, vt tu iſtuc inſipienter factũ, ſapienter feras, mihique ignoſcas. Cic. de ſenect. 62, At ſperat adoleſcens diu ſe victurum, quod ſperare ſenex non poteſt. inſipienter ſperat.

INSISTO, inſiſtis, inſtiti, inſtitum, inſiſtere, Firmare. Virg. lib. x i, Vtque pedũ primis inſans veſtigia plantis Inſtiterat, iaculo palmas armauit acuto.

Inſiſtere, Sarreſter. Terent. in Hecyra, 3. 5. 34, Pamphile, ad aures haud inuito ſermo mihi acceſſit tuus, cum te poſtputaſſe omnes res præ parente intellego: verum vide, ne impulſus ira, praue inſiſtas. Que tu ne targes a faire cela que tu dis. Plau. in Capt. 11. 5. 4, Vide ſis AEgio, ne quid tu huic temere inſiſtas credere. Ne tarreſte, ou ne te amuſes point a croire a ceſtuy, ſi tu ne ſces bien comment.

Inſiſtere haſtæ, Eſtre appoie ſur vng baſton. Pli. de viris illuſt. 27, Aduocato M. Liuio põtifice, haſtæ inſiſtens, & ſolennia verba reſpondens, ſe & hoſtes diis manibus deuouit.

Inſiſtere veſtigiis alienis: Id eſt, inniti. Fabius lib. 1, Ne vulgarem viam ingreſſus, alienis demum veſtigiis inſiſterem.

Inſiſtere viam: Cheminer, ſen aller ſon chemin. Plaut. in Milite, 10. 197, Erro quam inſiſtas viam. P A. at ſcietis poſtea. Ie ne ſcay quel chemin tu tiendras. Par ou tu yras. Idem in Capt. 13. 25, Próinde omnes itinera inſiſtant ſua: neu quis in hac platea negotii conferat quicquam. Que chaſcun ſen aille, ou pourſuyue ſon chemin. Terent. in Eunucho, 2. 3. 3, Vbi quæram? vbi inueſtigem? quem percõter? quam inſiſtam viam? Par quel chemin iray ie?

Inſiſtere limen: Se tenir a lhuis. Virg. Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen.

Inſiſtere negotium. Plaut. in Milite, 12. 55, Age igitur, vos intrò abite: inſiſte hoc negotium ſapienter. Pourchaſſe ceſte affaire ſagement.

Inſiſtere via. Terentius in Phorm. 1. 4. 15, Sed vbi Antiphonem reperiam? aut qua quærere inſiſtam viam?

Inſiſtere in dolos. Plaut. in Milite, 7. 3, Age igitur, nunc iam inſiſte in dolos.

Inſiſtere, Sollicitare, vrgere. Plin. Frequénſque vt id ageret, inſiſtebat.

INSOLENS inſolentis, o. g. Inſuetus, qui id de quo dicitur, facere non ſoleat. Donatus.

Inſolẽs, inſolitus, inſuetus. Qui na point accouſtume. Terent. in And. 5. 4. 4, Quid tu Athenas inſolens? Salluſt. Inſolens vera accipiendi. Cic. Attico, Quid tu Athenas inſolens?

Inſolens verbum, Vng mot qui neſt point en vſaige. Gellius, lib. 1, Atque id quod C. Cæſare excellentis ingenii ac prudentiæ viro, in primo de analogia ſcriptum eſt, habe ſemper in memoria atque in pectore, vt tanquam ſcopulum fugias inauditum atque inſolens verbũ.

Inſolens infamiæ: Qui neſt point accouſtume deſtre diffamé. Cic. Attico, Itaque ille noſter amicus, inſolens infamiæ, ſemper in laude verſatus.

Inſolens, Arrogans dicitur. Donatus, Inſolens, & arrogans intelligitur. qui præter legẽ agit humanam & naturalem, inſolens dicitur. Cic. pro Marcello, In victoria, quæ natura inſolens & ſuperba eſt. Idem de Senectute, 27, Tertiam enim iam ætatem hominum vixerat: nec erat ei verendum, ne vera de ſe prædicãs, nimis videretur aut inſolẽs, aut loquax.

Inſolentia inſolentiæ, Non accouſtumence. Cicero pro rege Deiotaro, Moueor etiam loci ipſius inſolentia.

Inſolenter, aduerbium, Peu ſouuent. Cic. de arte Rhetorica, Deinde natura eius euenire vulgo ſoleat, an inſolenter & raro.

Insolenter, Arrogamment. Plin. in Paneg. 60, Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, si modo reductus esset in patris potestatem: ratus improbè, & insolenter, ac penè impiè his nominibus inferi publicanum. Potest hic interpretari, Oultre la coustume.

Insolitus insolita insolitum, Non suetus. Non accoustumé. Plin. in Paneg. 102, Sed in principe rarum, ac propè insolitum est, vt se putet obligatum.

Insolutus rerum rusticarum. Sallust. in Iugurtha, Pars dolere pro gloria imperii, pars insolita rerum bellicarum timêre libertati.

Insolitè, aduerbium. Gellius, Intempestiuè ac insolitè differebat. Oultre la coustume. En temps point accoustumé.

Insolum, veteres pro insolitum dixerunt. Afranius, Orbitatem senectuti tuæ malum metui, quod insolum non venit cæco ac dementi.

INSOLO insolas, insolare. Ad solem siccare.

Insolatus insolata insolatum, Seiché au soleil. Columella lib. v, Super hoc materiæ quæ fructũ habent, melius conualescunt, & viuæ commodius insolatæ præcoquuntur.

Insolati crines, Ad solem desiccati, candicãdi gratia. Plin. Ceram vinaceo crate sub dio siccant, sole, lunáque. Hoc enim candorẽ facit, si sic siccatur. Et ne liquefaciant, protegunt tenui linteo. candidissima verò sit post insolationem humi recocta.

INSOMNIVM insomnii, n.g. Vigilia, Quod in somnis videmus. Fantasies & reueriees que lhomme ha la nuyt, qui le gardent de dormir. Terẽt. in Eunucho, 2.1.13, Nam aut iam reuertêre, aut mox noctu te adigẽt horsum insomnia. Cic. de senect. 40, Caret ergo vinolentia, & cruditate, & insomniis.

Insomnia insomniæ, f.g. antiquis dicebatur. Cæcilius Plotio, Consequitur comes insomnia: ea porrò insaniam affert. Donatus in illud Terentii, ex Eunucho, 2.1.13, Aut mox noctu te adigent horsum insomnia. Legitur & adiget: vt sit insomnia, numeri singularis.

Insomnis & hoc insomne, Quod est peruigil. Vnde insomnes noctes, id est peruigiles.

Insomniosus insomniosa insomniosum, Vng resueur, Qui ne faict que songer. Cato, Omnis qui insomniosus est, hac eadem curatione sanum facies.

INSONO insonas, insonare, Faire grand son.

Insonus insona insonũ, Quod est sine sono ac strepitu. Apuleius, Insono vestigio me perducit.

INSONS, insontis, o.g. Qui extra culpam est: innocens, inquit Festus. Qui est innocent, & incoulpable de quelque chose. Plaut. in Amph. 9.9, Quam vir insontem probri Amphitruo accusat. Idem in Asin. 16.39, Ille ecastor suppilabat me: quòd ancillas meas suspicabar, atque insontes miseras cruciabam.

INSORTIOR insortiris, insortiri, Sortem facere vel mittere.

Insortita spicula. Plaut. in Casina, 6.28, Si non impetrauit, spicula etiã insortita sunt mihi.

INSPERGO inspergis, inspersi, inspersum, inspergere, Espandre, ou espardre.

INSPERATVS insperata insperatum, Que on nesperoit point. Vt insperatum gaudium. Terent. in Heaut. 3.1.5, Celem tam insperatum gaudium, cum illi nihil periculi ex indicio fiet? Insperata occasio. Terent. in Eunucho, 3.5.56, An ego occasionem mihi ostentatã tã breuem, tam optatam, tam insperatam amitterem?

Insperante te, atque inuito. Terent. in And. 3.4.24, In nuptias conieci herilem filiũ: feci hodie, vt fierent insperante hoc, atque inuito Pamphilo.

Insperatissimus. Plaut. in Pœnulo, 17.8, O mi here salue, Hãno insperatissime mihi, tuisque filiis. Lequel ne moy ne tes enfans nesperions nullement.

INSPICIO inspicis, inspexi, inspectũ, inspicere, Regarder dedẽs, ou fort resgarder. Plaut. in Aulul. 3.39, Credo aurum inspicere volt, ne surreptum siet.

Inspicere marsupium. Plaut. in Menæh. 7.29, Quum inspicio marsupiũ, viaticati hercle admodum æstiuæ sumus.

Inspicere, Penitus cognoscere, & obseruatione accurata prosequi. Prẽdre fort garde a quelque chose. Plaut. in Mostell. 8.155, Cupio hercle inspicere has ædes. Liuius lib. 1, secũdi belli Punici, Placuit mitti legatos in Hispaniam ad res sociorum inspiciendas, quoniam si videretur digna causa, Annibali denuntiarent, vt à Saguntinis sociis pop. Ro. abstineret. Sic inspicere agrum, apud Columellam. Inspicere prædium apud Ciceronem. Et inspicere hominem propius, à Plinio dicitur, epist. 315. Inspicere vitas hominum, apud Terentium, in Adelphis, 3.3.61.

Inspicere sententiam alicuius, Prendre garde, & penser soingneusement quest ce quil veult,

Plautus in Milite,4.50, Ego quoniam inſpexi mulieris ſententiam, cepi tabellas, conſignaui clanculum.

Inſpicere in ſpeculum.Plaut.in Amphit.4.288, Et formã agnoſco meam, quemadmodum ego ſæpe in ſpeculũ inſpexi,nimis ſimilis eſt mei. Terent.in Adelph.3.3.61,Nihil prætermitto,cõſuefacio:denique inſpicere,tanquam in ſpeculum,vitas omnium iubeo: atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.

Inſpector inſpectoris, Qui prent garde a quelque choſe. Comme pourroient eſtre les maiſtres des meſtiers qui font reuiſitation.

INSPECTO inſpectas,inſpectare, Continuè,ſeu attente intueri.Plaut.in Pœnulo,9.69, Videre equidem vos vellẽ,cum huic aurum darem. A.illinc procul nos iſtuc inſpectabimus. Idem in Ciſtell.7.77,Ego eam proieci: alia mulier illam ſuſtulit,ego inſpectaui.

Inſpectauit per.Plaut.in Milite,5.19,Modo neſcio quis inſpectauit veſtrum familiariũ per noſtrum impluuium intus apud nos Philocomaſium,atque hoſpitem,occultantes.

Inſpectæ ſunt apud te. Plaut.in Trinummo,11.60, Lepida eſt illa cauſſa vt commemorauí, dicere,apud portitores eſſe inſpectas.

Inſpecta omni re.Plaut.in Aulul.2.7,Abſtrudit foris,re omni inſpecta.

Inſpectante populo.Gellius lib.1,Ibidem in ſtadio ſpectãte populo, in oſculis, atque manibus filiorum animam efflauit.

Inſpectare,pro cuſtodire.Suet.in Cæſare, Sunt qui putent confiſum eũ nouiſſimo illo ſenatuſconſulto,ac iureiurando etiã cuſtodias Hiſpanorũ cum gladiis inſpectãtiũ ſe remouiſſe.

Inſpectio inſpectionis, fœm.g. Diligent eſguard que on ha a congnoiſtre quelque choſe.Cic. Philipp.2,Vide etiam ne facilius nos enim nuntiationem ſolum habemus:conſules, & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem.

INSPICO inſpicas,inſpicare,In modum ſpicæ vel ſpici acuere.Virg.lib.1.georg.Ferróque faces inſpicat acuto. Seruius,Acuto ferro incîdit ad ſpeciem & imaginem ariſtarum.

INSPIRO inſpíras,inſpirare,Intus ſpirare,ventũ ſeu ſpiritum infundere.Columella lib.3. cap.1,Sed granaria ſcalis adeantur,& modicis feneſtellis aquilonibus inſpirentur. Que on leur baille vent,ou aer.

INSPISSO inſpiſſas,inſpiſſare,Eſpeſſir.

INSPVO,inſpuis,inſpui,inſputũ,inſpuere,Cracher contre quelque choſe.Plin.lib.xxii, Tradúntque commanducata ea,ſi inſpuatur,mori ſerpentem.

Inſputo inſputas,inſputare,Frequentatiuum.Sputo aliquem fœdare.

Inſputare aliquem.Plautus in Captiuis,11.22, Et eum morbum mihi eſſe, vt qui me opus ſit inſputarier.

Inſputare alicui.Plaut.in Capt.11.24,Quibus inſputare ſaluti fuit,atque iis profuit.

INSTAR,Indeclinabile,Ad æquiparationem,vel magnitudinem,vel menſuram. Virgilius lib.2,Inſtar montis equum diuina Palladis arte AEdificant.Auſſi grand que vne mõtaigne. Suet.in Cæſare,de equo Iulii loquens,Cuius etiam inſtar,pro æde Veneris genitricis poſtea dedicauit. Columella,lib.3.Vineam nouellã gemmas agere ſinito, ſimúlque atque pampinus inſtar quatuor digitorum erit,tum demum pampinato.De la largeur de quatre doigs. Idem lib.1, In campo rarius,in colle ſpiſſius acerui ſtercore inſtar quinque modiorũ diſponentur. ad menſuram.

Inſtar,ad ſimilitudinem. Cic.M.Catoni,lib.xv.epiſt.Fugeranam autem,quæ fuit non vici inſtar,ſed vrbis,quod erat Amani caput,&c. Elle ſembloit eſtre vne ville. Idem in Piſonem,Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis inſtar fuit,quo in patriã redii,cũ Senatũ egreſſum vidi,populúmque Romanum vniuerſum. Plin.in Paneg.59, Ciuitáſque Romana inſtar erat odii & diſcordiæ,& orbitatis, quum chariſſima pignora ſalua ipſorũ pietate diſtraheret. Ibidem,134,Quòd ſiquando cum influẽtibus negotiis paria feciſti, inſtar refectionis exiſtimas mutationem laboris. Ibidem,46, Inſtar ego perpetui congiarii reor affluentiam annonæ. Gellius lib.xviii.cap.1,Sola virtus vitæ beatæ inſtar eſt. Plin.lib.xi,cap.x,de apibus, Ruentes ceras fulciunt pilarũ inſtar. Idem,lib.19 cap.5, Sapor aſper,& medicamenti inſtar ad eliciendos aluos.

Inſtar in nominatiuo, eleganter ſic vtimur. Iuſtinus lib.4, Mittitur Gilippus ſolus, ſed in quo inſtar omnium auxiliorũ erat.Id eſt,ſed qui ſolus tantum potuit,quãtum omnes auxiliari. Itẽ pro exẽplari. Virg.Tantũ inſtar in ipſo eſt. Vlpianus de noui operis nũtiatione.L.Stipulatio.Si præponatur inſtar quoddam operis,quaſi facies quædã facti operis.

Inſtar admittit apud doctiſſimos nõnũquã præpoſitionẽ AD: tu caue ne quid nimis. Apul. lib. 9. met. Ad inſtar ſcoparũ. In eodem, Iſte quoque ad inſtar infœliciſſimi ſui filii iugulum ſibi multis ictibus cõtrucidat. Idem lib. x, Ad inſtar exercitus. Ibidem, Ad inſtar barbaricæ feritatis. In eodem, Ad inſtar inclyti montis. Et in x i, Ad inſtar volũtariæ mortis. In eodem, Ad inſtar ſolis exornatus. In eodem, Ad inſtar inſaniæ percitum. Iuſtinus, ſiue Trogus, xx xv i, Vallis ad inſtar caſtrorũ clauditur. Gellius lib. xx. cap. i, Populus Romanus è parua origine ad tantæ amplitudinis inſtar emicuit. Pacuuius apud Ciceronem, ſecundo ad Herennium, Fortunam inſanam eſſe & cœcam & Brutam perhibẽt philoſophi: ſaxíque ad inſtar globoſi prædicant eſſe volubilem.

INSTAVRO inſtauras, inſtaurare, Ab in, & ſtauro. Inſtaurer quelque choſe, la remettre en eſtat.

Inſtaurare animum, Prendre courage, Sefforcer, & prendre cueur. Virg. Inſtaurati animi regis ſuccurrite tectis.

Inſtaurare bellum, Recõmencer la guerre, La mettre ſus comme parauant. Liuius lib. 4, Nã Phaliſci, perpelli ad inſtaurãdum bellum, neque clade Romanorum, neque ſociorum precibus potuêre. Cic. de prouinciis conſularibus in Piſonem & Gabinium, Bellum affectũ videmus, & ferè vt ita dicam, confectum: periculũ ſit ne inſtauratas maxime belli reliquias ac renouatas audiamus.

Inſtaurare epulas. Virg. lib. 3, Certatim inſtaurant epulas. Id eſt, denuo imponũt. Ils renforciſſent les viandes, ils y en mettent dauantage.

Inſtaurare funus. Virg. lib. 3, Ergo inſtauramus Polydoro funus.

INSTERNO inſternis, inſtraui, inſtratũ, inſternere, Sternere, operire, extẽdere, Couurir. Suet. in Claudio Cæſare, 17, Arctiore autem annona ob aſſiduas ſterilitates detentus quondam medio foro, à turba, comitiíſque ac ſimul fragminibus panis ita inſtratus, vt ægre, nec niſi poſtico euadere in palatium valuerit.

Inſtratum inſtrati, Omnis veſtis ſtragula inſternendi cauſſa parata, inquit Vlpianus.

INSTIGO inſtigas, inſtigare, Eguillonner, inciter, eſmouuoir. Terent. in Phorm. 3. 3. 14, Sed parúmne eſt, quod omnibus nunc nobis ſuccenſet ſenex, ni inſtigemus etiam, vt nullus locus relinquatur preci? Ibidem, 1. 4. 9, Loquárne? incendã. taceam? inſtigem. Purgem me? laterem lauem. Ibidem, 5. 8. 76, Non hercle ex re iſtius me inſtigaſti Demipho. Idem in And. 4. 2. 9, Age, ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga.

INSTILLO inſtillas, inſtillare, Intrò ſtillare, Degoutter dedans quelque choſe. Pli. lib. x, Et aurium grauitati ſuccum raphani inſtillant. Cic. de ſenect. 32, Nanque hæc quoque, niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguntur ſenectute.

INSTINGO, inſtingis, inſtinxi, inſtinctum, inſtinguere, Intus commouere, Inſtiger. Val. Max. lib. i, Samii Prienenſibus auxilium aduerſus Caras implorantibus, arrogãtia inſtincti, pro claſſe & exercitu lembulam eis deriſus gratia miſerunt.

Inſtinctus, inſtinctus, inſtinctui, m. g. Inſtinction. Plin. in Paneg. 123, Multa fecimus ſponte, plura inſtinctu quodam & imperio.

INSTITOR, inſtitoris, m. g. Negotiator. dictus (vt inquit Vlpianus) quòd negotio gerendo inſtet. Inſtitor enim dicitur cuicunque negotiationi præpoſitus. Vnde non multum facit, tabernæ ſit præpoſitus, an cuilibet alio negotio, cum interdum etiam ad homines honeſtos afferãt merces, & ibi vendãt. Nec mutat cauſam actionis locus emẽdi, vendendíve. Quibus veſtiarii vel lintearii, hoc eſt, veſtium linteorúmque vẽditores dant veſtem circũferendam ac diſtrahendã, quos vulgo circuitores appellamus, etiam inſtitores vocat Vlpianus. Item muliones. Item ſi tabernarius ſeruum ſuũ peregre mitteret ad merces cõparandas, ſibíque mittendas, loco inſtitoris eſſe putatur. Ouid. Inſtitor ad dominam veniet diſcinctus emacem. Iuuenalis, Inſtitor hybernæ tegetis, niueíque cadurci. Vlpianus, AEquũ prætori viſum eſt, ſicut commoda ſentimus ex actu inſtitorum, ita etiam obligari nos ex contractibus ipſorũ. Inſtitor veſtis dicitur Vergiliarum ſydus, quòd menſe Nouembri, cum earum occaſus eſt, ex hoc ſydere coniecturam hyemis faciunt. nam ſi nubilus fuerit Vergiliarũ occaſus, pluuioſam hyemem denũtiat. ideóque negotiatores ſtatim augent lacernarum pretia, quo genere veſtium pluuio tempore vtimur. Si verò ſereno tempore occiderint, aſperitas hyemis denũtiatur: iccirco reliquarũ veſtium pretia accendunt. Sic inſtitor veſtis videtur hoc ſydus eſſe, quòd vt pluris, minoríſve vendatur veſtis, efficiat.

Inſtitor eloquentiæ. Quintil. Quare quicquid erit ſententiis populare, verbíſque nitidũ, trãſ-

lationibus magnificum, compoſitione elaboratum: velut inſtitor quidam eloquentiæ intuendum & pene pertractandum dabit. Id eſt, Venditor, Oſtentator, & mercator.

Inſtitorius inſtitoria inſtitorium, Quod ad inſtitorē pertinet. Vt ars inſtitoria. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 27, Diſpoſitæ per litora & ripas diuerſoriæ tabernæ parabantur, inſignes ganeæ, & matronarum inſtitorias operas imitantium, atque hinc inde orantium, vt appelleret.

Inſtitoria actio dicitur, qua dominus inſtitorem cōuenit, vel pro inſtitore cōuenitur. etenim ſiquis aliquem ædificio præpoſuerit, vel frumēto coemendo, vel pecuniis fœnerandis, vel agris colendis, vel mercaturis, redempturiſque faciendis inſolidum teneri Labeo ſcribit. Idem, Si quis in mēſa ſeruum præpoſitum habuit, nomine eius tenetur. Si libitinarius polinctorem habuerit, iſque mortuum ſpoliauerit, dādam in eum inſtitoriam actionem, quāuis & furti & iniuriarum actio competeret.

Inſtitrix inſtitricis, f. g. à Plauto ancilla vocatur, quæ pro domina negotiatur.

INSTIPVLOR inſtipularis, inſtipulari, Faire promettre. Fiebat enim ſtipulatio per interrogationem, vtpote, Promittis mihi te daturum viginti minas? & ille reſpondebat, promitto. alioqui non erat rata promiſſio. Quod his verbis clare Plautus docet, in Pſeud. 19.7, Minæ viginti ſanæ, ac ſaluæ ſunt tibi hodie, quas abs te inde eſt inſtipulatus Pſeudol⁹. s. Velim quidem hercle. B. roga me viginti minas, Si illic hodie illa ſit potitus muliere, Siue eam tuo gnato hodie, vt promiſit, dabit. Rogato obſecro, hercle geſtio promittere: Omnibus modis tibi eſſe rem vt ſaluam ſcias: atque etiam habeto mulierem dono tibi. s. Nullum periculum eſt, quod ſciam, ſtipularier. Vt concepiſti verba, viginti minas dabin' ? B. Dabūtur. Idem alio loco, paſſiue, Niſi dolo malo inſtipulatus ſis.

INSTITVO inſtituis, inſtitui, inſtitutum, inſtituere, Statuere, Ordonner quelque choſe. Apul. Solon & Lycurgus inſtituit. Terent. in Phorm. 4. 2. 14, Petā hinc vnde à primo inſtitui. Dont iauoie propoſe des le commencemēt. Plaut. in Bacch. 21. 8, Ego dare me ludū meo gnato inſtitui, vt obſequium animo ſumere poſſit.

Inſtituere, Commencer. Terent. in prologo Eunuchi, 19, Habeo alia multa, quæ nunc cōdonabitur: quæ proferentur pòſt, ſi perget lædere, ita vt facere inſtituit. Plin. Priuſquam id opus inſtitueram. Suet. in Othone, cap. 12, Quin & faciem quoque raſitare, ac pane madido linire conſuetum, idque inſtituiſſe à prima lanugine, ne barbatus vnquam eſſet. Virg. in Buc. Daphnis & AEmonias curru ſubnectere tigres Inſtituit.

Inſtituere animum ad. Terent. in Phorm. 2. 1. 10, Ita ſum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum inſtituere. Ie ne me peu mettre a penſer aucune choſe.

Inſtituere argumenta in corde. Plaut. in Moſtell. 3. 2, Recordatus multum, & diu cogitaui, argumentáque multa in pectus inſtitui, ego atque in corde meo.

Inſtituere aſtutiam: Controuuer vne tromperie. Plaut. in Epid. 8. 27, Verum nunc ego aſtutiam hanc inſtitui. Deueniam &c. Vela la trōperie que iay penſe de faire. Idem in Milite, 5. 82, Nunc ſic rationem incipiens, hāc inſtituam fallaciam, Vt Philocomaſio &c.

Inſtituere collegium, Fonder, & ordonner vng college. Plin. epiſt. 250, Tu domine diſpice an inſtituēdum putes collegium fabrorum dūtaxat hominum CL. Idem epiſt. 99, lib. V, Inſtituere nundinas.

Inſtituere curſum. Terēt. in Phorm. 5. 6. 8, Num mirum, aut nouum eſt reuocari, curſum cū inſtitueris? Quant tu auras prins ta courſe?

Inſtituere exemplum. Plin. epiſt. 94, Dices, nō omnes prætores tam ſeueri. Falleris. nam vel, inſtituere, vel reducere eiuſmodi exemplum, non niſi ſeueri: inſtitutum, reductúmve exercere, etiam leuiſſimi poſſunt.

Inſtituere hæredem ex aſſe. Plin. epiſt. 96 c, Qui ſi hæredem quidem inſtituiſſet ex aſſe, ſed legatis ita exhauſiſſet, vt non amplius apud te, quàm quarta remaneret. Cōſtituer heritier.

Inſtituere in animo, Propoſer. Terent. in Adelph. 1. 1. 13, Vah, quenquámne hominē in animo inſtituere, aut parare quod ſit charius, quàm ipſe eſt ſibi?

Inſtituere negotium. Plaut. in Pœnulo, 14. 104, Sed ego nūc cur hic me morer? id negotium inſtitutum, non datur ceſſatio. Puis que laffaire eſt commencé.

Inſtituere ſibi quæſtum. Plaut. in Moſtell. 9. 83, Nouitium mihi quæſtum inſtitui, nō malum.

Inſtituere rationem. Plaut. in Sticho, 7. 26, Cadum tibi veteris vini propino. s. papæ ducam hodie amicam. E. vel decem, dum de tuo. vbi cœnas hodie? s. ſi tu hanc rationem inſtituis, amicam ego habeo Stephanium &c. Si ainſi tu prens ton complot. Si ainſi le veulx.

Inſtituere regnum. Plaut. in Rudēte, 22. 28, Et ego vbi Grypo indam nomē, monimentum

meæ famæ, & factis: ibique regnum magnum inſtituam.

Inſtituere ſe. Plaut. in Amphit. 11.5, Atque ita ſeruum par videtur frugi ſeſe inſtituere, perinde vt heri, ipſe item ſit.

Inſtituere vitam. Terent. in And 1.1.40, Sapienter vitam inſtituit.

Inſtituere vitem. Suet. de claris grammat. 23, Et agros adeò coleret, vt vitem manu eius inſtitutam ſatis conſtet CCCLXV vaſa edidiſſe.

Inſtitutus inſtituta inſtitutum, Ordonné, Appreſté. Plaut. in Pſeud. 10. 10, Vt lenoni ſurripiã mulierculam, iam inſtituta, ornata cuncta in ordine habeo. Iay tout mon cas preſt.

Inſtitutum inſtituti, n.g. Vne maniere de bien viure. Bonus mos conſilio & ratione ſumptus, & domeſtica diſciplina, quæ literis non mandatur, ſed obſeruatur communi opinione bonorum virorum per quandam conſuetudinem. Quintil. Nam is, quanquam nutricibus triennium dederit, tamen iam tum formari optimis inſtitutis mentem infantium iudicat. Vnde apud Valerium, de inſtitutis, id eſt, de moribus.

Inſtitutum, Inceptum. Plin. Hæc ſunt rerum principia & inſtituta naturæ.

Inſtitutio inſtitutionis, in plurali Inſtitutiones, ſunt Præcepta quibus inſtituuntur homines, atque docentur. Vt Libri à Quintiliano de inſtitutione oratoria editi.

Inſtitutio, Inſtruction, enſeignemẽt. Suet. de claris grammat. 23, Nemini minus inſtitutionem puerorum, vel iuuenum committendam.

INSTO inſtas, inſtiti, inſtitũ, inſtare. Stare. Plau. in Amphit. 17. 11, Nam vbi parturit, deos inuocat: ſtrepitus, crepitus, ſonitus, tonitrus, vt ſubito, vt propere, vt tonuit validè. vbi quiſque inſtiterat, concidit crepitu.

Inſtare, datiuo iunctum, ſignificat inſtantiã & vim quãdam facere, ſolicitare. Cic. pro Quintio, Verũ quando tibi inſtat Hortenſius, & eas in conſilium à me poſtulat, ne dicendo tempus abſumam.

Inſtare, vrgere. Virgil. in Buc. Deſine plura puer: & quod nũc inſtat agamus. Faiſons ce qui nous preſſe. Ce que nous ſommes preſſés de faire.

Inſtare operi: Faire auãcer la beſongne. Virg. lib. 1. AEneid. Talis erat Dido, talẽ ſe læta ferebat Per medios inſtãs operi, regniſque futuris. Plin. in Paneg. 30, Et inde offenſæ, gratiáque pariter ſecuri, inſtãt operibus, adſunt exercitationibus: arma, mœnia, viros aptãt.

Inſtare veſtigiis alterius: Suyure aucun. Plin epiſt. 97, lib. VI, Et ii qui audiebant, me æmulari, meis inſtare veſtigiis videbantur.

Inſtare, Inſectari, Pourſuyure de pres. Liuius lib. 1, Ita incurriſſe à lateribus ferunt, vt non ſiſterẽt modo, Sabinas legiones ferociter inſtantes cedẽtibus, ſed ſubito in fugã auerterẽt.

Inſtare aliquem, Le contraindre, & harceler. Plaut. in Curcul. Si magis me inſtabũt, ad prætorem ſufferam.

Inſtare iter. Plaut. in Ciſtell. 10. 11, Quiſve ſuſtulit? & vtrũ hac an illac iter inſtitit? A il prins ſon chemin par cy ou par la?

Inſtare viam. Plaut. in Aſinaria, 3.40, Eſtne hoc vt dico Litanes? 1. rectam inſtas viam. Il eſt tout ainſi que tu dis.

Inſtare, Abſolute. Salluſtius, Veterani virtutis priſtinæ memores, cominus acriter inſtare, illi haud timidi reſiſtunt. Id eſt, Inſtabãt. Pouſſoient, Sefforcoient a lencontre, & batailloient.

Inſtare factum: Dire a toute force quil a eſte faict. Plaut. in Merc. 5.18, Illud videri mirũ, vt vna illæc capra vxoris ſimiæ dotem ambederit. Inſtare factũ ſimia. Terent. in And. 1.1.120, Ego illud ſedulo negare factum: ille inſtat factum. Idem in Hecyra, 1.2.46, Ille primo ſe negare. ſed poſtquã acrius pater inſtat, fecit animi vt incertus foret. Voyãt que ſon pere cõtrediſoit ſi fort, & luy nyoit ſi aſpremẽt. Idem in Heaut. 5.1.22, Nihil prorſus Chreme. magis vnum etiam inſtare, vt hodie conficerentur nuptiæ. Ie pourſuyuoie, & ne ceſſoie tant que les nopces fuſſent faictes. Idem in Eunucho, 4.1.5, Ille cõtinuo iraſci, neque negare audere: Thais porrò inſtare, vt hominem inuitet. Thais ſans ceſſe luy diſoit, ou perſeueroit de dire quil inuitaſt lhomme. Idem in Adelph. 2.4.14, Ego ad forum ibo, vt hunc abſoluam: tu intrò ad illam Cteſipho. SA. Syre inſta. Pourſuis, pouſſe en auãt. Fais que la choſe vienne en effaict. Idem in Phorm. 4.5.5, At matura, dum libîdo eadẽ hæc manet. nam ſi altera illa magis inſtabit, forſitan nos reiiciat. Si elle pourchaſſe plus fort. Plaut. in Ciſtell. 7.41, Nõ deſtiti inſtare vſque adeò donec adiurat ſe anus eam mihi monſtrare. Ie ne ceſſay point de la harceler, & tant crier apres elle, que &c. Terent. in Hecyra, 3.3.21, Hãc habere orationem mecum à principio in-

ſtitit: ô mi Pamphile! &c. Plaut. in Caſina, 7.34, Nõ hercle opinor poſſe, ita vxor acriter tua inſtat ne mihi detur.

Inſtat ire ad eum, Il perſeuere touſiours. Plaut. in Milite, 10.147, Verum vbi dies decẽ continuos ire ad eundem inſtat, tametſi dominus non inuitus patitur, ſerui murmurant.

Inſtare: Eſtre prochain. Salluſt. Optimum factu ratus, noctem quæ inſtabat, antè capere, ne quid eo ſpatio nouaretur. Cæſar, lib. 1, Cæſar vbi ſe diutius duci intellexit, & diẽ inſtare, quo die frumentũ militibus metiri oporteret. Que le iour approchoit. Plaut. in Pœnulo, 14.95, Di immortales meum herum ſeruatum volunt, & hunc diſperditum lenonem, tãtum inſtat eum exitii. Idem in Mercatore, 22.38, Nubis atra imbérque inſtat. Idem in Perſa, 15.48, Tace ſtultiloque, neſcis quid inſtet boni. Tu ne ſces quel bien teſt a aduenir de brief.

Inſtant à me tibi bona. Plaut. in Perſa, 15.23, Ita me di ament, vt ob iſtam rem tibi multa bona inſtant à me. Ie ſuis ſur le point de te faire du bien, Ie te feray du bien.

Inſtat telũ. Plaut. in Pœnulo, 14.98, Prius quàm vnum iniectum eſt telũ, tũ inſtat alterũ.

Inſtat propé. Terent. in Adelph. 3.2.9, Quem neque fides, neque iuſiurandum, neque illũ miſericordia repreſſit, neque reflexit: neque quod partus inſtabat propé.

Inſtito, inſtitas, inſtitare, Sæpe cõtra ſtare, repugnare, Fort reſiſter, & repugner. Cæſar lib. 1, Id cõſpicati Heluetii, qui in mõtẽ ſeſe receperãt, rurſꝰ inſtitare, & præliũ redintegrare cœperũt.

Inſtans inſtantis, o.g. Minimũ temporis momentum quod imminet, & præſens eſt. Cic. lib. 4. Tuſcul. Quæ enim venientia metuuntur, eadem efficiũt ægritudinem inſtantia. Id eſt, præſentia, vrgentiáque.

INSTRENVVS inſtrenua inſtrenuum, Ignobilis, indiligens, & ad res gerendas minime promptus. Negligent, Mal ſoingneux. Plaut. in Moſtellaria. 3.17, Atque vbi illò immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia, immũdus, inſtrenuus, hic iam ædibus vitium additur.

Inſtrenuus animus. Terent. in Heaut. 1.1.68, Ambo accuſandi: etſi illud inceptum tamen animi eſt pudentis ſignum, & non inſtrenui.

INSTREPO, inſtrepis, inſtrepui, inſtrepitum, inſtrepere. Ceſt proprement faire bruit des pieds.

Inſtrepit axis: Laiſſeul faict bruit. Virg. lib. 3. georg. Pòſt validó nitens ſub pondere fraxinus axis Inſtrepit.

INSTRVO inſtruis, inſtruxi, inſtructum, inſtruere, Ordinare, tam de malis, quàm de bonis dici poteſt.

Inſtruere cœnã: Appareiller. Gellius lib. 1, Verba Lælii hæc ſunt, quibus hœdũ qui ad epulas fuit allegatus, dimiſſum, cœnámque ita vt lex ſanxiſſet, pomis, holeribúſque inſtructam.

Inſtruere cõſilia. Terẽt. in Phor. 2.2.7, Cedo ſenẽ: iã inſtructa ſũt mihi corde cõſilia omnia.

Inſtruere domum. Plaut. in Rud. 22.22, Liber igitur domum inſtruam, agrum, ædes, mãcipia. nauibus inde magnis mercaturam faciam. Idem in Bacchid. 6.6, Omnium ad perniciem inſtructa domus opime, atque opipare.

Inſtruere dolis aliquem. Virg. Dolis inſtructus, & arte pelaſga. Fourni de tromperies.

Inſtruere hortos, Comparare in hortis neceſſaria. Plin. epiſt. 171.d, Fuit enim tam copioſus, vt ampliſſimos hortos, eodem quo emerat die inſtruxerit plurimis & antiquiſſimis ſtatuis. Cic. de off. Emit hortos, & emit inſtructos.

Inſtruere ignorantiam. Plin. epiſt. 3 17, Quis enim poteſt melius, vel cũctationem meam regere, vel ignorantiam inſtruere? Enſeigner.

Inſtruere in mẽtẽ magnas res. Plau. in Rud. 22.28, Magnas res hic agito in mẽtẽ inſtruere.

Inſtruere legiones. Plaut. in Amphit. 4.67. Nos noſtras more noſtro, & modo, inſtruximus legiones: item hoſtes cõtrà, ſuas inſtruunt. Mettent en ordre. Terẽt. in Eunuch, 4.7.11, Tu hoſce inſtrue: hic ego ero poſt principia: inde omnibus ſignum dabo. G. illuc eſt ſapere: vt hoſce inſtruxit!

Inſtruere nauigia. Columella, lib. v, Nõnulli ſtrenue fabricãt nauigia, nec cõſummata périnde inſtruunt armamentis, miniſtríſque. Id eſt, armant, vel muniunt.

Inſtruere ornamẽta alicui. Plaut. in Milite, 13.34, Iube ſis, aurũ atque ornamẽta, quæ illi inſtruxiſti, mulierẽ dono habere. Ibidẽ, 15.34, Aurũ, ornamẽtáq; quæ illi inſtruxiſti, ferat.

Inſtruere iter ad. Plin. in Paneg. 126, Nõ inſtruendum illis iter ad bonam famam, ſed non deſerendum. non ſubmouenda adulatio, ſed non reducenda eſt.

Inſtruere ad. Terẽt. in Heaut. 4.1.41, Nã vt tu ſcias, quàm ea nũc inſtructa pulchre ad per-

niciē ſiet, primū iā ancillas ſecū adducit plus decē. Cic. de ſenect. 26, An ne eas quidem res ſenectuti relinquem⁹, vt adoleſcētulos doceat, inſtituat, ad omne officii mun⁹ inſtruat?

Inſtrumentum inſtrumenti, n.g. Omne illud quo quis ad operandum vtitur. Inſtrumēt. Outil.

Inſtrumentum, id quo quis docetur. Vnde à nonnullis dicitur Inſtrumētum vetus & inſtrumentum nouum, pro lege veteri ac noua.

Inſtrumentum, Apparatus, quo fundus, taberna, & id genus alia inſtruuntur. Suet. de Auguſto, Et Alexandria capta, nihil præter calicem ex inſtrumento regio retinuerit. Sic apud Iuriſconſultos titulus eſt de fundo inſtructo, & inſtrumento legato. Cic. in Verrē, act. v, Hominibus coactis in eorum arationes Apronius venit, omne inſtrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit.

Inſtrumenti nomine, aliquando intelligitur monumentum ſcripturarum, ad res geſtas pertinentium, Comme vne inuētoire des biens dune maiſon. Suet. in Veſpaſiano, Vndique inueſtigatis exemplaribus inſtrumētorum imperii, pulcherrimum ac vetuſtiſſimum cōfecit.

Inſtructio inſtructionis, f.g. Enſeignement.

Inſtructio, Conſtruction, edifice. Plin. epiſt. 241, Si inſtructio noui balinei oneratura vires Pruſenſium non eſt, poſſumus deſyderio eorum indulgere.

INSVASVM inſuaſi, n.g. appellabāt colorem (inquit Feſtus) ſimilem luteo, qui fiebat ex fumoſo ſtillicidio. Plaut. in Trucul. 6.16, Adueniſti huc ſubtentatū exornatis oſſibus: quia tibi inſuaſo infeciſti propudioſa pallulam.

Inſuauis & hoc inſuaue, Qui neſt point amiable, ne doulx, mais amer, aigre, ſans plaiſir. Cicero de Amicitia, 74, Inſuauem illam admirationem ei fore, quæ iucundiſſima fuiſſet, ſi aliquē cui narraret, habuiſſet.

INSVCCO inſuccas, inſuccare, Imbuere, ſeu inficere, Mouiller, trēper, ou baigner en quelque ius. Columella lib. 8, Fracta pecudum, non aliter quàm hominum crura ſanantur, inuoluta lanis oleo, atque ſucco inſuccatis: atque mox circundatis ferulis colligata.

INSVESCO inſueſcis, inſueui, inſuetum, inſueſcere, Accouſtumer. Plaut. in Capt. Imperare inſueui. Terent. in Adelph. 1.1.30, Nam qui mentiri, aut fallere inſuerit patrē, aut audebit: tanto magis audebit cæteros.

Inſuetus inſueta inſuetum, Qui neſt point accouſtumé. Virgil. Inſuetum per iter gelidas enauit ad arctos.

Inſuetus rerum maiorum. Cic. lib. 3. ad Heren. Sin autem iſtud artificioſum egregium ducitis, videte ne inſueti rerum maiorum videamini.

Inſuetus cōtumeliæ. Cic. Attico, Timeo, tam vehemens vir, támque acer in foro, & tam inſuetus contumeliæ, ne omni animi impetu, dolori, & inuidiæ pareat.

Inſula inſulæ, f.g. Terra quæ vndique aquis includitur: proprie autem in mari. Iſle. Quidam à ſalo appellatas inſulas volunt, quòd in ſalo, id eſt, mari, ſitæ ſint.

Inſulæ (inquit Feſtus) dictæ ſunt proprie domus quæ non cōiunguntur cōmunibus parietibus cū vicinis, circuitúque publico aut priuato cingūtur, à ſimilitudine videlicet earū terrarum quæ fluminibus aut mari imminēt, ſúntq; in ſalo: à Græcis οἰκία παρὰ ἀμφοδος dicuntur. Suet. in Nerone, Formā ædificiorū vrbis nouam excogitauit, & vt ante inſulas ac domos porticus eſſent, de quarū ſolariis, incendia arcerētur. Et rurſus, Tunc propter immēſum numerum inſularum, domus priſcorum ducū arſerunt, hoſtilibus adhuc ſpoliis adornatæ. Cic. pro M. Cælio, Nūc demum intelligo P. Clodii inſulam eſſe vænalem, cuius hic in ædiculis habitet decem vt opinor millibus. Vlpianus de verborum obligationibus, Planè ſi inſulam fulciri quis ſtipulatus ſit, non eſt expectendum vt inſula ruat.

Inſularius inſularia, inſularium, Vng concierge. Cuiuſmodi homines ſolent eſſe in domibus principum, quæ inſulæ plerunque ſunt, id eſt, à priuatorum domibus diſtinctæ. Quo verbo vſus eſt Pomponius in L. ſi ita. de vſu & habitatione.

Inſulari⁹, Vilis. Vnde iuriſcōſulti viles ſeruos, inſularios appellāt, qui ſine ciuitate ſūt, in op⁹ publicū perpetuo dati, & in inſulā deportati, ſiue in inſulas ad effodiēda metalla demādati.

Inſularis & hoc inſulare, Quod eſt inſulæ. Plinius, Qui primus inſularem morbum in vrbē inuexit. Marcellinus, Nec ſtrepente vllo, nec obſiſtente inſulari, pœna mulctati ſunt.

INSVLSVS inſulſa inſulſum, Fatuus, quaſi ſine ſale. Donatus, Inſulſus, ſine ſale & ſapientia: aut ſine ſaltu & facilitate Plau. in Pſeud. 13.5, Coquū, nō potui, quàm hūc quē dico ducere, multiloquū, glorioſum, inſulſum, inutilē. Idem in Rud. 13.33, Bonā eſt quod habeas gratiā merito mihi, qui te ex inſulſo ſalſum feci opera mea. Idem in Mil. 14 78, Nō hic inſulſū habet ingeniū. Terēt. in Eun. 5.9.49, Fatu⁹ eſt, inſulſus, tard⁹: ſtertit noctéſq; & dies,

Inſulſitas inſulſitatis, Fatuitas. Cic. lib. 2. de Orat. Vt nihil aliud eorũ, quàm ipſa inſulſitas rideatur. Idem Attico, lib. 13, De hortis ex tuis literis cognoui, & Chryſippo in villa, cuius inſulſitatem bene noram.

Inſulſè, aduerbium. Sottement. Cic. ad Cæſarem iuniorem, lib. 2, Sed ita locutus inſulſè eſt, vt mirum ſenatus conuitium exceperit.

INSVLTO inſultas, inſultare, Ab inſilio frequentatiuum. Vide INSILIO.

INSVM, ines, ineſt, ineſſe. Eſtre en quelque choſe. Plau. in Rud. 24. 144, Credo ædepol ineſſe auri & argenti largiter. Ibidem, 22. 17.

Ineſt in. Plaut. in Pœnulo, 11. 37, Idq; adeò in iſthoc aurũ ineſt marſupio. Idem in Rud. 10. 20. Ineſt lepos in nũtio tuo magnus mea Ampeliſca. Terẽt: in Eunucho, 1. 1. 14, In amore hæc omnia inſunt vitia: iniuriæ. &c. Idem in And. 5. 2. 16, Triſtis fæueritas ineſt in vultu, atque in verbis fides. Idem in Heaut. 3. 3. 48, Si redimat, magnum ineſſe in ea lucrum. Ineſt in amore fructus. Cic. de Amicitia, 30. Ibidem, 67, Digni autem ſunt amicitia, quibus in ipſis ineſt cauſſa cur diligantur.

Ineſt pictura in hac tabula. Terent. in Eunucho, 3. 5. 36, Virgo in conclaui ſedet, ſuſpectãs tabulam quandam pictam, vbi inerat pictura hæc.

Ineſt hic. Plautus in Rud. 22. 17, Hoc ego in mari, quicquid hic ineſt, repperi: quicquid eſt, graue quidem: theſaurum hic ego ineſſe reor.

Inſunt ſigna. Terent. in Adelph. 5. 3. 36, Multa in homine Demea ſigna inſunt, ex quibus coniectura facile fit, duo cum idem faciunt ſæpe, vt poſſis dicere, hoc licet impunè facere huic, illi non licet.

Ineſt huic. Plaut. in Pœnulo, 3. 70, Ineſt amoris macula huic homini in pectore.

Ineſt nobis ſpes. Plau. in Capt. 5. 56, Hem iſtuc ſi potes memoriter meminiſſe, ineſt ſpes nobis in hac aſtutia. Plin. in Paneg. 144, Cui plus inuidiæ, quàm pulchritudinis ineſt.

Ineſſe pro eſſe. Plaut. in Amph. 8. 148, Aut pol hæc præſtigiatrix mulier multo maxima eſt, aut pateram hic ineſſe oportet.

INSVMO inſumis, inſumpſi, inſumptum, inſumere, Impẽdere, Emploier, deſpendre a quelque choſe. Gellius, lib. 2, Lex Fannia in ſingulos dies centenos æris inſumi conceſſit.

INSVO inſuis, inſui, inſutum, inſuere, Coudre dedens quelque choſe.

Inſutus culeo. Val. Max. lib. 1, Tarquinius M. Tullium duumvirũm, quòd librũ ſecreta ciuilium ſacrorum continentem cuſtodiæ ſuæ commiſſum pecunia corruptus, Petronio Sabino ſcribendum dediſſet, culeo inſutum, in mare abiici iuſſit.

Inſutus in culeũ. Cic. ad Q. Fratrẽ, lib. 1, Tua autẽ quæ fuerit cupiditas tanta neſcio, quod ſcribis cupiſſe te quoniã Smyrnæ duos Myſios inſuiſſes in culeum, ſimile in ſuperiore parte prouinciæ edere exẽplũ ſeueritatis tuæ, & idcirco Zeuxin elicere omni ratione voluiſſe.

INSVPER, Coniunctio, id eſt præterea, Dauantage, oultre ce. Plaut. in Trucul. 19. 2, Vt illud acceptum ſit prius quod perdidi, hoc addã inſuper. Idem in Trinummo, 14. 18, Quid ego quod periit, petam? niſi etiam laborem addam: num apponam apothecam inſuper? Idem in Merc. 14. 2, Parúmne eſt malæ rei quòd amat hic Demipho, ni ſumptuoſus inſuper etiam ſiet? Terent. in Eunucho, 4. 3. 3, Perii: hoc quid ſit vereor. P. quinetiam inſuper ſcelus, poſtquam ludificatus eſt virginem, veſtem omnem miſerè diſcidit. Ibidem, 5. 7. 17, An pœnitebat flagitii, te authore quod feciſſet adoleſcẽs, ni miſerũ inſuper etiã patri indicares?

INSVPERABILIS & hoc inſuperabile, Que on ne peult ſurmonter. Plin. epiſt. 22. c, Rogauitque vt medicos conſuleremus de ſumma valetudinis: vt ſi eſſet inſuperabilis, ſponte exiret è vita.

INSVRGO inſurgis, inſurrexi, inſurrectum, inſurgere: Se leuer a lencontre.

INSVSVRRO, inſuſurras, inſuſurrare, In aures hominũ obſtrepere. Macrob. lib. 2. Sat. Vale dicenti hoc tantum inſuſurrauit, Non putabam me tibi tantum familiarem.

INTACTVS intacta intactũ, A quoy on na point touche. Sall. in Iugurth. Eo modo ſæpe ab vtroq; miſſis, remiſſiſq; nũtiis tẽpus procedere, & ex Metelli volũtate bellũ intactũ trahi.

INTEGER integra integrum, Entier, qui neſt point rompu.

Integer pacẽ petere. Pli. de viris illuſt. 71, Pacẽ à Popilio maluit integer petere, quàm victo.

Integer, Validus, firmus, vegetus, ſobrius. Cuius cõtrariũ eſt, feſſus, ſaucius, vitiatus, languidus, vinoſus. Cic. pro L. Murena, Integrorũ & fortunatorum promiſſis ſaucios & miſeros credere nõ oportere. Idem Attico, Eumq; vidi planè integrũ. Idem de natura deorũ, Multò plura euenirẽt, ſi ad quietẽ integri iremus: nũc onuſti cibo & vino, perturbata & cõfuſa cernimus. Cæſar in Cõment. Cũ crebro integri defeſſis ſuccederẽt. Ibidem, Vt in-

tegri defeſſis ſuccedãt. Ibidem, Non facile recentes atque integros ſuſtinebãt. Ibidem, Integros defatigatis ſubmittẽs. Cornelius Celſus, Neque enim hæc ſolum cõſyderanda ſunt, ſed etiam morbi genus quod ſit, vtrum ſuperans, an deficiens, materia læſerit. corruptum corpus ſit, an integrum. Liuius ab vrbe cõd. Romanus integer, ſatiatúſque ſomno productus in aciem, feſſum ſtando, & vigiliis Volſcum primo impetu perculit.

Integra ætas. Terent. in And. 1.1.45, AEgregia forma atque ætate integra. Idem in Eunucho, 3.2.20, Hem eunuchum tibi, quàm liberali facie, quàm ætate integra.

Integer animi. Cic. in arte Rhetorica, Integer animi fuiſſe demõſtratur. Horatius, Integer eſt animi.

Integra audacia. Plaut. in Caſina, 15.5, Tãta facta modo mira veris modis intus vidi, nouã atque integram audaciam.

Integra cauſſa. Terent. in Hecyra, 1.2.5, Audín' quid dicam Scirte? ſi quæret me, vti tũ dicas: ſi nõ quæret, nullus dixeris. aliâs vt vti poſſim cauſſa hac integra.

Integer exercitus. Plau. in Perſa, 12.3, Bello extincto, re bene geſta, exercitu integro, & præſidiis. Idem in Bacchid. 20.156, Domum reduco integrum omnem exercitum. Duquel perſonne na eſte tue.

Integra filia. Plaut. in Trucul. 17.44, Loquere filiam meam quis integram ſtuprauerit?

Integrum ingeniũ. Salluſt. in Iugurtha, Nõ græca facũdia, neque vrbanis mũditiis ſeſe exercuit. ita inter bonas artes integrũ ingeniũ breui adoleuit. Qui neſtoit point corrompu.

Integer mentis. Horatius, Integer eſt mentis Damaſippus.

Integra omnia principi relinquere. Plin. epiſt. 126.c, Cõſules, vt Polyænus poſtulabat, omnia integra principi ſeruauerunt, cuius cognitionem ſuſpẽſus expecto. Idem epiſt. 293, Ideóque rem integrã diſtuli, dũ domine præceperis quid obſeruare me velis. Idem epiſt. 273, Qua cauſſa neceſſarium credidi, rem integram ad te referre.

Integra re. Plin. epiſt. 48.a, Nam cuius, integra re, cõſilium exquirere optaſſem, huius etiam peracta iudicium noſſe mirè concupiſco.

Integer ſanguis. Plaut in Merc. 10.7, Adoleſcẽs cum ſis, tum cum eſt ſanguis integer. Virg. Vos ô quibus integer æui Sanguis, ait. Cornelius Celſus, Si ſanguis craſſus, & niger eſt, vitioſus eſt: ſi rubet & pellucet, integer eſt.

Integer vitæ. Horat. Integer vitæ, ſceleríſque purus.

In integrum reſtituere: Remettre la choſe en ſon entier. Terent. in Phor. 2.4.11, Si hoc videtur: quod te abſente hic filius egit, reſtitui in integrum æquum eſt.

Integrũ eſt, In arbitrio eſt, & poteſtate. Cic. Philipp. x11, At non eſt integrũ: cõſtituta legatio eſt. Quid autem integrũ nõ eſt ſapienti, quod reſtitui poteſt? Il ne ce peult plus faire, ſen eſt faict. Idem pro L. Flacco, Quòd ſi talium ciuium vos iudices tædet, oſtendite: mutabunt ſententiam, qui potuerint: cõſtituent quid agãt, quibus integrum eſt. Nos qui iam progreſſi ſumus, hunc exitum noſtræ temeritatis feremus. Qui nont encore rien faict, & eſt en eulx de faire ce quils vouldront. Idem in C. Verrẽ, act. 2, Nulla enim laus, ibi eſſe integrũ, vbi nemo eſt, qui aut poſſit aut conetur, corrumpere.

In integro eſſe Cic. lib. 3. de Orat. Sed quoniam hæc iam neque in integro eſſe poſſunt. Puis quil ny a plus de remede en ces choſes.

Ab integro, aduerbiũ, Denuo, inquit Seruius. Virg. Magnꝰ ab integro ſæclorũ naſcitur ordo.

Integro, integras, integrare, Rurſus inchoare, inſtaurare, innouare. Virgil. Ramóſque ſedens, miſerabile carmen Integrat. Liuius lib. v, Simul vt ab religione animos remiſerunt, integrant ſeditionem tribuniplebis.

Integraſco integraſcis, integraſcere, Integrari, innouari, Eſtre renouuelle. Terent. in Andria, 4.2.6, Orare iuſſit, ſi ſe ames, hera, iam vt ad ſeſe venias. videre ait te cupere. P. vah, perii, hoc malum integraſcit.

Integre, integrius, integerrimè, Tout entieremẽt. Plin. epiſt. 145, Terẽtius Iunior equeſtribus militiis, atque etiam procuratione Narbonenſis prouinciæ integerrimè functus, recepit ſe in agros ſuos.

INTEGO integis, intexi, intectũ, integere, Couurir. Plau. in Rud. 4.12, Villã integũdã intelligo totam mihi. Plin. Ventricula atque inteſtina pingui ac tenui omento integuntur.

Integumẽtũ integumẽti, n.g. Couuerture. Plaut. in Bacch. 13.19, Illiꝰ ſũ integumẽtũ corporis.

INTELLIGO, intelligis, intellexi, intellectũ, intelligere, Entẽdre. Plaut. in Truc. 17.38, De iſtoc ipſa, etſi tu taceas, re ab ſe experta, intellego. Terent. in Heaut. 3.3.42, Ei relicta huic arraboni eſt pro illo argento. c. intelligo. Antiqui intellego ſcribebant.

Intellexit animum meum de nuptiis. Terent.in Heaut.3.1.69, Nam ſi ſemel tuum animũ intellexerit,prius prodituru te tuam vitam,& prius pecuniã omnem, quàm abs te amittas filium.&c.

Intelligere ſententiam alicuius. Terent.in And.1.3.2,Enimuero Daue,nihil loci eſt ſegnitiæ,neque ſocordiæ,quantum intellexi modo ſenis ſententiam de nuptiis.

Intelligere,Apperceuoir. Terent.in Eunucho,5.2.44,Tum pol tibi ab iſto hera cauendum intelligo. Plaut.in Capt.4.38,Semper ſenſi filio meo te eſſe amicũ,& illũ intellexi tibi.

Intellextin'? Terẽt.in And.1.2.30,Quid?hoc intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidẽ? D.immò callide. Idem in Eunucho,4.6.30,Si vim faciet,in ius ducito hominem:intellextin'? ſc.probe.

Intellexi minus. Terẽt.in Eunuch.4.5.11,At neſciebã id dicere illam:niſi quia correxit miles,quod intellexi minus.

Intellexi ſatis. Terent.in Adelph.3.2.10,Non intelligo ſatis quæ loquatur.

Intelligo de.Cice.pro M.Cælio,Volo etiam audire de te,quo tandem ſenatuſconſulto legatus ſis?de geſtu intelligo quid reſpondeas. Ientens bien a ta mine &c.

Intelligere malè,vel nihil. Cic.Attico,lib.16,Male eum credo intellexiſſe, ſi quiſquam male intelligit. potius nihil intellexiſſe.

Intelligitur id, quanta vis. Cice de Amicitia,23,Id ſi minus quidem intelligitur,quanta vis amicitiæ,cõcordiæque ſit, ex diſſenſionibus,atque ex diſcordiis percipi poteſt.

Non intelligitur quando obrepat ſenectus,On ne ſent point venir vieilleſſe.Cicero de Senectute,35.

Intelligens intelligentis,o.g.Scauant,& cõgnoiſſant,qui ẽtent bien. Terent.in Eunucho,2.2.1,Di immortales homini homo quid præſtat?ſtulto intelligens quid intereſt?

Intelligens principis.Plin.epiſt.113,Deſignatus ego conſul,omni hac,& ſi non adulatione, ſpecie tamen adulationis abſtinui,non tanquam liber & cõſtans, ſed tanquam intelligens principis noſtri,cuius videbam hanc eſſe præcipuam laudem, ſi nihil quaſi ex neceſſitate decernerem.Id eſt,ſciens hanc eſſe laudem imperatoris.

Intelligentia intelligentiæ,f.g.Intelligẽce.Cic.lib.2.de off.Explica atque excute intelligentiã tuam,vt videas quæ ſit in eis ſpecies & notio boni viri.

Intelligenter,aduerbium,Entendiblement. Plin.epiſt.111.a,lib.v, Quàm ſtudioſè,quàm intelligenter lectitabat!

INTEMPERIAE intẽperiarũ,Deæ quædã eſſe credebãtur, quæ vim nocẽdi & intemperantius ſæuiẽdi poteſtatem haberent.Cato de luſtratione agri,Vaſtitudinem,calamitates,intemperiáſque prohibeſſis, defendas aurum,æſque. Plaut.in Amphit.15.1, Di voſtram fidem,quæ intemperiæ noſtram agunt familiam! Ibidem,16.16, Quæ hoſpes intemperiæ, vt tu meum verberes?Quel ennemi te tient?es tu enrage?

INTEMPERANS imtemperantis,Qui faict tout ſans ordre,& ſans meſure. Qui ne ſe contient & contregarde point.Cic.de Senect.26,Libidinoſa etenim,& intemperans adoleſcentia,effœtum corpus tradit ſenectuti.

Intemperãtia intemperantiæ,Intemperance,Incontinence. Cic.lib.4.Tuſcul.Omniũ autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam,quæ eſt à tota mente, etiam à recta ratione defectio:ſic auerſa à præſcriptione rationis, vt nullo modo appetitiones animi,nec regi,nec contineri queant.

INTEMPESTVS intempeſta intempeſtum. Intempeſta nox (inquit Varro)dicta à tẽpeſtate.intempeſta nox, quo tempore nihil agitur. Le temps de la nuyt profonde, comme la minuyt,au quel temps tout repoſe.Virg.Intempeſta ſilet nox. Cic.in Verrem,Affertur nocte intempeſta grauis huiuſce mali nuntius.

Intempeſtiuus intempeſtiua intempeſtiuũ,Qui ſe faict hors temps & heure. Plaut.in Moſtell.10.41,Quòd ædepol ambo ab infimo terram ſecant.intempeſtiuos exciſos credo:id eis vitium nocet. Cic.de Amicitia,21,Nunquam intempeſtiua,nunquam moleſta eſt amicitia.

Intempeſtiuè,aduerbium,Hors heure.Gellius,Intempeſtiuè,atque inſolitè differebat.

INTENDO intendis,intendi,intenſum,intendere,Eſtendre.Cic.de ſupplic.Tabernacula carbaſeis intenta velis collocabant. Plaut.in Pſeud.20.36, Chlamydate, caueſis tibi à diro infortunio:atque in hunc intende digitum,hic leno eſt.

Intendere, Continuer. Plaut. in Milite, 7. 27, Nam certo ego te hic intus videram. PA. pergin' ſceleſte intendere, & hanc arguere? Quaquétteras tu touſiours?

Intendere animum: Prendre courage. Plin. epiſt. 124. b, Intendi animũ, cõtráque opinionem meam, poſt longã deſuetudinẽ, perquàm exiguo temporis momento idipſum, quod me ad ſcribendũ ſollicitauerat, his verſibus exaraui. Cic. de Senect. 33, Intentum animum tanquam arcum habebat: nec languens ſuccumbebat ſenectuti. Idem in Hortenſio, Quæro, non quibus intendam rebus animum, ſed quibus relaxem.

Intendere animum ad ſcribendum, Prendre pres garde. Plin. 147. c, Ipſe ad ſcribendum animũ, oculos, manum intendit: ne vacua mens audita ſimulachra, & inaneis ſibi metus fingeret.

Intendere animum in regnum: Tacher a auoir le royaume. Salluſt. in Iugurtha, In regnum Adherbalis animum intendit.

Intendere baliſtam in. Plaut. in Bacchid. 15. 60, Primum intendam baliſtam in ſenem. Ie tireray contre. Idem in Pœnulo, 3. 73, Quoi iam infortunii intẽta baliſta eſt probé: quam ego haud multo pòſt mittam è baliſtario.

Intendere cõſilium. Terent. in And. 4. 4. 12, Sponſæ pater interuenit, repudio conſiliũ quod primum intenderam. Donatus, Verbum à venatoribus tranſlatum, qui retia intendunt ad feras capiendas. Quia ergo parat Chremem & Simonem fallere, intenderam dixit. Que iauoie intention de faire.

Intendere eruditionem. Plin. epiſt. 147. f, Próinde rogo eruditionem tuam intendas.

Intendere fallaciam in aliquem. Terent. in Heaut. 3. 2. 2, Inueniẽdum eſt tamen argentum, intendenda in ſenem fallacia.

Intendere formulam alicui. Suet. in Vitell. Cum libertino cuidã acerbius debitum repoſcẽti, iniuriarũ formulam quaſi calce ab eo percuſſus intendiſſet.

Intendere laborem & ſtudiũ. Plin. in Paneg. 31, Itaque périnde ſummis, atque infimis charus: ſic imperatorem, cõmilitonémque cõmíſcueras: vt ſtudiũ omniũ, laborémque, & tanquam exactor intẽderes, & tãquam particeps, ſociúſque releuares. Accroiſſois, augmẽtois leur labeur.

Intendere officia. Salluſt. in Iugurtha, Præterea cõmeatus ſpe amplior: quia Numidæ, ſicuti plerique, in noua deditione officia intenderant.

Intendere periculũ iudicii. Cic. de aruſp. reſponſis, Itaque hominem furentẽ, exultantémque continui, ſimul ac periculum iudicii intendi: duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris, ferociámque compreſſi.

Intendere libro. Plin. epiſt. 272, Próinde ſiquãdo, nũc intende libro quem cum hac epiſtola accipies: quia vereor, ne ipſe, vt triſtis, parum intenderim. Prens garde.

Intendere, Innectere, illigare. Virg. Et ſtupea vincula collo Intendunt.

Intendere, Diligẽter intueri. Virg. Intẽti expectant ſignũ. Idem, Intentique ora tenebãt.

Intendere, Eſt crimen in aduerſarium iacere, inquit Donatus. Terent. in Eunucho, 3. 3. 19, Hæc cur quæritet: niſi illa fortè, quæ olim periit paruula ſoror, hanc ſe intendit eſſe, vt eſt audacia.

Intendere, Tendre, prendre ſon chemin, & tirer en quelque lieu. Terent. in And. 2. 2. 6, Sed vbi quæram? aut quò nunc primum intendam? &c. ceſſas alloqui?

Intentus intenta intentum, Eſtendu, & augmente. Salluſt. in Iugurth. Deinde ipſe paucis diebus intento atque infeſto exercitu, in Numidiam procedit.

Intentus, Attentif, & occupé. Salluſt. in Catil. Verum enimuero, is mihi viuere demum, atq; frui anima videtur, qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit.

Intentio intentionis, f. g. Cure, & ſoing que on ha a quelque choſe faire. Actus qui dirigitur & exercetur: ſeu ſit à voluntate hominis, vt ſit intentio voluntatis: ſeu propoſiti operatio, quæ more arcus aut chordarum cum tenduntur, aliquando rectè, aliquando magis, aliquando minus quàm oportet, ſe exercet. Plin. epiſt. 8. e, Sed vt tunc cõmunibus magis cõmodis, quàm priuatæ iactantiæ ſtudebamus, quũ intentionem, effectúmque muneris noſtri vellemus intelligi: ita nunc in ratione edendi veremur, ne fortè non aliorum vtilitatibus, ſed propriæ laudi ſeruiſſe videamur. Idem epiſt. 3. b, An vt ſoles intentione rei familiaris obeundæ, crebris excurſionibus auocaris.

Intentio, Intention. Mens, animus, phantaſia. eſt animaduerſio & diligentia, qua animus ad quod intenditur, dirigitur. Plin. epiſt. 29. a, Tu rogo intentionem ſcribẽtis accõmodes: nihil enim adhuc inter manus habui, cui maiorem ſolicitudinem præſtare deberem.

Intentè, intentius, intẽtiſſimè, aduerbiũ, Attentiuemẽt. Plin. epiſt. 4, Non me hercule tam mea ſunt, quæ mea ſunt, quàm quæ tua: hoc tamen differunt, quòd ſolicitius & intentius tui me, quàm mei excipiunt.

Intento intentas, intentare, Significat minari. Virg. Præſentémque viris intẽtãt omnia mortẽ.

Intentatus intentata intentatum, Inexpertus, ab intentor intentaris. Cic. in Læl. Nemo eſt qui nõ quo cum cõſueuit, libentius vtatur, quàm intentato, & nouo.

INTER præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruiens. Entre.

Inter alias, Par deſſus toutes les autres. Plaut. in Pœnulo, 18. 21, Sicut hodie nos inter alias præſtitimus pulchritudine. Nous paſſons les autres en beaute.

Inter cõuentum, pro in cõuẽtu. Suet. in Galba, cap. 5, Adeò omnibus ſollicitauerũt modis, vt inter cõuentũ matronarum correpta iurgio, atque etiã manu pulſata ſit à matre lepida.

Inter cœnam, pro in cœna, vel in tẽpore cœnæ. Suet. in Tib. Cæſ. cap. 53, Quondã verò inter cœnã porrecta à ſe poma guſtare nõ auſam, etiam vocare deſiit. Cic. Si hoc tibi inter cœnam, & in illis immanibus poculis tuis accidiſſet. Idem Trebatio, Illuſeras heri inter ſcyphos quod dixeram.

Inter tot dies: En tãt de iours, Veu le long temps. Plau. in Trucul. 10. 31, Here nudiuſquintus natus quidem ille eſt. s. quid poſtea? inter tot dies quidem herclè iam actũ aliquid oportuit. En ſi long temps.

Inter initia principat⁹. Plin. epiſt. 249, Videor ergo ſũmã voti mei cõſecut⁹, quũ inter initia fœliciſſimi principatus tui, probaueris me ad peculiarem indulgentiam tuam pertinere.

Inter iſta, Auec ce. Plin. epiſ. 307, Gabium Baſſum domine præfectũ oræ Ponti integrũ, probum, induſtrium, atque inter iſta reuerentiſſimum mei, expertus, voto pariter & ſuffragio proſequor ea fide, quam tibi debeo.

Inter moras. Plin. epiſ. 190. g, Et ſtatim Muræna Tribunus plebis, Promitto tibi, vir clariſſime, Veiento dicere. Tũc quoque reclamatur. Inter moras, cõſul citatis nominibus, & peracta diſceſſione, mittit ſenatum, En ces entrefaictes, & dilations.

Inter nos concertatio fuit. Terent. in Adelphis, 2. 2. 4, Nunquam vidi iniquius certationem comparatam, quàm quæ hodie inter nos fuit.

Inter nos dictũ fuit. Terẽt. in Adelph. 5. 3. 10, Rem ipſam putemus. dictũ inter nos hoc fuit, ex te adeò eſt ortũ, ne tu curares meũ, néve ego tuũ. reſponde. Il a eſte accordé entre nous. Plaut. in Pœnulo, 5. 31, Ita me dii amabunt, vin' bona dicam fide, quod hic inter nos liceat?

Inter nos ludamus: Iouons enſemble. Plaut. in Sticho, 14. 19, Sed amica mea & tua dum cœnat, dúmque ſe exornat, nos volo tamen ludere inter nos.

Inter nos amamus, Nous nous entreaimons lung lautre. Plaut. in Curcul. 4. 50, Quouſque quæſo ad hunc modum amore vtimur ſurreptitio? Cic. Q. fratri, lib. 3, Valent pueri, ſtudioſè diſcunt, diligenter docentur: & nos, & inter ſe amant.

Inter nos ſordemus alteri. Plau. in Trucul. 8. 24, Num tibi ſordere vídeor? D. nõ mihi quidem, verùm tẽpeſtas, memini, quõdam fuit, cum inter nos ſorderemus alteri. Que nous deplaiſions lung a lautre.

Inter opus, En beſongnant. Tibullus, Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.

Inter pœnam. Suet. in Tib. Cæſ. 60, Gratulanti autem inter pœnam, quòd non & locuſtam, quam prægrandem cœperat, obtuliſſet, locuſta quoque lacerari os imperauit.

Inter præcipua ſeculi ornamenta. Plin. epiſt. 165. a, Vir eſt optimus, & inter præcipua ſeculi ornamenta numerandus.

Inter rem agendam. Plaut. in Ciſtell. 10. 59, Sed inter rem agendam iſtam heræ huic reſpõdi quod rogat. En faiſant cecy.

Inter ſeſe fabulãtur. Plaut. in Epid. 5. 54, Occœpêre aliæ mulieres duæ poſt me fabulari inter ſeſe: ego abceſſi ſolens paulum ab illis.

Inter ſe amplexari. Plaut. in Milite, 22. 40, Scio. nam poſtquam exierunt porta, nihil ceſſarunt ilicò oſculari atque amplexari inter ſe.

Inter ſe loqui. Plaut. in Pœnulo, 17. 23, Quid illi locuti ſunt inter ſe? dic mihi.

Inter trienniũ cõtinuũ. Plaut. in Sticho, 4. 60, Quot potiones mulſi? quot autem prãdia, quæ inter continuum perdidi triennium? Leſpace de trois ans entiers.

Inter vias. Plau. in Pœnul. 17.43, Quid ſi eamus illis obuiã? P. at ne inter vias præbiteramus eas metuo. Ou chemin. Terẽt. in Eunuch. 2.2.1. Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias, ita vt fit, vbi quid in animo eſt moleſtiæ: aliam rem ex alia cogitare. En cheminant.

Inter vos, Entre vous. Terẽt. in And. 1.3.15, Et fingunt quandã inter ſe nunc fallaciam.

Inter vos bene dicatis, Dictes bien les vngs des autres. Plaut. in Milite, 20.30, Conſerui, cõſeruæque oẽs bene valete, & viuite: bene quæſo inter vos dicatis, & mihi abſenti tamẽ.

Inter, Inuicem. Virg. Conuerſique oculos inter ſe, atque ora ferebant.

Inter, In Medio. vt Gellius, Inter os & offam.

Inter, In medio. Cic. in Catil. oratione prima, Dico te priori nocte veniſſe inter falcarios, nõ agam obſcurè, in M. Leccæ domum. Idem pro P. Sylla, Quid tandẽ de illa nocte dicit? cum inter falcarios ad M. Leccam nocte ea, quæ cõſecuta eſt poſterũ diem Nonarum Nouembris me cõſule Catilinæ denuntiatione cõuenit? Id eſt, illuc vbi ſunt falcarii.

Inter, poſtpoſitũ ſuo caſui. Cic. de Amicitia, 70, Quæ ſi quos inter ſocietas aut eſt, aut fuit, aut futura eſt, eorũ eſt habẽdus ad ſummũ naturæ bonũ optimus, beatiſſimúſq; comitat⁹.

Bonis inter bonos neceſſaria amicitia. Cic. Quãobrem hoc quidẽ Fanni & Scæuola, cõſtat, vt opînor, bonis inter bonos quaſi neceſſariã beneuolentiã eſſe, qui eſt amicitiæ fons à natura conſtitutus.

INTERANEVM interanei, Ab intra fit: & ſignificat inteſtinum. Plin. Medelæ ſunt innumeræ ad interanea. Columella lib. 10, Quidã exemptis interaneis occiſas vel intus includunt, quæ tempore hyberno pluuiis deliteſcentibus apibus præbent teporem.

INTERBIBO interbibis, interbibi, interbibitũ, interbibere, Totũ bibere. Plaut. in Aulul. 16.22, Præterea tibicinam, quæ mihi interbibere ſola, ſi vino ſcateat, Corinthiẽſem fontem Pyrenæum poteſt.

INTERBITO interbitas, interbitare, Interuenire. Verbũ antiquũ. Plaut. in Moſtell. 15.46, Hic ego tibi præſidebo, ne vlla interbitet quæſtio.

INTERCALO intercalas, intercalare, Interſerere, ſeu interuocare. Liuius lib. 1x, Vt intercalatæ pœnæ vſuram habeant.

Intercalaris & hoc intercalare, Quod interſeritur. Vt menſis Februarius, intercalaris dicitur, quòd ei dies vnus interſeritur. Dieſque ipſe inſitius, intercalaris latinè dicitur, & græcè ἐμβόλιμος, atque etiam ἐμβολιμαῖος eadem ratione, & ἐμβολισμὸς intercalatio. Digeſt. de biſexto, Nam id biduũ pro vno die habetur, & poſterior dies calend. intercalatur. Senſus huius loci eſt, Etiamſi biſextili anno & intercalari die natus eſt minor, id eſt, ſexto Calẽd. Martii, qui dies eſt quartus & viceſimus Februarii, nihilominus maiorem cenſeri anno quinto & viceſimo, eodẽ die & momẽto: quippe ſextus dies calẽdarũ pro vno die cedit. Poſterior enim dies calendarũ intercalatur, id eſt, poſterior dies bidui (quod biduũ pro ſexto die calendarũ cedit) intercalari, inſerique fingitur, nõ prior, ſicque cum priore in vnum diem confundi.

Intercalaris annus, Quem biſextilẽ dicimus. Plin. lib. 2, Omniũ quidẽ, ſi libeat obſeruare minimos ambitus, redire eaſdem vices quadriẽnio exacto Eudoxus putat, nõ ventorũ modo, verũ & reliquarũ tempeſtatum magna ex parte. Et eſt principium luſtri eius ſemper intercalari anno caniculæ ortu.

Intercalaris menſis, ſecũdum dictũ Macrobii, nõ modo is qui intercalatur, ſed etiam in quo intercalatur.

Intercalarius intercalaria intercalariũ, Idem quod intercalaris. Vt menſis intercalarius. Liuius de L. Scipione loquẽs, Triũphauit mẽſe intercalario pridie calẽdas Martias. Cic. in Verrẽ, act. 4, Tũc Caphaleditani decreuerũt intercalarium quadraginta quinque dies longum, vt reliqui menſes in ſuam rationem reuerterentur.

Intercalares calẽdæ. Cic. ad Ligariũ, Ego tamen, cum ad tertiũ calendas intercalares rogatu fratrũ tuorũ veniſſem mane ad Cæſarem. Calendas Martias, vt opînor, ſignificauit. Omni enim intercalationi, inquit Macrobius, mẽſis Februarius deputatus eſt.

INTERCAPEDO intercapẽdinis, f. g. Eſt tẽpus interceptũ, inquit Feſtus, cũ ſcilicet mora eſt ad capiẽdum. Interuallũ. Cic. Itaque iam me nõ pœnitebit intercapedinẽ ſcribẽdi feciſſe. Suet. in Oct. Cæſare, cap. 38, Equitũ turmas frequẽter recognouit poſt longã intercapedinẽ, reducto more trãſuectiõis. Plin. epiſt. 192, Retractio enim ratiũculas quaſdã, quod poſt intercapedinem tẽporis, & frigidũ & acerbũ eſt: rationeſque quaſi abſente neglegũtur.

INTERCEDO intercedis, interceſſi, interceſſũ, intercedere, Mediũ eſſe: Eſtre entre deux & de loco, ſiue de tempore, ſiue de re quacũque dicitur. Cæſar lib. 1, Nõ ſe hoſtem vereri, ſed anguſtias itineris & magnitudinẽ ſyluarũ, quæ inter eos atque Areoniſtũ intercederẽt. Cic.

lib.2.de Orat. Vix annus interceſſerat. Plin.epiſt.101.h, Nam viæ plures intercedentibus buxis, diuidũtur. Cic. de Amicitia, 66, Si autẽ morũ aut ſtudiorũ cõmutatio quædam, vt fieri ſolet facta erit, aut in reip. partib⁹ diſſenſio interceſſerit. Terẽt. in And. 5.5.5, Nã mihi immortalitas parta eſt, ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit. Entreuient.. Idem in Phor. 4.1.17, Ille ſi me alienus affinem volet, tacebit, dum intercedet familiaritas. Iuſques a tant que ayons familiarite enſemble. Idem in Hecyra, 3.1.25, Vnde ira inter eas interceſſit, quæ tam permãſit diu. Idem in Adelph. 3.2.51, Neque pretiũ, neque rem vllam interceſſiſſe illa haud me indignam Geta, experiar.

Intercedere, Interuenire, cõciliandi gratia. Interceder pour aucun. Apuleius, Dum pro inope ac calamitoſo intercederẽ. Cic. Philipp. 2, Filius ſe ad pedes meos proſternẽs lachrymãs, te mihi cõmẽdabat: orabat vt te cõtra ſuũ patrẽ, ſi ſeſtertiũ ſexagies peteret, defenderem. tantum enim pro te interceſſiſſe dicebat.

Intercedere, Se oppoſer a quelque choſe que on dict, ou que on veult faire. Cæſar lib.8, Quod ſi ad Aritianos ſpectat, nihil intercedi quo minus Samniti populo pacis belliq; arbitriũ ſit.

Interceſſit mihi tecum amicitia, Intercedit tibi cum illo affinitas: hoc eſt, media eſt, quæ me tibi, & te illi conciliat.

Intercedere, pro inhibere, & cohercere poſuit Gellius. Ne ſibi (inquit) intercedamus, quò minus ſuapte poteſtate vti liceat.

Interceſſio interceſſionis, f.g. Quã vulgo oppoſitionẽ vocamus. Cic. de leg. lib.3, Nihil enim eſt minus ciuile & humanũ, quàm quicquã agi per vim. Parêre iubet lex interceſſori: quo nihil præſtãtius. impediri enim bonã rẽ melius, quàm cõcedi male. Liui. li.v. ab vrb. cõd. Camillus plebẽ ſceleris palàm arguere, quę iã in ſuos verſa nõ intelligeret ſe prauo iudicio de tribunis interceſſionẽ ſuſtuliſſe, quòd interceſſiõe ſublata Tribunitiã poteſtatẽ euertiſſent. Suet. in Cæſare, Cæterũ Cæcilio Metello Tribuno plebis turbulẽtiſſimas leges aduerſus collegarũ interceſſionem ferẽti, authorẽ, propugnatorẽmque ſe pertinaciſſimè præſtitit. Propriè interceſſio Tribunorum erat, quibus ius fuit intercedẽdi, hoc eſt vetãdi, prohibendique. Nã vt Gellius docet, Tribuniplebis antiquitus creati vidẽtur nõ iuri dicẽdo, ſed interceſſionibus faciendis, vt iniuria quæ coràm fieret, arceretur, & vt vim fieri vetarent.

Interceſſione ſublata, Quod nunc, nõ obſtãte oppoſitione dicimus. Cic. in Antoniana ſecunda, Cum auſpicia augur, interceſſionem conſul ſuſtuliſſes.

Interceſſioni cedere, vel prouocationi, Id eſt, nõ procedere vltra, & admittere oppoſitionem.

Interceſſor interceſſoris, m.g. Oppoſant. Cic. lib.3. de leg. Nihil eſt enim exitioſius ciuitatib⁹, nihil tam cõtrarium iuri & legibus, nihil minus ciuile & humanum, quàm cõpoſita & cõſtituta rep. quicquã agi per vim. parêre iubet lex interceſſori, quo nihil præſtãtius: impediri enim bonã rem melius, quàm cõcedi malè. Et paulò pòſt. Interceſſor rei malæ ſalutaris ciuis eſto.

INTERCIDO intercîdis, intercîdi, interciſum, intercídere, Ex in, & cædo cõpoſitum, In medio ſecare, Coupper par la moitie. Cæſar lib.2, Vt ſi poſſent caſtellum, cui præerat Titurius Quintus legatus expugnarẽt, põtémq; interciderẽt. Plin. epiſt.108. lib.v 1, Corrupto enim ſcribæ ſeruo interceperat cõmẽtarios, interciderátque, ac per ſummum nefas vtebatur aduerſus amicum crimine ſuo.

Interciſus incerciſa interciſum, Couppé par le milieu. Vnde interciſa hoſtia apud Macrobiũ, lib.1, Satur. Interciſorũ dierum quibuſdam horis fas eſt, quibuſdam fas non eſt. Interciſa & porrecta fari licet. Quibus verbis ſignificatur, poſt immolatã hoſtiã, & ipſius exta in arã focúmque porrecta & data in die interciſo, fas eſſe prætori ius dicere, & fari verba illa, Do, Dico, & Addico.

Interciſa & porrecta, Id eſt, ſtatim poſt. Prouerbiũ. Cic. Attico, Nequid interciſa & porrecta vt aiunt, oneris mihi addatur, aut tẽporis, Id eſt, vt tẽpore finito redire poſſim ſine vlla prorogatione: ſicut interciſa & porrecta victima prætor poterat ius dicere & fari.

Interciſi dies, Deorũ, hominúmque cõmunes: hi inter ſe nõ in alia diuidebãtur. Illorũ enim dierũ quibuſdam horis fas non erat ius dicere. Nam cum hoſtia cædebatur, fari nefas erat: interciſa & porrecta, fari licebat.

INTERCIDO intércidis, intércidi, intercaſum, Inter hæc, ſiue inter illa, aut iſta, ſiue interea deficio, ac pereo. Liuius lib.2, Credo quia nulla geſta res inſignem fecerit conſulatum, memoriam intercidiſſe. Gellius, Certè quidem maiore nunc copia populi oppreſſa interciderim. Plin. lib.35. Siue extent, ſiue intercidêre.

INTERCINO intercinis, intercinui, intercentum, intercinere, In medio canere. Chanter entre, ou parmi dautres.

Intercinere per trãſlationẽ dixit Hora. in epiſ. Nequid medios intercinat actꝰ, Quod nõ pro poſito cõducat. Quil nentremeſle rien, ne ne die, aucunes parolles qui ne ſoint a propos.

INTERCIPIO intercipis, intercepi, interceptũ, intercipere, Aliquem inter aliquid agendũ occupare. Plau. in Aſin. 3. 94, Quid ſi fortè in inſidias deuenero? tũ redimes me, ſi me hoſtes interceperint. Me prẽnent en men fuyant. Idem in Pſeud. 11. 26, Quid iſtuc eſt? P. nũc epiſtolam hanc intercepi, & ſymbolum. Plin. in Paneg. 29, Omnia hæc tam prona, támque cedentia virtutibus tuis ſentiet, vt ſubſediſſe montes, flumina exaruiſſe, interceptum mare, illatáſque non claſſes noſtras, ſed terras ipſas arbitretur.

Intercipere regnũ. Plin. de viris illuſt. 6, À quo tutor liberis relictus, regnũ intercepit, & ita adminiſtrauit, quaſi iure adeptus fuiſſet. Print le royaume ce temps pendant.

Intercipere victoriã. Plin. de viris illuſt. 60, Nũmius deleta Achaia, Achaicus, aduerſus Corinthios miſſus, victoriam alieno labore quæſitam intercepit.

Intercepit obliuio. Plin. in Paneg. 125, Quaſi verò aut oratione complecti, aut memoria cõſequi poſſim, quæ vos P. C. ne qua interciperet obliuio, & in publica acta mittenda, & incidenda in ære cenſuiſtis.

Interceptus mortalitate. Plin. epiſt. 258, Hoc quoque dubium, intercepto rege mortalitate, an deſperato operis effectu.

Intercipere, Totum capere, inquit Donatus. Terẽt. in Eunuch. 1. 1. 35, Nã quod nos capere oportet, hæc intercipit.

INTERCLVDO intercludis, intercluſi, intercluſũ, intercludere, Ab inter, & claudo cõpoſitũ: n interiecta litera, euphoniæ cauſſa: Clorre, ou boucher & fermer le chemin. Varro, Sub terra quæ habent frumentum in his quos vocant Syros, quòd cum periculo, intrò itur recenti apertione, ita vt in quibuſdam ſit intercluſa anima.

Intercludere, Impedire. Virg. Sæpe illos aſpera Põti Intercluſit hyems, & terruit auſter eũtes.

Intercludere inimicis commeatũ: Empeſcher les chemins que les ennemis nayent des viures. Plaut. in Milite, 5. 68, Interclude inimicis cõmeatum, tibi muni viam. Cic. ad Herenniũ, Vt ille qui ad diem commeatus non venit, quòd eum aquæ intercluſiſſent.

INTERCOLVMNIVM intercolumnii, n. g. Spatium inter columnas. Cice. lib. 4, ad Heren. AEdes, intercolumnium, angulum, fornicem.

INTERCVRRO intercurris, intercurri, intercurſum, intercurrere, Inter mediũ currere. Cic. lib. 1, ad Heren. Alterum genus narrationis eſt, quod intercurrit nonnũquã fidei, aut criminationis, aut tranſitionis, aut alicuius apparationis cauſſa.

INTERCVS intercutis, o. g. Aqua quæ inter cutem eſt.

Intercus, Inteſtinus. Cato, Intercutibus ſtupris obſtinatis. Gellius lib. XIII, Intercutibus vitiis madentes. Aqua intercus. Plaut. Num eum veternum, aut aqua intercus tenet?

Intercutaneus intercutanea intercutaneum, Quod intra cutem eſt.

INTERDICO interdicis, interdixi, interdictum, interdicere, Maximè prohibere, Deffendre quelque choſe a aucun ſur peine.

Datiuũ cũ ablatiuo frequẽtiſſimè regit. vt interdico tibi domo mea. Suet. in Auguſto, Alteri ob ingratum & maleuolum animum domo & prouinciis interdixit. Plin. de viris illuſt. 76, Aqua & igni interdixit ei qui in leges ſuas non iuraſſet.

Perſonaliter, ſic. Cic. de Senect. 20, Vt quẽadmodũ noſtro more male rem gerentibus, patriis bonis interdici ſolet. Plin. lib. 3. epiſt. Priſco in bienniũ Italia interdictum eſt. Idem epiſt. 76. a, Carent enim toga, iure, quibus aqua & igni interdictum eſt. Antiqui, quem Romana ciuitate pellebant, aqua & igni interdicebant, communione omni ciuitatis priuatũ ſignificãtes: quòd duobus his elemẽtis maximè humana indiget vita.

Paſſiuũ, ablatiuũ regit, ſic, Interdicor aqua & igni. Aut datiuũ, ſic, Aqua & ignis interdicũtur mihi. Cic. ad põtif. pro domo ſua, Veluti iubeatis vt M. Tullio aqua & ignis interdicatur. Suet. in Claudio, Hi quibus magiſtratus prouinciæ interdicerentur.

Interdixit mihi ne. Plau. in Perſa, 16. 151, Seruitus mihi interdixit, ne quid mirer malũ meũ

Accuſatiuũ cũ datiuo, ſed rarius. vt interdico tibi libros meos. Suet. in Domitiano, Interdixit hiſtrionibus ſcenam. Liuius lib. 34, Fœminis duntaxat vſum purpuræ interdicemus. Iuſtinus lib. V, Cui paulò antè omnem humanam opem interdixerãt. Ouid. lib. VI, Metham. Cui quondam regia coniunx Orbem interdixit. Suet. in Nerone, Et cum interdixiſſet vſum Amethyſtini ac tyrii coloris, præcluſit cunctos negotiatores.

Accuſatiuum cum ablatiuo: rariſſimé. Cæſar lib. 1, de bello Gallico, Omni Gallia Romanos interdixiſſet.

Datiuum vnicum regit pro obſto. Cic. in Verrem, act. 4, Pater improbus, cui nemo interdicere poſſit, det quem velit iudicem.

Interdicere, ſine aliquo caſu. Terent. in Hecyra, 4.1.49, Interdico: ne extuliſſe extra ædes puerum vſquam velis.

Interdixit fieri. Terent. in Phor. 4.4.27, Interdixit hariolus, aruſpex vetuit ante brumã aliquid noui negotii incipere. Suet. in Serg. Galba, cap. 6, Pari ſeueritate interdixit cõmeatus peti.

Interdicere, Contredire. Plaut. in Capt. 12.36, Dum pereas, nihil interdico, dicant viuere, Ils ne men chault, Ie nen tiens conte, Ie nen dis mot.

Interdictus interdicta interdictum, Deffendu. Suet. in Caligula, cap. 25, Breuique miſſam facit interdicto cuiuſquam in perpetuum coitu.

Interdictum interdicti, ſubſtantiuum, Deffence. Interdicta, ſunt formæ & cõceptiones verborum quibus prætor aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat: quod tunc maximè faciebat, cum de poſſeſſione inter aliquos contendebatur.

Interdictum, Deffenſe & menace. Plaut. in Aſin. 10.1, Nequeón' ego te interdictis facere manſuetam meis?

INTERDIV, aduerbiũ temporis, Par iour. Terent. in Adelphis, 4.1.15, Nõ poteſt fieri. s. poteſt. c. interdiu: ſed ſi hic pernocto, cauſſæ quid dicã Syre? Plaut. in Capt. 12.72, Nã noctu neruo vinctus cuſtodibitur: interdiu ſub terra lapides eximet. Plin. epiſt. 49.c, Poſt cibum ſæpe, quem interdiu leuem, & facilem veterũ more ſumebat. Cato de re ruſtica, Canes interdiu clauſos eſſe oportet, vt noctu acriores & vigilãtiores ſint. Plin. lib. 18, cap. 6, Malum patremfamiliâs, quiſquis interdiu faceret, quod noctu poſſet, niſi intempeſtate cæli.

Interdius etiam dicitur, pro eodem. Plaut. in Moſtell. 7.14, Sed quid hoc? occluſa ianua eſt interdius. Idem in Aſin. 12.9, Audín' hunc opera vt largus eſt nocturna? nunc enim negotioſus eſt interdius. Idem in Pſeud. 23.11, Quæ iſta hæc audacia eſt, te ſic interdius cum corolla incedere ebrium?

INTERDVATIM & interatim dicebãt antiqui, quod nũc interdum & interim. Feſtus.

INTERDVM, aduerbiũ, Aucuneſſois. Plau. in Trinũmo, 13.150, Nam interdum ibo ad illum. Idem in Amphit. 9.4, Qui interdũ fio Iupiter quando libet. Idem in Eunuch. 2.3.76, Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet. Virg. Interdũ aut hederæ pandunt veſtigia nigræ.

INTEREA, aduerbium temporis, Ce temps pendant. Plaut. in Capt. 4.15, Nullúmne interea nactus, qui poſſet tibi remiſſum quem dixti, reparare exercitum? En tout ce temps la. Terent. in Hecyra, 1.2.82, Quid interea? ibátne ad Bacchidem? Donatus, Interea, inter eos dies. Idem in And. 2.1.16, Credo impetrabo, vt aliquot ſaltem nuptiis protrahat dies: interea fiet aliquid ſpero. Ibidem, 1.1.90, Interea inter mulieres, quæ ibi aderãt, fortè vnam aſpicio adoleſcentulã, &c. Entre ces entrefaictes. Ibidem, 2.2.21, Maneo: interea introire neminem video, exire neminem.

Interea dum. Plaut. in Aſin. 16.64, Atque interea vt decũbamus ſuadeo, hi dũ litigãt. Terent in Heaut. 4.7.5, Tu hic nos, dum eximus, interea opperibere.

Interea, Id eſt tamen. Virg. Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.

Intereá loci, Idem ſignificat quod interea. Donatus, Duæ partes orationis cũ cõiunctæ vnã ſe cerint, mutant accentũ. Plaut. in Pſeud. 5.33, Intereá loci ſi lucri quid detur, potius rem diuinã deſeram. Idem in Menæh. 10.1, Plus triginta annis natus ſum, quom ego intereá loci nunquam quicquam facinus feci peius. En tout ce temps la. Terent. in Heaut. 2.3.16, Dum ego propter te errans patria careo demens, tũ intereá loci collocupletaſti te Antiphila. Idem in Eunuch. 1.2.46, Interea miles, qui me amare occœperat, in Cariam eſt profectus: te intereá loci cognoui. Ibidẽ, 2.2.24, Dũ hæc loquimur, intereá loci ad macellũ vbi venimus, cõcurrũt læti mi obuiã. Plau. in Truc. 3.9, Ducũt intereá loci aut æra, aut vinũ.

INTEREO interis, interiui, vel interii, interitũ, interire, In totũ mori. Du tout mourir. Plaut. in Amphit. 16.49, Vigilãs ſomnio, viuos & ſanus intereo. Terẽt. in Hecyra, Interii: cur mihi id non dixti? Idem in Phor. 2.2.4.

Interitus interita interitum, Mort.

Interitus, paſſiue, apud Claudiũ, Pugna acriter cõmiſſa, & multis vtrinque interitis.

Interitus interitus interitui, m.g. Mort. Cic. lib. 1. Tuſcul. Eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio ac direptio earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

Interitio interitionis, f.g. Idem. Cic. Verrinarũ in frumẽtaria, Cum bis in eadẽ prouincia magnæ fugitiuorum copiæ verſatæ ſunt, tum interitio facta nulla eſt.

INTERES T, compoſitum ab in re eſt, ſignificat vtile eſſe, vel ad rem pertinere.

Iungitur omnib⁹ genitiuis. Vt, Socratis intereſt, Id eſt, in re Socratis eſt. Ceſt a faire a Socrates de cela. Liuius, Si nihil intereſt regis, peto vt dum dico, vinculis liberer. Si le roy ne ſe meſle rien de cecy, ſil nen a que faire. Cice. pro domo ſua ad pontif. Ego verò reip. ſemper intereſſe putaui, me illius pulcherrimi facti quod ex authoritate ſenatus, conſenſu bonorũ omniũ, pro ſalute patriæ geſſiſſem, ſplendorẽ verbis, dignitatémque retinere. Que ceſtoit le prouffit de la choſe publique.

Intereſt ſalutis. Cic. Oſtendam alio loco quantum ſalutis cõmunis interſit, duos conſules in repub. Calend. Ianuariis eſſe.

Ablatiuis his etiã iungitur, Mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, cuia, ſiue ſit perſonale, ſiue imperſonale, Vt mea intereſt, Ceſt a moy a faire. Cic. Appio Pulchro, Tamen vt vidit tua intereſſe, conſcendens in nauem Epheſo Laodiceam reuertit. Idem Rufo, Illud caue dubites, quin ego omnia faciam, quæ intereſſe tua, aut etiam velle te exiſtimem.

Intereſt, pro vtile eſt, ſine caſu aliquãdo ponitur. Plin. lib. 1x, Seri etiam radices illita fimo intereſt. Valerius Max. Nihil intereſt an humi, an ſublimẽ putreſcam. Ceſt tout vng: Cela neſt rien, De nul prouffit.

Intereſt, his etiã nominibus iungitur, Magni, parui, tanti, quanti. Et aduerbiis facilè, multũ, plus, plurimũ, parum, paulũ, paululũ, pauxillum, nihil, nunquid, aliquid, magis, minus, maximè, minimé. Vt, minimè intereſt. Cic. Permagni intereſt quo tempore hæc epiſtola tibi reddita ſit. Ceſt vne choſe de grande cõſequence, en quel temps. &c. Idem in Verrem, act. 5, Thermitani miſerunt qui decumas emerent agri ſui. magni ſua putabant intereſſe, publicè potius, quãuis magno emi, quàm in aliquem iſtius emiſſariũ incidere. Que ce leur ſeroit grand prouffit.

Magni mea intereſt. Cic. Catoni, Sũma tua authoritas fecit, meúmq; perpetuũ de tua ſingulari virtute iudiciũ, vt magni mea intereſſe putarẽ, & res eas, quas geſſiſſem, tibi notas eſſe, & nõ ignorari à te, qua æquitate & cõtinẽtia tuerer ſocios, prouinciámque adminiſtrarẽ.

Intereſt aliquãdo componitur ab inter & eſt: & coniugatur, Interſum interes intereſt. & ſignificat præſentem eſſe. Cic. Publio Lentulo, Quæ gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit ſolum, ſed præfuit.

Datiuo iungitur. Valerius Max. Quo facilius laboribus & periculis intereſſet. Cic. vndecimo epiſt. famil. ad Brutum, Qui noſtro ſermoni interfuit. Qui eſtoit præſent.

Ablatiuo, cum præpoſitione in. Cic. lib. x. epiſt. ad Plancum, Si quid erit in quo intereſſe neceſſe ſit, nunquam deero.

Accuſatiuo, cum in. Cic. in Rhet. 5. Quo die Romæ iſta cædes facta eſt, ego Athenis eo die fui: intereſſe in cædem non potui.

Intereſſe, In medio eſſe. Liuius de ſecũdo bello Punico, Id morari victoriã rati, quòd interesſet amnis. Columella, Arbores quæ interſunt, ablaqueabuntur.

Intereſſe, Differre. Et iũgitur præpoſitioni inter. Cic. de Amicitia, 44, Quid enim intereſt, motu animi ſublato, non dico inter pecudem & hominem, ſed inter hominem & ſaxum, aut truncum, aut quivis generis eiuſdem?

Intereſt ſapiens à ſtulto.

Intereſt ſtulto, id eſt, differt à ſtulto. Terent. Homo homini quid præſtat? ſtulto intelligens quid intereſt?

Intereſt, ſine caſu poſt ſe. Terẽt. in Adelphis, Hoc pater, hoc dominus intereſt.

Intereſt triduũ. Plaut. in Bacchid. 8. 58, Triduũ nõ intereſt ætatis vter maior ſiet: verum ingenium plus triginta annis maius eſt, quàm alteri. Cic. de Senect. 56, Cuius inter primũ & ſextum conſulatum ſex & quadraginta anni interfuerant.

INTERFARIS, interfatur, interfari: Loquentẽ interrũpere. Rompre la parolle a aucun. Plin. epiſt. 23. a, Et quem interfari nefas eſſet, hũc etiã cõuitia audire: etſi inulta pateretur.

INTERFICIO interficis, interfeci, interfectum, interficere, Tuer.

Interficere aliquem vita. Plau. in Trucul. 10. 39, Salue, qui me interfeciſti penè & vita & lumine. Cic. Dolabellæ, Eadem mulier virũ & filium eodem tempore venenis clàm datis vita interfecerat.

Interficere aliquem ſiti. Plaut. in Moſtell. 4. 35, Prò Iuppiter, nam quod malũ verſatur meæ domi! vt dii, deæque omnes me peſſumis exemplis interficiant.

Interficere meſſes: Id eſt, perdere & cremare. Virg. Fer ſtabulis inimicum ignem, atque interfice meſſes.

Interfectus vſus ædiũ, Plautinus ſermo, in Merc. 21.4, Vſus, fructus, victus, cultus iam mihi harũce ædium interemptus eſt, interfectus eſt. &c.

INTERGERINI parietes à Victruuio appellantur, qui intergerũt, hoc eſt ferunt, & ſuſtinẽt onera, quos è creta iubet Victruuius cõſtituere. Dicti intergerini, quòd inter nouos parietes, aut fundamẽta pro fultura intergerũtur. Victruui⁹, Et catenis colligatæ in eo loco qui finitus erit, cõſtituãtur: & intergerinis è creta, beronibúſque ex vlua factis calcetur.

INTERFLVO interfluis, interfluxi, interfluxum, interfluere, Per medium fluere. Plin. Flumine medium oppidum interfluente.

INTERFVNDO interfundis, interfudi, interfuſum, interfundere, Per mediũ fundere. Plin. lib. 1, Idem Oceanus interfuſus, intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Aſiam diſpertit. Plin. epiſt. Interfuſo mari.

INTERIACEO interiaces, interiacui, interiacẽre, In medio iacẽre. Liuius, Deſcendũt in planitiem, quæ inter Capuã Tiphatámque interiacet. Plin. epiſt. 250, Et duo publica opera, quanquam via interiacente.

INTERIBI, aduerbiũ, idem ſignificans quod interea: Ce temps pendãt. Plaut in Aſin. 16. 41, Age tu interibi ab infimo da ſauium. Idem in Pœnulo, 9. 3, Iam iſtuc ego reuortar miles: conuiuas volo reperire nobis cõmodos vnà ſient: interibi attulerint exta, atque eadẽ mulieres iam ab re diuina credo apparebũt domi. Idem in Cap. 16. 39, Vos lauate interibi. Gellius lib. 2, Conſul interibi dum ea pugna ſe in locos ſubducit.

INTERIICIO interiicis, interieci, interiectum, interiicẽre. Ietter au milieu, Meſler, ou mettre parmi. Columella lib. 1, Vt ſiqua interiecta ſunt ſtramẽtis aut paleis ſpinarũ vel germinũ ſemina intereant. Liuius lib. 1, Aliáſque interiectas collibus valles. Ibidem, Paucis interiectis diebus. Cæſar lib. 7, Galli inter equites raros ſagittarios, expeditóſque leuis armaturæ interiecerant, qui ſuis ſedentibus auxilio ſuccurrerent.

INTERIM, aduerbiũ temporis, Ce pendant. Terẽt. in And. 1. 1. 100, Funus interim procedit. ſequimur. Idem in Eunuch. 3. 5. 58, Sed interim de ſymbolis quid actum eſt?

Interim, Aliquando. Quintil. Prima barbariſmi ac ſoloeciſmi fœditas abſit. Sed quia interim excuſantur hæc vitia aut conſuetudine, aut authoritate, aut vetuſtate, aut dénique vicinitate virtutum, acriter ſe in illud tenue diſcrimen grammaticus intendat.

Interim, Repente, Subitemẽt. Terẽt. in Hecyra, Primũ, dies compluſculos bene cõueniebat ſanè inter eas. interim miris modis odiſſe cœpit Soſtratam.

Interim, Diſcretio eſt eius rei, quæ ad narrationẽ pertinet. Terent. in And. 1. 1. 82, Curabat vnà funus: triſtis interim, nonnunquam collachrymabat.

INTERIMO interimis, interemi, interemptum, interimere, Tuer. Plau. in Caſina, Accurrite, ne ſe interimat. Terent. in Heaut. 4. 1. 22, Nam iam primũ, ſi meum imperiũ exequi voluiſſes, interemptam oportuit.

Interimere vitam. Plaut. in Caſina, 15. 29, Interimere ait velle ſe vitam. Idem in Epid. 12. 24, Vitam tuam ego interimam.

Interimit me hæc oratio, Ceſte parolle me faict mourir. Plau. in Merc. 12. 22, Diſperii, nam illæc interimit me modo oratio.

INTERIVNGO interiungis, interiunxi, interiunctum, interiungere, Subſiſtere. Tractum à curru, cuius rotæ interiecto ſude iunguntur, vt quieſcat. Martialis, Et cum currere debeas Bouillas, Interiungere quæris ad camœnas.

INTERLINO interlinis, interlini, interleui, interleni, interlitum, interlinere, Aliquo ſuperinducto picturam vel ſcripturam deſtruere. Cic. Pro Cluentio, Qui tabulas publicas municipiis vi corrupiſſe iudicatus ſit, qui teſtamentum interlinerit. Qui a efface & raſe pluſieurs choſes du teſtament.

INTERLOQVOR interloqueris, interloquutus ſum, interloqui, Entrerõpre la parolle daucũ, Lẽpeſcher de parler. Entremeſler ſa parolle quãt aucun autre parle. Terẽt. in Heaut. 4. 3. 13, ó Iupiter! s. quiſce. c. Antiphila mea nubet mihi. s. ſiccine mihi interloquere?

INTERLVCEO interluces, interluxi, interlucere, Luyre & apparoiſtre entreautres. Cic. ad Heren. lib. 3, Præterea diſſimiles forma atque natura loci comparandi ſunt, vt diſtincti interlucere poſſint.

INTERLVCO interlucas, interlucare, Ramos, ſeu plantas inutiliter pullulãtes, cum in-

teruallo reſecare. À lucus fit: vbi cum cæditur, lux fit.

Interlucatio interlucationis, f. g. Plin. lib. 17, Interlucatio arboribus prodeſt: ſed omniũ annorum trucidatio inutiliſſima. Eadem dicitur Collucatio.

INTERLVO interluis, interlui, interlutũ, interluere, Interfluere. Claudianus lib. 1, Trinacria quondam, Italiæ pars vna fuit: ſed pontus & æſtus Mutauête ſitum, rapuit cõfinia Nereus Victor, & abſciſſos interluit æquore montes.

Interluere, Lauare. Cato de re ruſtica, Manus interluito, poſtea vinum ſumito.

INTERLVNIVM interlunii, n. g. Dicitur id ſpatiũ temporis, in quo nec amplius luna apparet, nec adhuc noua videtur, quòd radiis ſolarib⁹ operta ſit ſuprà, nõ autem è regione.

INTERMESTRIS & hoc intermeſtre, Intermeſtris luna dicitur interluniũ, & coitus lunæ. Plin. lib. 16, Idémque mox intermeſtri luna atque dimidiata.

Intermeſtruum intermeſtrui, Idem. Varro lib. 1, de re ruſtica, cap. XXXVI, Quod à noua luna creſcit ad plenam, & inde rurſus ad nouam lunam decreſcit, quoad veniat ad intermeſtruũ, à quo die dicitur luna eſſe extrema & prima.

INTERMICO intermicas, intermicui, intermicare, In medio ſplendere. Claudianus lib. 1, Rutilum ſquammis intermicat aurum.

INTERMINOR interminaris, interminari, Fort menacer, & ſur grandes peines. Terẽt. in Eunucho, 5. 1. 14, Quid ais ſacrilega? iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi? Idem in Heaut. 4. 1. 13, Meminiſtine me eſſe grauidam: & mihi te magnopere interminatum, ſi puellam parerem, nolle tolli? Plaut. in Aſin. 7. 107, Mihi, tibíque interminatus eſt, nos futuros vlmeos, ni eſſent viginti argenti minæ.

Interminari ne. Plau. in Capt. 13. 22, Eminor, interminórque, ne quis mihi obſtiterit obuiã.

Terent. in And. 3. 2. 16, Dixíne tibi? interminatus ſum ne faceres? non veritus?

Interminari vitã: Menacer de tuer. Plaut. in Caſina, 15. 8, Viro quæ interminatur ſuo vitã.

INTERMITTO intermittis, intermiſi, intermiſſum, intermittere, Entremettre, Ceſſer, Deſiſter iuſques a quelque eſpace de temps.

Intermittere diem. Terẽt. in Adel. 3. 1. 6, Pol is quidem iam hic aderit: nam nũquam vnum intermittit diem, quin ſemper veniat. Il ne fault point vng iour quil ny vienne.

Intermittere iter. Liuius, Qui iter nõ intermitteret. Il ne ceſſoit de pourſuyure ſon chemin.

Intermittere otium. Plin. epiſt. 123, Fortaſſe enim his ipſis admonèris, vt te magis, ac magis otio inuoluas: quod ego non abrumpi, ſed intermitti volo. Idem, epiſt. 151. a, Eadémque firmitate animi laboribus ſuffecit, qua nunc otium patitur. Quod quidem pauliſper cũ magna ſua laude intermiſit, & poſuit.

Intermittere officiũ, Ceſſer de faire ſon debuoir. Cic. de Amicitia, 8, Nec vllo caſu arbitror, hoc conſtanti homini poſſe contingere, vt vlla intermiſſio fiat officii.

Intermittere tempus. Plaut. in Bacchid. 4. 32, Immò Chryſale hem non tantulum vnquã intermittit tempus quin eum nominet. Idem in Moſtell. 13. 21, Triduum profectò vnum eſt haud intermiſſum hic eſſe & bibi. On na point failli trois iours tout de ſuytte, que. &c. Cic. Etſi ego id tempus intermiſeram potius, quàm omiſeram.

Intermiſſus intermiſſa intermiſſum, Que on laiſſe a faire pour vng temps.

Intermiſſa tecta, & nõ continuata. Plin. epiſt. 41. 1, Littus ornant varietate grauiſſima, nũc continua nunc intermiſſa tecta villarum, quæ præſtant multarum vrbium faciem.

INTERMORIOR intermoriris intermortuus ſũ, intermori, Penitus mori, Vel, cũ aliquid fieret mori.

Intermortuus intermortua intermortuũ, Qui inter mortẽ vitámque ex dolore procũbit, ſimilis expiranti. A demi mort, Autant que mort, En qui on nattend vie. Plin. lib. 32, Vituli marini adeps inſtillatur naribus intermortuarum vuluæ vitio. Suet. de Nerone, Poſtquã Galbã & Hiſpanias deſciuiſſe cognouit, collapſus, animóque malefracto diu & ſine voce & prope intermortuus iacuit. Cic. in L. Piſonem, Quod autem maius indicium expectatis, nihil inter vos & Catilinã interfuiſſe, quàm quòd eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitaſtis?

Intermortui mores. Plau. in Trinũmo, 3. 5, Nam hic nimium morbus mores inuaſit bonos, ita plerunque omnes iam ſunt intermortui. Les meurs nont plus de vigueur.

INTERNASCOR internaſceris, internaſci, In medio naſci. Columella, lib. V, Nec aut pampinarius palmes internatus.

INTERNECO internecas, internecui, internectũ, vel internecaui, internecatũ, interne-

care, Simul interficere, & multitudinem totam fermè complectitur. Tout tuer. Plaut. in Amphit. 4. 35, Duello extincto maximo, atque internectis hostibus.

Internecio internecionis, f. g. Vitæ priuatio, inquit Festus. Liuius, lib. 1x, Lucerini ac Samnites ad internecionẽ cæsi. Tues tout a faict. Plin. de viris illust. 23, Gallos improuisos internecione occîdit.

Internectiuus internectiua internectiuum, Quod ad internecionem pertinet. Vt internectiuum testamentum, propter quod dominus eius necatus est.

Internectiuũ bellũ, quod ad destructionẽ fit. Vne guerre a tout tuer. Liuius, lib. 1x, Nullus modus fuit cædibus, deletáque Ausonum gens, vix certo defectionis crimine, perinde ac si internectiuo bello certasset. Plin. Habet deinde internectiuũ bellum cum Ichnoumone. De aspide loquitur.

INTERNODIVM internodii, n. g. Spatiũ inter nodũ & nodum. Columella lib. 3, Virgã mallearẽ nõ amplius quàm sex gẽmarũ esse cõuenit: ita tamen si breuia internodia habet.

INTERNOSCO internoscis, internoui, internotũ, internoscere, Cõgnoistre aucune chose entre dautres. Plaut. in Amphit. 3. 142, Nunc internosse vt vos possitis facilius, ego has habebo vsque in petaso pinnulas. Cic. de Amicitia, 68, Secerni autem blandus amicus à vero & internosci potest.

INTERNVNTIVS internũtii, Qui inter alios medius est, ad aliquid tractandũ: & modo huic, modo illi per vices nuntiat. Plau. in Amphit. Seu per scriptas literas, siue qui ipse ambisset sibi, seu per internuntiũ. Idem in Milite, 13. 16, Vah, egone vt ad te ab libertina esse auderem internũtius? Terẽt. in Eunuch. 2. 2. 56, Eho, numnã tu hic relictus custos, ne quis fortè internuntius clàm à milite ad istam cursitet? Idem in Heaut. 2. 3. 58, Magnũ hoc quoque signũ est, dominã esse extra noxiam, cum eius tam negleguntur internuntii.

INTERNVS, Vide INTRA.

INTERO interis, intriui, intritũ, interere, Broyer en quelque chose. Terẽt. in Phor. Tute tibi hoc intristi, tibi omne est exedendũ. Puis que tu as faict la folie, si la bois.

Intritus intrita intritum, Pillé & broye en vng mortier, ou autrement. Plin. lib. 36, cap. 23, Ruinarum vrbis ea maxime causa, quòd furto calcis sine ferrumine suo cæmenta cõponuntur. Intrita quoque quo vetustior, eo mollior.

Intritum intriti, Inter rusticos de alliato mortario dici solet. propriè enim huiusmodi cibus intritum dicitur: quãuis etiam de aliis rebus dicatur, quæ teruntur. Cõme mortier.

Intritum, terra ipsa vnde lateres finguntur. Plin. lib. 35, Intritum ipsum eorum, priusquam fingantur, macerari oportet.

Intritum, Pro emplastrato apud Catonẽ ad insitiones. Hinc Plinius de Catonis emplastratione loquens, ait, Iussit ita cognominari, & illa sua intrita oblini.

INTERORDO interordinis, m. g. Spatium quod est inter ordines. Columella, lib. 6, Vt iacens non excedat interordinis spatium. Idem, Macro solo quinis pedibus inter ordines omissis, mediocri senis.

Interordiniũ interordinii, n. g. Idem. Columell. Minimũ est quinque pedũ interordiniũ, septẽ maximũ. Idem lib. v. cap. v, Sed de spatiis ordinũ eatenus præcipiendũ habemus, vt intelligãt agricolæ si sine aratro vineas culturi sint, laxiora interordinia relinquenda.

INTERPELLO, interpellas, interpellare, Loquentem, vel aliquid agentem interrũpere. Entrerõpre la parolle daucun, Nauoir point la patiẽce de le laisser dire iusques a la fin: ou de faire sa besongne. Luy rompre la teste de parolles tellemẽt quil ne puisse rien faire. Plaut. in Merc. 4. 85, Ilicò occurri, atque interpello: dico matri te ancillã tuæ emisse illam. Idem in Amphit. 8. 169, Nunc exquire. AM. ne interpella: perge obsecro dicere. Idem in Menæch. 24. 64, Si interpellas, egò tacebo. MEN. potius tacebo ego. Cic. lib. 1, Tuscul. Sed nihil te interpello, continentem orationem audire malo.

Interpellare, Dicere. Lucil. lib. 30, Verùm tu quid agis, interpella me vt sciam.

Interpellare, Rogare. Valerius Max. lib. 3, Cato rogatus vt socios apud auũculũ adiuuaret, constanti vultu non facturum se respondit. Iterum deinde, ac sæpius interpellatus, in proposito perstitit.

Interpellatio interpellationis. Plin. epist. 213. b, Interueniunt amici ex proximis oppidis: partémque diei ad se trahũt, interdúmque lassato mihi inopportuna interpellatione subueniũt.

Interpellator interpellatoris, Qui empesche par ces parolles que on ne peult ne dire ne faire aucune chose. Cice. In literis sine interpellatore versor Ie nay personne qui me rompe la teste, ou rompre mon estude.

INTERPENSIVA, apud Victruuiũ, Perticarũ, tigillarum, aſſerúmve genera ſunt, quæ ab angulis parietũ ad angulos tignorum, ad imbres in colliquias deriuãdos, vel alium quẽuis vſum interlucantur, quaſi ea quæ à pendẽdo Græci appellant κρεμαστήρια. Interpẽſiui verò parietes ſunt, qui ſupra contignationem ſtruũtur, nec in ſolo fundamẽtum habẽt, ſed in pendenti ſurgunt.

INTEPOLO interpolas, interpolare, Interrumpere vel intermittere. Curti⁹ in quinto, Igitur cum intẽpeſtiuis cõuiuiis dies, noctẽſque cõſumeret, ſatietatẽ epularũ ludis interpolabat. Id eſt, interpoſitis ludis interrumpebat. Cæſar lib. 3, de bello ciuili, Siue error aliquis, ſiue fortuna, paratã iam, præſentémque victoriã interpolaſſet. Id eſt interrupiſſet. Idem alibi, Sed interpolatum aduentu Cæſaris profugiſſe. Id eſt, à conatu, & incœpto deterritum.

Interpolare, propriè eſt immutare, & nouã formã vetuſtis rebus addere. Repeindre, racouſtrer, renouueller, pollir quelque vieille choſe, tellement quelle ſemble toute neufue. Dictũ interpolare, quaſi interpolire. Ab arte fullonia tractum, qui poliendo vetera quæque in nouam ſpeciem mutãt. Plaut. in Amphit. 4. 163, Alia forma eſſe oportet, quem tu pugnẽ læſeris. s. ille homo me interpolabit, meúmque os finget denuo. Idem in Moſtell. 4. 104, Scita es tu quidem noua pictura, interpolare vis opus lepidiſſimũ. Cic. Aliquid demẽdo, mutando, interpolando. Plin. At hercle Alexãdriæ, vbi thura interpolãtur. Hoc eſt purgãtur, cernũtur, & quaſi renouãtur. Vlpianus, Vbique curant ædiles, ne emptores à venditoribus circũueniãtur. præſumptum eſt enim ea mancipia, quæ rudia ſunt, & ſimpliciora eſſe, & ad miniſteria aptiora & dociliora: Trita autem mancipia & veterana difficile eſt reformare, & ad ſuos mores formare. Quia igitur venalitiarii ſciunt facilè decurri ad nouitiorũ emptionem, idcirco interpolant veteratores, vt pro nouitiis vendant. Interpolãt (inquit) id eſt ornant, fingunt, renouant, vt nouitii eſſe videantur.

Interpola interpolorũ, Noua inuenta, & (vt ita dicam) renouationes artium & aliarum rerum. Plin. Mutatur ars quotidie, quoties interpolis & ingeniorum Græciæ flatu impellimur.

Interpolis & hoc interpole. Renouatus, Renouuellé. Plin. lib. 19, Eſt quidẽ eius natura interpolis.

Interpolus interpola interpolum, Idem. Labeo lib poſteriorũ, Si veſtimẽta interpola quis pro nouis emerit, Trebatio placere ita emptori præſtandum quod intereſt, ſi ignorans interpola emerit. Veſtements frippés & regrattés.

Interpolator interpolatoris, m. g. Qui antiquas veſtes reſarcit ac renouat, vt eas facilius vẽdat. Vng frepier.

Interpolatrix interpolatricis, f. g. Mulier quæ antiquas veſtes reſarcit ac renouat, vt eas facilius vendat. Pomponius, Interpolatricem accerſire oportet, quæ huic veſtem adducat.

Interpolis huius interpolis, Quæ vitia deformitatis arte occultat. Plaut. in Moſtell. 4. 114, Nã iſtæc veteres, quæ ſe vnguentis vnctitant, interpoles vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant.

INTERPONO interponis, interpoſui, interpoſitum, interponere, Entremettre, Interpoſer. Cic. de Amicitia, 3, Quaſi enim ipſos induxi loquẽtes, ne inquam & inquit ſæpius interponeretur.

Interponere iudicium. Cic. pro Cornelio Balbo, Potuit certius interponere iudicium voluntatis ſuæ, quàm cum etiam accuſatorem huius mulcta & pœna mulctauit.

INTERPRES interpretis, o. g. Eſt (vt inquit Perottus) qui in aliqua re agẽda medius eſt, & veluti conciliator & author. Virg. lib. 4. AEneid. Túque harum interpres curarum, & conſcia Iuno. Plaut. in Curcul. 8. 64, Quod te præſente iſtic egi, téque interprete. Idem in Milite, 10. 202, Quaſique hunc annulum Fameſæ ancillæ dederit, ea porrò mihi, militi vt darem, quaſique ego rei ſim interpres. Cic. in Verrem, act. v, A. Valentinus eſt in Sicilia interpres: quo iſte interprete, non ad linguam Græcam, ſed ad furta & flagitia vti ſolebat.

Interpres, Qui obſcura exponit: quòd homines huiuſmodi, animos eorum quibus dati ſunt interpretes, ſciſcitantur, & inuicem illis exponunt. Plaut. in Pœnulo, 5. 35, Nam iſti quidem hercle orationi OEdipo opus eſt coniectore, qui Sphyngi interpres fuit. Virg. Troiugena interpres diuûm. Seruius, Interpres vaticinator, qui mentem deorum mortalibus publicat.

Interpretor interpretaris, interpretatus ſum, interpretari, Exponere, Expoſer, dõner a entẽdre que ſignifie quelque choſe.

Interpretari virtutem ex cõſuetudine ſermonis: Dõner a cõgnoiſtre que ceſt de vertu, ſelon

la commune maniere de parler. Cic.de Amicitia,20,Iam virtutem ex consuetudine vitæ sermonisque nostri interpretemur.

Interpretatur nomen suum violari:Il tourne cela a mal,disant que sa maieste est violee.Plin. in Paneg.54. Sibi maledici,in illis suam diuinitatem,suum nomen violari interpretabatur. Plaut.in Trucul.4.39,Illa,haud ego,habuit publicũ:peruorsè interpretaris:nã aduorsum legem à me ob meam scripturã pecudem accipi,fierique. Tu lentens mal.

Cum huius verba interpretor:Selon que ie peulx entendre par les parolles de ceſtuy cy.Plau. in Bacchid.13.15,Cum ego huius verba interpretor, mihi cautio est,ne nucifrãgibula excussit ex malis meis.

Interpretari memoriæ alicuius,Id est,reducere in memoriam. Plaut.in Epid.11.25,Iniquè iniurius es.P.quid iam?M.quia tuæ memoriæ interpretari me æquum censes.

Interpretamentum interpretamenti,n.g. Interpretatio.Gellius,Ex quibus diuersa latinæ linguæ interpretamenta collegimus.

INTERPREMO interpremis,interpressi,interpressum,interpremere,Intercludere,Sarrer,ou fort sarrer.Plau.in Rud.16.29,AEdepol infortunio hominem prædicat donabilem, qui sacerdotis sceleſtus fauces interpresserit.

INTERPVTO interputas,interputare, Couper entre quelque chose. Columella lib.3, Rosam fruticibus ac surculis disponi per surculos pedales conuenit,per idem tempus quo & viola,sed omnibus annis fodi ante calendas Martias & interputari oportet,hoc modo multis annis perennat.

INTERQVIESCO interquiescis,interquieui,interquietum, interquiescere:Soy reposer par fois.Plin.epist.101.n.lib.v,Neque enim verebar, ne laborioſum esset legenti tibi, quod visenti non fuisset:præsertim cum interquiescere,si luberet,depositáque epistola,quasi residere sæpius posses. Idem epist.174 a,Iulio mense,quo maximè lites interquiescũt,positis ante lectos cathedris,amicos collocaui.

INTERREGNVM interregni,n.g. Appellatur id tempus quo regnum vacat rege,hoc est,antè quàm in demortui locum nouus rex præficiatur.Plin.de viris illust.3,Post cõsecrationem Romuli,cum diu interregno seditiones orirentur,Numa Pompilius Pomponii filius Curibus oppido Sabinorũ accitus,cum adducentibus ciuibus Romam veniſſet, vt populum ferum religione molliret,sacra plurima instituit.

Interregnum per metaphoram aliquãdo dictum est, cum loco magistratus interrex creatur. Liuius,Cum sine Curuli magistratu resp.esset,patritii coiêre,& interregem creauêre.contentio consulesne,an tribuni militum crearentur in interregno, rem cõplures dies tenuit.

Interrex interregis,m.g.Qui regis demortui locum tenet,donec aliquis constituatur rex.

Interrex patritius.Cic.pro domo sua,ad pontif.Itaque populus Rom.breui tempore,neque regẽ sacrorum,neque flamines,neque Salios habebit,nec ex parte dimidia reliquos sacerdotes,neque auctores centuriatorum & curiatorũ comitiorũ:auspiciáque populi Rom.si magistratus patritii creati non sint, intereant necesse est, cum interrex nullus sit:quod & ipsum patritium esse,& à patritio prodi necesse est.

INTERROGO interrogas,interrogare,Interroguer, demander. Plaut.in Pœnulo,10. 19,Si exierit leno,censetis hominẽ interrogẽ,meus seruos si ad eum venerit, nécne? Idem in Epid.5.66,Ibi illa interrogat illam,Quî scis?qui id dixit tibi? Plin.in Paneg.109,Stupeo P.C.nec dum satis aut oculis meis,aut auribus credo,atque identidem me,an audierim, an viderim interrogo.

INTERRVMPO interrumpis,interrupi,interruptũ,interrumpere, Rompre par le milieu.Plaut.in Casina,2.66,Plautus noluit:pontem interrupit,qui erat in itinere. Plancus Ciceroni,Pontes quos feceram,interrupi.

Interrumpere sermonem.Plaut.in Trinũmo,17.26,Dum sermonem vereor interrumpere, solus sto:nec quod conatus sum agere,ago.

INTERSCALPIVM interscalpii, n.g, Vallicula quædam à fine colli incipiens:inter scapulas iacet.

INTERSCINDO interscindis,interscidi,interscissum,interscindere, Coupper au milieu,ou par le milieu. Liuius,Pontémque interscinderent.

INTERSCRIBO interscribis, interscripsi, interscriptum, interscribere, Escrire entre deux. Plin.epist.129.b,Poteris & quæ dixeris post obliuionem retractare,multa detinere, plura transire,alia interscribere,alia rescribere.

INTERSECO interſecas, interſecare, Per medium ſecare.

INTERSEPIO interſepis, interſepſi, interſeptum, Enfermer dune haye.

INTERSERO interſeris, interſeui, interſitum, interſerere, In medio plantare, ſeminare, inſerereve. Gellius lib. 1, Eadē ratione qua ſecundi quatuor interſiti ſunt. Columella lib. 4, Deinceps paſtinatur malleolus ordinariis vitibus interſerendus.

INTERSERO interſeris, interſerui, interſertū, interſerere, Inttrponere. Plin. epiſt. 63. a, Prædia agris meis vicina, atque etiam interſerta, vænalia ſunt.

INTERSPIRO interſpiras, interſpirare, De medio, ſeu per medium ſpirare. Cato, Manu comprimito acina vt cōbibāt aquam marinam: vbi impleuerit dolium, operculo operito, relinquito qua interſpiret.

INTERSTERNO interſternis, interſtraui, interſtratū, interſternere, In medio ſternere. Iuſtinus lib. 1, Hæc Babyloniam condidit, murúmque vrbi cocto latere circūdedit, arena, pice, bitumine interſtrato.

INTERSTINGO interſtinguis, interſtinxi, interſtinctū, interſtinguere, Per interualla aliqua extinguere. Feſtus, Ignis Veſtæ ſiquādo interſtinctus eſſet, virgines verberibus afficiebantur. Apul. Iámque protinus obliſis faucibus interſtinguere eam debuiſſet.

INTERSTO interſtas, interſtiti, interſtitum, interſtare.

Interſtitium interſtitii, n. g. Eſpace & diſtāce entre quelque choſe. Macrobius, Quum quatuor ſint elemēta, ex quibus conſtant corpora, terra, aqua, aer, ignis, tribus ſine dubio interſtitiis ſeparantur, quorum vnum eſt à terra vſque ad aquam. &c.

Interſtitiū lunæ, Dicitur Interluniū. Apul. Difficultas itineris, ac globoſi ſyderis interſtitiū.

INTERSTRINGO interſtringis, interſtrinxi, interſtrictū, interſtringere, Eſtreindre. Plaut. in Aulul. 20. 31, Ibo intrò, atque illi tuo ſocieno iam interſtringuam gulam.

INTERSTREPO interſtrepis, interſtrepui, interſtrepitum, interſtrepere, Faire bruit. Virg. Digna ſed argutos interſtrepere anſer olores.

INTERSVM, Vide INTEREST.

INTERTRAHO intertrahis, intertraxi, intertractum, intertrahere, De medio trahere. Plaut. in Amphit. 8. 39, Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.

INTERTRIGO intertriginis, f. g. Malum eſt quoddam cum fœmina equitatu aliáve ſimili de cauſſa atterūtur, adurūtúrque. À Græcis παρέτριμμα dicitur. Dioſcorides autem paratrimma, id eſt intertriginem vocat, cum pes pedem, vel vngula vngulam terit, vt in genere veterinario cōtingit, id eſt in iumentis. Columella lib. 8, Subluuies & intertrigo pice liquida vel alumine vel ſulphure atque aceto miſtis litæ eruētur. Idem lib. 7, Intertrigo die ſoluitur aqua calida, mox decocto agrico ſale cum adipe deſiccatur. Hodie in equis & mulis intertallíare vocamus, cum ſcilicet vitioſo ingreſſu calces maximè poſteriores, aut etiam ſuffragines atteruntur.

INTERTRIMENTVM intertrimēti, n. g. Dōmage. Dictum, vt inquit Varro lib. 4, de lingua latina, ab eo quòd duo quæ inter ſe trita ſunt, etiā diminuta ſunt. Terēt. in Heaut. 3. 1. 39, Nūc cū ſine magno intertrimēto nō poteſt haberi, quiduis dare cupis. Cic. in Verrem, act. 3, Cum eo ſine vllo intertrimento conuenerat iam quemadmodum traderetur.

Intertrimentum, pro euanida argenti parte, quæ in excoctione deperit, Dechetum aurifices appellant, Dechet: accepit Liuius libro ſecundo de bello Macedonico, Carthaginenſes eo anno argentū in ſtipendium aduexerunt: id quia probum nō eſſe quæſtores renuntiauerūt, experientibúſque pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua ſumpta, intertrimentū argenti ſuppleuerunt. Vſus eſt & alibi, eodem modo, eadem decade.

Intertrimentum, Perte que on ha en quelque ouurage. Cic. in præt. vrbana, de æde Caſtoris loquēs, quam P. Iunius ſartam tectam tradere debebat, L. (inquit) Rabonio ædem Caſtoris tradi oportebat. Is caſu pupilli Iunii tutor erat teſtamento patris. Cum eo ſine vllo intertrimento cōuenerat iam quemadmodū traderetur. Aſconius, Detrimentū, vnius partis eſſe poteſt: intertrimentū verò dantis & accipientis. Secundū quod Cicero intertrimentum pro cōmuni conficiendi alicuius negotii iactura poſuit, quam vulgus perditā vtrinque appellat.

INTERTVRBO interturbas, interturbare, Valde turbare. Plaut. in Bacchid. 15. 83, Ne interturba: imperatū iam in cera eſt. Terent. in And. 4. 1. 39, Quis homo iſtuc? P. Dauos. C. Dauos! P. interturbat.

INTERVALLVM interualli, n. g. Spatium, quod eſt inter palos, vallum caſtrenſe con-

ſtituẽtes:à quo omne ſpátium interuallum eſt nuncupatũ. Interuálle, diſtance. Cic.pro lege Agraria, Vide quantũ interuallum ſit interiectũ inter maiorũ noſtrorũ cõſilia, & inter iſtorũ hominum dementiam. Regárde quil y a grande differance. Plin.in Paneg.104, Neque alia repetendis cõſulatibus interualla permittere, niſi dũ finiuntur. Plaut.in Rud.4.49, Nunc interuallũ iam hos dies multos fuit. Idem in Menæh.3.28, Sed nihil interuallum iam hos dies multos fuit. Plin.de viris illuſt.4.a, Singulos per interualla interfecit.

INTERVACO interuacas, interuacare, In medio vacuum manere. Columella lib.v, Bulbus tripedaneis interuacãtibus ſpatiis obrutus, anno celerius maturã pertícã præbet.

INTERVELLO interuellis, interuelli, vel interuulſi, interuulſum, interuellere, Arracher dentre les autres. Plaut.in Amphit.4.1.72, Næ ego homo infœlix fui, qui nõ alas interuelli, volucrem vocem geſtito. Palladius, Si ſpiſſa ſunt, interuelles aliqua, vt cætera roborẽtur.

INTERVENIO interuenis, interueni, interuentũ, interuenire, In medio negotio, quaſi ex inſidiis ſuperuenire, & opprimere in ipſo actu qui rem cælatã vellent. Suruenir entre les entrefaictes que on ni penſe pas. Terẽt.in prologo Hecyr.2, Hæc cũ data eſt noua, nouũ interuenit vitiũ & calamitas. Idem in Adelph.3.3.52, Nã vt numerabatur fortè argẽtum, interuenit homo de improuiſo. Idem in Heaut.4.3.1, Nulla mihi res poſthac poteſt iam interuenire tãta, quæ mihi ægritudinẽ afferat: tãta hæc lætitia oborta eſt. Idem in And.4.4.11, Sponſæ pater interuenit. Idem in Eunucho, 3.5.5, Sed neminem curioſum interuenire nunc mihi qui me ſequatur.

Interueniũt iræ. Plaut.in Amphit.10.59, Iræ interueniunt, redeunt rurſum in gratiam.

Interuenire malo. Plaut.in Amphit.20.23, Nihil moror aquã. PY. quor? PA. malo ne interueneris quæſo, dum reſipiſcit. Garde dauoir quelque mal: Ne tauance point trop que tu nayes malencontre.

Interuenire, Intereſſe, Eſtre preſent. Cic. Quod non eſſet factum, ſi ipſe interueniſſem.

Interuentũ eſt, impersonale. Terẽt. Heaut.2.3.40, Vbi de improuiſo eſt interuẽtũ mulieri.

Interuentus interuentus interuentui, Suruenue. Plaut.in Amphit.4.101, Sed prælium id tandem diremit nox interuentu ſuo.

INTERVENIVM interuenii, n.g. Quod eſt inter venas. Victruuius lib.8, Sed non per interuenia dilabantur & decreſcant.

INTERVERTO interuertis, interuerti, interuerſũ, interuertere, Callidè ſurripere: quod plerunque fit, cum rem cõmodatã aut creditã, dolo, ne reſtituatur domino efficimus. Plaut. in Aſin.6.10, Qui ad heri fraudationem callidũ ingeniũ gerunt. vnde ſumã? quem interuortam? quò hanc celocem cõferam? Ibidem, 7.103, Hem iſtuc ago, quo modo argentũ interuortam, & aduectorẽ & Sauriã. Idem in Pſeud.13.111, Nam eum circũire in hunc diem, vt me, ſi poſſet, muliere interuorteret. Ibidem, 1.4, Venientẽ Caculam interuortit ſymbolo. Idem in Rud.31.44, Non herclè iſtoc me interuortes. Cic.in Verrem, Candelabrum quod rex AEgypti Ioui Capitolino dolo tulerat, à Verre, qui illud cõmodato à rege acceperat, interuerſum eſſe conqueritur. Idem pro domo ſua ad pontif. Is poſtea quàm intellexit, poſſe ſe interuerſa ædilitate, Piſone conſule prætorem renuntiari.

INTERVISO interuiſis, interuiſi, interuiſũ, interuiſere, Quaſi iterũ viſere. Par fois aller veoir. Plaut.in Aulul.7.25, Nunc hic eam rem volt ſcio, mecum adire ad pactionem: verum interuiſam domi. Ie iray vng tour iuſques a la maiſon, puis retourneray. Idem in Sticho, 3.10, Nunc ſoror abeamus intró. PI. immò interuiſam prius domũ. Ibidẽ, 8.3, Nunc interuiſo, iámne à portu interuenerit. Cic. Marcio. Téque & iſtam rationẽ otii tui & laudo, & vehemẽter probo: quódque minus interuiſis, hoc fero animo æquiore.

INTESTATVS inteſtata inteſtatum, dicitur non ſolum qui mortuus eſt nullo confecto teſtamento, ſed etiam cuius ex teſtamento adita non eſt hæreditas, vt inquit Paulus.

Inteſtatus, Cuius verbis non adhibetur fides, quive teſtis eſſe non poteſt. Põponius, Ipſe cum vno ſeruo ſenex inteſtatus proficiſcitur.

Inteſtatus, nullis teſtibus conuictus. Plaut.in Cur.15.17, Hoccine pacto indemnatum atque inteſtatum me arripi?

Inteſtabilis, & hoc inteſtabile, Qui iure teſtamentum facere non poteſt, & cuius teſtimonium non accipitur. Plaut.in Milite, 22.24, Vt viuam ſemper inteſtabilis. Que iamais plus ne ſoie receu pour teſmoing tant que ie viue. Caius de teſtamentis, Inteſtabilis cum lege quiſquis eſſe iubetur, eò pertinet, ne eius teſtimoniũ recipiatur, & eò amplius, vt quidam putãt, néve ipſi dicatur teſtimonium.

Inteſtabilis pro deteſtabili, apud Gellium, Eos tamen qui ad Annibalem nõ rediiſſent, vſque adeò inteſtabiles, inuiſóſque fuiſſe, vt tædium vitæ ceperint, necémque ſibi conſciuerint. Plaut. in Curcul. 2.3, Semper curato ne ſis inteſtabilis. Id eſt, infamis, cuius teſtimoniũ recipi ob adulteriorum infamiam non merearis.

INTESTINVS inteſtina inteſtinum, Quod eſt intimum.

Inteſtina dicuntur, quæ in interiori corporis parte clauduntur, & inferiora ſunt. Celſus lib. 4, à viſceribus ad inteſtina veniendum eſt.

Inteſtinum, neutro genere, & inteſtinus, maſculino dicitur. Plin. lib. xi, Inteſtinus quibuſdã ab ore incipiens quadam via eodem inflectitur, vt ſepiæ & polypo in homine, annexus infimo ſtomacho, ſimilis canino.

Inteſtinum odium, Id eſt, odium occultum, vel magnum, hoc eſt, cor & animam premens.

Inteſtinum opus, Quod factum eſt ex ligno fabrorum: Menuyſerie. Varro lib. 3. de re ruſtic. Cum villã haberes opere tectorio, & inteſtino, ac pauimẽtis nobilibus lithoſtrotis ſpectandam, parum putaſſes eſſe, ni tuis quoque literis exornati parietes eſſent.

INTEXO intexis, intexui, intextum, intexere, Intus texere, innectere, inuoluere. Virg. lib. 4. georg. Vtque purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Id eſt, intus texti. Idem lib. 2, Illa tibi lætis intexit vitibus vlmos. Id eſt, innectit.

INTIMO intimas, intimare, Significare. Liuius lib. 4, Intimaſſe filio vt milites ſcriberet.

INTINGO intingis, intinxi, intinctum, intingere, Mouiller, & tremper dedans, Sauſſer. Plin. Aniſum à Pythagora inter pauca laudatur ſiue crudum, ſiue decoctum. Item viride, aridúmve omnibus quæ cõdiuntur, quæque intingũtur, deſyderatũ fœtorem tollit manducatũ, mox vino collutum, vultum iuniorem præſtat, appetentiam ciborũ facit. ob has cauſſas quidam anicetum vocauêre. Ouid. lib. 2. Faſt. Nutriat intinctos miſſa patella cibos. Id eſt, aliquo ſapore reſperſos.

Intingere, Teindre, comme font les teincturiers.

Intinctus intinctus intinctui, m. g. Sauſſe, en quoy on ſauſſe, & trempe on les viandes.

Intinctus, Tincture. Plinius laudat intinctum ex myrto.

INTOLERABILIS & hoc intolerabile, Qui tolerari non poſſit. Afranius, Quod ſi feciſſem paulò ſæpius, didiciſſet is ferre, & non eſſe intolerabilis.

INTOLERANDVS intoleranda intolerandum, Idem. Plaut. in Trinũmo, 12.7, Spurcificum, immanem, intolerandum, veſanum.

INTONO intonas, intonare, Valde tonare. Horatius in Epodis, Intonata protulit.

INTONSVS intonſa intonſum, Capillatus. Intonſi montes, Id eſt, ſyluoſi. Varro, Intonſi montes, & feris pleni.

INTORQVEO intorques, intorſi, intortũ, intorquere, Circum torquere, Tordre a lentour, entortiller. Plaut. in Ciſtell. 10.69, Inuoluolum, quæ in Pampini folio intorta, implicat ſe. Columella lib. 3, Cum iam matura mala fuerint, antequã rumpantur, periolos quibus pendent, intorqueto, ea modo ſeruabunt. Tors les.

Intorta oratio, Parolle enueloppee, & entoullee, tellement que on ne ſcet quelle veult dire. Plaut. in Ciſtell. 10.79, Inuoluolũ quæ in pampini folio intorta implicat ſe: itidem hæc intortam orationem exorditur ſibi.

Intorquere, Contra ſiue intus torquêre, Iácere. Virg. Sacrum qui cuſpide robur Læſerit, & tergo ſceleratam intorſerit haſtam. Plin. de viris illuſt. 65, Vbi ab Opimio victus, dum à templo Dianæ deſiliit, telum intorſit.

INTRA præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruiens. Dedans. Lucanus, Intra caſtrorũ timuit tentoria victor. Ab in deriuatur, Intra cubiculum, intra oppidũ, Id eſt, in cubiculo, in oppido,

Intra calendas, intra ferias, Id eſt, in calendis, in feriis.

Intra modum, Id eſt, citra modũ. Cic. Sed tamen quoniã effugi eius occaſionem, qui fortaſſe arbitraretur me hanc remp. non putare ſi perpetuò tacerem, modicè hoc faciam, aut etiam intra modum. Id eſt minus quàm modicé. Si peu que rien.

Intra famam. Quintil. Hortẽſii ſcripta tamen intra famam ſunt. Il a plus eſcript quil nen eſt de bruyt, que on ne penſe. Il a fort eſcript.

Intra diem mortis vt aliquid fiat, ſi quis dixerit, ipſe quoque dies (vt inquit Vlpianus) in quo quis mortuus fuerit, numeratur.

Intra viginti dies. Plaut. in Curcul. 8.77, Dimidiã partem nationum vſque omniũ ſubegit ſolus intra viginti dies. Plin. epiſt. 249, Qui igitur intra hos proximos decẽ annos dam-

nati, nec vllo idoneo authore liberati ſunt, hos oportebit pœnæ ſuæ reddi. Idem epiſt. 119, lib. v 1, Exhæredatam ab octogenario patre, intra vndecim dies, quàm ille nouercã ei, amore captus induxerat.

Interos antiqui dicebant, ſicut nunc ab extra exteros. À quo, interior comparatiuus, & intimus ſuperlatiuus.

Interior & hoc interius, Plus auant, ou plus dedans. Terent. in Eunucho, 3.5.31, In interiori parte vt maneam ſolus cum ſola.

Intimus intima intimũ, Qui eſt le plus auãt, & le plus dedans, Profond. Plin. in Paneg. 136. Principũ verò nõ modo domos, ſed cubicula ipſa, intimóſque ſeceſſus recludit, omniáque arcana noſcenda famæ proponit, atque explicat. Plaut. in Trucul. 11.40, Traxi ex intimo ventre ſuſpirium. Du profond de mon vẽtre. Idem in Rud. 17.7, Propulit perquàm indignis modis, nóſque ab ſigno intimo eripere voluit.

Intimus ſum illi: Ie ſuis de ſes plus grands amis, Ie ſuis bien auant en ſon cueur, Il me aime du profond de ſon cueur. Plaut. in Trucul. 3.45, Nam me fuiſſe huic fateor ſummũ atque intimum. Idem in Milite, 4.29, Itaque intimũ ibi ſe miles apud lenam facit.

Intimus es cõſiliis noſtris: Tu es celuy qui ſcet plus de nos cõſeils, que pas vng. Terẽ. in And. 3.3.45, Ipſus mihi Dauos, qui intimus eſt eorum conſiliis, dixit.

Intrarius intraria intrarium, Id eſt intimus. Plaut. Charos mihi, atque intrarios amicos.

INTRACTATVS intractata intractatũ, Qui neſt point traicte, manie, ou accouſtre. Vt intractatus equus, Vng cheual qui neſt point faſconne ne domte. Cic. de Amicitia, 60, Atqui in ipſo equo (cuius modo mentionem feci) ſi nulla res impediat, nemo eſt qui non eo quo cõſueuit, libẽtius vtatur, quàm intractato & nouo.

INTRICO intricas, intricare, Implicare, Empeſcher, entouiller, empeſtrer. Plaut. in Perſa, 1.5, Atque ita intricatum ludit potans Dorpalum.

INTRINSECVS, aduerbium, Par dedans.

INTRO, aduerbium ad locum. Dedans. Plaut. in Amphit. 16.76, Intrò ædepol abiit, credo ad vxorem meam. Idem in Aſin. 12.155, Ite intrò citó. Terent. in And. 3.2.42, Immò abi intrò, ibi me opperire.

Intrò accipere. Plaut. in Trucul. 16.36, Intrò acceptum quãdo acceptum eſt, nõ poteſt ferri foras.

Intrò venit. Plaut. in Capt. 10.12, Perdidit me Ariſtophontes hic qui venit modo intró.

Intrò ſpectare. Plaut. in Moſtell. 13.4, Quid volunt? quid intrò ſpectant?

Intrò ad nos, Ches nous. Plau. in Trucul. 16.18, Non ego nũc intrò ad vos mittar? Terẽt. in Eunucho, 5.7.2, Modo ſenex intrò ad nos venit errans.

INTRO intras, intrare, Entrer. Plin. epiſt. 13.a, Ac ſubinde ſibi nuntiari iubẽt, an iam recitator intrauerit.

Intrare ædem & in ædẽ. Suet. in Veſp. AEdem Serapidis ſummotis omnibus ſolus intraſſet. Cic. pro domo ſua ad põtif. In Capitolium intrare.

INTRODVCO introducis, introduxi, introductum, introducere, Intra aliquem locũ ducere. Salluſt. Vulturnium cum legatis introducit.

Introducere, per tranſlationem, Inſtruere ſignificat, & docere.

Introductio introductionis, f. g, Eruditionis principium, quam Græci εἰσαγωγὴν vocant.

INTROEO introis, introiui, introitum, introire, Aller dedans. Terent. in And. 3.4.11, Vt hinc te iuſſi introire, opportunè hic fit mihi obuiam.

Introire in ædes. Plaut. in Amphit. 7.59, Quin introire in ædes nunquam licitũ eſt. Idem in Milite, 16.31, Ne ille mox vereatur introire in alienam domum.

Introire in vitam, Naſci. Cice. de Amicitia, 14, Quamobrem cum illo quidem, vt ſuprà dixi, actum optimè eſt, mecũ autem incõmodius: quem fuit æquius vt prius introieram in vitam, ſic prius exire de vita.

Introire ad. Terẽt. in Hecyr. 4.1.37, Audiſti ex aliquo fortaſſe, qui vidiſſe eũ diceret exeuntem, aut introeuntem ad amicam.

INTROGREDIOR introgrederis, introgreſſus ſum, introgredi, Marcher dedans. Virg. Poſtquam introgreſſi, & coràm data copia fandi.

INTROMITTO intromittis, intromiſi, intromiſſum, intromittere, Mettre dedans. Intromittere ad vel in. Plau. in Aſin. 13.11, Alienũ hominẽ intromittat neminẽ. Idem in Aulul. 5.21, Profectò in ædibus meis me abſente, neminẽ volo intromitti. Ie ne veulx point que on y laiſſe entrer perſonne. Idem in Trucul. 19.50, Volgo ad ſe omnes intromittit.

Terent. in Hecyra, 2.1.40, Quid ais? non ſigni ſat eſt, quòd heri nemo voluit viſentem te ad eam intromittere? Idem in Eunucho, 3.1.52, Phædriam intromittamus comeſſatum.

INTRORVMPO introrumpis, introrupi, introruptũ, introrumpere, Quaſi cum impetu introire. Plaut. in Milite, 8.47, Introrumpã recta in ædes. Idem in Amphit. 16.79, Certũ eſt introrumpam in ædibus. Idem in Rud. 14.13, Iupiter te perdat, & ſi ſunt, & ſi nõ, ſunt tamen. 1. introrumpam iam huc in Veneris phanum. Gellius, Cerua emiſſa in cubiculum Sertorii introrupit.

INTROSPICIO introſpicis, introſpexi, introſpectum, introſpicere, Regarder dedans.

INTRORSVS vel introrſum, aduerbiũ, Vers le dedans, ou, en dedẽs. Plin. de viris illuſt. 40, Vbi in arcã ligneã cõiectus, clauis introrſum adactis, vigiliis ac dolore punitus eſt. Cæſar lib. 3, Ab eo flumine pari accliuitate collis naſcebatur aduerſus huic contrarius, paſſibus circiter ducentis, inferius apertus, à ſuperiore parte ſylueſtris, vt non facilè introrſus inſpici poſſet.

INTROVOCO introuocas, introuocare, Hucher pour aller dedans. Liuius lib. x, Fabius nihil precatus populũ, quàm vt priuſquam introuocarẽtur ad ſuffragium tribus, Appii Claudii prætoris allatas ex Hetruria literas audirent.

INTVBVS intubi, f. g. In plurali intuba neutri, & intubi maſcul. Herba eſt capilloſa & amara, cuius tenues capilli, ſegetes ambiunt & enecant. Virg. Et amaris intuba fibris. Plin. lib. 30, Intubi quoque non extra remedia ſunt: ſuccus eorum cum roſaceo & aceto, capitis dolores lenit. Intybus etiam ſcribitur.

Intybum erraticum antiqui cicoream vocabant.

INTVEOR intueris, intutus, vel intuitus ſum, intueri, Regarder. Plin. epiſt. 31.c, Erit ergo pergratũ mihi hãc effigiẽ eius ſubinde intueri, ſubinde reſpicere, ſub hac cõſiſtere. Plau. in Bacchid. 23.9, Vidén' limulis vt obſecro intuẽtur? Cõmẽt ils guignent, & regardẽt de trauers. Idem in Capt. 11.27, Vidén' hũc quàm inimico vultu intuetur? Idem in Trucul. 4.55, Qui alterũ incuſat probri, ipſum te intueri oportet. Terẽt. in Eunuch. 3.5.32, Annuo terrã intuens modeſtè. Idem in Heaut. 2.4.23, Quiſnã hic adoleſcẽs eſt, qui intuetur nos? Salluſt. in Iugurtha, Præterea noſtræ præclaros viros ciuitatis ſolitos ita dicere, cum maiorũ imagines intuerentur, ſibi animum ad virtutem accendi.

Intutus intuta intutum, à tueor, pro defendo. Nõ ſecurus. Liuius lib. v, Caſtra Gallorum intuta, neglectáque ab omni parte nacti inuadunt.

INTVMEO intumes, intumui, intumere, Inflari, Senfler.

INTVOR intueris, intutus vel intuitus ſum, intui. Regarder, Veoir, & aperceuoir. Plaut. in Moſtell. 10.67, Profectò nullam equidem illic cornicem intuor.

INTVRBO inturbas, inturbare, Troubler. Plin. in Paneg. 109, Et ſedit inturbatus, interritus, & tanquam ita fieri ſolẽret.

INTVS, aduerbium in loco, & de loco, Dedans.

Intus eſt: Il eſt cy ens. Plaut. in Amphit. 3.120, Nam meus pater intus nunc eſt.

Intus nemo eſt. Plaut. in Moſtell. 13.50, Quid ita pultas, vbi nemo intus eſt?

Intus fui. Plaut. in Amphit. 15.64, Blepharo, diſpereã ſi aut intus adhuc fui, aut ſi hunc miſerim.

Intus edocebo. Plaut. in Epid. 13.56, Remeabo intrò, vt accurentur aduenientes hoſpites: eadem hæc intus edocebo, quæ ego ſcio.

Intus ſerua. Plaut. in Aulul. 5.3, Redi nũc iam intrò, atque intus ſerua.

Intus, de loco. Vt, intus euocate aliquem, Appelles aucun de la dedans.

Intus prodeat. Plaut. in Ciſtell. 8.8, Dic me orare, vt aliquis intus prodeat. Que aucun ſorte de la dedans.

Intus euocato. Plaut. in Moſtell. 8.156, Pulta dum fores, atque euocato aliquem intus ad te Tranio.

Intus foras euocare. Plaut. in Pſeud. 9.13, Oſtium pultabo: atque intus euocabo aliquem foras. Quæ aucun ſorte hors de la dedans. Idem in Menæh. 5.36, Euocate intus Cylindrũ mihi coquum actũtum foras.

Intus exiit. Plau. in Mili. 16.32, Sed vbi ille exierit intus, iſtic te procul ita volo aſſimulare.

Intus domum noſtram. Plaut. in Milite, 9.55, Abi intrò ad vos domum: continuò vide, ſitne iſta hæc domum veſtram intus.

Intus in crumena. Plaut. in Amphit. 16.44, Intus in crumena clauſum alterũ eſſe oportet.

Intus hic. Plaut. in Amphit. 3. 112. Et meus pater nunc intus hic cum illa cubat.

INTVSIVM, Vide INDVSIVM.

INVADO inuadis, inuasi, inuadere, Propriè est aggredi. Virg. Inuadunt vrbem, somno vinóque sepultam. Ils assaillent, ou prennent dassault.

Inuadere cõsulatum. Plin. de viris illust. 68, C. Marius filius vigintiquinque annorũ cõsulatũ inuasit: quem honorem tam immaturũ mater fleuit. Il paruint a estre consul.

Inuasit cupîdo homines. Plin. epist. 207, Ea inuasit homines habendi cupîdo, vt possidêri magis, quàm possidere videantur. Les hommes sont venus a vne si grande couuoitise.

Inuasit eum dolor: Vne doleur la prins. Terẽt. in Hecyra, 3. 2. 21, Quid fuit tumulti? dic mihi, an dolor repentè inuasit? Plaut. in Asin. 3. 41, Sed eum morbus inuasit grauis. Idem in Trinũmo, 3. 5, Nam hic nimium morbus mores inuasit bonos.

Inuadere viam, Marcher, cheminer. Virg. lib. 6, Nunc inuade viam, vaginaque eripe ferrum.

Inuadere bellum, Id est incipere bellum. Virg. Aut pugnam, aut aliquid iam dudum inuadere magnum.

Inuasit timor plerisque. Varro apud Marcellũ, Tãta porrò inuasit cupiditas bonorũ plerisq;.

Inuasit in animũ. Sallust. in Catil. Tanta vis auaritiæ in animos eorũ veluti tabes inuaserat.

Inuasit in genua. Plaut. in Epid. 14. 5, Ita dum te sequor, præ lassitudine inuaserunt miserum in genua flegmina.

Inuadere in oculos: Saulter aux yeulx daucun. Plau. in Asin. 16. 58, Non mirandum est: in oculos inuadere optimum est.

Inuadere in oppidum. Plaut. in Bacchid. 15. 62, Recta porta inuadam extemplo in oppidũ antiquum & vetus.

Inuadere in arcẽ caussæ. Cic. Nõ potui magis in arcẽ illius causs̃e inuadere. Id est, ingredi.

Inuadere in fortunas alicuius, Se ruer aux biens daucun, les rauir. Cic. Philipp. 2, At quàm insolenter statim helluo inuasit in eius viri fortunas! Idem pro Sexto Roscio, Accusant hi qui in fortunas huius inuaserunt.

INVALEO inuales, inualui, inualere, Robur ac firmitatem acquirere. Plaut. in Mostell. 7. 19, Vsque inualuisti? TE. vsque, vt vides. TR. factum optimè. TE. quid vos, insanine estis? Et puis, tes tu bien tousiours porte?

Inualuit cõsuetudo. Plin. epist. 88. b, lib. VI, Nã postquam obiit ille, increbuit passim, & inualuit consuetudo, binas, vel singulas clepsydras, interdum & dimidias, & dandi & petendi. La coustume est venue.

Inualetudo inualetudinis, f. g. Imbecillitas. Cic. Attico, lib. VII, Inualetudo tua me valde cõturbat.

INVEHO inuehis, inuexi, inuectum, inuehere, Porter. Idem quod vehere. Virg. Centauro inuehitur magna.

Inuehere, Intus vehere. Liuius lib. VI, Quantúmque Romana se inuexit acies, tantum hostes gradu demoti.

Inuehor inueheris, inuehi, deponẽs, Maledictis aliquem aggredi, & quodam impetu sermonis in aliquem ferri. Cic. ad Cæsarẽ iuniorem, lib. 3, Itaque in eam palàm vehementer inuectus. Idem lib. epist. XII, epist. secũda, Ita nec Pisoni, qui in eum primus inuectus est nullo assentiente, nec mihi, qui idem tricesimo pòst die feci, nec P. Seruilio, qui me est consecutus, tuto in senatum venire licet.

Inuectiuus inuectiua inuectiuum, Quod inuehitur. Vnde inuectiuæ orationes aduersus aliquem scriptæ, quòd in illius mores inuehamur.

INVENIO inuenis, inueni, inuentum, inuenire, Trouuer ce que on cherchoit. Plaut. in Cistell. 10. 102, Quod quæritabam, filiam inueni meam.

Inueneris. Plaut. in Bacchid. 18. 33, Quis igitur obsecro est? c. inueneris: ex me quidem hodie nunquam fies certior. Enquiers ten. Vas le cercher.

Inuenire vbi referamus gratiam. Terẽt. in Eunucho, 4. 4. 52, Inueniam hodie parem vbi pol referam gratiam.

Inuenire, Fantasier, trouuer. Terent. in Eunucho, 3. 1. 63, Cæterum hoc tute melius quantò inuenisses Thraso!

Inueni quod agam. Plaut. in Mostell. 8. 168, Igitur tum accedam huc, quando quid agam inuenero.

Inueni ad quod pertineat somnium. Plau. in Merc. 5. 29, Hoc quam ad rem credam pertine-

re ſomnium, nequeo inuenire.

Inuenire audaciam. Plau in Aſin. 7.47, Tantum facinus modo inuenio ego, vt nos dicamur duo omnium digniſſimi eſſe.

Inuenire cauſſam. Terent. in Heaut. 5.2.36, Poſtquàm eſt inuenta vera, inuenta eſt cauſſa, qua te expelleret.

Inuenta eſt ciuis. Terent. in Eunucho, 5.9.6, Scis Pamphilam meam inuentam ciuem?

Inuenire fallaciam. Plaut. in Heaut. 3.3.36, De fallacia dicis? hem, inueni nuper quandam.

Inuenire hominem vtilem ad. Plaut. in Epid. 5.103, Quem hominem inueniemus ad eam rem vtilem? A. hic erit optimus.

Inuenire initium. Terent. in Heaut. 5.4.21, Neque quod principium inueniam ad placandum, ſcio.

Inuentus es in culpa. Terent. in Hecyra, 3.1.19, Tum matrem ex ea re, aut me vxorem in culpa inuenturum arbitror.

Inuenire infortunium. Plaut. in Amphit. 4.132, Modo ſis, veni huc, inuenies infortunium. Tu auras malencontre.

Inuenire labore aliquid. Terẽt. in Heaut. 5.4.17, Quæris id quod habes, parentes: quod abeſt, non quæris. patri quomodo obſequare, & vt ſerues quod labore inuenerit. Quil aura acqueſte.

Inuenire laudem. Terẽt. in And. 1.1.39, Ita vt facillimè ſine inuidia laudẽ inuenias & amicos pares.

Inuenit mea malefacta. Plaut. in Trucul. 16.59, Modo metuo, ne mea malefacta antiqua nunc ſenex inueniat omnia. Quil ne ſache les maulx que iay faict le temps paſſe.

Inuenire nomina noua. Plaut. in Epid. 5.46, Quid iſtæ, quæ quotannis nomina inueniunt noua?

Inuenire prologum. Terent. in prologo Phor. 15, Nullum inuenire prologum potuiſſet nouus, quem diceret, niſi haberet cui malediceret.

Inuenero quod te ſit dignum. Terent. in Heaut. 1.1.56, Quod ſi id non facis, ego quod me in te ſit facere dignum, inuenero.

Inuenire remedium. Terẽt. in Phor. 4.3.11, Nam hercle ego quoque id quidem mecum agitans ſedulò, inueni opînor remedium huic rei. Ibidem, 1.4.24, Nam quod ego huic nũc ſubito exitio remedium inueniam miſer? Idem in And. 3.1.10, Quod remedium nunc huic malo inueniam?

Inuenias vbi habitat. Plaut. in Mercatore. 12.51, Vbi habitaret, inuenires ſaltem, ſi nomen nequires.

Inuenire viam. Plaut. in Rud. 2.27, Supplicii facilius pius à diis ſupplicans, quàm qui ſceleſtus eſt, inueniet veniam ſibi. Terẽt. in Eunucho, 2.2.16, Hoc nouum eſt aucupium: ego adeò hanc primus inueni viam. Virg. libro quarto AEneid. Inueni germana viam, gratare ſorori.

Inuentum inuenti, Choſe cõtrouuee. Terẽt. in Heaut. 4.6.7, Vt te omnes equidem dii, deæq́, quantum eſt Syre, cum iſtoc inuento, cúmque incepto perdiunt.

Inuento eſt opus. Plau. in Bacchid. 4.41, Quod ames, paratũ eſt: quod des, inuento eſt opus.

Inuentor inuentoris, m.g. Qui trouue quelque choſe. Terent. in Eunucho, 5.9.5, O Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium inuentor, inceptor, perfector.

INVENVSTVS inuenuſta inuenuſtum, Eſt (authore Donato) ſine venere, id eſt, ſine gratia, quem omnes reſpuant, repudiéntque pulchræ, & quem deformes appetant. Idem Donatus, Inuenuſtus, cui diſplicens obiicitur. Terent. in And. 1.5.10, Adeóne hominem eſſe inuenuſtum, aut infœlicem quenquam, vt ego ſum?

INVERECVNDVS inuerecunda inuerecundum, Qui eſt ſans honte. Ehonté. Suet. de claris grammat. 15, Ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, vt Salluſtium hiſtoricum, quod eum oris improbi, animo inuerecundo ſcripſiſſet. Plaut. in Rud. 16.36, Legirupa impudens, impurus, inuerecundiſſimus.

INVERGO inuergis, inuerxi, inuerctum, ſecũdũ Diomedem, inuergere, Inclinare. Plaut. in Curcul. 3.11, Ipſum expeto tangere: inuergere in me liquores tuos lino ductim.

INVERTO inuertis, inuerti, inuerſum, inuertere, Tourner a lenuers. Quaſi in cõtrarium vertere, vt veſtem aut pellem. Seu etiam verba præpoſterè pronuntiare, vt lauo, vola. Terentius in Heaut. 2.3.131, Ego te autem noui, quàm eſſe ſoleas impotens, inuerſa verba euerſas ceruices tuas.

INVERSVM, Significat in numerum. Virg. Ille etiam ſeras in verſum diſtulit vlmos.

INVESTIGO inueſtigas, inueſtigare, Quærendo inuenire. Tractum à venatoribus, qui per veſtigia feras quærendo inueniunt. Plautus in Mercatore, 22.22, Non concedam, neque quieſcam vſquam noctu, neque dius, prius profectò, quàm aut amicam, aut mortem inueſtigauero. Idem in Rudente, 30.34, Quid dare velis, qui iſtæc tibi inueſtiget, indicétque? eloquere propere, celeriter. Terent. in Heaut. 4.2.8, Nihil tã difficile, quin quærẽdo inueſtigari poſſiet. Cicero pro Ligario, Sed quoniã diligentia amici inueſtigatum eſt quod latebat, confitendum eſt vt opinor.

Inueſtigare cum animo. Plaut. in Aulul. 25.4, Atque equidem quò eam, aut vbi ſim, aut qui ſim, nequeo cum animo certum inueſtigare.

Inueſtigare de. Plaut. in Mercat. 17.4, Nihil inueſtigo quicquam de illa muliere.

Inueſtigare, Chercher. Plaut. in Mercat. 12.78, Certum eſt præconum iam iubêre, quantum eſt conducier, qui illam inueſtigẽt, qui illam inueniant. Idem in Milite, 21.3, Vbi vbi erit gentium, inueſtigabo, operæ ego non parco meæ. Terent. in Eunucho, Vbi quæramꝰ vbi inueſtigem? quem percuncter? quam inſiſtam viam, incertus ſum.

Inueſtigatio inueſtigationis. Cic. lib. 1. de off. In primiſque eſt hominis propria veri inquiſitio, atque inueſtigatio. Enqueſte.

INVESTIO inueſtis, inueſtiui, inueſtitũ, inueſtire, Eſt quaſi ornare. Plin. lib. xxxv, Publicas porticus inueſtiuit pictura.

Inueſtes, inermes dicimus, ſiue, vt quidam volunt, impuberes, vel imberbes.

INVETERASCO inueteraſcis, inueteraui, inueteratum, inueteraſcere, Enuieillir. Terentius in prologo Hecyræ, 12, Nouas qui exactas feci, vt inueteraſcerent: ne cũ poeta, ſcriptura euaneſceret. Donatus, Inueteraſcerẽt, id eſt, in conſuetudinẽ venirent, ſpectarẽtur, amarentur. Columella lib. 7, de morbo loquens, Sed ſi iam inueterauit, vehementioribus eſt opus remediis.

Inueterauit nomen eius, hominum ſermonibus. Cicero pro P. Sylla, At ſi tibi nos peregrini videmur, quorum iam & nomen & honos inueterauit & huic vrbi, & hominum famæ ac ſermonibus: quàm tibi illos competitores tuos peregrinos videri neceſſe erit, qui iã ex tota Italia delecti tecum, de honore, & de omni dignitate contendunt? Deſquels on eſt tout accouſtume des ſi long temps en ceſte ville, de parler de noſtre nom ou renommee, & des honneurs a nous faicts.

Inueterata querela. Cic. de Amicitia, 34, Eorum querela inueterata, nõ modo familiaritates extingui ſolere, ſed etiam odia gigni maxima atque ſempiterna.

INVICEM, aduerbiũ, Id eſt mutuò, Lung lautre. Plaut. in Menæhmis, 1.9, In ſe cognoſcunt fratres poſtremo inuicem. Idem in Amphit. 2.6, Turbas vxori ciet Amphitruo, atque inuicem raptant pro mœchis. Plinius in Panegyr. 106, Nunc inter principem ſenatúmque digniſſimi cuiuſque charitate certatur: demonſtramus inuicem, credimus inuicem. Quintil. Qui ſe ardentiſſimo amore inuicem dilexerunt.

Inuicem, pro ſecundo loco, Pour la pareille. auſſi. Plin. in epiſt. Habes res vrbanas: inuicem ruſticas ſcribe. Idem epiſt. 93, lib. VI, Scribis te abſentia mea non mediocriter affici: vnúmque habere ſolatium, quòd pro me libellos meos teneas, ſæpe etiam in veſtigio meo colloces. gratum quod his fomentis acquieſcis. Inuicem ego epiſtolas lectito.

INVICTVS inuicta inuictum, Id eſt fortis, & qui vinci nõ poteſt. Mart. O dulce inuicto principis ingenium. Plaut. in Milite, 3.58, Virtute, & forma, & factis inuictiſſimis.

INVIDEO, inuides, inuidi, inuiſum, inuidere, Interius, vel penitus videre. Cicero de Oratore, Itaque ne hoc poſſum dicere me omnino ignorare quid poſſideat, neque plane noſſe, atque inuidiſſe.

Inuidere, Auoir enuie. De rebus secũdis alicuius, dolore affici. Tractum à nimis videndo: vt inquit Cicero lib. 3. Tuscul. quòd oculos & animũ in eos quibus inuidemus, cõtinuè intẽtos teneamus. Priscianus tamen IN negatiue exponit, dicens, Inuideo tibi, quasi non videns tibi fio, hoc est, non ferè te bene agentem video. Plaut. in Bacchid. 11. 14, Nullus est qui non inuideat rem secundam obtingere.

Inuideo, datiuo. Terent. in Eunucho, 3. 1. 20, Inuidere omnes mihi, mordêre clanculum.

Inuideo, accusatiuo iunctum. Ouid. Troades inuideo. Virg. Inuidet imperium.

Inuidere, datiuo, & accusatiuo. Plaut. in Mostellaria, 2. 48, Quasi inuidere mihi hoc vidêre Grunio. Plin. epist. 190. b, Sed non ita gloriæ meæ fauerim, vt vobis societatis ius inuideam. Virg. Liber pãpineas inuidit collibus vuas. Plin. Neque ego, vt multi, inuideo aliis bonum, quo ipse careo. Apul. Mihi fortuna diuitias inuidit. Cic. lib. 3. Tuscul. Vt nobis optimam naturam inuidisse videantur.

Inuidere, pro odisse ponitur. Ouid. Troia iacet, certè Danais inuisa puellis. Cicero, Diis, hominibúsque inuisus.

Inuideor, passiuum. Plaut. in Bacchid. 11. 15, Sibi ne inuideatur, ipsi ignaui cauent rectè. Horat. Ego cur, acquirere pauca Si possum, inuideor?

Inuidia inuidiæ, f. g. Enuie. Actus ipse inuidendi, qui est dolor alienæ fœlicitatis.

Inuidia, Odium, & maleuolentia. Est vel dicto vel facto in alterum maleuolentiæ conciliatio. vt si quis calamitates suas referat, ostendátve, vt authori calamitatum concitet odium cæterorum: quod dicitur inuidiam facere, vel vocare, vel adducere in inuidiam. Mettre en haine. Terent. in Andria, 11. 39, Ita vt sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Quintilianus, Nec ei tot scelerum commemoratione concitarem inuidiam. Plautus in Cistellaria, 2. 23, Cum inuidia summa opum suarum nos illæ volunt esse indigentes, nostra copia nihil potesse.

Inuidia temporum. Plin. epist. 190. b, Ego & modestius & constantius arbitratus immanissimum reum, non communi temporum inuidia, sed proprio crimine vrgere, cum iam satis ille primus impetus deferuisset &c.

Inuidiola inuidiolæ, diminutiuũ. Quint. Cum nescio quid inter eos inuidiolæ exortũ fuisset.

Inuidentia inuidẽtiæ, AEgritudo animi, quæ propter res secundas alterius suscipitur, quæ nullam iacturam afferant inuidenti. Cic. lib. 3. Tuscul. Ab inuidendo inuidentia rectè dici potest, vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ. Quod verbum ductum est à nimis intuendo fortunam alterius.

Inuidus inuida inuidum, Enuieulx. Plaut. in Mercatore, 18. 15, Iracundi, sibi, suisque inuidi. Plin. in Paneg 26, Alienisque virtutibus tunc quoque inuidus. Horat. Inuidus, alterius macrescit rebus opimis.

Inuidiosus inuidiosa inuidiosum, Qui morbo inuidentiæ laborat. Ouid. Tempus edax rerum, túque inuidiosa vetustas, Omnia destruitis.

Inuidiosus, Enuie, Sur qui on ha enuie. Ouid. Pactolúmque petit, quanquam non aureus illo Tempore, nec charis erat inuidiosus harenis. Cicero Dolabellæ, Contingit enim tibi quod haud scio an nemini, vt summa seueritas animaduersionis non modo non inuidiosa, sed etiam popularis.

Inuidiosus, Odiosus & inuisus, Qui est hay. Plin. de viris illust. 4. b, Metius Suffecius dux Albanorum, quum se inuidiosum apud ciues videret, quòd bellum solo trigeminorum certamine finisset. Cic. de Amicitia, 17, Quare sibi habeant sapientiæ nomen & inuidiosum & obscurum.

Inuidiosior. Cic. in Verrem, act. 4, Putabant absentis damnationem, præsertim tantæ pecuniæ, multo inuidiosiorem fore, quàm si præsens damnatus esset.

INVIGILO inuigilas, inuigilare, Veiller, & estre soingneux.

INVINIVS inuinia, inuinium, Abstemius, quasi sine vino, sicut inuius sine via. Apuleius lib. vltimo, Neque vllum animal essem, & inuinius essem.

INVISVS inuisa inuisum, Non visus. Cic. de haruspicum responsis, Occulta & maioribus non inuisa solum, sed etiam inaudita sacra inexpiabili scelere peruertit.

Inuisus, Enuié, & hay, Que on ne voit point voulentiers. Plaut. in Merc. 3. 79, Ego me vbi

inuiſum meo patri eſſe intelligo, atque odioſum. &c.

INVITO inuitas, inuitare. Terẽt. in Heaut. 1. 2. 11, Quàm vellem Menedemum inuitatũ, vt nobiſcum eſſet hodie amplius. Cic. Ad quem fruendũ non modo non retrahit, verum etiã inuitat atque allectat ſenectus. Cic. de amicitia, 81, Quanuis blanda iſta vanitas apud eos valeat, qui ipſi illam allectant & inuitant. &c.

Inuitare, Delectare. Virg. lib. 1. georg. Inuitat genialis hyems, curaſque reſoluit.

Inuitare aliquem poculis, Boire a aucun dautant. Plaut. in Rud. 10. 31, Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit.

Inuitare ſeſe, Se remplire, & ſaouler. Plau. in Amphit. 4. 129, Credo equidem dormire ſolẽ, atque appotum probè: mira ſunt, niſi inuitauit ſeſe in cœna pluſculũ. Suet. in Auguſto, cap. 77, Poſtea quoties largiſſimè ſe inuitaret, ſenos ſextantes non exceſſit. Quant il beuuoit a force.

Inuitatus inuitatus inuitatui, Id eſt inuitamentum. Cic. Cæſari, Mitto ad te Trebatiũ, atque ita mitto, vt initio, mea ſponte, pòſt autem inuitatu tuo mittendum duxerim.

Inuitamentum inuitamenti. Cic. Hortenſio, Volũtates autẽ nulla ad res neceſſarias inuitamẽta afferunt ſenibus.

INVITVS inuita inuitũ, Qui per vim aliquid facit, Maugre luy. Plaut. in Epid. 14. 65, Inuitus do hãc veniam tibi. Idem in Pœnulo, 18. 35, Nos fore inuito domino noſtro diebus paucis liberas. Idem in Caſina, 6. 23, Inuitus me vides, viuam tamen. Terẽt. in Adelph. 2. 1. 4, Ego iſtam inuitis omnibus.

Inuitiſſimus. Plin. epiſt. 171. b, Fuit alioqui fratribus illis quaſi fato datum, vt diuites fierẽt inuitiſſimis, à quibus facti ſunt.

INVISO inuiſis, inuiſi, inuiſum, inuiſere, Ad videndum ire. Plaut. in Menæh. 3. 32, Nunc ad eum inuiſo. Idem in Capt. 7. 99, Ad fratrẽ modo captiuos alios inuiſo meos. Idem in Sticho, 3. 9, Iam ego adero, ad meam maiorem filiam inuiſo domum.

INVLTVS inulta inultum, Choſe de quoy on na point prins de vengeãce, & na point eſté punie. Terent. in And. 3. 5. 4, Ergo pretium ob ſtultitiam fero, ſed inultum id nunquam auferet. Il ne demourera point impuni de ce faict.

INVIVS, inuia, inuium, Qui eſt ſans chemin, Par lequel on ne peult paſſer ne cheminer.

INVMBRO inumbras, inũbrare, Tegendo vmbrã facere, & quod dicitur, opacare. Plin. in Paneg. 31, Eſt hæc natura ſyderibus, vt parua, & exilia, validorum exortus obſcuret: ſimiliter imperatoris aduentu legatorum dignitas inumbratur.

Inumbrare, per metaphoram pro tueri ac defendere accipitur, inquit Perottus.

INVNCO inuncas, inuncare, Quaſi vnco inuadere & arripere. Lucilius, Aut qui nummos triſtis inuncat. Columella lib. 8, Tum etiam quotidie minuitur lana: quæ quanto prolixior in pectore concreſcit, tanto magis obnoxium eſt rubis: quibus velut hamis inuncata, à paſcẽtium tergoribus auellitur. Apul. in Florid. Vnde roſtro trãffodiat, vnde vnguibus inuncet.

INVNDO inundas, inundare, Creſcere, & extra alueum verſari. Plinius, Antequam Nilus inundaret.

Inundare, actiuum, pro ambulare. Plin. Agros & ſata omnia inundauit.

Inundatio inundationis, ſ. g. Deſbordement deaues, & grandes rauines.

INVNGO inungis, inunxi, inunctum, inungere, Oindre.

INVOCO inuocas, inuocare, Appeller a ſon aide. Plaut. in Aſinaria, 13. 36, Deam ſibi inuocet quam lubebit propitiam.

Inuocatus, Non vocatus. Plaut. in Capt. 3. 2, Iuuentus nomen indidit ſcorto mihi, quòd inuocatus ſoleo eſſe in conuiuio.

INVOLO inuolas, inuolare, Id eſt euolare, Voler de quelque lieu. Apulei⁹, lib. x, Diceres tu cupidines veros de cælo vel mari commodum inuolaſſe.

Inuolare, Irruere, inſilire: violẽtas manus in aliquem dirigere. Plaut. in Amphit. 4. 91, Equites parant citi, ab dextra maximo cum clamore inuolant. Idem in Milite, 22. 7, Iámne in hominem inuolo? Terent. in Eunucho, 4. 3. 6, Qui nunc ſi detur mihi: vt ego vnguibus facilè illi in oculos inuolem venefico! Ibidem, 5. 2. 20, Vix me contineo quin inuolẽ in capillum. Cic. lib. 3, de Orat. Iſta prudentia, doctrinæque poſſeſſio, in quam homines caducam quaſi, atque vacuam abundantes otio nobis occupatis inuolauerunt.

Inuolare, A vola deductum, quæ eſt manus & pedis media pars: ſignificat furari, cũ aliquid

furtim vola manus ſubtrahitur, quaſi in volam dare.

INVOLVCRIS & hoc inuolucre, Quod volare adhuc non poteſt, Vt auis inuolucris. Gellius, Pulli tunc inuolucres erant.

Inuolucer inuolucris, & hoc inuolucre. Idem. Politianus in Ruſtico, Auſcultat an intus pipiat inuolucer pullus.

Inuolucre, ſubſtantiuum, Linteum quod tonſores humeris tondendorum inuoluunt: ne capillorum reciſamenta, & præſegmina veſtem ſordident. Plaut. in Capt. 6.17, Næ is quidē inuolucre iniicere voluit, veſtem vt ne inquinet.

INVOLVO inuoluis, inuolui, inuolutum, inuoluere, Entourtiller, enuelopper.

Inuoluere ſe otio. Plinius epiſt. 123, Fortaſſe enim his ipſis admonêris, vt te magis ac magis otio inuoluas.

Inuoluolus inuoluoli, m.g. Idem quod cōuoluolus. Plaut. in Ciſtell. 10.68, Imitatus nequā beſtiam, & damnificam. P. ſed quidnam amabo? L. inuoluolum, quæ in pampini folio intortā implicat ſeſe.

INVRO inuris, inuſſi, inuſtum, inurere, Ignito ferro imprimere, vt ſtigma fronti. Inurere notam boui.

Inurere dolorē animo alicuius. Cic. in Verrem, Videte quantum, & quàm acerbum dolorem ſociorum animis inuſſerint.

Inurere notam cenſoriā. Plin. epiſt. 190.f, Et petere, ſi pœna flagitii manifeſtiſſimi remittatur, nota Certo, quaſi cenſoria inuratur. Id eſt, imprimatur.

Inurere famam ſuperbiæ alicui, Semer vng bruit de quelcū quil ſoit fiert & orgueilleux. Cic. pro L. Muræna, Quæ ſi cauſſa nō eſſet, tamē vel dignitas hominis, vel honoris eius, quem adeptus eſt, amplitudo ſummā mihi ſuperbiæ, crudelitatiſque famam inuſiſſet, ſi hominis & ſuis, & pop. Ro. ornamentis ampliſſimi cauſſam tanti periculi repudiaſſem.

Inuſtus dolor ciuitati. Cic. in Catil. orat. 2, Tantus enim illorum temporū dolor inuſtus eſt ciuitati vt, iam iſta nō modo homines, ſed ne pecudes quidem mihi paſſuræ eſſe videātur.

INVSITATVS inuſitata inuſitatū, Qui neſt point vſité, ou accouſtumé. Pli. epiſt. 102.a, Hora diei ferè ſeptima, mater mea indicat ei apparêre nubē inuſitata & magnitudine & ſpecie. Cic. de opt. genere dicendi, Aut reprehendet quòd inuſitatas vias indagemus, tritas relinquamus.

Inuſitatò, aduerbiū, Oultre la couſtume, & que on nauoit accouſtume de veoir, ou ouyr. Plin. in Paneg. 9, Quorum quidem in te Cæſar iudicium & fauor tunc ſtatim, quum ad exercitum proficiſcerêris, & quidem inuſitatò enituit.

INVTILIS & hoc inutile, Inutille, de nul prouffit. Plaut. in Pſeud. 13.5, Multiloquum, glorioſum, inſulſum, inutilem.

INVVLNERATVS inuulnerata inuulneratū, Qui neſt point bleſſe. Cic. pro P. Seſtio, Et ſi quos eorum aut iniqui iudicii quædam procella peruertit, aut aliqua repētina vis ac tēpeſtas perculit popularis, per populum tamen ipſum recreati ſunt, atque reuocati, aut omnino inuulnerati, inuiolatique vixerunt.

I O

IO, dolendi particula eſt. Tibullus, Vror, io remoue ſæua puella faces. Plaut. in Truc. 4.21, Io enicas me miſeram, quiſquis es.

Io, quandoque exprimit geſtientis lætitia affectū. Ouid. Dicite io pæan, & io bis dicite pæan. Plaut. in Caſina, 19.3, Io hymen hymenæe, ô hymen.

Io, irridētis interiectio. Plaut. in Merc. 15.31, In noxia es. L. qua noxia? iſta quidem illa eſt. D. quæ illa eſt? L. illa. D. io, illa. Ibidem, 23.109, Nunc domi ſic decet, ſic fieri oportet. E. io quæ inſomnia? hic homo non ſanus eſt.

IOCVS ioci, m.g. pluraliter, hi ioci, vel hæc ioca. Ieu de parolles, ou ioyeuſes parolles. Plau. in Sticho, 4.68, Iocos ridiculos vendo, agite licémini. Idem in Bacchid. 9.21, Tum quū nihilo pluris ea res referet ſibi, quàm ſi ad ſepulchrum mortuo dicat iocum. Martialis, Conſueuêre iocos veſtri quoque ferre triūphi. Salluſt. in Iugurtha, Ioca, ſeriáque cū humillimis agere. Gellius lib. XII, Inſulſi hominis ioca non præteribo.

Ioculus ioculi, diminutiuum, paruus iocus. Plaut. in Sticho, 2.17, Noui illum, ioculo hæc dicit. Idem in Moſtell. 11.20, Ioculo aut dicto fallere.

Iocò, aduerbium, Par ieu. Plaut. in Amphit. 10.35, Et quidem ioco illa dixeram dudū tibi, ridiculi cauſſa. Terent. in Heaut. 3.2.30, Iocone, an ſeriò illæc dicat, neſcio. Idem in Eu-

nucho, 1.2.99, Quam ioco rem voluisti à me tandem, quin perfeceris?

Iocularius, iocularia, iocularium, Faict par ieu. Chose ioyeuse.

Iocularium malum. Terentius in Andria, 4.4.43, Iocularium in malum, insciens penè incidi. Donatus, Iocularium, econtrario pro graui, & molesto ac nimio. iocularium, igitur κατ' ἀντίφρασιν.

Iocularis & hoc ioculare, Idem. Terent. in Phorm. 1.2.84, Quid mea? illa quidem nostra erit. D. iocularem audaciam. C'est vne ioyeuse hardiesse.

Iocor iocaris, iocari, Nugas agere: vel facetè, & cum venustate quadam loqui. Deuiser de choses ioyeuses, Dire choses pour rire. Plaut. in Pœnulo, 3.35, Vtrũque faxo habebit & nequã & malum. A. iocare. Tu te mocque. Tu dis cela par ieu, ou esbat. Idem in Menæch. 8.42, Solet iocari sæpe mecum illo modo, quanuis ridiculus est, vbi vxor non adest. Terentius in Eunucho, 2.3.86, Quid agis? iocabar equidem. CH. garris? Idem in Heaut. 4.4.7, Atque tu hanc iocari credis? faciet nisi caueo.

I P

IPSE ipsa ipsum, & antiquè ipsus. Plautus in Milite, 21.11, Ipsus illic sese iam impediuit in plagas. Terent. in And. 2.3.3. Ipsus sibi esse iniurius videatur.

Ipse pronomẽ demonstratiuum, quod scilicet cum aliis pronominibus iunctum, eorum accipit significationẽ. vt ego ipse, Moymesme. tu ipse, toymesme. Terent. in Adelph. 2.4.45, Apud ipsum lacum. Idem in Adelph. 4.4.18, Ipsum id metuo vt credant, &c.

Ipse, sæpe absque aliis per eclipsim, prolatum, & tamen eorum habens significationem, quæ cũ eo subaudiuntur. Virg. Quæque ipse miserrima vidi.

Ipse, aliquando relatiuum est. Virg. Ipse arduus altos, altáque pulsat Sydera. Terentius in Adelph. 1.2.59, Iste tuus ipse sentiet posterius. Idem in Eunuch. 2.2.32, Tanquã philosophorum habent disciplinæ ex ipsis vocabula. Ibidem, 3.3.9, Ipsa accumbere mecum. Et paulò pòst, Dum redeat ipsa. Ibidem, 4.7.4, Male mulctabo ipsam.

Ipse Emphasim, id est expressionem alicuius rei latentis habet. Vt si dicam, Ipse pater, de quo minus credendum esset, qui hoc fecit. Terent. in And. 3.3.45, Ipsus mihi Dauos, qui intimus est eorum cõsiliis, dixit. Idem in Adelph. 4.7.42, Ipsa si cupiat Salus, saluare prorsus non potest hanc familiam.

Ipse egomet solui argentum. Terent. in Adelphis, 4.4.19.

Homo ipse. Terent. in Eunucho, 3.4.5.

Flos ipse. Terent. in Eunucho, 2.3.22.

Ipse frater. Terent. in Eunucho, 5.2.66, Adest optime ipse frater.

Se ipse. Terent. in Andria, 3.2.15, Se ipse fallit. Idem in prologo Adelph. 4, Indicio de se ipse erit.

Ipsa res. Terent. in And. 3.3.20. & 5.4.46. & in Eunucho, 4.4.38, Res ipsa indicat. Rem ipsam dic. Terent. in And. 1.2.31. & 5.3.2.

Re ipsa mihi dolet, De faict. Terent. in Adelphis, 4.7.15.

Tute ipse. Terent. in And. 1.1.124. & in Eunucho, 5.2.54.

Eccum ipsum video. Terent. in And. 3.4.26. Sed eccam ipsam Thaidem video. Terẽt. in Eunucho, 4.7.18. Habemus hominẽ ipsum. Idem in Eunucho, 5.1.19. Istunc ipsum. Ibidem, 2.3.66.

Ipsum me nosti. Terent. in Eunucho, 3.5.18. Teipsum expectabã. Ibidem, 4.6.5. Teipsum quærebam, Terent. in Adelphis, 3.4.15.

In ipsis nuptiis. Terent. in And. 5.4.13. In ipso tempore, Ibidem, 5.6.10, A lheure mesme quil falloit.

Ipsior ipsissimus. Plaut. in Trinũmo, 13.145, Ergo ipsúsne es? c. ipsissimus. abi hinc ab oculis. Ie suis cestuy la mesme en propre personne.

I R

IR, n.g. & indeclinabile, proprie manus cõcauitas. Licet quandoque pro ipsa manu ponatur.

IRA iræ, Ire, courroux. Dictio ab eo quod est I R E. Nã à se it qui irascitur & furit. Vnde & qui iram deponit, ad se redire dicitur. Terent. in And. 3.3.24, Amantium iræ, amoris redintegratio est.

Iræ sunt inter Glycerium & gnatum. Terent. in And. 3.3.21.

Iram euomere in aliquem. Terent. in Adelph. 3.2.14, Nihil est quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obuiam, vt iram hanc in eos euomam omnem,

Iram reprimere. Terent. in Adelph. Tandem reprime iracundiam, & ad te redi.

Iracundus iracunda iracundum, Qui ex parua vel nulla cauſſa præcedẽte iraſcitur, inquit Donatus. Quique natura ad iram procliuis eſt, etiam ſi tũc nulla moueatur ira. Ireux. Qui incõtinent ſe courrouce, & de bien peu de choſe, ou de rien. Plaut. in Milite, 10. 68, Opus eritne tibi aduocato triſti, iracundo? ecce me. Idem in Merc. 18.15, Garuli, oſores, infenſi, iracundi. Idem in Pœnulo, 7.69, Eia haud veſtrũ eſt iracũdos eſſe, quod dixi ioco.

Iracundus animus. Plaut. in Bacchid. 14.1, Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato.

Iracunda ſecum muſſitat. Plaut. in Mercat. 18.30, Video equidem, auſcultemus: neſcio quid ſecum iracunda muſſitat.

Iracundia iracundiæ, Courroux ſubit, & ſoudain. Cic. pro M. Marcello, At verò cum aliquid clementer, manſuetè, iuſtè, rectè, moderatè, ſapienter factum, in iracũdia præſertim quæ eſt inimica conſilio, & in victoria, quæ natura inſolens & ſuperba eſt, aut audimus, aut legimus: quo ſtudio incendimur? Suet. in Claud. Cæſare, capite, 38, Iræ atque iracũdiæ conſcius ſibi, vtrunque excuſauit edicto.

Iracundia ardere. Terent. in Adelph. 3.2.12, Ah, me miſerum, vix ſum compos animi, ita ardeo iracundia.

Iracundiam omitte. Terent. in Adel. 4.7.37, Iam verò omitte Demea tuam iſtanc iracũdiã.

Iracundiæ adiutor. Terent. in Adelph. 1.2.66, Verùm ſi augeam, aut etiam adiutor ſim eius iracundiæ, inſaniam profecto cum illo.

Iracundè, aduerbium, Auec courroux. Cic. Philipp. v 111, Nam me tecum iracundè agere dixiſti ſolere. non eſt ita. vehementer me agere fateor: iracundè, nego.

Iraſcor, iraſceris, iraſci, Se courroucer. Terent. in Eunucho, 4. 1. 4, Ille continuo iraſci, neque negare audere. Idem in Adel. 1. 2. 56, Rurſum Demea iraſcere. Plaut. in Amph. 10.30, Nam nunquam quicquam meo animo fuit ægrius, quàm poſteaquã audiui te eſſe iratã mihi.

Iraſcor tibi iſtuc dictum. Plaut. in Mercat. 19.15, Iſtuc dictum tibi nõ amplius iraſcor. Ie ne ſuis plus courrouce contre toy pour cela que tu as dict.

I R I S, huius iris, f. gen. Arcus cæleſtis, Larc du ciel. Ab ἔρω, quod eſt nuntiare. Nam poetæ, deorum nuntiam fingunt. Virg. Irim de cælo miſit Saturnia Iuno.

Iris, herba ſuauiſſimi odoris, de qua Plinius lib. 21. cap. 7, Quædam locum ipſum odoratiorem faciunt, vt iris, quin & arborem totam cuiuſcunque radices attingunt. Et paulò pòſt, Illa quoque non omittenda differentia, odoramentorum multa nihil pertinere ad coronamenta, vt irin atque ſaliuncã: quãquam nobiliſſimi ſit odoris vtraque. Sed iris radice tantum commendatur, vnguentis & medicinæ naſcens. Et paulò pòſt, Caulem habet cubitalẽ & rectum. Floret diuerſi coloris ſpecie, ſicut arcus cæleſtis, vnde & nomen. Vulgo dicitur lilium cæruleum.

Irinus irina irinum, quod ex iride factum eſt, vt irinum vnguentum. Plin. lib. 13. cap. 1, Irinũ Corinthi diu maxime placuit.

I R N E L L A irnellæ, Vaſis genus in ſacris, inquit Feſtus.

I R O N I A ironiæ, figura eſt quæ ſimulatio dici poteſt. Græci enim εἰρωνεύεσθαι cauillari dicunt, cum aliud verbis ſignificamus, aliud re ſentimus. vt cum Cicero in fine Orationis ſuæ pro Rabirio dicit, At credo, cũ innumerabilis hoſtium copias in Italia fudiſſet, atque obſidione remp. liberaſſet, omnia ſua ſecum vnà moritura arbitrabatur. Non ita eſt Quirites. Idem, Acad. quæſt. lib. 4, Socrates autem de ſeipſo detrahens, in diſputatione plus tribuebat his quos volebat refellere: ita cum aliud agnoſceret, atque ſentiret, libenter vti ſolitus eſt ea diſſimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant.

I R R A D I O irradias, irradiare, Illuſtrare, & quaſi intus radiare, Ietter ſes rayons & rendre vne lumiere.

Irradiant ſalibus menſam. Plaut. Faciunt quod conſueuerunt, irradiant ſalibus menſam, omnes ad riſum prouocant.

I R R A S V S irraſa irraſum, Non raſum. Plaut. in Rudente, 30.16, Di te ament cum irraſo capite.

I R R A V C I O irraucis, irrauſi, irrauſum, irraucire, Raucum eſſe. Eſtre enroué.

Irrauceo irrauces, irraucui, irraucere. Idem. Cic. lib. de Orat. At AEſopum ſi paulum irraucuerit, explodi.

I R R E L I G I O S V S irreligioſa irreligioſum, Nõ religioſus. Plin. epiſt. 212, Sed eã reuerẽ-

tiã cũ literis ipſis, tũ ſcriptis tuis debeo, vt ſumere illa, niſi vacuo animo, irreligioſum putẽ.

IRREPO irrepis, irrepſi, irreptum, irrepere, Significat paſſim & latenter more reptilium introire.

Irrepit ſomnus. Horat. Verum opere in longo fas eſt irrepere ſomnum.

IRRETIO irretis, irretiui, irretitũ, irretire, A rete fit, & ſignificat retinere rete, quaſi capere. Prẽdre au filles. Vnde irretitus, qui aliqua fraude vel blãditiis, aut dolo, quaſi rete, captꝰ.

IRREVERENTE Raduerbium, Sans reuerẽce & honneur. Plin. epiſt. 38. a, Cæteri audaces, atque etiam magna ex parte aduleſcẽtuli obſcuri ad declamandum huc tranſeunt, tã irreuerenter & temerè, vt mihi Attilius noſter expreſſe dixiſſe videatur, ſic in foro pueros à centumuiralibus cauſſis auſpicari, vt ab Homero in ſcholis.

IRREVOCABILIS & hoc irreuocabile, Quon ne peult rauoir ne retenir, Choſe que on ne peut reuoquer ou rappeller. Plin. epiſt. 51. a, Cuius tædio ad mortẽ irreuocabili cõſtantia, decucurrit vſque ad ſupremum diem beatus & fœlix. Idem de viris illuſt. 16, Vbi quũ victoria nutaret, magiſter equitum equis frænos detrahi iuſſit, vt irreuocabili impetu ferrentur: vbi & aciem Latinorum fuderunt, & caſtra ceperunt.

IRRIDEO irrides, irriſi, irriſum, irridere, Moquer. Terent. in Heaut. 5. 2. 29, Irrides in re tãta, neque me quicquam conſilio adiuuas? Idem in Eunucho, 3. 1. 34, Cœpit ad id alludere & me irridêre. Ibidem, 5. 7. 17, Itáne lepidũ tibi viſum eſt, ſcelus, nos irridere? Ibidem, 4. 4. 45, Etiam nunc non credis indignis nos eſſe irriſas modis? Cic. de diuinatione, lib. 2, Doleo tantam Stoicos noſtros Epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe.

IRRIGO irrigas, irrigare, Arrouſer. Plaut. in Pœnulo, 9. 87, Vetuſtate vino edentulo, ætatem irriges: ibi te replebo vſque vnguentorum è zeugmatis.

Irrigatus plagis homo. Plaut. in Epidico, 3. 18, Quem quidem ego hominem irrigatum plagis piſtori dabo.

Irriguus irrigua irriguum, Quod irrigatur, vel facile irrigari poteſt. Plaut. in Trinũmo, 3. 6, Interim mores mali, quaſi herba irrigua, ſuccreuerunt vberrimè. Cato, Vinea prima eſt, vel ſi vino multo eſt. ſecundo loco hortus irriguus.

Irriguus, Quandoque in ſignificatione actiua, qui irrigat. Virg. lib. 4. georg. Irriguúmque bibant violaria fontem. Tibullus, Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

IRRITO irritas, irritare, Ex in & rato ratas compoſitum, Non ratum eſſe velle, vel oſtendere, vel facere, Mettre a rien ce qui eſtoit ferme, accordé, & approuué, Cõme rompre vne alliance. Terent. in Phormione, 5. 8. 58, Quod dictum, indictum eſt: quod modo erat ratum, irritum eſt.

Irritis precibus. Plinius in Paneg. 42, Ac plerique irritis precibus ſurdas principis aures adſtrepebant.

Irritum, Ad nihilum redactum. Virg. Irrita perpetua ſolues formidine terras.

IRRITO irritas, irritare, Frequentatiuum ab irruo irruis, per mutationem u in i, euphoniæ cauſſa, Significat prouocare, irámque accendere, Prouoquer, agacer, & eſmouuoir a ire. Vel, vt Donatus ait, ducitur hoc verbum à canibus, qui reſtrictis dentibus, hanc literã r imitantur. Virg. lib. x, Irritátque virũ telis, & voce laceſſit. Plaut. in Amph. 8. 73, Irritabis crabrones. Ibidem, 4. 300, Si me irritaſſis, hodie lumbifragium hinc auferes. Terẽt. in And. 3. 4. 18, Potes nũc, dum animus irritatus eſt. Idem in Adelphis. 2. 4. 18, Quamprimum abſoluitote: ne ſi magis irritatus ſiet, aliquà ad patrem hoc permânet, atque ego tunc perpetuo perierim.

IRROGO irrogas, irrogare, Infligere, imponere.

Irrogare mulctam. Plaut. in Capt. 8. 34, Qui conſilium inière quo nos victu & vita prohibeant, iis diem dicam, irrogabo mulctam, vt mihi cœnas decem meo arbitratu dent, cum cara annona ſit. Ie leur feray paier vne amende. Plinius, Non modo culpam omnem, ſed etiam mulctam irrogauit.

Irrogare tributum, Mettre impos, ou leuer quelque tribut. Plin. in Paneg. 59, His viceſima reperta eſt, tributum tolerabile, & facile hæredibus, duntaxat extraneis, domeſticis graue. Itaque illis irrogatum eſt: his remiſſum.

IRRVCTO irructas, irructare, Roter au viſaige daucun. Plaut. in Pſeud. 23. 9, Quid tu (malùm) ergo in os mihi ebrius irructas?

IRRVGIO irrugis, irrugiui, irrugitum, irrugire, Valde rugire.

IRRVMPO irrũpis, irrupi, irruptũ, irrũpere, violẽter & cũ impetu ingredi. Entrer par force

Terent. in Eunucho, 5.6.26, Ceſſo huc intrò irrumpere? Plinius lib. 35, Hoſtilius mancinus, qui primus Carthaginem irruperat.

Irruptio irruptionis, f.g. Aſſault & entree faicte par violence. Plin. in Paneg. 134, Nec mediocre pacis decus habebatur, ſubmota campis irruptio ferarum, & obſidione quadam liberatus agreſtium labor.

Irruptionem facere in popinam. Plaut. in Pœnulo, 2.42, Dum ludi fiunt, in popinam pedisequi irruptionem facite.

IRRVO irruis, irrui, irrutum, irruere, Cum impetu ferri. Se ruer ſur les ennemis. Donatus, Irruere proprie dicuntur, qui cum furore prælium ineũt. Plaut. in Amphit. 4.89, Ilico equites iubet dextera irruere. Terent. in Adelphis, 1.2.8, Fores effregit, atque in ædeis irruit alienas. Ibidem, 4.2.12, Obſecro vide ne ille huc prorſus ſe irruat. Salluſt. Cum forte in eum irruerent, facile repulſi.

IS

IS, ea id, pronomen, eandem ſignificationem habet, quam hic, & eundem locum retinet. Vt, Qui diuitias cupit, is, vel hic auarus eſt. Ceſtuy. Terent. in Adelphis, 1.1.15, Is adeò diſſimili ſtudio eſt, iam inde ab adoleſcentia. Idem in And 5.4.3, Et certe is eſt. ſaluos ſis Crito. Idem in Eunucho, 5.1.19, Habemus hominẽ ipſum. T. vbi is eſt? Idem in Adelph. 1.1.53, Sed éſtne hic ipſus, de quo agebam? & certe is eſt. Idem in And. 4.6.7, Éſtne hic Crito ſobrinus Chryſidis? Is eſt. Idem in Eunucho, 3.4.8, Quiſnam hinc à Thaide exit? is eſt, an nõ eſt? ipſus eſt. Idem in Eunucho, 4.4.34, Parmeno dicebat eum eſſe: is dedit hanc mihi veſtẽ. Idem in Adelph. 3.3.81, Ego verò hinc abeo, quando is, quamobrem huc venerã, rus abiit.

Is, pro qui. Terent. in And. 1.3.17, Fuit olim quidam ſenex mercator: nauem is fregit apud Andrum inſulam.

Ea ætate ſum. Terentius in Hecyra, 5.1.10, Iam ea ætate ſum, vt non ſit peccato mihi ignoſci æquum.

Eo pacto. Terent. in And. 1.1.22, Rem omnem à principio audies. eo pacto & gnati vitã, & conſilium meum cognoſces.

Iibus, pro iis, antiquũ. Plaut. in Curculione, 10.20, Eodem hercle vos pono & paro: pariſſumi eſtis iibus.

Eapſe, pro ea ipſa. Plaut. in Ciſtell. 3.16, Puerum, aut puellam alicunde vt reperirem ſibi recens natum, eapſe quod ſibi ſupponeret.

ISAGOGE, iſagoges, f.g. Latine introductio dicitur.

Iſagogicon, Introductorium dicitur.

ISCHIA, ſcribit Iulius Pollux carnoſas poſt lumbos vtrinque eminentias appellari. quæ verò poſt hæc increſcunt, γλουτοῖ, latine nates. Duo illa oſſa circa quæ verſura fit, ita diſtinguũtur, vt dicatur concauũ illud ſuperius κοτύλη, latine acceptabulum. inferius verò ἰσχία, quod noſtri coxendicem dicunt. Quo etiam nomine & neruus ille nominatur, qui coxẽdicem femori committit. Erit ergo coxendix vertebra cotylæ infixa, quam pixidem appellant, neruis quibuſdam ita illigata, vt facilius coxarum motus atque flexus fiat. Vnde & qui coxendice laborãt, Iſchiadici vel iſchiaci dicuntur. Plin. Mox aquam bibere catillo mirè id prodeſſe iſchiadicis.

Iſchias, vel iſchiadicus dolor, vel iſchiacus, ille eſt quem medici recentiores ſciaticam dicũt.

ISTE, iſta, iſtud, iſtius, Ceſtuy cy qui eſt dupres de toy, ou de quoy tu fais mention. Terẽt in Eunuch. 4.4.44, Mirum ni tu credas quod iſte dicat. Idem in Adelph. 1.2.59, Iſte tuus ipſe ſentiet poſterius. Cic. Curioni, Putaréſne vnquã accidere poſſe vt mihi verba deeſſent, neque ſolũ iſta veſtra oratoria, ſed hæc etiam leuia noſtratia? Terent. in Eunucho, 1.2.103, Biduum ſaltem vt concedas ſolum. PH. ſi quidem biduum. verum ne fiant iſti viginti dies.

Iſtuc pro iſtud frequentiſſimum. Plautus in Perſa, 12.20, Mihi iſtuc tempori, ſerum eſt.

Idem in Milite, 10.24, Me tibi iſtuc ætatis homini facinora puerilia obiicere. Terent. in Heaut. 1.1.58, Ego iſtuc ætatis, non amori operam dabam. Quant ieſtoie en ceſte aage.

Idem in Andria, 2.2.13, Rem tenes, iſtuc ipſum. D. atque iſtuc ipſum nihil pericli eſt.

Idem in Heaut. 4 3.21, At enim iſtuc nihil eſt magis Syre meis nuptiis aduorſum. Ibidem 1.1.32, Ne lachruma: atque iſtuc quicquid eſt, fac me vt ſciam.

Iſtò aduerbium ad locum. Plin. epiſt. 50.b. Deſtineo enim, ſi tamen officii ratio permiſerit, excurrere iſtò. De faire vne courſe la ou tu es.

Iſtic iſtæc iſtoc, Iſte hic. Terent. in Heaut. 3.3.1, Quid iſtuc quæſo? qui iſtic mos eſt? itáne fieri

oportet? Quelle couſtume eſt ce cy?

Iſtæc. Plaut. in Rudent 9.11, Nullum iſtac facie, vt prædicas, veniſſe huc ſcimus. Qui ait vne telle face. Idem in Trinummo, 17.37, Iſtac lege filiam tuam deſpondam mihi. Par telle condition.

Iſtæc res eſt, Il eſt ainſi que tu dis. Plaut. in Mercat. 9.24, Hem iſtæc hercle res eſt, quin tibi ecce illam dabo.

Iſtoc modo. Plautus in Trucul 4.57, O Aſtaphium, haud iſtoc modo ſolita es me antè appellare, ſed blandé. Terētius in Heaut. 4.3.35, At enim ſpem iſtoc pacto rurſum nuptiarum omnem eripis.

Iſtunc ipſum. Terēt. in Eunucho, 2.3.66, Illúmne obſecro inhoneſtum hominem, quē mercatus eſt herè, ſenem, mulierem? P. iſtunc ipſum.

Iſtic, pro iſte. Plaut. in Amph. 15.69, Iſtic iamdudum mihi maxima memorauit mira. Tu iſtic, pro, tu ipſe. Plaut. in Amphit. 7.18, Tu iſtic vbi bibiſti?

Iſtuccine. Terent. in Eunucho, 5.1.13, Iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi?

Iſtiuſmodi, Nomē indeclinabile, De ceſte ſorte. Plaut. in Moſtell. 9.50, Nihil moror mihi cliētes iſtiuſmodi. Qui ſont tels. Idem in Epidico, 3.16, Malim iſtiuſmodi mihi amicos furno merſos, quàm foro. Idem in Trucul. 19.36, Aut ea tu es quæ ames hominem iſtiuſmodi? Idem in Trinūmo, 8.115, Detrudi maleficos æquum videtur, qui quidem iſtius ſint modi. Idem in Mercat. 4.33, Apage iſtiuſmodi ſalutem, cum cruciatu quæ aduenit. Terent. in Heaut. 2.4.7, Et vos eſſe iſtiuſmodi, & nos non eſſe, haud mirabile eſt.

ISTIC, aduerbium, Icy ou tu es. Terent. in Eunucho, 4.6.27, Omitte: iam iſtic adero. Idem in Adelphis, 4.5.10, Tibi verò quid iſtic eſt rei? Idem in Eunucho, 5.2.70, I, præ: ſequar. tu iſtic mane: vt Chremem introducas. Cic. Valerio, Ibi malis eſſe, vbi aliquo numero ſis, quàm iſtic vbi ſolus ſapere videare.

Iſtic, En ceſte affaire. Terent. in Andria, 2.5.9, Neque iſtic, neque alibi tibi vſquam erit in me mora.

Iſtic ſum: Ieſcoute. Terent. in Hecyra, 1.2.39, Fidē do, loquere. P A. auſculta. P H. iſtic ſum.

Iſtinc, aduerbium, de loco, De la ou tu es.

Iſtoc, aduerbium. Terent. in Adelphis, 2.1.15, Accede illuc Parmeno, nimium iſtoc abiſti.

Iſtac. Terent. in Heaut. 3.3.27, Abi deambulatum. C L. deambulatum quó? S. vah, quaſi deſit locus: abi ſanè iſtac, iſtorſum, quò vis.

Iſtorſum, aduerbium, Vers la ou tu es. Terent. in Heaut. 3.3.27, Abi ſane iſtac, iſtorſum quò vis. Idem in Phorm. 5.1.14, Concede hinc à foribus paululum iſtorſum ſodes Sophrona.

ISTHMVS iſthmi, maſ. gen. proprie collum ſignificat. A cuius ſimilitudine terra oblōga & anguſta inter duo maria iſthmos etiam dicitur. cui porthmos, id eſt fretum, etiam opponitur, maris ſcilicet inter duas continentes anguſtiæ. Vnde per antonomaſiam iſthmus Peloponneſi dictus inter AEgæum & Ionium mare, quinque milium paſſuum interuallo, cuius fauces Corinthus obſidet. Plin. de Peloponneſo loquens, Anguſtiæ (inquit) vnde procedit, iſthmos appellatur. Et paulò pòſt, Anguſta ceruice Peloponneſum contingit Hellas, Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatus ſinus. Quibus verbis Plinius ſignificationem Iſthmi expreſſit. Sic enim iſthmus à latiore terra protinus gracileſcit, vt ceruix à corporis compagine deductior eminet. Vnde pariſthmia partes quædam in homine dicuntur à medicis circum fauces, quæ latinè tonſillæ dicuntur.

I T

ITA, aduerbium, reſpondendi. Plaut. in Moſtell. 7.60, Nempe ergo in ſomnis? T R. ita. Ouy. Idem in Aulul. 26.46, Neque partē tibi ab eo, cui eſt indipiſces: neque furem excipies? L. ita. Idem in Bacchid. 18.8, Egóne iſtuc dixi vnquam? N. ita. Terent. in And. 5.2.8, Quid iſtic tibi negotii eſt? C. mihin'? S. ita. D. mihine? S. tibi ergo.

Ita eſt: Il eſt ainſi. Plaut. in Rudente, 4.64, Heri confracta nauis in mari eſt illis. D. ita eſt. Terent. in Eunuch. 1.2.44, Nam hic quoque bonā magnámque partem ad te attulit. T. ita eſt. Idem in And. 1.1.27, Nam antea quí ſcire poſſes, aut ingeniū noſcere, dum ætas, metus, magiſter prohibebant? S o. ita eſt. Idem in And. 2.3.12, Ex ea re quid fiat vide. P. vt ab illa excludar, huc concludar. D. non ita eſt.

Ita eſt, ſentio. Plautus in Pſeud. 7.51, Conficiet iam te hic verbis, vt tu cenſeas, non Pſeudolum, ſed Socratem tecum loqui. P. ita eſt iampridem tu me ſpernis, ſentio: Iappercois maintenant que &c.

Ita res eſt. Plaut.in Aſinaria,12.6, Homo hercle hinc excluſus eſt foras. AR.ita res eſt. Terent.in Heaut.1.1.106, Quod ſi eſſet factum, hæc nunquam eueniſſent tibi.M.ita res eſt,fateor:peccatum à me maximum eſt. Idem in Andria,3.1.1,Ita pol quidem res eſt, vt dixti Leſbia.

Ita dico.Plaut.in Trinũmo,13.96,Ad caput amnis,quod de cœlo exoritur ſub ſolio Iouis. C.ſub ſolio Iouis!S.ita dico.C.in cælo! S.atque è medio quidem. Idem in Pſeud.20.44, Tuus herus! H.ita dico.B.miles!H.ita loquor.B.macedonius!H.admodum inquam.

Ita loquor:Ouy ie le dis.Plaut.in Moſtell.13.8, Heus pueri,quid iſtic agitis? quid iſtas ædes frangitis? D.herus hic noſter potat. TE.herus hic veſter potat! D.ita loquor. Idem in Trinummo,13.125,Quod ego aurum dem tibi?C.quod à me te accepiſſe faſſus. S.abs te accepiſſe! C.ita loquor.S.quis tu homo es?

Ita loquor,Iay accouſtume dainſi iaſer.Plaut.in Aulul.27.22,Redde aurum.S.reddam ego aurum!L.redde inquam vt huic reddatur. S.ah,vnde?L.quod modo faſſus es eſſe in arca. S.ſoleo hercle ego nugas garrire,ita loquor.

Ita enimuero.Plaut.in Amphit.4.256,Quid domũ noſtrã?S.ita enimuero. Ouy vrayemẽt.

Ita inquam.Plaut.in Amphit.4.208,Hæccine tua domus eſt?S.ita inquam.Ouy te dis ie.

Ita profecto. Plaut.in Amphit.4.216,At mentiris etiam,certo pedibus,non tunicis venis. S.ita profecto.

Ita vero.Plaut.in Menæhmis,24.38, Quid ais tu?Menæhmum opinor te vocari dixeras. MEN.ita veró.Ouy vrayement.

Ita aiunt, On le dict ainſi. Terent.in Heaut.4.8.13, Imò hæc,quæ apud te eſt, Clitiphonis eſt amica.M.ità aiunt.C.& tu credis?M.omnia. Idem in And.1.2.21,Omnes qui amãt, grauiter ſibi dari vxorem ferunt.D.ita aiunt. Idem in And.5.3.4,Ita prædicant.

Ita eſt homo,Il eſt vng homme de telle ſorte.Il eſt de telle nature.Terent.in Adelph.1.2.63, Nam ita eſt homo:cum placo,aduerſor ſedulò,& deterreo,tamen vix humanè patitur.

Ita veſtra eſt benignitas,Ceſt de voſtre grace.Plaut.in Pœnulo,9.30,Boni de noſtro tibi nec ferimus,nec damus,neque pollicemur,neque adeò volumus datum. L.credo hercle vobis, ita voſtra eſt benignitas.

Ita ingenio fuit.Plaut.in Aulul.3.9,Is quando moritur,ita auido ingenio fuit, nũquam indicare id filio voluit ſuo. Terent.in Phor.Ita plerique ingenio ſumus omnes,noſtri noſmet pœnitet. Ibidem in Sticho,15.3,Nam ita eſt ingenium muliebre,bene cũ lauta eſt, terſa,ornata,ficta eſt,infecta eſt tamen.Les femmes ſont de ceſte nature la.

Ita natio eſt hominum.Plaut.in Menæh.7.33,Nanque Epidamnea natio eſt hæc ita hominum voluptarii,atque potatores maxumi.

Ita pars libertinorum eſt,niſi patrono officit,non ſatis gratus eſt.Plaut.in Perſa,13.59.

Ita eſt amor vt.Plaut.in Trinũmo,10.42,Ita eſt amor,baliſta vt iacitur, nihil ſic celere eſt, neque volat.Amour reſemble a vng orbaleſtre.

Ita animatus fui vt te hoc donarem,Iauoie la voulente de te donner cela. Plaut.in Amphit. 8.129,Neq; pol dedi,neq; dixi:verũ ita animatus fui, itáq; nũc ſum vt ea te patera donẽ.

Ita ſunt alii,vt in rẽ eſſe ducunt ſuã: Les autres ſont tels quils penſent quils aurõt prouffit. Plaut. in Menæhmis,21.13,Alii ſunt ita, vt in rem eſſe ducunt ſuam:ego ero ita vt me eſſe oportet.

Ita faciam. Terent.in Eunucho, 3.2.51,Si id non poterit, ad me adducito. PY.ita faciam. Ibidem,1.2.108,Ita facere certum eſt,mos gerundus eſt Thaidi.

Ita res erat, faciundum fuit:La choſe eſtoit en tel eſtat,quil a ainſi fallu faire.Terent.in Eunucho,1.2.18,Non pol quò quenquam plus amem,aut plus diligam, eò feci:ſed ita erat res,faciundum fuit.

Ita negotium eſt.Plaut.in Perſa,18.11,Quid tam properas?S.ita negotium eſt. Idem in Pſeud.15.36,Propera hanc pellegere epiſtolam,ita negotium eſt.La choſe eſt haſtiue.

Ita facto eſt opus.Terent.in And.4.2.32.

Ita iudices ne.Plaut.in Curculione,15.26,Tibi permittimus,dum quidem hercle ita iudices, ne quiſquam à me argentum auferat. Terent. in Heaut.4.5.35, Ita tu iſtæc tua miſceto, ne me admiſceas.

Ita inſtas,quaſi.Plaut.in Merc.15.26,Non poſſum,ita inſtas,ita vrges,quaſi pro noxio.

Ita,optantis,Ita me deus amet, Ainſi me vueille dieu aimer. Plaut.in Trinummo, 14.16,Ita me di ament,graphicum furem. Idem in Amphit.7.39,Ita di me ament,credebã primo

mihimet. Terent.in Eunucho, 3.2.21,Ita me di ament,honeſtus eſt. Ibidem,4.1.1, Ita me di bene ament,quantum ego illum vidi,nonnihil timeo miſera.

Ita me di amabunt,vt.Plaut.in Pœnulo,18.47,Patruẽ mi,ita me di amabũt, vt ego ſi ſim Iupiter,iam hercle ego illam vxorem ducam,& Iunonẽ extrudam foras. Terẽt.in Heaut. 4.5.1,Ita me di amabunt,vt nunc Menedemi vicem miſeret me.

Ita te amabit Iupiter vt tu neſcis. Plaut.in Aulul.26.31.

Ita me Venus amet,vt ego te hoc triduum nunquam ſinam. Plaut.in Curc.4.53.

Ita me ſeruet Iupiter,vt propior illi,quàm ego ſum,ac tu,nemo eſt.

Ita quæſo. Terent.in Eunucho,5.2.38, Equidem pol in eã partem accipióque & volo.c.imò ita quæſo.Ie prie que ainſi ſoit. Idem in Heaut.3.1.91,Cõtinuo hic adero.m.ita quæſo.

Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes, vt ex me atque ex hoc natus es. Terent. in Heaut.5.4 7. At me ita di ſeruent,vt hic pater eſt veſter.Plaut.in Pœnulo,18.87.

Ita ſpero quidem. Terent.in And.1.5.63,Acceptam ſeruabo.m.ita ſpero quidem.

Ita verò me amabit Iupiter,vxor,vt ego illud nunquam dixi.Plaut.in Merc.16.22.

Ita non.Plaut.in Epidico,13.5,Si vndecim deos præter ſe, ſecum adducat Iuppiter, ita non omnes potuerunt ex cruciatu eximere Epidicum. Terent.in Heaut. 3.2.13, Ita non vt olim,ſed vti nunc ſanè bona.

Ita nunc viget mos.Maintenant la couſtume eſt telle.Plaut.in Curcul.7.21.

Ita nunc. Plaut.in Pœnulo,4.141, Expecto,neque vſquam apparet: ita nunc nihilominus ſeruio.Par ainſi ie ſers &c.

Ita pro valdè. Terent.in prolog.And.11,Non ita diſſimili ſunt argumento. Cic.de ſenect. Non ita longa diſputatione.

Ita ſubito eſt.Plaut.in Trinummo,17.50,Ita ſubito eſt,propere quod eum conuentum volo.

Ita, Tellement, ou ſi fort. Terent.in And.2.1.5,Væ miſero mihi, vt animus in ſpe, atque in timore vſque antehac attẽtus fuit:ita poſtquam adempta ſpes eſt,laſſus, cura confectus ſtupet. Idem in Eunucho,2.3.14,Ego neſcio hercule neque vnde eam, neque quorſum eam, ita prorſum oblitus ſum mei.

Ita vt.Plaut.in Rud.18.23,Ita hinc ego te ornatum amittam,tu ipſus te vt non noueris.

Ita vt fit:Comme il aduient. Terent.in Eunucho,4.2.2,Dum rus eo,cœpi egomet mecum inter vias,ita vt fit,vbi quid in animo eſt moleſtiæ,aliam rem ex alia cogitare.

Ita vt ingenium eſt omnium hominum. Terent.in And.1.1.50.

Ita vt ſi elles filia, te educaui. Terent.in Eunucho,1.2.37.

Ita magnæ iræ inter eos ſunt,vt ſperem poſſe auelli. Terẽt.in And.3.3.22. Cic.de amicitia 27, Ab eis ita amantur, vt facilè earum appareat ſenſus. Ibidem, 39,Ita alligati,vt ab amicis non diſcedant.

Ita nati, vt.Cic.de amicitia, 18,Sic enim bene perſpicere videor, ita natos eſſe nos, vt inter omnes eſſet ſocietas quædam. Ibidem,1, Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam,ſumpta virili toga:vt quoad poſſem,& licêret, à ſenis látere nunquam diſcederem.

Ita vt erat,Quod barbare vulgo dicitur,vt de facto erat.Cic.de Amicitia,24,Oreſtes autẽ,ita vt erat,Oreſtem ſe eſſe perſeueraret?

Ita pro igitur. Cic.Ita nobiliſſima ciuitas Græciæ, & olim potentiſſima ſepulchrum ciuis ſui ignoraſſet,niſi ab homine Arpinate didiciſſet.

Ita honeſta ſenectus,ſi.Cic. de ſenectute,Ita enim ſenect9 honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi ius ſuum retinet.

Ita fecit,vel plus etiam.Cic.de Amicitia,35, Videtis quàm nefaria vox,& hercle ita fecit,vel plus etiam quàm dixit.

Itáne. Plaut.in Perſa,6.39,Nũquam ecaſtor hodie ſcibis, priuſquam ex te audiuero. p.itáne eſt? Dis tu? Terent.in Eunucho,5.9.28, Quodvis donũ, & præmiũ à me optato:id optatũ feres. g.itáne? t.ſic erit. Idem in Heaut. 5.1.75, Mitte,ac ſine me in hac re gerere mihi morem.m.ſino.itáne vis? c.ita.m.fiat.

Itáne, Commiſerantis. Terent.in And.4.5.8,Saluos ſis Crito. c.itáne Chryſis? hem.m.nos quidem pol miſeras perdidit.

Itáne, Indignationis nota. Terent.in And.3.2.12, O Daue, itáne contemnor abs te? aut itáne tãdem idoneus tibi videor,quẽ tam apertè fallere incipias dolis? Donatus, Indignatio eſt,ad æſtimationem reuocantis eius dicta vel facta,à quo cõtemnitur quis. Idem in And.1.5.8,Itáne obſtinatè operam dat, vt me à Glycerio miſerum abſtrahat? Idem in

Eunuch. 2.2.9. Itáne paraſti te, vt ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi? Idem in Heaut. 5.2.1, Itáne tandem quæſo Menedeme, vt pater tam in breui ſpatio omnem de me eiecerit animum patris?

Itáne vero? Terent. in And. 5.4.12, Fabulã inceptat. CH. ſine. CR. itáne vero? obturbat. Que ie la laiſſe? non feray. Plaut. in Curcul. 15.47, Ego te vehementer perire cupio: ne tu me neſcias. M. itáne vero? c. ita herclè veró. Dis tu a bon eſcient? le vouldrois tu bien ainſi?

Itaque, compoſitum ab ita, Vnica dictio, Par ainſi dõcques. Cic. de amicitia, 1, Itaque multa ab eo prudenter diſputata, multa etiam breuiter & commodè dicta, memoriæ mandabam. Terent. in Eunucho, 2.3.26, Deducunt cibum: tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas: itaque ergo amantur. Donatus, Atque ita fit vt amentur. Cic. pro Milone, Itaque hoc iudices, non ſine cauſſa fictis fabulis doctiſſimi homines memoriæ prodiderunt, eum qui &c. Parquoy doncques. Itaque, accentum habet in prima, ítaque.

Itáque, quum gemina dictio eſt, accentum habet in penultima, ſignificátque, & ita. Terẽt. in And. 3.3.19, Imò ita volo, itáque poſtulo vt fiat.

ITEM aduerbium, ſignificans interdum ita, vel ſic, interdum autem, interdum ſimiliter: Et aliquando ſolum ponitur, aliquando iunctum cum atque, vel vt.

Item, Autem. Plaut. in Aulul. Venit hoc mihi in mẽtem Megadôre, te eſſe hominem diuitẽ, factioſum, me item eſſe hominem pauperum pauperrimum.

Item, Ita vel ſic. Cic. de Orat. Nam omnium magnarum artium, ſicut arborum altitudo nos delectat, radices, ſtirpéſque non item. Non point ainſi. Idem in arte Rhet. Quæ omnia item vti contraria rerum bonarum in rebus vitandis reperiuntur. Idem in Acad. quæſt. Non enim fortuito hũc artificem dicemus eſſe, illum negabimus. Sed cum alterum præcepta & comprehenſa tenere videamus, alterum non item. Idem in Tuſcul. Sed corporum offenſiones ſine culpa accidere poſſunt, animorum non item. Idem de diuinatione, Qui magis anguibus, quàm lacertis? quàm muribus? quia ſunt hæc quotidiana, angues nõ item. Idem in Tuſcul. Sic illi in morbum & incidunt tardius, & recreantur ocyus, habetes non item. Plaut. in Rudente, 24.55, Scelerum caput, vt tute es, item cenſes omnes eſſe? Terent. in Eunucho, 3.1.8, Vel rex ſemper maximas mihi agebat, quicquid facerem, aliis non item.

Item, Similiter. Plaut. in Trucul. 5.39, Qui vbi quanque noſtrarum videt prope ædeis haſce, egrediens item vt de frumento anſeres, clamore abſterret, & abigit: is item eſt agreſtis. Tout ainſi que il chaſſe les oyes hors du froment. Idem in Capt. 19.11, Atat ſcio cur te patrem aſſimules eſſe, & me filium, qui mihi item vt parentes, lucis das tuendæ copiam. Terent. in Phorm. 2.3.66, Itáne tãdem quæſo, ciuem item vt meretricem, vbi abuſus ſis, mercedem dare lex iubet ei, atque amittere? Cõme ſi elle eſtoit paillarde. Plaut. in Pſeud. 13.80, Item, vt Medêa Peliam cepit ſenem, quem medicamento, & ſuis venenis dicitur feciſſe rurſus ex ſene adoleſcentulum, item te ego faciam. Terent. in Adelph. 1.1.25, Ille vt item contra me habeat, facio ſedulo. Idem in And. 1.1.62, Item alio die quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum quicquam attinere. Cic. de Orat. Ita fit vt non itẽ in oratione, vt in verſu numerus extet. Idem in Rullum, Sed quæro à te, putéſne, ſi populus iuſſerit me tuum, aut item te meum ſeruum eſſe, id iuſſum ratum, aut firmum futurũ? Victruuius, Non enim vt Babylone abũdantes liquido bitumine, pro calce & arena, & cocto latere factũ habẽt murum: ſic item poſſunt omnes regiones, ſeu locorum proprietates habere, tantas eiuſdem generis vtilitates. Cic. in Verrem, Faciebant hoc idem in cæteris ciuitatibus grãdes natu matres, & item paruuli liberi miſerorum. Plau. in Amph. 4.68, Nos noſtras more noſtro, & modo, inſtruximus legiones: item hoſtes cõtra, ſuas inſtruũt.

Item, Atque. Varro de lingua Latina, Analogia nõ ea diffinienda quæ dirigitur ad naturam verborum, atque illa quæ ad vſum loquendi. Idem de re ruſt. Alii ad curſurã, alii ad prædam, non item ſunt ſpectandi atque habendi.

ITER iteris, ſecundum Priſcianum, n.g. Chemin. Lucretius lib. v, Concuſſus itere, & labefactos itere multo. Cic. Attico, lib. 16, In quo flexus eſt ad iter Arpinas.

Itiner itineris, n.g. Idem. Plaut. in Merc. Ergo itiner exequi meum me ſines. Varro, Expectãt itiner longo ſermone leuare. Plaut. in Merc. 22.72, Inceptum hoc itiner perficere exequar. Iter dictum eſt quòd vehendo quid teritur. Vel ab eundo, cuius ſupinum eſt itum: ſiue ab ito frequentatiuo.

Iter, de mari etiam dicitur. Terent. Aín' tu tibi hoc incommodum eueniſſe iter? Non hercle

Parmeno verbis dici poteſt, quantum reipſa nauigare incommodum eſt.
Iter facere, Cheminer. Iter tenere, idem.
Iter facere vehiculis. Plin. epiſt. 234, Ita inde poſtquam vehiculis iter facere cœpi.
Iter habere, Idem quod iter facere, Aller. Cic. Attico, At ille in Sardiniam iter habebat.
Iter pronum ad honores. Plin. epiſt. 163, Quibus video à meo, tuóque látere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non ſubitas imagines relicturus. Vng moyen facille a paruenir aux honneurs.

Itero iteras, iterare, Rurſus aliquid agere, & quaſi per iter factũ reuerti. Derechef dire ou faire quelque choſe. Plaut. in Pſeud. 5.153, Nolo bis iterare, ſat ſic longæ fiunt fabulæ. Idem in Caſina, 22.5, Operam date, dũ mea facta itero, eſt operæ auribus accipere. Idem in Rud. 28.1, Iterũ mihi iſtæc omnia itera, mi anime. Idem in Amph. 4.57, Hæc vbi Telebois ordine iterarunt, quos præfecerat Amphitruo. Idem in Trinummo, 12.13, Fidus fuiſti, infidum eſſe iterant. Liuius, Reſiſtere, atque iterare pugnam iubet.
Iteratu ridiculũ. Plau. in Caſina. 22.6, Ita ridicula auditu, iteratu ea ſunt, quæ ego intus tuli.
Iterare pro ire poſuit Gellius, dicens, Sed eos ſenatores, qui magiſtratum curulem nondum ceperant, pedibus iterauiſſe in curiam.

ITERVM, aduerbium, Derechef, pour la ſecõde fois. Plaut. in Rud. 28.1, Iterũ mihi iſtæc omnia itera mi anime. Idem in Pœnulo, 16.114, Iterũ mihi natus videor, quòd te repperi.
Iterum, pro ſecundo. Cic. in arte veteri, Primo quidem decipi, incommodum eſt: iterum, ſtultum: tertio turpe. Plin. de viris illuſt. 27, Iterum & tertio conſul, multa domi, militiæque geſſit.

ITIDEM, aduerbium, Similiter, eodem modo, quaſi iterum idem, Pareillement ſemblablement, Tout ainſi. Plaut. in Truc. 3.14, Quaſi in piſcinam rete qui iaculum parat &c. itidem eſt amator. Idem in Bacchid. 8.6, Feci iſtæc itidem in adoleſcentia. Idem in Merc. 18.11, Labant iuuenes: itidem rapiuntur ſenes. Terent. in Eunucho, 2.2.4, Hominẽ haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona. Plaut. in Amphit. 4. 289, Itidem habet petaſum ac veſtitum: tam conſimilis eſt atque ego.
Itidem vt. Terẽt. in Eunucho, 1.2.13, Vt aut hoc tibi doleret itidẽ, vt mihi dolet. Idem in Heaut. 4.3.20, Si abduxeris, cælabitur itidẽ, vt cælata adhuc eſt. Idem in Phor. 2.3.62, Itidem vt cognata ſi ſit, id quod lex iubet dotem dare, abduce hãc, minas quinque accipe. Idem in Hecyra, 5.4.25, Placet nõ fieri hoc itidem, vt in comœdiis, omnia omnes vbi reſciſcunt. Plaut. in Amph. 12.9, Vt filium bonũ patri eſſe oportet, itidem ego ſum patri. Idem in Moſtell. 13.1, Hic quidem neque conuiuarum ſonitus itidem, vt antehac fuit. Idem in Aulularia, 7.36, AEtatem meam ſcis. E. ſcio eſſe grandem itidem vt pecuniam. Idem in Merc. 24.24, Itidem vt tempus anni, ætatem aliam aliud factum conuenit.
Itidem quaſi. Plaut. in Moſtell. 4.120, Vbi ſeſe ſudor cum vnguentis conſociauit, ilico itidẽ olent, quaſi cum vnà multa iura confundit coquus.
Itidem & ſæpe. Plaut. in Capt. 2.44, Imprudẽs itidem & ſæpe iã in multis locis plus inſciẽs quis fecit, quàm prudens boni.

ITVS itus itui, m.g. Id eſt, itio, Alleure. Ab EO IS. Cic. Attico, lib. XV, Quis porrò noſter itus reditus, vultus, inceſſus inter iſtos? Suet in Tib. Cæſ. cap. 38, Ad extrema vota pro itu & reditu ſuo ſuſcipi paſſus, vt vulgo iam per iocum, Callipides vocaretur.

IVBA iubæ, f.g. Crines animalium à colo pendẽtes. Les criſns de quelques beſtes que ce ſoiẽt, comme de cheuaulx, ou lions.

Iubatus iubata iubatum, Quod iubas habet.
Iubati angues, Id eſt criſtati & ceruicibus erecti. Plaut. in Amphit. 17.56, Deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo.
Iubati leones dicuntur, ad differentiam eorum qui iubas non habent.

Iubar iúbaris, m.g. proprie ſtella, quæ ante ſolis ortũ Lucifer, poſt ſolis occaſum Veſper appellatur. quòd iubata appareat, vel quòd ſplendor eius diffundat in modum iubæ leonis radios. Virg. lib. 4, It portis iubare exorto.
Iubar, pro ipſo ſplendore ponitur. Ouid. Et tremulum ſumma ſpargit in æde iubar.
Iubar, non tantum de ſolis ſeu ſtellæ, ſed etiam de cuiuſcunque rei ſplendore dicitur, vt auri, argenti, gemmarum.
Iubar, quandoque ad hominis maieſtatem tranſfertur. Claudianus, Per fratris regale iubar.

IVBEO iubes, iuſſi, iuſſum, iubêre, Cõmãder. Terent. in Eunuc. 2.3.97. Iubéſne. CH. iubeo,

cogo, atque impero. Quintil. Nam quanuis infestum latronibus mare iussus intraui, neque dissimulauerim magnas fuisse causas patri cur hoc mihi imperaret.

Iubeo dare. Terent. in And. 3.2.4, Post deinde quod iussi ei dare bibere, & quãtum imperaui date. Plaut. in Amphit. 3.73, Sic similem rem ipse in legem iussit esse Iuppiter.

Iussit vt. Plaut. in Amph. 4.51, Iubet sententiam vt dicant suam.

Iussit me. Plaut. in Aulularia, 4.19, Aut si respexis, donec ego te iussero. Quintilianus, Pater me iussit.

Iubere, Decernere. Et populi est propriè iubere. Liuius lib. 7. de bello Maced. Senatus eam pacem seruandã censuit, & paucos post dies populus iussit. Sallust. Postquam in Numidiã prouinciam populus iussit.

Iubere, velle. Terent. in Eunucho, 4.7.20, Quî scis an quæ iubeã, sine vi faciat? Donatus, Et mire, non, velim, sed iubeam dixit. iubeam pro velim.

Iubeo te saluere, id est, volo, inquit Donatus. Plau. in Asin. 7.30, Iubeo te saluere voce summa quoad vires valent. Idem in Rud. 7.3, Iubemus te saluere mater. Terent. in Adel. 3.4.15, Saluere Hegionem plurimum iubeo. Idem in And. 3.3.1, Iubeo Chremetem. c. ô teipsum quærebã. Donatus, Iubeo Chremetem, Subaudi, saluere. Horatius, Rufum saluere iubemus. Cic. Attico, Dionysium iubeo saluere. Ibidem, Dionysiũ velim saluere iubeas. Ibidem, Quem saluere velim iubeas plurimum.

Iubeto habere animum bonum. Plaut in Persa.

Iussus, iussus, iussui, m.g. Imperium. Commandement. Raro reperitur, præterquam in ablatiuo iussu. Plaut. in Amphit. 3.19, Iouis iussu venio.

Iussum iussi, n.g. Idem. Mandement. Plaut. in Curc. 7.50, Postquam sum tuo iusso profectus, perueni in Cariam. Gellius, Lex est generale iussum populi aut plæbis, rogãte magistratu. Idem, Nisi populus aut plebs rogetur, nullũ plebis aut populi iussum fieri potest. Virg. Ille patris iussa exequitur. Idem, Accipe iussis Carmina cœpta tuis.

IVBILVM iubili, dicitur id quod ex gaudio fit voce, nec tamen verbis explicatur. Silius lib. 43, Et lætis scopulis audiuit iubila Cyclops.

Iubilo, iubilas, iubilare, est rustica voce inclamare, inquit Festus.

IVCVNDVS iucunda, iucundum, A iuuo iuuas. Is dicitur qui causa extitit alteri vt ille gaudeat. Vnde iucundæ literæ, iucunda oratio, iucũdus aspectus. Cicero Attico, lib. 1, Quòd te de Tadiano negotio decepisse scribis, id ego Tadio & gratum esse intellexi, & magnoperè iucundum. Eidem, Fuit mihi sæpe & laudi nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris cõsolatio grata. Idem, Est mihi iucunda in malis, & grata in dolore, vestra erga me voluntas. Iucunda inquit, quasi plena voluptatis. Idem, Quanquam quod præsens tãquam in manum datur, iucundius est, tamen hæc in posterum gratiora, muri, naualia, portus, aquarũ ductus, omnia quæ ad vsum reip. pertinent.

Iucundè, aduerbium, cum lætitia. Plin. epist. 135, Cum tam iucũdè officiorum nostrorum meminisse eum scribas.

Iucunditas iucunditatis, Delectatio.

IVDICO iudicas, iudicare, Iuger.

Iudicare animo suo. Terent. in Adelphis, 5.6.4, Hominem maximi pretii esse hodie te iudicaui animo meo.

Iudicare aliquem ex ingenio aliorum. Terent. in Eunucho, 1.2.118, Atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet. Idem in Heaut. 5.1.7, Ohe, iam desine deos vxor gratulando obtundere, tuam esse inuentam gnatam: nisi illos ex tuo ingenio iudicas, vt nihil credas intelligere, nisi idem dictum est centies.

Iudicare de aliquo. Cic. de amicitia, 8, Sed vt mihi videris, non rectè iudicas de Catone.

Iudicare quid interfit. Cic. de amicitia, 78, Cõcio quæ ex imperitissimis constat, tamẽ iudicare solet quid interfit inter popularem, id est, assentatorem, & leuem ciuem, & inter cõstantem, seuerum, & grauem.

Iudicatus sapiens oraculo Apollinis. Cic. de amicitia, 6, Athenis vnum accepimus, & eũ quidem etiam Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum.

Iudicare, alicuius causam audire, & pro illa sententiam ferre, & datiuo construitur. Plaut. in Menæhmis, 3.21, Nam ego ad Menæhmum nunc eo, cui iam diu sum iudicatus, vltrò eo vt me vinciat.

Iudicare aliquem, Le condamner. Cic. in Verrem, act. v, Sed hoc miror, quomodo, de quo

homine noluerit, præiudicium fieri per recuperatores, de hoc ipso nõ modo præiudicarit, verum grauissimè, ac vehementissimè iudicarit. Plaut in Rud. 2. 19, Mali res falsas qui impetrant apud iudicem, iterum ille eam rem iudicatam tuam iudicat.

Iudicare, cum genitiuo. Gellius, Quantæque pecuniæ iudicatæ essent, prædicabatur.

Iudex iudicis, m. g. Vng iuge.

Iudicium iudicii, n. g. Iugement, opinion. Plaut. in Curcul. 15. 37, Nunc adeò vt tu scire possis leno meam sententiam, libera hæc est: hic, huius frater est: hæc autem, illius soror. hæc mihi nubet: tu huic argentum redde. hoc iudicium meum est. Vela mon opinion, Vela ce quil men semble.

Dare iudicium. Cic. in Verrem, act. 3, Si quis eum pulsasset, edixit se iudicium iniuriarũ nõ daturum: quicquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum.

Iudicio perfundere. Cic. pro Sexto Roscio Amerino, Interim mihi videris, Eruci vna merce de duas res assequi velle: nos iudicio perfundere, accusare autem eos ipsos à quibus mercedem accepisti.

Iudicium nummarium. Cic. in Verrem, act. v, Ecquod iudicium Romæ tã dissolutũ, tã perditum, tam nummarium fore putasti, quo ex iudicio te vlla salus seruare posset?

Iudicialis & hoc iudiciale, Quod est iudicis. vt iudicialis sententia.

Iudiciarius iudiciaria, iudiciarium, Quod ad iudicẽ pertinet, siue vt iudicetur. Gellius, A poetarum & à Rhetorum epilogis ad iudicandas lites vocatus, rem iudiciariam, quando vocis, vt dicitur, viuæ penuria erat, à mutis, quod aiunt, magistris cognoscerem.

IVGERVM, genitiuo iugeris, vel iugeri. datiuo iugero. accusatiuo & vocatiuo iugerum. ablatiuo iugero & iugere. Et pluraliter, nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo iugera. genitiuo iugerum. datiuo & ablatiuo iugeris vel iugeribus.

Iugerũ vocabatur (inquit Plin. lib. 18. cap. 3.) quod vno iugo boum in die exarari potuisset. Vng arpent de terre. Columella lib. v. cap. 1, dicit Gallos semiiugerũ, arepenum vocare. Varro, lib 1. de re rustica, In Hispania vlteriore metiuntur iugeris: in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. Tibullus, Vt multo innumerã iugere pascat ouem. Iuuenalis, Iugeribus paucis lumbos donare clientis. Varro, lib. 1, Iugerum quod quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, qui & latus est pedes centum viginti, & longus totidem.

Iugerum dictum est ab eo quod erat iũctum. Columella lib. v 1, Hoc duplicatum facit iugerum: & ab eo quod erat iunctum, nomen iugeri vsurpauit.

Iugeratim, aduerbium, per singula iugera. Columella lib. 4, Vt primæ vineæ centenas amphoras iugeratim præberent.

IVGIS, Vide IVGVM.

IVGLANS iuglandis, f. g. Vne noix. Hanc nonnulli à iuuando, & glande appellatam putant. Alii quasi Iouis glãdem existimant vocatam: quòd hæc arbor nuces habeat suauiori sapore, quàm glandes. Vide Plinium, lib. 15, cap. 22. lib. 16. cap. 19. lib. 23. cap. 8.

IVGVLVS & iugulũ iuguli, dicitur anterior pars colli, vnde vox, halitúsq; procedit: à iũgo quòd per eã pectori caput iungatur. Et duplicẽ esse cõstat. Plin. lib. x 1, Vni homini duo sunt iuguli, dextrũ & sinistrum. Apuleius, Per iugulum sinistrum capulo tenus gladium totum ei demergit. Corn. Celsus lib. 8, A dextro iugulo si id fractum est, ad alam sinistram: à sinistro, ad dextram. Le gosier. Cicero, lib. 1. ad Atticum, Me verò teste producto, credo te ex acclamatione Clodii aduocatorum audisse quæ consurrectio iudicum facta sit, vt me etiam circunsteterint, vt apertè iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint.

Iugulum ferire dixerunt veteres, pro interficere.

Iugulum petere, in agendis caussis tunc dicitur orator, quãdo quod est potẽtissimum, id inuadit, ac premit validissimè aduersarium, videtúrque illum iugulare argumentis perinde ac vibratis telis.

Iugulo iugulas, iugulare.

Iugulare hominem suis verbis. Terent. in Eunuch. 3. 1. 27, Pulchrè me hercule dictum, & sapienter. papæ, iugularas hominem. quid ille?

Iugulare hominem suo sibi gladio. Terent. in Adelphis, 5. 8. 36, Nunc tu mihi es germanus pariter corpore & animo. M. gaudeo. D. suo sibi hunc iugulo gladio. Suo gladio, suóque telo iugulari dicitur, qui suis ipsius dictis reuincitur, aut qui suopte inuento, dolóve capi-

tur. denique in quem, quocunque modo, ſeu dictum ſeu factum retorquetur, quod ab ipſo profectum ſit.

Iugulare, etiam de morbo dicitur. Celſus lib. 3, Quartana neminem iugulat.

Iugulare, ad inanimata tranſfertur. Martialis, Scelus eſt iugulare falernum.

IVGVM iugi, n.g. Dictum eſt quòd iungatur, & in arcum arctetur. Montis cacumen. Le ſommet dune montaigne. Virg. Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit.

Iugum, ligneum inſtrumentum quo iunguntur boues, & ad inuicem arctantur. Vng ioug.

Iugum, lignũ quo textores telam conuoluũt. Ouid. lib. 6, Metamorph. Tela iugo eſt iuncta.

Iugum, Sub quo ignominiæ gratia victi hoſtes mittebãtur. Nam fixis in terras duabus haſtis, ſuper eas ligabatur tertia. tunc victi hoſtes diſcingebantur, & ſub illa tranſire cogebantur inermes. Inde ſubiugare pro debellare, ac ſubiicere.

Iugum in vinea dicitur, quum duabus aut pluribus perticis fixis, aliæ ſuper eas alligantur, in quibus vites coniunguntur, & quaſi iugum in ſummitatem quandam faciunt. A quo vites ipſæ, ſeu vineæ, iugatæ dicuntur. Quòd ſi haſtilibus in terra defixis, ſingulæ trãſuerſæ perticæ in vnam tantum partem ordinis innectantur vniiugæ vineæ dicũtur. & genus ipſum iugi, canterium ruſtici vocant. Plinius, Salices quædam in proceritatem magnam emittunt iugis vinearum perticas. Idem, Simplici iugo conſtat vniiuga, porrecto ordine, canterium appellant.

Iuga, tabellæ nauium, in quibus ſedent, quæ tranſtra vocantur. Virg. Inde alias quæ per iuga ſedebant Deturbat, laxátque foros.

Iugo iugas, iugare, Coniungere, quaſi ad vnum iugum alligare. Cic. lib. 2. Tuſcul. Hoc quidem eſt commune virtutum, omnes enim inter ſe nexæ & iugatæ ſunt.

Iugari vineæ dicuntur, quæ in iugum conſtituuntur. Columella, Sequitur iam adminiculandæ, iugandæque vineæ cura.

Iugoſus iugoſa iugoſum, Quod in iugum acuitur, & eſt procliue.

Iuges, dicuntur eiuſdem iugi pares.

Iugalis & hoc iugale: Vt iugale vinculũ, pro copula matrimonii. Virg. Cui vincla iugalia curę.

Idem lib. 4, AEneidos, Si cui me vinclo vellem ſociare iugali.

Iugis & hoc iuge, Aſſiduus, continuus, quaſi ſemper iugo affixus. Plaut. in Pſeudolo, 3.81, Iſtoccine pacto me adiutas? P. do id quod mihi eſt. nam is mihi theſaurus iugis in noſtra eſt domo.

Iugiter, aduerbium, Continuellement, ſans ceſſe. Plau. in Milite, 10.62, Venerem, amorem, amœnitatémque accubans exerceo, & quidem ædepol omnes mores ad venuſtatem iugiter.

IVMENTVM iumenti, n.g. à iuuando, Cuius appellatione continentur animalia quæ vel ſarcinas gerunt, vel currus trahunt, vel terrã excolunt, vt equi, muli, aſini, cameli, boues. Columella lib. 7, Nec tamen vltra religio eſt in aqua, modo frumenta gignantur, quæ non vt ouium, ita armentorum adiumento iuuetur: vnde etiam iumenta nomen à re traxêre, quòd noſtrum laborem vel onera ſubuectando, vel arando iuuarent.

IVNCVS iunci, m.g. à iungendo dicitur: quoniã vſus eius ad iuncturas vtilis eſt. Ionc. Plin. lib. 21. cap. 18.

Iuncinus iuncina iuncinum, Faict de ionc. Plin. lib. 15. cap. 7, Sic & Rhodinum è roſis, Iuncinum è iunco.

IVNCEVS, iuncea, iunceum, Qui eſt faict de ioncs.

Iunceus, Reſemblãt a vng ionc, delie & menu cõme vng ionc. Terent. in Eunucho, 2.3.24, Deducunt cibum, tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas.

IVNGO iungis, iunxi, iunctum, iungere, Ioindre.

Iungere amicitiam inter paucos. Cic. de amicitia, 18, Ita contracta res eſt, & adducta in anguſtum, vt omnis charitas, aut inter duos, aut inter paucos iungeretur.

Iunxiſti illum mecum arctiſſimo vinclo. Plin. epiſt. 243, Roſianum Geminum domine arctiſſimò vinclo mecum tua in me beneficia iunxerunt.

Iunctus iuncta iunctum, Ioinct. Plaut. in Trucul. 6.33, Quia adeò fores noſtras iunctas audes accedere.

Iunctis quadrigis. Plaut. in Menæh. 20.36, Etiam iunctis quadrigis minitatus proſternere.

Iunctim, aduerbium, ſine interuallo, Tout ioingnant. Suet. Magiſtratus & maturius inchoauit, & penè iunctim percurrit.

IVNIPERVS iuniperi, f.g. Arbuſcula, quæ in arenoſis frequẽs naſcitur, coma virẽs per-

petua, Vnde & topiario operi idonea, & carioſam ſenectam nõ ſentit. Ienéure. Vide Pliniũ.

IVNIX iunicis, f. g. Teneræ ætatis bos fœmina, quæ iam ceſſauit vitula eſſe, necdum tamen ad ſummam magnitudinem peruenit. Dicta quaſi iuuenca, à iuniore ætate. Vne ienice. Perſius, Tot tibi cum in flammas iunicum omenta liqueſcant. Plaut. in Milite, Quàm mox ad ſtabulum iunix recipiat de pabulo.

IVRGO iurgas, iurgare, Noiſer, & tenſer lung a lautre. Terent. in And. 5. 1. 19, Cum Dauo egomet vidi iurgantem ancillam. Ibidem, 2. 3. 15, Cedò quid iurgabit tecum? De quoy te tenſeroit il? Cic. lib. 4. de rep. Si iurgant (inquit) beneuolorũ concertatio eſt: lis, inimicorum, non iurgium dicitur.

Iurgor iurgaris, Deponens. Horat. in Ser. Iurgatur verbis.

Iurgium iurgii, Noyſe, Debat, qui vient ſouuent entre amis. Plaut. in Perſa, 13. 22, Iurgium auferas hinc ſi ſapias. Idem in Menæh. 4. 16, Iurgio hercle tãdem vxorem abegi ab ianua. Cic. de Amicitia, 67, Cauendum verò eſt ne etiam in graues inimicitias conuertant ſe amicitiæ, è quibus iurgia, maledicta, contumeliæ gignuntur.

Iurgioſus iurgioſa iurgioſum, Qui eſt noiſeux, & hargneux, Qui prent voulentiers noiſe & debat. Gellius, Mulier moroſa admodum & iurgioſa.

IVRO iuras, iurare, à iure fit. Nam iurare propriè eſt quidpiam promittere, adhibitis etiã teſtibus ita ſeruaturum ac ſi ius eſſet. Iurer.

Iurare conceptis verbis, Id eſt dictatis à deferente iuramentum, & ex arbitrio adiurãtis, hoc eſt adigentis ad iuſiurandum, pernotatis. Plaut. in Pſeud. Iuráſne te illam nulli venditurũ, niſi mihi? BAL. fateor. CAL. nempe conceptis verbis. BAL. etiam cõſultis quoque. Id eſt, non modo dictatis à te verbis, ſed etiam cogitatis, animaduerſis, præmeditatis. Idem in Ciſtell. 2. 89, At ille cõceptis iurauit verbis apud matrem meam, me vxorem ducturũ eſſe.

Iurare per. Plaut. in Amphit. 4. 281, Per Iouem iuro me eſſe, neque me falſum dicere.

Iurare in leges alterius, Iurer, & promettre auec iurement de garder ſes loix. Plin. de viris illuſt. 73, Aqua & igni interdixit ei qui in leges ſuas non iuraſſet.

Iuratus iurata iuratum, Qui a iuré. Plaut. in Amphit. 4. 283, Nam iniurato ſcio plus crederet mihi, quàm iurato tibi. Cic. pro Cecinna, Si enim ſunt viri boni, me adiuuant, cum id iurati dicunt, quod ego iniuratus inſimulo. Idem in Verrem, act. 2. Nunc tamen eo animo ſum, vt eo iudice quàm prætore hanc rem tranſigi malim, & iurato ſuam quàm iniurato aliorum tabellas cõmittere. Plin. epiſt. 23. b, Et quaſi è iurato magiſtratu priuatum ipſe me faceram. Plaut. in Pœnulo, 10. 25, Scilicet, extemplo denegabit, iuratus quidem.

Iuratus eſt mihi: Paſſiue pro iurauit. Plaut. in Perſa, 11. 2, Quidnam eſſe acturum hunc dicã vicinum meum, qui mihi iuratus eſt ſeſe hodie argentum dare? Plaut. in Curcul. 12. 10, Quod fui iuratus feci. Idem in Rud. 31. 17, Iuratus ſum, & nũc iurabo. Lucanus lib. 8, Mihi per Latium iurata tonantem.

Iuramentum iuramenti, n. g. Iurement.

Iurandum iurandi, n. g. Idem. Plaut. in Ciſtell. 5. 19, Verùm haud metuo ne iurãdum noſtrum quiſquam culpitet. Et paulò pòſt, 26 Abi quærere vti tuo iurando ſatis ſit ſubſidii.

IVS iuris, n. g. Eſt (inquit Donatus) quod omnia recta & inflexibilia exigit. Droict & raiſon. Terent. in Heaut. 4. 1. 29, Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, atque æquum ſciunt?

Ius bonum. Plaut. in Moſtell. 8. 140, Nullum ædepol hodie genus eſt hominum tetrius, nec minus bono cum iure, quàm Daniſticum.

Ius bonum dicis, oras, petis, La requeſte eſt raiſonnable. Plaut in Stich. 14. 43, Agedum Stiche, vter demutaſſit, procul mutabitur. ST. bonũ ius dicis, impetrare oportet, quia æquũ poſtulas. Idem in Epid. 2. 22, Te volo percontari, operã da, opera reddetur tibi. T. ius dicis. Ceſt la raiſon. Idem in Rud. 24. 108, Si hercle tantillum peccaſſis, quod poſtea poſtules te ad verum conuorti, nugas mulier magnas egeris. G. ius bonum oras. Idem in Trinũmo. 17. 36, Poſtremo quod vis, non duces, niſi illud quod non vis, feras. CA. ius hic orat. Idem in Rud. 24. 94, Sed ſi erũt vera, tum obſecro te vt mea mihi reddãtur. G. placet: ius oras merũ, meo quidẽ animo. Il me ſemble que ceſt la droite raiſon de ce que tu demãde. Idem in Pſeud. 23. 23, Quid ergo dubitas dare mihi argentum? S. ius petis, fateor, tene. Ceſt la raiſon, ie le confeſſe. Idem in Rud. 4. 15, Si erunt vera, tum obſecro te vt mea mihi reddantur. C. placet: ius oras merum. Cic. in Antoniana ſecunda, Ius poſtulas: ſed quid ad rem? plus ille poterat.

Sine bono iure. Plaut. in Bacchid. 14.2. Petulans, proteruo, iracũdo animo, indomito, incogitato, ſine modo & modeſtia ſum, ſine bono iure, atque honore.

Optimo me iure in vinculis enicet magiſtratus, ſi quis me hanc habere viderit. Plaut. in Rudent. 12.18.

Iure ablatiuus, Id eſt, merito, A bon droit. Plaut. in Amphit. 4.92, Cum clamore inuolant, impetu alacri fœdant, & proterunt hoſtium copias iure iniuſtas. Terent. in And. 2.3.20, Ne is mutet ſuam ſententiã, patri dic velle: vt cum velit, tibi iure iraſci non queat. Ibidem, 3.5.2, Atque hoc confiteor iure obtigiſſe: quandoquidem tam iners, tam nulli conſilii ſum. Plaut. in Milite, 22.42, Is me hac illexit fraude: iure factum iudico.

Iure vel iniuria. Plaut. in Rud. 24.25, Quomodo habeas, nihil refert, iure, ánne iniuria? A tort, ou a droit. Terent. in And. 1.3.9. Si ſenſerit, perii. aut ſi libitum fuerit, cauſſam ceperit, quo iure, quáque iniuria præcipitem me in piſtrinum dabit.

Meo iure, tuo iure, ſuo iure. Plaut. in Capt. 5.50, Quod antehac pro iure imperitabam meo, te oro nunc per precem. &c. Terent. in Adelphis, 1.1.27, Do, prætermitto: non neceſſe habeo omnia pro meo iure agere. Selon que ie pourroye bien faire. Meo iure, tuo iure, ſuo iure, verba ſunt apud doctos frequẽtiſſima, ſed certè inſignis cuiuſdã ſignificatiõis. Eſt enim meo iure aliquid agere, facereve, idem quod mea facultate, vel authoritate, vel cõceſſa mihi omniũ cõſenſu, libertate, & poteſtate. Cic. in ſecundo de Orat. Duo illa (quæ facillima vidẽtur) quoniã quæ difficiliora ſunt, non poſſunt, mihi pro meo iure ſumo. Idem pro Roſcio, Tametſi meo iure poſſum, ſi quid in hac parte mihi non placet vituperare. nõ enim vereor, ne quiſquam alienum me animũ habuiſſe à cauſſa nobilitatis exiſtimet. Id eſt, quanquam ego is ſim cui maximè omnium id facere licet citra reprehẽſionem. Idem pro Cælio, Certè in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia ſociorum, claſſes, cõmeatus, multum iuuant. Maximã verò partem quaſi ſuo iure fortuna ſibi vendicat: & quicquid eſt proſperè geſtum, id penè omne ducit ſuum. Ac ſi diceret Ciceró, Nemo vnquam fortunæ in bello nõ primas detulit partes. Ibidẽ, Vt ad te familiariter, & quaſi pro meo iure ſcriberẽ. Priuement. Idem Attico, Itineris noſtri cauſſa fuit, quòd nõ habebã locũ vbi pro meo iure diutius eſſe poſſem, quàm in fundũ Sicæ. Idem de finib. Satíſne vobis videor pro meo iure in veſtris auribus cõmendatus? Idem pro Publio Sextio, Quare moneo vos aduleſcentiores, atque hoc meo iure præcipio. Idem in Verrem, Meo iure enim contendam. Idem Seruio Sulpitio, Vt ſi quid tibi opus ſit, ne dubitent mihi iure meo denuntiare. Idem in Verrem, Quem iure ſuo adire, aut appellare poſſet. Idem pro Archia poeta, Earum rerum omniũ, vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere pro ſuo iure debet. Idem, Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat poetas. Idem in Antoniũ, Venio nunc ad reliquos cõſulares: quorum eſt nemo (iure meo hoc dico) qui non mecum habeat aliquam coniunctionem gratiæ. De mon authorite, & priuement.

Ius ſuum obtinere non poſſe dicebant veteres, eum quem nunc iuſtitiam habere vel conſequi non poſſe dicimus. Cic. Hic philodamus poſtquam ius ſuum obtinere non potuit, ut humanitatem conſuetudinémque ſuam retineret laborabat.

Ius ſuum non retinere, Idem. Cice. in Ant. act. 4, Hoc edicto non Siculi, ſed iſti ipſi equites Romani, qui ius ſuum retinere ſe contra Apronium poſſe erant arbitrati, ſplendidi homines, & aliis prætoribus gratioſi, vincti Apronio traditi ſunt.

Ius eſto: Id eſt, vim atque authoritatem legis habeat. Cic. de legibus, lib. 3, Quòd is qui bellum gerat, imperaſſit ius ratúmque eſto. Verba ſunt duodecim tabularum.

Ius facere dicitur, quod iuris atque legis vim habet. Vlpianus, Non ambigitur ius ſenatum facere poſſe. Hoc eſt, ſenatuſconſulta pro lege haberi. Verbum eſt iuriſperitis notum.

Ius, Eſt quod vel natura, vel ciuitas, aut populus vel gens, vel conſuetudo iubet. Plaut. in Epid. 10.86, Atque me minoris factum, præ illo, qui omnium legum, atque iurium fictor, conditor cluet.

Ius naturale, Quod eſt commune omni nationi, eo quòd vbique inſtinctu naturæ habetur, non aliqua conſtitutione facta ab homine, ſed ab ipſo naturæ conditore: vt maris & fœminæ coniunctio, liberorum ſucceſſio in bonis parentum, puerorum educatio, cõmunis omnium poſſeſſio.

Ius gentiũ, Quo gentes humanæ vtuntur: & ſolis hominibus inter ſe cõuenit, vt deo, reli-

gioni, patriæ, & parẽtibus pareamus. Liuius lib. v, ab vrbe condita, ius humanum vocat.

Ius ciuile, Cum aliquid cõmuni iuri vel additur vel detrahitur, hoc eſt cum populus ſibi conſtituit quaſi proprium ius ciuitatis.

Ius publicũ. Terẽt. in Phorm. 2.3.65, Et ſi mihi facta iniuria eſt, verumtamen potius quàm lites ſecter, aut quàm te audiam: itidem vt cognata ſi ſit, id quod lex iubet dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe. P. ha ha he homo ſuauis. D. quid eſt? num iniquum poſtulo? an ne hoc quidem adipiſcar ego, quod ius publicum eſt?

Ius ſummum eſt, quod iuriſconſulti ſtrictum ius vocant. Terent. in Heaut. 4.5.48, Num illa oppignerare filiam me inuito potuit? Verum illud Chreme dicunt, ius ſummum ſæpe ſumma malitia eſt. Cic. lib. 1. de off. Exiſtũt etiam ſæpe iniuriæ calumnia quadã, & nimis callida iuris interpretatione. Ex quo illud, Summũ ius, ſumma iniuria, factum eſt iam tritum ſermone prouerbiũ. Idem in Verrem, act. 7, Nõ agam ſummo iure tecum: non dicam id, quod debeam forſitan obtinere.

Ius dicere, Eſt præeſſe iuri dicendo, & legibus gubernare, ac iuſtitiam miniſtrare. Plaut. in Bacchid. 8.43, Itur illinc iure dicto.

Ius, pro poteſtate. Plin. lib. 2. nat. hiſt. Imperfectæ verò in homine naturæ præcipua ſolatia, ne deum quidem poſſe omnia, nullúmque habere in præterita ius, præterquàm obliuionis. Idem de inerticula vite loquẽs, lib. 14, Carbũculari hæc negatur, magna dote, ſi verum eſt, aliqua in vite cœlo non eſſe ius.

Iuriſdictio iuriſdictionis, f. g. Facultas atque poteſtas iuris dicendi. Sunt qui ſcribant Iuriſditio. Seruius Sulpitius, Poſtero die, cum ab eo digreſſus eſſem, eo conſilio vt ab Athenis in Bœotiam irem, reliquámque iuriſdictionem abſoluerem.

Iuridicus iuridica iuridicũ, Quod ſecundũ ius eſt. Vnde iuridicus dies, quo rite ius dici poteſt: Et iuridica actio, quæ ſecundum ius eſt.

Iuſiurandum iuſiurãdi, Eſt affirmatio religioſa, vt inquit Cicero lib. 3. de off. Plaut. in Pſeud. 4.64, Qui item vt nos, iureiurando malo quærunt rem. Idem in Milite, 5.35; Qui arguat ſe, eum contrà vincat iureiurando ſuo. Idem in Rud. 31.18, Iuſiurandum ſeruandæ rei, nõ perdundæ conditum eſt.

IVS iuris, n. g. Liquor eorum quæ coquuntur, & ad coquinariam pertinet. Du brouet, ou ius. Plaut. in Moſtell. 4.120, Itidem olent, quaſi quom vnà multa iura confundit coquus. Terent. in Eunuch. 5.417, Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorẽt. Plin. Ius decoctæ cum poſca, pernionibus prodeſt.

Iurulentus iurulenta iurulentum, Iuris plenum. Plein de ius. Cornelius Celſus, Tum res eadem magis alit iurulenta, quàm aſſa, magis aſſa quàm frixa. Varro, Vbi pultem aut iurulenti quid ponebant, à capiendo catinum nominauerunt.

Iuſſulentum formauit Apuleius in Magiæ Apol. ſic de Ennio dicens, Oſtendit qualiter quiſq; piſcium aſſus aut iuſſulentus optimè ſapiat.

IVSTVS iuſta iuſtum, Iuſte & ſelon droit, gardant le droit. Vt iuſtus amator, Vng loyal amoureux. Plaut. in Pſeud. 5.73, Non eſt iuſtus quiſquam amator, niſi qui perpetuat data.

Iuſta diſſidia. Cice. de Amicitia, 33, Magna etiam diſſidia, & plerunque iuſta naſci, cum aliquid ab amicis, quod rectum non eſſet, poſtularetur.

Iuſta ſeruitus, In qua nihil iniquũ iubetur, inquit Donatus. Terent. in And. 1.1.9, Ego poſtquam te emi à paruulo, vt ſemper tibi apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus, ſcis.

Iuſtus, Mediocris. Vnde iuſtam magnitudinem alicuius rei dicimus, quum nec debitã minor eſt, nec modum excedit. Hinc iuſti dies dicebantur xxx dies, quum exercitus eſſet imperatus, & vexillum in arce poſitum. Plaut. in Milite, 10.50, Incommoditate abſtinere me apud conuiuas commodè commemini: & meæ orationis iuſtam partem perſequi, & meam partem itidem tacere, quum aliena eſt oratio.

Iuſtus pro magno. Vnde dicimus iuſtam rem, hoc eſt, magnam. quemadmodum & bonã partem, & iuſtam partem, magnã partem. Et bene doctus, pro valde. Plin. Opere iuſto temporum noſtrorum hiſtoriam orſi. Sic iuſtum prælium, iuſtum exercitum, hiſtorici dicũt magnum. Aſconius, iuſtas inimicitias, pro magnis apud Ciceronem expoſuit.

Iuſti honores. Cic. in Verrem, oratione tertia, Nam multi ſæpe honores diis immortalibus

iuſti habiti ſunt, ac debiti, ſed profectò iuſtiores nunquam. Iamais ne leur furent mieulx deubs que a ceſte heure.

Iuſtus, pro vero. Vnde apud iuriſconſultos, qui filium adoptat, interrogatur an velit eum quẽ adoptat, iuſtum ſibi filium eſſe. Id eſt, verum filium.

Iuſtitia iuſtitiæ, Iuſtice. Eſt (vt inquit Cicero) habitus animi, cõmuni vtilitate ſeruata, ſuã cuiq; tribuens dignitatem.

Iuſta iuſtorum, n.g. Sacrificia quæ mortuis impenduntur, quòd iure fierent his qui de nobis viuentes benemeriti fuerant. Plaut. in Ciſtell. 4.27, Poſtquàm ille vxori iuſta fecit, ilicò huc commigrauit. Cic. pro L Flacco, Iuſta Catilinæ facta ſunt. Salluſt. in Iugurtha, More regio iuſta magnificè fecerant. Ouid. Hanc quia iuſta ferunt, dixêre feralia lucem.

Iuſta cibariorum. Columella lib. 6, Hoc condimento illectæ pecudes, fortius iuſta cibariorũ conficient.

IVVENCVS iuuenci, m.g. & iuuenca iuuencæ, Vng petit ieune boeuf. Plaut. in Trucul. 6. 58, Vidi equidem iuuencum ex indomito domitum fieri atque alias beluas.

Iuuencus, de homine quoque iuuene intelligitur. Horatius, Te ſuis matres metuunt iuuencis. Te ſenes proci, miſeræque nuper Virgines nuptæ. Ouid. Graia iuuenca venit.

IVVENIS & hoc iuuene, à iuuando, quòd ea ætas maximè ſit apta ad laborem tolerãdum. Et à iuriſconſultis iuuenes dicuntur, qui adoleſcentium exceſſerunt ætatem, quoad incipiant inter ſeniores numerari.

Iunior in cõparatiuo facit. Columella, Iuuenior dixit lib. x, de apibus, Iuueniori examini ſolet accidere.

Iuuenilis & hoc iuuenile, Quod eſt iuuenis, vt ætas iuuenilis.

Iuueniliter, aduerbium, More iuuenum. Cic. de Senect. 9, Cum planè grandis eſſet, & Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat.

Iuuenalis & hoc iuuenale, Idem quod iuuenilis. Plinius Sulpitio, Galba iuuenalem famã apud principem popinarum pœnis aucuparetur.

Iuuenalis dies, Iuuenili ætati peculiariter celebrãdus. Suet. de Caligula, Adiecit diem ſaturnalibus, appellauitque iuuenalem.

Iuuentus iuuentutis, f.g. AEtas iuuenilis, quæ & iuuenilitas & iuuẽta dicitur, Ieuneſſe. Salluſt. Ibique iuuentutem ſuam exercuit.

Iuuentus, Multitudo iuuenum. Plaut. in Moſtell. 2.29, Quo nemo adæque iuuẽtute ex omni Attica antehac eſt habitus parcus, nec magis continens. Seruius Sulpitius, Licitum eſt tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuuentute generum eligere.

Iuuentus, Dea, quæ præeſſe putabatur huic ætati.

IVVO iuuas, iuui, iutum, iuuare, Aider.

Iuuare aliquem conſolando, conſilio, aut re. Plaut. in Trinũmo, 4.112, Nunc ego te quæſo vt opera & conſilio iuues, communiceſque hanc mecum prouinciam. Idem in Pſeud. 3. 17, Fac me certum quid tibi ſit: iuuabo aut re, aut opera, aut bono conſilio. Terent. in Heaut. 1.1.34, Crede inquam mihi, aut conſolando, aut conſilio, aut re iuuero.

Iuuat impersonale, id eſt, Delectat. Iuuat me, & iuuat mihi. Plaut. in Capt. 4.33, Neque vnquam quicquã me iuuat quod edo domi. Cela que ie mange en la maiſon, ne me faict point de bien. Idem in Ciſtell. 2.107, Quando ita tibi iuuat, vale atque ſalue. Puis quil te plait. Terent. in Adelphis, 2.3.2, Verum enimuero id demum iuuat, ſi, quem æquum eſt bene facere, is facit. Ceſt vng plaiſir, & vne choſe plaiſante & aggreable. Plin. epiſt. 13.a, Iuuat me quòd vigent ſtudia, proferunt ſe ingenia hominum, & oſtentant. Idem epiſt. 201, Bene feciſti quòd libertum aliquando tibi charum, reducentibus epiſtolis meis, in domum animum recepiſti: iuuabit hoc te. Me certè iuuat, primum quòd &c. Virg. Iuuat arua videre. Idem, Non omnes arbuſta iuuant, humileſque myricæ.

IVXTA, præpoſitio, ſignificat apud. Virgilius, Humilis volat æquora iuxta. Plaut. Iuxta te ſum, tu piè tuearis oportet.

Iuxta, Simul, cõiunctim. Varro, Cum interea lucubrãdo faceret iuxta ancillas lanam. Id eſt, vnà cum ancillis.

Iuxtà, aduerbium, Id eſt, æquè, ſimiliter, eodem modo.

Iuxtà, abſolutè. Salluſt. in Iugurtha, Iuxtà boni, malique, ſtrenui, & imbelles multi obtruncati ſunt. Auſſi bien les bons que les mauuais. Ibidem, Neque loco, neque mortali cuiquam aut tẽpori ſatis credere, ciues, hoſtes iuxtà metuere. Les citoyens craindoient, auſſi faiſoient les ennemis. Ibidem, Plebi, patribúſque, poſtquàm inuidia deceſſerat, iuxtà charus. Autant laimoit le peuple que les ſuperieurs du peuple.

Iuxtà ac. Varro lib. 2, rerum ruſticarum, Fœminas iuxtà, ac mares habere ſolebat. Cic. in oratione poſt reditum, Officiis iuxtà ac ſi meus frater eſſet, ſuſtentauit. Tout ainſi que ſil euſt eſte mon frere. Salluſt. Præterea tranſuerſis itineribus quotidie caſtra mouere, iuxtà ac ſi hoſtes adeſſent. Liuius de bello Punico, Nauales ſocii iuxtà effuſi, ac ſi inſulas prædarentur. Idem de bello Macedonico, Humanum genus, veſtrum nomen, imperiúmque iuxtà ac deos immortales iampridem intuetur.

Iuxtà atque. Liuius ab vrbe condita, Abſentium bona iuxtà atque interemptorũ diuiſa fuerunt. Ibidem, Trucidãt inermes iuxtà atque armatos. Ibidem, Iuxtà hyeme atque æſtate bella gerere poſſe.

Iuxtà cum. Plaut. in Pſeud. 20.53, An neſcis quæ ſit hæc res? s. iuxtà cum ignariſſimis. Ien ſcay autant que ceulx qui nullement nen ſcauent rien. Idem in Trinũmo, 4.118, Nunc virgo nẽpe apud te eſt? c. ita eſt: iuxtáque eã curo cum ea. Idem in Aulul. 23.1, Dixi tibi mater, iuxtà rem mecũ tenes, ſuper Euclionis filiam. Idem in Perſa, 6.68, Quid iſtic ſcriptum? p. iuxtà tecum ſcio. Ie nen ſcay non plus que toy. Ibidem, 15.79, Hæccine illa eſt furtiua virgo? t. iuxtà tecum æquè ſcio. Salluſt. in Catil. Nunc verò quo in loco res ſitæ ſunt, iuxtà mecum omnes intelligitis.

Iuxtim, aduerbium, ſignificat propé. Suet. in Tiberio, Magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus plerunque ſe efferebat conſiliarium, aſſidebátque iuxtim vel ex aduerſo in parte primori.

K

K, litera Græcorum eſt, non Latinorum, quam ipſi cappa vocant. Ea Latini non vtũtur, niſi in dictionibus Græcis, quibus tãquam Latinis vtuntur. vt kyrie eleeiſon, κύριε ἐλέησον, id eſt, domine miſerere.

LABES labis, f.g. à lapſu dicitur, Violenta quædã vel aquæ illuuies, vel tempeſtatis, grandínísve ruina, aut cũ terra in altiſſimũ hiatũ vel baratrũ aperitur. Plaut. in Capt. Quãta peſtis pernis veniret, quãta labes larido! Cic. de diuinatione, Delata etiã ad ſenatum labes agri Priuernatis, cum ad infinitã altitudinem terra deſediſſet. Ibidem, Vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta ſit, terræque deſederint. Vlpianus locati & conducti, L. Ex cõducto: Sed & ſi labes facta ſit, omnémque fructum tulerit, damnum coloni non eſſe.

Labes innocentiæ. Cic. pro L. Flacco, An innocentiæ labem aliquam, aut ruinã fore putatis?

Labes reip. Ruine & perdition. Cic. pro domo ſua ad pontif. Nam ſi illa labes ac flãma reip. ſuũ illum peſtiferum & funeſtum tribunatũ humana æquitate tueri non poteſt, diuina religione defenderit. Idem de Amicitia, 39, Videtis in tabella, iã antè quãta ſit facta labes.

Labes, Macula, Ordure, macule, tache. Cic. pro Cornelio Balbo, Eſt enim huius ſeculi labes quædã, & macula, virtuti inuidere, velle ipſum florẽ dignitatis infringere. Plaut. in Perſa, 13.4, Impurè, inhoneſtè, iniure, illex, labes populi.

Labes conſcientiæ. Cic. lib. 4. de off. Hunc tu quas conſciẽtiæ labes in animo cenſes habuiſſe? quæ vulnera?

Labecula, labeculæ, f.g, diminutiuum, Petite tache, macule, ou ordure.

Labefacio labefacis, labefeci, labefactum, labefacere, Rumpere, deſtruere. Terent. in Adelph. 2.2.26. Omnes dentes labefecit mihi: præterea colaphis tuber eſt totum caput.

Labefacere fidem ſuam, Perdre ſon credit. Suet. Rediit ſanè nihilo opulentior, vt qui propè labefactata fide omnia prædia fratri obligaret.

Labefacto labefactas, labefactare, Frequentatiuũ. Deſtruyre & gaſter. Columella lib. 2, Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit, quo ſpecioſius ingrediantur ſublimes, & elatis capitibus, ac minus colla eorum labefactentur. Cic. in Catone, Quòd ſi legere vel audire velitis, externas maximas reſp. ab adoleſcentibus labefactatas, à ſenibus ſuſtẽtatas & reſtitutas reperietis. Terent. in Eunucho, 3.3.3, Profectò quanto magis, magíſque cogito, nimirũ dabit hæc Thais mihi magnum malum, ita me video ab ea aſtutè labefactarier. Cic. de Amicitia, 33, Quòd ſi qui longius in amicitia prouecti eſſent, tamen ſæpe labefactari, ſi in honoris contentionem incidiſſent.

LABO labas, labare, Ruere, & repẽtè cadere. Trãſlatio ſumpta ab arbore ſucciſa, quæ multis ferri ictibus ſucciſa, tandẽ incipit caſum, ruinámque minari. Tomber ſondainement, cheoir & defaillir tout a coup. Plaut. in Merc. 18.11, Cúmque putant viuere, tunc ruunt maximè: tunc tunc ſtudent perſequi, labãt iuuenes, itidem rapiũtur ſenes. Idem in Sticho, 9.16, Vt cuique homini res parata eſt, firmi amici ſunt: ſi labant res laſſæ, itidem amici collabaſcunt. Ouid. lib. x1. Metamorph. Ianque labãt cunei, ſpoliatáque tegmina ceræ. Virg. Labat ariete crebro Ianua. Cic. in Ant. Philipp. 6, Nuper quidem dicitur ad Tybur, vt opînor, cum ei labare M. Antonius videretur, mortem fratri eſſe minitatus.

Labaſco labaſcis, labaſcere, Inchoatiuum verbum, inquit Donatus, Cõmencer a cheoir, tõber, & defaillir. Terẽt. in Eunuch. 1.2.98, Si iſtuc crederem ſincerè dici, quiduis poſſem perpeti. P. labaſcit victus vno verbo quàm citó! Il cõmence a ſaccorder a elle, Elle la preſque abbatu de parolles. Idem in Adelph. 2.2.31, Hoccine illo dignũ eſt? hoccine incipere AEſchinũ? per oppreſſionẽ vt hãc mihi eripere poſtulet! s. labaſcit. Donatus, Hoc preſſe dicitur. Et propriè dicit labaſcit, vt & ſuã inſtãtiam, & cunctationẽ tardè incipiẽtis conſentire monſtraret. Nam inchoatiuum verbum eſt. Et eſt metaphora ab arbore facta: quæ multis ſucciſa ictibus ferri tandem incipit in caſum ponderis, ruinámque minitari.

Labaſcor deponens, reperitur pro primitiuo. Varro lib. rerum diuinarum, Poſtquàm vidi mi nima labaſci, mentem infirmam populi.

LABOR laberis, lapſus ſum, labi, Leniter & ſenſim deorſum ire, ruere, deficere, mori, falli. Cheoir bellement du hault en bas, Defaillir. Cic. de Amicitia, 39, De C. Gracchi autem tribunatu quid expectem, nõ libet augurari. cœpit enim: deinde res quæ procliuis ad perniciem cum ſemel cœpit, labitur. Plau. in Trinũ. 5.16, Quàm extẽplò ſæuis ſagittis percuſſus eſt, ilicò res foras labitur, liquitur. Les biens decheent petit a petit hors la maiſon. Liuius lib. 1, Labente deinde paulatim diſciplina. Defaillãt peu a peu. Plin. in Paneg. 30, Quàm ſpecioſum eſt enim, quòd diſciplinam caſtrorum lapſam, extinctámque refouiſti, depulſo prioris ſeculi malo.

Labi etiam dicuntur ii, qui in lubrico figentes veſtigia, in terram ruunt. Gliſſer. Anguis labitur, Vng ſerpent eſchappe en gliſſant.

Lapſus lapſa lapſum, Qui eſt petit a petit, cheu du hault en bas, ou gliſſé.

Lapſus facultatibus dicitur qui ad inopiam décidit. Vlpianus in titulo de magiſtratibus conueniendis, Quòd ſi idoneum exegerit, quãuis poſtea facultatibus lapſi ſint tutores, nihil eſt quod ei imputetur.

Lapſus paucis pòſt diebus conſequebatur Caſſius. Cic. Philipp. x.

Lapſus animi, nomen. Plaut. in Ciſtell. 5.8, Ita mihi ingenia ſunt, quod lubet, non lubet iam id continuò, Ita me amor lapſum animi ludificat, fugat, agit, appetit.

Lapſus lapſus lapſui, m.g. Ruina, Chéute. Cic. de Senect. 48, de vinea loquẽs, Quam multiplici & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne ſylueſcat ſarmentis.

Lapſus, Serpentum progreſſus dicitur. Virg. At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones Effugiunt.

Lapſus pro curru. Virg. Pedibúſque rotarum Subiiciunt lapſus.

LABOR laboris, maſcul. g. Opera, defatigatio, Labeur, traueil, peine. Virg. Nec me labor iſte grauabit. Plaut. in Epid. 9.42, Sine tuo labore quod velis actum eſt tamen. Sans que tu ayes aucune peine.

Laborem capere. Cic. pro Roſcio Comœdo, in fine, Non fuit cauſſa cur tantum laborem caperes, & ad me venires.

Labos laboris dicitur. Plaut. in Trinũmo, 5.35, Quanquam ibi animo labos grãdis capitur.

Laboro laboras, laborare, Labourer, beſongner. Fatigari, & cum labore agere.

Laboraui amari ab eo: Iay mis grand peine deſtre aime de luy. Plin. epiſt. 10.a, Hunc ego in Syria, quum adoleſcẽtulus militarẽ, penitus & domi inſpexi, amarique ab eo laboraui: & ſi nõ erat laborandum. eſt enim obuius & expoſitus, plenúſque humanitatis quam præcipit.

Laborare, per tranſlationem pro malè habere ſumitur, Eſtre malade, auoir mal.

Laborat cerebro. Plaut. in Milite, 5.51, Concrepuit digitis, laborat cerebro, cõmutat ſtatus.

Laborare è dolore. Terẽt. in And. 1.5.33, Quid agit? M. rogas? laborat è dolore.

Laborare ex inuidia, Eſtre enuié. Cic. pro Roſcio Amerino, Quòd ſi omnes, qui eodem loco nati ſunt, facerẽt, & reſp. ex illis, & ipſi ex inuidia minus laborarẽt. Idem pro Aulo Cluẽtio, in fine, Satis diu fuit in miſeriis iudices, ſatis multos annos ex inuidia laborauit.

Laborat cornu in acie. Plin. de viris illuſt. 26, Quũ collato cum collega ſomnio cõueniſſet, vt cuius cornu in acie laboraret, diis ſe manibus voueret. Du quel la pointe de larmee ſeroit la plus foible.

Laborioſus laborioſa laborioſum, Qui prent grande peine & traueil. Ou en quoy on prent grande peine.

Laborioſus homo, Vng homme laborieux. Cic. pro Cælio, Vos laborioſos exiſtimet, quibus otioſis nec in cõmuni quidem otio liceat eſſe. Plin. epiſt. 74.a, Cauſſam per hos dies dixit Iulius Baſſus, homo laborioſus, & aduerſis ſuis clarus.

Laborioſum opus: Vng labeur ou il fault prendre grande peine, difficile a faire, & de grand traueil. Plaut. in Merc. 9.9, Laborioſi nihil quicquã operis imperabo. Laborioſa deambulatio. Terent. in Heaut, 4.6.3, Vel me hæc deambulatio quàm nõ laborioſa, ad langorem dedit. Idem in prolog. Heaut. 44, Si qua laborioſa eſt (ſub. fabula) ad me curritur. Cæcil. Durum rus fugite laborioſum.

LABIVM labii, n.g. Leures, ou bolieures. Terent. in Eunucho, Labiis demiſſis. Plaut. in Milite, 20.25, Labra labellis ferruminauit, acre malum.

Labia labiæ, fœmininũ probat Nonius ex Plauto in Sticho, Age tibîcen, quãdo bibiſti refer ad labias tibias. Et ex Næuio Macho, Exule verberatio populus homini, labias pugnis cædere. Gellius, Labias ſenſim primores emouemus.

LABRVM labri, Idem quod Labium. Perſius, Nec fonte labra prolui Caballino. Cic. in Piſonem, Quod quidẽ tu, qui bene noſſes cõiunctionem meã, & Cæſaris, eludebas, cum à me tremẽtibus omnino labris, ſed tamen cur tibi nomen non deferrem requirebas.

Labrum, pro marginibus & extremis oris fluminis, lacus, fontis, & huiuſmodi, quæ leni aquæ motu perluuntur. Le bort, ou le baſin dune fontaine. Plin. epiſt. 101.e, lib. v, Inter has marmoreo labro aqua exundat, circũiectáſque platanos, & ſubiecta platanis leni aſpergine fouet.

Labrum, Genus vaſis quod tinaceolũ vulgo dicitur, ad lauandum aptum, Vne tinne. Cic. Terentiæ, Labrũ ſi in balneo nõ eſt, fac vt ſit. Virg. Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis Sole repercuſſum, aut radiantis imagine lunæ.

Labra vinaria, lupinaria, & olearia dicuntur, in quibus lupini conduntur, & in quæ vina è lacu, oleum è cortina tranſferuntur. Cato, Oleum in labrum primum indito.

Labellum labelli, diminutiuum à labrum. Plin. Cineremque in labellis aqua addita confricant manu, & conſidere patiuntur. Plaut. in Aſin. 13.53, Tu labellum abſtergeas potius, quàm cuiquam illa ſauiũ faciat palám. Ibidem, 12.78, Labella cum labellis comparet.

LABRVSCA labruſcæ, f.g. Vitis agreſtis dicitur, ſpiſſis & candicantibus foliis geniculata, ramoſo cortice. fert vuas rubentes, cocci modo, quæ cutem in facie mulierum purgant. Virg. in Buc. Sylueſtris raris ſparſit labruſca racemis. Ea in ſepibus & in labris agrorum & terminis naſci dicitur.

Labruſcum dixit Virgilius in Culice, Denſáque virgultis auidè labruſca petuntur.

LAC lactis, n.g, Du laict. Plaut. in Amphit. 7.43, Neque lac lacti magis eſt ſimile, quàm ille ego ſimilis eſt mei. Virg. Et lac ſubducitur agnis. On les ſeure.

Lacte, in nominatiuo dixit Plautus, pro eodem. Plaut. in Menæh. 24.32, Nec aqua aquæ, nec lacte lacti, crede mihi, vſquam ſimilius. Idem in Milite, 5.85, Tam ſimilem, quàm lacte lacti eſt. Idem in Bacchid. 23.12, Quæ nec lactem, nec lanam vllã habẽt. Quædã exemplaria hîc legunt lacte, vt ſit neutri generis. quod & Nonius probat ex Varrone, Candidũ lacte papilla cum fuit. Cæcilius, Tite præſertim quæ non peperit, lacte non habet.

Lactes, pluralis numeri, fœ. g. ſecũdũ Probũ, Sũt graciliora inteſtina, per quæ labitur cibus, quæ tria ſunt, tenue, ieiunum, piluros, quæ inuoluũtur meſenterio, vt à ſpinæ cõtractu duro, munitiores, magiſque ſeptos reddat. Dictæ lactes aut propter mollitiẽ, aut propter cãdorem pinguedinis. Nam à lacte denominantur. Perottus à licio deducit, quòd cibum alliciant. Probus, Lactes ſunt loca in lateribus ſub vmbilico pubetenus, adeò delicata, vt plagam ferre non poſſint. Plaut. in Curcul. 7.40, Ita cibi vacuitate venio laſſis lactibus. Plinius videtur ſentire lactes tantum in ouibus & hominibus eſſe. ſic enim lib. xv. ſcribit, Ab hoc ventriculo lactes in oue & homine, per quas labitur cibus. Plaut. in Pſeud. 5.85, Tibi ego credam? P. cur non? B. quia pol qua opera credam tibi, vna opera alligem canem fugitiuam agninis lactibus. Auſſi facillement lieroyie. &c.

Lactarius lactaria lactariũ: Quod ex lacte confectũ eſt, Vulgo lacticinium dicitur. Laictaige.

Lactarius, Quod ex ſe lac producit. Plin. Tithymallum noſtri herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam. Varro, Dandum bubus lupinum & lactariis medica & cytiſum.

Lactarius, Qui cibos ex lacte conficit. Spartianus in Heliogabalo, Dulciarios & lactarios tales habuit, vt quæcunque coqui de diuerſis eduliis exhibuiſſent, vel ſtructores vel pomarii, illi modo de dulcibus, modo de lactariis exhiberent.

Lacteus lactea lacteum, Quod ex lacte eſt.

Lacteus, Candidus, ſuauis, ſucculentus.

Lacteo lactes, lactere, Lac fugere. quod propriè filiorum eſt.

Lacteſco lacteſcis, lacteſcere, In lac conuerti, ſeu lacte impleri. Cic. lib. 3. de natura deorum, Omnis ferè cibus matrum lacteſcere incipit. Plin. lib. x i, Aſinæ prægnantes continuò lacteſcunt. Virgilius lib. 1. georg. Frumenta lactentia dixit, Id eſt lacte plena.

Lacto lactas, lactare, Lac præbere: & propriè matrum eſt. Allaicter.

Lactare, per tranſlationem ſignificat aliquem per blanditias allicere, atque decipere. Terent. in And. 4. 1. 24, Nonne tibi ſatis eſſe hoc viſum ſolidũ eſt gaudiũ, niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres? Ibidem, 5.4.9, Túne hic homines adoleſcẽtulos, imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis? ſollicitando, & pollicitando, eorũ animos lactas.

LACER, & lacerus lacera lacerum, Dilaniatus, Deſchiré.

Lacer à veteribus dicebatur qui auribus curtatus erat, inquit Feſtus: Lacerus autẽ quodcũque in corpore imminutum.

Laceras gentes colligere. Plin. in Paneg. 63, Ex quo intelligi poteſt, quantæ benignitatis, quanti ſpiritus fuerit, ſparſas, atque (vt ita dicam) laceras gentilitates colligere, atque cõnectere, & quaſi renaſci iubere.

Lacero laceras lacerare, Dilaniare, ſæpius vulnerare, & quaſi per membra diſcindere, cõminuere. Deſchirer, & mettre en pieſces. Terent. in Adelphis. 3.2.17, Tumautem Syrum impulſorem, vah, quibus illum lacerarem modis.

Lacerare homines malè ſuadendo: Mettre a perdition & poureté. Plaut. in Curcul. 10.22, Hi malè ſuadendo & luſtris lacerant homines.

Lacerare diem. Plaut. in Sticho, 7.44, Ite hac ſecũdũ vos me, ego hunc lacero diem. Idem

in Asin.7.25, Quin ego hanc iubeo tacere, quæ loquens lacerat diem?

Lacerare rem patris, Despendre les biens de son pere. Plau. in Merc. 3.48, Vi summaquic quid poterat, rapiebat domum. Obiurgâre pater ob hæc me noctes & dies: perfidiam, iniustitiam lenonum expromere, lacerare valide suam rem, illius augerier.

LACERNA lacernæ, f.g. Virilis vestis fimbriata, & ferè militaris, quæ græcè chlamys nominatur. dicta, vt inquit Festus, quòd capitio minor sit. Hæc vtrinque indui poterat, & ex vtraque parte reiici. Iuuenal. Crispinus Tyrias humero reuocãte lacernas. Cic. Philipp. 2, Primum, luce, nõ tenebris: deinde cum calceis, & toga, nullis nec caligis, nec lacerna. Persius, Scis comitem horridulũ trita donare lacerna. Erant apud veteres lacernæ albæ, quibus vtebantur in spectaculis: erant coccineæ: erant militares.

LACERTA lacertæ, vel lacertus lacerti, Serpẽtis genus, Vne laisarde. Plin. lib. x. cap. 65, Lacertam ore parere Aristoteles negat. Idem, lib. 33, cap. 11, Lacertorũ minima. Idem lib. 8, Lacerti Arabiæ cubitales. Virg. Nunc virides etiam occultant spineta lacertos. In vtroque genere masculino lacertus dicitur, dictus quòd pedes habeat ad similitudinem nostrorum lacertorum.

Lacertus, Genus piscis idonei ad salsamẽta. De quo Martialis, Cum saxetani fertur tibi cauda lacerti.

Lacertus, in homine dicitur brachium, à cubito ad manus vertebram. Cice. de Senect. 24, Aspexisse lacertos suos dicitur, illachrymánsque dixisse, At hi quidẽ iam mortui sunt.

Lacertosus lacertosa lacertosum, Robustus ac validus. Columella lib. 7, Fœminibus lacertosis, cruribus compactis.

LACESSO lacessis, lacessiui, & lacessi, lacessitũ, lacessere, Prouocare, & quasi lacerãdo irritare, prouocare ad quicquã faciẽdũ, vel ad irã vel ad certamen: vt fit, quũ quis laceratur, pulsatur, vel tãgitur, siue impellitur scripto, voce, verbo, facto. Plau. in Pœnul. 4.73, Enimuero ære meo me lacessis, ludos & delicias facis. Terẽt. in prolog. Eunu. 16, Is ne erret, moneo, & desinat lacessere. Idem in prolog. Phor. 14, Vetus si poeta nõ lacessîsset prior, nullũ inuenire prologũ potuisset nouus. Idem in Phor. 5.9.38, Age nũc age, Phormionẽ qui volet lacessito. Cic. Cornificio, Sic igitur faciẽs, méq; amabis, & scripto aliquo lacesses. ego enim respondere facilius possem, quàm prouocare. Virg. Efficiã posthac ne quenquã voce lacessas. Sallust. Postremo dissimulandi causa, & siue expurgandi, sicut iurgio lacessitus foret, in senatũ venit. Columella lib. 2, Nõnunquam stimulo lacessat iuuencum, quem rectè tractum, calcitrosum etiam reddit.

Lacessere, propriè lacerare, siue ad lacerandũ ire. Cic. Hos ego sermones, qui & multi sunt, & tuam existimationem, vt sentio, non offendunt, lacessiui nunquam.

LACHANVM láchani, dictio græca λάχανον, quo omne genus holeris comprehenditur. Horatius, Ad porri & ciceris refero, lachanique catinum.

LACHRYMA lachrymæ, Vne larme qui chet des yeulx quant on pleure. à græco δάκρυον deriuatur, δ in λ mutata. Vnde frequentissimè apud Liuiũ dacronas pro lachrymis legimus. Vsus tamen obtinuit vt lachryma cum aspiratione scribatur.

Lachrymula lachrymulæ, diminutiuum, Petite larme. Terent. in Eunucho, 1.1.22, Hæc verba vna me hercule falsa lachrymula, quam oculos terendo miserè, vix vi expresserit, restinguet. Cic. pro Cn. Plancio, Et mihi lachrymulam Cipriani iudicii obiectas.

Lachrymo lachrymas, lachrymare, actiuũ: & lachrymor lachrymaris, deponẽs, Plourer. Terẽt. in Adelph. 3.3.55, Oh, lachrumo gaudio.

Lachrymat ex abitu. Plaut. in Amphit. 6.31, Lachrumantẽ ex abitu cõcinnas tu tuã vxorẽ.

Lachrymat id, id est, ob id. Terẽt. in Eunucho, 5.1.13, Num id lachrymat virgo?

LACINIA laciniæ, f.g. In vestimẽto pars extrema, & cæsuræ particulatim concisæ decoris caussa. Franges, ou dechiqueture.

Lacinia, pars vestimenti, inquit Festus. Plaut. in Asin. 11.41, Opprime os, is es, subauscultemus, lachrymantem lacinia tenet lachrymans. Idem in Merc. 4.16, At tu pol sume laciniam, atque absterge sudorem tibi.

In lacinias pecus ægrotũ distribui iubet Columella lib. 8, id est, in particulas separari, vt facilius conualescant.

Laciniata vestis, Vne robe deschiquetee.

Laciniatim, aduerbiũ. Particulatim, & per flexuras. Apuleius, Nõ laciniatim dispersos, sed cuneatim stipato cõmeatu difficultates illas transabiremus.

Lacinioſus lacinioſa lacinioſum, accipitur pro flexuoſo, ſinuoſóque.
Conuallis lacinioſa, ab Apuleio dicitur.

L A C I O lacis, lacui & lexi, ſecundum Priſcianũ, lacitũ & lectum, lacere ſignificat in fraudem inducere, authore Feſto, decipere. à quo Allicio, Illicio, Pellicio. &c.

L A C O N I C V M laconici, n. g. Ponitur pro loco orbiculari ambitu in ſe recuruo in balneis, in quibus ſudor elicitur ſicco calore, vt docet Celſus lib. 2. Et Victru. lib. 5, præcipit laconicũ, ſudationéſque coniungi debere tepidario. Eſt enim fornacula ex terra & tegulis mãmatis, addito tomento cõcinnata, quæ incluſo igne per ſpiracula parua calefit per præfurniũ. Hanc ſub nomine hypocauſti multi ſignauêre. Frequẽtabatur laconicũ à crudis, vti per deſudationem extruderetur quicquid excremẽtitii & ſudorifici humoris. Vnde Columella in prologo, Mox déinde vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem laconicis excoquimus, & exuto fudore ſitim quærimus. Dictum Laconicum, quòd eo Lacones peculiariter vterẽtur.

L A C O N I S M V S laconiſmi, m. g. Id eſt, Breuiloquẽtia. Λακωνισμὸς veluti prouerbio breuiloquentiam vocãt Græci, ſiue quòd Lacedæmonii factis magis, quàm eloquẽtia præcelluerunt. Siue quòd in Apophthegmatis præcipuè valuerũt. Horũ autem præcipua gratia, vt pauciſſimis verbis plurimũ ſentẽtiæ complectãtur. Cic. lib. x 1, epiſt. Bruto, Sed quid ago? non imitor Λακωνισμὸν tuum, altera iam pagella procedit.

L A C T V C A lactucæ, f. g. Laitue. à lactis copia dicta eſt, quòd abundantia lactis exuberet. Vide Plinium lib. 19, cap. 8.

L A C V S, huius lacus, vel laci, m. g. ſecundæ & quartæ declinationis, Vng lac. Locus profundus, cum aquis perpetuis ibidem natis, qui efficit riuos & flumina.

Lacus dicitur locus qui cõtinet muſtum prælo ex vinaceis expreſſum, & tranſmittit, vt in doliа condãtur. Cuues, ou baignoires. Columella, Antequã prælo vinacea ſubiiciãtur, de lacu quàm recentiſſimũ addito muſtum in amphoram nouam, eámque oblinito, & impicato diligenter. Ouid. in Faſtis, Præmia de lacubus proxima muſta tuis. Plin. Iunior, Ipſe vindemias colligo: ſi tamen colligere eſt nõnunquam decerpere vuam, torculum inuiſere, guſtare de lacu muſtum.

Lacus in ædificiis, Plana trabs vel tabulatum, quo tectorum ac camerarum ſuperiora ornantur. Lucil. Reſultántque ædéſque, lacúſque.

Lacuſculus lacuſculi, diminutiuum. Columella, Oportet habere lacuſculos tam multos, quàm poſtulabit modus.

Lacuna lacunæ, Foſſa, authore Seruio, in qua collecta aqua ſtare conſueuit. Virg. lib. 1. georg. Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundans Exit, & obducto latè tenet omnia limo: Vnde cauæ tepido ſudans humore lacunæ.

Lacuna dicitur etiam foſſa ad ſiccandos agros parata. Virg. Et totæ ſolidam in glaciem vertêre lacunæ. Tranchee que on faict pour eſcouller les eaues.

Lacunar lacunaris, n. g. diminutiuum à lacus, accipitur pro trabe. Suet. in Nerone, Lacunaria quæ noctu ſuper dormientem laxata machina deciderent, parauit. Hoc etiam laquear & laquearium per antiſtichon, id eſt, æquiualens elemẽtum. Virg. Dependent lychni laquearibus aureis. Potius tamen lucunar, interſtitium tignorum eſt, à ſimilitudine lacuum. Lentredeux des ſoliues. Horatius, Nec mea renidet in domo lacunar.

L AE D O lædis, læſi, læſum, lædere, Propriè eſt contumeliã afficere. Sumptum à Græcis qui λοιδορίαν contumeliam vocant. Tranſfertur tamen ad omne genus offenſionis.

Lædere dicto vel facto. Plaut. in Capt. 6. 53, Memini cum dicto haud audebat, facto nunc lædat licet.

Lædit me frigus. Virg. Ah ne te frigora lædant.

Lædere famã alicuius. Plin. epiſt. 5. c, Conticuit: me laus, & gratulatio ſequuta eſt, quòd nec famam meam aliquo reſponſo vtili fortaſſe, inhoneſto tamen læſeram.

Lædere os alicui. Terent. Ille clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus.

L AE N A lænæ, Veſtimẽti genus, inquit Feſtus, habitus duplicis & auguralis amict9. Nonius, Læna veſtimentũ militare, quod ſupra omnia veſtimẽta ſumitur. Virg. lib. 4. AEneid. Tyrióque ardebat murice læna.

L AE T V S læta lætum, Qui hilaritatem quam intus habet, etiam vultu oſtendit. à latitudine mentis, vt quidam putant. nam qui gaudium aſpectu promunt, dilatare quodãmodo faciem videntur. Virg. Imperio læti parent.

Lætus eſt de amica. Terent. in Adelphis, 2. 2. 44.

Lætas oues dicimus, quæ bona ſunt corporis habitudine, atque pinguedine.

Læta inanimata dicuntur, quæ aſpectu homines lætificant. Plin. in Paneg. 150, Quibus edicto, quibus ſpectaculo celebrare cõtinget diem illum triplici gaudio lætum, qui principem abſtulit peſſimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit.

Lætæ ſegetes, Id eſt, fertiles. Virg. Quid faciat lætas ſegetes. Et lætum legumen, Virg. Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen.

Læta prata, læta domus, quæ nos lætos faciunt.

Lætor lætaris, lætari, Gaudere, delectationem capere, ſed extrinſecus. Terẽt. in Heaut. Ego nõ tam meapte cauſſa lætor, quàm illius, quam ego ſcio honore quouis dignam.

Lætor vtrunque. Cic. ad Marcum, Vtrũque lætor, & ſine dolore corporis te fuiſſe, & animo valuiſſe.

Lætor malorum. Virg. lib. x 1, Nec veterum memini, lætórve malorum. More Græcorũ hic habet genitiuum, teſte Seruio.

Lætor hac re. Virg. in ſexto, Apud ſuperos, furto lætatus inani. Idem, Aſpice venturo lætentur vt omnia ſeclo.

Læto lætas, lætare, actiuũ, antiqui dixerunt. Actius, Et te vt triplici lætarem bono.

Lætifico lætificas lætificare, Lætum facere. Plaut. Ita meum cor hæc anus lætificauit modo.

Lætificor lætificaris, lætificari, deponens, Lætus ſum. Plaut. in Aulul. 25. 15, Nunc eo alii lætificantur meo malo & damno.

Lætiſco lætiſcis, lætiſcere, Lætum fieri. Siſenna lib. 4. Vtrúmne dii cultu erga ſe mortalium lætiſcant, an ſupernæ gentes humana negligant. Obſoletum.

Lætitia lætitiæ, Exultatio animi, gaudio efferuẽtiore, propter euentũ rerum expetitarum. Cicero, Lætitia, opinio recens boni præſentis, in quo efferri rectum videatur.

Lætitiam dare. Cic. pro Cn. Plancio, in fine, Nolite iudices, per vos, per fortunas veſtras, per liberos, inimicis meis, his præſertim, quos ego pro veſtra ſalute ſuſcepi, dare lætitiam, gloriantibus vos iam oblitos mei.

Lætitudo lætitudinis, f. g. Antiquum verbum, Idem ſignificans quod lætitia. Actius, Quanta in venando affectus eſt lætitudine.

Lætamen, lætaminis, n. g. Fimus, authore Perotto, qui per agros iacitur, quòd lætas, hoc eſt pingues faciat.

LAEVA læuæ. f. g. À græco deducitur. quippe Græci λαίαν, læuã dicunt, & ſignificat ſiniſtrã manũ. Feſtus, Læua, ſiniſtra: quòd eã Græci σκαίαν dicũt, vnde tractũ cognomen Scæuola.

Læuus læua læuum, Seneſtre. Plaut. in Milite, 19. 24, Quid iſtuc quæſo quod oculo factum eſt tuo? ad læuum dico.

Læuum cum de humanis rebus loquimur, ſignificat cõtrariũ. Virg. Si mens non læua fuiſſet.

Læuus, cum de cæleſtibus loquimur, proſperũ ſignificat. Virg. Intonuit læuũ. Quia ſiniſtra numinũ intuẽtibus dextra ſunt. Idem georg. lib. 4, Si quẽ Numina læua ſinunt, audítque vocatus Apollo.

Læuorſum, Siniſtrorſum, inquit Feſtus.

LAEVIS & hoc læue, Significat quod tactu aſperũ nõ eſt, ídque authores dicũt inoffenſum, lubricũ, & tenerũ, vt ſunt oua volucrũ. Qui neſt point rude, ne aſpre, mais eſt doulx a taſter. Perſius, Troſulus exultat tibi per ſubſellia læuis.

Læuitas læuitatis, f. g. Aſperitati contraria. Martialis, Lunarem circulum ingreſſa virgo cõſpicatur globoſum quidem, tenerúmque corpus è ſuperni erroris lænitate cõpactum inſtar ſpeculi pendentis. Apuleius de Socratis dæmonio, Læuorem ſiue læuitatem cum dixiſſet, adiecit lubricam.

Læuor læuoris, m. g. Idem quod læuitas, hoc eſt complanatio, ſiue terſitudo. Plinius, Spectantur in chartis tenuitas, denſitas, candor, læuor.

Læuigo læuígas, læuigare. Cõplanare, Polire, quaſi læue agere. Plinius, Sunt quidã in eo genere molliores, qui & cote læuigantur. Idem lib. 13, Scabritia læuigatur dente.

Læuo læuas, Idem quod læuigo. Statiꝰ lib. 1. Thebaidos, Pars teretes læuare manu, ac diſponere menſas.

LAGANVM lagani, n. g. Acron, Lagana ſunt quædã quaſi mẽbranulæ ex farina & aqua, quæ iure pingui coctæ, ex caſeo, pipere, croco, cinnamomóque conditæ in cibis dantur. Des bignes, ou crepes.

LAGEOS. f. g. Vua quæ & leporaria dicitur. Virg. lib. 1. georg. Et paſſo pſythia vtilior tenuiſque lageos.

LAGOIS, f.g. Auis quæ leporinas habet carnes. Nam λαγὼς apud Græcos, lepus eſt.
Lagois, Genus piſcis. Horat. in Serm. Nec ſcarus aut poterit peregrina iuuare lagois.

LAGENA lagenæ, Genus vaſis teſtacei, non tam ad aquã, quàm ad vinũ & alios vſus accõmodatum. Cõme vng flaccon. Plau. in Curcul. 2.78, Quaſi tu lagenam dicas, vbi vinum ſolet Chium eſſe. Columella, Omnis ſpurcitia cum ſpumis eximatur, quæ decocta cum iam craſſa fuerit, quam defrutum refrigeretur, & bene picatis lagenis condatur.

Laguncula lagũculæ, Diminutiuũ, parua lagena. Cic. Attico, lib. 6, In his inuentæ ſunt quinq; lagunculæ matronarũ, in quibus vna ſororis amici tui hominis Bruti, qui hac vtatur, & illius Lepidi qui hæc tam negligẽter ferat. Plin. epiſt. Próinde cum venabere, licebit authore me vt panarium & langunculam, ſic etiam pugillares ferat.

Lagũcula paruula. Plin. epiſt. 30.a, Vinũ etiã paruulis lagũculis in tria genera deſcripſerat.

LAICVS laica laicum, Quod cõmune eſt, & nõ ſanctum, quod attrectare quiuis poteſt.

LAMA lamæ, aquæ collectio eſt, inquit Feſtus.

LAMBO lambis, lambi, lambitum, ſecundum Priſcianum, lambere, Lingere, lingua aliquid ſuauiter tangere, ſicut canes bibentes. Licher, & attirer de la langue.

Lambere, Tangere. Virg. lib. 3. AEneid. Attollítque globos flammarum, & ſydera lambit. La flambe paruient iuſques au ciel.

Lambere, Leuiter fluere. Horat. Vel quæ loca fabuloſus lambit Idaſpes.

LAMENTOR lamentaris, lamentari, Voce querula, triſtíque oratione damnum ac dolorẽ teſtari. Se cõplaindre, & plourer pour quelque choſe qui nous eſt aduenue. Plaut. in Bacchid. 20.8, Nunc prius huc quàm ſenex venit, lubet lamentari, dum exeat. Terent. in Phor. 1. 2.45, Modo quandã vidi virginem hic viciniæ miſeram, ſuam matrem lamentari mortuam. Idem in And. Quæ tum mihi lamentari præter cæteras viſa eſt.

Lamentari, Lamentatione dignum aliquid monſtrare. Cic. lib. Tuſcul. Nam hæc quidem vita mors eſt, quam lamentari poſſem ſi liberet.

Lamentatio lamentationis, f.g. AEgritudo cum eiulatu, vt docet Cicero lib. 4. Tuſcul. Vne douleur que on ha en ſon cueur, telle que on pleure.

Lamentarius lamẽtaria lamentariũ, Quod ingerit lamentationem. Plaut. in Capt. Quæ ædes, lamentariæ mihi ſunt.

Lamentabilis & hoc lamentabile, Dignũ multa lamentatione. De quoy on doibt bien plourer. Virg. lib. 2. AEneid. Troianas vt opes & lamentabile regnum Eruerint Danai.

Lamentas, pro lamentationibus ſcripſêre veteres. Pacuuius, Lamẽtas & fletus facere compendi licet.

Lamentũ lamenti, n.g. Pleur que on faict pour quelque choſe. Cic. de Senect. 66, Solonis quidem ſapiẽtis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuã mortẽ dolore amicorũ, lamentíſque vacare.

LAMPAS lampadis, f.g. Græca dictio, quæ lychnum pẽſilem ſignificat. Cõme vne torche, vng fallot, vne lampe auec de lhuyle. In accuſatiuo, lampada facit. Virg. Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Terẽt. in Adelphis, 5.7.9, Miſſa hæc face, hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas.

Lampada lampadæ, ab accuſatiuo lampada.

LAMPETRA lampetræ, Piſcis genus, à lambendis petris nomen ſortiens. Hos piſces nõnulli murænas vocant.

LANA lanæ, De la laine.

Lanitium lanitii, m.g. Idem. Et dicitur lanítium, ſicut fuga effugium, inquit Seruius. Virg. lib. 3. georg. Sit tibi lanitium curæ, primum aſpera cura.

Laneus lanea laneum, Quod ex lana eſt. Plaut. in Milite, 16.41, Cauſiam habeas ferrugineã, culturam ad oculos laneam.

Lanarius lanarii, Qui lanam curat, Qui beſongne en laine. Plaut. in Aulul. 15.36, Stat fullo, Phrygio, aurifex, lanarius.

Lanificus, Qui lanæ artem exercet.

Lanificium lanificii, Lanæ officium. Meſtier de beſongner en laine.

Lanaris & hoc lanare, Quod habet lanã. Varro lib. 2. de re ruſt. Nos qui paſcimus pecus lanare.

Lano lanas, lanare, Intus lanam ponere, ſeu lanam habere.

Lanatus lanata lanatum. Columella lib. 7, Canabiníſque funibus cornua iuuencarũ ligato: ſed laquei quibus copulantur, lanatis pellibus inuoluti ſint, ne tenera fronte ſub cornua lædantur. Idem lib. 8, Ideò niſi lanatas oues emi non oportet.

Lanatæ vuæ, Amineæ dictæ ſunt, quòd caneſcant lanugine.

LANCEA lanceæ, f.g. Vne lance. À latitudine ferri dicta eſt. Vel quia græcè ἡ λόγχη τῆς λόγχης dicitur, Teli genus lõgiſſimũ. Hiſpanica dictio eſt, nõ Latina, vt teſtatur Gellius. Hãc olim Luculli luculleam appellarunt.

Lanceatus lanceata lanceatum, Lancea armatus.

Lanceatus, lctu lanceæ necatus. Firmicus, Quicunque habuerunt horoſcopum in XXI parte Tauri, lanceati moriuntur.

Lancearius lancearii, Qui lanceam gerit. Græcè λογχόφορος.

Lancino lancinas, lancinare, Ferire, Lacerare. Plin. Eſt & volucre canibus peculiare malum, au res maximè lancinans, quæ defendi non queunt.

LANGOR langoris. m.ge. Propriè eſt defectio virium, & ſucci naturalis, Languer.

Langor, ad animum quandoque trãſfertur, pro debilitate, defectu, torpôre, inertiáque. Cic. lib. 1. de off. Nihil autem magis cauendum ſenectuti, quàm ne langori ſe, deſidiæq; dedat.

Langor, laſſitudo. Plautus in Aſin. Vbi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores vlmeis affectos lentis virgis.

Langueo langues, langui, languere, Deficere, infirmum eſſe, diſſolui.

Languere, Timidum eſſe, Eſtre couart. Salluſt. Quanto vos attentius ea agetis, tanto illis infirmior erit animus. Si paulum modo vos languere viderint, iam omnes feroces aderunt.

Languere, Otioſum eſſe. Salluſt. Séque ſi pauci adiuuarẽt, languẽtibus aliis in curiam impetum facturum.

Langueſco langueſcis, langueſcere, Languir. Virg. lib. IX, Purpureus veluti quum flos ſucciſus aratro Langueſcit moriens.

Langueſcere, Inualidum, tepidum, ſeu otioſum fieri. Cic. in Catone, Orator metuo ne langueſcat ſenectute.

Langueſcit cupîdo. Plin. epiſt. 173. a, Seu quia ita natura comparatum, vt proximorũ incurioſi, longinqua ſectemur: ſeu quod omnium rerum cupîdo langueſcit, quum facilis occaſio eſt. Le deſir ſe diminue, deuient moindre.

Languidus languida lãguidum, Quod languet. Ouid. lib. V, Faſt. Violas arere videres, Filáque purpurei languida facta croci. Plin. epiſt. 190. b, Cum iam ſatis ille primus impetus deferuiſſet, & languidior in dies ira ad iuſtitiam rediſſet.

LANIVS lanii, vel lanio lanionis, m.g. Qui carnes in carnario vẽdit populo. Vng bouchier. À laniandis pecoribus, quòd eas concîdat, laniétque. Plaut. in Capt. 13.49, Tum lanii autem qui cõcinnant liberis orbas oues. Ibidẽ, 14.5, Quanta laniis laſſitudo, quanta porcinariis! Terent. in Eunucho, 2.2.25, Concurrunt læti mihi obuiam cupedinarii, ſetarii, lanii, coqui.

Laniena lanienæ, f.g. Vne boucheriee. Officina in qua fiunt & vendũtur carnes. Plaut. in Epid. 5.15, Per myropolia & lanienas, circúmque argentarias.

Lanionius lanionia lanionium, Quod ad laniũ pertinet. Vnde lanioniæ menſæ, in quibus ſcinditur caro, Vng eſtablier, ou eſtal a bouchier. Suet. in Claudio, Carnificem ſtatim acciri cum machera, menſáque lanionia flagitauit.

Lanio lanias, laniare, Diſcindere, Coupper par pieces & morceaux. Eſquarteler. Virg. libro 3. georg. Ipſique ſuos iam morte ſub ægra, Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.

Laniſta laniſtæ, m.g. Eſt magiſter & inſtitutor gladiatorum: ſub cuius dominatu, & quo hortãte homines gladiaturam exercent, atque in mutuam necem ruunt. Hi familias habebant domi ad gladiaturam exercendam: inſtituere, & mox paratas vendere ſolebãt munerariis. Iuuenalis, Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi cultos iuuenes, iuueníſque laniſtæ. Cic. Philipp. 13, Quod ſpectaculũ adhuc ipſa fortuna vitauit, ne videret vnius corporis duas acies laniſta Cicerone, dimicãtes. Idem in L. Piſonem, Quo quidẽ in ſpectaculo mira reip. æquitas erat: vter eorum periſſet, tanquam laniſta in eiuſmodi pari lucrum fieri putabat.

Laniſtæ auium dicti ſunt à Columella, qui aues certaminibus præparabant.

LANOCVLVS, qui lana vitium oculi tegit, inquit Feſtus.

LANVGO lanuginis, f.g. Tenera pilatio, à lanæ ſimilitudine, qualis in adoleſcentiũ genis, & in pomis quibuſdã cernitur. Poil folet, ou barbe folette. Columella lib. 4, Lanatã quoque amineam quidam maximè probant: quæ hoc vocabulum non ideò vſurpat, quòd ſola ex omnibus amineis, verùm quòd præcipuè caneſcit lanugine.

LANX lancis, f.g. Vas latum & profundum, minus excauatum quàm patinæ. Vas eſcarium in quo caro tam toſta quàm elixa cõditur, menſáque infertur. Vng plat. Plaut. in Amphit. 16. 22, Interea dum iſti certant, in popinam diuertundum eſt mihi: lances detergam omnes,

omnéſque trullas hauriàm. Idem in Curcul. 7.45, In carnario fortaſſe dicis. PH. immò in lancibus. Plin. lib. 33, Lances è centenis libris argenti tunc ſuper quingentas numero, Romæ fuiſſe conſtat. Iuuenalis ſatyra v, Aſpice quàm magno diſtendat pectore lancem, Quæ fertur domino ſquilla, & quibus vndique ſepta Aſparagis. Horat. in Serm. Illigna nutritus glande rotundas Curuat aper lances.

Lances, ſtateras dici certum eſt. Vnde bilances dictæ ſunt, quæ duas lances habent.

LAPATHVM lapathi, Herbæ genus. Plin. lib. xx. cap. 21, Nec lapathum diſſimiles effectus habet. Eſt autem ſylueſtre, quod alii oxalidem appellant, ſatiuo proximum, foliis aquoſis, colore betæ candidæ, radice minima. Noſtri verò rumicem, alii lapathum cantherinũ ad ſtrumas cum axungia efficaciſſimum. Eſt & aliud hippolapathon, maius ſatiuo, candidiúſque ac ſpiſſius.

Lapathos, f. g. Idem. Columella, Lubrica iam lapathos, iam ramni ſponte vireſcunt.

LAPIS lapidis, m. g. Vne pierre. Propriè eſt quã Græci λίθον vocãt: & mitior, minórque, ac tenacior eſt. Vnde gẽmæ lapides, non ſaxa dicuntur. Plin. Nuſquam hic vtilior, quàm in Italia gignitur, lapíſque non ſaxum eſt. Idem, Eſt & viridis lapis, vehemẽter igni reſiſtens, ſed nuſquam copioſus: & vbi inuenitur, lapis, non ſaxum eſt.

Lapidibus apud veteres miliaria ſignabãtur: idcirco lapis quandoque pro miliario ponitur.

De lapide emptos dicimus. Nam priſco more præcones ex lapide facere præconium ſolebãt: vbi mancipia quoque vænalia, præconis voce, vænalia pronuntiabãtur. Plaut. in Bacchid. 18.17, O ſtulte ſtulte, neſcis nũc vænire te: atq; in eo ipſo aſtas lapide vbi præco prædicat. Id eſt, te vænalem eſſe pronuntiat. Columella lib. 4, Non tamen excedunt ſeptem iugera vnius operã vinitoris, quem vulgus quidem parui æris, vel de lapide noxium poſſe cõparari putat. Cic. in Piſonẽ, Tribunos de lapide emptos eſſe ait, quia mercede id faciebãt.

Lapidem hominem dicimus, negligentem, ſtupidum, qui non mouetur ad id agendum quod maximè oporteat. Qui na ne ſens, ne entendemẽt. Terẽt. in Heaut. 4.7.3, Cape hoc argẽtum, ac defer. s. hei, quid ſtas lapis? quin accipis? Ibidem, 5.1.44, Quot res dedere, vbi poſſem perſentiſcere, niſi eſſem lapis, quæ vidi! Idem in Hecyra, Tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem haud hominem putas.

Lapidem ferre altera manu, panem oſtentare altera. Plaut. in Aulul. 7.18, Nunc petit quum pollicetur, inhiat aurum vt deuoret: altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera. In eos hoc dicitur, qui coràm blandiuntur, clàm obtrectantes: palàm amicos agunt, clanculũ nocent: aut qui hic proſunt, illic lædunt, falſam beneficii ſpem oſtentant, vt nacti occaſionem funditus perdãt. Tranſlatũ ab iis qui canes oſtentato pane pelliciũt, deinde accedẽtibus, ſaxum illidunt.

Lapis lapidem terit. Plaut. in Aſin. 3.16, Nunc me illuc ducis, vbi lapis lapidem terit.

Lapidem verberare. Plaut. in Curcul. 4.42, Noli amabo verberare lapidẽ, ne perdas manũ.

Lapideus lapidea lapideum, Quod ex lapidis materia conſtat. Qui eſt de pierre. Plaut. in Trucul. 17.40, Lapideus ſum, commouere me miſer non audeo.

Lapidoſus lapidoſa lapidoſum, Quod lapidibus abundat.

Lapidarius lapidaria lapidariũ, Quod ad lapides pertinet. Vt lapidariæ latomiæ. Plau. in Capt. 12.65, Inde ibis porrò in latomias lapidarias.

Lapillus lapilli, Diminutiuum. Vne petite pierre.

Lapilli, Lapides pretioſi, vt ſunt gẽmæ, margaritæ. Curtius, Lapilli auribus pendent. Horatius, Nec magis huic intra niueos viridéſque lapillos.

Lapicida lapicidæ, m. g. Qui lapides cædit. Vng tailleur de pierre, ou vng quarrier.

Lapicidina lapicidinæ, Locus vbi lapides exciduntur, latomiæ à Græcis dictæ. Vne quarriere. Vnde & carcerem latomias vocamus: ſiue quòd damnati ad lapides cædendos mittebantur, ſiue quòd Sinueſſani Cãpaniæ populi, latomias habebant inſtar carceris excauatas, ex quibus exciſi lapides fuerant ad vrbem extruendam, híſque pro carcere vtebantur. Plautus in Capt. 12.78, In lapicidinas facite deductus ſiet.

Lapido lapidas, lapidare, Lapidibus cædere, Lapider.

Lapidare, ad inanimata tranſfertur, & ſignificat percutere, pulſaréque, etiam ſine lapidibus. Macrobius, Notantes eius impotentia ac dicacitate lapidatam.

Lapidatio lapidationis, f. g. Cic. in Verrem, act. 6, Alii deligatum omnibus membris rapere ſe funib⁹. repẽte Agrigẽtini cõcurrũt: fit magna lapidatio: dant ſeſe in fugã iſtius præclari imperatoris nocturni milites. Idem pro P. Sylla, Ille ambitus iudiciũ tollere, ac diſturbare primũ

conflato volunt gladiatorũ ac fugitiuorũ tumultu: deinde id quod vidimus omnes, lapidatione atque concurſu. Plin. de viris illuſt. 73, Intercedentem Bebium collega, facta per populũ lapidatione, ſubmouit.

Lapio lapis, lapiui, lapitum, lapire, Durum efficere, & quaſi in lapidem conuertere. Pacuuius, Lapit cor cura, ærumna corpus conficit. Obſoletum verbum. Feſtus, Lapit, dolore afficit.

Lapideſco lapideſcis, lapideſcere, pro in lapidem cõuerti, Apud Pliniũ legitur, lib. 2. cap. 103, Similiter in flumine Silari vltra Surrentum, non virgulta modo immerſa, verum & folia lapideſcunt.

LAPPA lappæ, Herbæ genus: cuius tria ſunt genera. nam quædã dicitur canaria, quæ eſt exigua, canibus adhærens, Altera maior aliquanto eſt, & philãthropos appellatur, quòd veſtibus hominum adhærens, eos amare videatur. Eadem vocatur Aparine. Tertia appellatur perſonata, & maxima eſt: naſcitúrque iuxta riuos & flumina. Græci eam ἄρκτιον vocant. Folia habet ampliora cucurbitis: & propter foliorum amplitudinem ea vtebantur veteres ad perſonatus faciendos. Hæc Perottus. Plin. lib. 21. cap. 17, Notabile & in lappa, quæ adhæreſcit, quoniam in ipſa flos naſcitur, nõ euidens, ſed intus occultus, & intra ſe germinat, velut animalia quæ in ſe pariunt. Idem lib. 18. cap. 17, Lappã inter frugum morbos numerat.

LAPSANA lapſanæ, Olus ſylueſtre, trium foliorum. de quo Plinius lib. 2. cap. 9, Inter ſylueſtres braſſicas & lapſana eſt, pedalis altitudinis, hirſutis foliis napi ſimillimis, niſi cãdidior eſſet flore. Coquitur in cibo. aluum leniter emollit. Idem lib. 19. cap. 8, Necnon olus quoque ſylueſtre eſt trium foliorum, diui Iulii carminibus præcipuè iocis militaribus celebratũ. Alternis quippe verſibus exprobrauêre lapſana ſe vixiſſe apud Dyrrhachiũ. præmiorũ parſimoniam cauillantes.

LAQVEARE, & per apocopen laquear, & laquearium, dicitur camera, hoc eſt pars ſuperior cubiculi & cœnationis parum conuexa, quæ variis adornari ſolet coloribus. Lentredeux des ſoliues. Virg. Dependent lychni laquearibus aureis.

Laqueatus laqueata laqueatum, Conuexum. Vnde laqueata tecta. Cic. lib. 1. de leg. Magnificas villas, & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno.

LAQVEVS laquei, m. g. Vng lats. Vnde laqueo vitam finire, Se pendre par le col, & ſe eſtrangler.

Laqueo verbi capi. Cic. pro A. Cecinna, Si ad interdicti ſententiam confugis: & de quo fundo actum ſit tuum, cum Ebutius reſtituere iubebatur, id quærẽdum eſſe dicis, neque æquitatem rei verbi laqueo capi putas oportere: in meis caſtris, præſidiiſque verſaris.

Laqueatus laqueata laqueatum, Laqueis irretitus. Columella lib. 7, Cæterum corpus laqueatũ & diſtentum temonibus obligatur, immotúmque medentis arbitrio eſt expoſitum.

LARA, nympha fuit, quæ Iunoni furta Iouis cũ Iuturna patefecit: ex qua Mercurius gemínos ſuſtulit, qui à matre lares appellati ſunt.

Lares & genios, eoſdem eſſe, ſunt qui credant, exiſtimãtes vnicuique duos deos eſſe, alterum bonum, alterum malum, vt Chriſtiani etiam duos angelos, bonum, malúmque, à deo in cuſtodiam datos dicunt, ſed non natos nobiſcum, vt illi de genio ſiue lare dicunt.

Lares colebantur domi, focúſque illis facer erat. Vnde vulgus focum foculare appellat, quaſi laris focum.

Lares putati ſunt dii domeſtici, qui ad vrbis commoda vigilare dicũtur inter compita. Ouid. in Faſt. Lucifero ſubeunte lares delubra tulerunt. Dii agrorum ab aliquibus vocati ſunt. Tibullus, Vos quoque fœlices quondam, nũc pauperis agri Cuſtodes, fertis munera veſtra lares.

Lares, priuatorum domibus etiam præeſſe credebantur. Plaut. in Aulul. 3. 2, Ego lar ſum familiaris ex hac familia, vnde exeuntem me aſpexiſtis.

Lar pro ipſis domibus vſurpatur. Mart. O mihi curarũ pretiũ nõ vile mearũ Flacce Antenorei ſpes & alumne laris. Horat. Qui patrium Numæ donat, fundúmque laremque. Cic. in Verrem, act. v, Pauci eſſent reliqui, qui L. Metelli authoritate in agros, atque ad ſuum larem familiarem redirent.

Lar pro igne. Columella lib. xi, de villico, Conſueſcat ruſticos circa larem domini focũ familiarem ſemper epulari.

Lararium lararii, n. g. Sacrarium domeſticum, in quo lares & dii peculiares adorabantur. Scribit Lampridius Alexandrum Sæuerum in lararío rem diuinam matutinis horis factitaſſe, ad

effigies deorum in quibus habebat Abrahamum & CHRISTVM. In ſecundo larario habuit ſimulachrum Virgilii & Ciceronis.

LARDVM lardi.n.g. Du lard, ou du porc ſalle, ſoit gras ou maigre. Dictum quaſi late aridum. Caro fuilla eſt quoquomodo ſalſa. Ouid.lib.6.Faſt. Pinguia cur illis guſtantur larda calendis? Plinius dixit lardum pingue hoc vnctum. quaſi & macrum dici poſſit.

LARGVS larga largum, Large.

Largus, Qui largitur, Qui eſt large, & baille largement. Cic.lib.2.de off. Omnino ſunt duo genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales.

Largus opera ſua. Plaut.in Aſin.12.8, Audin' hunc opera vt largus eſt nocturna?

Largus lachrymarum. Plaut.in Aſin.10.30, Næ ille ecaſtor hinc trudetur largus lachrymarum foras.

Largus opum. Virg. Largus opum, lingua melior, ſed frigida bello Dextra.

Largior eſt lingua, Il parle trop. Plaut.in Aſin.7.24, Sed quid ego hic properans conceſſo pedibus, lingua largior? quin ego hanc iubeo tacêre, quæ loquens lacerat diem?

Largè, aduerbium, Liberaliter, abundãter. Horat.lib.carm. Ligna ſuper foco largè reponens.

Largè blandus. Plau.in Aſin.7.19, Nemini credo qui largè blãdus eſt diues pauperi. Qui eſt fort gratieux en parler.

Largè ſunt illi diuitiæ. Plin.epiſt.46.a, Quũ dico princeps, non de facultatibus loquor, quæ illi largè ſuperſũt, ſed de caſtitate, iuſtitia, grauitate, prudẽtia. Leſquelles il ha en abõdãce.

Largius, comparatiuus. Terent.in Eunucho, 5.9.48, Principio & habet quod det, & dat nemo largius. En plus grande abondance.

Largiter aduerbiũ, Idem quod largè. Brutus Attico, Sed perſuade tibi de volũtate propria mea nihil eſſe remiſſum, de iudicio largiter.

Largiter vini. Plaut.in Truc.19.10, Opus nutrici vtrem habeat veteris vini largiter, vt dies noctéſque potet. Largiter argenti. Plaut. in Rud.24.144, Credo ædepol ineſſe auri & argenti largiter. Largiter mercedis. Plaut.in Rud.30.28, Magna herclè præda eſt, largiter mercedis indipiſcar.

Largiter peccaſti. Plautus in Moſtell.7.8, AEdepol Neptune peccauiſti largiter. Idem in Epid.10.49, Stultè datum reor, & peccatum largiter.

Largior largiris, largitus ſum, largiri, Abundè donare, Donner en abondance.

Largiri cœnam. Plaut.in Amphit.4.157, Proin tu iſtam cœnam largire ſi ſapis, eſuriẽtibus.

Largiri lætitiam. Plaut.in Capt.13.60, Quæ illæc eſt lætitia, quam illic lætus largitur mihi?

Largiri mores. Plau.in Aſin.16.82, Iſtoſcine patrem æquum eſt mores liberis largirier? Mõſtrer telle exemple?

Largitur ſe vltrò. Plaut.in Milite, 18.28, Nam tu te vilem feceris, ſi te vltrò largibere. Si tu toffre franchement, de ton bon gre.

Largiri vitam. Plautus in Aſin.12.20, Iam ipſe vitam meam largiar, & de mea ad tuam addam.

Largibere, pro largiri. Plaut.in Bacchid.18.30, Tum libertatem Chryſalo largibere. Et in Aſin.16.82.

Largitor de tuo puer. Terent.in Eunuch.5.8.18, Fac: promiſi ego illis. M. promiſiſti autem? de te largitor puer. Soies liberal de toymeſme, non point dautruy.

Largitas largitatis, Largeſſe. Plaut.in Trinũmo, 11.11, Ex ea largitate illi, neque ita vt ſit data, columen te ſiſtere illi, & detraxiſſe autument. Terent.in Adelph.5.9.28, Quæ iſtæc ſubita eſt largitas? Idem in Heaut.3.1.32, Vehemens in vtranque partem Menedeme es nimis, aut largitate nimia, aut parſimonia.

Largitio largitionis, Eſt expenſa quæ fit ad aucupandum fauorem in petitione magiſtratuum. Cic.lib.2.de off. Vnde præclarè in epiſtola quadam Alexandrum filium Philippus accuſat, quòd largitione beneuolentiam Macedonum conſectetur. Quod te malum (inquit) rationis in iſtam ſpem induxit, vt eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupiſſes? an tu id magis vt Macedones, nõ te regem ſuum, ſed miniſtrum, & præbitorẽ putẽt? Et paulò pòſt, Iam in prouerbii conſuetudinem venit, largitionem fundum non habere.

Largitus, pro largiter. Afranius, Quid iſtuc eſt? quid fles? quid lachrymas? largitus proloquere.

Largiloquus largiloqui, Qui abundanter loquitur, Qui parle trop. Plaut. in Ciſtell.3.3. Quæ vbi ſaburratæ ſumus, largiloquæ extemplo ſumus, plus loquimur quàm ſat eſt.

LARIDVM laridi. Du lar ou porc ſale. Plaut. in Capt. 14.3, Quanta pernis peſtis veniet! quanta labes larido!

LARIX laricis, f.g. Arboris genus. Lucanus lib. 1x, Et larices fumóque grauem ſerpentí-bus vrunt. Palladius, Larix vtiliſſima, ex qua ſi tabulas ſuffigas tegulis in fronte atque extremitate tectorum, præſidium contra incendia contuliſti: neque enim flammam recipiunt, aut carbones creare poſſunt.

LARVA laruæ, pluraliter hæ laruæ laruarum, Noxiæ inferorum vmbræ. Aucuns les appellent eſperits de nuyt, les autres loups garous, les autres le gobelin. Et à lare, hoc eſt, malo genio dici putantur. Plaut. in Amphit. 8.143, Nam hæc quidem ædepol laruarũ plena ſunt. Idem in Aulul. 20.14, Laruæ hunc, atque ihtemperiæ, inſaniæque agitant ſenem. Idem in Capt. 11.68, Laruæ ſtimulant virum.

Larua etiã perſona dicitur. Vng fault viſaige, vne maſque. Plau. in Merc. 24.20, Etiam loquere larua? Idem in Amphit. 14.18, Larua vmbratilis, tu me minis territas? Horatius, in Serm. Nil illi larua, aut tragicis opus eſſe cothurnis.

Laruatus laruata laruatum, Furioſus, & mente motus, quaſi à laruis exterritus: quales ſunt quos vulgo Demoniacos appellant. Plaut. Laruatus ædepol hominem miſerum mendicum quæritat. Idem, Certe laruatus aut ceritus.

Laruatus, Perſonatus, Qui ha vng fault viſage ou maſque.

LASANVS, laſani, m.g. Vaſculum ad euacuandum ventrem. Horatius, Te pueri laſanum portantes, cœnophorúmque.

LASCIVVS laſciua, laſciuum, Eſt tum in vita, tum in ſermone molliculus, ac plus teneri, quàm robuſti ac virilis habens. Virg. in buc. Malo me Galathea petit laſciua puella. Qui na point darreſt non plus que vng ieune veau, ou vng poulain. Qui na point de maintien en parolles ne en faict, diſant parolles attraiantes & mouuantes. Varro lib. 1. de re ruſtica, Interſepta primum eſt naturale ſepimentum, quod obſeri ſolet virgultis, aut ſpinis, quod habet radices viuæ ſæpis, ac viatoris prætereuntis laſciui non metuet facem ardentem.

Laſciuia laſciuiæ, Mollities, petulãtia. Incõtinentia animi, nec virtutẽ nec probitatẽ reuerẽtis, procacitatéque ſe oblectantis. Plaut. in Aſina. 7.32, O catenarũ colone. L 1. ô virgarum laſciuia, Id eſt, petulantia, in quo virgæ laſciuiunt, cum tergum tuum verberant: non aliter quàm vituli atque hœdi laſciuire præ nimia mollitia & intemperantia ſolent. Plin. lib. 26. cap. 1, Grauiſſimum ex iis morbis lichenas appellauere Græco nomine: latinè (quoniam in mento ferè oriebatur) ioculari primum laſciuia (vt eſt procax natura multorum in alienis miſeriis) mox & vſurpato vocabulo, mentagram occupantem in multis totos vſque vultus. Laſciuiam Plinius iocum petulantia & procacitate improbum vocat.

Laſciuio laſciuis, laſciuire, Petulanter agere, vt equi indomiti ſolent, aut qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrare præter ſolitum, aut luſitare exultaréque ſolent. Propterea Liuius lib. ſecundo ab vrbe condita, Appius (inquit) Claudius, & natura immitis, & efferatus hinc plæbis odio, illinc patrum laudibus, non miſeriis ait, ſed licentia tantum concitum turbarum, & laſciuire magis plæbem, quàm ſæuire, Id eſt, plæbem nimio otio magis petulãtem ſe præbere, quàm veram ſeditionem meditari, nulla ſatis digna iniuria nobilitatis concitatam. De plæbe enim tanquam de equis, qui ab aurigante reguntur, locutus eſt. Idem, Correpti à pãtribus conſules, cum quid erga ſe facere vellent percontarentur, decernunt vt delectum quamacerrimum habeant. Columella lib. 7, Satietate verni pabuli pecudes exhilaratæ laſciuiunt.

Laſciuire etiam arbores dicuntur, cum nimia pabuli vbertate eluxuriantur.

LASER laſeris, n.g. Succus laſerpitii. Plinius lib. 19. cap. 3, Ab his proximum dicetur authoritate clariſſimum laſerpitium, quod Græci ſilphion vocant, in Cyrenaica prouincia repertum: cuius ſuccum vocant laſer, magnificum in vſu medicamentíſque & ad pondus argentei denarii penſum.

Laſerpitium laſerpitii, Virgultum herbidum, quod Græci ſilphion vocãt. Plin. lib. 19. cap. 3, In Aſia laſerpitium gigni ſolitum, rem feram ac contumacem: & ſi coleretur, in deſerta fugientẽ: radice multa, craſſáque, caule ferulaceo, haud ſimili craſſitudine. &c. Plau. in Pſeudolo, 13.27, Eo laſerpitii libram pondo diluunt. Idem in Rud. 16.16.

LASSVS laſſa laſſum, dicitur tam animo quàm corpore defatigatus, labore affectus. Nomẽ

eſt, non participium. Plaut. in Amphit. 4. 175, Laſſus ſum hercle: è naui vt vectus huc ſum, etiam nunc nauſeo. Terent. in Hecyra, 2. 1. 41, Enim laſſam oppidò tum aiebant: eò ad eam non admiſſa ſum.

Laſſus opere faciendo. Plaut. in Aſinaria, 16. 23, Ille opere foris faciundo laſſus, domum noctu aduenit.

Laſſus de via. Plaut. in Pſeud. 9. 68, Nam vt laſſus veni de via, me volo curare.

Laſſus animus. Terent. in And. 2. 1. 5, Vt animus in ſpe atque in timore vſque antehac attẽtus fuit: ita poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus, cura confectus ſtupet.

Laſſæ res. Plaut. in Sticho, 9. 17, Si labant res laſſæ, itidem amici collabaſcunt.

Laſſitudo laſſitudinis, Moleſtia, quam ex labore ſuſcepimus. Plaut. in Capt. 19. 5, Illic ibi demum eſt locus, vbi labore laſſitudo eſt omnis exigunda ex corpore. Idem in Bacch. 1. 75, Sequere hâc igitur me intrò in lectum, vt ſedes laſſitudinem. Salluſt. Nõ famem aut ſitim, neque frigus, neque laſſitudinem opperiri.

Laſſo laſſas, laſſare, Fatigare, Laſſer. Plin. in Paneg. 105, Facias iſta ſemper, ne vnquam in hoc opere, aut animus tuus, aut fortuna laſſetur.

Laſſatus, laſſata, laſſatum, Laſſé. Iuuenalis, Et laſſata viris nondum ſatiata receſſit.

LATEO lates, latui, latere, In occulto eſſe, Eſtre cache, Neſtre point veu.

Latent eum doli. Virg. Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ. Il ſcauoit bien la fraude.

Latet mihi cauſſa. Lucanus, Tu mihi cauſſa lates. Cic. in Catil. oratione prima, Nihil agis, nihil aſſequeris, nihil molîris, quod mihi latere valeat in tempore.

Latet in herba, cum de loco dicitur. Virg. Latet anguis in herba. Plaut. in Amphit. 4. 277, Mira ſunt, niſi latuit intus illic in hac cirnea.

Latent ſub arcis. Plautus in Caſina, 15. 32, Ita omnes ſub arcis, ſub lectis latentes metu muſſitant.

Latet inter dentes. Plautus in Trinummo, 13. 77, Satín' inter labra atque dentes latuit vir minimi pretii?

Latere tecto. Terent. in Heaut. 4. 2. 5, Triumpho, ſi licet me latere tecto, abſcedere.

Latito latitas, latitare, Sæpe, aut ferè ſemper latere.

Latitare mores, actiue dixit Plautus in Trinummo, 6. 15, Nam ni mores maiorum laudant, eoſdem latitant.

Latebra latebræ, & latebræ latebrarum, Loca vbi homines ſe occultant. Plaut. in Aulul. 18. 2, Non metuo ne quiſquam inueniat, ita probe in latebris ſitum eſt. Lucanus lib. 1, Cedendum eſt bellis, quorum tibi tuta latebra. Quintil. Et quanuis odio euerſoris noſtri euocatus ex latebris ſuis populus ſubſellia non implet.

Latebra, De feris etiam dicitur, Vne cauerne. Liuius lib. 46, Inter vepres & latebras ferarũ, noctem vnam delituit.

Latebra, pro excuſatione. Cic. Videant, ne quæratur latebra periurio. Id eſt, excuſatio qua lateat & non videatur periurium.

Latebroſus latebroſa latebroſum. Locus latebroſus, in quo frequentes latebræ ſunt. Plaut. in Bacchid. 1. 22, Nam huic ætati non conducit mulier latebroſus locus.

Latebroſè, aduerbium, En cachette. Plaut. in Trinummo, 6. 2, Pater adſum, impera quidvis, neque tibi ero in mora: neque latebroſè me abs tuo conſpectu occultabo.

Latebricola latebricolæ, Qui latebras incolit. Plaut. in Trinummo, 5. 14, Latebricolarum hominum corruptor.

LATER, lateris, maſc. gen. laterem, latere, & lateres in plurali integrum, Terra cocta, & in lapidem durata. Vne tuylle. Victruuius, Siue ſilex, ſiue cæmentum, aut coctus later, ſiue crudus, his erit vtendum.

Laterem lauare, Perdre ſa peine. Terent in Phorm. 1. 4. 9, Purgem me laterem lauem.

Lateritius, lateritia, lateritiũ, Faict de tuylle, & de terre cuyte. Plin. Lapide duro, ac ſilice æquo conſtruunt, veluti lateritios parietes.

Laterculus laterculi, maſc. gen. diminutiuum, paruus later. Tuyleau, ou brique. Plinius, Crudis laterculis ad formam camini. Curtius ſcribit laterculo coctili ſtructos fuiſſe muros Babylonios. Plaut. in Pœnulo, 4. 103, Nihil niſi laterculos, ſeſamum, papauerémque & fricas nuces loquitur.

LATERNA laterne, A lateo lates, quod primã corripit, laterna verò producit. Vne lãterne,

Martial. Dux laterna viæ clauſis feror aurea flãmis, Et tuta eſt gremio parua lucerna meo.
Plaut. in Amphit. 3.149, A portu illic nunc cum laterna aduenit.
Laterna Punica. Plaut. in Aulul. 6.30, Ita is pellucet, quaſi laterna Punica.

Laternarius laternarii, m.g. Qui porte la lanterne. Cic. in Piſonem, An cum altero barbato Epicureo? cum altero Catilinæ laternario?

LATEX laticis, m.g. Omnis humor dicitur. Ab eo quòd intra aliquid lateat. Vnde de aqua, vino & cæteris dicitur. Virg, Regales inter menſas, laticémque lyeũ. Ouidius Palladios latices dixit cum oleum dicere vellet. Et Lucretius, Abſynthii laticem.

LATIBVLVM latibuli, Vne cauerne ou habitẽt les beſtes ſauuaiges, Vne taniere. A Lateo.

Latibulo latibulas, latibulare, Latêre. Varro, Vide ne ſeruus domini latibulet.

Latibulor latibularis, latibulari, Deponens. Idem Actius, Progredere, & ne quis latibuletur proſpice.

LATINVS latina latinum, Nomẽ deriuatum à Latio. Virg. Genus vnde Latinũ. Salluſt. Primo Italiam tenuiſſe quoſdam qui appellabantur Aborigines. Hos poſtea aduentu AEneæ Phrygiis iunctos, Latinos vno nomine nuncupatos.

Latinè, aduerbium. En Latin, comme les Latins. Cicero in Verrem, Latinè me ſcitote, non accuſatoriè loqui. Idem in Philipp. Antonium, quem gladiatorem non ita appellauit, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet, ſed vt appellant ii, qui planè & Latinè loquuntur.
Latinè ſcire, Scauor parler Latin. Cic. pro A. Cecinna, Quid enim facilius eſt, quàm probari iis, qui Latinè ſciant, in vno ſeruulo familiæ nomen non valere?

Latinienſis & hoc latinienſe, Idem quod Latinus. Cic. de aruſp. reſponſis, Quod in agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu.

LATOMIAE, vel latumiæ latumiarum, Lapicîdinæ, & metalla ſaxaria. Quarriere: dont on tire de la pierre. Liuius lib. 6, de bello Punico, Comprehenſa poſtea priuata ædificia, comprehenſæ latomiæ, forúmque piſcarium.
Ad latomias damnari ſolebant ii, qui in opus metalli damnabantur. Plaut. in Capt. 12.65, Tindarus in latomias lapidarias ab Egione damnatur.

Látomus látomi, m.g. Lapicîda, qui lapides cædit. Vng quarrier, qui tire la pierre des quarrieres, Vng tailleur de pierres.

LATRIA latriæ, Latinè cultus, obſequium, ſeruitus.

LATRINA latrinæ, fœm.gen. Locus priuatarum ſordium, & ad exonerandum ventrem accommodatus. A latendo. Apuleius de Aſino, lib. 1x, Omnia prorſus vt in quandam cœnoſam latrinam, in eius animum confluxerant vitia. Varro lib. 2. de analogia, Deinde quum breuitatis cauſſa nomina contraherent, quo eſſent aptiora, pro lauatrina, latrinam nominauerunt: ſicut ex maxillis, axillis, & vexillis, malæ, alæ, & vela diminuta ſunt. Vng priué, Vng retraict.
Latrina, In quam lotura proiicitur. Vng eſgouſt, vng eſuier dune maiſon. Plautus in Curcul. 12.24, Non pluris facio, quàm ancillam meam quæ latrinam lauat.

LATRO latras, latrare, Proprium eſt canis, quum latratũ edit. Abayer. Virgil. Multum latrante Lyciſca. Plaut. in Pœn. 18.62, Etiámne meæ in me latrãt canes? Idem in Amphit. 15.24, Nec gannio, nec latro.

LATRO latronis, cõm.g. Græca dictio eſt, qua ſignificantur viarum obſeſſores, qui publicè vel per vim furantur, Quòd à látere adoriantur. Vel à latendo: quòd latenter inſidientur.
Cic. Philipp. 2, Erat enim viuendũ latronũ ritu, vt tãtum haberet, quantũ rapere potuiſſet.
Latronem pro venatore vſurpant nõnunquam poetæ. Virg. lib. x 11, Fixúmque latronis Impauidus frangit telum. Cum ſuperius dixiſſet Saucius ille graui venatum vulnere pectus.
Latrones, apud antiquos dicebantur etiam conducti milites, ἀπὸ τοῦ λατρεύειν inſeruire. nam ſeruiebant mercede. Moris autẽ erat, vt hos imperator & circa ſe haberet, & primos mitteret ad omne diſcrimen. Dicti quaſi laterones, inquit Varro: quia circa látera eſſe ſoleant. quos nunc ſatellites vocant, qui principis alicuius latus tuentur. La garde dung roy. Plautus in Milite, 3.95, Nam rex Seleucus me opere orauit maximo vt ſibi latrones cogerem & conſcriberem.

Latrunculus latrunculi, diminutiuum, Petit larron. Cic. de prouinc. conſ. Res in Sardinia cũ Maſtrucatis latrunculis à Proprætore vna cohorte auxiliaria geſta.

Latrunculus, ſiue latro, eſt etiam quo ludimus ſedecim ſcrupis gemina acie vtrinque directis, in quibus duo reges ſunt inuicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, ſedecim pedites, quatuor ſatellites, totidem centuriones. Martialis, Inſidioſorũ ſi ludis bella latronum.

Latrocinor latrocinaris, latrocinari, Latronum more prædari, Deſrober, piller, & deſpouiller. Plaut. in Milite, 9.19, An quia latrocinaris, arbitramini quidvis licere facere vobis?

Idem in Pœnulo, 9.91, Sed hæc latrocinantur quæ dixi ego omnia. Idem in Trinũ. 8.155, Ibit iſtâc aliquò in maximam malam crucem latrocinatum, aut in Aſiam, aut in Ciliciam.

Latrocinari, Mercede militare. Plautus in Curculione, Latrocinatus annos decem, mercedem accipio.

Latrocinium latrocinii, Ipſe latrocinandi actus. Larrecin, pillerie. Columella, Et in ipſo facto latrocinium.

Latrocinium, Ipſa militia. Plaut. Qui apud regẽ in latrocinio fuiſti, ſtipendium acceptitaſti.

Latrunculator latrunculatoris, m.g. Qui rerum capitalium iudex, ſiue quæſtor appellatur, & vulgo iudex maleficiorum. Vng preuoſt des marichaults. Vlpianus, Latrunculator de re pecuniaria iudicare non poteſt.

LATVMIAE latumiarum, Quarrieres. Feſtus, Latumias, ex Græco, & maxime à Syracuſanis qui & latumias & appellant & habent, ex quibus locis exciſi ſunt lapides ad extruendam vrbem. Vide LATOMIAE. Cicero in Verrem, act. 3, Qui iuratus apud vos dixit, multos ciues Romanos in latumiis iſtius imperio crudeliſſimè per vim morte eſſe mulctatos. Idem in Verrem, actione, 7, Quæcunque nauis ex Aſia, quæ ex Syria, quæ Tyro, quæ Alexandria venerat, ſtatim certis indicibus & cuſtodibus tenebatur: vectores omnes in latumias coniiciebantur.

LATVS lata latũ, Spatioſus, Large. Terent. in Heaut. 5.1.30, Huc eſt intrò latus lectus.

Latè, aduerbiũ, Id eſt in multis locis. Plin. epiſt. 163, Quibus video à meo, tuóque látere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non ſubitas imagines relicturus.

Latitudo latitudinis, f. g. Largeur.

Lateſco, lateſcis, lateſcere, Latum fieri, & in latum extendi. Columella lib. 2, Iugerum agri nõ amplius quatuor ſextariis raporum ſeminis obſerẽdum eſt, quarta parte amplius napis ſpargendum qui non in ventrem lateſcunt, ſed tenuem radicem deorſum agunt.

Latifolium latifolii, Quod lata habet folia.

Latifundium latifundii, Quod habet latum fundum & magnum. Plin. lib. 17, Latifundiis non legitima naturæ feſtinatio. Id eſt, non poteſt vna certa ratio præſcribi putandæ vineæ in magnis prædiis, quòd aliæ ſerius id, aliæ maturius deſyderant. Idem lib. 18, Latifundia prodidêre Italiam.

Latuſclauus laticlaui, Veſtis ſenatoria: dictus à textura. Qui pro ſenatoria dignitate accipitur. Plin. in epiſt. Ego latumclauum à Cæſare noſtro, ego quæſturam impetraui. Idem epiſt. 176.a, Latumclauum in domo mea induerat: ſuffragio meo adiutus in petendis honoribus fuerat. Martialis in hendecaſyllabo, Et lato variata mappa clauo. Tunica erat purpura prætexta, latior tunica vulgari, longiórq; ac diſcincta: cui toga ſuperinduebatur, vt tunicæ. Senatorem deſcribens Horatius in Serm. lib. 1, dixit, Et latum demiſit pectore clauum.

Latiore clauo Tullus Hoſtilius primus è regibus Romanis vſus eſt: quem è purpura fuiſſe cõtextum docet Plinius.

Hac veſte vtebantur etiam ſacerdotes. Silius, Sacrificam lato veſtem diſtinguere clauo.

Laticlauii, ſenatores appellati ſunt, à lato clauo. Suet. in Auguſto, Ac ne expers caſtrorum eſſet, binos plerunque laticlauios præpoſuit ſingulis alis.

LATVS lateris, n.g. Quod eſt infra alam. Le coſté. Virg. Lateríque acutum accommodat enſem. Cic. de ſenect. 25, Neque enim ex te vnquam es nobilitatus, ſed ex lateribus & lacertis tuis. Par ta force, Par tes vaillantiſes.

Laterani, dicuntur ſatellites, qui principis alicuius latus tuentur.

LAVDO laudas, laudare, Verbis extollere, Louer aucun. Virg. Laudato ingentia rura. Cic. pro L. Flacco, Sic optimatũ conſilio gubernatur, vt omnes eius inſtituta laudare facilius poſſint, quàm æmulari. Plaut. in Trin. 17.25, Laudo conſilium, & probo. Cic. lib. v. epiſt. Rufo, Quam quidem omnes non ſolum probant, ſed etiam laudant.

Laudare laudibus, apud Plautum in Capt. 7.63.

Laudare, Nominare. Plaut. in Capt. 7.63, Id ſcias, Iouem ſupremũ teſtem laudo, AEgio me infidelem non futurũ Philocrati. Quo tamen in loco, non teſtem laudo, ſed teſtẽ do, vulgo legitur: ſed mendoſe, vt ex Nonio apparet. Laudare (inquit Macrobius in XVI Saturn.) ſignificat priſca lingua, nominare, appellaréque. Sic in actionibus ciuilibus author laudari dicitur, id eſt, nominari.

Laudare tamen, quod verbum eſt ipſum iuris, ſi quis diligenter aduertat, non modo nominare, vt Gellius & Macrobius, & Nonius dixerunt: ſed etiam nominatim citare ſignificat, & appellare: hoc eſt iudicio dictato interpellare. Cic. lib. 3. de Orat. de Carneade loquẽs, Huius ego, etſi multos auditores cognoui Athenis, tamen authores certiſſimos laudare poſſum, & ſocerum meum Scæuolam, qui eum Romæ adoleſcens, & Qu. Metellum familiarem meũ. Idem in eodem, Atque hæc quidam ab his philoſophis, quos tu maximè diligis, Catule dicta ſunt: quod eo ſæpius teſtificor, quòd authoribus laudandis, ineptiarum crimen effugiam. Id eſt, his philoſophis nominatim citandis, & tanquam ad teſtimonium dicendum euocandis, quos authores harum rerum habeo. Idem pro Flacco, His igitur epiſtolis Deciane recitatis, his mulierculis productis, illo abſente authore (inquit) nominato, & teſte huius criminis citato. Gellius lib. 3, Varro vndecimo menſe naſci hominem poſſe dicit, eiúſque ſententiæ Ariſtotelem laudat authorem.

Laudare authorem. Pomp. in L. Tenetur. de act. empti. Si tibi iter vendidero, ita demũ authorem me laudare poteris, ſi tuus fuerit fundus, cui acquirere ſeruitutem volueris.

Laudare authorem Modeſtinus & Pomponius, quo modo & Cicero, pro nominatim citare poſuerunt, & ad ſui defenſionem accerſere, appellaréque, Quod vulgo ſummare dicimus.

Laus laudis, fœm. generis, Louange. Virgil. Primam merui qui laude coronam. Terent. in Adelphis, 3.3.28, Di voſtram fidem, vtrũ ſtudióne id ſibi habet, an laudi putat fore, ſi perdiderit gnatum?

Laus, dicta eſt ἀπὸ τοῦ λάω: quòd propriè laus, ſit populi de aliquo recta loquentis.

Laudatio laudationis, f. g. Eſt ipſa laudantis oratio.

Laudabilis & hoc laudabile, Quod merito laudari debet. Plaut. in Perſa, 17.1, AEdepol dediſti virgo operam laudabilem, probam, & ſapientem, & ſobriam. Laudabilis vita, apud Ciceronem de Amicitia, 22.

Laudatiuus, laudatiua, laudatiuum, Quod laudat. Vnde laudatiuum genus dicitur demonſtratiuum.

LAVO lauas, lauaui, lauatũ, lauare, Lauer. Abluere, & aquâ quæque ſordida purgare. Plaut. in Aulul. 9.28, An ſcin etiam quomodo? aquã hercle plorat, cũ lauat, profundere. Idem in Trucul. 4.89, Viſe illam, atque opperire ibi, iam exibit: nam lauabat. Terent. in Eunucho, Abeunt lauatum, perſtrepunt. Horat. in ſerm. Aſt vbi me feſſum ſol acrior ire lauatum Admonuit. Ouid. lib. 3. Faſt. Sacra lauaturus mane petebat aquas. Plin. epiſt. 171. d, Dẽtes lauandos, fricandóſque præbebat.

Lauatio lauationis, fœm. gen. Cic. ad Varronem, lib. IX epiſt. Faciam vt lauatio parata ſit. Id eſt, balneum.

Lauo lauis, laui, lotum, vel lautum. Plau. in Amphit. 8.168, Pergam exequi, lauiſti. AM. quid poſtquam lauí? Idem in Truculento, 7.5, Mihi quoque præ laſſitudine opus eſt lauere. Terentius in Heaut. 4.1.5, Abi iam nunc intrò, atque illa ſi iam lauerit, mihi nuntia. Virg. lib. X, Viſceribus ſuperinfundens lauit improba teter Ora cruor. Horat. in Serm. Ora manúſque tua lauamus feronia lympha.

Lauere, Madefacere, humectare. Plaut. in Pſeud. 3.8, Quid eſt quòd tu exanimatus, iam hos multos dies geſtas tabellas tecum, eas lachrumis lauis?

Lauere peccatum. Terent. in Phorm. 5.8.80, Venias nunc precibus lautum peccatum tuũ.

Lauere, Auferre. Columella lib. 4, Ea res ſeminio lauit acorem malorum.

Lautus lauta lautum, Id eſt lotum, Laué. Plaut. in Perſa, 4.10, Lautum credo à balineis iam hic affuturum. Terent. in Phormione, 2.2.26, Téne aſymbolum venire vnctum, atque lautum è balineis? Plaut. in Pœnulo, 4.17, Nã quæ lauta eſt, niſi perculta eſt, meo animo quaſi inuenuſta eſt.

Lautus, Mũdus, ſplẽdidus. Plau. in Pſeud. 4.31, Facite vt offendã parata omnia, vorſa, præ-

ſterga, ſtrata, lautáque, coctáque omnia vt ſint.

Lautus, Elegans. Cic. Comites iſtius, atque amici, homines lauti, atque vrbani. Plautus in Curcul. 2.9, Tute tibi puer es, lautus, luces cereum.

Lautus, Diues, nitidus, in veſte & victu delicato. Terent. in Heaut. 4.5.50, Omnes te in lauta & bene aucta parte putant. Te eſtiment vng riche homme & bien aiſé.

Lautus cibus. Terent. in Adelphis, 3.3.71, Hoc ſalſum eſt, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt parum. Lautiſſima cœna, apud Plinium, epiſt. 194. Martialis, Iſta quidem lauta eſt, dapibúſque inſtructa ſuperbis.

Lautè, aduerbium, Eleganter. Vt lautè veſtitus. Plaut. in Caſina, 17.10, Lautè veſtitus, exornatúſque ambulat.

Lautè loqui. Plaut. in Milite, 14.11, Loquitur lautè, & minimè ſordidé. Terent. in Eunucho, 3.1.37, Facetè, lepidè, lautè, nihil ſuprá. tuum obſecróne hoc dictum erat?

Lautè munus ſuum adminiſtrare. Terẽt. in Adelph. 5.1.2, AEdepol Syriſce te curaſti molliter, lautéque munus adminiſtraſti tuum.

Lautitia lautitiæ, Epularum magnificentia, à lauatione dicta, inquit Feſtus. quia apud antiquos hæ elegantiæ quæ nunc ſunt, non erant, & raro aliquis lauabat. Lautitia, munditia eſt, quæ in veſtitu & cibo fit.

Lautia lautiorum, Munera dicebantur, quæ Romani per quæſtores legatis exterarum nationum mittebant, vt inquit Plutarchus in Proble. Vnde ſcribit Plinius lautia Atalo fuiſſe decreta.

Lauacrum lauacri, à Lauo lauas. balneum in quo quis lauari commodè poteſt. Gellius, Ludorũ vmbra ingentium longis ambulacris & mollibus ædium poſticum refrigerantibus lauacris.

Lauatrinæ. Vide LATRINAE.

LAVRVS lauri, f. g. Secundæ & quartæ declinationis, ſonantior autem eſt in ſecunda. Eſt genus arboris, quæ Græcè Δάφνη dicitur. Du laurier. Plin. lib. 15. cap. 30, Laurus triumphis propriè dicatur, vel gratiſſima domibus, ianitrix Cæſarum, põtificúmque: quæ ſola & domos exornat, & ante limina excubat. Duo eius genera tradit Cato: Delphicam & Cypriam. Pompeius Lenæus adiecit quam muſtaceam appellauit, quoniã muſtaceis ſubiiceretur. Hanc eſſe folio maximo, flaccidóque, & albicante. Delphicam æquali colore, viridiorem, maximis baccis, atque è viridi rubentibus. Hac victores Delphis coronari, & triumphantes Romæ. Cypriam eſſe folio breui, nigro, per margines imbricato, criſpam. Et cætera, quæ in eodẽ capite tradit Plinius. Lauri fruticem non icit fulmen, vt inquit idem Plinius lib. 2. cap. 55.

Laurea laureæ, Folium lauri. Plin. lib. 15. cap. 30, Vnius arborum latina lingua imponitur viris. Vnius folia diſtinguntur appellatione. lauream enim vocamus.

Laurea, pro lauro aliquando ponitur. Horat. Tum ſpiſſa ramis laurea feruidis.

Laurea, Corona ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur.

Lauream, & laurum, & mutata diphthongo loream, pro eodem accipit Cato, lib. de re ruſt.

Laureus laurea laureum, Quod ex materia lauri eſt.

Lauretum laureti, Sylua lauri. Plin. lib. 15. cap. 30, Durat & in vrbe impoſitum loco, quando lauretum in Auentino vocatur, vbi ſylua lauri fuit.

Laureo laureas, laureare, Lauream in capite ponere. Hinc laureati, qui laureis coronati ſunt. Vnde Cicero laureatos faſces dixit.

Laurinus, laurina, laurinum, Qui eſt dung laurier. Plin. lib. 12. cap. 8, Item laurino folio, & ibi ſpina tradita eſt, cuius liquor aſperſus oculis, cæcitatem infert animalibus omnibus. Idem lib. 23. cap. 4, Oleum laurinum vtilius quo recentius, quóque viridius colore eſt.

LAXVS laxa laxum, Largus, & ſpatii maioris. Large. Virg. Et primum laxos tenui de vimine cyclos Cerui ci ſubiectæ. Columella lib. 1, Nec dubium, quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quàm anguſtus eximié.

Laxus, Mollis, remiſſus, languidus, Láche, qui neſt point roide. Virgilius, Et premere & laxas ſciret dare iuſſus habenas. Vnde laxi funes, Chordes qui ne ſont point tendues roide, & ſont laches. Virgilius lib. 2. georg. Et cum ſe lætus ad auras Palmes agit laxis per purum immiſſus habenis.

Laxiſſimæ habenæ amicitiæ. Cicero de Amicitia, 42, Alienis minus implicari, moleſtum eſſe: quàm commodiſſimum eſſe laxiſſimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas cum velis, vel remittas.

Laxius tempus. Plin. epiſt. 74. e, Fecit enim hoc quoque, vt cætera impudẽtiſſimè, quòd poſt duos & conſulares &, diſertos, tempus ſibi & quidem laxius vindicauit.

Laxum aduerbium, pro late. Martialis, Et adhuc ſuperet centies tibi laxum.

Laxo laxas, laxare, Laxũ facere aperire, & quaſi liberare. Lacher, ouurir ou deliurer. Virg. Laxat clauſtra Sinon. Cic. in Catone, 7, Qui ſe à libidinum vinculis laxatos eſſe non moleſtè ferrent.

Laxitas laxitatis, f. g. Relache, Remiſſio. Cic. Et admittenda hominum cuiuſque modi multitudo, adhibenda eſt cura laxitatis.

Laxamentum laxamenti, Idem. Liuius lib. 2, Nihil laxamenti nec veniæ habere, ſi modum exceſſeris. Plin. in Paneg. 136, An non plerique principes hoc idem tempus in aleã, ſtupra, luxum conferebant, cum ſeriarum laxamenta curarum, vitiorum contentione ſupplerent?

L E

LEA, leæ, La femelle dung lion, Vne lionne. Lucilius, vel (vt exemplaria Nonii habẽt) Lucretius, Irritata leæ iaciebant corpora ſaltu.

Lea, braſſicæ genus. Plin. lib. 20. cap. 9. Alteram leam, latis foliis è caule exeuntibus.

LEAENA leænæ, Vne lionne. Virg. Torua leæna lupũ ſequitur, lupus ipſe capellam. Plin. lib. 8. cap. 16, Is ergo tradit, leænam primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos ſingulos, vno minus, ab vno ſterileſcere.

LEBES lebetis, maſ. vel fœm. g. Vas æneum, in quo res bulliũt, Vng chaudron, ou ſemblable darain, a cuyre quelque choſe. Ouid. Viginti fuluos operoſo ex ære lebetes.

LECTVS lecti, m. g. Vng lict. Dictus, vt inquit Varro, quòd lectis herbis & frondibus ſtramenta facerent. Vel vt alii putant, ab alliciendo, quòd fatigatos ad quieſcẽdum alliciat. Sunt qui à Græcis potius deduci velint, qui λέκτρον lectum dicunt.

Lectulus lectuli, m g. Vng petit lict. Terent. in Adelph. 4. 2. 47, Lectulos in ſole iligneis pedibus faciundos dedit. Cic. pro L. Muræna, Strauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos, & expoſuit vaſa Samia. Idem Attico, lib. 14, A ducẽda autem vxore ſic abhorret, vt quicquã libero lectulo neget eſſe iucundius.

Lectiſternium, lectiſternii, Cum ſacrorum grãtia lecti in templis ſternebantur, ad diſcumbendum, ſiue pernoctandum.

Lectiſternium proprie Iouis epulum dicebatur. In Capitolio enim ſtratis tribus lectis, conuiuium apponebatur tribus diis, Ioui, Iunoni, & Mineruæ. Iupiter, id eſt, Iouis ſimulachrum, ſtatuebatur in lectulo recubans, Iuno & Minerua in ſellis conſidebant. Sed appoſitis epulis non ipſi dii, ſed ſeptem epulones celebrabant. De inuentione lectiſterniorum lege Liuium libro v.

Lectiſterniator, lectiſterniatoris, Qui lectum ſternit, Qui faict le lict. Plaut. in Pſeud. 4. 29, Tu eſto lectiſterniator, tu argentum eluito.

Lectica lecticæ, Vne litiere. Cathedra & ſedes qua ferebantur diuites & potãtes, in qua pului nar & lectulus ſtratus erat. Græce hexaphorum: quòd à ſex ſeruis portaretur. Iuuenalis, Nãque facit ſomnũ clauſa lectica feneſtra. Plaut. in Sticho, 14. 21, Potius in ſubſellio Cynice accipiemur, quàm in lecticis.

Lecticula lecticulæ, Diminutiuũ. Suetonius in Auguſto, cap. 78, A cœna ſe in lecticulam lucubratoriam recipiebat. Cicero Martio, Vt noſtras villas obire, & mecum ſimul lecticulam concurſare poſſis.

Lecticarius lecticarii, m. g. Qui lecticam deferebat. Suet. in Othone, cap. 6, Tunc abditus prope rè, muliebri ſella in caſtra contendit: ac deficientibus lecticariis cum deſcendiſſet, curſúmque cepiſſet, laxato calceo reſtitit. Seruius Sulpitius, Coactus ſum in eadem illa lectica, qua ipſe delatus eram, meiſque lecticariis in vrbem eum referre.

LECYTHVS lecythi, maſ. generis, Ampulla olearia. Vne burette, ou buyre a mettre de lhuylle.

LEGIO legionis, f. g. A legendo, id eſt eligendo dicitur, quòd legũtur milites in delectu. Diuiditúrque legio in decẽ cohortes. Cohors in quinquaginta manipulos. Manipulus in viginti quinque milites, pro vnoquoque manipulo.

Legiuncula legiunculæ, diminutiuum, parua legio. Liuius lib. 36, Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum inſtar in caſtris regis.

Legionarius legionaria legionariũ, Quod eſt legionis, vel quod ad legionem pertinet. Aſinius Pollio Ciceroni, Militem non modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem vllum quoque

missi. Plin.epi.299, Vt secundum consuetudinem præcedẽtium temporum honoribus eius præsidio centurionis legionarii, consulendum haberemus.

LEGO, legas, legare, In legationẽ mittere, Enuoier en embassade. Cic. Attico, lib.4, Ego me à Pompeio legari ita sum passus, vt nulla re impedirer, quin nisi vellem, mihi esset integrũ, Eidem, Me legatum iri non arbitrabar. Eidem, Meam stultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas.

Legare ad. Cic. in Verrem, Centuripini Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium. Liuius de bello Macedonico, Consulem legari ad id bellum placuit.

Legare in. Sallust. in Iugurtha, Legantur tamen in Aphricam maiores natu, nobiles amplius honoribus vsi.

Legare alicui. Plaut. in Amph.4.51, Delegit viros primorũ principes, eos legat Thelebois.

Legare, Legatum facere. Cic. Aulo Cecinnæ, Cassium sibi legauit, Brutum Galliæ præfecit. Idem pro P. Sextio, Ne isti quidem, quos legatos non modo nullo senatusconsulto, sed etiã impugnante senatu, tute tibi legasti.

Legare negotium, Committere, Bailler charge a aucun de quelque affaire. Plaut. in Casina, Quin ruri es in præfectura tua? quin potius quod legatum est tibi negotium, id curas?

Legare, Testamento aliquid alicui relinquere. Liuius lib.1, Numitori, qui stirpis maximus erat, regnum vetustum Syluiæ gentis legat.

Legatus legati, m.g. Qui est enuoié en embassade. Virg. Legati respõsa ferũt. Cic. Philipp.9, Lartes Tolumnius rex Veientũ, quatuor legatos populi Romani fidenis interemit. Idem pro L. Flacco, Primum magnam partem eiusdem prouinciæ, quæ pro huius periculis, legatos laudatoréque misit.

Legatus, pro vicario, Vng lieutenant. Cæsar lib.2. de bello ciuili, Neque se ignorare quod sit officiũ legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatum, pro vicario, id est locũ tenẽte, intelligẽdum. quem propterea fiduciarum operam obtinere dixit, quia redeunte imperatore, aut consule, cedere eum oportet.

Legatio, legationis, Embassaderie. Cic. Philipp.9, Etenim cui legatio mortis ipsa caussa fuisset, eius monimentum extare voluerunt, vt in bellis periculosis obirent homines legationis munus audacius.

Legatum legati, Vng laits. Modestinus, Legatum est donatio quædam testamento relicta. Et legati appellatione, fidei cõmissum, & mortis caussa donatio cõtinentur. Plin. epist.44.b, Illa vt in periculo credula, poscit codicillos, legatum Regulo scribit.

Legatum, Quelque charge que on a commis a aucun pour la faire.

Legatarius, legataria, legatarium, Cui ex testamento aliquid legatum est.

Legator legatoris, Qui aliquid legat. Suet. in Tiberio, cap.31, Iterum eo cẽsente vt Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre cõcederetur, obtinere non potuit, quin rata voluntas legatoris esset.

LEGO legis, legi, lectum, legere, Proprie colligere. Cueillir. Columella lib.2, Optimã quanque spicam legere oportet, seperatúmque ex ea semen reponere.

Legere sermonem alterius, Recueillir les parolles dung autre: Prẽdre garde, & escouter quil dict. Plaut. in Pseud.6.21, Viginti minas effodiam ego hodie, quas dem herili filio. nunc huc concedam, vt horum sermonem legam.

Legere, Oculis scripta percurrere: quoniam literæ oculis legi, id est colligi videantur. Virg. At simul heroum laudes & facta parentis Iam legere.

Legere commodé. Plin. epist.114.b, Idem tam commodè orationes & historias & carmina legit, vt hoc solum didicisse videatur.

Legere intente. Plin. epist.190.a, Quanto studiosius, intentiúsque legisti libros, quos de Heluidii vltione composui, tanto impensius postulas &c.

Legere male, vel malignè. Plin. epist.211, Audio me male legere dũtaxat versus: orationes enim cõmodè, sed tãto minus versus. Idem epist.215, Iudicaui tamen: neque enim soli iudicant qui malignè legunt.

Legere remissius. Plin. epist.45.c, Interim audit legentem remissius aliquid, & dulcius.

Legere oram Italiæ, Id est accedere ad oram, & adhærere: quia ad quod accedimus, melius oculis cernimus. Liuius, Ipse compositis Siciliæ rebus, orã Italiæ legens Ariminũ peruenit.

Legere, Præterire: quòd nautæ, dum aspera loca prætereunt, legere, id est colligere vela con-

ſueuerunt. Virg. Littoráque Epiri legimus.

Legere, Eligere. Virgil. Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala. Plin. de viris illuſt. 36, Nam cum temerè ſeruos manumitterent: dum in curiam legerent, conſenſu ſeruorum oppreſſi, cum multa indigna paterentur, clàm Roma auxilium petierunt.

Lectio lectionis, f. g. Lecon.

Lectito lectitas lectitare, Frequenter legere. Cic. Pæto, Pyrrhi te video libros lectitaſſe.

Lecturio lecturis, lecturire, Deſyderare legere.

Legulus leguli, Qui vuas aut oleas colligit. Cueilleur, ou vendãgeur. Cato, Legulos quot opus erit, præbeto.

Legumen, leguminis, Quod legitur, id eſt euellitur è terra, nõ autem ſubſecatur, vt piſa, fabæ. Varro lib. 1. de re ruſt. de cicere, Hoc enim quoque legumen vt cætera quæ euellũtur è terra non ſubſecantur vt fruges: quæ quòd ita leguntur, legumina dicta. Virg. lib. 1. georg. Vnde prius letum ſiliqua quaſſante legumen.

Legumentum legumenti, Idem quod legumen.

Legarium legarii, Idem. Varro lib. 1. de re ruſt. cap. 32. Serendum vitiam, lentem, cicerculam, eruiliam, cæteráque quæ alii legumina, alii (vt Gallicani quidã) legaria appellant: vtraque dicta à legendo, quòd ea non ſecantur, ſed vellendo leguntur.

LEMBVS lembi, m. g. nauicula breuis, & velociſſima. Plaut. in Merc. 4.78, Dum aguntur hæc, lembo aduehitur tuus pater pauxillulo. Idem in Bacch. 5.47, Perii hercle, lembus ille mihi lædit latus. Græce dicitur τὸ λέμβος.

LEMMA lemmatis, n. g. Argumentum. Martialis in diſtichis, Lemmata ſi quæris cur ſint aſcripta, docebo: Vt ſi malueris, lemmata ſola legas. Idem alibi, Viuida componis epigrãmata, mortua ponis Lemmata. Plin. epiſt. 92, Nam lemma ſibi ſumpſit, quod ego interdũ verſibus ludo. Atque adeò iudicii mei te iudicem faciam, ſi mihi ex hoc ipſo lemmate verſus occurrerit. Græce λῆμμα ατος, τὸ.

LEMNISCI, lemniſcorum, m. g. Faſciolæ coloriſcæ, ex coronis dependentes, inquit Feſtus. propterea dicitur, quòd antiquiſſimum fuit genus coronarum lanearum. Plaut. in Pſeudolo, 22.16, Vnguenta, atque odores, lemniſcos, corollas dari dapſiles. Plin. lib. 21. cap. 3, Craſſus diues, primus argento, auróque folia imitatus, ludis ſuis coronas dedit. Acceſſerunt quoque & lemniſci, quos adiici ipſarum coronarum honos erat propter Hetruſcas, quibus iungi, niſi aurei, non debebant.

Lemniſcatus lemniſcata lemniſcatum. Cic. pro Sexto Roſcio Amerino, Audio præterea non hanc ſuſpicionem nunc primum in Capitonem conferri, multas eſſe infames palmas, hanc primam eſſe tamen lemniſcatam, quæ Romæ deferatur.

LEMVRES lemurum, m. g. Laruæ nocturnæ, & terrificationes imaginum & beſtiarum, inquit Nonius. Varro de vita pop. Ro. lib. 1, Quibus temporibus in ſacris fabam iactãt, noctu ac dicunt ſe lemures domo extra ianuam eiicere.

LENIS & hoc lene, Idẽ ferè ſignificat quod læuis, hoc eſt, quod tactu nullã aſperitatẽ habet.

Lene vinum, Vin doulx & gratieux a boire, qui neſt point rude. Terent. in Heaut. 3.1.50, Pitiſſando modo mihi quid vini abſumſit! ſic hoc dicens, aſperũ pater hoc eſt, aliud lenius.

Lenis tranſfertur ad animũ, & pro miti, modeſtóque accipitur. Doulx, Qui na nulle rudeſſe en ſoy. Plaut. in Epid. 11.34, Habe animũ lenem, & trãquillum face. Terent. in Hecyra, 2.2.28, Aliud fortaſſe aliis vitii eſt: ego ſum animo leni natus, non poſſum aduerſari meis. Idem in Heaut. 3.29, Quia peſſumè iſtuc in te atque in illum conſulis, ſi te tã leni, & victo eſſe animo oſtenderis. Ibidem, 1.1.99, Ingenio te eſſe, in liberos leni puto, & illum obſequentem, ſi quis recte aut commodè tractaret.

Lenitas lenitatis, f. g. Doulceur, & ſans rudeſſe, Paiſiblete.

Lenitudo lenitudinis, f. g. Idem. Cic. lib. 4. Tuſcul. Lenitudo orationis, mollitudo corporis: ea ſibi bona ducens, quid erit in philoſophi grauitate? Idem in Verrem, Quanta me tua, non mea lenitudo.

Lenimentum lenimenti, n. g. Adoulciſſement.

Leniter, aduerbium, Doulcement, Paiſiblemẽt. Plaut. in Sticho, 3.20, An potius temptem leniter, an minaciter?

Lenio lenis, leniui, & lenii, lenitũ, lenire, Polir. Planir. Columella lib. 3, Cum deinde truncũ radideris, acuto ferramento plagam lenito.

Lenire, Appaiſer, adoulcir. Salluſt. In tali tempore tanta vis hominis magis leniunda, quàm

exagitanda videbatur.

Lenire, Imminuere. Terent. in Heaut. 1.1.75, Pro ſe quiſque ſedulò faciebat, quò illam mihi lenirent miſeriam. Salluſtius, Nonnulli victa & hæc & multa præterea exiſtimabant, ab iis qui Ciceronis inuidiam, quæ poſtea orta eſt, leniri credebant atrocitate ſceleris qui pœnas dederant.

Lenire, conſolari. Cic. Trebatio, Tuam profectionem amore proſequar, reditū ſpe expectabo, abſentē memoria colam, omne delyderium litteris mittendis, accipiendiſque leniam.

Lenibo etiam facit in futuro. Propertius, Lenibunt tacito vulnera noſtra ſono.

LENO lenonis, Communis generis, quanuis habeat fœmininum lena, vt inquit Priſcianus. quo nomine ſignificatur is qui ſcortorum productor eſt, etiam inuitarum perſonarū, qui legibus vindicatur. Vng maquereau. Dictus vel ab alliciendo, quòd adoleſcentulos alliciat: vel à leniendo.

Lena lenæ, Vne maquerelle. Lenas appellat Vlpianus, quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt. Item eas quæ alterius nomine, hoc vitæ genus exercent: vt ſi qua cauponam exercens, in ea corpora quæſtuaria habeat, proſtitutas mulieres habere dicendum eſt. hanc quoque lenæ appellatione contineri.

Lenulus lenuli, Diminutiuum: paruus leno. Plaut. in Pœnulo, Ita vt occœpi dicere lenule, de illa pugna.

Lenunculus lenunculi, Aliud diminutiuū. Plaut in Pœn. Si de deo militari tetigero lenūculū.

Lenunculus, Nauigium piſcatorium. Salluſtius lib. 1. hiſt. Indicit forte per noctem lenunculo piſcandum.

Lenonius lenonia lenonium, Quod ad lenonem pertinet. Plaut. in Rud. 3 1.30, Ne vt leno poſtules te hic fide lenonia vti: non potes, ſeruanda eſt fides. Idem in Aſin. 5.83, Portitorum ſimillumæ ſunt ianuæ lenoniæ.

Lenocinium lenocinii, Lenocinandi actus. Maquerelage. Vlpianus, Lenociniū facere, non minus eſt quàm corpore quæſtum exercêre. Plaut. in Epid. 12.11, Proh deūm atque hominum fidem, quid ego lenocinium facio, qui quidem habeam alienos domi! Idem in Merc. 7.70, Atque vt nunc ſunt maledicentes homines, vxori meæ, mihique obiectēt lenocinium facere.

Lenocinium, Exquiſitior elegantia. Suet. de Auguſto, Forma fuit eximia, & per omnes ætatis gradus venuſtiſſima: quāquā omnis lenocinii negligēs, & in capite comēdo incurioſus.

Lenocinium, Delinimentum, Allectamentum, Allichement, attrayement. Cic. pro L. Muræna, Negat verum eſſe allici beneuolentiam cibo, negat iudicium hominum in magiſtratibus mandandis corrumpi voluptatibus oportere. Et paulò pòſt, Tu gubernacula reip. petas fouendis hominum ſenſibus, & deliniendis animis, & adhibendis voluptatibus? vtrum lenocinium inquit à grege delicatæ iuuentutis, an orbis terrarum imperium à populo Romano petebas?

Lenocinor lenocinaris, lenocinari, Lenocinium facere.

Lenocinari, per trāſlationem eſt blandiri, ſiue allicere, quod lenones facere ſolent. Cic. Tibi ſeruiet, tibi lenocinabitur, minus aliquando contendet, quàm poteſt. Plin. epiſt. 8.c, Anceps hic, & lubricus locus eſt, etiā quum illi neceſſitas lenocinetur. Etenim ſi alienæ quoque laudes parum æquis auribus accipi ſolent, &c.

LENOBATES, vuæ calcator.

LENS lendis, f.g. A lædo, capitis animal. Vne lende.

Lendiginoſus lendiginoſa lendiginoſum, Lendibus plenus.

LENS lentis, f.g. Genus leguminis. A lenis nomen deductum: quòd qui ea veſcuntur, lenes, ac moderati fiunt. Plin. Inuenio apud veteres authores æquanimitatem fieri veſcētibus lēte. Virg. lib. 4. georg. Nec peluſiacæ curam aſpernabere lentis.

Lenticula, lenticulæ, Idem. Vne lentille. Vtitur Plinius.

Lēticula, Vaſis genus eſt, à figura lētis dictum, vt ait Plinius, & meminit Celſus: videturque id eſſe quod diſcus appellatur apud Dioſcoridē. Vnde & lenticularis forma. Quidā hoc nomē à liniendo deducunt, aiúntque eſſe vas olearium, ex quo reges & ſacerdotes liniebantur.

LENTIGO, lentiginis, f.g. Macula ſubrufa, & interdum in facie ad lentis ſimilitudinem. Plin. lib. 19. de atriplice, Ac niſi mutata ſæpe aqua coquendum, ſtomacho contrarium eſſe, lentigines & papulas gignere. Idem lib. 20, Cum fœuo vitulino vel melle ſugillaris illinitur, cum melle & vua paſſa & aceto lentigini nigræ.

LENTISCVS lentiſci, f.g. Arbor, quæ maſtichem gummi modo ſudat, & eſt trifera.

Plin.lib.24,Vſum lacte caprarum,quas lentiſco paſcebat.

LENTVS lenta lentũ,Tener,Flexuoſúſque,Tendre,qui ſe plie facillement.Plaut.in Aſin. 11.29,Vbi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores vlmeis affectos lentis virgis. Virg. Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ.

Lenta vincula eſcaria,Id eſt tenacia, Qui eſtraignent fort. Plaut.in Menæch,3.18,Ita iſtæc nimis lenta vincla ſunt eſcaria:quàm magis extendas,tanto aſtringant arctius.

Lentus,Facilis.Lucilius,Cotta ſenex Craſſi pater magnus trico fuit nũmarius, ſoluere nulli lentus.

Lentus,Tardus.Tardif & lent.Plin.epiſt.147.d,Ibat illa lento gradu quaſi grauis vinculis.

Lentus,Securus & otioſus.Virg.Nos patriam fugimus,tu Tityre lentus in vmbra.

Lentus,Frigidus.Virg.lib.1.georg.Noctis lentus non deficit humor.

Lentè aduerbium,.Lẽtement,tardiuement,lachement,ſans ſe haſter.Plin.epiſt.13.a,Ac tum quoque lentè,cunctantérque veniunt,nec tamen permanent,ſed ante finem recedunt.

Lente ferre iniurias,Leniter & placidè.Cic.in Hortenſio, Qui cum publicas iniurias lentè tuliſſet,ſuam non tulit.

Lente ferre,Porter patiemment,nen tenir conte.Cic.Neque enim eſt facile perficere,vt iraſcatur ei cui tu vel iudex,ſi tu ipſe id lentè ferre videare.

Lentitudo lentitudinis,Tarditas.Cic.ad Quint.Fratrem,lib.1,Nã illud non ſolum eſt grauitatis,ſed nonnunquam etiam lentitudinis.

Lento lentas lentare.Virg.lib.3,Ante & trinacria lentandus ramus in vnda.Seruius, Lentãdus:aut lente tibi nauigandum eſt.nam totam Siciliam circuit.Aut flectendus.Vnde lentũ vimen dicimus,id eſt flexibile.

Lenteo lentes,lentui,lentere,Eſſe lentum,molle,ac tenerum.Lucilius,Lentet opus,dixit.

Lenteſco lenteſcis lenteſcere,Lentum,ſeu tenerum ac molle fieri.Virg.lib.2. georg.Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo.Seruius,Lenteſcit,Cohæret.

LEO les,leui,Non eſt in vſu,ſignificat imprimo & formo.Compoſita autẽ eius vſurpantur, vt Deleo,Releo.

Leui,aperui,protuli.Horat.lib.1.Carm.Græca quod ego teſta conditum leui.

LEO leonis,m.g.Vng lion.Vnde Plinium,lib.8.cap.16.

Leo nearinus,ex cancrorum genere.Plin.lib.32.cap.11.

Leoninus leonina leoninum,Quod ad leonem pertinet.

LEOPARDVS,leopardi, animal ex leone & panthera natum,vel ex pardo & leæna:nigris maculis leoninam pellem diſtinguentibus,& iubis caret.Vide Plinium lib.8.cap.16.

LEONTOPETALON,herbæ genus.Plin.lib.27.cap.11, Leontopetalon, alii rapeion vocant,folio braſſicæ,caule ſemipedali,alæ multæ, ſemen in cacumine in ſiliquis ciceris modo.radix rapæ ſimilis, grãdis,nigra.Naſcitur in aruis.Radix aduerſatur omnium ſerpẽtium generibus,ex vino pota:nec alia res celerius proficit.

LEONTOPHONON,exiguus vermis eſſe dicitur,nec alibi naſcitur, quàm vbi leo naſcatur.quo guſtato ſtatim expirat leo. Plin.lib.8.cap.38, Vrinæ & è duobus aliis animalibus ratio mira eſt,leontophonon accipimus vocari paruum,nec aliubi naſcẽs, quàm vbi leo gignitur:quo guſtato,tanta illa vis eſt vt cæteris quadrupedum imperitans,ilico expiret.

LEONTOPODION,alii leuceoron,alii doripetron,alii thorybetron vocant:cuius radix aluum ſiſtit,purgátque bilem in aqua mulſa,addito pondere denariorum duũm.

LEPIDIVM lepidii,n.g.herba quæ vlcera acuta tollit.Columella lib.13,Sunt qui ſatiui vel etiam ſylueſtris lepidii herbam cum collegerunt,in vmbra ſiccent. Deinde folia eius abiecto caule,die ac nocte muria macerata,expreſſáque lacti miſceant, ſine condimentis,& ſalis,quantum arbitrantur, adiiciant. Nonnulli recentia folia lepidii cum dulci lacte in olla miſcẽt.&c. Scribit Dioſcorides idem eſſe lepidium,quod gnigidium. Fit autem à græco verbo λεπίζω,hoc eſt decortico.

LEPIDOTES,lepidotis,f.g.gemma quæ ſquamas piſciũ imitatur.Plin.lib.38. cap.10.

LEPIDVS lepida lepidũ,In quo lepôris eſt plurimũ,& tã de hominibus,quàm de oratione & aliis dicitur rebus. Plaiſant,auenant, Qui ha grace en ſoy.Plaut.in Bacchid.1.48,Apud me,mi anime,vt lepidus cum lepida accubet. Idem.in Milite,10.65, At quidem illuc ætatis qui ſit,non inuenies alterum lepidiorem ad omnes res. Terent.in Eunu.3.3.25,O capitulum lepidiſſimum.

Lepida cantio.Plaut.in Sticho,15.19, Perinde vt conſuetus antehac, celeriter lepidam, &

ſuauam cantationem aliquam occipio.

Lepidus cardo. Plaut. in Curcul. 2.94, Vidén' vt aperiuntur ædes feſtiuiſſimé? nõ mutit cardo? eſt lepidus.

Lepida cauſſa. Plaut. in Trinum. 11.58, Lepida eſt illa cauſſa, vt commemoraui dicere, apud portitores eſſe inſpectas.

Lepidus dies. Plaut. in Aulul. 24.4, O lepidum diem.

Lepidum facinus. Plaut. in Pœnulo, 14.79, Nimium lepidum mihi memoras facinus.

Lepida fama. Plaut. in Trin. 6.96, Eo pacto addideris noſtræ lepidam famam familiæ.

Lepida forma. Plaut. in Epid. 2.41.

Lepidæ literæ. Plaut. in Pſeud. 3.25, Cur inclementer dicis lepidis literis?

Lepidus locus. Plaut. in Bacchid. 1.51, Vbi bene ſit tibi, locum lepidũ dabo. Idem in Rud. 6.28, Haud longè abeſſe oportet homines hinc, ita hic lepidus eſt locus.

Lepida memoratu. Plaut. in Bacchid. 1.28, Quia iſtæc lepida ſunt memoratu.

Lepidi mores. Plaut. in Moſtell. 4.12, Quin tu te exornas moribus lepidis?

Lepidũ nuntium. Plaut. in Sticho, 5.2, Suo nunquam æque patri nuntium lepidum attulit.

Lepidum vnguentum. Plaut. in Caſina, 5.12, Vbicunque vnguentum eſt lepidum.

Lepidus, Politus, inquit Donatus, vt λεπὶς lamina.

Lepidum pro lepidè. Plaut. in Pœnulo, 14.39, Lepidum eloquere.

Lepidè, aduerbium, Plaiſamment.

Lepidè hercle adiuuas. Plaut. in Perſa, 14.5:

Lepidè efficiam mea hera officium. Plaut. in Truc. 16.1. Ego hoc effectum lepidè tibi tradam, tace. Plaut. in Curcul. 8.15.

Lepidè intelligere. Plaut. in Trucul. 14.9, Intellexiſti lepidè quid ego dicerem?

Lepidè ſtratus lectus. Plaut. in Pœnulo, 9.84.

Lepidè hercle animum tentaui tuum. Plaut. in Aulul. 27.18.

Lepidè memoras. Plaut. in Bacchid. 1.35.

Lepidè volo molliculas eſcas. Plaut. in Caſina, 10.55.

Vín' tu lepidè facere? Py. loquere. Plaut. in Milit. 13.31.

Lepidè referre gratiam. Plaut. in Trucul. 4.13.

Lepidulè, aduerbium, Diminutiuum. Plaut. in Pſeud. 7.115, Eam circunducam lepidulé.

LEPISTA lepiſtæ, f. g. Genus vaſis aquarii, inquit Feſtus, ſimile ampullæ. Varro de vita populi Rom. Aliqui venditant oleum Sabinorum. lepiſtæ pauperibus pleriſque aut fictiles ſunt, aut æneæ.

LEPOR leporis, m. g. Dicitur & lepos. A lepus léporis. Eſt venuſtas, & voluptatis cuiuſdã amœnitas. Plaiſance: gratieuſete, ou doulceur de parolles, ou autrement. Plaut. in Caſina, 5.3, Nihil eſt quod plus ſalis, plúſque lepôris habeat hodie. Idem in Pœn. 4.26, Soror cogita amabo item nos perhiberi: quaſi ſalſa muriatica eſſe autumantur ſine omni lepore, & ſine ſuauitate, niſi multa aqua vſque & diu macerantur, olent, ſalſa ſunt, tangere vt nõ velis: item nos ſumus eiuſcemodi.

LEPVS, léporis, m. g. Vng lieure. Animal à celeritate dictum, quòd leuipes ſit, quoniã ambulans non ſentitur. Varro de re ruſt. lib. 3. cap. 12, Lucius AElius putabat ab eo dictum léporem à celeritudine, quòd leuipes eſſet. Ego arbitror à Græco vocabulo antiquo, quòd eum AEoles Bœotiæ leporem appellabãt. Plaut. in Capt. 4.81, I modo, venare leporem, nunc itym tenes.

Lepus à poſteriore parte, hoc eſt à lumbis & clunibus pulpamentum de ſe præbet, eáque corporis parte lautiſſimus eſt. Horat. Fœcũdi leporis ſapiens ſectabitur armos. Terẽt. in Eunucho, 3.1.36, Lepus tute es, & pulpamentum quæris. Id eſt, Ea requiris ab aliis quæ ipſe affatim habes domi.

Lepus marinus. Vide Plinium.

Lepuſculus lepuſculi, Vng petit lieure.

Leporinus leporina leporinum, Quod ex lepore eſt.

Leporarium leporarii, Non tantum pro loco vbi lepores ſunt, ſed etiam pro omnibus ſeptis, & quæ ſunt villæ affixa, accipitur, & habent incluſa animalia quæ paſcuntur. Gellius, Viuaria veteres quãdoque leporaria dixêre, in quibus omnia clauderẽtur animalia. Varro de re ruſtica, lib. 3. cap. 3. Leporaria te accipere volo, non ea quæ tritaui noſtri dicebant, vbi ſoli lépores ſint, ſed omnia ſepta affixa villæ quæ ſunt, & incluſa habent animalia quæ paſcũtur.

Ibidem cap. 12, Actus ſecundi generis, affictitius ad villam qui ſolet eſſe, ac nomine antiquo à parte quadam leporarium appellatum. Nam neque ſolum lepores in eo includũtur ſylua, vt olim in iugero agelli, aut duobus, ſed etiam cerui, aut capreæ in iugeribus multis.

LEPRA lepræ, Morbus, qui alio nomine dicitur Elephantia. Et duplex eſt: Vna quæ incurabilis eſt, quam malam ſcabiem Horatius nominat, dicens, Aut mala quam ſcabies, aut morbus regius vrget. Alia quæ poteſt curari. Plin. lib. 24, Lachryma vitium veluti gemma, lepras & lichenas & pſoras nitro antè præparatas ſanat.

LESSVS leſſus leſſui, m. g. Lugubris eiulatio. Plaut. in Trucul. 16. 18, Thetis quoque etiã lamentando leſſum fecit filio. Cic. de legibus, Mulieres genas ne radunto, néve leſſum funeris ergô habento. His enim verbis ſignificatur lamentationem lugubrem in funeribus prohiberi.

LETHARGVS, lethargi, m. g. Eſt marcor & inexpugnabilis penè ſomni neceſſitas, cum alienatione mẽtis. Boetius lib. 1. de cõſ. Lethargum patitur, communem illuſarum mentium morbum, ſui pauliſper oblitus eſt. Plin. lib. 24, Grauedinem enim, morbúmque lethargicum patitur. Dicitur lethargus, vt quidam putant, ἀπὸ τῆς λήθης, hoc eſt, ab obliuione. nam in eo morbo accidit obliuio omnium rerum.

LETVM leti, mors. Secundum Priſcianum à Leo fit, quo veteres vſi ſunt pro deleo, quoniã mors omnia delet. Apuleius à luo deducit, ideóque per œ ſcribi præcepit.
Lethum, Varro & Feſtus à λήθης fieri putant, vnde & per th, abſque diphthongo ſcribunt.
Lætum per antiphraſim quidam dictum volunt, quaſi minime lætum.

Letalis & hoc letale, Mortiferum, Plinius, Letalis inedia homini, duraſſe & vltra vndecimum ſcilicet diem pleroſque certum eſt. Plin. de viris illuſt. 7. a, Priſcum Tarquinium graui quidem, ſed non letali vulnere accepto, petere.

Leto letas, letare, Morte afficere. Vnde letata corpora apud Ouidium, pro morte mulctata & interempta.

LEVCACANTHA, herba eſt, in cacumine aculeum habens, radice cypiri, quæ commãducata, dentium dolorem ſedat. Plin. lib. 22. cap. 16.

LEVCACHATES, leucachatis, m. g. gemma, quæ alba eſt. Plin. lib. 37. cap. 10.

LEVCANTHEMIS, leucanthemidis, f. g. De la camomille. Plin. lib. 22. cap. 21, Anthemis magnis laudibus celebratur ab Aſclepiade. aliqui leuchantemida vocant, alii leucanthemum, alii eranthemon, quoniam vere floret. alii chamæmilon, quoniam odorem mali habeat. Nonnulli melanthemon vocant. Genera eius tria, flore tantum diſtant, palmum nõ excedentia, paruiſque floribus, vt rutæ candidis, aut melinis, aut purpureis.

LEVCARGILLION. Plin. li. 17. cap. 7, Leucargillion vocãt candidam argillam, qua in Megarico agro vtuntur.

LEVCOCHRYSOS, gemma, quæ fit Chryſolitho interalbicante. Plin. lib. 37. cap. 10.

LEVCOMA leucomatis, n. g. Album dicitur, hoc eſt, tabula illa in qua iudicum deſcripta erant nomina, & in qua ſingulorum annorũ acta literis mandabantur à Põtifice maximo.

LEVCONIVM, leuconii, Tomẽtum, ſiue xylinum. Le cotton ou bourre de quoy on empli quelque choſe. Martialis, Culcitra leuconio quàm viduata ſuo.

Leuconicum leuconici, Idem. Martialis, Accipe leuconicis vellera miſſa ſagis.

LEVCOPHAEVS leucophæi, Color natiuus ex albo & nigro nomen trahens. bazané, & enfumé. λευκὸν, album: φαίον medium inter album & nigrum, id eſt, fuſcum, & penè nigrũ. Plinius lib. 32. cap. 10, Iecur rubetæ vel cor adalligatur in pãno leucophæo, & quartanis prodeſt. Idem Plinius, lib. 32. cap. 5, Hoc & quartanas ſanari traditur, adalligato in pellicula agnigna recenti. Victruuius, Fontes & flumina ſunt, quorum potu pecora quãuis alba ſint, aliis locis procreant vellera leucophæa, aliis locis pulla, aliis locis coracino colore. Idem, In campis Troianis proxime flumen armenta rufa & pecora leucophæa naſcuntur.

LEVCOPHORVM leucophori, Glutinum auri. Plin. lib. 35. cap. 6.

LEVCOPVS leucopi, Dicitur natiuus color albus, vilis & vulgaris. Du gris. Hinc leucopeati, qui rudiori alba veſte ac vili & natiui coloris induti ſunt. Veſtu de gris. Martial. Amator ille triſtium lacernarum, & beticatus ſimul, atque leucopeatus.

LEVCOTHEA, leucotheæ, hoc eſt, aurora, quaſi alba dea. λευκὸν enim album ſignificat.

LEVIDENSA leuidenſæ, authore Seruio, genus veſtis ſic dictum quoniam fillo admodum raro & leuiter denſato ac texto ſit, pertenuique.
Leuidẽſe munuſculum, Vng don de petit pris, qui neſt pas de grãde valeur. Cic. Dolabellæ,

Velim ſic legas vt cauſſam tenuem & inopem, nec ſcriptione maximè dignam, ſed ego hoſpiti veteri, & amico munuſculum mittere volui leuidenſe craſſo filo, cuiuſmodi ipſius ſolent eſſe munera.

LEVIGO leuigas, leuigare, Cõ lanare, polire. Plin. lib. 13. cap. 12, Scabritia leuigatur dente, conchâve, ſed caducæ literæ pfiunt. Per æ ſcribendum. Vide LAEVIGO.

LEVIR, leuiris, m. g. dicitur mariti frater.

LEVIS & hoc leue, Legier, qui neſt nullement peſant. Virg. lib. xii, Corytique leues humeris, & letifer arcus.

Leuis homo, Inconſtans, vilis, & nullo honore dignus. Plaut. in Trinum. 17. 46, Metuo ſi id denegem quod me oras, ni te leuiorem erga me putes. Que ie ne tienne conte de toy.

Idem in Menæh. 11. 23, Quid ais homo leuior quàm pluma? Cic. de amicitia, 76, Leuium hominum atque fallacium &c.

Leuia hæc ſunt. Terent. in Hecyra, 3. 1. 12, Leuia ſunt hæc, quæ tu pergrauia eſſe in animũ induxti tuum. Ce ſont choſes legieres, de peu dimportance, Qui ne ſont point de grande conſequence.

Leui brachio aliquid agere, Id eſt indiligenter. Cic. Attico, lib. 4, Cõſules, qui illud leui brachio egiſſent, rem ad ſenatum detulerunt.

Leues cauſſæ. Terent. in Hecyra, 3. 4. 12, Olim quidem te cauſſæ impellebant leues. Peu de choſe te mouuoit.

Leuis gratia. Plaut. in Pœn. 12. 17, Verum ita ſunt omnes iſti noſtri diuites: vt ſi quid benefacias, leuior pluma eſt gratia. Ils nen ſceuent point de gre. Ils nen tiennent conte

Leuis labor. Plaut. in Rud. 5. 14, Labor leuior eſſet hic mihi eius opera. Ce labeur ne me greueroit pas tant, & ne me ſeroit pas ſi penible. Idem in Capt. 5. 2, Si id facietis, leuior labos erit, Vous naures pas tant de peine. Terent. in Heaut. 2. 4. 19, Nam dum abs te abſum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leues.

Leui ſententia mulieres. Terẽt. in Hecyra, 3. 2. 32, Itidem illæ mulieres ſunt fermè, vt pueri, leui ſententia, Changent incontinent de propos. Nont point de tenue.

Leuem reddere ſeruitutem. Plaut. in Capt. 5. 5. Nunc ſeruitus ſi euenit, ei vos morigerari mos bonus eſt, eámque herili imperio, ingeniis voſtris leuem reddere.

Leuis ſcriptura. Terent. in Prolog. Phorm. 5, Qui ita dictitant, quas antea fecit fabulas, tenui eſſe oratione & ſcriptura leui: quia nuſquam ſcripſit inſanum adoleſcentulum &c.

Leuia vina, Id eſt, tenuia. Petis vins, qui nont point grand force. Plinius, Ait leuiſſimũ vinum celerrimè inueterari.

Leuiculus leuiculi, m. g. diminutiuum. Cic. lib. 5. Tuſcul. Leuiculus ſanè noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ferentis mulierculæ, vt mos in Græcia eſt.

Leuitas leuitatis, Legierete.

Leuitas, Inconſtantia, vilitas. Cicero quum in Antonio genus quoddam ſordidiſſimum vitæ demõſtrare vellet, quòd in caupona deliteſceret, quòd ad veſperum potaret, quòd ore inuoluto iter faceret ne cognoſceretur, Videte (inquit) hominis leuitatem. tanquam prorſus iſta dedecora hoc vitio notarentur.

Leuiter, Legierement.

Leuiter attingere ſtudia. Paſſer par deſſus les eſtudes, Ne hanter guere les eſtudes. Suet. de claris grammat. 9, Functúſque militia, ſtudia repetit, quæ iam inde à puero non leuiter attigerat.

Leuiter bene velle alicui. Plaut. in Pœn. 9. 9, Et quanquam bene volumus leuiter lenonibus. Ia ſoit que nous ne voulons guere de bien &c.

Leuiſſimè læſus. Plin. epiſt. 116. lib. vi, Villa Camiliani, quam in Cãpania poſſides, eſt quidem vetuſtate vexata: ea tamen quæ ſunt pretioſiora, aut integra manent, aut leuiſſimè læſa ſunt. Sont bien peu gaſte.

Leuifidus leuifida leuifidũ, Qui leui fide eſt, A qui il ne faict pas bon ſe fier de quelque choſe que ce ſoit. Plaut. in Perſa, 6. 63.

Leuo leuas leuare, In altum tollere, veluti leue quiddam. Leuer en hault. Liuius, Mox aqua leuata ventó, cum ſuper gelida montium cacumina concreta eſſet.

Leuare, Auferre. Virg. Atque arcta leuari Vincla iubet Priamus.

Leuare aliquem onere, Le deſcharger. Virg. Ego hoc te faſce leuabo. Cic. de ſenect. 2, Hoc enim onere, quod mihi tecum commune eſt, aut iam vrgentis, aut certe aduentantis ſene-

ctutis,& te,& meipſum leuari volo. Ie veulx eſtre deſcharge de ceſte charge.

Leuare laborem alicui, Diminuer le labeur & traueil daucun,le mettre hors de peine. Virg. Noſtrúmque leues quacunque laborẽ. Seruius, Leues,leuem facias. Plaut. in Rud. 6.22, Amplectere ſpes mea: vt me omnium iam laborum leuas ! Que tu me mes en grãd ſoulas! Que tu me mes hors dune grande peine!

Leuare morbum alicui, Le mettre hors de peine,& de fantaſie. Plaut. in Milite, 18.56. Leuandum morbum mulieri video. M. vidén' vt tremit, atque extimuit poſtquam te aſpexit! Il la fault mettre hors de ceſte paour et crainte.

Leuare paupertatem alicuius: Suruenir a aucun, luy aider. Plaut. in Epid. 11.28, Virgini pauperculæ, tuæque matri me leuare paupertatem.

Leuare ſumptum. Terent. in Heaut. 4.4.24, Sperabit ſumptum ſibi ſenex leuatum eſſe harum abitu. Il penſera ne deſpendre point tant.

Leuare animum exercitatione, Se recreer a quelque ieu. Cic. de ſenect. 32, Et corpora quidẽ defatigatione,& exercitatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur.

Leuare amicitias remiſſione vſus: Se ſoubtraire de lamitie. Cic. de amicitia, 65, Erumpũt ſæpe vitia amicorũ, tum in ipſos amicos, tum in alienos: quorum tamen ad amicos redundet infamia: tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione vſus leuandæ:& vt Catonem dicere audiui, diſſuendæ magis, quàm diſcindendæ ſunt.

Leuare aliquem opinione ſiniſtra. Cic. de amicitia, 63, Sũt enim quidam qui moleſtas amicitias faciunt, quum ipſi ſe contemni putant. quod non ferè contingit niſi his, qui etiam cõtemnendos ſe arbitrantur: qui hac opinione non modo verbis, ſed etiã opere leuãdi ſunt. Il les fault mettre hors de ceſte opinion: faire tant enuers eulx par faicts & par dicts quils nayent plus ceſte eſtime.

LEX legis, f. g. Loy. Cicero lib. 1. de legibus ſic definit legem , Lex eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibétque contraria. Eadem ratio cum eſt in hominis mente confirmata & confecta, eſt lex. Itaque arbitrantur prudentiam eſſe legem, cuius ea vis ſit vt recte facere iubeat, vetet delinquere, eámque rem illi Græco putant nomine ſuum cuique tribuendo appellatam, ego verò à deligendo. Nam vt illi æquitatis, ſic nos delectus vim in lege ponimus,& proprium tamen vtrunque legis eſt . Quod ſi ita recte dicitur, vt mihi plerunque videri ſolet, à lege ducendum eſt iuris exordium. Ea eſt enim naturæ vis, ea mens ratióque prudentis, ea iuris atque iniuriæ regula . Sed quoniam in populari ratione omnis noſtra verſatur oratio, populariter interdum loqui neceſſe erit , & appellare eã legem quæ ſcripto ſancit quod vult, aut iubendo, aut vetando, vt vulgus appellarit.

Legum ferendarum morem deſcribit Cicero in oratione pro Flacco, O morem(inquit)præclarum, diſciplinámque quam à maioribus accepimus, ſi quidem teneremus: ſed neſcio quo modo iam de manibus elabitur: Nullã enim illi noſtri ſapientiſſimi & ſanctiſſimi viri vim concionis eſſe voluerũt. Quæ ſciſceret plæbs, aut quæ populus iuberet, ſummota cõcione, diſtributis partibus tributim & cẽturiatim, deſcriptis ordinibus, claſſibus, ætatibus: auditis authoribus, re per multos dies promulgata & cognita: iuberi vetaríque voluerũt. Variæ leges erant.

Lege Pompeia cautum eſt: Il eſt deffendu par la loy de Pompee. Plin. epiſt. 300, Cautum eſt domine Pompeia lege, quæ Bithynis data eſt, ne quis capiat magiſtratum &c.

Lege aliquid petere. Plaut. in Trin. 17.22, Et theſaurum tuũ me eſſe penes, atque eum à me lege populi patrium poſceret.

Lege agere, pro eo accipitur, quod vulgo dicimus facere demandam, Faire ſa demande en iuſtice. Plaut. in Aulul. 13.9, Lege agito mecum, moleſtus ne ſis,& cœnam coque. Terent. in Phor. Vna iniuria eſt tecum. D. lege agito ergo. P. altera eſt tecum Chreme. D. rape hunc. Lege agere dixit, pro bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas petere, vel ex teſtamento agere. Fais moy citer, ou adiourner. Cic. in Verrem, Quis vnquam iſto prætore chelone inuita lege agere potuit? Id eſt, iure legib⁹ cõſtituto certare. Soy deffendre par les loix en iuſtice. Erãt enim certis legibus iudicia conſtituta.

Lege agere, pro vinctos virgis cædere,& deinde ſecuri ferire exequendo, ſcilicet ſententiam quam iudex tulit, Quod vulgo dicimus expletare, id eſt implere, expleréque iuſſum iudicis & vltra progredi, hoc eſt, non intercedere interceſſioni. Liuius de Cãpanis loquẽs, Fuluius acceptas literas, neque reſolutas, cũ in gremio repoſuiſſet, præconi imperauit, vt licto rẽ lege agere iuberet. Id eſt, vt ex officio ſuo ageret,& ſentẽtiã in dãnatos exequeretur.

Valerius lib.3, Deligatis ad palum hoſtibus literas patribus conſcriptis nequicquam Capuanis ſalutares accepit. In ſiniſtra enim manu ſicut erant traditæ, repoſuit, ac iuſſo lictore lege agere, tunc demum aperuit, poſtquam illis obtemperari non poterat.

Huic leges cogunt nubere hanc. Terent. in Adel. 4.5.18.

Lege hac: Par telle cõdition. Plau. in Aſin. 5.14, Semper tibi promiſſum habeto hac lege, dũ ſuperes datis. Pourueu que &c. Idẽ in Epid. 10.35, Eſtne empta mihi hæc? iſtis legibus habeas licet. Terent. in And. 1.2.28, Verberibus cæſum te in piſtrinũ Daue dedam, vſque ad necem, ea lege, atque omine, vt ſi te inde exemerim, ego pro te molam. Idem in Heaut. 5.5.10, Ea lege hoc adeò faciam, ſi faciat quod ego hunc æquum cenſeo. Idem in Eunucho, 1.2.22, Verùm heus tu lege hac tibi meam aſtringo fidem: quæ vera audiui, taceo, & contineo optimé: ſi falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuo palàm eſt.

Leges pellege. Plaut. in Aſin. 13.2, Agedum iſtum oſtende, quem conſcripſti, ſyngraphũ inter me, & amicam, & lenam. leges pellege.

Legibus ſoluere, Id eſt quod nunc diſpenſare vocamus. Liuius lib. x, ab vrb. cond. Fabius legem recitari iuſſit, qua intra decem annos eundem conſulem refici non liceret. Vix præ ſtrepitu audita lex eſt, tribuníque plæbis nihil id impedimento futurum aiebant, ſe ad populum laturos vt legibus ſolueretur. Idem lib. 9. de bel. Maced. Pars tribunorum pl. negare rationem habendam eſſe, quòd duos ſimul vnus magiſtratus præſertim curules neque capere poſſet, neque gerere. pars legibus ſolui eum cenſẽre.

Solui legibus, Id eſt, non teneri. Cic. Philipp. x1, Ille homo ſummo ingenio, ſumma potentia, qui ex ædilitate conſulatum petit, ſoluatur legibus, quanuis leges eum nõ tenent. Verba ſunt ironica, ſignificantia hominem perditiſſimum & exlegem.

Legiſlator legiſlatoris, Qui legem tulit. qui & legifer dicitur, qualis apud Athenienſes Solon.

Legiſlatio, legiſlationis, f. g.

Legirupa legirupæ, m. g, Qui legem rumpit & violat. Plaut. in Pſeud. 15.19.

Legirupio legirupionis, Idem. Plaut. in Rud. 18.4.

Leguleius leguleii, Qui legum ſtudia ſectatur, ſeu verſatur in legibus. Cic. Ita & tibi iuriſconſultus per ſe nil niſi leguleius quidam cautus, & acutus præco actionum, cautor formularũ, auceps ſyllabarum.

Legitimus legitima legitimum, AEquum, iuſtum, conueniens, & ſecundum legem.

Legitimi dies dicebantur, quas nunc dilationes ordinarias dicimus: Qui legitimi erant accuſatori ad accuſandum, & defenſori ad reſpondendum. Delay.

Legitimas horas accipit Cicero pro legitimis diebus. In Verrem, act. ſecunda, Menſes mihi tres cũ eripuiſſetis ad agendum maximè appoſitos, reliquum omne tempus huius anni me vobis remiſſurum putaſtis, vt cum horis noſtris nos eſſemus vſi, tu binis ludis interpoſitis, quadrageſimo pòſt die reſponderes. Horas ſuas vocat (inquit Aſconius) viginti dies qui accuſatori dabantur ad accuſandum legitimi, totidémque defenſori. Idem, Hic tu fortaſſe eris diligens, ne quã ego horam de meis legitimis horis remittam. Horis (inquit idem Aſconius) mire dixit, cum ſint dies, vt oſtenderet nimiam diligentiam.

L I

LIBADION, herbæ genus de qua Plinius lib. 25. cap. 6, Et alterum centaurion cognomine lepton minutis foliis, quod aliqui libadion vocant, quoniam ſecundum fontes naſcitur, origano ſimile, anguſtioribus & longioribus foliis, anguloſo caule paululum alto fruticanti flore lychnidis, radice tenui & ſuperuacua, ſucco efficax.

LABANOCHNES, gemma, quæ thuris ſimilitudinem oſtendit, ſed ad ſuccum mellis. Plin. lib. 36. cap. 10. Quo loco legitur libanochros.

LIBANOTIS huius libanotis, f. g. berba, odorem thuris reddens. Plin. lib. 19. cap. 12, Libanotis locis putridis & macris ac roſcidis feritur ſemine. Radicem habet oluſatri, nihil à thure differẽtem. Vſus eius poſt annum ſtomacho ſaluberrimus. Quidam eam nomine alio roſmarinum appellant.

LIBER libera liberum, Qui nullius habito reſpectu, quod ſentit dicit & facit.

Libera vti lingua, Parler & quaquetter a plaiſir, iaſer a puiſſance. Plaut. in Ciſtell. 3.9, Quia quum adeò me compleui flore Liberi, magis libera vti lingua collubitum eſt.

Libero corde fabulari, Deuiſer franchement, ſans crainte daucun. Plaut. in Epid. 3.43, Facilè tu iſtuc ſine periculo & cura corde libero fabulare Ioui.

Liber, Qui nulli ſubiectus eſt. cuius relatiuũ eſt ſeruus. Qui eſt frãc. Plaut. in Menæch. 22.39,

Mea quidem hercle cauſſa liber eſto, atque abito quò voles.

Liberæ ædes. Plaut. in Milite, 10.83, Liberæ ſunt ædes: liber ſum autem ego, me vti volo libere. Elles ne ſont ſoubiettes, ou elles ne doibuent, ou ie ne doibs rien a perſonne pour icelles.

Liber locus. Plautus in Caſina, 12.5, Liberi loci poteſtas ne ſit vetulis veruecibus. Et paulò pòſt, Meus vicinus meo qui viro liberum præbet locum. Vng lieu ou quel il puiſſe faire ce quil veult ſans crainte daucun.

Liber à legibus, Qui neſt point tenu ne ſoubiect aux loix. Plaut. in Truc. 14.24, Ambitio iã more ſancta eſt, libera eſt à legibus.

Liber eſt harum rerum, Il eſt liberal en ces affaires, ou de ces choſes. Plaut. in Amph. 3.105, Nam ego vos nouiſſe credo iam, vt ſit pater meus, quàm liber harum rerum multarũ ſiet. Il nen faict que le cerf.

Liberum eſt mihi. Plin. epiſt. 8.b, Erit enim & poſt emendationem liberum nobis vel publicare, vel continere. Il ſera en nous de le publier, ou non.

Liber, Quod eminet, & extat. Varro Eumenid. Iterum tragici prodeant cum capite libero, cum antiqua fronte.

Liber, Magnus ſeu validus. Ouid. Perfruor infœlix liberiore malo. Vnde campus liberior, dicitur maior ad dicendum ratio.

Liberè, aduerbium, Franchement, ſans ſoubiection. Plaut. in Bacchid 23.14, An non vides vt ſolæ liberè craſſentur? La ou elles veulent, ſans que aucun les deſtourne.

Libere educari. Terent. in And. 5.4.8, Tũne hic homines adoleſcentulos, imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis?

Libere dare conſilium. Cicero de Amicitia, 41, Conſilium verum dare gaudeamus liberé. Sans crainte.

Libere dicere, Dire franchemẽt ſans crainte. Cic. pro Cn. Plancio, Equitum ego Romanorũ in homines nobiliſſimos maledicta, publicanorũ in Q. Scæuolã virum omnibus ingenio, iuſtitia, integritate præſtantem, aſpere, & ferociter, & liberè dicta commemorem?

Libere loqui, Dire franchement ce que on veult, ſans crainte. Plaut. in Truc. 5.2, Nunc quidem meo arbitratu loquar liberè quæ volam, & quæ lubebit huic hominem amanti.

Libere viuere, Viure a ſon plaiſir, faire ce que on veult. Terent. in And. 1.1.25, Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia, liberius viuendi fuit poteſtas.

Libertas libertatis, Liberté, franchiſe. Et opponitur ſeruituti.

Libertas à iuriſconſultis ita definitur, Eſt liberalis facultas eius quod cuique facere libet, niſi quod vi, aut iure prohibetur.

Liberalis & hoc liberale, Liberal. Beneficus, munificus.

Liberali cauſſa, manu aſſerere. Plau. in Pœnulo, 16.4, Si frugi eſſe vis, eas liberali iam aſſeres cauſſa manu. Terent. in Adelphis, 2.1.40, Nam ego illam liberali aſſero cauſſa manu. Plaut. in Curc. Memento promiſiſſe te, ſi quiſquam hãc liberali cauſſa manu aſſereret, mihi argentum omne redditum iri. Donatus, Ordo eſt, Ego liberali cauſſa, manu aſſero. Et ſunt iuris verba, à quibus etiam aſſertores dicuntur vindices alienæ libertatis. nã & cauſſa ipſa, liberalis dicitur, quæ actionem in ſe continet libertatis.

Liberale coniugium. Terent. in And. 3.3.30, Spero conſuetudine, & coniugio liberali deuinctum Chreme, dehinc facile ex illis ſeſe emerſurum malis.

Liberalis forma. Plaut. in Milite, 13.19, Lepida & liberali forma eſt. Idem in Epid. 2.41, Quia forma lepida, & liberali captiuã adoleſcentulam de præda mercatus eſt. Terent. in And. 1.1.96, Et quia erat forma præter cæteras honeſta ac liberali, accedo ad pediſequas.

Liberalis facies. Terent. in Eunucho, 3.2.20, Hem eunuchum tibi, quàm liberali facie, quàm ætate integra.

Liberales ioci. Plin. in Paneg. 80, Sed benigna inuitatio, & liberales ioci, & ſtudiorũ honor.

Liberale ingenium. Terent. in Adelph. 4.5.50, Credo hercle: nam ingenium noui tuum liberale. Ton franc courage.

Liberales artes dicuntur, quæ ingenio coluntur, & propterea dignæ ſunt liberis hominibus. Plinius lib. 14, Peſſum iêre vitæ pretia: omneſque à maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidêre, ac ſeruitute ſola profici cœptum. Cicero in primo de Oratore, ingenuas appellat.

Liberalitas, liberalitatis, Liberalite. Cic. de Amicitia, 10, Quid dicam de moribus facillimis, de pietate in matrem, liberalitate in ſorores, bonitate in ſuos, iuſtitia in omnes?

Liberaliter, aduerbium, Liberalement, ou franchement. Terent. in Andria, 1.1.11, Propterea quòd ſeruiebas liberaliter. Franchement, & point a regret.

Libertus liberti, Is eſt, qui cum eſſet ſeruus, factus eſt liber. Vlpianus eũ eſſe libertum definit, quem quis ſeruitute ad ciuitatem Romanam perduxit. Plaut. in Aſin. 12.100, Magis decorum eſt libertum potius, quàm patronum onus in via portare.

Libertinus libertina libertinum, Qui iuſta ſeruitute manumiſſus eſt. Et habet correlatiuũ Ingenuus. Plaut. in Milite, 10.188, Ingenuam, an libertinam? Libertus conditionem ſignificat: nec poteſt deſinere eſſe libertus. Qui eſt ne de parens ſerfs.

Libertinus, Qui ex liberto creatus eſt. Suet. in Claud. Ignarus temporibus Appii, & deinceps aliquãdiu libertinos dictos, nõ ipſos qui manumitterẽtur, ſed ingenuos ex his procreatos.

Libero liberas, liberare, Manumittere, Dare libertatem alicui.

Liberare, Deliurer. Liberare à. Cic. Nihil antiquius fuit, quàm vt te à ſceleratorum hominũ calumniis liberarem.

Liberatus ſum Daue hodie tua opera. Ie ſuis eſchappé par ton moyẽ. Terẽt. in And. 2.2.33.

Liberare aliquem metu. Terent. in And. 2.2.14, Obſecro te, quamprimũ hoc me libera miſerum metu. Plin. epiſt. 242, Nicomediam venit, méque longæ expectationis ſolicitudine liberauit.

Liberare fidem alicuius, Faire ce que aucũ a promis pour nous. Plin. epiſt. 106, Libera tandẽ hendecaſyllaborum meorum fidem, qui ſcripta tua communibus amicis ſpoponderunt.

LIBER libri, ſubſtantiuum, Pars corticis interior, quæ ligno adhæret.

Liber, In quo ſcribimus: quia ante vſum chartæ, de libris & corticibus arborum volumina compaginabantur. Vng liure.

Liber, Ipſum opus integrum. Cic. Attico lib. 4, De libris oratoriis factum eſt à me diligenter, diu, multúmque in manibus fuerunt, deſcribas licet. Plin. epiſt. 20.c, Poſtea reciſa, ac purgata, in vnum librum, grandem quidem, vnum tamen coartaſſe.

Liber, pro certa parte operis. vt Virgilii AEneis in duodecim libros diſtincta eſt.

Librum edidit, nõ eſſe. Suet. in Iulio Cæſare, Quorum Caius Oppius, quaſi planè defenſione ac patrocinio res egeret, librum edidit, non eſſe Cæſaris filium, quem Cleopatra dicat.

Liber ſubtilis & diligẽs. Plin. epiſt. 100.a, lib. v, Iam tres libros abſoluerat ſubtiles, & diligẽtes, & latinos, atque inter ſermonem, hiſtoriámque medios.

Libellus libelli, maſ. gen. Vng petit liure. Vng liuret. Cic. academ. quæſt. lib. 4, Ad verbum diſcendus libellus.

Libellus dicitur quem vulgus ſupplicationem appellat. Vne requeſte. Suet. in Auguſto, Promiſcuis ſalutationibus admittebat & plæbem, tanta comitate adueniẽtium deſideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quòd ſic libellum porrigere dubitaret, quaſi elephãto ſtipem. Idem in Domitiano, Stephanus profeſſus conſpirationis indicium, & ob hoc admiſſus, legenti traditum à ſe libellum, & attonito ſuffodit inguina.

Libellos ſignare vel ſubnotare. Suet. in Auguſto, In diplomatibus, libelliſque, & epiſtolis ſignandis, initio ſphinge vſus eſt, mox imagine magni Alexandri. Id eſt, vt nunc dicimus, in reſpondendis requeſtis. Plinius epiſt. 10.c, Sedeo pro tribunali: ſubnoto libellos, conficio tabulas.

Libelli ſupplices, Requeſtes. Martialis, Idem ſupplicibus vacat libellis.

A libellis, dicti miniſtri, qui principi in hoc negotio ſubſeruiunt, Maiſtres des requeſtes. Suet. Epaphroditum à libellis capitali pœna condemnauit. Lampridius in Alexãdro, Poſtmeridianis horis ſubſcriptioni & lectioni epiſtolarũ ſemper dedit operam, ita vt ab epiſtolis, à libellis, & à memoria ſemper aſſiſterent.

Libellos agere. In lege Reſcriptum, infra de diſtract. pignorum, Reſcriptum eſt ab imperatore libellos agente Papiniano. Id eſt, Libellis apud imperatorem præfecto.

Libellus memorialis, Scriptum memoriæ cauſſa paratum. Suet. in Iulio Cæſare, cap. 56, Epiſtolæ quoque eius ad ſenatum extant, quas primum videtur ad paginas & formam memorialis libelli conuertiſſe.

Libellus, Vne citation. Plaut. in Curc. 4.6, Vbi tu es qui me libello Venerio citaſti? ecce me: ſiſto: ades contrá.

Libellio libellionis, m. g. à veteribus dicebatur, quem tabellionem vocamus. Varro, Tũ ad me

ferunt quòd libellionem esse sciebant.

Librarius librarii, m.g. Qui libros transcribit. Vng escriuain. Cic. pro lege Agraria, Aliquãdo tandem me designato lex in publicum proponitur: concurrunt iussu meo plures vno tempore librarii, descriptam legem ad me afferunt. Idem ad Q. Fratrẽ, Cum à me literas librarii manu acceperis, ne paulum otii me habuisse iudicato. Librarios possumus appellare eos quos nunc impressores vocamus, qui suis typis librum vnum in varia transfundunt exemplaria: quique vno die tantum excudunt, quantum quadringenti librarii possent scribere.

Librariolus, diminutiuũ, per contemptũ dictũ, quasi tu gallicè diceres, Vng librairеau. Cic. pro L. Corn. Balbo, Igitur quisquã Cn. Pompeiũ ignorasse dicere audebit, quod mediocres homines, quod nullo vsu, nullo studio militari præditi, quod librarioli denique scire profiteãtur?

Librarius libraria librariũ, Quod ad libros pertinet. Plin. lib. xxxv, Omne autem atramentum sole perficitur, librarium & tectorium glutino admisto.

Libraria librariæ, f.g. Vne librairie, vbi reponuntur libri. Græce bibliotheca. Gellius, In libraria ego & L. Paulus consederamus.

Libraria taberna. Cic. Philipp. 2, Quid nam homines putarent, si tum occisus esset, cum tu illum in foro spectante pop. Romano, gladio stricto insequutus es? negotiúmque trãsegisses, nisi ille se sub scallas tabernæ librariæ coniecisset?

LIBET, libuit, Id est, Placet, Il plaist. A labẽdo, vt Varro inquit, quòd quæ placent, in mente prolabantur. Plaut. in Pseud. 5.113, Cur id ausus facere? B. libuit: mea fuit. Il me plaisoit ainsi, pour mon plaisir. Terent. in Eunucho, 4.7.26, Quid cum illo agas? THR. & cum eo clàm subduxti te mihi? THA. libuit. Ie lay ainsi voulu, Cestoit mon plaisir.

Libitum est. Plaut. in Asin. 3.98, Si quid te volam, vbi eris? L. vbicunque libitum erit animo meo. La ou mon plaisir me menera. Terent. in Adelph. 5.1.4, Sed postquam intus sum omnium rerum satur, prodeambulare huc libitũ est. Ceſt mon plaisir, ie prẽs mon plaisir.

Libuissent, eodem modo dictum quo apud Terentiũ, Non te hæc pudent? Suet. in Iulio Cæsare, cap. xx, Cætera item quæ cuique libuissent, dilargitus est, cõtradicẽte nullo: ac, si conaretur quis, absterrito.

Libens libentis. omnis gen. Volens, facilis.

Libens pro libenter, Voulentiers. Terent. in And. 2.1.38, Fugin' hinc? B. ego verò, ac lubens.

Libentia libentiæ, Voluptas, gratia. Macrobius, Cui libentiæ gratiæque omnes conuiuiorum incognitæ.

Libenter, aduerbium, Voulentiers.

Libenter viuis. Terent. in Eunucho, 5.9.44, Cogita modo, tu hercle cum illa Phædria, & libenter viuis, & enim bene libenter victitas. Donatus, Id est, bonorum ciborum edax es. Tu mange voulentiers des bons morceaux. Tu fais voulentiers bonne chiere.

Libido libidinis, f.g, est (authore Donato) quælibet voluntas temerè susceptа. Vng fol, & sot vouloir. Cic. Tusc. lib. 4, Volũtas est quæ quid cum ratione desyderat: quæ autem aduersus rationem incitata est vehemẽtius, ea libido est, vel cupiditas effrænata, quæ in omnibus stultis inuenitur. Plaut. in Epidico, 2.85, Nequam homo es Epidice, cui libido est male loqui.

Terent. in Hecyra, 2.2.3, Ego tamen patrio animo victus, faciam vt tibi concedam: neque tuæ libidini aduersabor. Idem in Heaut. 2.1.4, Ex sua libidine moderantur, quæ nunc est, nõ quæ olim fuit. A leur plaisir & fantaisie, cõme il leur vient en la fantasie, ce leur est tout vng. Cic. de prouinciis consul. Lateant libidines eius illæ tenebricosæ, quas frõte & supercilio, non pudore & temperantia contegebat.

Libido, Voluntas hominis incerti ac leuis. Terent. in Phorm. 4.5.4, At matura, dum libido eadem hæc manet.

Libido, in bonam partem acceptum. Sallust. in Catil. Magisque in decoris armis, & militaribus equis, quàm in scortis & conuiuiis libidinem habebant. Idem ad Cæsarem, Quòd si tibi bona libido fuerit patriæ, & parentibus gratificandi &c.

Libidinosus libidinosa, libidinosum, Qui in libidinẽ propensus est, Soubiect a faire son plaisir. Cic. in Catone, Libidinosa enim & intemperans adolescentia, effœtũ corpus tradit senectuti.

Libidinosè, aduerbium, Appetenter, Dung grand plaisir. Sallustius, Pòst vbi paulatim licẽtia creuit, iuxta bonos & malos libidinosè interficere.

LIBITINA libitinæ, Dea est, quam alii Proserpinam alii Venerem dicunt, in cuius tẽplo vendebantur & locabãtur ea quæ ad sepulturam pertinent, vt docet Plutarchus in problematis. A libendo Libitina dicta, vt inquit Varro.

Libitina, Ipſa exequiarum expenſa. Suet. in Nerone, Qui xxx funerum milia in ratione libitinæ venerunt. Liuius lib. xl, In vrbe tãta fuit peſtilentia, vt vix tunc libitina ſufficeret. Ad ſuppeditanda ſcilicet funeribus neceſſaria. Vel, operæ libitinariorum.

Libitina, Ipſa ſepeliendi ars, ſeu vendendi ea quæ ad ſepulturam pertinent. Valerius Max. Qui tunc libitinam exercebant, tum rerum ſuarum vſum, tum miniſterium ſuum gratuitum polliciti ſunt.

Libitina, pro morte, ſeu pro lecto in quo mortui ferebantur, quandoque capitur: quoniam in æde Libitinæ pararentur neceſſaria ad funebrem apparatum. Horat. lib. Carm. Multáque pars mei vitabit libitinam.

Libitinarius libitinarii, Qui libitinæ præeſt, & actione libitinariã exercet quæſtui inſeruiens, & qui neceſſaria funeribus venditat. ſeu qui conducit funera, aut qui curam ſepeliendorum cadauerum habet. Vlp. de inſtit. act. Si libitinarius ſeruum polinctorem habuerit, iſque mortuũ ſpoliauerit, dandam in eum quaſi inſtitoriam actionem. Ex quibus verbis patet, libitinarium eſſe curatorem funeris.

LIBO libas, libare, Eſt leniter deguſtare, & quaſi primis labris attingere. Goutter. Dictum vt quidã putant, à labiis, quaſi labiare. Virg. Purpureóſque metunt flores, & flumina libant.

Libare, per metaphorã leuiter tangere ſignificat. Virg. Oſcula libauit natę, dehinc talia fatur.

Libare, Sacrificare. Virg. Et pateras libate Ioui. Tibullus, Et quodcũque mihi pomum nouus educat annus, Libatum agricolæ ponitur ante deum.

Libare, Sumere, recipere. Cic. lib. 4. ad Heren. Vide ne facias imprudenter, qui tuo nomine velis ex aliorum laboribus libare laudem.

Libum libi, n. g. Genus dulciarii cibi ex farre, & melle, & oleo: ſic dictum, quòd libandi cauſſa fiat. Virg. lib. 7, Et adorea liba per herbam Subiiciunt epulis. Vel à verbo græco λείβω. Vel à Libero patre. Ouidius in Ibin, Liba deo fiunt, ſuccis quia dulcibus ille Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt. Idem, Melle pater fruitur, libóque infuſa calenti: Iure repertori candida mella damus. Cato de re ruſtica, Libum ſic facito: Caſeum bene diſtere in mortario. vbi bene triueris, farinæ ſiligineæ libram: aut ſi voles tenerius eſſe, ſelibram ſimilaginis ſolum eodem indito, & permiſceto vnà bene. Inde panem facito, folia ſubdito, in foco calido ſub teſta ea coquito leniter.

Libamen, libaminis, Libamentum libamenti, & Libatio libationis, pro eodem ſumuntur: ſignificántque quicquid in ſacris libatur. A Libero patre, qui primus Ioui libauit. Ouid. lib. 3, Faſt. Nomine ab authoris ducunt libamina nomen.

LIBRA libræ, quæ & as, & mina ſeu mna & põdo dicitur, duodecim cõſtat vnciis. Vne liure.

Libra, Inſtrumentum quo res ponderantur, cum lancibus. Alio nomine bilancem vocant. Cic Critolaus libram cõſtituebat: in cuius alteram lancem, animi bona ponebat: in alterã, corporis externa: tãtúmque pendere illam animi bonorum lancem putabat, vt terram & maria deprimeret. Vne balance. Plin. epiſt. 186, Iã illa quanta probitas in ore, quanta in ſermone cunctatio, quàm pari libra grauitas, comitáſque.

Libella libellæ, diminutiuũ. Nũmulus argenteus, qui & as dicitur, Vng tournois. Cic. in Verrẽ, act. 3, Ecquis Volcatio, ſi ſua ſponte veniſſet: vnã libellam dediſſet. Libellam pro aſſe poſuit: ex eo dictam quòd libra æris valebat, id eſt aſſe. Cum autem minimam pecuniolã ſignificare volebant, aſſem & libellam dicebant. Idem pro Roſcio Comœdo, de pœna plus petentium loquens, Si petierit ſeſtert. LIII. hic: niſi planum facit ſeſtert. LIII. ad libellam ſibi deberi, cauſſam perdit. Id eſt, ſi minimo quidem nummo minus debitum fuit: ex formula plus petitionis, cauſſa cadit. Plaut. in Pſeud. 9. 36, Tibi libellã argenti nunquam credam, dũ inſtrenuas. Idem in Caſina, 7. 8. Vna libella liber poſſum ego fieri. Idem in Capt. 16. 25, At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.

Librarius libraria librarium, Appartenant a vne liure, ou vne balance. Columella lib. vltimo, Caro in libraria fruſta conciditur.

Librile librilis, n. g. Scapus libræ, inquit Feſtus.

Libralis & hoc librale, Quod eſt vnius libræ, Peſant vne liure. Vegetius ſcribit manu ſola omnes milites meditatos libralia ſaxa: qui vſus paratior credebatur, quia nõ deſyderabat fundã.

Libripens, libripendis, m. g. A pendendo ſecundum Priſcianum. Dicitur militum ſtipendiorũ, hoc eſt ſtipis ponderãdæ penſator. Qua conſuetudine in iis emptionibus quæ mancipii ſunt, etiam nunc libra interponitur. Hæc Plinius lib. 33. cap. 3. Bœtius Cõmentar. ,3, Mancipatio imaginaria quædam eſt: quod ipſum ius proprium eſt ciuium Romanorum. Ea res ita

agitur. adhibitis non minus quàm quinque teſtibus ciuibus Romanis puberibus, & eo qui libripens dicitur, is qui mãcipium accipit, æs tenens ita dicit, Hunc ego hominẽ ex iure Quiritium meum eſſe aio, iſque mihi emptus eſt hoc ære, æneáque libra. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei à quo mancipium accipit, quaſi pretii loco.

Libro libras, librare, Ponderare, trutinare, æſtimare, & examinare. Peſer a vne balance. Apul. Omnia prius, quàm aliquid ſtatuas, libranda ſunt.

Librare, Graue facere. Plin. Apes, ſi oriatur procella, apprehenſis pedulculo lapillis ſe librãt. Id eſt, grauiores faciunt.

Librare, Suſpendere, & leuiter ſua vi ſuſtinere. Ouidius, Et iam finitima corpus librabat in herba.

Librare, AEquare. Columella lib. 4, Sic permenſum & libratum opus in ſimilitudinem veracti ſemper procedit.

Librare tela, Ietter dars. Plin. in Paneg. 23, Nihil à cæteris, niſi robore ac præſtantia differẽs, cum libero Marte, nunc cominus tela librares, nunc vibrata ſuſciperes.

Librator libratoris, m. g. Qui peritiam habet librandi aquam ad libellam. Vulgo nunc libellator dicitur. Plin. epiſt. 258, Supereſt vt tu libratorem vel architectum, ſi tibi videbitur, mittas, qui diligenter exploret ſitne lacus altior mari, quem artifices regionis huius quadraginta cubitis altiorem eſſe contendunt. Idem epiſt. 282, Verum & hæc, & alia multa ſagacius cõquiret, explorabitque librator, quem planè domine debes mittere vt polliceris.

Librator, Qui lapides emittit in bello. Tacitus, Libratoribus, funditoribúſq; attributus locus, vnde eminus lapides & glandes torquerent.

Libramentum libramenti, AEquamentũ. Columella lib. 1, Nam eiuſmodi poſitio mediũ libramentum temperamentúmque verborũ hyemalium & æſtiuorũ tenet. Plin. epiſt. 95. b, An neſcio quod libramentum abditum & cæcũ, quod cum exinanîtũ eſt, ſuſcitat, & elicit fontẽ.

Librilla, aliâs libella, inſtrumenta bellica, authore Feſto, ſaxa ſcilicet ad brachii groſſitudinẽ in modum flagellorum loris reuincta: quòd librari manu, id eſt, ponderari videantur.

LIBVRNVM liburni, & Liburna liburnæ, & Liburnica liburnicæ, Genus nauis bellicæ velociſſimæ, à Liburnis populis in Illyrico, qui olim nauibus velócibus vſi, Ioniũ mare, inſuláſque prædabantur. Qua ex cauſſa Romani naues leuitate, celeritatéque præſtantes appellauêre liburnicas, vt refert Appianus. Horat. in Epodis, Ibis liburnis ſuper alta nauium amice propugnacula. Suet. in Aug. Vtrobique parte liburnicarũ demerſa, ſimúlque eius qui vehebatur, qui fuſis armamentis, & gubernaculo diffracto. Lucanus, Ordine contentæ gemino creuiſſe liburno. Plinius epiſt. 102. b, Iubet liburnicam aptari: mihi, ſi venire vnà vellem, facit copiam.

LICEO lices, licui, ſupinum habet ab imperſonali licitũ eſt. Licêre, Appretiari in auctione. Eſtre mis a pris de plus hault en plus hault, cõme quant on vent les biens daucun au plus offrant. Plaut. in Menæh. 24. 99, Die ſeptimo auctio fiet. MES. Menæhme? MEN. mane ſane vænibunt ſerui, ſupellex, fundi, ædes, omnia vænibunt, quiqui licebunt præſenti pecunia. Horatius contra Leuinũ Valerii genus vnde Superbus Tarquinius regno pulſus fuit, Vnius aſſis non vnquam pretio pluris licuiſſe. Martialis, Paruo cum pretio diu liceret.

LICEOR liceris, licitus ſum, liceri, Deferre pretiũ, Mettre enchiere a quelque marchandiſe. Plaut. in Sticho, 4. 68, Iocos ridículos vendo, agite licemini. Or auant, a qui en baillera le plus. Cic. in Verrem, act. V, Herbitenſes cum viderent, ſi ad AEſchrionẽ pretium rediſſet, ſe ad arbitrium libidinoſiſſimæ mulieris ſpoliatũ iri: liciti ſunt vſque eo quoad efficere poſſe arbitrabantur. Perſius, Et centũ Græcos curto centuſſe licetur. Abſolute aliquando ponitur: aliquando accuſatiuo iungitur, adiecto pretio vel in ablatiuo, vel in genitiuo. Vt in his exemplis videre eſt. Vlpianus, Si res eius vænierit, & exiſtat qui plus liceatur &c.

Licitor licitaris, licitari, Frequentatiuum eſt, Mettre lenchiere a quelque marchandiſe. Vt fit in auctione publica: Quãt on vent au plus offrant. Plin. lib. 3, Ariſtidis Thebani pictoris vnam tabulam centũ talentis rex Attalus licitatus eſt. Cic. pro A. Cecinna, Ebutio negotium datur. adeſt ad tabulam. licetur Ebutius. deterrentur emptores multi. Idem in Verrẽ, act. V, Appoſitus erat Vænuleius quidam, qui emeret. is liceri non deſtitit: illi, quoad videbãtur ferri aliquo modo poſſe, contenderunt: poſtremo liceri deſtiterunt. Addicitur Venuleio tritici mod. VII C. Feſtus docet eum licitari, qui decipiendo inducit.

Licitari hoſtium capita. Curtius, Cum habeatis arma, licitamini hoſtium capita.

Licitari: Congredi, & pugnare. Cęcil. in Hymnide, Quin machæra licitari aduerſum eũ cœpi-

ſti ſciens? Ennius, Pars ludicra ſaxa iactant, & inter ſe licitantur:

Licitãs licitãtis, Qui met lenchiere a quelque choſe. Caius, Licitatio vectigalium, quæ calorem licitantis vltra modum ſolitæ conditionis inflauit, ita demum admittenda eſt, ſi fideiuſſores idoneos, & cautionem is qui licitatione vicerit, offerre paratus ſit.

Licitatio licitationis, Enchiere.

Licitator licitatoris, Vng courtier de quelque marchandiſe que ce ſoit, Qui eſt moyen entre le vendeur & lacheteur. Cic. lib. 3. de off. Tollendũ igitur ex cõtrahendis rebus omne mendacium: non licitatorem venditor, nec contra ſe qui liceatur emptor apponet.

LICET, licebat, licuit, licere, Imperſonale, Fas eſſe, & licitum. Cic. Neque enim licebat locũ numini conſecratũ turpi flagitio cõtaminare. Il neſtoit point licitte, ne permis. Virg. Quãdoquidẽ Auſonios coniungi fœdere Teucris Haud licitum, nec veſtra capit diſcordia finem. Plaut. in Caſina, 4. 20, Obſecro tace: nam nunc hic licet dicere, nos ſumus.

Licet tibi eſſe bonum virum. Quintil. Procuratorem tibi eſſe non licuit.

Licet tibi eſſe bono viro. Cic. lib. 1. Tuſcul. Licuit enim eſſe otioſo Themiſtocli, licuit Epaminundæ. Horat. Eia quid ſtatis? nolunt. atqui licet eſſe beatis. Brutus ad Ciceronem, Et quis ſupplicat, vt optimè meritis de rep. liceat eſſe ſaluis? Mart. Nobis nõ licuit eſſe tã diſertis, Qui muſas colimus ſæueriores. Cic. pro M. Cælio, Vos laborioſos exiſtimet, quibus otioſis ne in cõmuni quidẽ otio liceat eſſe. Plaut. in Epid. 8. 2, Per hanc curam quieto tibi licet eſſe.

Licet, Reſponſio. Plaut. in Rudente, 26. 8, Rogato vt relinquat alias res, & huc veniat. T. licet. Idem in Caſina, 8. 68, Et quanquã hoc tibi eſt ægre, tamen fac accures. CH. licet. Ie le feray, ie ſuis content. Il ſera faict.

Licet mihi id diſcere de te. Terent. in Eunucho, 2. 2. 31, Ibi homo cœpit obſecrare, vt ſibi liceret diſcere id de me. Il me prioit quil peuſt &c. Ibidem, 3. 5. 2, Iamne erũpere hoc licet mihi gaudium? Idem in prolog. Heaut. 21, Quo exẽplo, ſibi licere id facere, quod illi fecerunt, putat. Quil peult. Plaut. in Aulul. 13. 11, Feſto die ſi quid prodegeris, pro feſto egere liceat, niſi peperceris. Idem in Pſeud. 3. 14, Licet me id ſcire quid ſit?

Liceat. Terent. in Heaut. 5. 2. 28, Modo liceat viuere, eſt ſpes.

Pro rota me vti licet: On peult faire de moy cõme dune roue, qui veult, & me tourner la on vouldra. Plaut. in Capt. 7. 9.

Licitum eſt. Plaut. in Amphit. 7. 59, Quin introire in ædeis nunquam licitum eſt. On ne permeſt iamais &c. Idem in Ciſtell. 5. 15, Apud villam detinuit me hoſce ſex dies ruri cõtinuos, neque licitũ eſt interea meam amicam viſere. Ne meſt point loiſible, Ie noſeroie. Terent. in Hecyra, 5. 3. 39, Ego dum illo licitũ eſt, vſa ſum benigno, & lepido & comi. Ce pendant que iay peu. Idem in And. 2. 6. 12, Dũ licitũ eſt ei, dumque ætas tulit, amauit.

Mea cauſſa licet. Plaut. in Rud. 4. 51, Mea quidem hercle cauſſa ſaluos ſis licet. Quant eſt de moy, ie ſuis content que tu viues. Ie ny mets nul empeſchement.

Si per te licet, Id eſt, ſi permiſeris: vel, ſi potero, à te non impeditus. Plaut. in Aſin. 1. 12, Aſinaria vult eſſe, ſi per vos licet. Si vous en eſtes contens. Terent. in Prol. Heaut. Date mihi poteſtatem ſtatariam agere, vt liceat per ſilentium, Que vous vous taiſés. Idem in Hecyra, Per me exquirere licet. Ie ſuis cõtent que tu ten enquieres. Idem in Adel. Sinatis hunc facere dum per ætatẽ licet. Se pendant quil eſt en aage de ce faire. Cic. pro Cn. Rabirio, Quod ſi tu audiſſes, aut per ætatẽ ſcire potuiſſes. Idem Terentiæ, Expectaſſem Brunduſii, ſi eſſet licitum per nautas. Sils les nautonniers meuſſent voulu attendre. Idem in Philipp. Petis vt tibi per me liceat quendam de exilio reducere. Idem Lentulo, Quod profecto faciam ſi mihi per eius amicitiam licebit. Si ie puis le faire ſans le dõmage de ſon amitie. Idem in Verrem, Sunt homines Siculi non contemnendi, ſi per noſtros magiſtratus liceat. Sil plaiſt a nos magiſtrats.

Licet, abſolute, pro, poteris facere. Cato de re ruſt. Et ſi voles inſuper vinũ Coum miſtũ bibere, licebit bibas. Id eſt, poteris bibere. Cic. in Arte Rhet. Hãc ſi quis partem putat eſſe orationis, ſequatur Hermagoram licebit. Il pourra ſuyure, perſonne ne lempeſche, ne ne len deſtourne. Idem Attico, Quid quæris? vel ipſi hoc dicas licet, humanitatem ei meo iudicio illo die defuiſſe. Idem lib. 1. de off. Licet enim ora ipſa cernere iratorũ, aut eorum qui aut libidine, aut motu cõmoti ſunt, aut voluptate nimia geſtiunt. Il eſt facille a veoir. On peult facillement apperceuoir.

Licet, aduerbium concedentis, ſicut eſto. Soit ainſi. Virg. Licet ingens ianitor antro AEternũ latrans exangues terreat vmbras.

Licet, aduerſatiua particula. Ia ſoit. Iuuenalis, Molles quod in ore feneſtræ Arguerint, licet ipſe neges. Virg. Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erimanthum.

Licentia licentiæ, Congé, abandon. Quũ id nobis arrogamus quod non licet. Terent. in Adel. 3.4.93, Verum nimia illæc licentia profectò euadet in aliquod magnum malum. Idem in Heaut. 3.1.74, Nam deteriores omnes ſumus licentia.

Licentia cupiditatum. Cic. Attico, lib. x, Hi ſunt, qui niſi me ciuitate expuliſſent, obtinere ſe non poſſe putarunt licentiam cupiditatum ſuarum.

Licẽtior epiſtola, In qua nimis libere ſcribim⁹. Plin. epiſt. Licẽtiore epiſtola narrare cõſtitui.

Licentia temporum. Plin. epiſt. 47. b, Vir eſt emendatus, & grauis, paulò etiam horridior & durior, vt in hac licentia temporum, quantum eloquentia valeat, pluribus credere potes.

Licenter, aduerbium, Auec congé & permiſſion. A quo Gellius formauit compoſitum prælicẽter, quod eſt nimis licenter, En trop grand abandon, ou hardieſſe.

LICHENIS, huius lichenis, m g. vel lichene lichenes, f. g. Morbi genus, quẽ Latini mẽtagrã vocant, quòd à mento incipiat. Plin. lib. 26. cap. 1, Grauiſſimum ex his Lichenas appellauere Græco nomine, Latinè (quoniam à mento ferè oriebatur) ioculari primum laſciuia (vt eſt procax natura multorum in alienis miſeriis) mox & vſurpato vocabulo mentagram, occupantem in multis totos vtique vultus, oculis tantum immunibus, deſcendentem verò & in colla, pectúſque ac manus, fœdo cutis furfure. Martialis, Non vlcus acre, puſtullæve lucentes, Nec triſte mentum, ſordidíve lichenes.

LICIA, liciorum, Fila ſunt quibus in telis textrices implicãt ſtamina. Vnde trilicem dicimus veſtem, quæ ex tribus liciis conſtat.

LICTOR, lictoris, Qui carnificis officio fungebatur, miniſter conſulis, proconſulis, & ſimilium. Sed duodeni lictores conſulis erant, aliorum ſeni tantum, portantes virgarum faſciculos cum ſecuribus ligatos, magiſtratúſque præibant: ac quoties iuſſi erant, faſciculos ſoluentes, primo virgis cædebant reum, mox ſecuri feriebant. Plaut. in Epid. 2.26, Lictores duo, duo viminei faſces virgarum. Idem in Aſin. 11.29, Vbi ſæpe ad langorem tua duritia dederis octo validos lictores, vlmeis affectos lentis virgis. Liuius, Miſſíque lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos virgis cædunt, ſecurique feriunt.

Lictores, à ligando dicti, quòd virgarum faſces ligatos gerebant. Gellius, Lictor nomen verbale, quaſi ligator à ligando. Tiro Ciceronis libertus, à licio quo cincti erant, dictos exiſtimat. Licio enim tranſuerſo qui magiſtratibus præminiſtrabant, cincti erant. At Plutarchus quaſi λαὸς, id eſt publicus, quaſi publicus miniſter. & ſic abſque c ſcribẽdum eſt.

Lictorius lictoria lictorium, quod ad lictorẽ pertinet. Plin. Faſces lictorios ianuæ ſummiſit, cui ſe oriens, occidénſque ſummiſerat.

LIEN lienis, m. g. vel lienis, huius lienis, La ráte. Græcè σπλὴν dicitur, ſplẽ. Plaut. in Curc. 5.5, Valetudo decreſcit, accreſcit labor. nã iam quaſi zona, liene cinctus ambulo. Ibidem, 5.26, Lien diruptus eſt. P. ambula: id lieni optimum eſt. Idem in Merc. 4.14, Genua hũc curſorem deſerunt. perii, ſeditionẽ facit lien, occupat præcordia. Celſus lib. 3, Si iecur aut lienis eſt affectus. Lienis magnitudine intemperantiam riſus fieri affirmant phyſici. Perſius, Sed ſum petulanti ſplene cachinno. Intumeſcit quandoque lien, vt cingere hominem videatur.

Lienoſus lienoſa lienoſum, Qui liene laborat. Qui ha mal en la ráte. Laborant autem liene, quoties excremẽti plus in lienem diuertit, quàm calor eius viſceris poſſit conficere, authore Ariſtotele lib. 3. de partibus animalium. Plinius lib. 7, de Pyrrho, cuius pedis pollex lienoſis medebatur.

Lienoſum cor, id eſt lienis naturã habẽs, vt turgeat ſicut lien. Plaut. in Caſina, 8.61, Vbi ſim neſcio: perii, cor lienoſum opînor habeo, iamdudũ ſalit. Fortaſſe legendũ ludioſum, id eſt, ſubſultans more ludionum, ac in corpore emicans, vt illi in theatro.

LIGNVM ligni, n. g. Du bois. A legendo, inquit Varro, quòd ligna caduca in agris legebãtur, quibus ad focum vterentur.

Ligneus lignea ligneum, Quod ex ligno eſt. Plaut. in Pœnulo, 19.28, Tantiſper quidem vt ſis apud me lignea in cuſtodia. Idem in Rud. 7.7, Ligneus equus.

Lignarius, lignaria, lignarium, Quod ad lignum pertinet, vt faber lignarius.

Lignile lignilis, n. g. Vng buſchier. Vbi ligna in domo parata ſunt ad comburendum.

Lignor lignaris, lignari, deponens, Ad capienda ligna ire. Plaut. in Captiuis, 11.127, Ite iſtinc, efferte lora. c. num lignatũ mittimus? Liuius lib. x11, Redeuntibúſque lignatũ ſe ire hinc.

Lignatores dicti ſunt milites qui lignatum vadũt. Liuius lib. XII, Paucis citra millibus lignatores ei cum præſidio occurrunt.

LIGO ligas, ligare, Lier. Quidam à lino deducunt, quaſi ligno ago: quòd omnia lino ligentur. propter quod Græci λίνον vocatum putant, ἀπὸ τοῦ λινέω antiquo verbo, quod eſt teneo, quòd lino omnia teneantur.

Ligamen ligaminis, n.g. Vng lien.

Ligamentum ligamenti, Idem.

Ligatura ligaturæ, f.g. Idem.

LIGO, ligonis, m.g. Ruſticum inſtrumẽtum, ſic dictum, quòd radicibus quæ ſub terra ſunt, ligetur. Vng hoyau. Lucanus, Vomeréque antiquos curionum paſſa ligones.

Ligellũ ligelli, Breue domicilium, & tuguriolũ. Plaut. in Aulul. 9.22, Diuôm atque hominum clamat continuò fidem, de ſuo ligello fumus ſi quâ exit foras. Vne loge, ou logette.

LIGVRIO liguris, liguriui, vel ligurii, liguritũ, ligurire, Multa auidè cõſumere, & ſuauiora edulia carpere. Donatus, Ligurire, Suauibus eſcis cõſumere. Nã ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ eſt ligurire & λιγυρὸν Græci ſuaue appellãt. Ligurire dicitur, qui elegãter, & more ſenũ: multo faſti dio ſuauiora quæque deguſtat. Friander & deſpendre en frians morceaux. Plaut. in Capti. 3. 16, Dum ruri rurant homines, quos liguriant prolatis rebus paraſiti venatici ſumus. Terẽt. in Eunucho, 5.4.14, Quæ cum amatore ſuo quum cœnant, liguriunt.

Ligurire lucra, per tranſlationem dixit Cicero, in Verrem act. V, Commiſſa eſt pecunia tanta prætori: tum reperietis hominem timidè, nec leuiter hæc improbiſſima lucra liguriẽtẽ: deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit.

Ligurire curationem &c. Cic. Bruto, Cum quidam de collegis noſtris agrariam ligurirent curationem, diſturbaui rem, totámque nobis integram reſeruaui.

LIGVSTRVM liguſtri, n.g. Eadẽ arbor eſt (inquit Plinius lib. 24. cap. 10.) quæ in oriente cypros. ſuos in Europa vſus habet. Succus eius neruis, articulis, algoribus: folia vbique veteri vlceri, cum ſalis mica, & oris vlcerationibus proſunt.

Liguſtrum, genus herbæ, per ſepes & macerias ſerpens. Columella, in hortis, Et nigro permiſta liguſtro.

LILIVM lilii, n.g. herbæ gen⁹, de qua apud Pliniũ li. 21. ca. V, Vng lis. Græci λείριον vocãt.

Lirinus lirina lirinũ, Quod eſt lilii, Vt lirinũ oleum, De lhuyle de lis. Plin. lib. 21. cap. V, Liliũ roſæ nobilitate proximũ eſt, & quadã cognatione vnguẽti oleíque, quod lirinon appellatur.

Lilietum lilieti, n.g. Locus in quo liliorum copia eſt. Palladius, Lilieta, canneta ponenda ſunt.

LIMA limæ, Inſtrumentum fabrile, quo ferrum, aut aliquid aliud teritur. Vne lime.

Limo limas, limare, Limer.

Limare caput cum altero, Id eſt coniungere, inquit Nonius. Plaut. in Pœnulo, 4.69, At vide ſis cum illa nunquam limaui caput. Idem in Mercatore, 9.40, Niſi cum illo, aut ille mecũ neuter ſtupri cauſſa caput limaret.

Limatul⁹, diminutiuũ à limatus. Cic. Volũnio, Opus eſt hoc de limatulo & polito tuo iudicio.

Limatura, limaturæ, Puluiſculus limando detractus. Limure.

LIMAX limacis, m.g. Qui exquirit vt aliquid auferat. Plaut. in Bacchid. Limaces viri quòd atterant & conſumant.

Limax, teſtudo, cochlea terreſtris, Vne limace, ou vng limaceon. Columella lib. XI, Implicitus conchæ limax, hirſutáque campe.

LIMBVS limbi, Muliebre veſtimentum erat, purpuram in imo conſutã habens. Seu quodlibet aliud ornamentum, veſtium extremitatem ambiens. Virgil. Sidoniam picto chlamydem circundata limbo.

Limbolarius limbolarii, Qui limbũ veſtem conſuit. Plaut. in Aulul. 15.46, Textores, limbolarii, arcularii ducuntur, datur æs.

LIMEN liminis, n.g. Dicitur quod ex trãſuerſo in ianua eſt. à limo, id eſt obliquo, quòd ingredientibus exeuntibúſque trãſuerſum ſit, vt eſt apud Donatũ & Feſtum. Le ſueil de lhuis den bas. Terent. in Hecyra, 3.3.18, Iam vt limen exirem, ad genua áccidit.

Limen, etiam ſuperiorem partem oſtii ſignificat. Iuuenalis, Pendentia liquit Vela domus, & adhuc virides in limine lauros.

Limen ſuperum & inferum dixit Næuius, Exime limen ſuperum quod mihi miſero ſæpe cõfregit caput: inferum quoque, vbi ego omnes defregi digitos.

Limen pro ingreſſu aliquando ponitur. Virg. Limen erat, cæcáque fores, & peruius vſus.

Limen, Interior pars domus. Virg. Penetrans aulas, & limina regum.

Limẽ, Locꝰ in quo ſtatur. Virg. Signòq; repẽte Corripiũt ſpatia audito: limẽnque relinquũt.

Limen, pro amicitia, teſte Seruio, enarrãte illud de Turno, Se limine pelli. Iuuenalis, Limine ſubmoueor. Id eſt, repellor ab amicitia.

Ad limina ſeruus, pro atrienſi, apud Apuleium lib. 2. de aſino. Et apud Virgilium lib. IX. AEneid. Fidúſque ad limina cuſtos.

Limina imperii, Les liſieres & frontieres de lempire.

Limenarcha, limenarchæ, m.g. Qui locis maritimis præeſt vnda traiectus eſt ad exteras nationes. Dictio merè græca. λιμὴν enim, latinè portus dicitur. in Pandectis, de ſeruis fugitiuis. Hos Ariſtoteles lib. VI politicon, circa finem, limenophylacas vocat, quaſi portuum cuſtodes.

Limitaneus limitanea limitaneum, Vt limitanei milites, Gendarmes que on met en garniſon es frontieres dung pays, de paour des aſſaults des ennemis.

LIMES limitis, m.g. Tranſuerſa via dicitur. Columella lib. I, Semitas, nouóſque limites in agro fieri non patiatur. Chemin trauerſant les terres.

Limes, Terminus, Vne bórne, ou ſentier ſeparant vne terre dauec lautre.

Limites duo maximi in agris, Cardo & Decumanus. De quibus Plinius, libro duodeuigeſimo, Solis ortu quocũque libeat die ſtantibus hora diei ſexta, ſic vt ortũ eum à ſiniſtro humero habeant: contra mediam faciem meridies, à vertice ſeptentrio erit. qui ita limes per agrum currit, cardo appellatur. Et inferius, Linea hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occaſum æquinoctialem: & limes qui ita ſecabit agrum, decumanus vocabitur. Hic limitem nõ pro terminꝰ intelligere oportet: ſed pro forma agri.

Limito limitas, limitare: & limitor limitaris limitari, Diuiſer & partir des terres, en y mettant aucunes marques & bórnes, pour congnoiſtre la part dung chaſcũ. Plin. lib. 17, Vineas limitari decumano oportet, XVIII pedum latitudinis ad contrarios vehiculorũ tranſitus: aliiſque conuerſis limitibus, denum pedum diſtingui per media iugera: aut ſi maior modus ſit, totidem pedum cardine, quot decumano limitari.

Limitatus ager, In centurias dimenſus inquit Feſtus.

Limitare de. Cic. Appio Pulchro, De tua prolixa beneficáque natura limitabit aliquid poſterior annus propter quandam triſtitiam. Reſtraindra & retirera, ou reſarrera. Tu ne ſeras plus cy apres tant liberal.

LIMVS, limi, m.g. Genus veſtis ab vmbilico ad pedes. Virg. lib. XII, Velati limo, & verbena tempora vincti.

Limꝰ, Lutũ eſt, ſeu cœnũ illud molliꝰ quod ab aquis deferri ſolet. Boue, ou fãge & bourbier.

Limoſus limoſa limoſum, Plein de bourbier. Virg. Limoſóque lacu per noctem obſcurus in vlua Delitui.

LIMVS lima limum, Obliquus, id eſt tranſuerſus, obtortus. Detrauers. Dicitur & limis.

Limis oculis aſpicere, Regarder de trauers, de coſte. Plaut. in Mil. 18. 2, Aſpice limis oculis, ne ille nos ſe videre ſentiat.

Limis aſpicere. Terent. in Eunuc. 3. 5. 53, Ego limis aſpecto ſic per flabellum clanculum, & ſimul alia circunſpecto ſat in explorata ſint. Ie regarde du coing de loeil.

Limulus limula limulum, Diminutiuum. Plaut. in Bacchidibus, 23. 9, Vidén' limulis vt obſecro intuentur?

LINEA lineæ, Proprie ſignificat filum illud quo fabri materiarii vtuntur ad ſignandam materiam: quòd ex lino fiat. Vne ligne, ou cordeau.

Et quoniam ab hac, ſi rubrica vel alio colore intincta fuerit, figura deſignatur longa ſine latitudine, atque altitudine: ea quoque figura, linea vocatur.

Lineæ geometricæ vocantur ea quæ non colore, ſed animo imaginantur.

Linea, filum omne dicitur ex lino, & quicunque tenuis funiculus, Vne cordelette. Columella, Ligato pede longa linea gallina cuſtoditur. Plin. Murænæ deuorant hamum, admouentque dentibus lineas, atque ita erodunt. Idem, Stemmata verò lineis diſcurrebant ad imagines pictas.

Lineam mittere, apud Plautũ in Moſtell. 15. 22, Non ego ita éxtẽplo meũ oſtẽdam ſenſum: mittam lineam: diſſimulabo me horũ quicquam ſcire. Nonnulli, à captatoribus piſcium dictum volunt, in quos linea mittitur. Alii per metaphoram à pictoribus deducunt, qui vbi pingere aliquid volunt, lineam prius vmbræ cuidam ſimilem mittunt: per quam ipſi

picturam dirigant, ſed ex illa tamen ab intuentibus nihil deprehendi poteſt de picturæ futuræ forma.

Linea dicitur quæ eſt in ſuperficie. nam ſuperficies ex lineis eſt, vt punctum, quod eſt principium in geometria.

Linio linias, liniare, Lineas ducere, Tirer lignes, pourtraire, faire vng iet au quel ny ait que le ſimple traict. Plaut. in Milite, 12.42, Nam mi patrone hoc cogitato, vbi probus eſt architectus, bene liniatam ſi ſemel carinam collocauit, facile eſſe nauem facere.

Linearis, & hoc lineare, Quod ad lineam pertinet. Vnde linearis pictura vocata eſt lineis circũ vmbram hominis deductis.

Lineamentum lineamenti, Ipſa extremitas, & quaſi linea quædam corporis, per quam hominis forma dignoſcitur: à lineari pictura tracta, in qua per ſolas lineas effigies hominis cognoſcebatur. Iuſtinus, lib. 1, Lineamentorum æqualitas matri & filio perſimilis. Plin. Nec qui ſuccederet operi ad præſcripta lineamenta inuentus.

LINGO lingis, linxi, linctum, lingere, Aliquid lingua molliter tãgere, Licher. Plaut. in Caſina, Mel mihi videor lingere. Plin. epiſt. 171.d, Auditum eſt frequenter ab ipſo, quũ quereretur de contumeliis debilitatis ſuæ, digitos ſeruorum ſuorum quotidie lingere.

Lingere, rurſus dicimur cum aliquid in ore tenentes, guttatim defluere in ſtomachum ſinimus. Succer. Plin. Telicos gemma eſt, quæ oleæ nucleo ſimilis videtur, & lingentium calculos frangit.

Linctus linctus, linctui, Succement. Plin. Multi tuſſim veterem linctu ſalis diſcuſſêre.

LINGVA, linguæ, f. g. Vne langue. Dicta à lingendo, vel ligãdo, quòd linget cibum. nam cibos vi ſua conglobat, ac deprimit, in vẽtrémque trãſmittit. Seu quòd ipſa dentium ſeptis, quaſi muro vallata ac ligata ſit.

Theſaurus in lingua ſtultis ſitus. Plaut. in Pœnulo, 9.12, Iſtic eſt theſaurus ſtultis in lingua ſitus, vt quæſtui habeant male loqui melioribus.

Linguam conuertere ad mores alicuius, Reprẽdre les meurs daucun. Plaut. in Pœn. 16.24, Si reſpondebunt, Punicè pergam loqui: ſi non, tum ad horum mores linguam diuertero.

Fac habeant linguam ædes tuæ. A. quid ita? s. cum veniam, inuocent. Plaut. in Caſi. 11.13.

Lingua nulla eſt qua negem quicquid roges, Plaut. in Capt. 16.15.

Lingua gladiorum aciem præſtringens. Plaut. in Trucul. 10.11. Non placet quem ſcurræ laudant, manipulares muſſitant, neque illi quorum lingua gladiorũ aciem præſtringit. domi ſtrenui nimio plus proſunt populo, quàm arguti & cati.

Lingua, pro differentia ſermonũ, Languaige. Vnde linguas ſcire apud Plautum in Pœnulo, 3.112, Et is omnes linguas ſcit, ſed diſſimulat ſciens ſe ſcire.

Lingula lingulæ, Diminutiuum, Vne languette.

Lingula, Vne courroie de ſoullier. Mart. Non extrema ſedet linia lingula planta.

Ligula, abiecta n, à Iuuenali dicitur, Et ligulam dimittere ſollicitus, ne Tota ſaluatrix iam turba peregerit orbem. Mart. Quanuis me ligulam dicant equitéſque patréſque: Dicor ab indoctis lingula Grammaticis.

Ligula, Inſtrumentum planum & oblongum, in ſpeciem linguæ factum, lingua dicitur: quale eſt illud quo vtũtur aromatarii ad extrahẽda è vaſis vnguenta. Plin. Cæra punica fit hoc modo: Ventilatur ſub dio ſæpius cæra fulua, deinde feruet in aqua marina ex alto petita addito nitro. Inde ligulis eligunt florem.

Ligulam vocat Columella, inſtrumentum ad purgãdum è vaſe ſpumam. Deinde (inquit) vbi liquatum mel in ſubiectum aluum defluit, tranſfer in vaſa fictilia quæ paucis ante diebus aperta ſunt dum muſteus fructus efferueſcat: iſque ſæpius ligula purgandus. Plin. Sunt qui comitialibus morbis dandum putant luna quarta, ſexta, ſeptima linguæ menſuræ. Id eſt coclearis. Vne eſcumoire.

Lingulam vocitauere etiam veteres gladiolum oblongum in ſpeciem linguæ factum. De lingua herba, & aliis, vide Plinium.

Linguax linguacis, o. g. Verboſus, multum loquens, qui nimium & ſtultè loquitur. Vng languart. Gellius lib. 1, Hoc genus homines in verba profectos locutuleios & blaterones, & linguaces dixerunt.

Lingulaca lingulacæ, Mulier multiloqua, Qui ne faict que quaquetter. Plaut. in Caſina, 10.61, Ea lingulaca eſt nobis: nam nunquam tacet.

LINIO linis, liniui, linitum, linire, Vngere, vel fricare, aut quid ſimile quod digito aut ali-

quo inſtrumento alicui rei ſuperinducitur, fricatur, vel imprimitur, ſed tenuiter, non craſſé. Oindre, adoulcir doingnements, ou autre choſe. Columella lib. 8, Ferè autem per ætatē ſic muſcis aures canum exulcerantur, ſæpe vt totas amittāt. quod ne fiat, amaris nucibus coatritis liniendæ ſunt.

LINO linis, lini, liui, vel leui, litum, línere, Eſt craſſè aliquid aliquo inſtrumēto ſuperinducere. Oindre & frotter doingnemēts, ou autre choſe. Columella lib. 7, Sed illius ſanatur noxia fibula ahena, ſi locum læſum compungas, cretáque cymollia & acetó linas.

Línere, Obturare. Boucher, eſtoupper quelque trou ou fente. Virg. lib. 4. georg. Neque illæ Nequicquam in tectis certatim tenuia cera Spiramenta linunt.

Liniſti. Quintilianus, in declamat. Cęci, Et nequid ſceleri impio deeſſet, mariti tui cruore parietem liniſti.

Liui. Columellla lib. vlt. Multi cum ſemel noua dolia vel ſerias craſſa gummi liuerunt, vna imperpetuum gummitione contenti ſunt.

Leui. Columella de re ruſt. Poſtea dolium calefacito, minus quàm ſi picare velis, tepeat ſatis eſt, lignis lenibus facito caleſcat. vbi temperata tepebit, cuminum indito, poſtea linito. ſi rectè leueris, in dolium quinquagenarum pedum quatuor ſatis erit.

Litus lita litum, Maculatus, Inſperſus. Virg. lib. 4. georg. Elucent aliæ, & fulgore coruſcant, Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.

LINQVO linquis, liqui, lictū ſecūdū Priſcianū, linquere, Laiſſer. Plaut. in Amphit. 15. 65, Vbi me liquiſtis. domi, cū Alcumena cōiuge. Idem in Ciſtell. 8. 12, Ecquid agis? ne morare: lumen linque. s. accurrite, ne ſe interimat. Virg. Et dulcia linquimus arua. Idem lib. 3. AEneid. Linquimus Ortigiæ portus, pelagóque volamus. Idem, Linque metum leti.

LINTER lintris, m. g. Nauicula è cauata arbore facta. Vir. li. 2. geor. Cauat arbore lintres.

LINTEVM lintei, n. g. A lino fit. Pannus lineus & ſudarium quo in balneis vtimur. Vng linceul, nappe, ou ſeruiette. Martialis, Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi. Plaut. in Curc. 12. 22, At ita me volſellæ, pecten, ſpeculum, calamiſtrum meum bene me amaſſint mea axitia, linteúmque exterſum, vt ego tua magnifica verba, neque iſtas tuas magnas minas non pluris facio quàm ancillam meam. Idem in Moſtell. 4. 109, Linteum cape, túque exterge tibi manus.

Lintea, Quæ ſunt idonea ad ſpectantium vmbracula. Tentes, ou voiles. Vnde legimus Cæſarem totum forum linteis adumbraſſe.

Lintea, Vela quibus vtuntur nautæ. Virg. Certum eſt dare lintea retro.

Linteolum, diminutiuum. Plinius, Propetia panni linei, vulneribus in linteolis imponitur, ſcilicet amurca. Vng drapeau. Plau. in Epid. 5. 476, Tunicā rallem, tunicam ſpiſſam, linteolum cæſicium. Comme vng roquet de toille.

Lintearius lintearii, Qui lintea vendit.

Linteo, linteonis, Qui texit linteamina pro conficiendis veſtibus, vt docet Seruius lib. 7. AEneid. Plau. in Aul. 15. 40, Aut manulearii, aut myrobrecharii, prpole, linteones, calceolarii.

LINVM lini, n. g. Du lin. ἀπὸ τοῦ λίνω antiquo verbo, quod eſt teneo: quia lino omnia tenentur.

Lineus linea lineum, Qui eſt faict de lin.

Linarius linarii, Qui lini artem exercet, Qui beſongne en lin.

Linamentum linamenti, Filum quod ex lino voluendo trahitur. Plin. Delphini adipe linamēta accenſa excitant vuluæ ſtrangulatu oppreſſas.

LIPPVS lippa lippum, Qui oculos habet lachrymantes, cum putredo ab his defluat. Chaſſieux. Plaut. in Milite, 15. 15, Vbi matrem eſſe aiebat ſororis cubare in naui lippam, atque oculis turgidis nauclerus dixit. Idem in Bacchid. 19. 71, Lippi illic oculi, ſeruus eſt ſimillimus. Plin. epiſt. 141, Quas ſatis acribus oculis, quanquam adhuc lippis, pinguiſſimas vidi.

Lippitudo lippitudinis, Chaſſieuſete. Plau. in Pœnul. 4. 177, Huius amica nummata, mea inimica & maleuola: ōcule huius, lippitudo mea: mel huius, fel meum.

Lippio lippis, lippiui, lippitum, lippire, Lippum fieri, hoc eſt marcorem in oculis contrahere. Deuenir chaſſieux. Plin. lib. xxv iii, Oculorum vitia fieri negant, nec lippire eos qui cum pedes lauant, aqua inde ter oculos tangant.

Lippiunt fauces dixit Plautus in Curc. 7. 39, Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame, ita cibi vacuitate venio laſſis lactibus.

LIQVEO liques. vide poſt LIQVO liquis.

LIQVET impersonale. vide poſt LIQVO.

LIQ. VIDVS liquida liquidum, Vide poſt LIQ. VO.

LIQ. VO liquis, liqui, Liquere, Reſolui, defluere, ſtillare.

Liquor liqueris, paſſiuum, liqueri, Diſſolui. Virg. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur. Id eſt paulatim diſſoluitur. Qui ſe font. Idem lib. 4, Nã quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos Vellitur, huic atro liquũtur ſanguine guttæ. Id eſt, defluunt. Lucanus lib. 9, Liquitur, & nigra diſtillant inguina tabe.

Liquidus liquida liquidum, Molle, fluxum. Mol, & coullant. Virg. Aut cum liquentia mella Stipant. Plaut. Liquidius, quàm ventus eſt fauonius.

Liquidus, Purus. Virg. Liquidum per aera lapſæ. Idem, **Dulcia** mella premes, nec tantum dulcia, quantum Et liquida. Id eſt, defæcata & ſine ſordibus. Plaut. in Moſtell. 9.55, Tã liquidum eſt, quàm liquida eſſe tempeſtas ſolet. Id eſt, **Res tam pura**, & ſine vlla ſorde ac ſuſpicione eſt.

Liquidus animus. Plaut. in Epid. 13.36, Quid pater meus, viuus eſt? E. animo liquido & trãquillo es, tace.

Liquidum auſpicium. Plaut. in Perſa, 16.139, Vide vt ingrediare auſpicato. D. liquidum eſt auſpiciũ. Idem in Pſeud. 11.72, Omnes ordines ſub ſignis ducam, legiones meas aui ſiniſtra, auſpicio liquido, atque ex ſentẽtia. Idem in Epid. 5.1, Atat tacete, habete animum bonum, liquido exeo foras auſpicio, aui ſiniſtra.

Liquidò aduerbium, Purè & manifeſtè, inquit Donatus. Terent. in And. 4.4.8, Quia ſi forte opus ſit ad herum iurandum mihi non appoſuiſſe, vt liquidò poſſim. Clerement, ſans aucun ſoubcon.

Liquido liquidas, liquidare, Aperire, manifeſtare.

Liquor liquoris, m. g. Ipſe humor liquidus. Liqueur.

Liqueo liques, liquiui, liquitum, liquêre, Liquidum ſeu molle eſſe, quod inſtar olei diſcurrit.

Liqueſco liqueſcis, liqui, liqueſcere, Liquidũ fieri, Deuenir mol, ſe fondre, & couller. Ouid. lib. 1. de Ponto, Sic mea perpetuis liqueſcant pectora curis. Perſius, Tot tibi eum in flammas iunicum omenta liqueſcant. Virg. Limus vt hic dureſcit & hæc cera liqueſcit.

Liquo liquas, liquare, Liquidum facere, quum ſcilicet aurum vel plumbũ diſſoluitur. Fondre. Lucanus lib. 7, Ereptáque tela liquauit.

Liquatum liquati, vel liquamen liquaminis, Pinguitudo animalis ad ignẽ liquefacta, & in vſum coquinarium ſeruata ad condiendos cibos. Graiſſe fondue. De aliis etiam dici poteſt, quæ non comeduntur, vt eſt apud Columellam lib. 7. cap. 4, Succus excocti lupini, veteriſque vini fæx & amurca parí menſura miſcentur, eóque liquamine tonſa ouis imbuitur.

Liquefio liquefis, liquefieri. Idem quod liqueſcere.

Liquefacio liquefacis, liquefacere, Fondre quelque matiere.

Liquet, imperſonale, Conſtans, manifeſtum, & certũ eſt, Il eſt tout cler, tout manifeſte & euident: Quoniam quæ reſoluuntur, certa, conſtantia, & manifeſta fiunt. Terent. in Eunucho, 2.3.39, Illum liquet mihi deierare his menſibus ſex vel ſeptem prorſum non vidiſſe proximis, niſi nunc cum minime vellem.

Non liquere de cauſſa dicebant veteres, quãdo probationes & argumẽta non ſatis erant idoneæ ad diiudicandam cauſſam. Gellius lib. xiii, Vt abſoluerem tamẽ inducere in animũ non quiui: & propterea iuraui non liquere: atque ita iudicatu illo ſolutus ſum. Cic. pro Aulo Cluent. Deinde homines ſapiẽtes ex vetere illa diſciplina iudiciorũ, qui neq; abſoluere hominem nocentiſſimum poſſent: neque eum de quo eſſet orta ſuſpicio, pecunia oppugnatum, re illa incognita primo condemnare vellent: non liquere dixerunt. Ibidem, Eorum verò, qui ſibi non liquere dixerunt, ſapientiam laudo: qui abſoluere eum, quem nocentiſſimum cognorant, & quem ipſi bis iam antea condemnarãt, nullo modo poterant, condemnare, cum tãta conſilii infamia, & tam atrocis rei ſuſpicio eſſet iniecta, paulò poſterius, patefacta re, maluerunt.

LIRA Liræ, prima producta, quid ſit, Columella lib. xi, cap. 3, docet his verbis, Eſt autem lira ſimilis ei porcæ quam in ſationibus campeſtribus ruſtici faciũt, vt vliginem vitent. Idem lib. 2. cap. 4, Liras autem ruſtici vocant eaſdem porcas, cum ſic aratum eſt, vt inter duos latius diſtantes ſulcos medius cumulus ſiccam ſedem frumentis præbeat. Vng ſeillon.

Liro, liras, lirare. Varro de re ruſtica lib. 1. cap. 29, Tertio, cum arant iacto ſemine, boues lira re dicuntur, idem cum tabellis additis ad vomerem ſimul & ſatum frumentũ operiũt in porcis, & ſulcant foſſas, quò pluuialis aqua delabatur. Columella lib. xi. cap. 2, Lirantur autẽ

iugera duo opera vna: at ſi facilis eſt terra, proſcinditur iugerũ duabus operum. iteratur vna, lirantur vna iugera quatuor, cum in ſubacta iam terra latiores porcæ ſulcantur.

Liratim, aduerbium, per liras. Columella lib. xi. capite 3, Habet enim velut allium plures cohærentes ſpicas: eæque cum ſint diuiſæ, liratim ſeri debent, vt in puluinis poſitæ, minus infeſtentur hyemis aquis.

LIS litis, f. g. Noiſe, debat, proces. A limite dicta lis, quòd primæ inter homines lites de limitibus fuerunt.

Litem ſuam facere, Faire ſon propre de quelque proces. Cic. lib. 2. de Orat. Quid ſi quæ vitia aut incommoda ſunt in aliquo iudice, vno aut pluribus, ea tu in aduerſariis exprobrando, non intelligas te in iudices inuehi, mediocriter peccatum eſt? quid ſi cum pro altero dicas, litem tuam facies? aut læſus efferare iracũdia, cauſſam relinquas, nihílne noceas? Id eſt, ſi ita agas, vt non alienam cauſſam, ſed tuam agere videaris. Gellius lib. ix, Ad hæc ego reſcripſi, nihil amplius, quàm verba M. Catonis, quibus verbum vtrunque de quo ad me ſcripſerat, decideretur. Nam & Varro ſatis aperte quid dici oporteret, edocuit: & ego aduerſus eũ qui doctus eſſe dicebatur, litem ſuam facere abſens nolui. Id eſt, nolui rationibus cum eo contendere, ſed tantum authoritatem Varronis ſecutum me eſſe oſtendi.

Litem perdere, Perdre le proces. Plaut. in Caſina, 13.6, Contriui diem dum aſto aduocatus cuidam cognato meo: quem hercle ego litem adeò perdidiſſe gaudeo.

Litem in rem ſuam vertere: Rem inter duos controuerſam adiudicare ſibi. quod eſt cum iudex ita cũ litigatoribus agit, vt ei iure ſuo cedant. Tourner le proces a ſon prouffit. Liuius lib. 3. ab vrbe cond. circa finem, Orare ne peſſimum facinus peiore exemplo admitterent iudices, litem in ſuam rem vertendo.

AEſtimare litem, Condãner aux dõmages & intereſts. Cic. in Verrem, act. 3, Reperietis paucos Syracuſanos, qui ſe nunc publicæ laudationis cauſſa, veniſſe dicunt, & tunc participes prædæ fuiſſe: & nunc non ad iſtius laudationem, ſed ad communem litium æſtimationem veniſſe. Idem in quarta, Hoc quenquam denique nũc tuorum aduocatorum æquo animo audire arbitrare: qua in ciuitate Caio Catoni clariſſimo viro, conſulari homini ſeſtertium xviii, milibus lis æſtimata ſit: in eadem ciuitate apparitori tuo eſſe cõceſſum, vt ſeſtertiũ vno nomine tredecies auferret? Litem æſtimatam Catoni dicit, id eſt eũ damnatum octodecim milibus nummûm iudicio repetundarum. Idem in vltima, Non ex litibus æſtimatis tuis pecuniam, domum: ſed ex tua calamitate cineri atque oſſibus filii ſui ſolatium vult reportare. Lites æſtimatas vocat pecuniam multatitiam, & nummarias ſentẽtias: vt hodie cum iudices certa ſumma actorum diſpendia & incommoda æſtimantes, tantæ pecuniæ reos damnãt. Cæſar in Quinto comment. Obſidibus ad diem adductis, vt imperauerat: arbitros inter ciuitates dat, qui litem æſtiment, pœnámque conſtituant. Id eſt, Qui ob incurſiones Pyruſtarum in Illyricum factas, eos tanti damnarent, quantum eſſet damnũ populatione datum. Cic. pro Cluentio, Hic profertur id quod iudicium appellare non licet P. Septimio Scæuolæ litem eo nomine eſſe æſtimatam.

AEſtimare litem capitis, eſt actione rei perſecutoria non vti, ſed criminaliter intẽdere, & vt vulgo loquimur, concluſiones capitales concipere. Cic. pro Cluentio, Scæuola condemnatus eſt aliis criminibus, frequentiſſimis Apuliæ teſtibus: omni cõtentione expugnatum eſt vt lis hæc capitis æſtimaretur. Id eſt, obtinuit actor ſumma contentione vt ſibi liceret litẽ capite æſtimandam poſtulare.

Litis cecidiſſe dicitur (inquit Feſtus) qui eius rei, de qua agebat, cauſſam amiſit. Qui a perdu ſon proces.

Litis conteſtatio. Cic. Attico, lib. xvi. Poſſumus enim, vt ſponſores appellemur, procuratorem introducere. neque enim illi litem conteſtabuntur. quo facto, nõ ſum neſcius ſponſores liberari.

Litigo litigas litigare, Quaſi litem agere, diſceptare, contendere, Auoir noiſe & debat, tenſer, ou auoir proces contre aucun. Plaut. in Rudente, 24. 15, Qua de re nunc litigatis inter vos? Idem in Caſina, 5. 35, Relinque aliquantum orationis, cras quod mecum litiges. Martialis, Ah miſer, & demens viginti litigas annos Quiſquã, cui vinci Gargiliane licet? Cic. de Amicitia, 82, Litigare ſe ſimulans blandiatur.

Litigium litigii, n. g Noiſe, debat. Plaut. in Caſina, Nam ego quid contrahere cupio litigii inter eos. Idem in Menæch. 17. 11, Litigiũ natum cum viro. Ibidem 4. 40, Litigium eſt illi cum vxore. Il tenſe a ſa femme.

Litigioſus litigioſa litigioſum, Choſe de quoy on eſt en debat.

Litigioſus, Noiſeux, Qui frequens in litibus verſatur.

Litigator litigatoris, m.g. Vng plaidoyeur, Qui ha noiſe, ou proces contre vng autre. Plin. in Panegyr. 133, Stant ante te litigatores, non de fortunis ſuis, ſed de tua æſtimatione ſoliciti. Suet. de claris grammat. 22, Caſſius Seuerus interpellatis iudicibus dilationem petiit, vt litigator ſuus alium grammaticum adhiberet.

LITERA literæ, Vne lettre, comme vng a, vng b, & autres. Cicero pro P. Sylla, Literæ poſteritatis cauſſa repertæ.

Litera, Dicitur quaſi legitera, eo quòd legenti præbeat iter. Vel quòd in legendo iteretur, vt inquit Seruius. Vel à lituris, quòd ſcripta deleri poſſit. quia in ceratis tabulis plerunq; antiqui ſcribere ſolebant, & inde delebant. Vel à lino linis, quòd in ſcribendo illinitur, id eſt leniter inducitur atramentum.

Literam longam facere, Se pendre par le col. Quòd laqueus ſimilitudinem literæ l habeat. Plaut. in Aulul. 4.38, Neque quicquam melius eſt mihi, vt opinor, quàm ex me vt vnam faciam literam longam, laqueo collum quando obſtrinxero.

Trium literarum homo, Id eſt F V R. Vng larron. Plaut. in Aulul. 9.36, Tu trium literarũ homo vituperas me? A. etiam fur trifurcifer.

Litera, pro ſcribentis manu. Cic. Attico, lib. v 11, Nam alexidis manum amabam: quòd tam propè accedebat ad ſimilitudinem tuæ literæ. manum non amabam: quia iudicabat te non valere.

Litera, Eſcripture. Cic. in Verrem, act. 3, Vina, cæteráque, quæ in Aſia facillimè cõparantur, quæ ille reliquerat, aſportauit, reliqua vẽdidit, pecuniam exegit. Cũ ad HS XXD quinquies redegiſſe conſtaret, vt Romam rediit, nullam literam pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit. Il ne leur en feit aucune eſcripture, cedule, ou recongnoiſſance cõment il auoit prins cela.

Literæ literarum, pluraliter tantum, Vne paire de lettres miſſiués. Cicero Attico, lib. x 111, Hodie tuas literas expectabamus matutinas, erunt fortaſſe alteræ poſtmeridianæ, niſi te Epiroticæ literæ impediant.

Litera in ſingulari, pro epiſtola, apud poetas quandoque legitur. Ouid. Quam legis, ab rapta Briſeide litera venit.

Literæ publicæ, Regiſtres. Cic. in Verrem, act. 3, Quamobrem vnam ex decem nõ prædonum repentino aduentu, ſed legati latrocinio: nõ vi tempeſtatis, ſed hac horribili tempeſtate ſociorum amiſſam in literas publicas retulerunt, Ont enregiſtré.

Literæ, pro ſciẽtiis & diſciplinis, quæ literarum monumentis continẽtur. Cic. Luceio, lib. v, epiſt. Quod enim poterat mihi eſſe profugiũ ſpoliato, & domeſticis, & forenſibus ornamẽtis, atque ſolatiis? literæ credo, quibus aſſiduè vtor. Plaut. in Truculento, 16.22, Literas didiciſti: quando ſcis, ſine alios diſcere.

Literatus literata literatum, Literis præditus, Vng homme ſcauãt. Cic. in Verrem, act. 3, Circumpedes autem homines formoſos, & literatos, ſuos eſſe dicebat, ſe emiſſe. Plaut. in Caſina, 8.48, Si hic literatus, me ſinat, quod bonum, atque fortunatum mihi ſit. Idem in Rud. 12.20, Nam hæc literata eſt, ab ſe cantat cuia ſit.

Literatus enſiculus, Vne petite eſpee ſur laquelle y a lettres eſcriptes. Plaut. in Rud. 24.114, In eo enſiculo literarum quid ſit? P. mei nomen patris. pòſt altrinſecus eſt ſecuricula anciſpes, item aurea literata: ibi matris nomẽ in ſecuricula eſt. Idem in Pœnulo, 14.14, Haud ſecus tu videas literatas ibi epulas pice ſignatas, nomina inſunt cubitum longis literis.

Literatè, aduerbium, Scauamment. Cic. de Aruſpicũ reſponſis, Quid igitur reſponderẽ? quæro ex eo ipſo qui ferre me non poteſt. me ciuem eſſe Romanum? literatè reſpõdiſſem. an tacuiſſem? defertum negotium.

Literoſus, Idem quod literatus. Cælius, Homo literoſus meré.

Literarius, literaria, literariũ, Quod ad literãvel literas pertinet. Vnde dicitur ludus literarius.

Literator literatoris, Qui literas noſcit vel docet.

Literatorem, Non perfectum literis, ſed imbutum tãtum eſſe, docet Suetonius de claris grãmaticis, 4.b, Nam apud maiores, ait Orbilius, cum familia alicuius vænalis produceretur, non temere, quem non literatum in titulo, ſed literatorem inſcribi ſolitum eſſe, quaſi non perfectum literis, ſed imbutum.

Literatura literaturæ, Ars quæ de literis tractat.

Literatura, Scauoir, ou ſcience. Cic. Philipp. 2, An tu es vlla re cum eo comparandus? fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia.

LITO litas, litare, Sacrificio facto deos placare, votúmque impetrare. Plaut. in Pœnul. 6.7, Quoniam litare nequeo, abii illinc ilico iratus. Suet. in Cæſ. Deinde pluribus hoſtiis cæſis, cum litare non poſſet, introiit curiam. Plin. de viris illuſt. 4.a, Et dum Numã Pompilium ſacrificiis imitatur, Ioui Elicio litare non potuit, fulmine ictus cum regia conflagrauit.

LITHOS græce, lapis latinè dicitur.

LITHOSTROTOS, m.g. & hoc lithoſtrotum, dictio cõpoſita ex λίθος lapis, & στρᾶτος ſtratus, eſt locus lapidibus ſtratus. Lithoſtrota ex paruulis cruſtis cõſtabant, quibus ſolũ pauimenti incruſtabatur. Varro lib. 3. de re ruſt. cap. 1, Cum enim villam haberes opere tectorio & inteſtino, ac pauimentis nobilibus lithoſtrotis ſpectandam: parũ putaſſes eſſe, ni tuis quoque literis exornati parietes eſſent.

LITVRA lituræ, f.g. Superinductio & complanatio. Effaſſure. A lino linis. Fit quũ ſuperinducto atramento, alióve liquore, ſcripturam vel picturam deſtruimus. Cic. in Verrẽ, act. 3, Deinde in codicis extremam ceram nomen infimum in flagitioſa litura fecit. Ouid. Quaſcunque aſpicies, lachrymæ fecere lituras.

Lituro lituras, liturare, Effaſſer. Sidonius Apollinaris, Tũc vel certius te probaſſe reliqua gaudebo, ſi lituraſſe aliqua cognouero.

LITVS litoris, n.g. Terra quæ ab aqua tangitur. Dictum quòd alluitur, vel quòd aqua ad id allidat, vel quòd id aqua elidat. Le bort de la mer. De mari dicitur. Suet. in Nerone, Diſpoſitæ per litora & ripas diuerſoriæ tabernæ.

Litus, de fluminibus etiam dicitur. Virg. in diris, Littora quæ dulcis auras diffunditis agris. Cum de Mincio loqueretur.

Litus, Terra mari vicina. Virg. Cui littus arandum &c.

Litoreus litorea litoreum, Quod eſt litoris, & ad litus pertinet.

Litoralis & hoc litorale, Idem.

LITVVS, lituí, m.g. Baculus incuruus, quo ſedentes augures auibus templa deſignabant. Gellius, lib. v. cap. 8, Lituus eſt virga breuis, in parte qua robuſtior eſt, incurua, qua augures vtuntur. Cic. de diuinatione, lib. 1, Quid lituus iſte veſter, quod clariſſimum eſt inſigne auguratus, vnde vobis eſt traditus? nempe eo Romulus regiones direxit tum cum vrbem condidit. Qui quidem Romuli lituus, id eſt incuruum, & leuiter à ſummo inflexum bacillum, quod ab eius litui quo canitur ſimilitudine nomen inuenit, quum ſitus eſſet in curia Saliorũ quæ eſt in palatio, eáque deflagraſſet, inuentus eſt integer. Ibidem lib. 2, Omitte igitur lituum Romuli, quem in maximo incendio negas potuiſſe comburi.

Lituus, Genº eſſe buccinæ curuæ, vt ſcribit Feſtus, vnde vox gracilior exiret. Virg. lib. v 1, Et lituo pugnas inſignis obibat & haſta. Vng clairon. Ab huius ſimilitudine dictus eſt lituus baculus auguralis, Cicerone teſte in præcedentibus ipſius verbis: & Gellio lib. v. cap. 8.

LIVOR liuoris, m.g. Veſtigium & nota quæ fit ex flagello. Meurtriſſure.

Liuor, Colorem nigriorem ſignificat. Varro, Paulatim liuor in candorem vertitur, & omnis macies è corpore abſcedit.

Liuor pro inuidia. Lucanus, Liuor edax tibi cuncta negat.

Liuidus liuida liuidum, Qui ex percuſſu carnem nigram habet fluxione cruoris ad eum locum qui percuſſus eſt. Meurtri. Plin. Tapſiæ ſuccus ſugillatis ac liuidis prodeſt.

Liuidus, Niger. Virg. in v 1, Quídve petunt animæ, vel quo diſcrimine ripas Hæ linquũt, illæ remis vada liuida verrunt.

Liuidus, Inuidus: quòd qui inuidia laborant, exedentes ſe dolore, hunc colorem contrahunt. Martial. Omnibus inuideas, liuide nemo tibi.

Liuidulus liuiduli, diminutiuũ, Vng petit enuieux. Iuuenalis, Quibus inuideas, ſi liuidulus ſis.

Liueo liues, liuere, Atrũ eſſe. Plin. lib. 22. cap. 21, Cortex verò (ſcilicet helioſtrophii) liuẽtibus colorem reddit.

Liuere, Inuidere. Pompeius, Malignus homo, fortunis aliorum ſemper liuens.

Liueſco liueſcis, liueſcere, Liuidum fieri. Claud. lib. 3, Haud equidem inuideo, nec enim liueſcere fas eſt, Vel nocuiſſe deos.

LIX licis, f.g. Cendre. Varro apud Plinium, lib. 36. cap. 27, Lix cinis eſt foci.

Lix, Aqua cineri immiſta. Lexiue.

Lixiuium lixiuii, Aqua in qua lauãdi gratia decoctus eſt cinis. Lexiue. Columella lib. 13, Sunt

qui culmos fabæ exurant, & ex eo quod cremauerunt, cinere lixiuium faciunt.

Lixiuia lixiuiæ, fœminino genere legitur apud Columellã lib. vltimo, In olla fictili ampla præparatam lixiuiam cineris ſarmenti calefieri conuenit.

Lixa lixæ, pluraliter lixæ lixarum, m.g. ſunt (vt ſcribit Pompeius) qui exercitum ſequuntur, quæſtus gratia. dicti quòd extra ordinem ſint militiæ, eiſque liceat quod libuerit. Alii eos à Lixa appellatos credunt quòd & Herculem ſecutus ſit. Quidam à liguriẽdo quæſtũ. At Marcellus, Elixum eſt (inquit) quicquid ex aqua mollitur vel decoquitur. nam lixam, aquam veteres eſſe dixerunt, vnde & lixæ dicti, qui militibus aquam ad caſtra, vel ad tentoria ſolent ferre. Varro, In pauimento non audes facere lacunam: at in humum calceos facis elixos. Perottus lixas eſſe affirmat eos qui vilioris quæſtus gratia exercitum ſequũtur, vtputa lauãdi, aut coquendi cauſſa. appellatóſque à cinere.

Lixus lixa lixum, Quod eſt coctum cinere olle ſuppoſito. Bouilly.

Lixo lixas, lixare, Lixum facere, Faire bouillir chair, ou autre choſe.

Lixabũdus, Qui exiguæ mercedis gratia viliſſimis ſeſe obſequiis immiſcet. Plautus, Qui famã tuam lixabundus & nomen fœdas.

L O

LOBA lobæ, quid ſit, interpretatur Plinius lib. 18. cap. 7, Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum eſt, nigrum colore, amplum grano, harũdineum culmo. Adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem, prægrandibus culmis: lobas vocant, omniũ frugum fertiliſſimũ.

LOCO locas. Vide poſt LOCVS.

LOCVS loci, m.g. Pluraliter hi loci, vel hæc loca locorũ, in diuerſa ſignificatione. Quicquid aliquid cõtinet, Vng lieu, ou place. Plau. in Ciſtell. 10. 8, Vbi ea ſit, neſcio: niſi, vt opinor, loca hæc circiter excidit mihi. Virg. Hic locus vrbis erat. Cic. Sulpit. lib. 4, Nos in nobiliſſimo orbis terrarũ gymnaſio academiæ locum delegimus: ibique eũ cõbuſſimus. poſteáque curauimus, vt iidem Athenienſes in eodẽ loco monimentũ ei marmoreum faciendum locarẽt.

Locus, Genus aliquando dicitur. Salluſt. Natus haud obſcuro loco. Parenté.

Locus, Diſtributio temporum quæ cuique in ſpectaculũ vẽturo tribuuntur ab ædilibus. Vnde motus loco dicitur, qui ſuas horas non obtinuerit inter præcedentes & ſecutores. Et Cicero, loco motus eſt, quũ vrbe pulſus eſt. Terentius, Noſter grex per tumultum commotus eſt loco.

Locus, Vng paſſage de quelque eſcripture, ou vng lieu. Terent. in prolog. Adel. 9. Qui lenoni eripuit meretricẽ in prima fabula: eum Plautus locum reliquit integrum. eum hic locũ ſumpſit ſibi in Adelphos.

Locus cognoſcendi, vel peccandi, Id eſt, tempus, vel ſpatium. Terent. in Heaut. 2. 1. 6, Nam & cognoſcẽdi, & ignoſcendi dabitur peccati locus. Idem in And. 1. 4. 6, Dii date facultatem obſecro huic pariundi, atque illi in aliis potius peccandi locum. Plaut. in Captiuis, 5. 20, Vt ſine hiſce arbitris atque vobis, nobis detis loquendi locum. Donnés nous puiſſance, & le pouoir.

Locus obiurgandi, Occaſion. Terent. in Andria, 1. 1. 128, Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus?

Nihil loci ſegnitiæ. Terent. in And. 1. 3. 1, Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ neque ſocordiæ, quantum intellexi modo ſenis ſententiam de nuptiis.

In eum locum res rediit, La choſe eſt venue en tel eſtat. Plaut. in Bacchid. 13. 24, In eum nunc reuenit res locum, vt quid cõſilii dem meo ſodali ſuper amica, neſciam. Terent. in Adelphis, 3. 2. 46, Peiore res loco nõ poteſt eſſe, quàm in quo nunc ſita eſt. Idem in Phor. 2. 4. 6, Videtis quo in loco res hæc ſiet: quid ago?

Locus preci relictus. Terent. in Andria, 3. 4. 22, Quid cauſſæ eſt, quin hinc in piſtrinum recta proficiſcar via? nihil eſt preci loci relictum. Il ne fault plus parler de prieres enuers luy: Il ny a plus dattente de pouoir obtenir quelque choſe de luy, quelque priere que on luy face. Prieres nont lieu enuers luy.

Si iſtoc ſiem loco: Si ieſtoye en ta place, ou en leſtat ou tu es, Si ceſtoit a moy a faire. Plautus in Bacchid. 20. 124, Verùm vt opinor, Si ego in iſtoc ſiem loco, dem potius aurum, quàm illum corrumpi ſinam.

Fratris loco diligere: Aimer aucun autãt que ſil eſtoit propre frere. Terent. in And. 1. 5. 57, Si te in germani fratris dilexi loco, ſiue hæc te ſolum ſemper fecit maximi. Idem in Heaut. 1. 1. 52, Licere ſperas facere me viuo patre, amicam vt habeas propè iam in vxoris loco?

In locum alicuius ſubſtitutus, Qui eſt mis en la place ou office dung autre. Quintil. Et in locum iuuenis amiſſi ſubſtituit de vanitate ſolatium.

Loci locorum, m.g. Sedes argumentorum ſunt, quæ intra ſe continent argumenta, & ex quibus ipſa argumenta petenda ſunt.

Loci maſculino genere etiã pro loca ponitur. Virg. Deuenere locos, vbi nunc ingẽtia cernis.

Loci pluraliter tãtũ, Vterus mulieris, quem matricem vulgo vocãt. Lamarri. Varro in Orig. Sic loci muliebres in quibus naſcendi initia conſiſtunt. Plin. lib. x i, Fœminis eadem omnia præter veſicam, & intus vtriculus, vnde dictus vterus, quod alio nomine locos appellant. hoc in reliquis animalibus vuluam tantum dicimus.

Loculus loculi, diminutiuum; Paruus locus. Varro lib. 3. de re ruſt. Hortẽſius familiaris noſter cum piſcinas haberet magna pecunia ædificatas, ac loculos, ita ſæpe cum eo ad villam iui. Plaut. in Milite, i i. 37, Sed in cella paululum erat loculi lubrici.

Loculus, Sacculus in quo pecunia ſeruatur. Vng ſachet, ou vne bourſe. Martialis, Hos niſi de flaua loculos implere moneta Non decet.

Stimulorum loculi. Plaut. in Caſin. 10. 11. At candidatus cedit mihi hic maſtigia ſtimulorum loculi. Id eſt, vt in loculis ſeruatur pecunia, ita hic meretur vt in ipſo ſtimuli recondantur, quo vexetur magis.

Loculus, Feretrum quo mortui efferuntur, Vne biere ou ſarcueil.

Locellus, diminutiuũ à loculus. Martialis, Si quid adhuc ſupereſt in noſtri fæce locelli: Eſt munus, nihil eſt, ipſe locellus erit.

Loculatus loculata loculatum, Quod habet diuerſos locos. Varro, Nam vt Pauſanias & cæteri pictores eiuſdem generis loculatas magnas habent areolas vbi diſcolores ſint certas: ſic hi loculatas habent piſcinas, vbi diſpares diſcluſos habent piſces.

Loculamentum loculamẽti, n.g, Locus diſtinctus, ſiue capſula, in qua aues & ſimilia nidificare ſeu habitare ſolẽt: & à loculis deduci videtur. Columella, Vel ſi nõ ita cõpetit, paxillis adactis tabulæ ſupponũtur, quæ vel loculamẽta quibus nidificent aues, vel fictilia colũbaria recipiãt. Idem lib. ix. capp. x i i, de apibus, Crepitaculis æreis, aut teſtarũ plerũque vulgo iacentiũ ſonitu terreatur fugiẽs iuuẽtus: eáque quæ vel pauida cum repetierit aluum maternã, & in eius aditu glomerata pepẽderit, vel ſtatim ſe ad proximã frondem cõtulerit, protinus cuſtos nouũ loculamentum in hoc præparatum perliniat intrinſecus prædictis herbis. Deinde guttis melis reſperſum admoueat, tum manibus, aut etiam trulla congregatas apes recondat.

Locuples locupletis, o.g. ſecundũ Priſcianum. ablatiuo locuplete vel locupleti. Riche & puiſſant, Qui ha force lieux, terres, & poſſeſſions, ou argent. Dictus locuples à lata humo, hoc eſt locorum plenus: qui pleraque loca, id eſt qui multas poſſeſſiones habet. Plaut. in Ciſtell. 5. 17, Alia eſt ſponſa locuples Lemnia. Cic. de Senect. 52, Semper enim boni, aſſiduique domini referta cella vinaria, olearia, mellaria, & penaria: vilaque tota locuples eſt, abũdat porco, agno, hœdo, gallina, lacte, caſeo, melle. Idem in frumentaria, In prouincia locupleti & referta. Horat. Locuplete in domo. Plin. li. 18, Cognomina etiã prima. inde pilũni, qui pilũ piſtrinis inuenerũt. Piſones à pinſendo. hinc & locupletes dicebãt loci, hoc eſt agri plenos.

Locuples, Firmus, certúſque ad rem quamlibet. Cic. lib. 3. de off. Accedit eo teſtis locuples. Poſſidonius, Poſſet tamen pro bono & magnæ authoritatis capi, & forte rectius, quemadmodum & illud in eodem libro cõparatiuè poſitũ. Quem enim locupletiorem quærimus, quem principem Pop. Romani, qui retinendi officii cauſſa cruciatum ſubierit vltrò?

Locupleto locupletas, locupletare, Locis & poſſeſſionibus quẽpiam diuitem facere. Quãuis etiã ad omnia, ſicut dito, capi poſſit, vt cum quis opib⁹, rebúſque etiã incorporeis ditatur. Columella lib. 3, Vt antè perpenſum, & exploratũ habeamus, vt locupletet patrẽfamiliæ vinearũ cultus. Plin. in Paneg. 67, Locupletabant & fiſcum & ærarium, nõ tam Voconiæ & Iuliæ leges, quàm maieſtatis ſingulare & vnicum crimen eorum qui crimine vacarent. Plaut. Viſus eſt paterna hæreditate locupletariet.

Loco locas, locare, Quaſi in loco ponere. Conſtituere. Liuius lib. 1, Caſtra ab vrbe haud plus quinque milia paſſuum locant. Virg. Hic alta theatri Fundamẽta locant. Plaut. Dum aulam domi locatam perquirit, ablatam reperit.

Locare agrum fodiendum, Bailler ſon champ a houer. Plaut. in Amphit. 14. 42, Perinde eſt præbere, ac ſi agrum ſterilem fodiendum loces.

Locare agros: Louer, bailler a louage ſes chãps. Plin. epiſt. 150, Inſtat & neceſſitas agrorũ locãdorũ perquàm moleſta: adeò rarũ eſt inuenire idoneos cõductores. Cic. in Verr. Senonis

Menonis nobiliſſimi hominis vxoris fundus erat colono locatus. Sulpitius Ciceroni, Poſteaquã curauim⁹ vt iidẽ Atheniẽſes in eodẽ loco monimẽtũ ei marmoreũ faciẽdũ locarẽt.

Locare argentum, Emploier & mettre argent en marchandiſe. Plaut. in Moſtell. 4.145, Triginta mnas pro capite tuo dedi. Et paulò póſt, Nec quicquam argenti locaui tam diu vſquã æquè bene.

Locare argentum fœnori: Bailler argẽt a vſure. Plaut. in Moſtell. 8.1, Sceleſtiorem ego annũ locando argento fœnori, nunquam vllum vidi.

Loces me caſtrandum. Plaut. in Aulul. 7.73, Si hercle ego te non elinguandam dedero vſque ab radicibus, impero, authórque ſum vt me cui vis caſtrandum loces. Idem in Capt. 13.49, Qui locant cædundos agnos, & duplam agninam danunt.

Locare filiam, Bailler ſa fille en mariage. Terent. in Phor. 4,3.41, Quæſo, quid ſi filiã ſuam vnicam locaret? Plaut. in Aulul. 7.15, Neque eam queo locare cuiquam.

Locare filiam nuptum. Plaut. in Curcul. 1.8, Oratu cuius Phædromo nuptum locat. Terent. in Phor. 5.1.25, Vt potui, virginem nuptum locaui huic adoleſcenti.

Locare in luculentam familiam. Plautus in Ciſtell. 7.19, Vbi tu iam locêre in luculentam familiam, vbi tibi talenta magna viginti pater det dotis.

Locare in matrimonium. Plaut. in Trinũmo, 11.37, Tum tu igitur demum adoleſcẽti aurum dabis vbi erit locata virgo in matrimonium.

Locare inſidias alicui, Faire eſpier aucun. Plaut. in Rud. 12.16, Metuo hercle ne illa mulier mihi inſidias locet, vt comprehendar cum ſacra vrna Veneria.

Locare inſidias puellæ pudicæ. Plaut. in Curcul. 2.25, Num tu pudicæ cuipiam inſidias locas, aut quam pudicam eſſe oportet?

Locare operam ſuam, Se louer a aucun pour faire ſa beſoingne. Plaut. in Aſin. 9.37, Aiebat reddere, quàm éxtemplo ſibi redditum eſſet: nam retineri, vt quod ſit operis ſibi locatum, efficeret.

Locaſti optimè operam. Plaut. in Amphit. 4.124, Perge nox, vt occœpiſti, gere patri morem meo: optumè optumo optumam operam das, datam pulchrè locas.

Locare operam ad artes nugatorias. Plaut. in Trin. 13.2, Nam ego operam meam tribus nummis hodie locaui, ad artes nugatorias.

Locaſti te ad. Plaut. in Rud. 13.51, Quid ſi aliquò ad ludos me pro manduca locem?

Locare ornamenta, Id eſt tradere. Plaut. in Curcul. 9.3, Hunc magis dicam, neſcio, ornamẽta quæ locaui, metuo vt poſſim recipere.

Locare vigiles nocturnos. Plaut. in Amphit. 4.107, Rex Creon vigiles nocturnos ſingulos ſemper locat. s. bene facit. Il conſtitue chaſcune nuyt vng pour veiller, & faire le guet.

Locetis ita virtutem. Cic. de Amicitia, 86, Vos autem hortor, vt ita virtutem locetis, ſine qua amicitia eſſe non poteſt, vt ea excepta, nihil amicitia præſtabilius eſſe putetis.

Locito locitas, locitare, Frequentatiuum formatum à ſupino, a in i mutata. Terent. in Adel. 5.8.27, Agelli hic ſub vrbe eſt paululũ, quod locitas foras: huic demus qui fruatur. Que tu baille a louage a gens eſtranges.

LOCVSTA locuſtæ, Vne ſauterelle. Vide Plinium lib. 11. cap. 29, de hoc genere animalis copioſè ſcribentem.

LODEX, vel lodix lodicis, f.g. Operimentum lecti, Vng lodier, couuerture de lict. Iuuenal. Modo ſub lodice relictis Veteris in turba.

Lodicula lodiculæ, f.g. diminutiuum. Suet. in Aug. Ita vt in extremis ſpatiis ſubſultim decurreret, ſeſtertio, vel lodicula inuolutus.

LOGOS, λόγος apud Græcos modo ſermonem, verbum, orationem ſignificat, modo rationem, modum, ſupputationem. Nonnunquam & pro libro vſurpatur. à verbo λέγω quod eſt dico, ſiue colligo.

Logos, pro dicto ridiculo & cõtemnẽdo ſumitur. Cicero pro Gallo, Ego te certo ſcio omnes logos, qui ludi dicti ſunt animaduertiſſe. Terẽt. in Phor. 3.2.8, Fœneratum iſtud beneficium tibi pulchrè dices. D. logi. Ce ne ſont que parolles, ou fables.

Logice logices, ſiue logica logicæ, Latinè rationalis. nam Græci λογικὸν rationale dicunt. Boetius in comment. Top. Hæc eſt, inquit, diſciplina, quaſi diſſerẽdi quædã magiſtra, quam logicen veteres Peripatetici appellarunt, continens in ſe inueniendi, iudicandique peritiam.

LOLIGO loliginis, f.g. Genus piſcis, dictum quaſi voligo, vt inquit Varro de lingua latina. volitat enim hic piſcis extra aquam ſe efferens. vnde Plinius lib. 32. cap. 11, Sunt lacertorũ

genera, loligo volitans, locuſtæ, lucernæ &c. Idem lib. 32. cap. 2, Trebius Niger loligines euolare aqua tradit, tanta multitudine, vt nauigia demergant. Hic piſcis caput inter pedes & ventrem habet, quem vulgo calamarium vocant, à thecæ calamariæ ſimilitudine. Habet enim officula duo quaſi cultrum & calamum, & cruorem nigrum atramenti modo, cum externè albus.

Lolligo in carmine, gemino ll ſcribi debere teſtatur nonnulli, cum lõga ſit prima, & à volo volas deriuetur, habente primam correptam. Horat. in Serm. Hic nigræ ſuccus lolliginis.

Loliguncula loliguncułæ, diminutiuum. Plaut. in Caſina, 10.57, Emitto ſepiolas lepidas, loliguncułas ordeias.

LOLIVM lolii, n. gen. Herbæ genus, ſegetibus inimicum. Gallicè dicitur de lhiuroe. Græce appellatur zizania. Plinius lib. 18. cap. 17, Nam lolium, & tribulum, & carduum, lappámque non minus quàm rubũ, inter frugum morbos potius, quàm inter ipſius terræ peſtem numerauerim. Virg. Infœlix lolium, & ſteriles dominantur auenæ. Plaut. in Milite, 6.50, Mirum eſt lolio victitare te, tam villi tritico.

Loliarius loliaria loliarium, Ad lolium pertinens. Columella lib. 9, Cribro viciario, vel loliario, qui iam fuerit in vſu, pulli ſuperponantur.

LOMENTVM lomenti, n. g. Farina fabacea qua ad eruganda corpora vſa eſt antiquitas. Martialis, Lomento rugas vteri quod condere tentas. Lomentum, Græci λέομα vocant, quod tritum propriè ſignificat. Plin. lib. 33, Subtiliſſimum genus lomenti, quod quidam tritum vocant, quinis aſſibus æſtimatum.

LONGANON, vel vt alii ſcribunt LONGAVO, rectũ inteſtinũ dicitur, quo aluũ purgamus: ſic dictum, quia in longum protenditur, & non eſt ita orbibus implicitum, ſicut inteſtinum tenue. Apitius, Longanones porcinos ex rure Tarentino farſos cunctos conciſos in cinere pullorum.

LONGVS longa longũ, Porrectus. Long. Virg. Stant longis innixi haſtis, & ſcuta tenẽtes.

Longior ſum quàm tu. Plaut. in Trinũmo, 13.55, Qua facie eſt homo? ſeſquipede quidem eſt, quàm tu longior.

Longum ſeſquipede, latum pede. Plin. lib. 35.

Longus pedes ſeptem. Plin. In hoc cæli circumplexu æquinoctii die media, vmbilicus, quem gnomonem vocãt, ſeptem pedes longus, vmbram nõ amplius quatuor pedes longã reddit.

Longus pedũ quatuor. Columella, In morem orti areas latas pedum denum, longas pedum quinquagenum facito. Idem, Atque ita menſe vltimo Aprilis ſeritur tantum, quantum ſinguli cyathi ſeminis locum occupent, decem pedum longum, & quinque latum.

Longus amor, Id eſt diuturnus, Qui dure long temps. Virg. Et longum Andromachæ teſtantur amorem.

Longum, diutinúmque. Plaut. in Milite, 9.23, At ita di me deæque omnes ament, niſi mihi ſupplicium virgarum de te datur longum, diutinúmque, à mane vſque ad veſperum.

Longa dies. Plaut. in Epid. 11.17, Longa dies animum incertat meum. Il y a ſi long temps que ie nen ſcay que dire.

Longa experimẽta. Plin. epiſt. 110. a, Quod mihi cognitum eſt, non fama, qua alioqui optima, & meritiſſima fruitur, ſed longis, magniſque experimentis.

Longi libri. Plaut. in Perſ. 10.67, Librorum enim ecce illum plenum ſoracum habeo. ſi hoc accuraſſis lepidè, cui rei operam damus, dabuntur dotis inde ſexcenti tibi longi, atque Attici omnes.

Longus ſermo. Plaut. in Trin. 11.57, At enim nimis longo ſermone vtimur.

Longior eſſe nolo. Cic. de natura deorum, lib. 1, Poſſum de ichneumonũ vtilitate, de crocodilorũ, de felium dicere: ſed nolo eſſe longior.

Longum eſt. Terent. in Phor. 3.2.30, Haud longum eſt id quod orat Dorio, exoret ſine. Le temps neſt pas long quil demande. Idem in And. 5.6.13, Memini, atque adeò longũ eſt, nos illum expectare dum exeat. Nous ſerions icy long temps a lattendre iuſques a ce quil ſorte. Idem in Heaut. 2.3.94, Longum eſt Clitipho, ſi tibi narrem quamobrem id faciã. Ie ſeroye long temps. Plin. epiſt. 30. a, Longũ eſt altius repetere: nec refert, quemadmodum acciderit.

Longum, pro pernicioſo. Virg. Infœlix Dido, longúmque bibebat amorem.

Longum, aduerbium, Longo tempore. Martialis, Vtque tuis longum, dominúſque puérque fruantur Muneribus.

Longè aduerbium, pro longitudine tam temporis quàm loci.

Longè à mari rus eſt. Terent. in Eunucho. 3. 3. 13, Rus Sunii & quod habeam, & quàm longè à mari.

Longè à me abeſt. Plaut. in Curcul. 3. 22, Quàm longè à me abeſt?

Longè hinc abeſt. Plaut. in Rud. 7. 6, Ilicò nos hic imus haud lõgulè ex hoc loco: verùm lõgè hinc abeſt, vnde vectæ ſumus.

Longè gentium abeſt, Idem quod longé. Cic. Attico, lib. VI, Non quo me aliquid iuuare poſſes, quippe res eſt in manibus. tu autem abes lõgè gentium. Tu es loing de moy. Idem P. Cornificio, lib. XII, epiſt. Oppreſſa omnia ſunt: nec habent ducem boni: noſtrique τυραννοκτόνοι longè gentium abſunt.

Longè abieram. Terent. in Eunucho, 4. 2. 5, Dum hæc puto, præterii imprudens villam, longè iam abieram: cum ſenſi, redeo rurſum.

Longè fugere. Plaut. in Moſtell. 6. 42, Si ego ita aduenientem patrem faciam tuum, non modo ne introeat, verũetiam vt fugiat longè ab ædibus?

Longè à pædagógo efferre pedem. Plaut. in Bacchid. 8. 19, Nego tibi annis viginti fuiſſe primis copiam, digitum longè à pædagógo pedem vt efferres ex ædibus.

Longè eſt ad villam. Plaut. in Caſina, 8. 67, Scin' tu, ruri eſt ad villam longè quò ducatur?

Longè ſtimulum habes. Plaut. in Trucul. 17. 75, Næ iſta ſtimulum longè habet, quæ vſque illinc cor pungit meum. Elle ha certe vng eſguillon dont elle atteint de bien loing.

Longè illic habito. Plaut. in Rud. 23. 89, Vbi tu habitas? G. porrò illic longe vſque in campis vltimis.

Longè eſſe. Plin. in Paneg. 41, Negotiis aliquis, valetudine alius, hic mari, ille fluminibus diſtinebatur: expectatum eſt, prouiſúmque, ne quis æger, ne quis occupatus, ne quis denique longè fuiſſet, veniret quiſque cum vellet, veniret quiſque cum poſſet.

Longè proſpicere futuros caſus. De loing. Cic. de Amicit. 38, Etenim eo loco Fanni & Scæuola locati ſumus, vt nos longè proſpicere oporteat futuros caſus reip.

Longè, pro valde aliquando accipitur: & comparatiuo aliquando, aliquando ſuperlatiuo iungitur.

Comparatiuo. Virgilius, At pedibus longè melior Lycus. Beaucoup plus vaillant des pieds, ou a courir.

Superlatiuo. Quintil. Longè omnium, quos quidem mihi audire contigit, præſtantiſſimus Domitius Afer. Cic. Principi longe omnium in dicendo grauiſſimo & eloquentiſſimo Platoni.

Poſitiuis Excellens & Præſtabilis iunctum aliquando reperitur. Apuleius de deo Socratis, Chalcas autem longè præſtabilis hariolus. Apuleius in Floridis, Longè ante cæteros excellens.

Longè aliter. Plaut. in Epid. 12. 9, Aliter catuli longè olent, áliter ſues. Idem in Trucul. 4. 67, Sed longè aliter eſt amicus atque amator. Il y a grande difference entre vng ami & vng amoureux.

Longè ſecus. Cicero de Amicitia, 29, Quod ſi ita eſſet: vt quiſque valetudinis minimũ in ſe eſſe arbitraretur, ita ad amicitiã eſſet aptiſſimus: quod longè ſecus eſt. Il eſt bien autremẽt, Il va bien autrement.

Longè alius. Plaut in Aſin. 5. 53, Aliam nunc mihi orationem deſpoliato prædicas: lõgè aliã inquam præbes nunc, atque olim cum dabam. Tu me parle bien autrement que &c. Salluſt. Longè mihi alia mens eſt Patres Conſcripti.

Longè princeps, Le plus grand, Qui paſſe ou ſurmonte tous. Cic. Bruto, lib. XIII, epiſt. L. Caſtronius Pætus longè princeps municipii Lucenſis, eſt honeſtus, grauis, plenus officii. Quintil. Nouem verò lyricorum longè Pindarus princeps.

Longè primus. Cic. in Verrem, Longè primus ciuitatis eſt Epicrates. Liuius ab vrbe condita. Longè primi ciuitatis erant. Ils eſtoiẽt les plus principaulx de la ville. Idem de bello Punico, Equitum, peditúmque idem longè primus erat.

Longè plurimum. Cic. Planco, Longè plurimum valuit Plancus. Cæſar in cõment. Hæc ciuitas longè plurimum totius Galliæ equitatu valet.

Longè plurimos captiuos ante currum duxit. Liuius ab vrbe condita.

Longè anteponere. Cic. in Tuſcul. Cuius ego iudiciũ, pace tua dixerim, lõgè antepono tuo.

Longè anteire. Plaut. in Bacchid. 12.3, Quicunque vbi vbi ſunt, qui fuêre, quique futuri ſunt poſthac ſtulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, bucones, blanni, ego longè anteeo ſtultitia & moribus indoctis. Ie les paſſe de beaucoup en folie. Ie ſuis beaucoup plus fol que eulx.

Longè diſſentire. Cic. de Amicitia, 30, Ab his qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè diſſentimus. Nous ſommes fort contraires, Nous ne ſommes nullement de ceſte opinion.

Longè errat. Terent. in Adelph. 1.1.40, Et errat longè, mea quidem ſentẽtia, qui imperium credat grauius eſſe, aut ſtabilius, vi quod fit, quàm quod amicitia adiungitur. Il erre fort.

Longè præcedere. Quintil. Sed cum longè præcedunt ingenia viuentium. Comme ainſi ſoit que les engins ou eſperits des viuans ſoient beaucoup plus vifs.

Longè remotus ab ambitione. Plin. epiſt. 1 10.2, Ipſius, quòd ſcilicet, ſicut eſt ab omni ambitione longè remotus. Qui neſt nullement ambitieux.

Longius, Comparatiuus, Plus loing. De loco & tempore dicitur. Plaut. in Ciſtell. 7.38, Auecta eſt, inquit, peregrè hinc habitatum longius. Dicy loing. Idem in Trinummo, 19.94, Siſti non poteſt, video caculam militarem me futurum, aut longius, aut aliquem ad regem.

Longius abeſſe. Terẽt. in Heaut. 5.2.31, Et quantũ ego intelligere poſſum. CL. quid's. nõ aberit lõgius. Il ne ſera point loing dicy. ou, Il ne demourera plus gueres quil ne ſoit icy. Il ſera icy de brief. Ibidem, 2.2.10, Non cogitas hinc longius abeſſe? & noſti mores mulierum. Ne ſces tu pas bien quil y a loing dicy?

Longius abire, Seſloingner. Terent. in Eunuch. 4.3.20, Nequeo mirari ſatis, quò ille abire ignauos poſſit lõgius: niſi ſi domum forte ad nos redierit: Ie ne me ſauroye aſſes heſbayr ou il ſe pourroit eſtre eſloingné.

Longius in amicitia prouehi. Cic. de Amicitia, 32, Quòd ſi qui longius in amicitia prouecti eſſent, tamen ſemper labefactari, ſi in honoris contentionem incidiſſent.

Longiſſimè, ſuperlatiuus, Treſloing. De loco & tempore dicitur.

Longiſſimè ab occaſu. Plin. Pars noſtra terrarũ, de qua memoro, ambiente, vt dictũ, oceano velut innatans, longiſſimè ab ortu & occaſu patet.

Longiſſimè memini. Plau. in Menæh. 24.54, Quid longiſſimè meminiſti, dic mihi, in patria tua? De quoy te ſouuient il du plus loing?

Longiſſimè, Il y a fort long temps. Plaut. in Sticho, 9.24, Quàm dudum in portũ huc venis? P. longiſſimé. Il y a fort long temps.

Longulè, aduerbium, Diminutiuum à longè, Vng peu loing. Plautus in Rud. 7.6, Ilicò nos hic imus haud longulè ex hoc loco. Idem in Menæh. 2.62, Nam rus vt ibat, & multum forte pluerat, ingreſſum fluuium rapidum ab vrbe haud longulè, rapidè raptorem pueri ſubduxit fides.

Longæuus longæua longæuum, Quod eſt longi æui, Qui vit long temps. Virg. Quem tibi longæuo ſerũ Lauinia cõiunx Educet ſyluis. Cic. in Catone, O miſerũ ſenem, qui mortem contemnendam in tam longæua ætate non viderit.

Longanimis & hoc longanime, Qui eſt perſeuerãtis animi, æquanimiter tolerans. Qui ha vng grand courage a endurer, Qui endure patiemment.

Longanimitas longanimitatis, f.g. Longue patience ou attẽte que on ha deuers aucun.

Longitudo longitudinis, f.g. Longueur.

Lõgitudo, de tẽpore etiã dicitur. Terẽt. in Heaut. 5.2.10, Vbi te vidi animo eſſe omiſſo, & ſuauia in præſentia quæ eſſent, prima habere, neque conſulere in longitudinẽ: cepi rationẽ vt neque egeres, neque vt poſthæc poſſes perdere. Et que tu ne prenois point garde pour le temps aduenir.

Longinquus longinqua longinquum, Remotum, diſtans, Loingtain. Cic. de Senect. 77, Quem ego meum caſum fortiter ferre viſus ſum: non quòd æquo animo ferrem: ſed me ipſe conſolabar, exiſtimans non longinquum inter nos digreſſum & diceſſum fore. Penſant que tu ne le ferois pas long apres mon depart, Quil ny auroit pas long depart entre nous deux, Que bien toſt partirois apres moy.

Longinquum amanti iſtuc. Plaut. in Merc. 22.15, Quin ego videam facis? E. faciam. C. longinquum amanti iſtuc. Ceſte parolle dure long temps a gens amoureux.

Longinquum loqui. Plaut. in Merc. 12.23, Odioſa næ oratio eſt, quum rem agas, lõginquũ loqui: equidem ad capitã rerum venias. Ceſt vne choſe facheuſe de tenir ſi long proces.

Longinquus ſermo. Plaut. in Milite, 14. 29, Cedo te mihi ſolæ ſolum. PA. breuín' an lõginquo ſermone? M. tribus verbis. PA. iam iam ad te redeo.

Longinqua vita. Plautus in Milite, 10. 134, Qui lepidè ingenuatus eſſet, vitam longinquam darent.

Longinqui, Qui ſont de loing. Cic. M. Catoni, Nõ dubito quid præſentes cenſeant: nos quidem longinqui & à te ipſo miſſi in vltimas gentes.

Longinquitas longinquitatis, f. g. Loingtainneté.

Longinquitas ætatis. Terent. in Hecyra, 4. 2. 20, Hæc mihi nunc cura eſt maxima, vt ne cui mea longinquitas ætatis obſtet, mortémve exoptet meam. Que ie ne viue trop a ſon gre.

Longiſco longiſcis, longiſcere, Longum fieri. Ennius, Neque corpora firma longiſcũt quicquã.

Longurio longurionis, m. g. Vng longis, Vng grand maudolé. Varro, Hic qui ante me eſt, neſcio quis longurio.

Longurius longurii, Pertica longior apud Varronem, qui libro primo de re ruſtica, cap. 4, inquit, Secunda ſepes eſt ex agreſti ligno, ſed nõ viuit. fit autem palis ſtatutis crebris ac virgultis implicatis, aut latis perforatis, & per ea foramina traiectis longuriis ferè binis aut ternis, aut ex arboribus truncis demiſſis in terram deinceps conſtitutis. Idem lib. 2. cap. 7, Itaque in ſtabulis ab humore prohibere oportet humũ, clauſa habere oſtia ac feneſtras, & inter ſingulas à præſepibus interiicere longurios qui eas diſcernant, ne inter ſe pugnare poſſint.

LOPAS lopadis, fœm. g. Genus conchæ marinæ. Plaut. in Rud. 8. 7, Habemus echinos, lopadas, oſtreas, balanos captamus, conchas, marinam vrticam.

LOQVOR loqueris, loqui, Deponens, Parler.

Quas mulieres, quos tu paraſitos loquere? De quels paraſites me dictes, ou parlés voùs? Plaut. in Menæh. 8. 47.

Quid hæ loquũtur literæ? Que diſent ces lettres? De quoy parlẽt elles? Plaut. in Bacch. 15. 3.

Loqui aperté. Terent. in And. 1. 2. 31, Ita apertè ipſam rem modo loquutus, nihil circuitione vſus es.

Loqui confidenter. Plaut. in Amphit. 8. 206, Quæ non deliquit, decet audacem eſſe, & confidenter pro ſe, & proteruè loqui.

Loqui deliramẽta. Plaut. in Amphit. 8. 62, Hæc quidẽ deliramẽta loquitur. Ce que dict ceſte cy, ne ſont que reſueries. Idem in Capt. 11. 68, Iam deliramenta loquitur, laruæ ſtimulant virum.

Loqui familiariter. Plaut. in Aulul. 6. 15, Vt tuam rem ego tecum hic loquerer familiariter.

Loqui porrectiore fronte. Plaut. in Caſina. 6. 3, Eloquere quid velis. S. primum, ego te porrectiore fronte volo mecum loqui.

Lapides loqueris. Plaut. in Aulul. 6. 26, Quia mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta ſoror: lapides loqueris.

Lautè loqui. Plaut. in Milite, 14. 11, Quia enim loquitur lautè, & minimè ſordidé.

Loqui lepidè. Plau. in Mili. 10. 21, Quis homo ſit magis meus, quàm tu es? PL. loquere lepidè, & commodé.

Loqui lingua. Plaut in Truc. 5. 15, Male corde conſultare, bene loqui lingua.

Loqui male abſenti, Meſdire daucun en ſon abſence. Terent. in Phor. 2. 3. 25, Pergín' hero abſenti male loqui impuriſſimé?

Loqui maturè & grauiter. Plin. epiſt. 87. a, Commendabat actionem, quòd tanquam homo Romanus, & bonus ciuis in negotio ſuo maturè & grauiter loquebatur.

Loquere mihi nomen tuum: Dis moy ton nom. Plaut. in Menæh. 24. 7, Adoleſcens quæſo loquere tuum mihi nomen.

Loqui ore viginti gentiũ: Parler vingt diuers languages. Plin. de viris illuſt. 76, Mithridates rex Ponti, oriundus à ſeptem Perſis, magna vi animi & corporis, vt ſex iuges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur. &c.

Loqui paucula. Terent. in Heaut. 4. 6. 24, Quod imperabit facito, loquitor paucula.

Loqui planè & diſerté. Plaut. in Amphit. 7. 21, Satín' hoc planè, ſatín' diſertè here nunc video tibi loquutus eſſe?

Loqui ſecum. Plaut. in Moſtell. 7. 79. Quid tute tecum loquere?

Loqui de. Cic. de Amicitia, 3, Quia nulla videbatur aptior perſona, quæ de illa ætate loqueretur, quàm eius, qui & diutiſſimè ſenex fuiſſet, & in ipſa ſenectute præ cæteris floruiſſet.

Loqui ad voluptatem. Cic. de Amicitia, 76, Quanuis enim multis nominibus eſt hoc vitium

notandum, leuium hominum atque fallacium, ad voluptatem loquentium omnia, nihil ad veritatem.

Loqui latinè. Cic. in Verrem, act. VI, Cum dico nihil istum eiusmodi rerum in tota prouincia reliquisse: latinè me scitote, non accusatorie loqui.

Loquitor loquitaris, loquitari, Verbum deponēs, quo vsus est Plautus in Bacchid. 18.5, Eho tu loquitatúsne es gnato meo malè per sermonem, quia mihi id aurum reddidit?

Loquens loquentis, Qui parle. Plaut. in Rud. 24.70, Eho tacent: quòd tacita bona est mulier semper, quàm loquens.

Locutor seu loquutor, loquutoris, Qui nimium loquitur. Gellius, Qui sunt leues, & futiles, & importuni loquutores.

Loquela loquelæ, Parolle. Verbum quod in loquendo proferimus.

Loquax loquacis, o.g. Verbosus, garrulus, Qui parle trop. Plaut. in Aulul. 6.5, Nam multum loquaces meritò omnes habemur: nec mutam profectò repertam vllam esse hodie dicunt mulierem vllo in sæculo.

Loquacitas loquacitatis, f.g. Naturalis loquendi abundantia. Cic. Torquato, Facit autem non loquacitas mea, sed beneuolentia longiores epistolas.

LORA loræ, fœ.g. Vin de despence, La boisson que on faict pour la maison, de leaue qui est mise sur le marc. Varro de re rust. lib. I. cap. 54, Cum desiit sub prælo fluere, quidã circũcidunt extrema, & rursus premunt: & rursus, cum expressum, circũcisum appellãt: ac seorsum, quod expressum est, seruãt: quod resipit ferrũ, expressi acinorũ folliculi in dolia coniiciũtur, eóque aqua additur, ea vocatur lora, quòd lota acina, ac pro vino operariis datur hyeme. Columella lib. 12. cap. 40, Quãtũ vini vno die feceris, eius partẽ decimã, quot metretas efficiat, cõsyderato, & totidẽ metretas aquæ dulcis in vinacea, sed quibus vnius diei vinum expressum erit, addito. &c. De lora quomodo faciẽda loquitur. Plin. lib. 14. cap. x, Nõ possunt iure dici vina, quæ Græci denterias appellant, Cato & nos lorã, maceratis aqua vinaceis. Sed tamen inter vina operaria numerãtur. Tria eorũ genera: decima parte aquæ addita, quæ musti expressa sit, & ita nocte & die madefactis vinaceis, rursúsque prælo subiectis: Alterũ quod hoc modo Græci factitauêre: tertia parte eius quod expressum sit, addita aquæ, expressóque decocto ad tertias partes. Tertiũ est, fæcibus vini expressum: quod fæcatũ Cato appellat. Nulli ex his plus quàm anno vsus.

Lorea, à Catone vocatur, libro de re rustica, cap. 25, Indidem si voles, lauito paululum, & lorea erit familiæ quod bibat.

LORICA loricæ, Vng halecret. Plaut. in Casina, 15.53, Loricam induam.

Lorica, In vniuersum dicitur cuiusque rei tutela & protectio & munimentum.

Lorica, Pars est murorum & structurarum. Victruuius lib. 2, de lateritiis parietibus loquens, Cum enim in tecto tegulæ fuerint factæ, aut ea vẽtis deiectæ, qua possit ex imbribus aqua pluere, nõ patietur lorica testacea lædi laterem, sed proiectura coronarũ reiiciet extra perpendiculum stillas. Loricam appellat coronarum proiecturam quæ fit in parietibus eiusce modi. Curtius lib. 8, Angusta muri corona erat. non pinnæ, sicut alibi, fastigium eius distinxerãt: sed perpetua lorica obducta transitum sepserat. Itaque rex hærebat magis, quàm stabat in margine, clypeo vndique incidẽtia tela propulsans. Loricam appellat structuram fastigiatam quæ aquam pluuiam vtrinque dispellit extra perpẽdiculum veluti suggrundulis prominentibus. Capistratæ huiusce modi structuræ à structoribus nostris appellantur. In pauimentis etiam ruderatis lorica appellatur corium è marmore tuso cum calce & arena. Victruuius lib. VI, Itaque si necessitas vrgeat vt minimè vitiosa fiant: sic erit faciendũ. cum coaxatum fuerit, insuper altera coaxatio transuersa seruatur, clauisque præfixa, duplicem præbeat contignationi loricationem. Deinde ruderi nouo tertia pars testæ tunsæ admisceatur. Varro libro primo de re rustica, Parietes & solum opere tectorio marmorato loricandi.

Loricula loriculæ, Vng petit halecret.

Lorica, siue loricula in re militari significat munimentũ quod obsessores vrbium construunt. nam vltra iactũ teli fossam faciũt: eámque vallo, fudibus & turriculis instruũt, vt erumpẽtibus è ciuitate possint obsistere. author Vegetius lib. 4. Hircius comment. lib. 8, Hæc imperat vallo XII pedum muniri, loricámque pro hac ratione eius altitudinis inædificari. item pontium frontes viminea loricula munirentur.

Lorico loricas, loricare, Loricam induere, Armare ſe. Plin. de ichneumone loquens in octauo, Mergit ſe limo ſæpius, ſiccátque ſole: mox vbi pluribus eodem modo ſe coriis loricauit, in dimicationem pergit.

LORIPES loripedis, cõm. g. Qui pedem in modum lori tortum habet. Qui ha la iambe tortue. Iuuenalis, Loripedem rectus derideat, AEthiopem albus. Plaut. in Pœn. 7. 7, Ne quicquam hos patronos mihi elegi, loripedes, tardiſſumos.

LORVM lori, Corrigia ex græco. Græca dictio, λῶρον.

Lorum, Retinaculum iumentorum, Vne renne de bride.

Lorum, Quodcunque ligamentum dici poteſt. Gellius, Poſtea videbamus Androdum & leonem loro tenui reuinctum vrbe tota circum tabernas ire.

Lorum, Corrigia qua homines verberãtur. Vng fouet. Donatus, Lora apud veteres laura dicebantur, à laura triumphorũ, ſub qua mos erat captiuos vinciri, ducíque per pompã. Ideò autem vt conditionis reminiſcantur loris cæduntur. Plaut. in Epid. 13. 6, Periphanẽ emere lora vidi: aderat ibi vnà Apoecides. Terent. in Adel. 2. 1. 28, Nam ſi moleſtus pergis eſſe, iam intrò arripiêre, atque ibi vſque ad necem operiêre loris. s. loris liber?

Lora, Dicuntur corrigiæ quibus lecti & ſellæ inſtruuntur, ſuper quas tomẽta vel culcitræ imponuntur. Sangles. Martialis, Nouis linteis, loríſque.

Lorarius lorarii, dicebatur qui in ſcenicis fabulis parebat iis qui ludis erãt præfecti, & vel vinciebat, vel cædebat quos iuſſus erat vincire vel cædere. Tortores quoque lorarios vocatos legimus. Gellius, Itaque hi ſequebantur magiſtratus tanquam in ſcenicis fabulis, qui dicebantur lorarii.

LOTIVM lõtii, n. g. Vrina: à diluẽdis corporibus appellatum. Piſſat, vrine. Suetonius, Reprehendenti filio Tito, quòd & vrinæ vectigal commẽtus eſſet, pecuniam ex prima penſione admouit ad nares, ſciſcitãs num odore offenderetur. At illo negãte, Atqui, inquit, è lotio eſt.

LOTVS loti, f. g. Arboris nomen, de qua Plinius lib. 13. cap. 17, Eadem Aphrica quâ vergit ad nos, inſignem arborem lotum gignit, quam vocant celtin: & ipſam Italiæ familiarem, ſed terra mutatam. Præcipua eſt circa Syrtes atque Maſſamonas. Magnitudo quæ pyro. quanquã Nepos Cornelius breuem tradat. Inciſuræ in folio crebriores, alioqui ilicis viderentur. Differẽtiæ plures, eæque maximè fructibus fiunt. Magnitudo huic fabæ, color croci, ſed ante maturitatem alius atque alius, ſicut in vuis. Naſcitur denſus in ramis, myrti modo, nõ vt in Italia ceraſi: Tam dulcis ibi cibus, vt nomen etiam genti, terræq; dederit, nimis hoſpitali aduenarum obliuione patriæ. Ferunt ventris non ſentire morbum, qui eum mandant. Melior ſine interiore nucleo, qui in altero genere oſſeus videtur. Vinum quoque exprimitur huic ſimile mulſo, quod vltra denos dies negat durare idem Nepos, baccáſque contuſas cum ſiliqua ad cibos doliis condi. Quin & exercitus paſtos eo accepimus, vltrò citróque cõmeãtes per Aphricam. Ligno colos niger. Ad tibiarum cantus expetitur. È radice cultellis capulos, breueſque alios vſus excogitauit.

Lotos, Herba. Plin. lib. 13. cap. 17, Eſt autem eodem nomine & herba, & in AEgypto cauſis in paluſtriũ genere. Recedẽtibus enim aquis Nili riguis, prouenit ſimilis fabæ caule, foliíſque denſa congerie ſtipatis, breuioribus tantum, gracilioribúſque: cui fructus in capite papaueri ſimilis inciſuris, omníque alio modo. Intus grana ſeu milium. Incolæ capita in aceruis putrefaciunt, mox ſeparant lauando, & ſiccata tundunt, eóque pane vtuntur. Mirum eſt quòd præter hæc traditur, Sole occidẽte, papauera ea comprimi, & integi foliis. ad ortum autem aperiri, donec matureſcant, flóſque qui eſt candidus, decidat.

LV

LVBET, lubuit, per u ſcripſere veteres: quod per i ſcribimus. Vide LIBET. Plaut. in Perſa, 19. 48, At meo ſi liceat modo, ſapienter potius faciam, quàm ſtulté. s. Lubet lubere per me tibi? P. licere intelligo: verùm lubere, haud liceat, ſi lubeat mihi. Te plait il, ou veulx tu que ie te laiſſe faire a ton plaiſir? Idem in Amphit. 3. 123, In Amphitrionis vortit ſeſe imaginem, omneſque eum eſſe cenſent ſerui, qui vident: ita verſipellem ſe facit, quando lubet. Ibidem, 7. 6, Tuus ſum. proinde, vt commodum ſiet, lubet quicquid facias: Ie ſuis content de quelque choſe que tu face, pourueu quil ſoit prouffitable. Idem in Aſin. 13. 36, Deam ſibi inuocet quam lubebit propitiam, deum nullum. Idem in Curcul. 3. 36, Ecquid lubet? LE. lubet. PA. etiam mihi quoque ſtimulo fodere lubet te. PH. tace, noli.

Lubens lubentis, om. g. Plaut. in Ciſtell. 2. 10, AEdepol factum id eſt lubenti animo, fiétque. Dung franc vouloir.

Lubente me facies. Plaut. in Sticho, 8. 20, Num quidem hoc tibi tam graue eſt? promitte. E. certum eſt. G. ſic fac inquam. E. certa res. G. lubente hercle me facies. Ie ſuis cõtent que tu le faces. Idem in Trucul. 8. 7, Cœnabo vbi tu iuſſeris. P. hoc me lubente facies. Ien ſuis content. Idem in Amphit. 8. 217, Mulier iſtam rem inquiſitam certum eſt non amittere. AL. ædepol me lubẽte facies. Idem in Menæh. 7. 47, Cape, atq; ſerua: me lubẽte feceris.

Lubentes ſunt malo muliebri. Plaut. in Ciſtell. 10. 14, Sed nonne ecaſtor ego ſum multò inſcitior, hos quæ rogem aut quæ fatigem, quæ ſemper malo muliebri ſunt lubẽtes? Qui font voulentiers, ou prennent plaiſir a faire mal aux femmes, & ſi delectent?

Lubens pro lubenter. Plaut. in Amphit. 16. 36, Faciam id, ſi queo, ſignis palàm, tu reſponde prius. A. lubẽs. Voulẽtiers. Idem in Caſi. 21. 11. Hic Pardaliſca eſto, qui hinc exeat: eum vt ludibrio habeas. P. lubens fecero, & ſolens. Terẽt. in Heaut. 4. 5. 15, Faciam boni tibi aliquid pro iſta re, ac lubens. Idem in Adelph. 5. 5. 6, Seruum haud illiberalem præbes te, & tibi lubens bene faxim. Ie te feroie voulentiers plaiſir. Ibidem, 5. 6. 8, Et tibi ob eam rem, ſi quid vſus venerit, lubens bene faxim.

Lubenter, aduerbium, Voulentiers. Plaut. in Rud. 22. 14, Nam qui dormiunt lubẽter, ſine lucro & cum malo quieſcunt.

Lubentius. Plaut. in Capt. 4. 10, Omnes profectò liberi lubẽtius ſumus, quàm ſeruimus.

Lubido lubidinis, f. g. Vide LIBIDO. Plaut. in Trin. 13. 20, Credo ædepol quo mox furatũ veniat, ſpeculatur loca magis. Lubido eſt obſeruare quid agat: ei rei operã dabo. Iay fain, enuie, & voulente de leſpier. Ie vouldroie bien leſpier. Idem in Epid. 5. 57, Nec ſat exaudiebam: nec ſermonis fallebar tamen, quem loquerẽtur. P. id lubido eſt ſcire. Idem in Menæh. 3. 7, Nam homini miſero malum ſi accedat ad malum, maior lubido eſt fugere, & facere nequiter. Idem in Perſ. 6. 7. Audacter, tibi ſi lubido eſt perdere. Auãt, Courage, Hardimẽt,

LVBRICVS lubrica lubricum, Quaſi labricus. Propriè locus dicitur, in quo quis nequit cõſiſtere, qualis eſt terra glaciata. Gliſſant, ou grillant. Virg. Lubrica conuoluit ſublato pectore terga, Et ſeſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgens.

Lubrica adoleſcentia figuratè dicitur, quæ citò labitur.

Lubrici oculi à Cicerone dicuntur, Id eſt, mobiles. Sicut dicitur pes lubricus, qua in lubrico eſt. Piſcis lubricus dicitur, qui labitur dum tenetur.

Lubrico lubricas, lubricare, Lubricum facere.

LVCA lucæ. Bos luca, dicitur elephas. Plin. lib. 8. cap. 6, Elephantes Italia primũ vidit Pirrhi regis bello: & boues lucas appellauit, in Lucanis viſos. Næuius, Atque prius pariet locuſta lucam bouem. Ideò dicti boues, quòd noſtri, maximam quadrupedem quam haberent, vocarent bouem.

LVCANICA lucanicæ, f. g. Genus farciminis ex porcinis carnibus, à Lucanis populis primum inuenta. Martialis, Filia Picenæ venio lucanica porcæ: Pultibus hinc niueis grata corona datur.

LVCAR, vt inquit Feſtus, appellatur æs quod ex lucis captatur. Alii lucar erogationem dicunt, quæ in lucis fiebat. & lucaris pecunia, quæ in luco erat data.

LVCEO, & ab eo deriuata vide poſt LVX.

LVCERNA, Vide poſt LVX.

LVCRVM lucri, n. g. Gain. Terent. in Heaut. 4. 4. 25, Næ ille haud ſcit hoc paulum lucri quantum ei damni apportet.

Lucri eſt. Plaut. in Amphit. 14. 41, Lucri eſt, quòd miſeriam deputat. Ceſt gain. Terent. in Phor. 1. 2. 11, Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris, verere verba ei credere: vbi quid mihi lucri eſt te fallere? Que gaingneroye ie. &c.

Lucro eſt. Plautus in Milite, 10. 80, Et quod in diuinis rebus ſumas ſumptus, ſapienti lucro eſt.

Lucroſus, lucroſa, lucroſum, Plenum lucro. Plin. lib. 18, Et auctionibus eam adhiberi, lucroſum putant.

Lucellum lucelli, diminutiuum, Petit gain. Horat. in Serm. De ſene guſtarit tecum partita lucellũ. Cic. in Verrem, act. v, Age, quid tum? ſi Apronio deliciis prætoris lucelli aliquid iuſſi ſunt dare, putate Apronio datum, ſi Apronianũ lucellum, ac non prætoria præda vobis videbitur.

Lucrificabilis, & hoc lucrificabile, Qui faict gaigner. Plaut. in Perſa, 9.2, Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis.

Lucrifuga lucrifugæ, Qui lucrum fugit. Plaut. in Pſeud. 20.26, Venus mihi hæc bona dat, quũ hos huc adiicit lucrifugas, damni ſui cupidos.

LVCTOR luctaris, luctari, deponens, Contra aduerſarium omni adhibita cura & vi confligere. Luyter. Plaut. in Bacchid. 8.24, Ibi curſu, luctãdo, haſta, diſco, pugilatu, pila, ſaliendo ſe exercebant.

Luctantes ventos dixit Virgilius. Seruius exponit, egredi laborantes. Mettans peine a ſortir.

Lucto luctas, apud antiquos. Ennius lib. IX, Viri à validis viribus luctant. Terent. in Hecyra, Dicítque illi annulum ſeſe dum luctat, detraxiſſe.

Luctitor, Frequẽtatiuũ. Vnde Priſcian⁹ poſuit apud vetuſtiſſimos luctitor pro luctito inueniri.

Luctator luctatoris, m.g. Vng luyteur. Plaut. in Pſeud. 22.5, Magnum hoc vitium vino eſt: pedes captat primum, luctator doloſus eſt.

LVCVBRO lucubras, lucubrare, Vigilare, Veiller la nuyt. Liuius lib. I, Sed nocte ſera deditũ lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentem inueniunt. Plin. epiſt. 49.c, Lucubrare Vulcanalibus incipiebat, non auſpicãdi cauſſa, ſed ſtudẽdi, ſtatim à nocte multa.

Lucubrare, Aliquid ad lucernam componere. Varro de Orig. Non ſolum ad Ariſtophanis lucernam, ſed etiam ad Cleantis lucubraui.

Lucubratio lucubrationis, f.g. Veille. Columella lib. XII, Item ad lucubrationem veſpertinã palos decem, vel ridicas quinque conficere, totidémque per⁸ antelucanam lucubrationem.

LVCVLENTVS luculenta luculentum, Plenum luce, ſplendens. Qui eſt cler.

Luculentum ambulacrum. Plaut. in Moſtell. 10.33, Vidén' veſtibulum ante ædes, & ambulacrum cuiuſmodi? TE. luculentum ædepol. Fort cler.

Luculenta conditio. Plaut. in Milite, 13.6, Quin tu rem tuam cura potius, quàm Seleuci, quæ tibi cõditio noua & luculẽta fertur per me interpretem. Idem in Rud. 31.51, Vín' tibi conditionem luculentam ferre me? I. ſanè volo. D. diuiduum talentum faciam.

Luculentus dies. Plaut. in Epid. 8.5, Prò di immortales mihi hunc diem dediſtis luculentũ.

Luculentæ diuitiæ. Plaut. in Rud. 30.32. Papæ, diuitias tu quidem habuiſti luculentas.

Luculentum facinus. Plaut. in Menæh. 4.30, Vín' tu facinus luculentum inſpicere?

Luculenta familia, Vne riche famille. Plaut. in Ciſtell. 7.19, Ego te reduco & reuoco ad diuitias, vbi tu iam locêre in luculentam familiam.

Luculenta fœmina: Plaut. in Milite, 13.12, Quid hic, aut vnde eſt? PA. à luculenta atque feſtiua fœmina.

Luculenta forma. Terent. in Heaut. 3.2.12, Mulier commoda, & faceta hæc eſt meretrix. C. ſanè idem viſa eſt mihi. S. & quidem hercle forma luculenta.

Luculenta atque magna hæreditas. Plaut. in Truc. 7.16, Verum nunc ſi qua mihi obtigerit hæreditas magna atque luculenta, nunc poſtquam ſcio dulce, atque amarum quid ſit ex pecunia, ita ego illam ædepol ſeruem.

Luculẽtus homo. Plaut. in Capt. 6.76, Non ego omnino lucrum omne eſſe vtile homini exiſtimo. ſcio ego, multos iam lucrum luculentos homines reddidit.

Luculenta materia. Plin. epiſt. 112.a, Recitabat κατασκεύσμωρ eruditã ſanè, luculẽtámque materiam.

Luculenta oratio. Salluſt. Tum M. Tullius orationem habuit luculentam & vtilem reipubl.

Luculentè, aduerbium, Clarè, ſplendidé. Clerement.

Luculentè vendere. Plaut. in Mercat. 7.83. Me tibi poſſe illam opînor luculentè vendere.

LVCVS luci, maſc. g. nemus arboribus denſum, Vng bois eſpes, ou il y a force arbres. Dictus lucus per antiphraſim, eo quòd non luceat. quoniã cum nullæ illic arbores propter religionẽ cæderentur, opacus, & ſine luce erat.

LVDVS ludi, m.g. Dicitur in factis, Quelque ieu.

Dare operam ludo, Se iouer. Plaut. in Rud. 11.13, Otium vbi erit, tum tibi operam ludo, & delitiæ dabo.

Ludus in ſingulari, de priuatis & de exercitatione gymnaſtica dicitur, cum multorum conuentus ab vno eruditur præceptore. Aſconius, Omnem ſcholam ludum dixêre Romani.

Ludus, pro loco ſumitur, in quo quis exercetur, docetúrve. Sic dicimus Ludum palæſtræ, ludum pilæ, ludum gladiatorium, ludum muſicum, ludum literarium.

Ludus gladiatorius. Suet. in Cæsare, Formam qua ludum gladiatoriũ erat ædificaturus, conſyderauit. Quintil. Quia diuitem illis promiſeram partem, in ludũ vendiderunt tanquam decepti. Hoc eſt gladiatorum.

Ludus grammatices. Cicero de Oratore, Tum hoc in ludo nõ præcipitur. faciles enim cauſſæ ad pueros deferunt. Et ſtatim pòſt, Hæc eſt in ludo cauſſarum ferè formula. De grammaticis ludo loquitur.

Ludus literarius. Plaut. in Merc. 6.32, Hodie ire in ludum occœpi literariũ Lyſimache, ternas ſcio iam. Eſcolle.

Ludus diſcendi, non luſionis. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3, Hæc ſcripſi ad octauum calend. Nouemb. quo die ludi committebantur, in Tuſculanum proficiſcens, ducénſque mecum Ciceronem meum in ludum diſcendi non luſionis.

Ludus, pro ioco accipitur quandoque, Ris, ieu, bauerie, moquerie. Terent. in Eunucho, 2.3.8, Qui ſi occœperit amare, ludum, iocúmque dices fuiſſe illum alterum, præut huius rabies quæ dabit.

Ludos reddere. Terent. in And. 3.1.21, Hiccine me ſi imparatum in veris nuptiis adortus eſſet, quos mihi ludos redderet! Comment il ſe ioueroit, ou mocqueroit de moy.

Ludos facere. Terent. in Phorm. 5.8.52, Hæc adeò ego illi iam denarrabo. C. obſecro ne facias. P. oh, túne is eras? D. vt ludos facit. Voys cõmẽt il ſe baue, ou il ſe mocque, & gaudit.

Ludos aliquẽ facere: Se mocquer, iaſer, & gaudir daucun. Plaut. in Capt. 11.49, Quid eſt? vt ſceleſtus, AEgio, nunc is te ludos facit! Idem in Bacchid. 22.14, Hoc demum eſt quod percrucior, me hoc ætatis ludificari, immò ædepol ſic ludos factum cano capite, atque alba barba.

Noui iam ludum, Ie cõgnois bien la fineſſe. Plaut. in Amphit. 15.32, Atat, noui iam ludũ: id Soſiæ factum eſt opera, qui me hodie quoque præſentem auſit indignè præuortier.

Operam ludos facere, Perdre ſa peine. Plaut. in Rud. 21.9, Pol magis ſapuiſſet, ſi dormiuiſſet domi: iam nunc & operam ludos facit, & retia. Il ſe faict mocquer de luy.

Ludi in plurali, ſpectacula publica ſignificãt. Cic. in Verrem, Inter binos ludos. Idem Philipp. x, de Bruto loquutus, Qui ne Apollinares quidem ludos pro ſui, populique Romani dignitate apparatos præſens fecit.

Committere ludos, Cõmẽcer les ieulx. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3, Hæc ſcripſi ad VIII, Cal. Nouemb. quo die ludi committebantur.

Luſus luſus luſui, Ad voluptatem pertinet, ſine vlla arte, & puerorum propriè dicitur, Eſbat, paſſetemps, recreation. Quintil. Nihil me luſus offenderit. Et paulò pòſt, Sunt etiam nõnulli acuendis ingeniis non tantum inutiles luſus.

Luſus etiã pro ioco accipitur, opponitúrque ſerio. Plinius Iunior Ariſtoni, Quos, quãtóſque authores ſequar facilè impetrari poſſe confído, vt errare me, ſed cum illis ſinant, quorũ nõ ſeria modo, verùm luſus etiam exprimere laudabile eſt.

Luſio luſionis, f. g. Idem. Cic. de Senect. 53, Sibi igitur habeant alii arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clauam & pilum, ſibi natationes, atque curſus: nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant, atque teſſeras.

Ludius ludii, m. g. Hiſtrio, Vng ioueur de ieux. Cic. pro P. Sext. Ex te igitur Scaure potiſſimũ quæro, qui ludos apparatiſſimos, magnificentiſſimóſque feciſti, cur ille ipſe maximè ludius, non ſolum ſpectator, ſed actor, & acroama, qui omnia ſororis ambolia nouit. Ouid. Ludius æquatam ter pede pulſat humum.

Ludio ludionis, maſc. gen. Idem. Liuius, Acciti ex Hetruria Romam ludiones, qui ad tibicinis modum ſaltabant.

Ludia, ludiæ, f. g. Vne iouereſſe de ieux. Martialis, Hermes cura, labórque ludiarum. Idem, Ludiam quandam Gaditanam ſaltantem vidimus ſemicinctam.

Ludibundus ludibundi, Dicitur ludens. Cic. in Verrem, act. v, Quia multos per ſe & per alios multa ludibundos libidinoſè apud Verrem effeciſſe vidit. Plaut. in Pſeud. 22.25, Sed palliolatim amictus, ſic inceſſi ludibundus.

Ludo ludis, luſi, luſum, ludere, Se iouer, eſbatre a quelque choſe. Plaut. in Rud. 27.22, Ego mihi quũ luſi nihil moror vllum lucrum. Plin. epiſt. III. 2, Vt parcè cuſtoditéque ludebat.

Ludere, cum accuſatiuo. Suet. in Auguſto, Aliquando vt vincat, ludit aſſiduè aleam. Idem in Cæſare, Troiam luſit turba duplex maiorum miniſtrorúmque puerorum.

Ludere, cum ablatiuo. Terẽt. in Adel. Ita vita eſt hominũ, quaſi cum ludas teſſeris. Suet. Vel talis, vel par impar ludere. Idem in Claudio, Alea ſtudioſiſſimè luſit.

Ludere ludum. Terẽt. in Eunucho, 3.5.38, Et quia conſimilem luſerat iam olim ille ludum, impendiò magis animus gaudebat mihi.

Ludere ludo. Plaut. in Moſtell. 16.36, Scis ſolere illam ætatem tali ludo ludere.

Ludere operam, Perdre ſa peine. Plautus in Caſina, 9.1, Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim: & præter operam, reſtim ſumpti fecerim. Idem in Capt. 6.94, At nihil eſt, ignotum ad illum mittere, operam luſeris. Idem in Pſeud. 5.134, In pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

Ludere operam, pro exercere. Terẽt. in Phor. 2.2.18, Quia enim in illis fructus eſt, in illis opera luditur. Donatus, Luditur opera: exercetur. an illuditur, id eſt fruſtratur?

Ludit piſcis in aqua. Terent. in Adelphis, 3.3.23, Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere pauliſper.

Ludere, Iocari, Irridere, Se mocquer, dire, ou faire quelque choſe en ſe mocquãt, & nõ a bon eſcient. Terent. in Adel. 4.4.48, Hic ille eſt, non te credas Dauum ludere. Plaut. in Caſina, 15.46, Ludo hunc facetè. nam quæ omnia facta dixi huic, falſa dixi. Terẽt. in Adel. Cur non ludo hunc aliquantiſper? melius eſt: quandoquidem hoc nunquam mihi voluit credere. Plinius Fabio, Ludere me putas, ferió peto.

Ludere dolis aliquem, Deceuoir & tromper aucun. Terent. in Eunucho, 2.3.94, An potius hæc pati æquum eſt fieri, vt à me ludatur dolis?

Ludere, Canere, Pulſare. Gellius, Is optimè ludere à magiſtro eius didicerat.

Ludere, Verſibus ſcribere. Virg. Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti.

Luſito luſitas, luſitare, Frequentatiuũ. Plaut. in Capt. Nam vbi illò adueni, quaſi patritiis pueris, aut monedulæ, aut anates, aut cothurnices dantur quibuscum luſitent.

Luſor luſoris, m.g. Vng ioueur, ou vng trompeur & deceueur. Plaut. in Amphit. 8.60, Quid enim cenſes, te vt deludam contrà luſorem meum, qui nunc primum te aduenìſſe dicas, modo qui hinc abieris?

Luſorius, luſoria, luſorium, Quod ad ludum ſpectat. vt tabula luſoria, qua teſſeris luditur.

Ludifico ludificas, ludificare, actiuũ: & Ludificor ludificaris, deponens, Deridere, ſeu per iocũ, & ludum fallere, Se iouer daucun, & en ſe iouant le deceuoir & tromper, ou abuſer. Plaut. in Amphit. 7.27, Iam ſequere ſis, herum qui ludificas dictis delirantibus. Ibidem, 7.15, Rogáſne improbe etiam, qui ludificas me? Idem in Capt. 8.30, Nunc redeo inde, quũ me tibi video ludificarier. Idem in Caſina, 12.28, Iam hic eſt lepidè ludificatus: miſeri vt feſtinãt ſenes! Idem in Moſtell. 10.61, Vidén' pictum vbi ludificatur cornix voltorios duos? Idem in Ciſtell. 5.25, Periurare me patiere? M. atque quàm me, aliquantò facilius, meámque rem perire, & ludificare filiam. Idem in Capt. 11.82, Quid ſi adeam hunc inſanum? T. nugas ludificabitur. Terent. in Phor. Ergo ſic me ludificamini?

Ludificatus eſt patrem aurum. Plaut. in Bacchid. 9.28, Neu quid ei ſuccenſeat, mea cauſſa de auro quod eum ludificatus eſt.

Ludificabilis & hoc ludificabile. Ludificabiles ludi. Plaut. in Caſina, 17.3, Nec pol ego Nemeæ credo, neque ego Olimpiæ, neque vſquam ludos tam feſtiuos fieri quàm hic intus fiunt, ludi ludificabiles ſeni noſtro.

Ludibrium ludibrii, n.g. Res vana, & deridenda. Virg. lib. VI, Foliis tantum ne nomina mãda, Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Plin. in Paneg. 89, Atque in omne ludibriũ effœminatis vocibus, modis, geſtibus frangerentur.

Haberi ludibrio, Eſtre mocque. Terent. in Hecyra, 4.1.11, Nam ſi vtrũuis horum, mulier, vnquam tibi viſus forem, non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem.

Ludicrum ludicri, ſubſtantiuum, Non modo ludos hiſtrionicos & ſcenicos ſignificat, ſed quodcunque opus luſoriũ & ioculare. Tout ce que on faict pour ieu, eſbat, ou paſſetemps. Liuius lib. I, Et cum is creſcente in dies grege iuuenum, feria ac iocos celebraret, iam tum in Palatino monte lupercal hoc fuiſſe ludicrum ferunt, & à Palanteo vrbe Arcadica Palantiũ, déinde Palantinum montem appellatum. Plin. epiſt. 91. lib. VI, Nunc quaſi reconciliarent, componerentque frequẽtius ſingulis, ambobus interdum propitium Cæſarem, vt in ludicro aliquo precarentur.

Ludicrus vel ludicer ludicra ludicrum, Iocularius, luſorius, Leuis. Virg. Neque enim leuia aut ludicra petuntur Præmia.

Ars ludicra. Plin.in Paneg.89, Tu procul à tui cultu ludicras artes remouiſti, ſeria ergo te carmina,honórque æternus annalium:non hæc breuis & pudenda prædicatio colit.

Artem facere ludicram. Plaut.in Aulul.19.3, Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram. Mon cueur commencea a ſauter,trembler,& auoir belle affre.

LVES luis,f.g.Dicitur cum in vrbe,aut in agro febris,aliúdve morbi genus homines vel pecora,ſiue vtrunque corripit:interdum arbores & ſata.

Lues,à lauando dicta,vt nonnulli volunt. Feſtus,Lues eſt diluens vſque ad nihil. Tractum à Græco λύμη.

LVGEO luges,luxi,luctũ,lugere,Plourer de douleur que on ha. Cic.lib.3.Tuſcul.Quid qui non putant lugendum viris?

Luctus luctus luctui,Dueil & pleur de douleur que on ha daucun. Cic.lib.4.Tuſcul.Luctus, ægritudo ex eius qui charus fuerit,interitu acerbo.

Luctus luctí,antiqui declinabant. Actius,Ceſſo hinc ire, & rapere luctí veſtem in lecto coniugis?

Luctuoſus luctuoſa luctuoſum, Luctu plenum. Salluſt. Virorum more pugnantes,cruentam atque luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis. Plin.epiſt.72.b,Num etiam ipſe tu hunc luctuoſum Reguli librum,vt circulator in foro legeris.

Lugubris & hoc lugubre,Quod ad luctum pertinet.vt veſtis lugubris,Vne robbe de dueil. Terent. in Heaut.2.3.46, Texantem telam ſtudioſè ipſam offendimus, mediocriter veſtitam veſte lugubri.

Lugubrè,aduerbium,Doloreuſement,& en dueil. Plaut.in Ciſtell.2.37, Nam ſi hæc non nubat,lugubrè fame familia pereat.

LVMA lumæ,f.g.Genus ſpinæ,vt inquit Perottus,quæ in pratis naſcitur & locis vliginoſis. Sic dicta,quòd agricolæ eam è terra luunt,id eſt ſoluunt.

LVMBRICVS lumbrici,maſc.g.Vermis terrenus,Vng ver de terre.à lubricitate dictus. Plaut.in Aulul.20.1,Foras lumbrice,qui ſub terra erepſiſti modo:qui modo nuſquã cõparebas,nunc cum cõpares, peris. Plin.lib.27.cap.13, Sunt & gentiũ differentiæ non mediocres.ſicut accepimus de tineis,lumbricíſque ineſſe AEgypti, Arabiæ,Syriæ,Ciliciæ populis.

LVMBVS lumbi,maſc.g.Pars corporis,qua libido deſignatur.Sunt enim lumbi à cinctura ad nates,à quib⁹ venerius liquor defluit.Celle partie du corps a la quelle les reins ſõt ioincts. Plaut.in Epid.15.2,Plaudite,valete:lumbos extollite,atque exurgite.

Lumbus de brutis etiam dicitur. Horat.lib.1.Serm. Curto ire licet mulo,vel ſi lubet,vſque Tarentum:Mantica cui lumbos onere vlceret eques Armos.

Lumbifragium lumbifragii,n.g. Plaut.in Amphit.4.300,Nam ſi me irritaſſis,hodie lumbifragium hinc auferes.

Lumbago lumbaginis,f.g.Vitium & debilitas lumborum,vt inquit Feſtus.

LVMEN luminis,n.g.Lumiere.

Luminibus obſtruere.Cic.pro domo ſua,A Quinto Seio cõtendit vt ſibi domum venderet. Cum ille id negaret,primò ſe luminibus eius eſſe obſtructurũ minabatur. affirmabat Poſthumius ſe viuo illam domũ iſtius nunquam futuram.acutus adoleſcens ex ipſius ſermone intellexit quid fieri oporteret,hominem veneno apertiſſimè ſuſtulit.Verbum eſt antiquum iuris.Empeſcher le iour,la clarte,la veue dune maiſon,en edifiant au deuant.

Obſtruere luminibus,per Metaphorã vſus eſt Cicero in Bruto, Nam vt Philiſti & Thucydidis conciſis ſententiis,interdum etiam non ſatis opertis officit Theopompus elatione, atque altitudine orationis ſuæ(quod idem Lyſiæ Demoſthenes)ſic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio. Qui locus Ciceronis corruptè impreſſus eſt.Quemadmodum enim(inquit)claritati antiqui nominis Thucydidis tanquam luminibus Theopompus officit hiſtoricus grandiloquentia ſtili tanquam altitudine ædificii,& Demoſthenes orator Lyſiæ,ſic fuſciorem illum ſplẽdore orationis Catonianæ recẽtiores oratores ſublimiore ac florido dicẽdi genere quaſi præumbrantes obſcurauerũt.

Lumina ferre. Cicero antequam iret in exilium,Vos vos obteſtor dii immortales, qui meæ menti lumina prætuliſtis,quum conſenſum extinxi coniurationis,arcémque vrbis ab incẽdio ac flamma liberaui.Qui maués inſpire.

Lumina ciuitatis.Cic.in Catil.oratione tertia,in fine,Tum verò clariſſimis viris interfectis, lumina ciuitatis extincta ſunt.

Lumen probitatis proſpicere in aliquo. Cic. de Amicitia, 27, Quod in eo quaſi lumen aliquod probitatis & virtutis proſpicere videamur.

Luminoſus luminoſa luminoſum, Plein de lumiere, Cler. Cic. Cum ſint maximè luminoſæ partes duæ, & quaſi actuoſæ.

LVNA lunæ, fœm. g. La lune. Dicta à lucendo, quòd noctu ſola luceat. Cic. in Somnio Scipionis, Erãt autem eæ ſtellæ, quas nũquam ex hoc loco vidimus, & eæ magnitudines omniũ, quas eſſe nunquam ſuſpicati ſumus: ex quibus erat illa minima, quæ vltima cælo, citima terris luce lucebat aliena.

Lunula lunulæ, diminutiuum, Petite lune.

Lunula, Vng aneau, ou verge rõde a mettre aux doigts. Plaut. in Epid. 13.33, Lunulã atque anellum aureolum in digito?

Lunaris & hoc lunare, Quod ad lunam pertinet. vt lunaris annus, qui menſe vno ſuum efficit curſum.

Lunaticus, Qui aut ab inſania vexatur certis lunæ temporibus, aut grauatur morbo.

Lunaticus lunatica lunaticum, vt lunaticus morbus.

LVO luis, lui, luere, Perſoluere. Liuius, Vt tandem debito ſupplicio ſcelus lueret. Id eſt, ſolueret, ſeu purgaret. À lauando quidam dictum volunt, alii à græco λύω, λύεις, λύει.

Luere, Suſtinere, Pati, Souffrir. Iuſtinus lib. 1, Quicunque capi potuerunt, ſupplicia crucibus luerunt.

Luere pœnas. Plaut. in Milit. 1.14, Ipſe in domo ſenis prehenſus pœnas pro mœcho luit. Cic. Attico, lib. 3, Itaq; mei peccati luo pœnas. Ie porte la peine pour mon peche. Plin. epiſt. 190.e, Omnia percepi atque animo mecum antè peregi: nec recuſo, ſi ita caſus attulerit, luere pœnas ob honeſtiſſimum factum.

Luere maculas ſanguine, Nettoyer, purger, & ſe lauer de quelque cas. Cic. in Verrem, act. 7, Errabas Verres, & vehemẽter errabas, cum te maculas furtorum, & flagitiorum tuorũ, ſociorum innocentium ſanguine luere arbitrabare.

Luere capite. Liuius lib. 1x, Obſides etiam ſexcenti imperati, capite luerunt.

LVPVS lupi, m. g. Vng loup. Græcè λύκος dicitur.

Lupus eſt homo homini, nõ homo, cũ qualis ſit nõ nouit. Plaut. in Aſin. 9.99. Hoc prouerbio monemur ne quid fidamus homini ignoto, ſed périnde atque à lupo caueamus.

Ouem lupo cõmiſiſti. Terent. in Eunuch. 5.1.16. Cõcinnè vtemur hoc prouerbio, quoties ei ſeruandum aliquid committitur, cuius gratia cuſtodem magis oportebat adhiberi. Cic. Philippica tertia, Etenim in concione dixerat ſe cuſtodem futurum vrbis vſque ad calendas Maias, ad vrbem exercitum habiturum. O præclarum cuſtodem ouium (vt aiunt) lupum. Cuſtóſne vrbis, an direptor & vexator eſſet Antonius? Quadrare videtur quoties inimico negotium committitur, quique nobis peſſimè velit. Propterea quòd lupus & agnus gemino quodam odio diſſident.

Lupo agnum eripere. Plaut. in Pœnulo, 11.31, Lupo agnum eripere poſtulant: nugas agunt. Vtemur hoc prouerbio vbi quis fruſtrà conatur prædam recipere, cui ſemel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim videtur, ſperare futurum vt lupus agnum ſemel arreptum amittat.

Lupus in fabula, vel ſermone. Terẽt. in Adel. 4.1.21. Hem tibi autem. c. quidnam eſt? s. lupus in fabula. c. pater eſt? s. ipſus eſt. Dicitur hoc adagiũ, cũ forte fortuna in medio ſermone interuenit is, cuius mentio fiebat. Cic. Attico, lib. x 111, de Varrone loquebamur. Lupus in fabula: venit enim ad me, & quidem id temporis vt retinendus eſſet. Plaut. in Sticho, 9.7, Atque eccum tibi lupum in ſermone eſuriens adeſt.

Lupum auribus tenere. Terẽt. in Phor. 3.2.21, Mihíne domi eſt? immò, quod aiunt, auribus teneo lupum. nam neque quo amittam à me, inuenio: neque vti retineam ſcio. Dicitur in eos qui eiuſmodi negotio inuoluuntur, quod neque relinquere ſit integrum, neque tolerari poſſit. Suet. in Tiberio, Cunctandi cauſſa erat metus, vndique imminentium diſcriminũ: vt ſæpe lupum ſe auribus tenere diceret.

Lupi illum priores viderunt. Virg. Vox quoque Mœrim Iam fugit ipſa, lupi Mœrim videre priores. In raucũ dicitur, & cui vox repẽtè ſit adempta. Feſtiuius dicetur in eos, qui metu alicuius obticeſcũt, alioqui feroces. Seruius admonet phyſicos authores dixiſſe, ineſſe eã vim lupis, vt ſi quem hominem priores viderint, ei vocem adimant. Plinius lib. 8. cap. 22, Sed

in Italia quoque creditur luporum viſus eſſe noxius: vocémque homini quē priores cōtemplentur adimere ad præſens.

Lupus, Piſcis, de quo Plin. lib. 32. cap. 2, Minus in prouidendo lupus ſolertiæ habet, ſed magnū robur in pœnitēdo. nam vt hæſerit in hamo, tumultuoſo diſcurſu laxat vulnera, donec excidāt inſidiæ. Idem lib. 9. cap. 17, Poſtea præcipuā authoritatē fuiſſe lupo & aſellis Cornelius Nepos & Laberius Poeta mimorū tradidêre. Luporum laudatiſſimi, qui appellātur lanati, à candore, mollitiáque carnis. Martialis, Laneus euganei lupus excipit ora Timaui, AEquoreo dulces cum ſale paſtus aquas.

Lupus, Genus eſt fræni aſperrimi, à lupinis dentibus dicti, quia inæquales ſunt: ſiue quia duritiam habent lupini dentes, & propterea morſus eorum aſperrimus. His frænis vtebantur Galli. Ouid. de triſtibus, Et placido duros excipit ore lupos.

Lupus, Inſtrumētum aduncum, quo vaſa quæ in puteum fortè ceciderunt, extrahuntur: harpax græco vocabulo, & harpago nominatur.

Lupus, Aranei genus. Plin. lib. 11. cap. 24, Luporum nomine minimi non texunt.

Lupa lupæ, Vne louue. Plin. de viris illuſt. 1, Paruulos in Tiberim abiecit, quos aqua in ſicco reliquit. ad vagitum lupa accurrit, eóſque vberibus ſuis aluit.

Lupa pro meretrice accipitur. Plaut. in Epid. 9. 23, Deuortunt mores virgini longè, ac lupæ.

Lupanar lupanaris, n. g. Vng bordeau.

Lupanarium lupanarii, n. g. Idem. Vlpianus de petitione hæreditatis, Licet à lupanario perceptæ ſint. nam & in multorum honeſtorum virorum prædiis lupanaria exercentur.

Lupor luparis, lupari, Scortari, meretricari. Accius, Qui cum meretrice per vias habitu noſtro lupantur.

Lupatum lupati, n. g. Idem quod lupus pro fræno aſperrimo. Virg. Preſſíque negabant Verbera dura pati, & duris parere lupatis. Dicta lupata, vt inquit Seruius, à lupinis dentibus, qui inæquales ſunt, Vnde & eorum morſus vehementer obeſt.

Lupinus lupina lupinum, Qui appartient a vng loup. Plin. Maſſurius palmam lupino adipi dediſſe antiquos tradit.

Lupinus lupini. m. g. Genus leguminis. Plin. lib. 18. cap. 14, Lupino eſt vſus proximus, cum ſit & homini & quadrupedum generi vngulas habenti communis. Remedium eius ne metentes fugiat exiliēdo, vt ab imbre tollatur. Nec vllius quæ ſerūtur, natura aſſenſu terræ mirabilior eſt. Primū omniū cum ſole quotidie circūagitur, horáſque agricolis etiam nubilo demōſtrat. Ter præterea floret, Terram amat, terráque operiri non vult. Et vnum hoc feritur nō arata, vbi fuerit maximè ſabuloſa & ſicca, atque etiam harenoſa. Coli vtique nō vult. Tellurē adeò amat, vt quāuis frutetoſo ſolo cōiectū inter folia vepréſque, ad terrā tamen radice perueniat. Pingueſcere hoc ſatu arua, vineáſque diximus. Itaque nō adeò eget fimo, vt optimi vicem repræſentet.

L V R A luræ, f. g. Os culei, ſiue vtris ab antiquis dicta eſt.

L V R C V S lurci, Guloſus, & bonorum ſuorum conſumptor. Plaut. in Perſa, 12. 16, Perniſerue, lurco, edax, furax, fugax. Lucil. Edite lurcones, comedones, viuite ventres. Suet. de claris grāmat. 15, Laſtaurum & lurconem, & nebulonem, popinonémque appellans, & vita, ſcriptiſque monſtroſum.

Lurco lurcas, lurcare, Cum auiditate cibum ſumere. Pompo. Lardum lurcabat lubens.

L V R I D V S lurida luridum, Quod eſt ſupra modum pallidum, quaſi loridum, & loro percuſſum, Meurtri, & de telle couleur queſt vne meurtriſſure. Plau. in Capt. 11. 65, Vidēn' tu illi maculari corpus totū maculis luridis? Horat. lib. 4, Dolétque partus fulmine luridum miſſos ad Orcum.

Luridus ſol. Plin. epiſt. 106. e, lib. 6, Mox dies verè, ſol etiam effulſit, luridus tamen, qualis eſſe, cum deficit, ſolet. Qui eſtoit blaffart, tirant ſur la couleur de bleu.

L V S C I N I A luſciniæ, f. g. Auis, dicta quòd lugens canat. Vng roſignol. Plin. lib. x. cap. 29, Luſciniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus ſine intermiſſu cantus, denſante ſe frondiū germine, nō in nouiſſimū digna miratu aue. Primū, tāta vox tam paruo in corpuſculo, tam pertinax ſpiritus. Deinde in vna, perfecta muſicæ ſcientia modulatus æditur ſonus, & nunc continuo ſpiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc diſtinguitur conciſo, copulatur intorto, promittitur, reuocatur, infuſcatur exinopinato: interdum & ſecum ipſa murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extentus, vbi viſum eſt vibrās, ſummus, medius, imus.

Luſciniam, Græci philomenam vocant.

L V S C I O S V S, qui & luſcitioſus, & nuſcitioſus dicitur. Luſcioſi, ſunt, vt quidam exiſtimãt, quos Græci myctalopas appellant, qui & mane & veſperi exiliter admodum vident, nec ferè niſi interdiu. Alii luſcioſos eſſe eos putãt, qui veſperi plus vident, quàm meridie, vel adhibito lumine. Feſtus, Luſcitioſi ſunt qui parum vident propter vitium oculorum, quique plus veſperi vident, quàm meridie. Nonius, Luſcioſi ad lucernam non vident: & myopes minus videntes vocantur à Græcis. Varro, Veſperi non vident quos appellant luſcioſos. Plin. lib. 29, Fimũ quoque gallinaceorũ dũtaxat rubrũ luſcioſis illinendũ mõſtrant. Idem, Earũdem auium ſanguis myctalopas ſanat. Idem lib. 8, Caprinum iecur reſtituit veſpertinam aciem iis quos myctalopas vocãt. Plaut. in Mil. 6.51, Mirũ eſt te lolio victitare. PAL. qui iam? SCE. quia luſcioſus. PAL. verbero, tu quidem cæcus non luſcioſus.

L V S C V S, luſci, m. g. Qui altero captus eſt oculo. Borgne. Iuuenalis, Portaret belua luſcũ. Plaut. in Trinũmo, 8.51, Oculum tibi effodiam, ſi verbũ addideris. s. hercle quid dicam tamen: nam ſi ſic non licebit, luſcus dixero.

L V S T R V M luſtri, n. g. Ferarũ habitaculũ in ſyluis. À luto: quòd ſit lutoſa lacuna. Virg. Non abſunt illis ſaltus ac luſtra ferarum.

Luſtrum, Popinæ & lupanaria, vbi habitant meretrices. Bordeau. Plautus in Aſin. 16.84, Te cuculum vxor ex luſtris rapit. Idem in Curcul. 10.22, Lenones male ſuadendo & luſtris lacerãt homines. Cic. lib. 2. Philipp. Cũ omnes impuritates impudica in domo quotidie ſuſceperis, vino luſtriſque confectus. Idem Caſſio, Quæ autem in luſtris & in vino commentatio potuit eſſe?

Luſtrum quinquennale ſpatium ſignificat authore Feſto: in quot annos prædia locari olim ſolebãt, vt nunc inter ternos, id eſt nouenos. Luſtrũ enim à luendo dictũ eſt, id eſt ſoluẽdo, vt Varroni placuit: Ideo quòd quinto quoq; ãno vectigalia, tributáque exigebãtur. Plinius Iunior, Nam priore luſtro, quanquã poſt magnas remiſſiones reliqua creuerũt. Luſtrum à Latinis vocatur, quod Olympias apud Græcos dicitur, id eſt quinquennium. ita tamen vt quadriennio exacto quinto quoque anno ineunte, luſtrum peractum eſſe intelligatur.

Luſtrũ, Purgatio vrbis quæ in ſacrificiis fiebat. Liuius lib. 2, Omnes centuriæ & equites in campũ Martiũ cõuocati, ſue, oue, tauro cæſis immolarunt, quod luſtrum eſt dictum: ſicque à ſacrificio illo cenſus obtinuit nomen luſtri.

Luſtro luſtras, luſtrare, Circundare. Aller a lentour, Tournoier. Plin. de viris illuſt. 2.c, Cum apud Capreæ paludem exercitum luſtraret, nunquam comparuit. Idem in Paneg. 23, Non tibi moris tua inire tentoria, niſi cõmilitonum antè luſtraſſes. Ibidem, 135, Quibus moris eſt eadem illa nunc rigentia gelu flumina, aut campis ſuperflua, nunc liquida, ac deferentia, luſtrare nauigiis, nandoq; ſuperare. Ibidem, 134, Quæ enim remiſſio tibi, niſi luſtrare ſaltus, excutere cubilibus feras?

Luſtrare animo, Cõſyderer & penſer diligẽment a quelque choſe. Cic. lib. 3. de off. Sed cum omnia ratione atque animo luſtraueris.

Luſtrare veſtigia, Suyure les pas. Virg. At me cum raucis dum tua veſtigia luſtro.

Luſtrare lãpade, Eſclairer, allumer. Virg. in 4. AEn. Poſtera Phœbea luſtrabat lãpade terras.

Luſtror luſtraris, luſtrari, deponens, Paillarder, & hanter bordeaux. Plaut in Pſeud. 20.5, Nã qui liberos eſſe ilicò ſe arbitrantur, ex conſpectu heri ſui ſi ſeſe abdiderunt, luxuriantur, luſtrantur, comedunt. Idem in Caſina, 5.31, Quid id eſt quod tu ſcis? c.te ſene omnium neminem eſſe ignauiorem. Vnde is nihili? vbi fuiſti? vbi luſtratus? vbi bibiſti?

Luſtralis & hoc luſtrale, Quod ad luſtrum pertinet. Liuius lib. 1, Sacrificium luſtrale in diem poſterum parat.

Luſtralia exta veteres dixerunt præpinguia: eo quòd luſtralis, id eſt quinquennalis bos dicitur eſſe perfectæ ætatis.

Luſtricus luſtrica luſtricum. Vnde luſtrici dies infantium appellantur, puellarum octauus, puerorũ nonus: quia iis infantes luſtrãtur, & nomina eis imponũtur. Hæc Feſtus. Macrobius in primo Satur. Luſtricus dies olim appellabatur quo pueri luſtrabantur, & nomen accipiebãt. Auiourdhuy ceſt le iour du bapteſme. Tranquillus in Claudio, Eiuſdem futuræ infœlicitatis ſignum euidens die luſtrico extitit. Qui eos luſtrant, vocantur luſtratores. Et ſi fœminæ ſunt, luſtratrices. Qui verò luſtrãtur, luſtrati nominantur.

L V T E R luteris, m. g. Vas quo vinum diluitur, id eſt aqua miſcetur. Nam & luto pro loto à veteribus vſurpatum eſt.

L V T R A lutræ, Animal in aquis ferè viuens, caſtori ſimile niſi cauda differret, Vne loutre. Plin. lib. 8. cap. 30, Cauda piſciũ iis: cætera ſpecies lutræ. Vtrunque aquaticum: vtrique mollior pluma pilus. Idem lib. 32. cap. 11, Luxuriæ verò teſtudines, & medicis fibri, quorũ è genere lutras nuſquam mari accepimus mergi.

L V T V M luti, n. g. Boue, fange. Iuuenalis, Compoſitique luto nullos habuêre parentes.

In medio luto eſſe. Plaut. in Pſeud. 15. 27, Quis is homo eſt qui iuſſit? P. perii, nunc homo in medio luto eſt. Il eſt bien empeſché, Ou en grand danger.

In eodẽ luto hæſitare. Eſtre au meſme danger, ne ſcauoir que on doibt faire. Terẽt. in Phor. 5. 2. 15. Quid nunc porrò, quid fiet? in eodem luto hæſitas: vorſuram ſoluis Geta, præſens quod fuerat malum, in diem abiit, plagæ creſcunt.

Lutum, Vocat lenonem Plautus in Perſa, 12. 10, Poſſum te facere vt argentum accipias lutum: qui niſi iurato mihi nihil auſus crederes?

Luteus lutea luteum, Qui eſt faict de boue. Tibullus, Sed nimis luteo corpora tingit amor.

Luteus homo. Plaut. in Pœnul. 14. 4, Neque periurior, neque peior alter vſquam eſt gentiũ, quàm herus meus eſt, neque tam luteus, neque tam cœno collitus.

Lutea meretrix. Plaut. in Trucul. 18. 1. Blittea & lutea eſt meretrix: niſi quæ ſapit in vino ad rem ſuam.

Luteus panis. Plaut. in Menæh. 20. 19, Quin me interrogas, purpureum panem, an puniceũ ſoleam ego eſſe, an luteum?

Luteus, eſt color dilutior rutilus, qualis eſt color auri. vnde luteus dictus videtur quaſi dilutus. Plin. lib. 21. cap. 8, Lutei video honorem antiquiſſimum in nuptialibus flammeis totũ fœminis conceſſum.

Luteæ violæ, apud Plinium lib. 21. cap. 6, Violis honos proximus. Earum plurima genera: purpureæ, luteæ, albæ. Et paulò pòſt, Sed ſatiuis maxima authoritas luteis.

Lutea herba. Plin. lib. 33. cap. v, Vt planè intelligatur nihil aliud chryſocolla quàm vena putris. Natiua duritia maximè diſtat, luteã vocant. Et tamen illa quoque herba, quam luteam appellant, cingitur. Natura eſt quæ lino, lanæve ad ſuccum bibendum.

Luteum oui, Le moyeu dung oeuf. Plin. lib. 10. cap. 53, In ouo certa eſt gutta, ea ſalit, palpitátque. Ipſum animal ex albo liquore oui corporatur. Cibus eius in luteo eſt. De pullis loquitur.

Luto lutas, lutare, Luto inficere, Embouer, enduyre, & maſſonner de boue. Cato de re ruſtica, cap. 92, Frumento ne curculio noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito, palearũ parum addito, ſinito marceſcant bene, & ſubigito, eo granarium totum oblinito craſſo luto, poſtea conſpergito amurca bene omne quod lutaueris.

Luteſco luteſcis, luteſcere, Lutum fieri, Deuenir en boue. Ennius, Sanguine diluitur tellus, caua terra luteſcit.

Lutamentum lutamenti, Vne cloiſon, paroy, ou planchier faict de mortier. Cato de re ruſtica, cap. 128, Ita neque aſpergo nocebit, neque mures caua facient, neque herba naſcetur, neque lutamenta ſcindent ſe.

Lutulentus lutulenta lutulentum, Boueux. Plaut. in Bacchid. 6. 17, Vt eum ex lutulento cœno propere hinc eliciat foras. Idem in Pœnulo, 3. 30, Sed lenone iſtoc Lyco illius domino non lutum eſt lutulentius.

Lutulẽtus ſus. Cic. in Catil. Itaque nihil aliud ſtudet, niſi vt lutulẽtus ſus cũ quouis volutari.

L V X lucis, f. g. Lumiere, iour.

Lucis vſuram dare alicui, Le laiſſer viure. Cic. in Verrem, act. 7, Cur inquam ciuibus Romanis, quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis piratis lucis vſuram tam diuturnam dediſti?

Lux, pro die accipitur. Gellius, Alia luce orta auis in paſtum profecta eſt.

Luce clara, En plein iour. Plau. in Aul. 26. 18, Luce clara deripiam? aurũ matronis palàm.

Luce prima. Terent. in Adelphis, 5. 3. 55, Cæterum rus cum filio cum prima luce ibo hinc. Donatus legit, cum primo lucu, dicens, Cum primo lucu veteres dicebant, lucum pro luce, pro ſole ponentes. Ergo cum primo lucu, cum primum ſol cœperit luceſcere. Incontinent quil fera iour.

Luce lucebit, Il fera iour, Le iour viendra. Plaut. in Curcul. 4. 27, Veneríne peruigilare te vouiſti Phædrome? nã hoc quidem ædepol haud multò pòſt luce lucebit. Il ſera iour incontinent.

Lux, ἀπὸ τῆς λύκης dicta est. λύκην enim veteres Græci appellabant primã lucem quæ præcedit solis exortum.

Lucus masculino genere dixerunt veteres, teste Donato, Vnde apud Plautum & Terẽtium sæpius legitur luci in ablatiuo.

Cum lucu abiit. Plaut. in Merc. 5.31, Ad portũ hinc abii mane cum lucu simul. Des le point du iour.

Cum primo lucu. Plaut. in Cistell. 5.49, Postea autẽ cũ primo lucu cras nisi ambos occidero. Et apud Terentium, vt legit Donatus. vide paulò anté, Luce prima.

Luci, aduerbium, De iour, Au matin. Plaut. in Casina, 18.7, Sed properate istum atque istam actûtum emittere tandem vt veniamus luci. Idem in Menæh. 22.16, O facinus indignum & malum Epidamnii ciues, herum meum hoc in pacato oppido luci deripier in via. Cic. in Antonium, Philipp. 12, Quis enim audeat luci? quis in militari via? quis bene comitatum?

LVCEO luces, luxi, lucere, Splendere, Resplendir, luyre, Faire cler. Plaut. in Milite, 5.63, Vigila, expergiscere inquam, lucet.

Lucere facem, Esclairer a aucun, porter la torche deuant luy. Plaut. in Casina, 3.29, Primũ omnium huic lucebis nouæ nuptæ facem. Idem in Curcul. 2.9, Tute tibi puer es, lautus, luces cereum.

Lucesco luces cis, lucescere, Deuenir clair, faire cler, faire iour, Quant le iour commẽce a poindre. Plaut. in Amphit. 6.35, Exire ex vrbe, priusquam lucescat, volo. Terent. in Heaut. 3.1.1, Lucescit: hoc iam cesso pultare ostium vicini?

Lucidus lucida lucidum, Clarum, perspicuum. Cler, Reluysant, ou euidant.

Lucifer luciferi, masc. gen. Stella Veneris, cum antegraditur solem: cum subsequitur, Hesperus. Lestoille du iour.

Lucerna lucernæ, Vne lampe, ou autre chose a esclarer, qui ha vng ou plusieurs lumignons. Plinius. Et medulla eius elegantium lucernarum elychnia fiunt. Martialis, Illustrem cum tota meis cõuiuia flammis, Tótque geram myxos, vna lucerna vocor. Plaut. in Mostell. 7.56, Lucernã fortè oblitus fueram extinguere. Plin. epist. 74. e, Dixit in noctem, atque etiã illatis lucernis.

Lucerna eadem scripsi. Cic. Attico, lib. 8, Ego, XIIII Calend. cum eadem lucerna hanc epistolam scripsissem, qua inflammaram tuam, Formiis ad Pompeium, si de pace ageretur, profecturus eram: si de bello, videro.

Lucens lucentis, omnis generis, Quod aliunde lucem habet. Virgilius, Lucentémque globum Lunæ.

LVXO luxas, luxare, Soluere, Desnouer, Deslier, Desioindre, Desmettre hors de son lieu. Plin. lib. 17, Aut circũfossor, vel etiam subarator imprudens luxauit radices.

Luxus luxa luxum, siue luxatus luxata luxatum, Desnoué, desiointg, desmis. Vnde luxa, siue luxata membra dicuntur locis suis mota & soluta, vt inquit Festus. Cato de re rustica, cap. 157, Et luxatum si quod est, bis die calida foueto. &c.

Luxati, Quorum membra suis locis mota sunt. Plin. Altheæ radix decocta, luxatis prodest.

Luxus, luxus, luxui, m. g. Superfluitas, & nimia profusio: sumptuosior cibi, vestitus, & aliarum rerum cura. Superfluité, sumptuosité, degast de quelque chose que ce soit. Terẽt. in Adelph. 4.7.42, Vxor sine dote veniet: intus psaltria est: domus sumptuosa, adolescens luxu perditus. Virg. At domus interior, regali splendida luxu.

Luxuria luxuriæ, fœm. g. Idem. Cicero lib. 1. de off. Intelligimus quàm sit turpe defluere luxuria, delicatè ac molliter viuere. Idem pro L. Muræna, Odit populus Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Plin. lib. 22. cap. 2, Instrui poterat luxuria certè innocentius.

Luxuria (inquit Festus) morum est solutio.

Luxuries luxuriei, f. g. Idem. Cic. in Verrem, act. 1, Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis, auaritia in rapinis. &c.

Luxuries segetum, quam Plinius inter vitia frugum ponit, id est redundãtia germinis. Trop grande abõdance de germe, qui viennẽt trop fors. Cic. de Orat. In eius oratione (vt in herbis rustici solent dicere in summa vbertate) inest luxuries quædam quæ stilo depascẽda est. Id est, scribendi frequentia, & assidua meditatione reprimenda illa naturalis vbertas quæ interdum redundat.

Luxuriosus luxuriosa luxuriosum, Nimium abundans. Cic. de Orat. Gemmare vites, sitire agros, lætas segetes, luxuriosa frumenta. Tunc enim in segetes solent immitti oues, vt eas pascant.

Luxuriosa vitis. Columella libro quarto, cap. 21, Siquidem luxuriosa vitis, nisi fructu compescitur, male defloreſcit, & in materiam, frondémque effunditur.

Luxurio luxurias, luxuriare, Vel, luxurior luxuriaris, luxuriari, deponens, Vtrunque significat superabundare, profundere, & lasciuire. Faire degast de biens, Viure en superfluite, & trop grande sumptuosité, Sabbandonner & paillarder. Plinius lib. 18, Aliqui in frigidis ab æquinoctio autumni, in calidis serius ne ante hyemem luxurient. Tibullus, Luxuriāt animi, rebus plerunque secundis. Liuius lib. 1, Positis externorum periculorum curis, ne luxuriētur otio animi, quos metus hostium, disciplináque militaris continuerat. Plaut. in Pseud. 2o. 5, Ex conspectu heri sui si se abdiderunt, luxuriantur, lustrantur, comedunt.

Luxuriātur arbores, Quant les arbres croissent a trop grande force, & iettēt force rameaux. Columella lib. 3, Cacumina virgarum ne luxurientur demutilato.

L Y

LYCEVM licei, n. g. Fuit Athenis schola Aristotelis, sicut Academia Platonis, in qua περιπατῶν, Id est deambulans philosophatur, Vnde Peripateticorum nomen effulsit.

Lyceum fuit Gymnasium Ciceronis in Tusculano, à nomine scholæ Aristotelicæ, de quo libro primo de diuinatione sic refert, Nuper cum essem cum Q. fratre in Tusculano, disputatum est. Nam cum ambulandi causa in lyceum veniſſemus, Id enim superiori Gymnasio nomen est.

LYCHNVS lychni, m. g. Græca dictio, λύχνον, latinè lucerna dicitur, Vne lampe. Varro, Lucerna à luce dicta est: aut ab eo quod vocant Græci λύχνον. Plautus, Lychnum emunge parumper: vt videat anus vbi pedes ponat. Virgilius, Dependēt lychni laquearibus aureis. Plinius scribit lib. 34, lychnos pensiles in delubris placuisse. Cicero ad Q. fratrem, lib. 3, Hanc scripsi ante ad lychnū ligneolum, qui mihi erat periucundus, quòd eum te aiebant, cum esses sanæ mentis, curasse faciendum.

Lychnius, non autem lychnus dici ostendit Serius, cum primam corripi dicat: quod fieri nō posset, nisi post n sequeretur i, & trisyllabum fieret. Virgilius, Dependent lychnii laquearibus aureis.

Ellychnium ellychnii, Quod lucernis adhibetur ad lumen præstandum: est enim funiculus ille, qui incensus flammam nutrit. La Mesche. Plinius, Et medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt. Vide loco suo.

Lychnites lychnitis, masc. gen. Lapidis genus, de quo Plinius lib. 36. cap. 5, sic inquit, Omnes autem tantum candido marmore vsi sunt è Paro insula, quem lapidem cœpere lychnitem appellare: quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur, vt author est Varro, multis postea candidioribus repertis.

Lychnitis, huius lychnitidis, fœm. g. Herbæ species, de qua Plin. lib. 25, cap. 10, Tertia lychnitis vocatur, ab aliis autem thryallis, foliis ternis, aut cum plurimū quaternis, crassis, pinguibúsque ad lucernarum lumina aptis.

LYCISCA, lyciscæ, mascul. gen. Canis natus ex lupo & cane. Virgilius, Multum latrante lyciscā.

LYENTERIA lyenteriæ, f. g. Intestinorum dissolutio.

LYMPHATICVS lymphatici, Furiosus, insaniens, Qui vitium ex aqua contraxit, quod est, huc atque illuc discurrere. Plinius lib. 25, scribit, Helleborum mederi melancholicis, insanientibus, & lymphaticis, elephantiæ, & Tetano. Creditum est ab antiquis, qui in fonte imaginem Nymphæ vidissent, furore corripi.

Lymphatus lymphata lymphatum, Insence. Horatius lib. Car. Mentémque lymphatam.

Lymphationes nocturnæ. Plinius lib. 34. cap. 15, Nanque circūscribi circulo, térve circūlato mucrone, & adultis & infantibus prodest contra noxia medicamenta: & præfixos in limine, è sepulchro euulsos clauos, aduersus nocturnas lymphationes.

LYNCEVS, Vide post LYNX.

LYNCVRIVM lyncurij, n. gen. Gēma quæ è lyncis vrina coacta est. Plinius lib. 8. cap. 38, Lyncum humor ita redditus vbi gignuntur, glaciatur, arescitve in gemmas carbunculis similes, & igneo cōlore fulgentes, Lyncurium vocatas, atque ob id succino à plerisque ita generari prodito. Nouere hoc sciúntque lynces: & inuidentes vrinam terra operiunt. Ouid. È quibus, vt memorant, quicquid vesica remisit, Vertitur in lapides, & congelat aera tacta.

LYNX lyncis, m. vel f. g. Animal est ex ceruariorum genere, vario colore, & maculoso tergore, & acutissimo visu. Virgilius, Maculosæ tegmine lyncis. Plinius lib. 28. cap. 8, Peregrinæ sunt & lynces quæ clarissimè omnium quadrupedum cernunt.

Lynceus lyncea lynceum, Quod pertinet ad lyncem.

Lynceis oculis contemplari, Est acutissimè contemplari. Horat. in Serm. Ne corporis optima lynceis Contemplere oculis.

Lynceus, Qui acutissimè videt, Qui ha fort bonne veue & viue, ou regarde attentiuement & soingneusemēt quelque chose. Cic. epist. 2. lib. 1x, Varroni, Quis est tam lynceus, qui in tātis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat?

LYRA lyræ, f. g. Instrumentum musicum, Vne harpe. ἀπὸ τοῦ λύειν, canere.

Lyra, Signum cæleste. Varro lib. 2. de re rustica, Hoc secūdum astri ortum facito, quod Græci vocant lyrā, fidem nostri. Ouid. Illa nocte aliqua tollens ad sydera vultum, Dicet, vbi est hodie quæ lyra fulsit heri?

Lyricus lyrica lyricum, Quod ad lyram pertinet. Hinc Poetæ lyrici dicti, quòd ad lyrā sua carmina cantabant: statuebatúrque eis chorus quinquaginta vírorum, ac tauro donabantur.

Lyricen lyricinis, cōm. g. Quis vel quæ lyra canit.

Lyristes lyristis, Idem. Sidonius, Alceo potior lyristes ipso.

